SCANAROLVS
DE VISITATIONE
CARCERATORVM

S

VI

Qu

Decre

Summ

Opus

R

IO. BAPTISTAE SCANAROLI MVTINENSIS SIDONIORVM EPISCOPI

DE VISITATIONE CARCERATORVM LIBRI TRES.

Quibus omnia ad Visitationem, patrocinium, & liberationem Carceratorum spectantia explanantur.

Decreta S. Visitæ circa Carceratorum singulares casus; Legum, & Doctorum auctoritatibus maiori ex parte comprobata referuntur ad Decisionem causarum tam Criminalium, quam Ciuilium profutura.

Summorum Pontificum hac super re Constitutiones, Iura, Rotæ Romanæ Decisiones passim toto opere allegatæ in calce, Appendicis loco, subiunguntur.

Opus quamplura continens scitu dignissima, nullibi hactenus impressa; Iudicibus, Aduocatis, causarum patronis, & quibuscumque alijs utile ac necessarium, cum Indicibus copiosis.



Nam & vinctis





compassi estis.

ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M.DC.LV.

PERMISSV SVPERIORVM.

H

memo
functu
men ha
minibu
sunt,e
vt inte
feroru
in pulu
hoc cui
lo, vbi f

DIVO HIERONYMO
ECCLESIÆ DOCTORI,
Et Archiconfraternitatis Caritatis Patrono.

Io: Baptista Episcopus Sidoniorum.

LIbrum edo mentis ſenilis partum. Natus inter vincula captiuorum eſt; nec tam gemuit ſub prælo; quam ſub compede damnatorum vagitus lugubres dedit. Gloriæ popularis lucem fugit, quia tenebras pauperum amat, & eorum pretioſis commendationem petit à ſordibus. Caritatis, quæ nunquam excidit, non hominum memoriæ, quæ perit cum ſonitu, immortalitatem quærit. Diù functus primo Procuratione, mox Prælatura Sodalitij, quod nomen habet à Caritate, vſu didiciſſe videor, quæ calamitoſis hominibus prodeſſe, quæ cauſis illorum expediendis deſeruire poſſunt, eaque, ne tenebris deliteſcerent, in hoc volumen congeſſi, vt inter vmbras carcerum fax aliqua præluceret, qua Patroni miſerorum ærumnas, & implicatas cauſas indagarent, obrutamque in puluere Chriſti drachmam luci reſtituerent. Atqui volumen hoc cuiuſnam auſpicijs proferam? Placet illum aduocare è Cælo, vbi ſuum habet paupertas patrocinium. At quo cælitum ex

† 2 ordi-

ordine? Sanctorumne hominum, an Angelorum? profectò Sanctorum hominum: Angelos enim ab humani corporis concretione ſeiunctos humanas calamitates minimè in ſe expertos ſcimus, Sanctos verò Cælo dedimus noſtrarum ærumnarum haud ignaros. Parentes, quibus aliqua in ſenectute proles ſubnaſcitur, loco Principum, quos adſciſcant Compatres, pauperem quandoque (vt hic mos eſt apud nos) eligunt, qui alicuius è ſuperis perſonam, nomenque repræſentet. Adſis igitur tu mihi illorum conſuetudinem æmulanti noſtri Patrone Sodalitij, Hieronyme, de Carcere emergentem Librum excipe; tu, qui voluntario mancipatus carceri fęlicia viuebas inter vincula Caritatis, quæ Sanctorum libertas eſt. Tu, qui in terris vixiſti ſenex, ſenis fœtum amplectere; tuoquè in ſinu illo igne foue, quo in cauernis, velut Ætnæis fornacibus, æſtuabas. Doleo Caritatem nactam eſſe tepidum Scriptorem non ardentem; ſed ardebit, ſi manu tua Liber hic tollatur, cui fuit ignita Diuini amoris ſagitta pro calamo.

AD

AD LECTOREM.

CVM Sodalitas illa, quæ Caritatis nomen à quotidianis Christianæ pietatis officijs in Vrbe obtinet, Carceratorum procurationem mihi iam olim delegasset, & munus hoc miserrimorum hominum incolumitati, libertatique vindicandæ destinatum intentiorem curam exigere viderem, me non solum fides, & insita à natura sollicitudo, sed ipsa quoque humanitas, non ad diligentiam modo, verum ad accuratissimum etiam studium instigauit: Itaquè cum ab initio operam dedissem, vt omnes suscepti muneris partes rectè intelligerem (primum enim, & potissimum in quocũque negotio est; nosse quid susceperis) factum est progressu temporis, vt cõtinuato quadraginta ferè annorum vsu multa mihi cognita, & explorata fuerint ad vniuersam Carcerum, & Carceratorũ Visitationem, curam, liberationemq. spectantia, quæ non ad me tantum instituendum sufficere, sed & alijs pro norma profutura existimaui. Omnem igitur materiam, quæ instar vberrimæ segetis mihi sub manu creuit, cum disponere, & in manipulos redigere cœpissem; nec contra muneris mei Episcopalis rationem, nec sine publico commodo futurum arbitratus sum, si tot annorum lucubrationes à calce, vt dicitur, ad Carceres reuocatus, rursus ordirer, & in vnum redactas Codicem publicis Typis luci darem, ne situ, squalloreque obruta lacerent in tenebris.

Sed cum ab ijs, qui antè nos Carcerum Visitationem in Vrbe administrarunt, multa emanarint Decreta prudentia, & æquitate plenissima, quæ in posterum Decisionum, & rerum iudicatarum loco, & administrationis, vt dixi, norma esse possint, ea quoque diligenti studio ex libris originalibus desumpta huic operi inserenda duxi, recisis tamen cognominibus Carceratorum, & fideiussorum obligationibus, tanquam superfluis, vel saltem ad rem nostram minimè necessarijs; ità vt dici possit hunc Librum tot Decreta Visitæ continere impressa, quot anteactis sæculis manuscripta diuersis in locis latebant.

Nec quisquam mihi vitio vertat, quod non eleganti, & expolito sermone, sed stylo semilarino plerumque vtar, & Decreta præfata, quibus ex more Tribunalium Vrbis, forique vsu concepta sunt, verbis apposuerim; cum nec in reliquo opere verborum delectum, aut splendorem orationis aucupatus sim, rem ipsam explicare contentus vsitata verba adhibui ex consuetudine eorum, qui in eadem palęstra versantur: In ijs præsertim materijs pertractandis, quæ merè legales sunt, & in communi vsu, praxique positæ. Vnam enim hanc certè quidem præcipuam operam dedi, vt ab ijs rectè, facilèq. intelligar, quibus hæc scripsi. nimirum Carceratis ipsis (qui plerũq. rudes) & eorum patronis in legali scientia nonnumquam tyronibus. Et verò, quid mirum, si opus hoc nostrum inter Carceris squallorem, sordesque natum, sermone minus polito originem suam profiteatur. Sanè qui à Carcerum tenebris, & pædore non abhorret, nec modum loquendi nostrum fastidiet. Neque enim secundum D. Augustinum interest, *An clauis lignea sit, an aurea, si non minus illa, quam hæc, quæ sunt clausa, aperire valeat*. Cœterum ne deuius inter Carcerum tenebras oberres, operis huius Carceralis Synopsin suis partibus distinctam in ipso Operis limine delineatam exhibemus.

Principio totum opus tres in Libros digestum quatuor tamen partibus constat. Prima pars ipsum Carcerem, eiusque partes perlustrat; Carceratorum personas, Iudicesque considerat; Tribunalis Visitæ, Iurisdictionem, modosque diuersos examinat, quibus vincti ex Carceribus pro causis criminalibus relaxantur. Secunda pars alterum Librum constituens materiam continet criminalem iuxta formam, quam Paulus III. Constitutione, *Ad onus. 44. in Bullar. nouissimæ impressionis fol. 560.* præscripsit, eandemque Constitutionem distinctè hac de re tractantem per §§. & Capita propositam dilucidè explanat.

Tertia pars post rerum criminalium cognitionem, causas ciuiles, tanquam inferioris conditionis, vnico libro exponit, eum seruans ordinem, quem S. mem. Pij V. Constitutio. RR. *DD. Visitatores. 68. in Bullar. fol. 269.* præscribit. Cuius itidem §§. per capita accuratè, & singillatim explicantur.

Constitutionem verò Pauli V. LXXI. *Vniuersi agri Dominici in Bullar. fol.* 193. Quæ anno M.DC.XII. super Reformationem Tribunalium Vrbis edita fuit, & Visitæ Iurisdictionem, marinamque tàm ciuilem, quàm criminalem complectitur, allegamus promiscuè toto opere, vbi res, & occasio postulat, & ex fori nostri vsu iisdem explicamus multa.

Hisce libris multa continentur, quæ non possunt dici fructus lecti sub aliena arbore, cùm nusquam hactenus impressa cernantur: quamuis enim quæsierim, neminem tamen inueni, qui de hoc argumento scripserit, nisi Thomam Cerdan Aduocatum Pauperum ex Regno Valentiæ, qui libellum lingua Hispana cum allegationibus in margine inscripsit: *Visita de las Carcel, & de los presos.* Et imprimenda curauit Valentiæ anno M.D.LXXIV. continentem tantummodo sexdecim breuia Capita, quibus maiori ex parte referuntur leges Regnorum Valentiæ, & Aragoniæ pro Carceratis.

Quarta demum parte, Appendicis nomine, digesta exhibemus omnia, quæ toto superiore opere ad conclusionum probationem à nobis allegata fuere. §.1. Pontificum Constitutiones. §.2. Diuersorum Tribunalium Vrbis, Banulmenta, Edicta, Taxas, & ordinationes pro Carceratis. §.3. Varia Instrumenta, aliaque Iura, quæ, quia partim manuscripta, partim diuersis locis in folijs volantibus impressa sunt, repetiti alibi haud facilè possunt, curauimus imprimenda: hisque pro § 4. & vltimo Coronidis loco adiunximus aliquot S. Rotæ Romanæ Decisiones, quæ ad materiam à nobis tractatam valdè conferunt, nec alibi impressæ extant. Nec omittimus aduertere, quod licet in opere pauca solum adduxerimus ex ijs, quæ in Appendice continentur, omnia tamen in Indice particulari ipsius Appendicis adnotauimus, ad quem Lectorem remittimus.

Id verò monendus es Lector, nos ad comprobationem conclusionis alicuius, seu casus ad Visitam pertinentis breuitatis studio, vno alteroue Visitæ Decreto fuisse contentos, si enim vellemus omnia recensere, prius, vt ita dicam, charta, quàm Decreta deficeret. Non tamen istam breuitatem vbiquè ità religiosè obseruauimus, quin, vbi necessitas, vel vtilitas postulauit, ad clariorem notitiam styli eiusdem Visitæ plura nonnunquam protulerimus. Propter eandem quoque causam, & ad maiorem dictorum corroborationem frequenter vsi sumus diuersis Prouerbijs, seu Adagijs ad materiam adaptatis, eo quod plurimum valeant ad persuadendum. Quid enim, quæso, probabilius, quàm quod nemo non dicit; quid verisimilius, quàm id, quod tot ætatum, tot nationum consensus velut communi suffragio comprobauit? adeò quod in litteris intercidit, quod titulis, quod Colossis, quod marmoribus seruati non potuit; Prouerbio seruatur incolume, in quo inest natiua quædam, & genuina vis veritatis, vt benè considerat *Manut. in Adag. post princ. tit. Ad persuadendum conducere prouerbia.*

Congruum quoque duximus ad subleuandum Lectorum animos ab omni tędio, quod lectio huius Operis teitis Carcerum tenebris circumquaque obducti parere potest, subinde, quoties opportunum visum est, historiarum, nec non variarum obseruationum ad eruditionem spectantium fulgore quasi tot accensis facibus illustrare. Vsus sum etiam dictis Poetarum, quæ in iure pro legitima probatione admittuntur. S. *Sancti. verb. Deliquerunt. Instit. de rer. diuis. Bald. in l. exemplo. quasi 1. C. de probat. Purpur. in l.* 1. *nu.* 158. *ff. si cert. pet. & de Lucano. gloss. in l. fin. ff. de rer. diuis.* Addo quod ad corroborationem eorum, quæ à nostris Doctoribus dicta sunt, valdè confert, si ostendatur eadem longè antea in Poetarum libris contineri; vndè S. Paulus apud sapientissimos Athenienses; *In ipso enim*, inquit, *viuimus, mouemur, & sumus, sicut quidam vestrorum Poetarum dixerunt.*

Hæc omnia, cum ego iam annum septuagesimum sextum agens concoquere, & ad maturitatem, hoc est, ad typos perducere in tanto ætatis frigore desperarem, adfuit penè abortienti senectuti Archiconfraternitas Pietatis, quæ, vt nomini responderet suo, dum me sibi Præfectum adlegit, fœtum meum adoptauit in filium, & quasi emancipatum suis impensis emisit in lucem. Fruere quisquis es, Lector, partu, qui ab altero concipi, ab altero edi, producique potuit. Neque liber suæ, opinor, indignabitur sorti, si quem Caritas Episcopi parturiuit, Pietas obstetricis more educat in lucem, pariatque. Mihi vitam ille, Sodalitio Illustrissimo lucem, tibi, Lector, lucis fructum debebit, si eo, & in solatium vinctorum, & in obsequium Numinis piè, sanctèque vtare; vt à me vni Deo, vinctisque perscriptus est. Vale.

Sciat demum Lector nonnullos irrepsisse errores circa allegationes, quorum correctio impressa est post Appendicem.

INDEX

INDEX

§. §. ET CAPITVLORVM TRIVM Librorum Operis.

LIBER PRIMVS.

De Visitatione Carceratorum.

LIBER SECVNDVS.

De Visitatione Carceratorum.

De

Index §§. & Capitulorum.

Visi-

LIBER TERTIVS.

De Visitatione Carceratorum.

Priui-

Priuilegiorum Summa pro Impressore Camerali, & Vaticano.

CLemens Papa VIII. Diplomate sanxit, ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana impressoris, sacram Bibliam, Concilia generalia, Epistolas decretales, libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, libros etiam cuiuscumque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctus, per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I. V. D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis, ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in Terris S. R. E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latius patet in Literis ipsius Gregorii Papæ, datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatus sui anno primo. Ac idem Vrbanus Octauus peculiaribus Litteris datis apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Martij 1628. Pontificatus sui anno quinto, in fauorem Andreæ Brogiotti Impressoris Cameralis, & Vaticani transtulit, indulsitque. Quæ omnia Sanctiss. D. N. Innocentius Papa X. in fauorem Angeli Balladori Typographi Cameralis, & Vaticani translata, & indulta haberi iussit, datis Literis apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Martij M. DC. XXXXVI. Pontificatus sui anno Secundo.

Signat. M. A. Maraldus.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiss. D. S. P. A Magistro.

M. Episcopus Sutrinus, & Nepesinus Vicesg.

EGo infrascriptus de mandato Reuerendissimi Patris Vincentij Candidi Sacri Palatij Magistri diligenter perlegi Opus, quod inscribitur, *Ioannis Baptistæ Scanaroli Mutinensis Sidoniorum Episcopi, De Visitatione Carceratorum Libri tres*, ac iudico dignissimum, quod typis mandetur. Nihil enim in eo deprehendi, quod fidei Catholicæ, aut bonis moribus vlla ex parte contrarium sit; immò omnia singulari pietate, & eruditione referta sunt, atque ad Carceratorum solatium accommodatissima; Quibus Carcerum Visitatores inhęrentes merebuntur aliquando audire: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione Mundi: in carcere eram, & venistis ad me &c.* Datum Romæ die 10. Octobris 1654.

Gulielmus Hartius in Venerabili Collegio de Propag. Fide Controuersiarum aduersus Hereticos, nec non in Almæ Vrbis Archigymnasio Philosophiæ Lector.

Imprimatur;

Fr. Vincentius Fanus Magister, & Socius Reuerendiss. P. Fr. Vincentij Candidi S. P. A. Mag. Ord. Prædic.

LI-

LIBER PRIMVS.

DE VISITATIONE CARCERATORVM.

§. I.

VISITATIO.

CAPVT VNICVM.

Quid, & quotuplex sit Visitatio.

SVMMARIVM.

1 *Visitationis nomen dictum à visitando.*
2 *Visitare quid sit.*
3 *Visitationis descriptio.*
4 *Visitationis nomen vocabulum medium.*
5 *Visitatio in Scripturis accipitur quandoque in malam partem.*
6 *Visitatio in Scripturis accipitur quandoque in bonam partem.*
7 *Beneficentia quid? & quid Beneuolentia?*
8 *Visitationis accepta in bonam partem descriptio.*
9 *Misericordia quid ex D. Augustino?*
10 *Misericordia vnde dicta?*
11 *Misericordia descriptio ex D. Augustino.*
12 *Misericordia laus.*
13 *Visitatio in Misericordia, & Caritatis officio consistit.*
14 *Amicum necessitas probat: caritati quomodo satisfiat, & infra num. 31. & seq.*
15 *Visitatio multiplex.*
16 *Diuisio secundum Logicos, & Rhetores quid praestet.*
17 *Visitatio Politica quid sit?*
18 *Visitationis Politica vsus apud Romanos.*
19 *Visitatio Politica quibus viris demandanda sit?*
20 *Visitatio Ecclesiastica quid sit?*
21 *Visitationis Ecclesiastica vsus apud Hebraeos.*
22 *Visitationis Ecclesiastica vsus tẽpore Apostolorũ.*
23 *Visitatio religiosa quid sit?*
24 *Visitatio religiosa erga quos exerceatur.*
25 *Visitatio religiosa multiplex, infirmorum, pupillorum, viduarum, et carceratorum.*
26 *Visitatio carceratorum quid sit?*
27 *Ad carceres damnati non veniunt sub nomine detentorum in carcere.*
28 *Carcer priuatus inhibitus.*
29 *Aequitas in omnibus spectanda.*
30 *Visitationis subsidiaria distinctio à liberatoria.*
31 *Visitatio carceratorum quo sensu misericors dicatur?*
32 *Visitandi sunt carceres ex sententia D. Ambrosij.*
33 *Visitatio carcerum qualem disquisitionem requirat, et caritati non satisfit sola visitatione, sed subueniendo opportunè visitato, vt etiam sup. num. 14.*

QVONIAM rerum optimarum inuentio, etsi lenocinijs destituta sit, ipsa tamen sua natura seipsam exornat, teste Quintil. vt habetur *in glos. 1. clem. sepè de verb. signif.* ideo omissis præludijs oratorijs hanc materiam, verborum blanditijs non egentem, aggrediamur, & incipiamus, vt est in adagio, A linea.

1 De Carcerum Visitatione tractaturis principio ipsum Visitationis nomen considerandum. Sed cum duo præcipuè inquiri soleant circa vnumquodque Nomen: scilicet vnde ductum sit, & quot modis dicatur, Visitationis nomen originem suam satis per se indicat, nullaque 2 eget peruestigatione. Dicitur enim à *visito*, quod est sæpè, ac frequenter *viso*, vel *inuiso*. *Viso* autem teste Papia desideratiuum est. idest, desidero videre; vnde Donatus Terentij interpres, *visere officij est, videre quaerentis aliquem*: huius autem frequentatiuum *visito*. Est ergò Visitatio frequens, & crebra siuè officiosa cum desiderio, & affectu inspectio.

4 Peculiariter autem in Diuinis litteris nomen Visitationis ex eo vocabulorum genere est, quæ Grammatici *Mediam* appellant, eò quod in bonam, malamque partem accipi possit: Sicut *valetudinis* vocabulum tam integram, quàm aduersam significat. *l. vlt. ff. de iniust. rupt. test.* & *l. continuus §. cum ita. vers. valetudinis. de verb. oblig. Thom. Act. de infer. in præfat. num. 67. & in fine.* Et venenum in vtramque partem, tàm pro Medi-5 camento, quàm pro Toxico accipi ostendit *l. qui venenum. ff. de verb. sig.* vbi admonet Caius, vt qui venenum dicit, adijcere debeat an bonum, vel malum; licet ferè semper intelligatur in malam partem; Ita Visitationis vocabulum ambiguum; ad bonam, & malam partem referri testatur Diuus Hieronym. *in comment. ad Hierem. cap 32. & alibi.* Nam in malam partem accipitur, cum vindictam, & supplicium iniquorum significat, iuxta illud Psalm. 58. *Intende ad visitandas omnes gentes; non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.* Et Psalm. 88. *Visitabo in virga iniquitates eorum. & in verberibus peccata eorum.*

6 Accipitur in bonam partem, cum beneficentiam significat, iuxtà illud Psalm. 63. *Visitasti terram, & inebriasti eam,* hoc est, vt dicit ibi Genebrar. *copiosè irrigasti, aut multiplicasti varijs rebus, & modis, variaque fructuum vbertate ditasti eam tua gratia, & virtute visitando.* Est enim be-7 neficentia secundum S. Thom. 2. 2. quæst 31. art. 1. *Actus exterior amicitiæ, vel caritatis secundum rationem communem; sicuti beneuolentia est actus interior eiusdem caritatis.*

8 Nomen Visitationis hoc modo acceptum operationem significat, id est, actum quo proximo nostro præsentiam nostram cum beneficentia, & vtilitate benignè impertimur; Visitatio enim auxilium, opusque misericordiæ, & caritatis munus in actu exercito indicat, iuxtà illud Sancti Augustini: 9 *Misericordia est animi condolentis affectus cum additamento beneficij, vt compatiamur proximo, & largiamur de proprio:* de qua etiam dixit idem D. August. de moribus Eccles. Cathol. lib. 1. cap. 27. *Quis ignoret ex eo appellatam esse misericordiam, quod miserum cor faciat condolentis alieno malo?* & alibi, Misericordiam definiuit, vt sit *ægritudo ex* [11] *tristitia alterius laborantis iniuria, vel compassio alienæ miseriæ in nostro corde, qua si possimus subuenire, mouemur,* vt etiam vult D. Thom. 1. part. quæst. 21. art. 3. Et secundum Ambros. vel alium, quicumque auctor fuit, Commentariorum super priori Epist. S. Pauli ad Timoth. cap. 4. explanantem illa verba: *Prophanas autem & ani-* [12] *les fabulas &c.* circa fin. *omnis summa Christiana disciplina in misericordia, & pietate est.* Et sanè meritò, etiam ex sententia ipsius Ciceronis, qui ait pro Ligario, *de virtutibus plurimis C. Cæsaris nulla admirabilior, nec gratior misericordia est.*

13 Quare Visitationem in caritatis, & misericordiæ officio consistere manifestum est. Prouenit enim tanquam effectus amoris à fideli amicitia Christianorum propria, quæ sedem suam in Caritate constituit, vt dicit S. Thom. 2. 2. quæst. 23. art. 1.

14 Vnde Cassiod. in quadam epist. *Necessitas amicum probat, & intima caritatis ardorem splendor exhibita subuentionis elucidat, & qui ex caritate visitat, desiderium non explet visitando duntaxat proximum, sed de rebus illius, vitaque ærumnis, ac corporis egestate, vt illi præsto sit, diligenter inquirit.*

15 Cum autem multiplex sit Visitatio; videndum quot genera sint Visitationum. Nam per diuisio-16 nem, vt Logici dicunt, ex cognitione confusa alicuius totius deuenitur ad claram partium notitiã: Apud Rhetores, nihil aliud est diuisio, quàm illa per quam aperimus, quid conueniat, quid in controuersia sit, vel per quam exponimus, quibus de rebus dicturi sumus; vndè Quintil. lib. 7. *Diuisio,* inquit, *est rerum plurium in singulas partitio, seu singularum rerum in partes discretus ordo.* Quoniam igitur Visitatio, quæ in bonam partem accipitur, multiplex est iuxtà varios fines, ad quos destinatur: vt sciamus, de qua specie Visitationis hic agendum sit, operæpretium duximus diuisionem Visitationis præmittere. Visitatio autem triplex est, vna dicitur *Politica*, alia *Ecclesiastica*, tertia *Religiosa*.

17 Politica ad regimen, curamque Prouinciarum ac Regionum spectat. Erant enim olim Visitatores, siue Magistratus supremi, qui Prouincias adibant cum potestate, & inferiores Magistratus ad censuram reuocabant, eorumque acta, & cætera ex arbitrio corrigebant.

18 Hinc est, quod sæpissimè ad lites, & controuersias componendas, dissidiaque sedanda huiusmodi Visitationes mitterentur. Quod Romæ obseruatum; & inuiolabile Iuris documentum etiam Cinnæ temporibus fuit, Censorem à Senatu mitti Prouincias Imperio Romano subiectas inuisendi gratia, tribus præcipuè de causis, nempè vt inspiceret, quomodo à Iudicibus ius redderetur: vt aduerteret quomodo Respublica se haberet; denique vt vnusquisque Ciuium Romani Imperij se obedientiæ subijceret. Facit huc *l. congruit. ff. de offic. Præs.*

19 Sæpè etiam ad particularia munia mittebantur Visitatores à Principibus. Cuius rei memorabile habemus exemplum in Byzantinæ historiæ Scriptoribus de Imp. Basilio Macedone. Vnde apparet quanta cura deligendi sint, quantaque fide, & Religione pollere debeant, quibus visitandi officium committitur. Supremus Regij Aerarij Præfectus Basilium Imperatorem monebat, magno cum augmento ærarij futurum, si Visitatores in Prouincias mitteret, qui exactores pecuniæ publicæ, earumque rationes inspicerent.

Imperator consilium sibi probari simulans, homines huic muneri obeundo aptos deligi, & ad se adduci iubet. Id cum fecisset Quæstor generalis, Mirari se, dicebat Imperator, quod huiusmodi hominibus visitandi munus committendum putaret, Officium illud tanti esse momenti, vt si per alia negotia liceret, ipsummet ad id obeundum proficisci debere existimaret: Id cum fieri nõ posset, duobus præcipuis Imperij Proceribus id committendum, quorum virtutem, fidem, & integritatem pridem perspexerat. Sed cum illi, & laboris, & ætatis excusatione hanc functionem deprecarentur, prudenter subiunxit Basilius, cum ergo nec ipse exire possim, & illi onus hoc obire recusent, Visitatio-

nem

nem omitti, quàm res hominum minus idoneorum opera turbari præstat.

20 Ecclesiastica Visitatio ad gubernium Ecclesiæ pertinet, de qua loquuntur qui de Visitatione Ecclesiarum tractant Canones, atque decreta Pontificum, ac SS. Patres diffusè hanc materiam discu-

21 tiunt. Quæ quidem Visitatio etiam apud Iudæos in pretio fuit. In lege enim veteri Visitatores constituebantur. Sic Rex Artaxerxes, vt habetur Esdræ lib. 3. cap. 8. *Misit Epistolas Esdra vt visitaret ea, quæ agebantur secundum Iudaeam, & Ierusalem, præcipiens vt obseruaret, sicuti habebatur in lege Domini*. Hi Visitatores circa ministeria Diuinorum Officiorum, vel legum sese impendebant, disciplinæ inuigilabant, & Apostolorum titulum deferebant, teste Ioanne Lorino in *cap. 15. Act. vers. 36.* qui dicit D. Hieronym. ita obseruasse in cap. 1. *Epist. ad Galat. & Epist.* 143. *ad Damasum Papam circa fin.* Ita etiam obserua-

22 bant Apostoli. Vnde Paulus, & Sila visitarunt *fratres per vniuersas Ciuitates, in quibus prædicauerunt verbum Domini, vt inspicerent fideles quomodo se haberent, & perambulabant Syriam, & Ciliciam, confirmantes Ecclesias præcipiendo custodire præcepta Apostolorum, & Seniorum*. Act. cap 15. circa fin.

23 Religiosa deinque Visitatio ad miserendum, & subueniendum miserijs hominum scilicet pupillorum, infirmorum, & carceratorum pertinet, iuxtà illud Iacobi in principio *Epistola Cathol. Religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum*.

24 Vnde visitare pauperes, & miserabilium personarum curam, & sollicitudinem gerere ad Religiosam Visitationem spectat, & inter opera misericordiæ corporalia recensetur. Huius Visitationis exempla multa in sacro eloquio inseruntur: Ochozias Rex visitauit Ioram ægrotantem, vt legitur *lib. 4. Regum cap 9.* Moyses captiuos Hebræos, vt dicitur *Exod. 2. vers. 22.* Abacuc visitauit Danielem in lacu leonum, prandium illi ferendo. Et frequenter in sacris litteris vt auxilium miseris feramus iniungitur, atque vt liberemus *vi oppressos de manu calumniatoris*. Ierem. cap. 22. circa princip. *Eruos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses*. Prou. 24. *Mementote vinctorum tanquam simul vincti*. S. Pauli ad Hebræos cap. 13. in princ.

Prætermissis itaque Politica, & Ecclesiastica

25 tanquam à nostro instituto alienis, de Religiosa tractabimus. Cum autem hæc sit, vt dixi, multiplex infirmorum, Pupillorum, Viduarum, & Carceratorum, aliorumque miserabilium personarum de Visitatione tantum Carceratorum tractabimus, & primo quid sit carceratorum Visitatio.

26 Si Ciceroni credimus, cuius auctoritati etiam iura nostra deferendum censuerunt. *l. Cicero, ff. de pœnis*. omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Cum ergò duplex sit officium Visitationis, quod carceratis impenditur, *Subsidij* vnum, *Liberationis* alterum, definitio vtrumque complectetur, si dicamus *Visitationem esse pium ad carceratos subueniendi causa accessum*. Verum cum operis huius institutio sit modum præbere, ne illi qui intra carcerum septa continentur; *subtracti Audientia longa tabe consummantur, vt l. 1. C. de custod. reor.* congruum erit specialem huius rei definitionem in medium afferre. Idcircò vt definitio Visitationis, de qua agimus, congruat suo definito tantùm, & non alteri, vt not. *ff. de reg. iur. l. omnis definitio. Et Instit. testam. in princip.* dici potest, *quod Visitatio sit detentorum in carcere legitima, æqua, & misericors ad eorum liberationem disquisitio*, vel potius discussio. *tot. tit. ff. & C. de custod. reor.* Dixi

27 *Visitationem esse ergo detentos in carcere*, ad distinctionem illorum, qui pro aliquo facinore in pœnam carceris sunt cõdemnati. Hi enim nõ detenti, sed serui perpetuo, corporaliue carceri damnati dicuntur. *l. incredibile. C. de pœnis*. Dixi *In Carcere*,

28 hoc est, publico, cũ priuatus carcer penitus inhibitus sit. *l. iubemus, C. de priu. carc.* Idem est si fit in loco, vndè exire prohibetur: Nam huiusmodi quoque locus carcer dicitur, vt infra §. 3. cap. 2. Dixi: *legitima, & æqua*, ita vt saltem per disquisitionem secundum æquitatem causa liberationis

29 non negligatur. Æquitas enim in omnibus spectanda est. *l. in omnibus. ff. de reg. iur. gloss. fin. in l. 1. ff. si quis caut. ind. sist.* Nam Iudex debet facere id, quod partibus non sit onerosum. Et hoc facit, quandò secundum iuris æquitatem officium suum pro expeditione præstat. *ad iurib.* Dixi; *ad liberationem*, vt distinguam *subsidiariam* Visitationem *à liberatoria*. Illa enim operatur ne deten-

30 tus pœnis Carcerum opprimatur; ista vt Carceris, & custodiæ squallorem citius eductus euadat, ne carcer pro custodia inuentus diuturna detentione in pœnam commutetur. *Angel. l. 1. Cod. de custod.*

31 *reor.* Dixi; *misericors*, id est, cum caritate, quæ commune cum cæteris Visitationibus præstat documentum. Infirmos enim inuisere, Viduarum, Pupillorumque defensionem suscipere, Reos vinculis alligatos adire, cæteraque misericordiæ opera nihil sunt, nisi sale caritatis condiantur, quæ in beneficentia præsertim consistit, quæ est actus exterior caritatis secundum rationem communem, sicut beneuolentia est actus interior eiusdem caritatis, vt supra diximus; ita pariter conueniens est, vt quicquid innocentibus graue, noxijs seuerum, pij Visitatores subtrahendum dignouerint, caritate duce remoueri omninò decernant, & executioni demandari totis viribus procurent. *l. 1. C. de custod reor.* Ad hoc quoque nos inuitat D. Ambros. *Sermon. in Dom. 8. post Pentecost. circa medium*, ijs verbis: *Eamus ad carcerem, requiramus vinctos, humanis miserijs, & angoribus condoleamus. In his enim omnibus tibi occurrit Christus, qui cum sit in comprehensibilis secundum Deitatis naturã, inuenietur tamen abs te per opera misericordiæ. Ipse enim dixit, Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c.* Hæc D. Ambros. qui insuper lib. 1. de offic. *Grandis*, inquit, *culpa est si te sciente fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, & non adiuues, si sit in carcere, & pœnis, & supplicijs propter debitum aliquod excrucietur*. Istis quod superest distribuendum est, cum ex D. Hieronymo aliena rapere conuincatur, qui vltrà necessaria sibi retinere probatur, *c. hortandus*

dist. 42. dist. Dixi *disquisitio*; disquirere enim est de aliqua re diligenter inquirere, ne à miseris expectata remissio, vt dixi, morosa tarditate differatur. Causæ enim vinctorum apud acta publica auditæ à Visitatoribus disquiri debent, vt Iudicibus aliquando fæuientibus quædam quasi fræni temperies adhibeatur, & quos tenet carcer inclusos velox pœna subducat conuictos, aut liberandos custodia diuturna non maceret, *l. de his, C. de custod. reorum.*

Explicato, quantum ad nostrum propositum sufficit, Visitationis significatu; reliquum est, vt paulò vberiùs dicamus de Carcere, à quo Carceratus nominatur.

§. II.

CARCER.

Caput I.

Quid? qualis? cur Domus Diaboli dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Carceris definitio, ex Varrone, & Seruio.*
2 *Carcer vnde dictus ex Isidoro.*
3 *Carcer species custodiæ.*
4 *Custodia idem quod custoditus.*
5 *Custodia apud veteres multiplex.*
6 *Carcer interdum vocatur Captiuitas.*
7 *Captiuus propriè in bello captus, impropriè carceratus.*
8 *Captiuorum redemptio, Carceratorum liberatio, in Iure dicitur.*
9 *Carceris nomen significat quandoque meram custodiam, quandoque pœnam.*
10 *Carceris à custodia distinctio à quibusdam excogitata refellitur.*
11 *Carcer, & Carceres distinguuntur.*
12 *Carceris qualitas deploranda, & eius incommoda ex Cassiodoro, & Tertulliano.*
13 *Carcer domus Diaboli a Tertulliano cur dicatur.*
14 *Carceris nomen tributum Inferno, tum à Sacris, tum à prophanis Scriptoribus.*
15 *Carceris cum Inferno conuenientia quoad vincula.*
16 *Carceris cum Inferno conuenientia quoad tenebras.*
17 *Carceris tenebras exhorruit S. Perpetua.*
18 *Carceris tenebras auget iniquitas Custodum.*
19 *Carceris cum Inferno conuenientia quoad angustias.*
20 *Carceris angustia ex Libanio, & Luciano.*
21 *Carceris cum Inferno conuenientia quoad fœtorem.*
22 *Carceris cum Inferno conuenientia quoad animalia noxia.*
23 *Carceris sordes ex Victore Vticensi, & Paulo Iouio, & Exelini Tyranni barbaries.*
24 *Carceris cum Inferno conuenientia quoad malorum omnium aggregationem, luctum, famem, sitim, egestatem, &c.*
25 *Carceris inedia significatur in scripturis per Panem tribulationis, & aquam angustiam.*
26 *Carceres de inedia questus apud Senatum Iulius Sabinus.*
27 *Carceris inediæ succurrebat Lex 12. Tabularum.*
28 *Carceris inediæ vt succurrerent, Honorius, & Theodosius legem tulerunt.*
29 *Carceris cum Inferno conuenientia quoad sæuitiam ministrorum.*
30 *Carcerum ministri quàm inhumani ex Libanio, & Philone.*
31 *Carceris ministri cum vulturibus comparantur.*
32 *Carcerum ministros, siue custodes S. Ignatius vocat Bestias.*
33 *Carceris cum Inferno conuenientia quoad ingressum facilem, egressum difficilem.*
34 *Carcerati omnium hominũ postremi, & vilissimi.*
35 *Carceris cũ Inferno comparatio homines à delinquendo compescit.*
36 *Carceris cum Inferno comparatio non quadrat Carceribus Vrbis.*
37 *Carcerum Visitatores, quibus Angelis comparandi.*

A Carcere. Nihil est, quod magis abditas rerum naturas illustrat, quã definitio, quæ secundum Ciceronem, numquam sine præfatione Principis Oratorum nominãdum, quasi inuolutum euoluit id, quod quæritur. *Bald. in prælud. feud. num. 8.* Vt igitur hac etiam facem præferente carceris inter tenebras orationis iter sine periculo dirigamus, quid sit carcer, & vnde suum nomen duxerit breuiter exponemus. Qua in re Ducem sequentes Varronem, Romanorum doctissimum, sed præcipuè in notione nominum inuestiganda sagacissimum, errare non poterimus. Ex Varronis [1] ergo sententia *Carcer locus est in quo noxij detinentur, vel ex quo exire prohibentur*; & proptereà etiamsi apertas portas reperirẽt exire non debent. *gloss. putat. in l. succurritur, & ibi Bald. ff. ex quib. caus. maior.* sub pœna violati carceris *l. fin. ff. de rerum diuis.* per rationem *textus in l. qua neg. ff. de verbor. signific.* Carcer enim à coercendo, eo quod vinctos coerceat dicitur à Seruio Virgilij interprete probatissimo 1. *Georgic.* Carcer dicitur custodia noxiorum. Et 1. *Aeneid.* locus in quo seruantur noxij, quasi *Arcer* [2] ab *Arcendo*. Neque aliter Isidorus *Etym. lib. 5. c. 27.* carcer quasi arcens. Licet autem Plautus, & alij Custodiam accipiant pro Carcere, tamen si [3] propriè loquimur carcer species est custodiæ, & vt colligitur ex *l. 1. ff. de custod. reor.* vbi text. carcerem manifestè distinguit ab alijs custodiæ modis: Vnde & Tertull. *lib. aduers. Marcion. cap. 2.* carceri custodiam sicut Nicol. Pap. *epist. 1.* custodiæ monasteriali custodiam carceralem opponit. Dixit quoque Venul. *de verb. signific.* vinculorum appellatione vel priuata, vel publica significari, custodiæ

vero

4 verò tantum publica vincula. Non igitur mirum si custodia, quandoque pro ipso vincto, vel custodito accipiatur, *l. carcer. l. milites, & l. fin. de cust. reor. & l. solent. ff. de off. Proconf.* Ita vulgatus Interpres *Act 27.* ait tradi Paulum *cum reliquis custo-*
5 *dijs Centurioni*: vbi in græco *cum reliquis vinctis* legitur. Apud veteres autem multiplex erat *custodia*, vt dicetur infrà de carcere ad custodiam cap. 3.

6 Quia verò ferè per lictores capiuntur, qui detruduntur in Carcerem, hinc etiam à capiendo *Captiuitas* vulgò appellatur non solum Apprehensio, siue manuum iniectio, sed ipsa in carcere, & vinculis detentio. Verùm *Captiuitas* propriè bellica est, vbi quis ab hoste capitur: vnde Captiuus propriè *bello captus* dicitur. *Inst. §. penult. de iur. person.*

7 Carceratus autem non nisi impropriè ita appellari
8 potest, ideoque *pro captiuis redemptio, pro carceratis liberatio* à iure dicitur dari. *Aug. authen. si captiui. C. de Episc. & Cler. l. Christianos. C. de Episc. aud.*

9 Porrò *Carceris* vox, quandoque *meram custodiam* reorum significat, donec Iudex, causa cognita, eos vel damnat, vel absoluit: quandoque *pœnam*, vt si quis supplicij loco ad carcerem perpetuum damnetur; Quandoque etiam ante Iudicis examen, datamque sententiam durioris carceris pœna ante supplicium infligitur, vbi reum
10 graue scelus admisisse constat. *l. 3. ff. de custod. reor.* Illi autem manifestè hallucinantur, qui vocabulo *Carceris* publicam significare custodiam volunt: *Carceres* verò priuatas custodias esse afferunt, cum nullum eius distinctionis vestigium, neque apud Iuris auctores, neque apud alios scriptores extet. Verùm illud apud viros eruditos certum est *Carcerem* propriè pro custodia, & carce-
11 ratione reorum semper vsurpari: *Carceres* verò dici repagula illa in Circis, vnde equi, & quadrigæ ad currendum emittebantur. Ita enim præter alios Fl. Caper vetustissimus Grammaticus: *Carcer masculini generis non nisi singulariter dicitur, in quo homines coercentur, pluraliter verò carceres, vnde currus effunduntur.*

12 Qualitas verò carceris deploranda, & carceratorum conditio commiseratione digna, vt mirum non sit si ab incommodis, & angustijs, quibus in carcere premuntur liberari summopere exoptent. Est enim carcer secundum Cassiodor. lib. 1. var. cap. 40. *Cella gemitum, tristitia domus, apud superos Plutonis hospitium, locus perpetua nocte caecatus, pœnale secretarium, vbi pædor*, inquit, *colliga catenarum abominabili mærore discruciat, auditu alieni gemitus, & lamenta conturbant; gustum ieiunia longa debilitant, tactu pondera prementia defatigant; lumina diutius tenebris obtusa torpescunt.* Ideoque ex eius sententia non est vnum clausis exitium, sed multimoda morte perimitur, qui carceris squallore cruciatur. Neque minus argutè Tertull. *lib. de resurrect. carnis cap. 8.* vinctos in carceribus macerari dixit *teterrimo lucis exilio, penuria mundi, squallore, pædore, contumelia victus, ne somno quidem liberos*, quip-
13 pe ipsis etiam *cubilibus vinctos, ipsisque stramentis lancinatos*. Idem *lib. ad Martyres*. multus est in carceris incommodis recensendis; vbi eum *domum Diaboli*, esse ait, in qua familiam suam continet, eo quod sceleratorum hominum colluuiem, & retrimentum humani generis fame complectatur, supplicijs, mortique destinatum; non aliter gladiatorum familias olim in carcere alebant lanistæ ad spectacula, certamq. lanienam producendas. Multas alias carceris malas qualitates habes relatas apud Farin. *quæst. 27. num. 1. & pluribus seqq.* facit etiam Rot. *decisio 500. num. 1. in fin. vers. quibus accedit par. 3. recent.*

Inepta fortasse videri poterit prima facie præfata Tertulliani comparatio carceris cum Inferno, non est tamen abs re: multa enim sunt propter quæ *Domus Diaboli*, siue *Plutonis hospitium* carcer meritò appelletur. Quicquid enim horroris, & tormentorum Inferno tribuitur, id carceri quoque ab eodem Tertulliano, alijsq adscribi videmus.

14 Imprimis vt à nominis communione incipiamus, Sacræ Litteræ nullum aptius nomen, quàm carceris, & vinculorum reperisse videntur, quo Infernum appellarent. Vndè *Apocal. 20.* Abyssus inferorum vocatur carcer Satanæ, & Petrus *epist. 1. cap. 3.* ait *Christus ad inferos descendens his qui in carcere erant spiritibus prædicauit, atque inde ruptis inferni claustris victor ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem*, vt ex psalm. 67. ait Paulus *Ephes. 4.* Cum sacris prophani pariter Scriptores conueniunt. Seneca in Her. Fur.

. . . . . . dira furiarum loca
Et inferorum carcer, & sonti plaga
Decreta turba . . . . & in Thyest.
. . . . . . adde si quid ad pœnas potes.
Quod ipse custos carceris diri horreat,
Quod mastus Acheron paueat . . . . .

15 Deinde habet vincula sua Infernus. Nã Petrus *epist. 2. cap. 2.* dicit *Deus Angelos desertores rudentibus inferni detractos in Tartarum cruciandos tradidit*: eosque vt B. Iuda *in epist.* ait, *in Iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reseruauit.* Ioannes quoque *Apocal. 20.* Satanam catena magna ibidem alligatum vidit. Carcer verò quid præter lota, funes, laqueos, neruos, fidiculas, boias, manicas, compedes, numellas, catenas, omne denique vinculorum genus habet, quæ miseros carceratos ipso aspectu nedum strepitu, ac pondere affligant? vnde *l. vinculorum, ff. de verb. signific.* vinculorum appellatione omnia, & publicam, & priuatam custodiam significari ait.

16 Præterea squallet caligine, & tenebris Infernus: quippe tenebrarum Principis Regia. Vndè etiam Christus *Luc. 14.* cum appellat *tenebras exteriores*, quales scilicet in Carcere, & Latumijs esse solēt, vt in eius loci explicatione notat S. Ambros. & apud Tull in Tusc. vetus Poeta *Adsum atque aduenio Acheronte*, inquit, *vbi rigida constat caligo.* Infernum Ennius apud eumdem, *Acherusia templa alta Orci pallida lethi obnubila; obsita tenebris loca* appellat. Et Lucret. *l. 3. lucis egenus Tartarus*: Inter carceris autem qualitates pessimas, vel primum locum obtinent *Tenebræ*, siue, vt Tertullianus vocauit *Teterrimum lucis exilium.* Hinc carcerem Virg. & Seneca *cæcum*, *tenebrosum*: Lucanus, & Iuuenalis *nigrum*: Cassiod. *locum æterna nocte cæcatum* duxere. Vnde sicut S. August. *epist. 99. Carcerem proignorantiæ*

tenebris. Et *lib.* 1. *de ferm.* *Tomini in monts* pro *fannu tenebrarũ* accipit: ita vicissim *tenebras* pro *carcere* accipit S. Ambros. vt modo vidimus. Cicero etiam in Verrem act. 6. *Obtorta gula de conniuio in vincula, atque tenebras abripi iussis.* Sane

17 S. Perpetua Martyr fortissima, quæ mortis sententiam hilaris excepit, ad carceris tenebras se exhorruisse in Actis martyrij affirmat. *Post paucos,* inquit, *dies recipimur in carcerem, & expaui quia nunquam experta sram tales tenebras.*

18. Hasce tenebras sæpenumero spissiores reddidit Custodum carceris iniquitas, qui lumen nonnisi iniquo pretio redemptum inferri permittebãt: quã sæuitiem luculenter depingit, simulque grauissimè exaggerat Libanius *oratione pro vinctis.*

19 Habet angustias, & pressuram Infernus, in quo cæteroę damnatorũ veluti oues positæ sunt, *Ps.* 48. Iisdem carcer coarctatur, qui, vt Libanius de illis angustijs conquestus ait, *Plenus est hominibus, nullo egrediente, vel paucis admodum; multis vero ingredientibus; vbi nec somnum commodè capere licet, cum nec iacere liceat reclinatos, sed quantum stantes capere possunt, tantum loci obti-*

20 *nent.* Ita quoque Lucianus *in Toxari* Antiphili captiuitatem describens: *Subagrotabat iam,* inquit, *maleque habebat; quippe qui humi cubaret, idque etiam noctu; neque crura sineretur protendere ligno inclusa; nam per diem bois coercebant, & altera manus constricta erat, & noctu cogebatur totus in vinculis esse.*

21 Exhalat puteus Abyssi ex stagno ardente igne, & sulphure fumum tormentorum. *Apoc.* 9. 19. & 20. Lucret. *lib.* 3.

Tartarus horrificos eructans faucibus æstus.

Cui etiam carcer hac parte cõferẽdus. Nam & illic *tristè expirat,* vt ait Tertullianus. Et Cassiodorus *pador abominabili marore vinctos discruciat.* Vnde & S. Perpetua ad carceris memoriam exhorrescens; *ò Diem,* inquit, *asperum: æstus validus turbarum beneficio, concussura militum.* Et *In*

22 *Toxari* Lucianus: *Ad hac domicilij pador, ac præfocatio multis ibidem vinctis, locumque angustum prementibus adeò, vt vix respirarent.* Hinc squallor, & sordes, & ingens infestissimorum animalium examen, *Vt muscæ, culices, cimices, pedesq. pulicesque,* quemadmodum loquitur *in Curculione* Plautus. Quin etiam scorpijs, alijsquè venenatis animantibus infestum carcerem in Vandalicæ persecutionis Historia commemorat Victor Vticẽsis; vt neq; ea parte dissimilis sit Inferno, vbi vermis damnatorũ nõ morietur *Esaia* 66. *Marc.* 9. *Apoc.* 9. de fumo *putei locusta exierunt, quarũ cruciatus, vt cruciatus scorpij, cum percutit hominem.*

23 Sed fidem humanam superat; quod alio loco idem Victor Vticensis de angustijs, & sordibus carceris narrat. Verba eius apponam, vt carcerem Inferno iure, ac merito comparasse videar. Ita ergo *Lib.* 2. circa medium. *Sed vbi Aduersarius nullum potuit occupare, inquirit angusta, & teterrima loca, in quorum conclauibus Dei exercitum coarctaret. Tunc eis etiam visitationis humana negata consolatio, puniuntur & custodes fustibus grauiter affliguntur. Iactantur Confessores Christi super inuicem angustia coarctantes vnus super alium, vt agmina locustarũ, & vt propriè dicatur, vt grana pretiosissima frumentorum. In qua constipatione secedendi ad naturale officium nulla ratio sinebat loci, sed stercora & vrinam vrgente necessitate ibidem faciebant, vt ille tunc fætor, & horror vniuersa pœnarum genera superaret. Ad quos aliquando, dantes ingentia munera Mauris, dormientibus Vandalis vix clam admissi sumus intrare. Qui introeuntes veluti in gurgite luti vsque ad genua cæpimus mergi.* Vandalicam barbariem æquauit, vel etiam superauit Exelinus Patauinorum Tyrannus, de qua sic Paulus Iouius lib. 1. elog. in Exelino. *Aedificauerat singulis in vrbibus atque oppidis carceres tenebris horribiles, in quos inuisorum agmina contruderet, vt inedia, miserabilique illuuie, tetro odore, & liuido squallore enecti in compedibus, & robore crudeliter interirent, putrescentiumque cadauerum immenso fætore, cæteris pallentibus exoptata mors contagione, & metu accerseretur. Nam ea truculentia erant Custodes, vt nonnisi ex mensium interuallo carceres stercore præalto, & multa putridorum cadauerum sanie redundantes repurgarent; & cumulata inter semianimes enectorum corpora vncis*

24 *extraherent.* Quis non huiusmodi carcerem Infernum dixerit? quid enim in Inferno fœdius? quid tetrius cogitari potest? Omnium malorum, & miseriarum congeriem continet, pauorem, fletũ, vlulatum, stridorem dentium, famem insatiabilem, & inextinguibilem sitim, Virg 6. *Aeneid.* memorat eadem apud Inferos monstra.

,, *Vestibulum ante ipsum, primisq. in faucibus Orci*
,, *Luctus, & vltrices posuere cubilia curæ.*
,, *Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus,*
,, *Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas:*
,, *Terribiles visu formæ* . . . .

Isthic, vt cætera Inferorum supplicia taceam teste Horatio Sat. 1.

Tantalus à labijs sitiens fugientia captat
Flumina . . . .

Nõ est apud Inferos inuenire cibũ, *Eccles. cap.* 14. & diues Epulo extremo sitis ardore cruciatus, frustrà aquæ guttulam linguæ refrigerandæ expetit; ideoque locum pœnæ, & tormentorum appellat. Omnis ferè hæc malorum caterua, ex Orci vestibulo in carcerum penetralia migrauit ad *Sedentes in tenebris, & vmbra mortis, vinctosque in mendicitate & ferro,* vt ait *Psal.* excruciandos. Ibi non minus quàm apud Inferos.

. . . . *Cuncta mærore horrida*
Ipsaque morte peior est mortis locus. vt ait Seneca *in Hercul. furent.* Longum foret ire per singula calamitatum genera, quæ vinctos lento supplicio consumunt. Carceris angusta diaria si cogitemus & illam victus contumeliam, vt vocat Tertullianus, qui non tam ad vitam, quàm miseriam producendam suppeditatur, facile perspiciemus, cur il-

25 lud panis modicum, & aquæ pauxillum, quo vincti in carcere sustentantur Sacra Scriptura 2. *Paralipom. cap.* 18. appellet panem tribulationis, & 3. *Reg. cap.* 22. siquidem miseris tam parco victu esuriales feriæ perpetuo agendæ sunt. Iulius Sabi-

26 nus homo, vt ait Seneca *lib.* 4. *controu.* vrbanissimus, cum introductus esset ex carcere in senatum postulaturus vt diaria acciperet, dixit de fame questus, *Nihil onerosum à vobis peto, sed vt me*

aut

aut mori velitis, aut vivere, & cum petitioni tardius annueret Senatus, Homo (inquit) adhuc indemnatus vt possim viuere parricidas panem rogo. Sanè tenuia nexis diaria constituere leges duo- 27 decim tabularum libras farris endo dies singulas puta in singulos. Quamuis non desint, qui selibram substituant. Parcum sanè & iniquum dimēsum. Qua de re præter Rotardum, Gotifredum, aliosque duodecim tabularum Interpretes, vide Lipsium *ad Senecæ epist.* 18. & Torrent. ad Horat. *lib.2.sat.5.* eruditè differentes. Grauiter quoque de parcis, prauisque vinctorum alimentis cōqueritur Libanlus *oratione de vinctis ad Theodo-* 28 *sium Maiorem* superius quoque à nobis citata: Ideoque liberalius victualem substantiā ijs ministrandam Iudicibus præceperunt Impp. Honorius, & Theodosius Iunior, scilicet libellis duabus, aut tribus diurnis, vel quot æstimauerint Commētariensi decretis *l. fin. C. Theod. de custod. reor.* quod repetitur *l. Iudices. C. de Episc. aud.*

29 Sed in eo vel maximè Infernum carceri comparandum existimo, quod vterque ministros ferales habeant. Ita eos vocat *lib.6. C. Theod. eod. tit.* puta *Carcerarium, Lictores, Quæstionarios, Tortores, Commentarienses, Exceptores, Ostiarios*, cæteramque turbam, quibus sine extrema aliorum infælicitate bene esse non potest; quique ex aliorum damno, & calamitate lucrum faciunt; præsertim vbi eis largam prædandi segetem negligentia Iudicum præbet, vt *d.l.6.* loquitur. Horum malas artes copiosè describit Libanins oratione illa nobilissima *de vinctis*. Neque mirum est si tales sint. Nam fieri non potest, quin qui in sole ambulant, colorētur. Hos viuis coloribus *Philo Iudæus lib. de Ioseph*, ita dipingit. *Quanta sit*, inquit, *Custodum* 30 *Carceris inhumanitas, quanta crudelitas nemo ignorat. Cum enim suapte natura sint immites; studio & assuetudine magis, magisque efferantur in dies, crescente sæuitia, dum nihil boni vident, dicunt, aut faciunt, sed sæua, violentaque omnia. Nam sicut homines corpore bene compacto exercitatione corroborantur, & acquirunt robustam inuictamque habitudinem, sic ferox, & immitis natura occupata sui similibus studijs duplo fit durior, impenetrabilis, & inaccessa misericordia. Et vt illi qui cum bonis conuersantur, conuictu eorū euadunt meliores, sic qui cum malis, affricant sibi eorum vitia. Facile enim consuetudo abit in naturæ similitudinem. Degunt autem Carcerum Custodes inter plagiarios, fures, parietum perfossores, facinorosos, violentos, stupratores, homicidas, adulteros, sacrilegos, ex quorum singulis nonnihil nequitiæ velut lucellum viritim corrogatum contrahunt; & ex varia ista vitiorum mixtura vnam conficiunt sceleratissimam malorum colluuiem; & miscellam.* Hæc Philo, sanè grauiter: si quid tamen satis vehemens in vultures istos carcerarios dici potest; Vultures, inquam, qui vt Stygius ille Tytij iecur, apud Virgilium in 31 *Aeneid.* ita ipsi miserorum facultates ad viscera, & sanguinem vsque depascunt, vt vetus est Græcorum versus. Nunquam tamen satiantur, sed semper famelici nouæ prædæ inhiant. Hac de causa S. Ignatius Martyr suos Custodes, feras, & immi- 32 tes bestias appellare non dubitauit. Ita enim ad Romanos scripsit. *De Syria vsque ad Romam pugno ad bestias in mari, & in terra, nocte dieque ligatus cum decem Leopardis, hoc est, militibus qui me custodiunt, quibus & cum benefeceris, peiores fiunt.* Sanè vt benignitate ac beneficentia homines proximè accedunt ad Deum, qui perdito humanitatis sensu, nullis placantur beneficijs non solum belluis, sed dæmonibus rectè comparari possunt.

33 Tandem in eo quoque carcer Inferno simillimus est quod aditum facilem, recessum nullū, aut perdifficilem habeat; Nā & carcer noctes, atque dies patet, non secus atque, *Atri Ianua Ditis*. Recipit sine vllo discrimine omnes sontes pariter, & insontes; ideoque de Carcere aptissime pronuncies illud Virgilij . . .

Facilis descensus Auerni,
Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras
Hoc opus, hic labor est . . . .

Verè appelles *iter tenebricosum* iuxta illud Catulli, *vnde negat redire quemquā*. Hic Cretici Labyrinthi inobseruabilis, & irremeabilis error egrediendi signa fallit, tandemque miseros Minotauris, hoc est, delatoribus, sycophantis, quadruplatoribus, rabulis deuorandos obijcit. Illud porrò miserrimum quod sub tam lentis maxillis pereant. Quis enim omnes dilationū, procrastinationum, tergiuersationum artes enumeret dum lites instruuntur, testes subornantur, & ipse

Quæsitor Minos vitasque & crimina discit.

Et post enauigatos tot, tantosque auaræ Charibdis vortices, excipit eos

Scylla rapax canibus succincta immitibus aluum.

Terret, tenetque egressuros

Dirus in limine custos. Cerberi instar,

Vestibulum insomnis seruans noctesque diesque;

Et reliqua feralium ministrorū turba, illa inquam

Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra.

quos nisi ad vnum omnes offa objecta placaueris audies; Non exibis. Adeòque sicuti ex Inferno ita quoque ex carcere nulla redemptio. Hæc sunt cur Domus Diaboli, & Plutonis hospitium carcer merito appellari possit, in quem omnis calamitatū, & miseriarum colluuies velut in sentinam confluxit; Vnde etiam in sacris litteris omnium 34 mortalium *postremos, & vilissimos* haberi constat vinctos in carcere. Nam *Exod.* 20. Dominum in Aegypto percussisse legimus omnem primogenitum *à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere.* & 4. *Reg. cap.* 14. *Vidit Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quod consumpti essent vsque ad clausos carcere, & extremos, & nō esset qui auxiliaretur Israeli.* Hæc paulò prolixius exposuimus, vt perspecta extrema carceratorum miseria piæ Visitationis beneficium, quod eis impenditur, fiat magis conspicuum. Hoc enim est Ariadnes filum quod miseros ex illo inextricabili malorum labyrintho educit; hic ramus Sybillæ cuius præsidio ex Inferni tenebris, & Ditis ergastulo ad lucem, & libertatem reuertantur carcerati, quibus sacræ Visitationis adiumento, non solum mala quæ sunt, minuuntur; sed etiam ex eisdem malis citius eruuntur.

35 Hanc carceris, & Inferni comparationem insti-

tuimus

tuimus, non quod re vera carceris quantumuis extremas calamitates Inferorum supplicijs etiam minimis, & leuissimis (si quid tamen exiguum, & leue in supplicijs illis æternis cogitari possit) assimilandas vllo modo, nedum æquiparandas existimemus; sed vt eos quos virtutis rectique amor in officio non continet, saltem carceris, & vinculorum metus, & maximarum calamitatum effigies ante oculos proposita à criminibus, flagitijsque cohibeat: tum etiam vt Principes, Iudices, Vinctorum Patronos, cæterosque Carcerum Visitatores tot miseriarum cõsideratione ad pietatis Christianæ, & caritatis studia, officiaque promptius, &
36 & vberius carceratis præstanda excitemus. Cæterum ne sub præmissa carceris, atque Inferni comparatione Vrbis carcerati cõprehendantur; Summorum Pontificum in omnes Christianæ pietatis, & Pastoralis officij partes intenta sollicitudo facit. Horum enim Sanctissimis iuxta, & æquissimis Cõstitutionibus, tum Magistratuum vrbicorum salutaribus Edictis, & Visitatorum Decretis ità opportunè omnibus prouisum est, vt nullatenus grauari possint, præsertim cum ad earumdem, quas dixi, Constitutionum, Edictorum, ac decretorum ob-
37 seruationem omnis hæc Visitatorum cura, & industria inuigilet, ita, vt meritò comparari possint Genijs illis cælestibus, qui animas purgatorio igne emaculandas solantur; purgatasque ex pœnarum carcere eductas, ad beatorum Sedem subuehunt: atque hoc verissimum esse apparebit ex ijs quæ deinceps toto operis contextu dicturi sumus.

CAPVT II.

De partibus interioris Carceris, & de diuersarum nationum Carceribus.

SVMMARIVM.

1 *Carceris Porta munitissima*
2 *Carceris Hierosolymitani porta ferrea.*
3 *Carceris porta cur munita.*
4 *Carceris porta munita clathris, seu Cataractis.*
5 *Carceris custos Cataractarius dicitur.*
6 *Carceris partes duæ Anterior, & Interior.*
7 *Carceris atrium, siue vestibulum quid, & qui in eo degant.*
8 *Atrium Carceris Sedecias concessit Hieremiæ.*
9 *Atrium Carceris vt intrarent vincti pretium soluebant.*
10 *Atrij Carceris vsum sine pretio vinctis dandum Constantinus statuit.*
11 *Carcer Interior quis?*
12 *Carcer interior dicitur Intima sedes.*
13 *Carceris interioris diuisio in varias Cellas.*
14 *Carceris Interioris cellæ dicuntur Conclauia.*
15 *Carceris Interioris Cella cur varia.*
16 *Cella vnde dicta.*
17 *Carceris interioris Cellæ dicuntur Arcæ.*
18 *Arca, & Arcula apud Iurisconsf. acceptio alia.*
19 *Arcam explicando errauit Accursius.*
20 *Arcam significare sepulchrum.*
21 *Arcæ clarorum virorum sepulchra hodie in Vrbe visuntur.*
22 *Arcæ in quibus nummi recondantur ex Iuuenale.*
23 *Sepulti, & humati in quo differunt.*
24 *Arcæ sepulcrales Carceres mortuorum; arcæ Carcerum sepulcra viuorum.*
25 *Mansio mala in carceribus quæ dicatur.*
26 *Mansio mala videtur sumi pro equuleo.*
27 *Carcer robusteus, & Codex partes interioris Carceris.*
28 *Carcer robusteus, & Codex quid.*
29 *Codex à robore distinguitur ex Turnebo.*
30 *Robur non simplicem custodiam, sed genus supplicij significat.*
31 *Tullianum Romæ, Carceris pars subterranea, à Seru. Tull. ædificatum.*
32 *Tulliani descriptio ex Salustio.*
33 *Tulliano locus similis in carcere Mamertino.*
34 *Tullianum idem esse cum carcere Mamertino quorumdam opinio.*
35 *Tulliano inclusus S. Chrysanthus.*
36 *Latomiæ, Carceres apud Syracusanos, quales, & vnde dictæ.*
37 *Latomiarum descriptio ex Cicerone.*
38 *Latomiæ habuerunt conclauia diuersa.*
39 *Latomiarum conclaue pulcherrimum à Philoxeno nominatum.*
40 *Latomiæ hodie extant, & Tagliate dicuntur.*
41 *Latomiarum nomine indicati Carceres etiam Romani.*
42 *Latomiæ apud Plinium, Caiada Lacedæmoniorum.*
43 *Caiadas alij Carceres, alij præcipitium dicunt.*
44 *Barathrum Carcer quid apud Athenienses.*
45 *Thesaurus Carcer apud Messenios.*
46 *Profundum maris Carcer in Cyzico.*
47 *Profundo maris inclusus D. Paulus.*
48 *Carcer apud Carthaginenses Anson dictus.*
49 *Carcer apud Parisinos Bastillia nuncupatus.*
50 *Carcer apud Iudæos Interior, & Exterior quis.*
51 *Tenebræ exteriores cur Infernum dicantur.*
52 *Carceres teterrimi, in quos conijciebantur rei remissiuè.*

VT sine erroribus securius procedamus, nec carceris tenebris, & anfractibus præpediamur, paulò accuratius singulas eius partes perlustrabimus; & quantũ ad clariorem totius operis intelligẽtiam
1 satis est explicabimus. Itaque cum stemus in foribus, ne à ianua, quod dici solet, aberasse videamur, ipsam Portam carceris primo in limine consideremus, quæ vnica, & munitissima esse solet. Ita Hie-
2 rosolymitani carceris introitum *porta ferrea* munitum fuisse legimus *Act.* 12. Id duplicem ob causam factum; contra externam atque internam vim,
3 ne vel custodiæ vnito impetu ijs perfractis elaberentur, vel populus (quod in seditione, & tumultu publico fieri solet) facilius perrumperet, & custodias emitteret. Inde *Genes.* 39. & 40. vocem hebræam *Bethhasshar* septuaginta modo *Munimentum*, siue *Fortalitium*, modo *carcerem* ver-
4 tunt. Clathris quoque, & Cancellis, siue Catara-
5 ctis porta carceris munitur. Inde Cataractarium pro Ianitore, siue Ostiario in Actis SS. Perpetuæ &

Fe-

Felicitatis legimus. Ostiarij Cellula ad ipsam portam constituitur vt ad aperiendum, & claudendum præsto sit, & custodiam diligentem de proximo agat.

6 Hæc de porta. Ipsum deinde carcerem ingressus duas præcipuas partes conspicio, Anteriorem, & Interiorē. In anteriori primo loco se offert Atrium,
7 seu Vestibulum; pars anterior carceris aprica, quæ lucem aeremque liberiorem admittit, In ea degunt vincti, qui indulgentius habentur, Ita Sede-
8 cias Rex Ieremiam eductum de carcere, qui erat in domo Ionathan, præcepit vt traderetur in vestibulo carceris. *Ierem.cap.37.* Hanc enim leniorem custodiam fuerat expertus. *cap.32.* vbi se clausum fuisse scribit in atrio Carceris, qui erat in Domo Re-
9 gis. Et S. Perpetua Diaconos, qui martyribus in carcere ministrabant, præmia cōstituisse ait, vt paucis horis emissi in meliorem locum carceris refrigerarentur. Eam humanitatem sine pretio vinctis exhibendam constituit Imp. Constantinus, *l.1. de*
10 *custod. reor.* qui vinctos subindè vsurpata luce vegetari iubet in vestibulis carcerum; & ad *publicum lumen* educi. Sic Liuius *lib.6.* de Manlio ait *obseruatam in vestibulo carceris mæstam turbam.*

11 Est deinde carcer Interior; in quem mittuntur diligentius asseruandi. Huius rei exemplum habemus. *Act.6.* vbi Magistratus Iudæorum *miserūt Petrum, & Silam in carcerem præcipientes Custodi vt diligenter custodiret eos. Qui cum tale præceptum accepisset, misit eos in Interiorem carcerem,*
12 *& pedes eorum strinxit ligno.* Intimā sedem vocat *l.1. C. de custod. reor.* cuius *tenebras* inquit *pati non debet inclusus.*

13 Interior autem carcer in Mansiones, siue Cellas & numero plurimas, & vsu diuersas distinguitur;
14 Conclauia eas mansiunculas adpellat *l. quoniam. C. de custod. reor.* quæ dispares sexu in vnum conclaue permixtos includi vetat; Alia quoque de cau-
15 sa *ex l. in eo. ff. eod. tit.* per separata cubicula dispertiendi sunt carcerati; ne scilicet multi simul in vnum commune domicilium recepti cōspirent, ruptisque vinculis, & effracto carcere euadant. Huiusmodi eruptionē narrat *in Toxari Lucianus.* Cellam carceris huiusmodi *Conclaue* etiam appellat
16 Tertull. *lib.3. contra Marcionem cap.20.* quamuis translatè posuisse videatur pro loco abdito, & abstruso, in quo aliquid asseruandum reponitur. Vnde Donatus, & Seruius, cellam dictam volunt à reponendis, celandisque rebus; præsertim esculentis & poculentis, eaque in re ludit

Plaut. *in Amphit. act.1. sc.1.*

,, *Quid faciam nūc si tres viri me in cellā cōpegerint.*
,, *Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrū.*

17 Arcas etiam dictas ex Cicerone constat Cellas istas angustas, in quas singuli carceratorum compingebātur, quas hodie vulgo *secretas* appellamus. Ita enim *oratione pro Milone*, ait, *Subito arrepti, in quæstionem tamen separantur à cæteris, & in arcas coniiciuntur, ne quis cum ijs colloqui posset.* Festus quoque maleficos *arcis robusteis* in carcere inclusos fuisse docet; de quibus paulò infra dicen-
18 dum. Alio sensu Arcam, & Arculam accipiunt I.C. *l. Diui fratres. de relig. & sumpt.* quo in loco licet Accurs. pro *arcula* intellexerit *capsam* in qua vltra
19 montes magni homines assignantur, seu imponuntur sub terra; id tamen dicit ridiculum *Rauar. var. siue de iuris ambig. lib.2. cap.4.* cum ibi addat Marcianus *Arculam in commodiorem locum transferri posse*, & adducit Epitaphium A.N. Crestinæ, in quo sic legitur, NE QVIS NOS INQVIETET EX ARCA NOSTRA, NEQVE AB ANTE ALIQVAM PONAT, AVT COMMVTET.
20 Sanè Marciani tēporibus eam sepeliendi rationem in vsu fuisse credendum est; cuius Cassiodor. *var. lib.3.* meminit. Tunc enim non terra solum condi solebant corpora, sed etiam in arca lapidea supra terram posita corpus perpetuæ sepulturæ tradendum plerumque recondebant. De quibus arcis sic apud Cassiod. Danieli cuidam scribit Rex Theodor. *Ideò artis tua peritia delectati quam in excauandis, & ornandis marmoribus exerces præsenti auctoritate concedimus, vt te rationabiliter ordinante dispensentur arcæ, quæ in Rauennate Vrbe ad recondenda funera distrahuntur, quorum beneficio cadauera in supernis humata sunt lugentium non parua consolatio, quoniam animæ tantum de mundi conuersatione discedūt, corpora verò dulces quōdam superstites non relinquunt.* Hæc Cassiod. Eoque sensu accepisse arcam lapideam visus est etiam Caius *l. his qui. §. de relig. & sump. fun.* vbi dicit ꝙ Proconsul *vtilem actionem in factum dat in inferentem mortuum in arcam lapideam, in qua nemo adhuc conditus fuerat, quia non propriè in sepulchrum, vel in locum alterius intulisse dici possit.* Apud Senecam quoque *Epist. lib.13.* legimus: *In ipsa Scipionis Africani Villa iacens hac tibi scribo adoratis manibus eius, & Arca, quam sepulchrum tanti viri esse suspicor.*

21 Quamplures etiam hodie videmus in Vrbe Arcas marmoreas quæ antiquitùs clarorum virorum sepulchra fuerunt; eoque respexisse videtur Iuuenalis dum arcam pecuniarum tanquam sepulchrum,
22 ex quo rediuiui nūmi exeūt appellauit his versibus;

,, *Prodiga non sentit periturum fœmina censum,*
,, *Ac velut exhausta rediuiuus pullulet arca*
,, *Nummus, & è pleno semper tollatur aceruo,*
,, *Non vnquam reputat, quanti sibi gaudia constēt.*

23 Et hæc de arcis. Plinius etiam *Nat. hist. lib.7. cap.54.* scribit *Sepultum intelligi quoquomodo conditum, humatum vero humi contectum.*

24 Sed longiùs extra Institutum ad arcas sepulcrales diuertisse viderer, nisi & illæ mortuorum essent carceres, sicut arcæ carcerum sunt viuorum sepulturæ.

Cæterum quam Tullius aliique *Arcam* dixerunt, etiam *ab Vlp. l. si hominem. ff. depos. & l. item apud Labionem. §. quæstionem. ff. de iniur.* appellati malam
25 Mansionem Turneb. & alij eius sententiam secuti existimant; ita scilicet, vt non simpliciter omnis carcer, neque totus hoc nomine intelligatur, sed locus quidam peculiaris angustus, & tenebricosus; ita asper, & incommodus, vt ipsa detentio & commoratio tormenti loco sit. Nam *d. leg. item*
26 *§. quæstionem.* habetur *quæstionis verbo etiam eā quam malam mansionem dicunt; contineri.* Sed cum *l. si hominum. ff. depos.* eum de quo quæstio habenda erat, *ad malam mansionem extensum* fuisse dicat, quidam Equuleum hac voce potius significari volunt, in quo ad confessionem extorquendam vincti extenduntur.

27 Præ-

27 Præterea est & inter partes interioris carceris, *Robustus carcer*, & *Codex*. Festus, vt antea dixi, maleficos *arcis robustis* in carcere inclusos fuisse docet, quas in *Curculione* Plaut. *robustum carcerem*, & in Penul. vocauit *robustum codicem*, & li-
28 *gneam custodiam*. Erat enim claustrũ caudicibus, hoc est, trabibus, vel tabulis roboreis conseptum, vnde etiam simpliciter *Robur* appellabant. Ita Liuius *lib.*8. de Scipione loquens, *vt in carcere inter fures, & latrones vir clarissimus includatur, & in robore, ac tenebris expiret*. Apuleius *Apol.* O Subtilitas *digna carcere, & robore*; Eodem sensu Codicem seu *Caudicem* absolutè accepit Propert. *lib.*4. *eleg.*7:

„ *Codicis immundi vincula sentit anus.*

Ad quem locum scribit Beroaldus: *Codices dicũtur tabulæ à quo caudicarias naues antiqui nũcuparunt, & Caudex plurium tabularum contextus appellatur*. Ita quoque Iuuen *sat.*2.

„ *Horrea quals facit residens in codice pellex*.

Vbi Cælius Curio repudiata Britannici expositione Satyricum *Codicis* nomine aptè *Robur* intellexisse notat, in quod meretricula iam annosa ob perpetratum scelus fuerat impacta. Sed Turneb. *aduer-*
29 *sar. lib.*23. *cap.*21. codicem à robore diuersum esse censet, cum sit ligneus stipes, quem alligati serui, qui deliquerant, trahebant, cuique insidebant vincti. Idem ex aliorum sententia refert Codicem in priuatis ædibus aduersus improbos seruos, id esse quod in carcere publico Robur.

Sed ad Robur tantisper reuertamur de quo non vna sententia est. Ex antiquis Scriptoribus, qui eius meminere, non pro simplici tantum *Custodia*, quantumuis dura & angusta, nomen illud accipi, sed etiam supplicij genus eo significari manifestè apparet. Id iam olim ad hunc Lucret. versum *lib.*3.

„ *Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tæda.*

obseruauit Obertus Giffanius doctissimus I.C. vbi ait, *Robur genus Supplicij, Equuleus à Poeta intelligitur in quo insidentes miserrimè torquebantur homines: Huc facit*, quod Prudentius *Equuleum sæpè appellat carceris stipitem*: Addit deinde, quod iam supra posuimus, alias locum in carcere significari hoc nomine. Neque alia mens Lipsij est ad *Tacit. annal.*4. vbi scriptor ille *Robur, & Saxum, & parricidarum pœnas*, vt extrema, & sæuissima supplicia coniungit. Quo loco vir eruditis-
30 simus post exempla superius allata quibus *Robur pro Carcere angusto maloque* poni videtur, addit; *Nec tamẽ omiserim hic in Tacito Robur videri potius supplicij locum, quam custodia*. Valerius ita accepit *lib.*6. *cap.*3. *quin etiam familiares. Gracchorũ, neque Reip. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt*. & Lucan. *lib.*2.

„ *Sæua tribunitio maduerunt robora tabo.*

Quibus locus Paul. Oros. *lib.*5. *cap.*12. addi potest *Flaccus adolescens in Robore necatus est*. Sic Apul. verba *ex apologia* paulò ante prolata alij rectius explicanda censent.

31 Tullianum quoque dicitur pars quædam Carceris, quod Seruium Tullium Regem ædificasse aiũt. Sic Varro *lib.*4. *de ling. lat.* Festus *carcer à coercẽdo*, quod exire prohibeatur; In hoc pars quæ sub terris Tullianũ ideo dictum, quod additum à Tul-
32 lio Rege. Salustius illud egregiè descripsit in *Catilin.* his verbis: *Est locus in carcere quod Tullianũ appellatur, vbi paulatim ascenderis ad læuam circiter duodecim pedes humi depressus, eum muniunt vndique parietes, atque insuper Camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris, odore*
33 *fœda atque terribilis eius facies est*. Similis omnino locus conspicitur hodie in carcere Mamertino ad radices Capitolij post Arcum Septimij Seueri, ex quo multi in eam sententiam ducti sunt, vt opinarentur Tullianum carcerem illum ipsum esse quem dicimus Mamertinum, vt ait Baron. in Martyrolog *ad diem* 14. *Mart.* vbi disquisitio eius prolixa, & planè insignis habetur de vero Tulliani carceris loco, & situ, cui quod addam non habeo, nisi quod posteriores Scriptores Tullianum carcerem posuerint etiã procul ab Vrbe Roma. In his *Apul.* 9. *Metamor.* scribit: *Eos retrorsum adducunt pagani, statimque vinctos in Tullianum compingunt*. De Tulliano carcere habes apud Varr. *de ling. lat. lib.*4. Liu. *lib.*29. Calpurnium *declam.* v.

34 In hunc carcerẽ coniectus fuit S. Chrysanthus, vt habent Acta eius Martyrij M S. cuius *in obser. ad lib.*38. *histor. Ammian. Marcell. fol.*181. hæc verba referuntur. Erat *vna custodia in carcere Tulliano, vnde putor horribilis ascendebat, quia cloacarum cuniculis digesta domorum stercora illic iugiter decurrebant, & in hoc decursorio erat ima, & interea, & ita tenebrosa custodia, vt penitus lucis ignarus aer, nec signum hic dies, nec vestigium aliquod lucis ostenderet. In hac ergo habitatione ferro vinctus S. Chrysanthus nudus immittitur.*

Erat præterea in Vrbe carcer Centumuirorum, quem in nona regione cõmemorat Libellus Publ. Victoris, qui de Regionibus Vrbis inscribitur. Cui hominum generi coercendo constitutus fuerit hic carcer, facilè cognoscitur ex causis centumuiralibus, quæ coram ipsis agitabantur, & in quibus iuris dicundi potestatem habebant; eæ autem erant lites priuatæ, pleræq. paruæ, & exiles, vt Plin. *lib.*2. *epist.* ait, & erant ciuiles, quas speciatim enumerat Cic. *lib.*1. *de orat.* dum ait. *Nam volitare in foro, hærere in iure, ac Prætorum Tribunalibus, iactare se in causis Centumuiralibus vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, fluminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratiorum, cæterarumq. rerum innumerabilium iura versentur, cum omnino quid suum, quid alienum, quare denique ciuis, aut peregrinus; seruus, aut liber sit ignoret, insignis est imprudentia*. Ex hoc autem Ciceronis loco apparet vniuersam iuris priuati cognitionem penes Centumuiros olim fuisse. Hisce autem Centumuiralibus iudicijs præsidebãt, vt supra laudatus Plinius ostendit *lib.*5. *epistol. vlt.* adeoque Centumuiri isti Assessores, siue Consessores erant in cognitionibus prætorijs, siue litibus priuatis dijudicandis, erantq. distributi in quatuor diuersas classes, siue Tribunalia, idque in Basilica Iulia, vt ex Quintil. cap.5. lib. constat. Vnde Centumuirale iudicium à Plin. *lib.*4. *epist.*24. quadruplex vocatur. Dicitur etiã hastæ iudicium apud Val. Max. *lib.*7. *cap.*7. eo quod Centumuiri hasta in foro erecta iudicarent. Vnde hasta Centumuiralis apud Suet. in *Augusto cap.*35. hoc Centumuirorum iudicium appellatur, vbi ab optimo illo Principe

con-

constitutum scribit, *vt centumuiralem hastam, quam quæstura functi consueuerant cogere, decem viri cogerent.* Atq. hi erant illi Decẽ viri litibus iudicandis constituti, quos Pōponius Iurisconſ *lib.2. ff. de orig. iur.* cōmemorat. Deinde cū esset necessarius Magistratus, qui hastæ præesset, scilicet centumuirali, Decemuiri litibus iudicandis sunt instituti; præcipuè autem testamentariæ causæ, & petitiones hæreditatum ad eorum Tribunal pertinebant. Vnde S. Hieron. *epist. ad Domnionem* hæreditarias, vel centumuirales causas coniuncto nomine appellat. Ex quibus iam satis superq. constare existimo in carcerem centumuiralem non quoscumque noxios, nefariorum atque atrocium scelerum reos coniectos fuisse, sed eos tantum, qui ob ciuiles, vel priuatas causas in vinculis detinebantur, adeòque multo fuisse leniorem cæteris. Vnde etiam factum autumo, vt vix alibi apud scriptores huius carceris mentio habeatur. Hæc de Carceribus Vrbis. Ad carceres aliarum Nationum sermonem nostrum conuertamus.

36 Quod in carcere in Romano *Tullianum*, hoc in Syracusano *Latomia*, vel, vt Romani proferebant, *Lautumia* fuerunt: Specus scilicet, seu Cryptæ subterraneæ, ex quibus excisi fuerunt lapides ad extruendam Vrbem, vt ait Festus. Varro *lib.4. de Ling. Lat.* docet vocari Tullianum, *ideo quod additum à Tullio, quod Syracusis, vbi hac de causa custodiuntur, vocantur Latomiæ, & de Latomia translatum, quod hic quoque in eo loco lapicidinæ fuerunt.* Neque aliter Asconius Pedianus; *Latomiæ carcer Syracusis.* Latomiæ autē Siculorū Lingua, ideo lapicidinæ dicūtur loca cæsis lapidibus excisa. Eas Tull. *in Verr. act.7.* luculenter depingit.

37 *Latomias Syracusanas omnes audistis, opus est ingens magnificorum Regum, ac Tyrannorum; totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus exciso; nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum vndique; nihil tā tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest. In has Latomias, si qui publicè custodiendi sunt, etiam ex cæteris locis Siciliæ deduci imperantur.* His adde si placet Thucyd. *in fine lib.2.* Aelian. *Varr. hist.*

38 *lib.12. cap.44* Ex quibus apparet Latomias hasce Siculis amplissimas diuersa habuisse antra, seu cō-

39 clauia, quorū pulcherrimum fuisse aiūt illud quod à Philoxeno Poeta nomen acceperat. Hodie su-

40 peresse, & Tagliatas vocari Siculi scriptores, Fazel. *dec.1. lib.4.* & Mirab. *in descriptione Syracus.* testantur. Sunt qui arbitrantur Vlp. *lib. t. § fin.* Latumias appellasse quasi sint tenebræ exteriores, in quas Dionysius Syracusanus noxios damnabat; in quas Christus non vestitum veste nuptiali eijci iussit. *Matth.5. Act.6. S. August. in Ioan. Tertull. ad Mart. Sueton. in Nerone, Tacitus Annal. lib.6. Budæus in l. succurritur. ff. ex quib. caus. maior. Bonad. in Polit, lib.3. numer.1.* Mihi tamen magis arridet, quod dicitur *infra num.49 & seq.* Lautomias autem voca-

41 uit etiam Romanum carcerem, vel potius partem eius subterraneam Iul. Sabin. apud Senecā *lib.4. controu.27.* qui cum togasset vt in Latomias transferretur, *Non est* inquit, *cur quemquam vestrum decipiat nomen ipsum Lautumiæ, illa minimè lautæ res* ... quoque *lib.1 t. cap.37.* Lautumias

42 appellat celebrem Lacedæmoniorum carcerem Caiadam appellatam. Vnde fortè Suidas *Caiadæ* appellationem Spartano Siculoque carceri communem tribuisse videtur, dum ait *Caidas apud Lacones, & Siculos regia custodia.*

43 Sed ex Pausaniæ Messen. apparet non carcerem, sed præcipitium fuisse, in quod sontes deturbabantur. Similis loca fuerunt apud diuersas nationes.

44 Athenienses *barathrum* habebant, quod erat hiatus, putei instar profundus, & tenebrosus in imo molle, & cænosum, in quod malefici præcipitabantur. In hoc vnci erant, alij superni, alij inferni, vt ait Suidas. Et quod sit locus formidinis, tenebrarum, squalloris, ac violentiæ plenus affirmat *Petr. Greg. Syntagmatum iuris. cap.33. n.1. & 2. & lib.2. de repub. c.1 n.3.* vbi alia eruditè de carcere.

45 Messeniorum *Thesaurus* carcer fuit subterraneus, neque auras, neque lucem exterius recipiens, cui nullæ fores erant; saxo immani superimposito oc-

46 cludebatur. In Cyzico etiam Ciuitate Propontidis carcer, siue fouea quædam fuit præalta ad tormentum noxiorū parata, quæ ab altitudine immensa *profundum maris* solebat appellari; cuius cœnū,

47 & obscuritatem B. Paulus inter alia innumera sustinuit pro Christo, vt ex Beda refert Baronius *in Martyrol. ad 20. Septembris.* Carthagine quoque in Aula Regia carcer erat obscænissimus, qui *Au-*

48 *con,* siue *flexus cubiti* dicebatur, in quem Gelimer Rex omnes sibi exosos proijciebat, vt ex Procop. refert Suidas. Parisijs demum fabricata conspicitur *Bastilia* arx, opus Aubriosi cuiusdam Pari-

49 siorum Præfecti, Vrbi illi aduersus Anglos Præsidio futura, in quam nemo ferè nisi capitali supplicio afficiendus conijcitur.

Neque omittendum est apud Iudæos quoque fuisse loca subterranea pro carceribus. Hierosolymis, vt refert Antonius Rusca *lib.2. cap.21. fol.229.* vbi dicit duplex fuisse genus carcerū apud Iudæos, vtrumque subterraneum; vtrumque sordibus, ac tenebris molestissimum. Alterum intra domesticos parietes, alterum in vestibulo domus, seu propè ianuam. In vtrumque missus fuit Ieremias Prophe-

50 ta, vt legitur *Ierem. cap 37. & 38.* præsertim in ijs verbis: *Proiecerunt illum Principes in lacum Melchiæ filij Amelech, qui erat in vestibulo carceris, & submiserunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum.* Cum ergo exteriores tenebras Christus in Euangelio appellauit Infernū, respexit ad illud ergastulum, quod extra domum

51 erat, & putabatur horribilius; atque hac similitudine miseriam Infernalis carceris descripsit, quod

52 sit omni luce destitutus.

Alia de carceribus teterrimis in quos conijciebantur Rei, vt ibi morerentur, habētur apud Alex. ab Alex. *lib.3. cap.21. dier. genial.* & apud Cæl. Rodig. *lib.17. Lect. antiq. cap.8.* supra citatum; necnon Petr. Greg. *in lib.21. syntag. iur. cap.33.* Ex quibus constat quid dicendum de horum carcerum ærumnis, cum nec boni carceres placeant, vt docuit his versibus Ouidius:

„ *Cum bene sint clausæ cauea Pandione natæ;*
„ *Nititur in syluas quaque redire suas.*

Nos hæc de carcere, eiusque partibus & de carceribus diuersarum nationum sufficere censuimus vt carceris vsum facilius possimus intelligere.

CAPVT

CAPVT III.

De Carceris vsu, & abusu.

SVMMARIVM.

1 *Carceres vt rectè constituantur, & administrentur curare debent Principes.*
2 *Carceres in Ciuitate Plato diuersos esse voluit.*
3 *Carceres in Ciuitate diuersos esse voluit etiam Aristoteles, cur?*
4 *Carceres cur constituti?*
5 *Carcerem quis primus Romæ ædificauit, & quãdo?*
6 *Carcerũ vsus ad terrorem ex Lucretio, & Liuio.*
7 *Caroli V. factum memorabile.*
8 *Carcerum ad correctionem vsus optimus.*
9 *Carceres apud Florentinos* Le Stinche.
10 *Carcerum vsus ad delicta punienda.*
11 *Carcere includi non debet facile ingenuus.*
12 *Carcere eodem indistinctè non omnes includendi.*
13 *Carcere non includendus qui fideiussores offert, nisi causa grauis sit.*
14 *Carcere nemo includẽdus, nisi iussu Magistratus.*
15 *In Carcerando quid temporibus Reip. Rom. seruatum.*
16 *Mulieres etiam grauiter accusatæ carceribus non custodiebantur tempore Imperatorum.*
17 *Carcere non modo fœminæ, imò nec viri inclusi iniussu Magistratus. Libonij Drusi exemplum.*
18 *Carcer antiquitus quadruplex Publicus, Militaris, Fideiussorius, Liber.*
19 *Carcer publicus, seu custodia publica quæ?*
20 *Carcer publicus dicitur custodia non libera.*
21 *Carcer militaris, qui etiam dicitur Castrensis quinam?*
22 *Carceris Militaris Custodes, si custodiam amiserint, ipsi deducuntur in periculum.*
23 *Carcer fideiussorius quis?*
24 *Carcer, seu Custodia Libera, quæ dicatur.*
25 *Carcerum pro seruis nulla distinctio.*
26 *Seruus qui condemnatur, duci, qui absoluitur, ire iubetur.*
27 *Carcerum distinctio solum ante confessionem reorum permissa.*
28 *Carceri publico post confessionem mancipatur etiam dignior persona.*
29 *Carcerati Rei per publicos seruos custoditi.*
30 *Demij olim apud Græcos dicti Carnifices, & Lictores.*
31 *Carcer ad custodiam, non ad habitationem.*
32 *Accusator quis dicendus?*
33 *Cura publicæ sollicitudinis quæ?*
34 *Militaris statio quæ?*
35 *Irenarchæ stationarij, curiosi appellantur.*
36 *Quæstio quando, & quomodo fiebat.*
37 *Carcerati expeditio non est diu differenda.*
38 *Cõmentarienses, si circa expeditionem carceratorum non parent legibus, puniuntur.*
39 *Carceris abusus quod multi facilè carcerentur.*
40 *Carceris abusus quod testes pro leui delicto detineantur.*
41 *Carceris abusus, quod rei diutius, quam par est detineantur.*
42 *Carceris abusus describitur à Libanio.*
43 *Carceris abusus ratione loci, & custodum.*
44 *Carceris abusus ratione alimentorum ex Libanio.*
45 *Carceratis stipem collectam olim suppeditabant.*
46 *Carceratis vt subueniatur stipe collecta S. Ambrosij exhortatio.*
47 *Carceratis alimenta subministrantis Cassidæ miraculum.*
48 *Carceris abusus, quod non seruetur debitus modus torquendi reos.*
49 *Carceris abusus, quod Rei ferro & vinculis plus iusto grauantur.*
50 *Carceratos vinculis ferreis grauatos historia prophana & sacra memorat.*
51 *Carcerati* Petrus, & Paulus *vinculis ferreis ligati.*
52 *Carcerati, & Custodes eadem catena colligati.*
53 *Carcerati sinistram; Custodis dexteram catena copulabat.*
54 *Carceris abusus olim in torquendo reos Neruo.*
55 *Neruus in carceribus quid?*
56 *Carceratos etiam seruos vinculis grauari legibus concedentibus derogatum.*
57 *Vinculorum nomen latè accipitur in legibus.*
58 *Iudices non debent inhumaniter tractare carceratos.*
59 *Carcerati monendi, vt patienter ferant ærumnas Carceris.*

1 IN omni bene constituta Repub. non postrema Principibus, Proceribusque cura esse debet de carceribus, eorumque recta administratione. Neque enim satis est bonas leges ferre, nisi etiam legũ violatores coerceantur ab illis, quos Deus scelerum Vindices constituit. Quocirca vti mortales suo felici ingenio, nulloque legum ac iustitiæ fræno repressi, exuta plerumq. humanitate belluinam feritatem induunt, & omni scelerum immanitate in humanæ societatis exitium grassantur, ita belluarum instar in camo, & fræno maxillæ eorum constringendæ, vinculisque ac carcere tanquam caueis clathrisque coercendi sunt.

2 Hinc Plato suam illam Remp. optimis institutis exornaturus *lib. 10 de Rep.* non vnum in Ciuitate, sed tres Carceres esse voluit: Primum quidem circa forum ad communem omnium custodiam; in quo asseruentur ne aufugiant; Alterũ ad correctionem, in quo homines maleferiati, atque intemperantes detineantur, & castigentur, donec ad sanam mentem, bonamque frugem redeunt: Tertium deniq. ad pœnam, in quo supplicium sumatur de ijs, qui ob scelerum magnitudinem mortis sententiam 3 meruere. Et rectè quidem Philosophorum Princeps Aristoteles, de quo dixit Auerroes fecisse naturam in eius ingenio vltimum conatum, vt refert *Fel. cap. 2. col. pen. de rescrip.* diuersos carceres cõstituit, quos non ad vnum, eumdemque vsum in Repub. habendos censuit. Nam ab æquitatis, & iustitiæ ratione abhorret, vt qui leuius deliquere, eodem loco concludantur, cum iis qui capitale, & nonnisi piandum morte scelus commiserunt.

4 Sanè, qui res humanas, legibus, & æquitate regendas suscepere, primo carcerem constituerunt, vt eius metu improbos à sceleribus deterrerent. Hûc in finem ab Anco Martio Rege anno ab V. C.

quarto

quarto circiter, & vigesimo carcerem Romæ ædificatum *Liu.lib.1.* scribit: *Ingenti*, inquit, *incremento rebus auctis cum in tanta multitudine hominum facinora clandestina fierent, carcer ad terrorem crescentis audacia media vrbe imminens foro ædi-* 6 *ficatur.* Ita quoque Lucret. *lib.3.* cum ex Epicuri Magistri sui sentẽtia supplicia inferorum explosisset, innuere volens homines carceris pęnarum metu potissimum à flagitijs abstinere, addit:

,, *Sed metus in vita pœnarum pro malefactis*
,, *Et insignibus insignis, scelerumque luela*
,, *Carcer, & horribilis de saxo iactu deorsum.*

Propterea, vt idem *Liu.lib.8.* dixit: *pari laude habet Respub. cruces, laqueos, gladios, Equuleos, Culeolos, patibula, carceres multos, ac passim spectabiles coercendis improbitatibus, vt currus, & arcus triumphales, vt coronas murales, nauales, vt imagines, & statuas aureas, vel argenteas clarorum virorum pyramidibus impositas virtutibus eorum honorandis, ac laureandis.*

7 Hinc est quod, vt ferunt, Carolus V. etiam ad malas cruces caput detegebat: quippe legerat *Sap.14.* *benedictum est lignum per quod fit iustitia.* Et sane vt Christi crux hominibus maxime salutaris extitit, ità & istæ nonnunquam iuuant homines; qui dum in illis Cruciarios aspiciunt, sapere discũt, ac cauere, ne exitum sortiantur eumdem cum ijs, quorum exempla sequuntur. Hac de causa *Tull. in Ver. Act.7.* exclamat: *Cur carcer ædificatus? cur tot supplicia in improbos more maiorum constituta? Ad incutiendum sanè terrorem, &c.*

8 Vtinam hoc carceris genus ad reprimendos deprauatos mores restitueretur in singulis Ciuitatibus, saltem maioribus; eoque indisciplinatior quisque redigeretur, præsertim imberbes, & adolescentes, vt eorum nequitia tanquam in herba suffocetur, ne postquam in viros euaserint pœna mortis, vel triremium, vel alia puniantur. Laudandi profectò sunt, qui tam bonum vsum carceris in Ciuitatibus suis habẽt, vt Belgæ, & Germani apud quos carceres, non solum ad custodiam, & ad castigationem, sed etiam ad correctionem lasciuiæ, ac petulantiæ, ne ad maiora flagitia effrænis licentia prorumpat. Antuerpiæ locum esse legi pro indisciplinatis destinatum, ipsis valdè formidandum: me- 9 rum ergastulum, in quod detruduntur. Tales sunt Carceres, etiam Florentiæ, quos vulgo appellant *Le Stiuche.* Ex quibus manifestè colligi potest, quã salutaris sit carcer ad terrorem. Nũc ad alium illius vsum descendamus.

10 Alter carceris vsus est, vt noxios, & perpetrati sceleris reos coerceat; Hinc egregiè *in Catil. orat.2.* M. Tullius *Carcerem*, inquit, *vindicem nefariorũ, ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt.* Vbi dum nefaria ac manifesta scelera carcere vindicanda affirmat, verum eius vsum explicat. Neque enim boni Principes, Iudicesque officio suo rectè fungentes permittere debent, vt quisquam ingenuus, vel ob solam suspicionem, vel ob leuius aliquod erratum in vincula abripiatur, cum Carcer ob malas illius qualitates, superius expositas, corpori vitæque hominum sit noxius, & honori, ac bonæ existimationi (quæ vnicuique vita ipsa carior esse debet, summopere officiat) multò minus vt ad locum pro sceleratis, & facinorosis destinatum trahatur.

12 Deinde inter eos, qui ob commissum delictũ apprehensi custodiæ mancipantur, non omnes promiscuè in eumdem detrudendi sunt locum, sed personarum, & delictorum diuersitas spectari debet. Quanta veterum hac in re cautela, vel potius religio fuerit, ostendunt leges ipsorum æquissimæ, hu- 13 manitatis plenæ. Nam *l.1.ff.de custod. reor.* & honoris, & facultatum, & innocentiæ, & dignitatis rationem à Iudice habendam præcipit. Et *l.3. eodem.* non esse in vincula conijciendum eum, qui fideiussores dare paratus est, nisi tam graue scelus admisisset, &c. *Item l.si grauius. C.de dignit. lib.12.* si grauius vllum facinus admittatur nocente persona extra carceralem custodiam sub fideiussione habita, super illustribus quidem ipsi principi suggeri, super cæteris verò quadam minori dignitate decoratis ad Præfecti Prætorio notionem referri iubet. Ita quoque *l.si confessus. ff.de custod. reor.* aptè cõstituit non omnes etiam minoris conditionis reos carcere, & vinculis continendos; sed grauiorum tantùm criminum reos, vel qui conuicti, aut confessi fuerint. Tandem post omnes superiorum Principum leges æquissimam hanc Constitutionem tulit ipse Iustinianus *l.neminem.23. C.de Epis. Aud.* in hæc verba: *Neminem volumus in custodiam con-* 14 *ijci absque iussu Magistratuum Vrbis, vel Prouinciarum, aut defensorum Ciuitatum.* Idem testantur exempla plurima, de quibus pauca ad rem nostram proferemus.

15 Libera adhuc Repub. ita, vt diximus, obseruatum apparet ex Catilinæ socijs, quos detectos, & nefariæ coniurationis conuictos Senatus non statim in carcerem, & vincula abripi, sed in liberis custodijs haberi iussit, vndè posteà in carcerem ab ipso Consule, viris que Senatorijs ducti fuere ad supplicium.

16 Eundem sub Imperatoribus vsum permansisse Lepidæ exemplo constat, quæ tempore Tiberij suppositi partus, adulterij, veneficij, & læsæ maiestatis accusata, nulla tamen custodia, multo minus carcere, & vinculis cohibebatur, etiam tunc cum de eius causa cognoscebatur. Narrat enim Tacitus *lib.3. annal.* eam ludorum diebus qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris fęminis ingressam lamentatione flebili spectatores ita misericordia permouisse, vt effusi in lacrymas sæua, & detestanda Quirino marito, & Accusatori eius clamitarent: quamuis paulo post patefactis eius flagitijs aqua, & igne Lepidæ interdictum fuerit.

17 Sed ne quis hanc carceris exemptionem sexui potius quam legibus, & vsui datam putet; Libonij Drusi casus satis superque confirmat apud eumdẽ Scriptorem lib.2. *annal.* Nam & hic maiestatis accusatus, & iam destinatus exitio, nulli tamen mancipatus fuit carceri, sed interim veste mutata cum primoribus fœminis circumire Domos, orare affines, vocem aduersus pericula poscere permissus: sed cunctis formidine Principis abnuentibus, & Tiberio in eius exitium obfirmato domum digressus est, imò cũ milite cingeretur, frustra percussorem vocans, ipse sibi duos ictus in viscera direxit.

Non esse autem carcerandos etiam nostris temporibus, qui fideiussores habent, probauerunt nouissimi Carolus Marada Episcopus Iuuenaten. *in suis responsionibus.tom.1 par.2.respons.43.nu.100. quotidian. cap. 194. num. 14. & 15.* Fragosius *Societ.Ies. de regim. Reipub. Christ. par.1. lib.5. disput.13. §.15.& vlt.tit de priuil.carcer.num.442. cum seqq.* vbi latè de hoc materia, subdens id maximè verum esse in personis nobilibus, ac Illustribus, respectu quorum sufficeret iuratoria cautio.

18 Qui diligentius id, quod antiquitùs obseruabatur, perscrutantur, quadruplicem dicunt fuisse reorum custodiam; aliam *publicam*, aliam *militarem*, aliam *fideiussoribus commissam*, aliam *liberam*, vt Vlpianus *l.1.de custod. reor.* ibi *de custod.reor.* scribit: *Proconsul æstimare solet, vtrum in carcerē recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi.*

19 Publica custodia, carcer publicus est, de quo latè dictum est, & dicetur etiam inferius, prout sese offeret occasio. Hæc publica custodia, quæ distin-20guitur in *d.tex.l.1.* à cæteris custodijs, dicitur etiā *custodia non libera* cum Rei in carcerem compingerentur.

21 Militaris verò, cum reus militi custodiendus traditur, qui *Carcer castrensis* dicitur. Committūtur autem vel vni militi, vel pluribus. De hac cu-22stodia *l.milites.ff.de custod reor.* agit. *Milites si amiserint custodias ipsi in periculum deducuntur*, vt l.fin.eod tit. *non est facile tironi custodia credenda.*

23 De Custodia autem fideiussoribus commissa ita Symmachus *epist lib.1.* scribit, *statui vt Felix vadibus, qui Fulgentio non essent cogniti traderetur.*

24 Libera tunc appellari custodia solet, cum Præses, aut Proconsul in Prouincijs, vel Consul Romæ, aut alicui Magistratui, Senatoriue reum committit. Id enim fieri solitum Tacitus *Annal. lib.5.* docet: *Et quia incusabatur*, inquit, *facile toleraturus exilium delecta Lesbo Insula nobili, & amœna, retrahitur in vrbem, custoditurque domibus Magistratuum.* Eoq; pertinet quod *in coniurat.Catil.* scribit Salust. *Senatus decreuit vt abdicato Magistratu Lentulus, itemque cæteri in liberis custodijs haberentur. Itaque Lentulus P.Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Ceparius Cn. Terent. Senatori, &c. traduntur:* Nec alio respexisse visus est Sidon. Appollin. *Epist. lib.1.* de quodam Arnando in hunc modum scribens: *In Capitolio custodiebatur à Fl. Asellio hospite, Comite Sacrarum largitionum, qui adhuc in eo semisumantem Præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur.* Et ita quidem intelligunt illa verba *tex.* lib.1. de custod. reor. *vel etiam sibi*, idest, sibi magistratui. Alij intelligunt *sibi*, idest, sibimet scilicet reo quando domus propria custodiæ loco assignabatur, extra quā pedem efferre non posset.

25 In seruo autem nulla custodiarum distinctio. Cōdemnati enim iussu Prætoris, vel Iudicis ducebantur, vt inquit Paulus *l.vel in operis.ff.de procur.* ibi *Sed etsi serui ex causa noxali patiantur, duci, absoluti ire iubebātur.* Idem extat etiam *l.si quis.§.etsi seruum de dol. mal.* cuius verba sunt, *Et si seruum pigneratum noxa mihi dederit per Iudicem, & ita absolutus*, non enim legendum est: *erit absolu-26tus*, vt habent diuersi Codices. *Ità* exponit Reuuard. *lib.3.c.7 varior. siue, De iur. ambig.* reiectis aliorum expositionibus. Itaque seruus qui condemnatur, *Duci*, qui absoluitur, *Ire* iubetur.

27 Cæterùm hanc in liberis hominibus custodiarū diuersitatem ante reorum confessionem obseruari dumtaxat consueuisse: ex Venuleio Saturnino constat, qui reum confessum donec de eo pronunciaretur in vinculo conijciendum esse *lib.2. de public.iudic.c.5.* testatus est. Auctor est etiam expressè Scæuola reum confessum ob solam confessionem conijci in vincula consueuisse *l.eiusque ad l.Iul. maiest.* Igitur ante confessionem æstimare Proconsul debet cui custodię personæ rei committenda sit, post confessionem verò nullus est deliberationi locus, etiamsi publica, quæ in reato est, personæ fuerit. Idque dilucide satis demonstrat Apollinaris qui de illo eodem Arnando, quem in Capitolio ante confessionem Flauio Asellio custodiendum fuisse traditum dixerat, confesso hunc in modum scribit: *Confestim priuilegijs geminæ Præfecturæ, quam per quinquennium repetitis fascibus rexerat, exauctoratus, & plebeiæ non additus, sed redditus publico carcere adiudicatus est.* His planè consentaneum, quod D.Ambros. *Hexameron lib.3.* scripsit Præconum clamore clarum honoribus, ac potestate præminēre n virum in carcerem rapi. Verba eius hæc sunt. *Est etiam qui dudum vbertate affluens copiarum, liberalitatis fama per ora volitans singulorum, clarus honoribus, præeminens potestatibus, tribunalibus celsus, solio sublimis, beatus populis æstimatus, dum præconum clamore deducitur, subita conuersione in eum carcerem rapitur, quo alios ipse detruserat, & inter reos suos, imminentis pœnæ deflet ærumnam.*

29 Porrò in nonnullis Prouincijs præsertim in Bythinia fuisse morem, vt per publicos seruos Rei custodirentur ex rescripto Traiani ad Plinium *lib.10. ep.31.* apparet: *Perseueremus in ea consuetudine, quæ isti Prouinciæ erat, vt per publicos seruos 30custodiantur.* Sed & hæc antiqua omnium Græcorum consuetudo fuisse videtur, qui Lictores, & Carnifices, *Demios*, quasi publicos ministros appellant. Hæc de diuerso Custodiarum genere exposuimus, vt verùs indè publici carceris vsus appareat, & quomodo *à militari custodia* distinguatur, ex quibus quæ instituto nostro seruiunt deducamus.

Notum est reos, contra quos formatur processus, detineri inclusos solum ad custodiam, non ad habitationem, vt etiam diximus supra: propte-31rea Constātius dixit: *In quacunque causa reo exhibito, siue accusator existat, siue eū publicæ sollicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri, vt noxius puniatur, innocens absoluatur.* Ita habetur, *l.1.C. de custod. reor.* Cessante videlicet praua consuetudine, per quam reos carceri immittebant Curiosi & Stationarij *lib.1.C.de curios. & stationar. lib.12.* Quænam autem dicatur *publica sollicitudinis cura*, & quid ea differat ab *Ac-32cusatore*, &, *Quæstio statim* quomodo soleat fieri, de quibus fit mentio in *d.l.1.C.de custod. reor.* nec docent, nec didicerunt interpretes, vt ait Reuardus *varior. siue de ambig. Iur. lib.4.cap.11.* qui ipsum ostij limen tetigisse, vt est in adagio, profiten-

tur,

tur, prædicta explicant, vt infra; *Accusatoris nomen, & ad speciem,* & *ad genus trahi solet. Nam genere quodam omnes, qui sceleris alicuius apud magistratus aliquem insimulant, Accusatores appellanturque sensu Accusatorem tunc esse appellandum credendum est, cum neminem dicimus sine Accusatore damnandum esse l. rescripto. §. si quis ff. de muner. & honor.* Eoque pertinet quod in Actis Apostol. *cap.* 25. legimus, *Romanis morem non esse hominem vllum ad necem condemnare, prinsquam reus præsentes habuisset accusatores, & locum sui contra criminationes defendendi obtinnisset.* Adde illud Ambros. *Ad Syagrium: Si leges publicas interrogemus, accusatorem exigunt. Idque etiam in quadam de Anidio Cassio Dini Marci Epistola expressum inuenimus apud Vulcatium Gallicanum.* Adde, inquit Diuus Marcus, quod non possumus reum facere, quem nullus accusat. *Alio modo accusator appellatur, qui proprio nomine subscripto accusationem libello delatam sustinet.* De quo sic in Apologia 2. scribit Apul. *Vbi illud libelli vestri atrox principium, nomine priuigni mei formatum. Hunc ego Domine maximè reum apud te facere instituit?* Et de huiusmodi quidem Accusatore accipienda sunt prædicta Constantini verba, *Sine accusator existat.*

33 Quod autem de publicæ sollicitudinis cura subijcit idem Imperator, illud ad militarem illam stationem spectare videtur, de qua sic *In Apologetico* Tertullianus: *Latronibus inuestigandis per vniuersas Prouincias militaris statio sortitur.* Hos

34 milites *Irenarchas*, interdum, & *Stationarios* appellari ab alijs est obseruatum: Eosque etiam Curiosos a publicæ sollicitudinis Cura *in lib. de*

35 *fuga in persecut.* Tertullianus appellauit argumento *d. l.* 1. C. *de Curios. & station.* Verba Tertulliani hæc sunt: *Nescio dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorũ, & Curiosorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balneorum, & aleones, & lenones Christiani quoque vectigales continent.*

Quod autem de quæstionibus subijcit Constantinus, illud ad antiquam, eamque publicam habendæ quæstionis rationem pertinet, qua ipsius Constantini tempore reus sub metu imminentium tormentorum pendens interrogari, examinari, & accusari coram populo solebat, & quiliber accusare volens audiebatur, statimque reus, aut noxius puniebatur, aut innocens obsoluebatur. Quem morem euidenter expressit Optatus Afer, *Aduersus Parmenianum. lib.* 1. his verbis: *Tunc Constantinus ad Cæcilianum Proconsulem scripsit, vt remotis necessitatibus de vita Felicis Autumni tum publicè quæreret. Inductus est Claudius Saturianus curator Reipublicæ, qui fuit tempore persecutionis in Ciuitate Felicis, & Curator præsentis tunc temporis, quando Causa flagitabatur Callidius Gratianus, & Magistratus Alsius Cæci-*

36 *lianus; sedet Superstationarius productus, & Ingentius scriba publicus. Pependit sub metu imminentium tormentorum, responsis omnium nihil tale inuentum est, quod vitam Felicis Episcopi fordidare potuisset; Habentur volumina actorum in quibus continentur præsentium nomina, Claudij Saturiani Curatoris, & Cæciliani Magistratus, & superstationarij, & Scriba Ingentij, & Solenis officialis publici illius temporis. Post quorum responsa à supramemorato Proconsule hac pars sententia dicta est.* Felicem autem religiosum Episcopum liberum esse ab exustione Instrumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religiosissimas scripturas prodiderit. Hactenus Optatus. Huius etiam sententiæ, & quæstionis meminit D. Aug. aduersus *Cresconium Grammaticum lib.* 3. Et ad hunc habendæ quæstionis coram pupulo morem non est dubitandum quin *in d. l.* 1. *de custod. reor.* respexerit Constantinus: cuius etiam meminisse visus est Hilarius, cum sic ad Constantium Augustum scriberet: *Sacerdotes Carceribus continentur, plebs in custodiam catenati ordinis constricta disponitur, Virgines nudantur ad pœnam, Sacrata Deo corpora publico exposita conspectui ad fructum spectaculi, & quæstionis aptantur.*

37 Sed Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodosius lege lata prospexerunt ne inclusi expeditio differatur, publicè interesse existimantes, ne captiuus audientiæ subtractus longa tabe consumatur. Verba *l.* 1. C. *de custod. reor.* hæc sunt *Illud etiam obseruabitur, vt neque his qui Stratorum funguntur officio, neque Ministris eorum liceat crudelitatem suam accusatoribus vendere, & innocentes intra carcerum septa letho dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere.* Et iterum *l. de his. eod. tit.* inquit Theod. *De his quos tenet Carcer id aperta definitione Sancimus, vt aut conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret.* Et similiter Arcadius, & Honor. Impp. *l. ne diuersorum de accusat. eod. C. Theod. ne diuersorum Criminum rei, vel diffidia Iudicum, vel quadam lenitatis ambitione per Prouincias detenti in carcere crudelius differantur.* Qui Imperatores descripto eleganter

38 Commentariensis officio illi pœnam adiecerunt, si huiusmodi legibus, & mandatis non pareret.

Restaret dicendum de abusu Carceris, nisi ex dictis de vero illius vsu, vt etiam ex ijs, quæ sparsim in opere dicturi sumus, prout sese obtulerit occasio, quam plurimi abusus apparerent: pauca quædam nihilominus percurramus.

39 Primo dolendum est, vt alibi quoque dicitur, quod tam facile multi carcerentur sine discrimine personarum, famæ, & dignitatis, atque etiam quod

40 testes quamplures pro delicto multoties leui in vinculis detineantur, quodque rei diutius, quam

41 fas est, inclusi permaneant; ita vt ipsius carceris coloni fiant, malitia accusantium, negligentia Iudicum, impotentia vinctorum non valentium satisfacere Custodibus, qui lucrum ex aliena miseria faciunt: vnde rei familiaris detrimentum, & pernicies ipsis carceratis contingit, vt bene exclamat Libanius *In orat. pro vinctis* quam habuit ad pijs-

42 simum Imperatorem Theodosium Maiorem his verbis: *Hi omnes ò Imperator! vitam viuunt in vinculis, ij verò qui tradiderunt, in commessationibus versantur, immò in omni voluptatum genere, in Daphnem ascendentes, ad alias Vrbes proficiscentes à sponsis vocati, agrum empturi, mare visuri: eorum interea qui ipsorũ causa vincti sunt,*

partim obliuiscuntur, partim verò curam non habent: Iudices verò egregij qui carcerem ipsis, quem voluerant, dederunt, quique gratiam erga eos pluris fecerunt, quam rationem iusti; neque succensent, neque vocant, neque reprehendunt, neque inuestigant, neque tanquam de impio negotio disserunt, neque quod talia amplius ferre non possent, edicunt: vnde propterea plenus quidem carcer corporibus; nullo egrediente, vel paucis admodum, multis verò ingredientibus. Hæc Libanius.

43 Deinde alius carceris abusus est etiam ratione loci, in quẽ impinguntur homines, infinitas ærumnas coguntur perferre, quibus adijcitur etiam pessimus ipsorum Custodum & inhumanus agendi modus: quæ omnia iam supra satis superque explicata sunt.

44 Rursus alimenta ijsdem carceratis aliundè non habentibus subministranda (vt alibi dicturi sumus) quam parcè, & difficulter suppeditentur, Libanius *In eadem oratione pro vinctis* docet *vnde vinctis alimenta, lentem scilicet in lebetibus, & pauca olera, & si quid his accedit minimum. Hac plus iusto sufficere aiunt, vxores, & sorores, & filias, quibus ab ijs ipsis, cum nondum inclusi essent, alimenta præbebantur? illas ipsas esse, quæ ipsos nutriat. Vndè verò, ô Imperator. Non enim est verisimile ipsas vinculis ipsorum opulentiores factas esse. Reliquum igitur est vt deformes senione confectæ mendicent. Ea verò in quibus aliquid venustatis est, omnia perferant. Hæc ergo vinctis carcere ipso amariora, scilicet quod cogantur percunctari, & discere, vndè hæc ipsis proueniant.*

45 Exemplo sint his, qui difficulter, & parcè alimenta carceratis suppeditant antiqui summa pietate stipem colligentes, *vt in vinculis positis, & paulo post in ludis recidendis* victum, & alia commoda præberent, vt refert idem Libanius *Orat.* 19. quæ est pro saltatoribus. Atque hinc sumpta occasione D. Ambros. reprehendit Christianos
46 non subuenientes carceratis, cum illi antiqui histrionibus, & gladiatoribus post modicum tempus perituris eximiam caritatem exhiberent. Agnoscebant illi quod à Cicerone *lib. 1. de orat.* dicitur *nihil esse tam regium, tam liberale, tamque magnificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare à periculis homines; nam ad Deum nulla re propius accedunt homines, quam salutem hominibus dando.* Illi solo naturæ lumine edocti ita sentiebant, nos autem non solum diuinitus instituti, sed etiam miraculis frequenter certiores facti sumus, nulla alia re magis
47 Deum delectari. Testis sit Casilda Almenonis Toletani Regis filia, quæ, vt legitur *in theat. vit. hum. in ver. misericordia, fol.*554. dum clam deferret vinctis cibos in sinu, à Patre deprehensa, & interrogata, quid illud esset quod gestabat, dum ostenderet, pater in rosas, aliosque flores mutatos conspexit.

48 Præterea quam facile carcerati tormentis, & quæstionibus subijciuntur, & in illis inferendis, quam sæpè debitus modus, atquè etiam tempus exceditur, ita vt plerumque Rei propter doloris vim in ipsis tormentis expirent; vt alibi dicturi sumus, excorientur prius quam mactantur, quod veteri adagio vetatur.

49 Denique cum Carcer custodiæ causa habeatur, abusus potius est carceris quam vsus, vt qui cubiculis, cellisque tuto custodiri possunt, vinculis ferroque grauentur. Non enim oportet, vt pœnæ, & supplicij loco sit durior custodia. Iuuen. *sat.* 3. inter cætera sui sæculi mala, hoc quoque perstringit, quod carcerati iniquis ferreorum vinculorum ponderibus grauarentur dum ait:

„ *Maximus in vinclis ferri modus, vt timeas ne*
„ *Vomer deficiat, ne marra, & sarcula desint.*

Etenim Rei nõ solum cum captiui ad exhibendum perducerentur, vel cum in custodia Castrensi asseruarentur à militibus ferreis constringebantur
50 vinculis, sed etiam in publica custodia Ciuitatis ijsdem grauabantur. Cuius rei (omissis profanis) ex litteris Sacris exempla proferam Principum Apostolorum Petri, & Pauli. De illo quidem *Act.* 12. *In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, & Custodes ante Ostium custodiebant carcerem, &c. Et ceciderunt catenæ de manibus eius.* De Paulo autem *Ibidem cap.* 21. legimus. *Tunc accedens Tribunus apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus.* Nec solum Hierosolymis, sed
51 etiam Romæ in carcere Mamertino eosdem Apostolos ferreis catenis alligatos fuisse certum est, easque catenas iam olim in maxima veneratione habitas docet Baronius *ad Martyr. Kal. Aug.* Quod autem Rei militesque olim eadem catena
52 colligarentur Senec. *Epist.* 5. docet. *Eadem*, inquit, *catena, & custodiam, & milites copulat.* Et rursus *lib. 1. de tranquill. cap.* 10. *Eadem custodia vniuersos circumdedit, alligati sunt etiam, qui alligauerunt nisi tamen fortè in sinistra leuiorem catenam putas.* Vnde apparet catenam hanc, sini-
53 stram militis, dexteram verò noxij constrinxisse. Eumdem quoque morem suo tempore durasse S. August. *In psal.* 118. notat: *Ligantur duo, & mittuntur ad Iudicem latro, & colligatus; ille sceleratus, iste innocens, vna catena ligantur, & longe stant à se.* Quam autem acerba, & dura custodia hæc militaris fuerit ostendit S. Ignatius *Epist. ad Romanos*, cuius verba superius, cum de Carceris calamitatibus ageremus, adducta, hic non repetimus; sed ad alios carceris abusus in vsu vinculorum pergamus.

54 Vt manicas, pedicas, boias, numellas; & similia velut leuiora taceam, & quæ ergastulis potius quam carceri conueniunt, frequentissima apud Sacros & profanos scriptores mentio est nerui; siuè
55 ligni, quo Rei constringebantur. Id plura habebat foramina; quibus crura nõ solum ad custodiam inserta erant, sed etiam districta, siuè diuaricata ad cruciatum. Eius frequentem vsum, vel potius abusum ostendunt Acta Martyr. Ita enim apud Euseb. *lib.6.cap.* 1. Viennenses illos athletas quinto, vel vt Ruffinus vertit, septimo, quod aiunt, puncto in neruo pedes distentos habuisse legimus, & Originem *quatuor foraminum interstitijs diuaricatum.* Idem Euseb. *eod. lib.6. cap.* 32. narrat.

Neq. est quod nobis obtendant verba *tex. in l. verũ est ff. de ver. sign.* quæ ait eũ *qui in carcere clausus est non videri neque vinctũ, neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita*, ideoque nihil durius committi, si vinculis carcerati

grauen-

grauentur. Sciendum est enim quod ea lex ex Vlpiani commẽtarijs *ad l. Aeliam Sentiam* deprompta est, vt doctissimus Cuiacius *in comment. ad eã l.* docet; quæ cum seruis qui in vinculis fuissent libertatem denegaret, Iurisconsultus strictè hic vinculorum nomen accipiendum docet in fauorem libertatis; cui cum iniquior lex illa videretur, ideò abrogata fuit: Humanior autem illi opponitur *l. succurritur ff. ex quib. caus. maior.* quæ vinculorũ nomen laxissimè accipiendum docet, dum ait, *Vinculorum appellatio latius accipitur, nam etiam inclusos, veluti Latumijs vinctorum numero haberi placet, quia nihil interfit parietibus, an compedibus teneantur.*

Loco Corollarij adiungendum esset Parænesis ad ipsos Iudices, ne iniquitas sub specie iustitiæ grassetur; ne inhumanitatem in causis instruendis, & negligentiam in illis expediendis adhibeant, quodque assidui sint in coercẽda temeritate Lictorum, & auaritia Custodum, nisi de hoc alibi dicturi essemus.

Pręmonendi sanè sunt ipsimet Carcerati ne postquam diuina permissione, in tot tantasque carcerũ ærumnas inciderunt, in vocem vllam homine indignam erumpant: memores sint facilia ex difficillimis animi magnitudinem reddere; Calamitatem propriam, aut temporum accusare, mediocris esse animi, vixque exprimi posse, quantum præsidij experiatur animus Dei voluntati conformatus: dicet cum D. Hieronymo *In epist. ad Rusticum Monachum*, mihi oppidum carcer est.

CAPVT IV.

De Carceribus Vrbis, eorumque mansionibus.

SVMMARIVM.

1 *Carcer vnus Romæ sub Regibus.*
2 *Carcerum multitudo Romæ vnde his temporibus.*
3 *Carceres Romæ ad curam Visitæ pertinentes.*
4 *Carcer S. Inquisitionis ad peculiarem Congregationem pertinet.*
4 *Latumia vnde dicta?*
6 *Carceris ædificatio ad Ciuitatem, custodia ad Principem spectat.*
7 *Carceres Turris nonæ describuntur.*
8 *Carceris Cancellaria, & Cancellarius quis?*
9 *Carceris Cubicula alia secreta, alia publica.*
10 *Carceris Secreta Cubicula quæ?*
11 *Cubicula mulierum carceratarum separata à cubiculis virorum.*
12 *Cubicula pro iuuenibus carceratis quæ.*
13 *Cubicula pro pueris carceratis eadem cum mulieribus.*
14 *Cubicula non pauperum qui dicuntur* stare alla larga, *quænam?*
15 *Cubicula eorum qui stant ad largam capiunt determinatum numerum Carceratorum.*
16 *Carcerati, qui sunt ad largam dicuntur* stare al passeggio, *& cur?*
17 *Carceratis quibus concessum stare* al passeggio.
18 *Cubicula carceratorum non diuitum qui dicuntur stare* alla larga *quænam?*
19 *Cubicula carceratorum pauperum, qui dicuntur stare* alla larga, *quæ?*
20 *Cubicula Carceratorum non omninò pauperum, quæ?*
21 *Pauperes carcerati, qui dicuntur comprahensi, & cur?*
22 *Cubicula pauperum Sacerdotum, & Religiosorum carceratorum.*
23 *Sacerdotibus pauperibus carcerati duo panes quotidie erogantur.*
24 *Circa Cubicula differentias quæ oriuntur dirimit Prælatus Caritatis.*
25 *Sacellum in Carceribus.*
26 *Carcerati qui quotidie missæ intersunt.*
27 *Cubiculum condemnatorum ad triremes in Turre nona.*
28 Galeotta *in Turre nona vbi, & quæ?*
29 *Ad triremes condemnatis, à quibus, & quamdiu subministrantur alimenta.*
30 *Ad triremes condemnati non participant de eleemosynis aliorum pauperum.*
31 *Cubicula mulierum carceratarum publica, & secreta.*
32 *Cubicula mulierum carceratarum sic disposita vt Viri nequeant alloqui.*
33 *Cubicula pro mulieribus carceratis quæ non sunt pauperes.*
34 *Cubicula pro mulieribus carceratis quæ sũt pauperes.*
35 *Pauperibus mulieribus carceratis, quæ dantur eleemosynæ.*
36 *Cubicula singulorum Tribunalium in carceribus quæ, & quis vsus?*
37 *Cubiculum in quo torquentur Rei tormento Vigiliæ.*
38 *Cubiculum vbi peraguntur Visitationes.*
39 *Hospitiũ in Carceribus Turris nonæ à quo exerceatur.*
40 *Caupona Turris nonæ solum exempta à vectigali vini.*
41 *Capitaneus Carcerum Turris nonæ, quid obseruare debeat circa alimenta carceratorum.*
42 *Carceribus Sabellicis multæ desunt mansiones ex descriptis in Carceribus Turris nonæ.*
43 *Carceres Sabellici habent cubiculum peculiare pro Hebræis.*

QVæ hucusque de Carcere, eiusque vsu, & abusu dicta sunt, ea vulgò non ita protrita ex amænioribus antiquorum musæis decerpsimus; ijs nũc cætera in medio rerum vsu velut in triuio posita subiungemus. Sanè vt Iuuenalis fælicia censenda existimabat proauorum

„ *Sæcula quæ quondam sub Regibus atque Tribunis*
„ *Viderunt vno contentam Carcere Romam:*

Ita deploranda videretur nostra hæc ætas, quæ in Vrbe Orbis Christiani Principe, & Magistra sub Pontificibus Religionis Christianæ Præsidibus tot diuersos carceres noxijs coercendis structos cernit, nisi causam huic rei Tribunalium potius & Iurisdictionum diuersitas dedisset, quam delinquẽtium multitudo: quod constabit ex ijs quæ deinceps de singulis carceribus dicenda erunt; Haud

tamen negauerim corruptos sæculi mores, & quæ in tanta hominum exterorum colluuie abesse non potest, vitiorum, scelerumque frequentia, carcerũ quoque multitudinem peperisse; quorum claustris, vinculisque effrænis proteruia compescatur.

3 Sunt autem hoc tempore carceres in Vrbe sex, ad quorum visitationem, curamque nostra hæc disquisitio pertinet; videlicet *Turris nonæ*, *Curia de Sabellis*, *Capitolij*, *Ripæ*, *Arcis S. Angeli*, in qua magnates grauiorum delictorum Rei, vel alij ex alia causa, de quibus quia pauci, & raro ibi detinentur nihil vlterius dicturi sumus. His accedunt in Ciuitate Leonina carceres *Burgi* nuncupati.

4 Septimus Sanctissimæ Inquisitionis carcer ea religione, ac diligentia à suis præfectis seorsum administratur, vt aliorum visitatorum opera, curaq; non indigeat. Vltrà prædicta ad faciliorem notitiam eorum, quæ dicturi sumus de carceribus, & carceratis Vrbis præmittenda est distincta descriptio mansionum, & locorum particularium, cum nuncupationibus ipsorum carcerum, de quibus sæpe facienda erit mentio.

5 Olim carcer, vt dixi, *Latumia* dicebatur præsertim apud Syracusanos, & ita appellatus, quia homines, qui in eo adscripti erant, latitare dicebantur, secundum expositionẽ *glos. fin. in l. 1. ff. de aleat.* tamen verius dicẽdum est vocem *Latumia* à Græco deriuari, & significare *locum lapidibus excisis excauatum*. Nostris verò temporibus Carcer domus quædam est, quæ pro carceratorum publica custodia adhibetur; cuius fabricatio ad Ciuitates, seu loca, in quibus de carcere est prouidendum, pertinet, sicut Custodia ad Dominum, cuius est Iurisdictio seu eius officiales. Clar. *§. fin. quæst. 46. num. 3.*

7 Habet Domus prædicta *Turris nonæ* nuncupata ad vsum carceris fabricata portam ingressus, cuius conspectus, & prospectus viæ publicæ patentes, numquam clausi, ingredientibus, aut egredientibus reperiuntur. Habet etiam post portæ ingressum *Cancellos* ad summum duos ex diuersis lignis modico internallo transuersim innexis ad modum fenestellarum: singulis Cancellis clauibus obsignatis *custos* assidet sine cuius permissu

8 nemini carcerem ingredi, vel egredi licet. Inter hos cancellos, vel propè illos *Cubiculum* reperitur, quod vulgò *cancellaria* appellatur, vbi liber asseruatur, in quo omnium carceribus mancipatorum nomina, & cognomina annotantur à scriba ad hunc effectum deputato, qui *Cancellarius* appellatur.

9 Hæc domus in duo genera Cubiculorum distributa est. Alia vocantur *Secreta Cubicula*; alia *Publica*. In hæc conducuntur illi qui iam fuerunt à secretis liberati, vel ex natura Causæ non sunt in secretos Carceres detrudendi; & hi dicuntur vulgo

10 *stare alla larga*. Secreta Cubicula inter se habitationis qualitate non differunt, quamuis ratione situs possint dici diuersa, & vt plurimum sunt obscura, in quibus custodiuntur illi, qui pro aliquo crimine examinandi sunt.

11 Mulieres seorsim à viris habent secreta Cubicula, sicut etiam publica, vt infra. Quod concordat cum dispositione Iuris *l. 3. C. de custod. reor.* ibi: *sexu dispares diuersa Claustrorũ habere tutamina iubeantur*. Vbi tamẽ indicat Salicet. Imperatorẽ non velle mulieres in carcerem detrudi, sed in Monasterium vel Asceterium mitti, vel mulieribus honestis tradi ne misceantur inhonestis mulieribus, quibus abundant carceres. Propter quod valdè opportunum esset destinare etiam in carceribus mansiones pro honestis mulieribus, qui aliquando carcerandæ sunt, & non possunt in monasterio, nec penès honestas mulieres tutò collocari.

12 Est etiam particulare cubiculum deputatum pro Secreta, in quo detinentur imberbes, si aliquando pro causa criminali ponendi sint in secretis carce-

13 ribus, nisi sint pueri: quia tunc in carceribus secretis, & publicis mulierum detinentur.

14 Cubicula quæ pertinent ad eos, qui ad *largam stare* dicuntur, sunt in multiplici differentia, quoad illa occupantes. Quædam deseruiunt carceratis non pauperibus, qui stare dicuntur vulgò *al passeggio*; & singula horum plures insimul capiunt car-

15 ceratos, quæ ne à Capitaneo Carcerum repleantur nimia carceratorũ multitudine habent suprà portam cuiusque Cubiculi descriptum numerum carceratorum, qui illic commorari possunt, ex dispositione Constit. LXXI. Pauli V. *tit. ordini & tasse da osseruarsi da Guardiani §. 23. in Bull. fol. 223.* Ibi* *Non possino pigliare da questi che stanno nelle Camere più di baiocchi cinque il giorno, eccetto che in Torre di nona, e Corte Sauella, doue si permette il solito d'vn giulio per persona. Non possino mettere, ne tenere in dette Camere maggior numero di persone di quello, che sarà scritto da Superiori delle carceri, à quali però si ordina che lo scriuano quanto prima supra dette carceri, senza espresso consenso di essi carcerati, ò particolare ordine de Superiori sudetti. In quel caso però non si accresca la mercede statuita alle Camere, ma si diuida egualmente frà tutti facendo il conto, coll'interuento del Procuratore de poueri, e deputati dalla Carità.*

16 Carcerati præfati vulgò dicuntur *stare al passeggio*, quia scalas, atrium, & alia loca publica alijs carceratis particulariter non destinata perlustrare

17 permittuntur. Hic carcerati pro debito Ciuili, vel etiam pro causa criminali post quam liberati fuerunt à secretis carceribus degunt, necnon qui pro talibus criminibus carcerantur, pro quibus ponendi non sunt in secretis, vt sunt illi qui capti fuerunt pro dilatione ensis, seu lanternæ prohibitæ, pro contrauentione exilij, pro fideiussione facta pro carcerato criminali de illo repræsentando, & cæteri omnes qui pro causa, pro qua sunt carcerati, non sunt examinandi.

18 Sed quia inter carceratos qui ad *largam* permanent maior pars est pauperum, vel non diuitum, ideò particularia Cubicula iuxta illorum conditionem fabricata fuerunt. Nam ciuiles non diuites, ac etiam criminales pro leui causa impotentes ad solutionem vnius Iulij dietim (qui soluitur ab habentibus, cubicula particularia) habitant omnes insimul cubiculum satis amplum, quod vocãt vulgò *la Sala*, seu *La publica di sopra*, à qua numquã exeunt, & pro vna vice tantum soluunt, quando exeunt à carceribus secundum infrascriptam dispositionem Const. LXXI. *d. §. 23. in Bull. fol. 224. tit. Ordini, e Tasse da osseruarsi da Guardiani &c.* Quæ sic habet: * *Per la publica di sopra per qualsiuoglia*

lungo

lungo tempo non si paghi più di cinque giulij per carcerato all'uscire, che farà, & standoci meno che sei giorni non paghi più di un grosso il giorno.

19 Criminales verò, & Ciuiles pauperes detinentur in loco inferiori, quem vulgo dicunt *Da basso*, seu *La publica da basso*, & vnicuique eorum subministratur vnicus panis vno die ab Archiconfraternitate Caritatis, & alio die ab Archiconfraternitate Pietatis, & participes sunt eleemosynarum, quæ à transeuntibus fiunt, vel ab alijs transmittũtur distribuendæ pauperibus carceratis. A quibus tamen excluduntur carcerati pro Causa ciuili, qui à 20 Creditoribus habent alimenta. Criminales autem qui non sunt adeò pauperes detinentur in loco qui dicitur vulgo *Il mezzo*, & est medium inter Aulã, & locum inferiorem antedictum, & soluunt pro vna vice tantum Iulios tres. Const. LXXI. §. 23. *fol.* 224. * *Per la publica di mezzo per qualsiuoglia lungo tempo non si paghi più di tre giulij per carcerati all'uscire che farà, e standoci meno di sei giorni non paghi più di tre baiocchi il giorno.*

21 Pauperes qui in loco inferiori commorantur, dicuntur omnes *de comprahensis*, quod significat illos esse comprahensos inter pauperes: quibus dictæ Archiconfraternitates subministrant eleemosynas, & ad quorum fauorem locum habent, ea quæ in Constit. Pont. ad fauorem pauperum disponuntur, prout etiam in aliquibus casibus locum habent ad fauorem illorum, qui in locis dictis *Sala, & mezzo* respectiuè commorantur, quando videlicet, non ex ipsorum electione, sed ex aliqua Causa in dicta aula, 22 seu loco medio detinentur ex ordine Iudicum, vel Procuratorum pauperum.

Præterea in carceribus extant particularia cubicula, & separata pro pauperibus Sacerdotibus, & 23 Religiosis, quorum vnicuique prædictæ Archiconfraternitates alternis diebus duos elargiũtur panes.

24 De Controuersijs verò occasione mansionum sic disponitur in Constit. LXXI. §. 23. *fol.* 224. * *Et alle controuersie di chi volesse stare nelle Camere, & nelle Sale, e non fusse meriteuole, il Prelato delle Carceri deputato dalla Carità pro tempore habbia da rimediare, & definirle.*

25 Est etiam Sacellum vbi sacra peraguntur, quibus intersunt carcerati, qui non sunt in secretis, vt in Constit. LXXI. §. 23. *fol.* 207. ibi * *Detentos in pluribus Carceribus Superioribus, & medijs quoli-* 26 *bet die conducant ad audiendum missam, & dicto* §. 23. Const. LXXI. *inter taxas in Bull. fol.* 224. ibi * *Menino ogni mattina li prigioni che stanno nelle publiche di sopra, e di mezzo alla messa.*

27 In Carceribus dumtaxat *Turris nonæ* est locus in quo custodiuntur condemnati ad triremes tàm in Vrbe, quàm in Statu Ecclesiastico, qui ex diuersis partibus ad Vrbem transmittuntur. Hic locus est contiguus loco inferiori qui dicitur *Dabasso*, & 28 vulgò appellatur *la Galeotta*. Condemnatis ad triremes à die quo perueniũt in Carceres Turris nonæ vsque ad diem, quo transmittuntur ad triremes Ciuitatis Vetulæ subministrantur expensæ victus à 29 Camera Apostolica, ad rationem quatuor panum, & mensuræ vini, quæ vulgo dicitur *vna foglietta e* 30 *mezza* singulis diebus viritim. Hi tamquam habentes propria alimenta non sint participes eleemosynarum, quæ cæteris pauperibus distribuũtur.

31 Rursus sunt alia cubicula, quæ fœminis deseruiunt. Ista etiam diuiduntur in *Secreta, & publica*, prout supra dixi de masculis, & debent de iure 32 esse: immo verò sunt ab illis Virorum ita separata; vt nec illos alloqui possint & debẽt impediri à Custodibus, et in Constit. LXXI. §. 23. *fol.* 108. ibi * *Nõ permittant in publicis mulierum carceribus, neque ad eorum ferreos cancellos, seu fenestras aliquem alium carceratum accedere, seu versari*: & inferius *fol.* 224. *Non permettano, che li carcerati trattino con le donne carcerate, ne manco alle grate loro.*

33 Publica mulierum Cubicula, alia sunt in loco superiori pro mulieribus non pauperibus, quæ pro illis soluunt Iulium vnum quotidie. Alia verò intrà 34 prædictos Cancellos in ingressu Carcerum, vt supra, positos, pro pauperibus mulieribus quarũ vnicuique à dictis locis pijs Caritatis, & Pietatis 35 subministratur vnicus panis alternis diebus, vt diximus superius de Viris pauperibus carceratis; & istæ nihil soluunt pro cubiculo.

Succedunt postmodum Cubicula particularia 36 singulorum Tribunalium *Vicarij, Gubernatoris, & A.C.* In quibus à Iudicibus Rei examinantur, & torquentur prout opus est, ad expeditionem Causarum, & administrationem Iustitiæ.

37 Aliud est Cubiculum, vbi Rei tormento Vigiliæ 38 subijciuntur: Aliud vbi Hebdomadaria, & Gratiosa, quæ fit bis in in anno, Visitationes habentur.

Exercetur etiam in Carceribus hospitium à Ca- 39 pitaneo carcerum, qui illos arrendauit. Caupona 40 Turris nonæ habet exemptionem pro vino, & proptereà disponitur in dicta Constit. LXXI. *fol.* 224. * *Nell'hosteria, che si permette, si faccia pagare la foglietta del Vino mezzo baiocco manco, come nell'hosterie essenti, e si tenghino le misure giuste di vetro.* Quæ exemptio solum est in Carcere Turris nonæ, vt inferius dicemus cum de illo tractabimus.

41 Pro rebus comestibilibus, quæ dat quotidie Capitaneus carceratis in secretis, vt vacant, *di straordinario*, & dum sunt *ad largam*, debet habere librum particularem, in quo singula adnotet. Alia quoque multa ab eisdem Capitaneis Carcerum obseruanda sunt contenta in Constit. LXXI. Pauli V. quæ obligati sunt tenere affixa in vim Edicti emanati anno 1635. *in Append.* §. 2. *cap.* 5. quæ ibi videri poterunt à carceratis, vltra ea, quæ posuimus in *App. eod. cap.* 5. *d.* §. 2.

42 Denique non est omittendum omnia prædicta secundum distinctionem præfatam haberi in Carceribus Turris nonæ. In Carceribus verò *Curiæ de Sabellis* desunt inter cætera locus, qui appellatur *Il mezzo*, nec adsunt distincta loca mulierum pauperum, & non pauperum, nec secreti Carceres pro Iuuenibus. Religiosi promiscuè cum Sæcularibus in dictis Carceribus detinentur in loco, qui vocatur *La Sala*. Deest etiam locus pro damnatis ad triremes. Isti enim postquam sunt condemnati, vel recto tramite ad Ciuitatem Vetulam transmittuntur, vel ad Carceres Turris nonæ ad locum qui dicitur *La Galeotta* transportantur.

43 Habent tamen *Carceres de Sabellis* locum peculiarem pro Hebræis, qui sunt *Ad largam*, quia ad illos ferè omnes Hebræi carcerandi conducuntur. In alijs verò carceribus Vrbis longè plura desunt,

quæ

44 quæ hic consultò omittimus tamquam non scitu necessaria. Sicuti omittimus tractare de valetudinarijs cuiuscunque Carceris, quia infra diffusè de illis dicemus *lib.2.§.29. & lib.3.§.4.*

CAPVT V.

Prouisiones pro Carceribus Vrbis.

SVMMARIVM.

1 *Turris nona Carceres concessi Raimundo de Capiteferro titulo oneroso.*
2 *Pro Turris nona Carceribus prouisiones Visita tempore dicti Raimundi, & haredum.*
3 *Clericus Camera interueniens Visita ab initio nō dicebatur Prafes Carcerum.*
4 *Turris nona Carceres resignati ab haredibus Raimundi de Capiteferro in manibus Pij V.*
5 *Turris noua Carceres concessi à Pio V. Archicōfraternitati Caritatis quibus conditionibus.*
6 *Turris noua Carceres à Caritate locati, cui, quibus conditionibus.*
7 *Turris noua Carceres Archiconfraternitas Caritatis fortiores fecit Sabellicis.*
8 *Turris nona Carceres olim minus fortes quàm Sabellici.*
9 *Carceratos ex Sabellicis ad Turrem nona transferri iussit Gubernator, vt securius custodirentur.*
10 *Turris noua carcerati liberati pro naufragio ob inundationem Tiberis.*
11 *Capella Remigum Claues in Turre noua nulli consignata à Custodibus. Mansiones Iudicum non locentur, & Inhibetur Marco ne se ingerat in negotijs Carceratorum.*
12 *Pro Turre nona prouisiones communes Carceribus Sabellicis.*
13 *Carcerandi qui ad Turrem noua, qui ad Curiam de Sabellis conduci debeant.*
14 *Soldanatus, & Turris noua & Marescialli Iurisdictio.*
15 *Curia de Sabellis Carceres annexi officio Marescialli.*
16 *Curia de Sabellis Carcerum Dominus Princeps de Sabellis emolumenta percipit, & ad manutentionem tenetur.*
17 *Curia de Sabellis Carceres locantur quo pretio.*
18 *Curia de Sabellis Carcerum Commentarienses obseruare debent contenta in Const.71. Paul.V.*
19 *Curia de Sabellis Carceres locari prohibitum à Pio IV.*
20 *Curia de Sabellis Iudex gratis deputatur.*
21 *Curia de Sabellis Iudex fit cum approbatione Gubernatoris, & ad annum.*
22 *Curia de Sabellis Iudicis officium post annum finitur, si prorogetur, non durat vltrà biennium.*
23 *Curia de Sabellis Iudex dat fideiussionem de stando syndicatui.*
24 *Curia de Sabellis Iudex non requisitus offert se syndicatui.*
25 *Curia de Sabellis Iudicis syndicatus quomodo peragitur.*
26 *Curia de Sabellis Commentariensis, Capitanei, & Executorum munia non venduntur neque locantur.*
27 *Sabellicorum Carcerum emundatio, & aptatio ex decreto Visita.*
28 *Sabellica Curia prouisiones, circa exhibitionem priuilegiorum Sabellicorum Carcerum.*
29 *Prouisio circa reparationem, & pecunias debitas reparantibus.*
30 *Sabellicorum Carcerum reparatio, & Cancellorum ferreorum, ac platea ante Carceres.*
31 *Carcerum de Sabellis expensa facienda ex pensionibus.*
32 *Carcerum de Sabellis aptatio quoad secretos Carceres.*
33 *Sabellicorum Carcerum Capitaneus non potest facere examinare detentos de mandato Vicarij S. Angeli in foro piscium sine ordine Gubernatoris.*
34 *Sabellicorum Carcerum prouisiones circa mansiones mulierum.*
35 *Capitolij Carceres spectant ad DD. de Alberinis.*
36 *Capitolij Carceres locantur quo pretio?*
37 *Capitolij Carceres quibus deseruiunt?*
38 *Capitolij Carceres visitantur ante illos Turris nona, & de Sabellis, quo die?*
39 *Capitolij Carcerum reparatio, & Cura ad Senatorem spectat.*
40 *Capitolij Carceres quibus expensis reparentur.*
41 *Capitolij Carcerum reparationi, & rerum necessariarum prouisioni prouidet Visita.*
42 *Capitolij carcerum reparatio iniuncta à Visita, & quorum expensis.*
43 *Capitolij Carcerum reparatio olim fiebat ex pænis ante applicationem pænarum Caritati à scutis duodecim infrà.*
44 *Capitolij Carcerum reparatio post applicationem pænarum Caritati ex quibus pænis fiat?*
45 *Capitolij Carcerum Capellanus à Visita constitutus.*
46 *Capitolij Carcerum Capella vbi? Capellanus quis? quod munus?*
47 *Capitolij Carcerum Capella inseruiunt Fratres S. Francisci de Ara Cœli, quibus conditionibus?*
48 *Capitolij Carceres non habent Valetudinarium.*
49 *Capitolij Carcerum infirmis quomodo subuenitur.*
50 *Valetudinarium cur non erectum in omnibus Carceribus iuxtà Const. LXXI. Pauli V.*
51 *Ripa carceribus non pernoctant capti.*
52 *Ripa carceribus detentis olim prouisum à Visita varijs decretis.*
53 *Ripa carceribus detenti repræsentantur in Visita Capitolij.*
54 *Ripa carceribus capti hodie non detinentur, sed deducuntur ad Capitolij Carceres.*
55 *Burgi Tribunal sub cuius Gubernio.*
56 *Burgi Tribunalis Iurisdictio qua?*
57 *In Burgi Tribunalis causis nullus Iudex se immiscet.*
58 *Burgi Tribunalis causis vigore obligationis Cameralis se immiscet A.C.*
59 *Burgi Tribunalis Notarius vtitur taxis proprijs.*
60 *Burgi Regio ab Vrbis ditione seiuncta.*

61 *Burgi*

1 DOmus seù Palatium pro carceribus Turris nonæ destinatum olim à Leone PP. X Raimundo de Capiteferro pro se, hæredibus, & successoribus suis in perpetuum pretio ducatorum trium millium auri in auro de Camera concessum fuit sub titulo *officij Soldanatus*, siue Capitaneatus Carceris Turris nonæ, cum salario, Iurisdictione, potestate, honoribus, oneribus, & emolumentis consuetis, cum facultate officium ipsum per Substitutum, seù Locumtenentem, vel Capitaneum ad eius nutum amouendum exercendi, cum expresso decreto quod dictus Raimundus, eiusque successores ab eodem officio, eiusque libero exercitio nullo vnquam tempore amoueri possent, nisi tribus millibus Ducatis huiusmodi ipsis realiter, & cum effectu restitutis, vt in cedula *Motus proprij* eiusdem Leonis signata continetur, de qua *Append. §.1.cap.7.*

2 Dum tam Raimundus præfatus eiusque substituti, quam Tiberius, & Dominicus eius filij dictum officium exercuerunt, opus fuit per DD. Visitatores diuersas fieri prouisiones, & decreta pro indigentia Carcerum. 1545. 21. Maij. Capitolij *DD. Visitatores suspenderunt Iurisdictionem Curia Turris nona, donec fuerit satisfactum de omnibus pecunijs Io Pelegio, & Bernardino Gattinaro.* * 1547. 17. Feb. Nonæ. *DD. Visitatores decreuerunt quod Latrina Curia Turris nonę adaptetur expensis d. Domus* * 1548. 7. Iun. Nonæ. *DD. decreuerunt, quod omnes habentes ergasteria lignorum prope carceres amoueant ligna per spatium vnius canna à muro sub pena 500. ducatorum, & quod intimetur.* Quod decretum quia parte inaudita fuerat factum; fuit posteà vt infra moderatum. 1548. 5. Iul. Nonę. *Pro D. Ioanni Baptista Cicchino, & Hospitali S. Ioannis ad Sancta Sanctorum: DD. reduxerunt decretum seù praeceptum de amouendo ligna ad terminos Iuris, & commiserunt Causam D. Torcellano, qui prouideat arbitrio suo.* D. Torcellanus tunc erat ille Clericus Cameræ, qui in Visita interueniebat. 1556. 6. Iun. Nonæ. *De pensione Carcerum Turris Nona resarciantur tecta Domus circa necessaria, & inhibetur ex tunc Capitaneo dictorum Carcerum ne vlterius soluatur sine expresso mandato R D. de Vitellis, & ad R. D. de Vitellis qui inhibeat, & prouideat etiam auctoritate Visita.* Dominus Vitellius erat tunc ille Clericus Ca-

3 meræ qui in Visita interueniebat. Nondum enim Titulo *Præsidis Carcerum* nominabantur Clerici Cameræ dictæ Visitæ interuenienres. 1558. 25. Iun. Nonæ. *DD. Visitatores decreuerunt exbursari muratori reparanti carceres de pecunijs depositatis, & depositandis per Capitaneum, expensis cuius interit posteà declarandum per D. Io. Baptistam Locumtenentem Auditoris Camera* * 1558. 16. Iul. Nonæ *DD. Visitatores decreuerunt quod Capitaneùs Carcerum de pensione eorumdem deponat penes me Notarium scuta decem pro residuo reparationis Carcerum pro mulieribus, expensis tamen illius cuius fuerit iudicatum ipsum teneri, vltra alia scuta viginti duo penès ipsum depositata, & soluta.*

Quod si aliquando eueniebat casus cuiuspiã fabricæ in carceribus, & pro expensis non videretur DD. Visitæ esse grauandum in totum Dominum Carcerum, condemnabant aliquem Carcerarum in pæna solutionis alicuius summæ pro huiusmodi expensis * 1563. 3. Iul. Sabell. *Iacobus Bergomensis solutis scutis 50. in manibus Vincentij Facchiui infra decem dies erogandis pro fabrica Nona relaxetur, alias lapso isto termino, fustigetur, & bannitatur ab Vrbe, & eius districtu, sub pena triremium, & in euentum solutionis caueat de se repræsentando toties quoties sub pana 200.* vide quæ dicturi sumus infra *§.12. cap. 2. num. 16.*

4 Cum verò præfati Tiberius, & Dominicus Fratres

tres, Domini horum Carcerum Turris nonæ, certis de causis animum eorum monentibus sponte in manibus sanct.mem. Pij V. officium, & carceres resignassent: considerans idem Pontifex quod si Archicōfraternitati Caritatis & Confratribus eiusdem, quibus alias etiam de Iure particulari per prædecessores suos demandata fuerat huiusmodi carcerum, & in illis existentium carceratorum, Visitatio, concederentur pro eodem pretio scutorū trium millium, maiori cum caritate carcerati custodirentur, & in suis necessitatibus maiorem susciperent subuentionem; Ideò Sanctitas Sua Archiconfraternitati prædictæ officium illud cum omnibus honoribus, & oneribus concessit. Imò quia contingere poterat, quod huiusmodi Carceres ad vsus publicos essent demoliendi, adiecit Sanctitas Sua conditionem, Quod si vllo vnquàm tempore pro Burgi S. Petri, aut Arcis S. Angeli fortificatione, vel alia quauis causa, Turrem nonæ prædictam deijci contingat, eo casu Camera Apostolica dictorum trium millium Ducatorum, & expensarum in dd. Carcerum & domus constructione, & melioramentis factarum summam Archiconfraternitati prædictæ restituere teneretur, & quod tunc Protector, & deputati nouos carceres loco deiectorum in quacunque Vrbis parte ad ipsorum voluntatem con-

5 strui, & ædificari facere possent. Volens insuper idē Pius V. vt melius & citius inibi carceratis prouideretur Archiconfraternitati, eiusque deputatis, vt intrà vel extrà, & propè dictos carceres cellam, hospitium, seu Tabernam Vinariam ab omni etiā Studij generalis vrbis onere, Dogana, & Vectigali liberam, immunem, & exemptam erigere possint, & valeant, concessit, & impertitus est, vt in eiusdem Pij V. *motu proprio* in Append. *§.1. cap.7.* Quæ exemptio istis solum carceribus in vim supradictæ Constitutionis, & non alijs competit, vt supra dictum est *cap.4. num.* 40. Archiconfraternitas Caritatis adepta Carcerum præfatorum possessione illorum curam diligentem habuit, & illos vel custodiri, & administrari fecit per deputatos, vel attendauit, prout de præsenti locati reperiuntur

6 Concetto Angelino ad triennium sub die 28. Martij. 1639. pro annuis scutis mille, & tercentum sexdecim monetæ de mense in mensem in fine persoluendis, vt ex Instrumento in Actis Scalæ Notarij Capitol. & eiusdem Caritatis Secretarij rogato. Cuius capitula pro notitia carceratorum posuimus in *Append.§.3.cap.11.* vt habita notitia obligationis ad fauorem carceratorum, per eundem Capitaneum factæ, in euentum inobseruantiæ recursum habere possint ad D. Gubernatorem Vrbis, seu Prælatum, aut deputatos, vel etiam Procuratorem Caritatis, vt ipsi, vel alter eorum consulere possit indemnitati carceratorum.

7 A tempore, quo Caritas possidet carceres istos, non fuit opus aliquibus Sacræ Visitæ prouisionibus, cum ipsimet deputati Caritatis per se prouiderint, etiam reddendo illos longè fortiores, & se-

8 curiores, quam sint carceres de Sabellis, vt hodie apparet; quod non erat olim, vt colligitur ex decreto facto ad fauorem carcerati, in Carceribus Curiæ de Sabellis.1541.28.Maij:Sabellis. *De Bussitto. Data cautione de tutò carcere arbitrio Gubernatoris transfiratur ad Curiā Turris nonæ, quatenus velit.*

9 Ad istos pariter carceres tanquam securiores transportare fecit D. Gubernator carceratos criminales Curiæ de Sabellis mense Septēbris anni 1646.

10 In Visitatione habita in Carceribus Turris nonæ emanauit generalis prouisio infrascripta respectu omnium carceratorum ob prætensum naufragiū occasione inundationis Tyberis secutæ in Vrbe anno 1598. circa finem mensis Decembris. 1599. 21. Ianuar. Nonæ. *Domini Visitatores decreuerunt etiā ex ordine Sanctissimi, vt retulit D. Gubernator, quod omnes carcerati in quibuscumque carceribus de mandato Iudicis Ripettæ pro prætenso naufragio per Ciuitatem, & non per alueum fluminis relaxentur gratis, & nihil soluant, & in posterum non dentur captura, sub pœna nullitatis, & pænis contentis in inhibitione emanata Iudici, & Notaris Ripettæ.*

11 Inter prouisiones particulares horum carceratorum Turris nonæ sunt infrascriptæ. *1621. die Dominico 25. Iulij in Visitatione carcerum* Secretorū Turris nonæ; *A Visitatoribus fuit factum præceptum omnibus Custodibus dictorum carcerum, quod in futurum non debeant, nec quilibet ipsorum debeat tradere, seu consignare alicui personæ claues Capellæ remigum sub pœna trium ictuum funis.* * *1649.* 26. Septembris. Nonæ. *In Visit. Secret. carcerum. Et successiuè antequam Visitatores discederent fuit factum præceptum Ioanni Bernardino Capitaneo Carcerum, ne sub pœnis trium ictuum funis, alijsque arbitrio &c. locaret carceratis mansiones destinatas pro vsu Iudicum, & examine reorum, ipso præsente, & audiente.* * 1650. 1. Decembris. Nonæ. *Marco fuit iniunctum præceptum, quod in futurum non audeat se ingerere in negotijs Cancellariæ carcerum Turris nonæ, & alijs in eisdem carceribus sub pœna trium ictuum funis, & exilij ab Vrbe in casu &c. præsentibus &c.* * *1648. 5.* Nouembris. Nonæ. *Pro carceratis Turris nonæ contra Capitaneum Angelum Sardellum Conductorē Carcerum Turris nonæ Caritatis, in Carceribus Curiæ de Sabellis detentum D. Gubernator retulit in S. Visita Sanct. D. N. mandasse viuæ vocis oraculo præsente etiam Sebastiano Ciuccio Procuratore fiscali generali, dictū Capitaneum Angelum Sardellum ab affictu remoueri, etiamsi non sit finita locatio stante illius longa carceratione; ne carcerati præsertim in secretis carceribus existentes diutius indigentiam victus, aliaque plura incommoda quæ adhuc perpessi sunt patiantur, & ex alijs causis Sanctitatis Suæ animum mouentibus, propterea Dominatio Sua, & DD. Auditor Cameræ, Præses Carcerum, Prælati Caritatis, & Pietatis cæterique Visitatores stante dicta relatione impertiti sunt licentiam Caritati locandi eosdem Carceres alteri personæ, seu personis idoneis sibi bene visis, damno, risico, & periculo, cuius de iure omni &c.*

12 Aliæ prouisiones factæ fuerunt, quæ sunt communes cum Carceribus Curiæ de Sabellis, quarū duas inferius subijcimus; aliæ nonnullæ continentur in supradictis bannimentis, & alijs dispositionibus, de

13 quibus in *Append.§.2.* Prima est cum non sit liberum executoribus conducere captos ad carceres quos volunt, sed seruanda sit distributio viarum, locorum, & portarum Ciuitatis cuique carceri Turris nonæ, & Curiæ de Sabellis assignatorum, & se-

cundum

cundum eam conducendi tam pro criminalibus, quam pro ciuilibus causis capiendos, oritur quandoque contentio inter ipsos Commentarienses, praetendente illo Turris nonae, carceratum sibi debitum, fuisse conductum ad carceres Curiae de Sabellis, & vice versa aliquando idem praeiudicium allegante Commentariense Curiae de Sabellis. Eueniente casu, & parte grauata recurrente ad D. Gubernatorem ipse prouidet, vt vnicuique suum aequa lance tribuatur, & aliquando ad sacram Visitationem. 1651. 2. Nou. Nonae. *Post visitam successiue Domini Visitatores habita notitia quod Andreas Hieronymi, Franciscus Rota, & alij reperiantur carcerati in carceribus de Sabellis capti pro ludo à Curia Vicarij in Rione Turris Nonae mandarunt supradictos omnes transportari ad carceres Turris Nonae.* Fateor non esse omninò certum, quomodo talis distributio sit facienda; ideo coactus sum absque scopo, vt aiunt iaculari; cumulaui quas potui probationes, quae sunt in *Append. §.4. cap.5.* & tales sunt, vt saltem possint sufficere ad informandum animum ipsius Gubernatoris pro opportuna prouisione in casibus emergentibus.

14 Secunda prouisio est circà Iurisdictionem, quam quilibet ex dictis duobus Dominis dictorum carcerum exercet. Ille Turris Nonae sub nomine Soldanatus: Alter Curiae de Sabellis sub nomine Marescalli. De hac apparebit ex infrà dicendis de Soldano, & Marescíallo §. 8. *cap.7.* Nunc de ipsis carceribus de Sabellis dicamus.

15 Curiae de Sabellis Carceres nuncupati annexi sunt officio Marescialli, quod hodie residet in per-16 sona D. Principis Bernardini de Sabellis eius vita durante. Ipse propterea Dominus est horum carcerum, eorumque emolumenta percipit, & per consequens ad illorum manutentionem est obligatus. Quae his carceribus communia sunt, cum illis Turris Nonae, & digna quae hoc loco exprimerentur iam proximè dixi, & infrà dicam. Propria istorum carcerum sunt infrascripta.

17 Hi Carceres pariter locantur, non obstante prohibitione supradicta Pauli V. vt de Carceribus Turris nonae diximus, & reperiuntur locati Santi Gandino de Abbatia Ferentilli pro annuis scutis ottingentis monetae persoluendis de mense in mensem anticipatè, & de anno in annum per acta Constantini Notarij Cap. die 21. Martij 1641. &c.

18 Quoniam verò in Instrumento locationis non leguntur capitula concernentia fauorem carceratorum, vt in Instrumento carcerum Turris nonae, propterea inuigilandum est vt obseruantur dispositas in dicta Pauli V. *Constit.* 71. circa ea quae tangunt personas, & obligationes Commentariensium.

19 Eadem prohibitio locandi istos carceres fuerat facta à Pio IV. *in eius reformatione. §. 22.* vbi ait: *Marescíallus Curiae de Sabellis officium Commentariensis, & Capitanei Curiae suae nullo modo arrendet, sed per fideles, & idoneos Custodes, & executores illa exerceri faciat ipsis prius carcerum Custodibus à Gubernatore Vrbis approbatis.*

Circa verò hanc Curiam de Sabellis, vltrà ea quae diximus, & dicturi sumus de Marescíallo Curiae de Sabellis infra §. 8. *cap.7.* fuit dispositum in dicta Pauli V. *Constit.* LXXI. §. 8. *in Bull. fol.* 197. vt infra.

20 * *Iudex Curiae de Sabellis gratuito à Marescíallo deputetur, adeò vt neque Iudici dare, neque Marescíallo propter hec accipere quidquam liceat etiam mutui, vel alio nomine, aut quauis de causa, vel praetextu, siue ante, siue post adeptum officium, etiam in vim, vel praetextu cuiuscumque Indulti Apostolici, vel consuetudinis, quod, & quam per praesentes expressè reuocamus, & improbamus, & vt suprà, omnino seruari mandamus. Deputatio verò Iudicis fiat cum participatione, & approbatione*

21 *Gubernatoris Vrbis pro tempore, & fiat ad annum dumtaxat, quo finito, finitum sit etiam eius Iudi-*

22 *cis officium, nisi propter aliquam rationabilem causam prorogandum visum fuerit, quae tamen prorogatio alium annum nullo pacto excedat, &*

23 *semel tamen fieri possit. Antequam incipiat exercere officium caueat idoneis fideiussoribus de stando Syndicatui, & finito officio, etiamsi nec quere-*

24 *latus, nec requisitus fuerit offerat se Syndicatui coram Gubernatore Vrbis praefato, ille verò quadra-*

25 *ginta diebus syndicatum absoluat, Iudicemque prout iure faciendum erit, vel absoluat, vel condemnet, & puniat: quod si intrà dictum dierum numerum non fecerit, Camerarius S. R. Ecclesiae qui tunc erit duos viros deputet, qui intra alios viginti dies huiusmodi Syndicatum peragat, lapsis autem dictis terminis pro absoluto habeatur.*

26 *Commentariensis, & Capitanei, necnon executorum eiusdem Curiae munia per idoneos, & fidos ministros gerantur, & neque vendantur, neque locentur vllo modo, nec quidquam pro illis consequendis; aut exercendis quouis nomine, & praetextu soluatur, vel respondeatur etiam vigore contractuum, aut locationum de praeterito factarum, quae per praesentes nulla, & irrita intelligantur, & qui aliquid soluerint, vel responderint officio priuati sint, & publicè fustigentur.* Haec sunt verba dictae Constit. 17. Pauli V.

27 Domini Visitatores pariter pro his Carceribus fecerunt frequenter diuersis temporibus decreta, prout opus esse existimarunt: quorum nonnulla subnectam, vt deseruire possint pro similibus casibus, si in posterum euenerint. 1533. 17. Iunij. Sabell. * *Domini Visitatores mandarunt Capitaneo Curiae de Sabellis pro commoditate carceratorum, quatenus sub poena 100. ducatorum, & priuationis officij debeat infra tres dies purgare, & emundare omnes carceres, & demandauerunt D. Iulio Procuratori pauperum, qui inspiciat carceres praedictos si fuerint mundati, & referat D. Gubernatori.* * 1534. 13. Ianuarij. Sab. *Pro commoditate, & salute carceratorum DD. Visitatores mandarunt Capitaneo Curiae de Sabellis, quod pro eorumdem commoditate aptet carceres, et eos resarciat arbitrio Procuratoris Pauperum sumptibus, & expensis ipsorum carcerum.*

28 * 1537. 2. Iun. Sabell. *Visita monet D. Simonem Iudicem Curiae de Sabellis ad comparendum in Camera, ad ostendendum priuilegia dictae Curiae.*

29 * 1537. 8. Octobris. Sabell. *Domini Visitatores inhibuerunt Custodibus carcerum, ne soluant pensionem Dominis, vel Conductoribus, nisi prius aptentur carceres, & praecipuè latrina sub poena scutorum 200.* * 1448. 7. Iunij. Sabell. *DD. Visitatores annullant obligationem factam Muratori per Capitaneum, pro tanta quantitate, quantum importat pensio Domus, & Capitaneus de primis pecunijs*

sol-

soluat dictam pensionem, & hoc seruetur omni tempore perpetuò, & intimetur dictis Muratoribus, ne prætendant ignorantiam. * 1545. 5. Martij. Sabell. Domini de Visita iusserunt Capitaneo sub pœna cẽtum scutorum applicandorum loco pio, quod de pecunijs assictus dictæ Curiæ in primis reficiat locum carceris ruinosum vbi sunt secreta, & expensæ ex nunc censeantur computatæ à Dominis non obstantè aliqua obligatione facta tã Dominis quam Creditoribus eorumdem, salua actione creditorum aduersus Dominos. * 1545. 28. Maij. Sabel. Domini mandarunt Innocentio Capitaneo Curiæ de Sabellis sub pœna scutorum centum, vt de pecunijs debitis, siuè promissis occasione conductionis Capitaneatus reficiat arbitrio Camerarij Caritatis ea, quæ sunt reficienda in carceribus, & pro dicta summa non possit molestari à Dominis, neque à Creditoribus eorum, quibus promisit, sed obligationes ipsius transferantur in terminos sequentes. * 1548. 7. Iun. Nonæ. Sequestrentur pecuniæ illorum de Sabellis pro aptatione carcerum, & donec, & quousque aptati fuerint carceres arbitrio Visitatorum, & intimetur Capitaneo, quod alicui non soluat sub pœna iterata, & malæ solutionis. * 1549. 22. Aug. Sab. Pro reparatione carcerum Iudex Curiæ faciat reffici non obstante quacunque assignatione facta creditoribus de pensione facienda expensis Iacobi Meleghini, siue eius substituti, etsi Capitaneus distulerit soluere pecunias, incurrat pœnam 500. ducatorum. * 1551. 5. Martii. Sabell. Domini decreuerunt quod de responsione officij retineatur tantum, quantum sufficiat pro Tribunalis refectione, videlicet pro visitandis carceratis, & pro alijs cõmoditatibus carceratorum. * 1552. 8. Mart. Sabel. Domini Visitatores decreuerunt, quod de pecunijs pensionum carcerum debitis Dominis de Sabellis, & alijs sequestratis satisfiat Muratori qui aptauit viam publicam & latrinam, & quod de eisdem aptetur stantia pro pauperibus non obstantibus quibuscumque sequestris. * 1552. 9. Iun. Sab. Expensæ factæ in Curia de Sabellis pro reparatione carcerum, & domus cedant, & ex nunc computatæ censeantur in fictis præteritis, et futuris, et consignentur Muratori pecuniæ existentes penès Guardianū eadem etiam auctoritate Visitæ. * 1553. 2. Mar. Sabell. Capitaneus in primis soluat Matthæo Muratori pecunias suæ mercedis, antequam soluat aliquid Domino Curiæ sub pœna mandati executiui. 1553. 24. Aug. Sab. Pro Matthæo, et Antonio muratoribus contra Capitaneum faciat præceptum Barroncello, et cæteris Executoribus Vrbis, ne de cætero ad carceres dictæ Curiæ conducant aliquos sub pœna mille, & ad D. de Vitellis donec fuerit satisfactum dictis Muratoribus de eorum credito, qui prouideat arbitrio suo. * 1554. 14. Iun. Sab. Pro Matthæo muratore. Capitaneo Domini Visitatores præceperunt eidem præsenti, quatenus sub pœna carcerum satisfaciat Matthæo muratori de pensione carcerum, & Domini Visitatores promiserunt ipsum Capitaneum indemnem releuare. * 1554. 8. Nouembris Sab Domini decreuerunt quod retineantur penès Capit. Curiæ de Sabellis pensiones dictæ Curiæ debitæ, seu debendæ Dominis, & quibusuis alijs personis easdem pensiones percipien. dictæque pensiones conuertantur in reparationem, & restaurationem carcerum, & Secretariam pro commoditate carceratorum, & inhibeatur Capitaneis prædictis sub pœna trium ictuum funis ne dictas pensiones in alios vsus conuertant nisi in supradictos. * 1556. 6. Feb. Sabell. Domini decreuerunt, quod fiat fenestra, & intermedium ante salam Visitæ expensis Dominorum de Sabellis, & notificetur eis per me Notarium. * 1556. 14. Mar. Sab. Domini Visitatores decreuerunt, quod Capit. Curiæ de Sab. retineat de pensionibus carcerum totidem quod exposuit in reparatione eorumdem. * 1559. 30 4. Feb. Sab. Magister Peregrinus murator. Quoad mercedem sibi debitam ex causa matonatæ plateæ ante Curiam de Sab. Domini decreuerunt quod Capitaneus illam soluat de pensione carcerum. 1560. 4. Aprilis. Sab. Pro Ioanne Maria olim Capitaneo Curiæ de Sabellis. Ad D. Gubernatorem in cuius Curia deponuntur pensiones Curiæ de Sabellis, qui mandet satisfieri scuta decem, & septem cum dimidio restantia pro ferratis aliàs factis in dictis carceribus ex dicta pensione. * 1565. 21. Iul. Sab. Melioramenta facta, & facienda pro reparatione carcerum fiant expensis pensionis domus. * 1566. Septembris. Sab. Domini decreuerunt quod fiant carceres secreti ad computum pensionis domus, & exponatur vsque ad summam centum scutorum, & teneatur computum diligens pecuniarum quæ in dies expenduntur. * 1569. 2. Iun. Sab. Pro Magdalena Stãpa vxore D. Petri della Presta creditrice censuum impositorum supra domum incorporatam carceribus Curiæ de Sabellis. Capit. Hieronimus, & alij Capit. dictorum carcerum pro tempore existentes satisfaciant ipsi de censibus decursis, & decurrendis ad computum pensionum dictorum carcerum, iuxtà formam Instrumentorū dictorum censuum. * 1571. 15. Feb. Sab. Domini sequestrarunt penès D. Capitaneum Pium præsentem, & alios quoscumque pro tempore existentes omnes, & singulas pensiones decursas, & decurrendas carcerum Curiæ de Sabellis, donec fuerit solutum pretium Domus, quæ olim erat Antonij Raydeti, & satisfacto de censibus decursis creditoribus super dicta domo tam respectu sortis principalis, quàm censuum decursorum, & non solutorum, & decurrendorum in futurum. * 1623. 29. Ianuarii. in Visit. secret. Sab. Ordinorno di ordine di N. Sig. li Visitatori al Capitano delle carceri, che nel camino della cucina al paro del solaro di sopra, debba fare vna ferrata in modo che dalla secrita non si possa calare in cucina, & che il Sig. Scannarolo Procuratore della carità habbia il pensiero di farla accommodare. * 1598. 23. Iul. Sab. Domini &c. quia deuenit ad notitiam dictorum Dominorum de Visita quod adsunt in Curia de Sabellis duæ secreta, quæ sunt pessimæ, & non ad custodiam, sed ad pœnam, & periculum vitæ, idcircò mandarunt eas reaptari, & accommodari omni meliori modo, arbitrio Domini de Auila Prælati Caritatis, si possibile est, aliàs non amplius Custodes illis vtantur sub pœna arbitrio, etc. Quatenus adsit locus pro ædificandis duabus secretis aptis, Dominus Auila faciat illas construere cum minori dispendio, et Guardiani possint expendere pecunias in hoc seruitio, & teneantur Domini illas excomputare. * 1596. 25. Non. Sab. D. Gubernator, D. Auila Prælatus Carita-

rita-

ritatis, D. Vice Comes Prælatus Pietatis, D. Rutilius Alterius Aduocatus Pauperum, Visitatores carcerum existentes in carceribus de Sab. ad visitandum carceratos in dictis secretis existentes iustis &c. mandarunt omnes la'rinas, & canales existentes in stantijs secretis, & carceribus dictæ Curiæ de Sab. expurgari, & reaptari, & interim donec fuerint expurgatæ decreuerunt quod Custodes non possint exigere aliquas pecunias à carceratis. Item mandarunt reaptari tabulatum in omnibus locis necessarijs in secreta nuncupata la Fla-

33 *minia. Insuper inhibuerunt Capit. Barnabæ dictorum carcerum præsenti, ne in posterum audeat examinare facere carceratos detentos de mandato D. Carzadori Vicarij S. Angeli in foro Piscium absque ordine expresso D. Gubernatoris sub pœna 50. scutorum, & alijs pœnis arbitrio Domini, super quibus &c. actum in dictis carceribus &c.* * 1650. 10. Mart. Sab. *Successiuè Visitatores antedicti cognita necessitate Infirmeria carcerum prædictorum ob frequentiam Infirmorum carceratorum decreuerunt, quod medicus Physicus carcerũ, & Procurator Caritatis cum assistẽtia Iudicis Curiæ de Sabellis prouideant de omnibus necessarijs pro seruitio dictorum Infirmorum cum pecunijs erogandis ab Affictuario dictorum Carcerum, quæ excomputantur in affictu absque alia retardatione, seu reclamatione omni &c.* Locus mulierum

34 in his carceribus est valde indecens, cum sit liberum omnibus carceratis, vt vulgo dicitur, *alla larga* existentibus, eas alloqui, & propterea fuit pluries iniunctum Custodibus ne permittant viros ad ferratas mulierum accedere; fuitque in ipsa *Constitutione* 71 Pauli V. dispositum vt supra *cap. 4. num.* 32. Eritque munus Procuratorum pauperum, qui frequentius ad carceres accedunt, inuigilare, vt in hoc dicta Constitutio Pauli V. obseruetur, sicut in cæteris eadem Constitutione dispositis. Atque hæc de carceribus Sabellorum satis, antequam Capitolium ascendamus, & prouisiones captas diuersis tẽporibus à S. Visita perquiramus. Occurrit subiungere præfatos carceres Curiæ de Sabellis dum hic liber, iam typis esset sub chasmate vt ita dicam, perijsse; & profanati sunt (carcer enim non solum locus publicus est, sed etiam sacer) & in vsum priuatum & profanum conuersi; Illorum loco cœpta est ædificatio aliorum Via Iulia.

34 De Carceribus Capitolij præmittendũ prius est ipsos spectare ad Dominos de Alberinis Patritios Romanos, & ab ipsis locati; Et de præsenti sunt locati pro annuis scutis quingentis monetæ persol-

35 uendis de mense in mensem anticipatè ad triennium, per acta Francischini Protonotarij Senatoris die 1. Aprilis. 1639. seu &c. Capitaneo Bartholomæo Martinello Florentino.

37 Hi carceres propriè deseruiunt pro carceratis Tribunalis eiusdem Capitolij, & Ripæ & aliorum Tribunalium; quando carcerati ducuntur per illius Birruarios, seu capiuntur ab alijs Birruarijs, & ex aliqua particulari causa ad eosdem carceres conducuntur.

38 Ab his Carceribus incipiunt Visitatores ordinariam Visitationem, quæ singulis diebus Iouis, tam post Sanctissimi Natalis, quam Paschatis Resurrectionis D. N. festum fieri solet: secundo loco ad Sabellianos; tertio ad Turris Nonæ carceres se conferunt mutatis vicibus, exceptis diebus Iouis, quibus fit Visitatio gratiosa. Tunc enim eodem die omnes carceres visitant incipiendo à Turris Nonæ, secundo adeunt Sabellicos, tertio Capitolij carceres.

39 Ad D. Senatorem præcipuè spectat inuigilare vt hi carceres Capitolij reparentur in necessarijs, & eorum ministros in officio contineãtur. Antiquitus

40 consueuerunt reparari ex pœnis, & alijs emolumentis carcerum; postmodum vero ex redditibus

41 ipsorum carcerum. Et quia huiusmodi necessariæ reparationes, & rerum necessariarum prouisiones plerumque differuntur, vel cum aliqua difficultate fiunt, & opus est pro celeri expeditione summa auctoritate Visitæ, ideo consueuerunt DD. Visitatores etiam in his carceribus diuersa decreta desuper facere, quorum nonnulla strictim percurram.

42 1540. 27. Aprilis. Capit. *Pro carceratis. D. Senator faciat reaptare, & purgari carceres de omnibus necessarijs, sumptibus eorum ad quos spectat, & interim emolumenta carcerum retineantur ad talem effectum penès eligendum per D. Senatorem.*

43 1540. 5. Iunij. Capit. *Quoad refectionem latrinarum, & Cloacæ, aliorumque necessariorum in carceribus reparentur, & satisfiat de primis pœnis Cameræ obuenientibus.* * 1541. 12. Aprilis. Capit. *Impensæ factæ, & facienda pro reparatione, & vsu carcerum soluantur de primis pœnis.* * 1544. 4. Martij. Capit. *Dominus Senator & Domini Conseruatores de pœnis infligẽdis reparent carceres, & Cisternam ipsorum arbitrio.* * 1545. 5. Martij. Capit. *Domini Visitatores mandarunt aptari parietes carcerum, vbi est periculum fugæ de primis pœnis ad effectum, vt carcerati aufugere non possint, & interim compedibus vinciantur.* Il-

44 lis temporibus nõdum emanauerat Breue Pij IV. per quod omnes pœnæ à scutis duodecim cum dimidio infra debent applicari Archiconfraternitati Caritatis, sub pœnis in eo contentis, de quo dicetur inferius cũ de Caritate tractabimus *§. 6. cap. 6.*

45 1541. 12. Aprilis. Capit. *Dominus Senator ex parte Visitæ mandet, quod debeat haberi Sacerdos, qui singulis diebus festiuis celebret Missam in Carcere; alioquin sequestrentur fructus penès deputandum per Dominationem suam, & prouideatur de vno bono, & idoneo Cappellano, & de introitibus satisfiat arbitrio Senatoris.*

46 Hodie Capella præfata non est ante, sed intra carceres, vbi *Missa* quotidie celebrari consueuit ab vno ex Fratribus Minoris Obseruantiæ Conuentus Sanctæ Mariæ Aræ Cœli nuncupati; qui anno 1640.

47 recusarunt celebrare, quia nullam percipiebant eleemosynam, cum illa quæ huic seruitio prætendebatur destinata, assignata fuisset Presbytero sæculari, qui allegabat non teneri ad celebrationem pro carceratis; Qua occasione concordatum fuit cum eisdem Fratribus facto verbo cum fel. record. Vrbano VIII. & cum Eminentissimo D. Cardinali Barberino illorum Protectore, quod fieret concessio eisdem Fratribus per decennium post mortem dicti Presbyteri, cum omnibus regalijs, honoribus, & oneribus, & præsertim celebrandi à die datæ litterarum Patẽtium suis loco, & tempore Missas in dicta Capella Carcerum, & applicandi elee-

mosynam in beneficium valetudinarij dicti Conuentus, vt in eisdem litteris Patentibus 17. Septembris. 1640. inferius impressis in *Append. §.4. cap.6.* Concessionem præfatam non placuit Vrbano VIII. facere in perpetuum; cum Fratres non sint capaces redditüum, cumque possint lapso decennio iterum petere, & facile obtinere eamdem gratiam, quæ valdè æqua est, & rationabilis, & Caritati proficua.

1582. 9. Decembris Capit. *Sequestrentur in manibus Custodis carcerum omnes pensiones carcerum, & non consignentur Domino de Alberinis Patrono carcerum, donec fuerit factum tabulatum in omnibus necessarijs pro vtilitate carceratorum arbitrio D. Senatoris.*

48 Carcerati Infirmi horum carcerum trāsportantur ad carceres Sabellorum, vi decreti Visitæ infra 49 §.27. registrati, vbi de valetudinarijs carcerum tractatur *lib.2.* Non obstante quod in Congregatione habita super reformatione Tribunalium tēpore Pauli V. die Veneris. 17. Octobris. 1610. fuerit dictum quod in carceribus Curiæ Capitolinæ erigatur hospitale pro carceratis infirmis expensis *Inclyti Populi Romani*, ad instar hospitalis Turris Nonæ, quodque etiam in dicta Const. 71. Pauli V. postea emanata. *§.23. tit. Ordini è tasse da osseruarsi da Guardiani &c. in Bull. fol.224.* disponatur vt infra: *Si faccia l'Infirmaria in ciascheduna prigione, e ne habbia cura il Prelato delle carceri* 50 *deputato dalla Carità.* Hoc tamen nūquam quod ad istos carceres attinet, & illos Burgi, executioni fuit demandatum, fortè quia in ijs carceribus raro contingat casus infirmorum, qui non possint aliquo decreto prouisionali relaxari; & si aliquando contingat, vt in decreto supra facto, tunc deseruit pro dictis infirmis Capitolij valetudinarium Sabellis erectum, vt supra diximus; nisi istud esset plenum infirmis. Tunc enim etiam prouidendum esset, vt dicetur infra *d.§.27. num.13. lib.2.* 1650. 28. Aprilis. Capit. *Successiuè Visita demandauit reaptari tormentum Vigiliæ dirutum cum omnibus suis necessarijs pro illius vsu cum assistentia Chirurgi Caritatis sumptibus; cui de iure, & pro executione ad D. Senatorem etiam auctoritate Visitæ.*

51 Ad Ripæ carceres modo descendamus. In his vt plurimum iam non pernoctant carcerati, sed 52 transportantur ad carceres Capitolinos. Habentur circa hos carceres, & carceratos antiqua decreta Visitæ quamplura, quorum nonnulla existimaui opportunum recensere.

1550. 25. Septembris. Capit. *Ioan. Vascellarius carceratus in Curia Ripæ. Liberetur gratis, & intimetur Camerario Ripæ.* * 1548. 6. Decembris. Capit. *Carcerati in carceribus Ripæ liberentur attento quod non fuerunt repræsentati die Iouis, ita vt fiat præceptum de liberando eosdem de mādato DD. Visitatorum, & totius Visitæ.* * 1556. 13. Iun. Capit. *Quoad carceratos in Curia Ripæ Camerarius Ripæ transmittat eos ad Curiam Capit. qualibet visita facienda in Cur. Capit. sub pœna duorum millium scutorum pro qualibet vice in euentum contrauentionis incurrendæ, & Cameræ Apostolicæ applicandorum: Et intimetur eidem Camerario supradictum decretum.* 53 Id quod concordat cum Constitutione Pauli III. quæ habetur in fine, ibi, *Carcerati in Ripa præsententur in visitatione Capitolij.* Idem disponitur *in Constitutione 71. Pauli V. tit. de carcer. vers. Carcerati in Ripa. §.23. in Bullar. fol.207.*

54 His temporibus Carceres Ripæ nec securi sunt, nec custodem particularem habent, ac propterea carcerati recto tramite duci debent ad carceres Capitolinos. Inuigilandum igitur ne ad illos concutiēdum detineantur per aliquod tempus in prædictis carceribus, vt quandoque contingit, & multò minus vt ibi pernoctent.

55 Prouisiones Carcerū Vrbis Romæ percurrimus: Vrbem ipsam exeūtes transeamus ad illam partem Transtyberinam, quæ Ciuitas Leonina appellatur, vt perlustrare possimus carceres Burgi in eadem Ciuitate positos. Perlustrabimus autem facilius; si præmittamus Burgi Tribunal sub vnius ex Cōsanguineis Summi Pontificis pro tempore sedentis gubernio positum esse; primo Pontificatus die ab eodem Pontifice gubernij diploma eidem concedi; habere iurisdictionem ordinariam, & merum, ac mixtum Imperium priuatiuè quoad omnes alios; 56 cognoscere omnes tam ciuiles, quàm criminales mixtasque causas inter, vel contra Burgi Incolas 57 in prima instantia. In hac Curia nec Gubernator Vrbis, nec alius quiuis Iudex in causis dicti Tri- 58 bunalis se ingerere potest, præter A.C. in causis in quibus proceditur in vim obligationis Cameralis. Omnimoda enim causarum cognitio ad præfatum Gubernatorem, seu eius Officiales in omnibus, & per omnia spectat; ac propterea nulla de hoc Tribunali fit mentio in Constit. 71. Pauli V. nisi tantum in Tit. *Taxa Not. Ciuil. Guber. Vrb. Vic. Burgi, & aliorum Tribunalium non habentium propriam* 59 *taxam.* Hoc tamen non obstante vtitur Notarius taxis proprijs, & particularibus eiusdem Tribuna- 60 lis. Nam dicti Burgi Regio, vti Ciuitas per se, ab Vrbis ditione seiunctam se prorsus prætendit. Im- 61 mò nec mandata ab alijs Iudicibus Vrbis relaxata pro causis ciuilibus coram ipsis pendentibus executioni mandari possunt in Burgo absque, *Exequatur*, eiusdem Iudicis Burgi, & in præsentia illius Bir- 62 ruariorum, præter mandata A.C. in vim obligationis Cameralis relaxata, quæ absque dicto *Exequatur* demandari possunt executioni cum præsentia 63 tantùm Birruariorum huius Tribunalis. Pro executione verò mandatorum in causis Possessorijs alterius Tribunalis vltrà *Exequatur* Iudicis Burgi, adhibendus est Notarius istius Tribunalis, qui se roget in solidum de adeptione possessionis cum Notario causæ.

64 In causis Criminalibus requirenda est licentia exequendi ab ipsius Burgi Locumtenente, qui illam gratis oretenus concedit cùm assistentia pariter illius Birruariorum.

65 Redditus huius Tribunalis consistunt in confiscationibus, & incamerationibus, sicuti & in bonis vacantibus, hæreditatibus sine hærede decedentiū, quæ omnia ad Gubernatorem Burgi pro tempore spectant.

66 Insuper iurisdictionem habet in Vrbe cognoscēdi omnes causas criminales contra laicos cumulatiuè cum cæteris Iudicibus Vrbis, cum quibus cōcurrit: Inter eos datur præuentio: & in causis inter Christianos, & Hebræos habet facultates D. Se-

Senatori Vrbis competentes.

67 Deputat Gubernator Burgi Locumtenentem ad suum beneplacitum, qui ius dicat, & iustitiam administret in prima instantia; habetque ordinariam 68 iurisdictionem in procedendo, & sententiando vsque ad mortem inclusiuè; Ab ipso ad Gubernatorem Vrbis, seu Auditorem Cameræ datur recursus in causis, in quibus admittendus est recursus; Iusq. habet decreta in contractibus minorum, & mulierum interponendi.

69 Hic Locumtenens residet in Palatio Tribunalis Burgi deputato pro administranda iustitia, nullumque certum emolumentum habet, sed Propinas tãtum in causis ordinarijs, tam ciuilibus quam criminalibus, quartamque confiscationem partem.

70 Procuratorem Fiscalem pariter ad beneplacitũ Gubernator deputat; qui nullum certum habet 71 emolumentum, sed solum in causis criminalibus tertiam partem summæ, quæ Iudici persoluitur, pro decretis, & taxationibus; centesimam verò partem habet confiscationum, & incamerationum.

72 Eligebat etiam aliàs Gubernator Notarium pro causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, habentem, vt dixi, Taxas particulares ab alijs Tribunalibus Vrbis diuersas. Huius Notarij officium vsque ad Pontificatum fel. rec Pauli V. concessum reperitur ad vitam tempore Pij V. q. Francisco Gratiano: per obitum Francisci tempore Clementis VIII. q. Horatio fratri, qui illud exercuit vsque ad annum 1607. Quo tempore fuit ei à Paulo V. ablatum, tamquam ex titulo merè lucratiuo concessum, & exindè eiusdem officij emolumenta concessa fuerũt Gubernatori Burgi cum potestate dictum officium locandi alijs Notarijs ad beneplacitum; sicuti postea locatũ fuit scutis sexaginta pro quolibet mense, vsque ad Pontificatum fel. record. Vrbani VIII. quo tempore clar. mem. D. Thadæus Barberinus Vrbis Præfectus, & eiusdem Burgi tunc Gubernator eximia, qua pollebat, pietate motus ad obuiandum diuersis Notariorum extorsionibus, emolumenta præfata ad scuta quinquaginta pro quolibet mense reduxit. Sed cũ videret adhuc idem Præfectus, & Gubernator non sufficienter prouisum, quodque diuersorum Notariorum deputationes in maximũ Curiæ Burgi, & Curialium tendebant damnum, ac præiudicium (maximè quia custodia publicarum scripturarum negligebatur) obtinuit ab eodem fel. rec. Vrbano VIII. erigi prædictum officium vacabile ad fauorem Cameræ Apostolicæ; illudque cõcessum fuit Rodomonti de Nobilibus solutis scutis mille monetæ eidem Cameræ Apostolicæ, & expeditio facta fuit in Dataria Sanctissimi cum eodem onere soluendi prædicta scuta quinquaginta menstruatim Gubernatori pro tempore existenti; etiam cum obligatione soluendi annuatim scuta viginti vnum Patribus Eremitorij Sancti Honufrij pro Canone Palatij, ac carcerum Burgi, quæ anteà de pecuniis ipsius Gubernatoris persoluebantur, vt de prouisione præfata apparet ex *Motu proprio* in eiusdem officij vacabilis erectione expedito.

73 Rursus idem Gubernator mandatarium deputat, cui soluit scuta septem quolibet mense ex ijsdem emolumentis, quæ ex prædicto officio percipiũtur.

74 Demum deputatur ab eodem Gubernatore Baroncellus nullam habens certam mercedem, sed illam dumtaxat, quam ex mercede capturarum aliarumque executionum consequitur. Annis elapsis emolumenta nulla ex ipsis carceribus percipiebat 75 Baroncellus; sed postmodum à dicto clar. mem. D. Præfecto Burgi Gubernatore omnia eorũdem carcerum emolumenta ei concessa fuerunt; vt in officio ab extorsionibus se abstineret, suosque milites in officio contineret, eosque à quibuscumque grauaminibus coerceret.

76 Quapropter ab ipso Baroncello Commentariẽsis deputatur, à quo ipsi eorumdem carcerum emolumenta persoluuntur.

77 Præfato D. Præfecto Gubernatori ex peculiari priuilegio concessum fuit, vt haberet viuæ vocis oraculum in ijs, quæ ad Tribunal Burgi spectant. Super quo expeditum legitur Chirographum eiusdem fel. recor. Vrbani VIII. manu signatum, & in Actis d. Notarij registratum.

78 Habent etiam hi carceres proprium sacellum, in quo celebratur sacrificium Missæ à Fratribus Carmelitani Conuentus S. Mariæ Transpontinæ, sump-79 tibus Caritatis, vt infrà *§. 5. cap. vnic.* Et licet non habeat valetudinarium; infirmis tamen plenè subuenitur expensis Caritatis, vel Capitanei Curiæ Burgi in valetudinario Turris Nonæ, ad quod deferũtur, vt dicetur infra de valetudinarijs. *§ 27. lib. 2.*

80 De facultatibus, & iurisdictione huius Tribunalis extat Constitutio Iulij III. *Ad fidei constantiam: in Bullar. fol. 59.* in qua Pontifex deputat Gubernatorem vtriusque Burgi Vrbis Ascanium de Cornea, cum prædicta facultate cognoscendi causas ciuiles, & criminales Incolarum, & habitatorum 81 Burgi in prima instantia actiuè, & passiuè vsque ad sententiam diffinitiuam, Iudicemque Fiscalem, Notarium, ac Baricellum deputandi, & bannimenta in Burgo edendi.

Postmodum etiam per Pium IV. in eius *Constitut. 58. Cum ab ipso Pontificatus &c. in Bullar.* 82 *fol. 80.* dicitur *quod Iudex Burgi syndicetur: quod ab ipso causæ habitantium in Burgo cognoscantur.* Pro clariori notitia eorũ, quæ pertinent ad hoc Tribunal subijciemus infrascriptas declarationes, & Visitæ decreta.

83 Declara primo vt appellatione habitantium in Burgo veniant, illi qui habent ibi locum, in quo teneant lectum, comedant, & bibant ad eorum beneplacitum. *l. habitationum. cum ibi. not. ff: de peric. & com. rei. Bald. cons. 234. incip. decretum numer. 1. & cons. 242. quia veritas. lib. 1.* Et propterea si quis teneret familiam extra Burgum; & apothecam haberet in Burgo, nõ dicetur Burgi habitator ad not. *per Asin. in pract. Iud. § 6. cap. 5. num. 5.*

84 Declara secundo vt huius Tribunalis carcerati transportandi sint ad publicas Visitationes, quæ fiũt in carceribus Turris Nonæ ab eiusdem Burgi satellitibus, etiã vi dictæ Constitutionis 44. Pauli III. in fin. ibi, *Carcerati in Ripa in Visitatione Capitolij, Carcerati vero in Burgo in visitatione Turris Nonæ præsententur, & visitationes Camerario Ripæ, & Iudici Burgi per procuratores pauperum Capitol. & Turris Nonæ intimentur.* Idem disponitur in Constit. 71. Pauli V. *tit. de carcer. vers. carcerati. in* 85 *Bullar. fol. 207.* Idem prius fuerat à S. Visita longè antè determinatum quoad relationem causarũ & quoad solam notificationem carceratorum, vt

infra 1533.29.Iul.Nonæ. *DD.Visitatores ex certis rationabilibus causis animum eorum mouentibus decreuerunt quod in qualibet Visitatione carcerum facienda in Curia Turris Nona debeat Iudex Burgi sub pœna priuationis, & centum ducatorum Fisco Apostolico applicandorum comparere, & notificare eisdem DD. Visitatoribus numerum carceratorum in carceribus dicti Burgi existentium, & causas, propter quas ibidem detinentur; Et Procurator pauperum debeat se de eorum defensionibus informare, & in Lista Visitationis iisdem Visitatoribus referre, & mandarunt præsens decretum per Procuratores pauperum eidem Iudici intimari prout die 7. Augusti 1533. Procuratores prædicti retulerunt intimasse, & copiam dimisisse.* Superuenit postmodum Constit. Pauli III. 44. cuius proximè meminimus; & de qua dicturi sumus infra *lib.2.* in qua iniuncta fuit etiam personalis carceratorum transportatio, vt ipsimet conspectui Visitatorum se præsentarent, & grauamina vel indigentias suas, aliaque ad eorum liberationem spectantia exponerent.

Cumque aliquando constitisset S. Visitæ de inobseruantia Constitutionis præfatæ circa transportationem præfatam decreuit vt infra. 1537.31.Martij, Nonæ. *Facta mentione quod Custodes carcerum Burgi contra formam Motus proprij negligentes fuerunt ad conducendos suos carceratos in præsentibus carceribus, in præsenti die Visita decreuit Visita intimandum illis, vt in termino octo dierum dicant quicquid velint coram Gubernatore, quare non debeant condemnari in pœnam arbitrandam per Visitam, & de catero moneantur, vt compleant mandata dicti Motus proprij, videlicet conducendi ipsorum carceratos ad præsentes carceres die Visita sub pœna decem scutorum pro qualibet Visita, & quolibet carcerato, & alijs arbitrio Visita.*

85 Ad mulctam deuenerunt etiam Visitatores pro reiterata inobedientia. 1538.12.Feb.Nonæ. *Domini Visitatores mulctarunt Capitaneum Curia in scutis 25: eo quia non repræsentauit carceratos suos iuxta intimationem sibi factam, & carcerati relaxentur gratis vbique.*

87 Declara tertio vt manutentio, & reparatio istorum carcerum fieri debeat pecunijs, quæ ex affictu ipsorum carcerum rediguntur, cuius redditus ad eundem D. Gubernatorem, vt diximus pertinent.

88 Declara quarto vt in eisdem carceribus carcerati aliarum Curiarum quandoque asseruētur, quemadmodum consueuit Iudex facere vt istius Curiæ proprios carceratos ad carceres Turris Nonæ aliquando transportentur vt securius custodiantur, vel quia multi carcerati in secretis retinendi pro eadem causa non possint in eius carceribus absque præiudicio ipsius causæ retineri, cum ibi non sint multa cubicula ad vsum secreti carceris, vel ob alias causas ipsi Locumtenenti Burgi benevisas.

89 Non omitto admonere Aduocatos, & Procuratores pauperum, vt inuigilent peculiari cura expeditioni carceratorum huius Curiæ, quia eorum expeditio quandoque negligitur vel differtur. Licet enim hi carceres aliquantulum distent, nihilominus quotiescumque Patroni pauperum impellente Caritate operantur debebunt eos adire, etiamsi apud Thulen morentur.

Accedit, quod pro horum carceratorum expeditione consueuerunt fieri qualibet hebdomada Cōgregationes, prout in Tribunalibus Vicarij, Gubernatoris, & Auditoris Cameræ; Iam vix semel in mense habetur notitia ab alijs, quàm ab eorum Iudice de illis, videlicet quando transportantur in Visita.

Inuigilandum est etiam, ne à Custodibus, Satellitibus, & Notarijs dictæ Curiæ carcerati grauentur; & si aliquando contingant grauamina, certiorandi sunt Burgi Gubernator Locumtenens, vel Visitatores, nec dubitandum quin statim remedia applicanda sint opportuna.

---

§. III.

CARCERATI.

Caput I.

De Commentariensibus.

SVMMARIVM.

1 *Carceres quibus Custodibus committantur multum interest Reipublicæ, cur?*
2 *Custodes Carcerum cur Commentarienses dicantur?*
3 *Commentariensis officium olim quod?*
4 *Commentarienses olim viri probi creati.*
5 *Commentariensis S. Apronianus.*
6 *Custos quadraginta Martyrum ad Deum conuersus Martyr euasit.*
7 *Custodes Carceris Mamertini SS. Processus, & Martinianus.*
8 *Commentarienses probi viri eligendi.*
9 *Commentariensium hodie inhumanitas.*
10 *Constantini Imperat. humanitas erga carceratos imponentis modum Commentariensibus.*
11 *Commentariensium electio cura fuit antiquis Romanis.*
12 *Triumuiri capitales constituti, penès quos esset custodia carcerum, quo sensu intelligendum?*
13 *Custodia carcerum olim Carnifici demandata ex Liuio & Seneca.*
14 *Ad Carnificem, & In carcerem trahere idem apud Plautum, & Ouidium.*
15 *Triumuiros capitales diuersos fuisse à custodibus carceris ex Valerio.*
16 *Triumuiri capitales cognoscebant de vilibus personis, & leuioribus delictis.*
17 *Triumuiros capitales Plautus vocat Tres viros.*
18 *Commentariensium inhumanitas variis ordinationibus repressa.*
19 *Commentarienses quomodo excusant grauamina, quæ inferunt carceratis.*
20 *Carcerum conductionem prohibuit Paulus V.*
21 *Carcerum conductores, si quando admittantur, approbandi à quibus respectiuè.*
22 *Carcerum conductores possunt ad libitum ab ijs, qui eos approbarunt remoueri.*

23 Car-

23 *Carcerum conductionis prohibitio exiguo tempore obseruata cur?*

24 *Carcerum conductores à Dominis Carcerum, & ab alijs astringuntur ad bene tractandum carceratos.*

25 *Carcerum conductio generalis per totum statum Ecclesiasticum reuocata à Clemente VIII.?*

26 *Pauperum Aduocati, & Procuratores in reprimenda Commentariensium inhumanitate sint solliciti, & vigilantes.*

A Loco Carceris ad personas ibi existentes congruum est deuenire. Pro foribus stant custodes, qui nos interpellant vt prius de ipsis verba faciamus.

1 Cum carceres ad custodiendos reos publica auctoritate adinuenti sint, ratio suadet, vt tuti, ac securi semper existant. Quare multum Reip. interest, cui carcerum vsus permittatur, vt in *glos. fin. in l. succurritur. ff. ex quib. caus.* ne debitis assecurationibus careant, sed tutis, ac securis parietibus, ianuis, fenestris alijsque necessarijs, & opportunis semper circumsepti sint, & ad gubernandos carceratos apti, fidiq. custodes cōstituātur.

2 Hi Commentarienses appellati, eo quod in Commentariolo scribere solerent coniectos in carceres, vt habet Baron. *in addit. Martyr. 2. Feb. ver. Aproniani.* 3 Istorum officium declaratur *in l. de his. C. de cust. reor.* his verbis: *Iubemus autem, vt intra trigesimum diem semper Commentariensis ingerat numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordines, ætatem vinctorum quod si hæc prætermiserit officium quidem viginti libras auri ærario nostro iubemus inferri.* Ad eosdem etiam spectabat, vt dixi, vinctorum custodia *l. ad Commentariensem. C. eodem.* Et ijsdem ipsorum carcerum administratio demandabatur.

4 O quam probi antiquitus eligebantur homines ad hoc officium. Erant sanè tam eximiæ probitatis (si vera probitas esse possit in ijs, qui diuinæ fidei lumine caruerunt) vt frequenter cum viderent constantiam Martyrum, & alia quæ circa eos operabatur Deus mirabilia, ad Christum conuerterentur, & martyrium alacriter subirent, etiamsi Iudices, & Imperatores in sua falsa Religione obstinatè perseuerare cernerent.

5 De S. Aproniano legimus *in Martyrologio: die 2. Feb.* quod cum esset Commentariensis, & adhuc gentilis, Sanctum Sisinium è carcere educeret vt Laodicio Præfecto præsentaret, vocemque è Cælo factam audiret: *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum quod vobis paratum est à Constitutione mūdi*, credens, baptizatus est, & postea in cōfessione Domini mortalis vitæ diem capitali sen-6 tentia clausit. Ianitor etiam quadraginta Martyrum custos, qui cæteris dormientibus solus vigilabat, dum vnus ex illis ad paratum balneum desilijt, detractis sibi vestibus, ac se Christianum clara voce professus Martyribus adiunctus est, vt in Actis Quadraginta Martyrum proditum est.

7 Alia sunt quamplurima de huiusmodi sanctis Custodibus in sacris Historijs exempla, nos vno solo contenti simus Sanctorum Processi, & Martiniani. Custodes fuerunt carceris Mamertini, dum in illo detinerentur Principes Apostolorum, à quibus baptizati, cum Idola veneraturos se negarent, variè cruciati non aliam vocem emiserunt, nisi hāc, *Sit nomen Domini benedictum.*

8 Vtinam ætate nostra in electione Commentariensium ea adhiberetur diligentia, vt ipsi alios pietate, & caritate præcellerent. Sed nescio vnde eueniat, 9 vt interdum non solum non sint eiusmodi, vt potius dicere possimus carceratos tāquam oues lupis traditos. Adeo duri, & inclementes sunt, & exuti omni humanitate miseros in carcerem coniectos, ita opprimunt, macerant atque excruciant, vt acerbissimæ pœnæ loco ipsis cedat, sæpèq. mortem subire, quam illis tenebris & squallore carceris diuexari malint. Huius inhumanitatis causam supra ex Philone Hebræo notam fecimus, dum carcerem Inferno comparauimus. Hæc Commentariensium inhumanitas tantopere Imperatoribus Rom. exosa fuit vt Constantinus *in l. 1. C. de cust. reorum* constituerit *§. quod si accusator.* ibi: *Interea vero* 10 *reum exhibitum non per ferreas manicas, & ossibus inhærentes mitti oportet, sed prolixiores catenas, (si criminis qualitas catenarum acerbitatem postulauerit) vt & cruciatio desit, & permaneat sub fida custodia:* Expressèque prohibet, *Nec verò intimæ sedis tenebras pati debebit inclusus, sed vsurpata luce vegetari, ac subleuari, & vbi nox geminauerit custodiam in vestibulis carcerum, & salubribus locis recipi, ac reuertente iterum die ad primum solis ortum illicò ad publicum lumen educi, ne pœnis carcerum perimatur, quod innocentibus miserum, noxijs non satis seuerum esse dignoscitur.* Vsqueadeo Imperatori curæ fuit, vt humanitas, & benignitas vinctis à Commentariensibus exhiberetur, omnisque abesset crudelitas ac inclementia, quam huic hominum generi peculiarem esse prudentissimus, ac Religiosissimus Imperator nō ignorabat, querelis haud dubiè captiuorum edoctus. Hinc est quod olim Romani tam bene consulere satagerent huiusmodi carceratorum incommodis, 11 vt vltra delectum Commentariensium idoneorum, & pœnas delinquentibus in officio infligēdas, etiam *Triumuiros capitales* constituerent (vt scribit Pomponius) qui carceris custodiam haberent, & cum in Reum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret: *l. 2. §. constituti sunt eodem tempore, ff. de orig. iur.* quæ verba dicti §. non sic accipere 12 conuenit, quasi vnquam Triumuiri custodes carceris fuerint, sed ita potius, vt curam habuerint custodiæ carceris; Id quod satis indicat *Liuius* cum sic *lib. 42.* scribat. *Et triumuiri carceris Lautumia-* 13 *rum intentiorem custodiam habere iussi.* Ex eodem autem Liuio, alijsque probatis auctoribus liquidò constat tunc temporis *carnificem* carceris custodem fuisse, *non triumuiros capitales*. Sic enim *Liuius lib. 6.* habet: *Eum pati vinctum in carcere, in tenebris obnoxium carnificis arbitrio ducere animam.* Et Senec. *epist. lib. 2.* ait: *Liberiora sunt alimenta carceris, sepositis ad capitale supplicium, non tam angustè qui occisurus est, pascit:* Quod 14 adeo verum est, vt *In carcerem*; & *Ad carnificem trahere*, vno eodemque sensu frequenter dixerint veteres. Inter cæteros Plautus *in Rudente Act. 3. scen. vltima*:

,, *Iube illos in vrbem ire obuiam ad portum mihi*
,, *Quos mecũ duxi, qui hunc ad carnificem traherent.*
Et Ouidius ad Liuiam:
,, *Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus,*
,, *Carnifici in mæsto carcere dandus erit.*

15 Proinde verisimilius est *Triumuiros* carceris custodes non fuisse, sed curam custodiæ carceris habuisse. Idque satis intelligi ex Valerio Maximo, qui de singulari, & eximio quodam filiæ erga matrem amore differens *lib.5 cap.4.* Triumuiros expreisè à custode carceris distinxit. Sic enim scribit: *Sanguinis ingenui mulierem Prætor apud Tribunal suum capitali crimine damnatam Triumuiro in carcere necandam tradidit, quam receptam is qui custodiæ præerat, misericordia motus, non protinus strangulauit, aditum quoque ad eam filiæ, sed diligenter excussæ, ne quid cibi inferret, dedit, existimans futurum, vt inedia consumeretur. Cum autem iam plures dies intercederent, secum ipse quærens quid nam esset, quod tamdiu sustentaretur, curiosius obseruata filia, animaduertit illam exerto vbere famem matris lactis subsidio lenientem, quæ tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso ad triumuirum, à triumuiro ad Prætorem, à Prætore ad Consulum iudicium perlata remissionem pœnæ impetrauit.* Hæc Valerius. Eoque sensu accipiendum est etiam, quod idem Valerius *lib.8. cap.4.* hunc in modum scribit: *Fannij seruus Alexander, cum in hanc venisset suspicionem C. Flauij Equitis Romani occisi, septies tortus pernegauit se culpa affinem esse, sed perindè atque confessus, & à Iudicibus damnatus, & à L. Calphurnio triumuiro in crucem actus.* Id enim accipiendum est quasi dixerit Valerius non ab ipso Triumuiro, sed interuentu L. Calphurnij triumuiri capitalis à carnifice in crucem seruum hunc actum fuisse, prout dicitur in præcedenti exemplo datam fuisse per triumuirum matrem illam strangulandam Custodi carcerum. Facit etiam ad hoc Salustij in Coniuratione Catilinæ locus, Triumuiros, *quæ supplicium postulabat parare iubet.*

16 Atque hoc eo magis confirmatur, quia Triumuiri etiam de seruis, de furibus, alijsque vilibus, & abiectæ sortis hominibus cognoscebant, vt Auctor est *Asconius.* Hæc enim leuia crimina non apud Prætorem, sed apud Triumuiros capitales deferebantur. Idque ex illo *Plauti* in Asinaria *Act.1.*

17 *scen.2.* colligitur.
,, *Ibo ego ad tres viros, vestraque ibi nomina*
,, *Faxo erunt capitis*
Hæc enim de ijs controuersijs, quæ Argyrippo Ingenuo adolescenti cum Scorto fuerant, differitur, ideo non apud Prætorem, sed apud tres viros capitales lenæ, meretricumque nomina se delaturum

18 adolescens minatur. Sed dimissis Triumuiris ad Commentarienses redeamus, ad quorum immanitatem compescendam emanant quotidie variæ ordinationes, & bannimenta ab ipsis Commentariensibus obseruanda; quæ fiunt non solum à Camerario, & Gubernatore, sed etiam à Prælato, & Deputatis Caritatis, vt apparet *in Append. §.2.*

Difficile tamen est tollere Commentariensium

19 extorsiones, & varia grauamina, quæ singulis ferè diebus inferunt carceratis, culpamque conantur reijcere in excessiuam carcerum pensionem quam persoluunt. Cui malo sufficiens existimauit Pau-

20 lus V. remedium si carcerum locatio prohiberetur; Ideoque in eius Constit.71. *Tit. de carcer. & carcerat. §.22. in Bullar. fol.*207. disposuit vt infra.

Carceres Curiæ Sabellorum, Turris nonæ, & Capitolini nullo pacto locentur, sed ad eorum custodiam, & officium Commentariensis ipsorum carcerum Domini mercede deputent aliquem virum probum, à Gubernatore Vrbis, & quoad Ca-

21 *pitolium à Senatore approbatum, & quatenus de licentia nostra, vel successorum nostrorum Rom:*

22 *Pontif. locentur, Conductores approbentur à Gubernatore respectiuè, qui etiam possit ipsos Conductores ex causis illi benevisis ad eorum libitum remouere.*

23 Hæc tamen prouisio executioni breui tempore demandata fuit, cum experientia docuerit ad huiusmodi munera obeunda viros fideles, & facultatibus pollentes prout opus est nostris tēporibus non inueniri. Propterea præuia licentia eiusdem Pauli V. & aliorum Pontificum successorum pro tempore factæ fuerunt locationes carcerum qui-

24 bus non desinunt inuigilare Domini ipsorum carcerum; qui Conductores obligant diuersis capitulis ad bene tractandos carceratos, & ad id etiam à D. Gubernatore; & Visitatoribus, quando opus est, coguntur, & ad alia adimplenda iuxta eorumdem Commentariensium officium, & obligationes.

25 Dispar est ratio in locatione generali omnium carcerum Status Ecclesiastici facta à fel. rec. Clemente VIII. Quam propter multiplicia carceratorum præiudicia idem Pontifex reuocauit, vt in eius Bulla; quam pro commodo omnium Carceratorum posuimus infrà *in Append. §.1. num.*10.

Cum itaque custos Carcerum æquiparetur depositario, quia sicut depositario committitur custodia rerum. *l. 1. in princ. ff. depos. cap. 1. extra eodem.* ità Custodi Carcerum committitur Custodia personarum. *l. miles. ff. de custod. reor. l. fin. C. eodem Ludou. dec. Perus. 70 nu.9. par.2.*

26 Aduocati itaque, & Procuratorum pauperum officium erit, nihil intentatum relinquere, vt carcerati, qui horum commentariensium viuunt arbitrio, humaniter habeantur: Iudicibus (ad quos spectat) si quid peccatum fuerit, insinuantes. Qui si officio suo defuerint, ac Commentarienses in carceratos grassari, ac sæuire permiserint, persuasum sibi habere debent omnem calamitatem, ac mortem ipsam, si contingat, sibi imputandam, ac Deum iniuriæ Carceratis illatæ forè vindicem, qui eos omnes odio prosequitur qui aut ipsimet crudeles sunt, aut eorum quibus præsunt, crudelitatem non puniunt, & pro viribus non auertunt.

CAPVT

CAPVT II.

Quot modis quis dicatur Carceratus; & obiter de priuato carcere.

SVMMARIVM.

1 Carceratus dicitur, qui intra muros publici Carceris detinetur.
2 Carceratus dicitur qui in cubiculo honesto tenetur sub custodia.
3 Carceratus dicitur cui Domus assignatur pro carcere.
4 Carceratus dicitur qui habet Ciuitatem pro carcere.
5 Carceratus dicitur, qui exit filio dimisso pro obside.
6 Filius qualiter, & quando datur obses pro Patre carcerato.
7 Obsides inter Christianos non tractantur vt serui.
8 Obsides non possunt occidi, etiamsi qui illos dant fidem violent.
9 Carceratus dicitur qui est sub custodia datis fideiussoribus.
10 Carceratus generaliter dicitur, qui priuatur libertate eundi, quo vult.
11 Carceratis publico carcere Principis quæ conueniunt applicantur etiam aliter carceratis.
12 Carceratorum quocumque genere carceris obligationes nulla sunt, si iniustè capti fuerint.
13 Carcerati quocumque genere carceris possunt audiri, non obstante statuto, quod quis non audiatur extrà carceres.
14 Carcerati quocumque genere carceris, si capti fuerint pro criminali, non possunt molestari pro ciuili, nec arrestari.
15 Carcerati quocumque genere carceris pro ciuili vbique præstandā alimenta, si decreta fuerint.
16 Carceratus non dicitur, qui in priuato carcere existit.
17 Carceres priuatos exercentes maiestatis violatores Zeno Imper. pronunciauit.
18 Carceres priuatos exercentes vindicare Iudices si negligant, incurrunt crimen læsæ Maiestatis.
19 Carcere priuato detentus potest impunè aufugere, & se liberare etiam interfecto Custode, si aliter euadere non possit.
20 Carcer priuatus non exercetur à Patre, Domino, aut marito, si includant filium, vxorem, seruum.
21 Carcer priuatus non exercetur ab includente Amasiam in cubiculo, si nullam vim inferat.
22 Carcer priuatus non exercetur à creditore detinente debitorem suum in Actu fugæ deprehensum.

VT ordinatè procedamus, quærendum nobis primò est, quid nomine Carcerati intelligamus, videlicet, quot modis quis dicatur carceratus.

1 Primus modus est, quem supra exposuimus; videlicet quotiescumque quis intra muros publici carceris detinetur, vltrà autem hunc, sunt & alij infrascripti.

2 Dicitur enim carceratus, qui non in carcere, sed in cubiculo honesto detinetur sub custodia, & prohibitione, ne cum alijs alloquatur. Textus est in *l. in eadem. vers. in vinculis. ff. ex quibus cau. maior.* *Bald. in l. qui in carcerem, & in addit. ad eam. ff. de eo quod met. caus.* vbi dicitur in carcerem quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hāc causam factum est, nullius momenti est. Et Fulg. *ibid. num. 2.* ait, quod in carcere intelligitur esse, qui est sub fida custodia. Et Nat. *cons. 451. num. 16.* asserit quod carcer censetur quilibet locus, à quo quis liberè discedere nequeat. *Far. de carcer. q. 35. num. 2. & q. 27. nu. 11. Cyriac. contrau. 172 nu. 47. vers. nam carceratus. Et num. 48. & seq. Sigismūd. cons. 17. numer. 13. inter cons. feudal lib. 1. Bursatt. cons. 72. num. 34. cum alijs per eum cumulatis. De Marinis: Quotidian. cap. 44. nu. 12. & 194. nu. 18. Magon. decis. Lucen. 90. num. 6. & 7.* qui subdit *numer. 9.* quod Palatium Prætoris, domus propria rei, ac Ciuitas à Iudice loco carceris assignata carcerē publicum constituant, ac comprehendi sub statuto, ac mandato Principis circa carcerationem. *Rota in Romana Mutui, coram Merlino decis. 26. nu. 41. par. 6. recent.*

3 Dicitur item carceratus is cui domus assignata est pro carcere *d. l. in eadem. vers. in vinculis. ff. ex quib. caus. maior. Boss. tit. de carcer. fideiuss. committ. num. 3. Guidop. decis. 251 num. Farin. quæst. 35. numer. 28. Iul. Cart. decis. crim. 31. numer. 57. & 58.* & in Visita frequenter solent fieri decreta, vt infra. * 1557. 20. Nouembris. Sab. *Paulus & Franciscus. D. Io. Baptista Vicesgerens Auditoris Cameræ audiat causam, cognoscat, & decidat data domo pro deposito, & interueniente fisco.* * 1557. 27. Nouēbris. Nonæ. *Petrus Comes: Data cautione idonea de tenendo domum sibi assignandam pro tuto, & securo carcere, & ab illa non discedendo arbitrio D. Gubernatori, sub pœna conuicti, & confessati criminis, de quo imputatur, relaxetur præsente Domino Procuratore fiscali, & protestante non relaxari, ita quod præiudicet indicijs Curiæ.*

4 Similiter is qui habet Ciuitatem pro carcere eodem modo carceratus dicitur. *Gratian. decis. 14. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 266. numer. 30. vol. 1.*

5 Carceratus etiam dicitur, qui exiuit filio dimisso pro obside. *Boss. tit. de carcer. numer. 30.* qui

6 qualiter, & quando dari possit, docet Ferret. *de re milit. tit. de obsid. promiss. num. 18. & 19. Bero. cons.*

7 *59. nu. 14. 15. & 76. lib. 3.* Qui obsides hodie inter Christianos non sunt tractādi vt serui, sed vt liberi. *Maur. de fideiuss. 2. par. princ. sec. 8. cap. 21. 2. 7. & 8.*

8 Proptereà etiamsi, qui illos dant, fidem frangant, non possunt tamen occidi, vt contrà *Filluc. de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 120.* docet *Reginald. tom. 2. lib. 21. cap. 8. nu. 214. Bonac. de restit. disp. 2. quæst. 1. sec. 1. punct. vlt. §. 3. num. 21. Dian. de Bello. tom. 6. tract. 4. resol. 20.*

9 Præterea carceratus dicitur qui est sub custodia datis fideiussoribus. *Luc. de Pen. in l. si grauius C. de dignit. lib. 12. in princ. & in fine & l. seq. l. in eadem vers. in vinculis autem. Et nec non vers. sed sub fideiussoribus. ff. ex quib. caus. maior. Vermigl. cons. 352. numer. 2.* qui loquitur in excarcerato cum cautione de se repræsentando ad omne mandatum

10 Isti sunt frequentiores modi, quibus quis carceratus dicitur; ex quibus potest determinari generalis propositio, vt quocumque modo quis reperiatur libertate eundi, quo vult, priuatus, dici possit carceratus: quia *(liber)* dicitur, qui potest *qualibet ire via*.

11 Hinc consequitur, vt omnia quæ conueniunt, & applicantur carceratis in carcere publico Principis, locum sibi vindicent in alijs, vt supra, carce- 12 ratis. Procedunt enim quoad præfatos omnia, quæ dicentur de præstatione alimentorum, si sint pauperes, & si pro causa ciuili, erunt alendi à creditore. *Nouar. de elect. for. sec. 2. q. 56. numer. 12. & seq. Leone. de priuil. paup. par. 2. priuc. 44. num. 3.* & quæ dicentur de nullitate obligationis ab iniustè carcerato factæ. *infra §. 4. cap. 2.* Text. *est in d. l. eadem vers. in vinculis ff. de quib. caus. maior. Boss. in tit. de carcer. fideiuss. commut. num. 3. Guidop. decis. 253.* 13 *Farin. q. 35. num. 20.* Imò detenti, vt supra, poterunt audiri nō obstante statuto dicente, ne quis extrà carceres audiatur. *Gram. decis. 14. nu. 4 & seq. per plures allegat.* etiam non obstantibus constitutionibus Summorum Pontificum, disponentibus, quod vbi imponitur pœna corporis afflictiua, quis non possit audiri nisi se constituerit in carceribus.

Huiusmodi autem habilitationes á publicis carceribus, de quibus supra, difficile conceduntur in causis grauibus. *glos. fin. in l. minime. C. de app.* propter vehementem suspicionem, ne reus instruatur circa fabricationem processus, qui magna cautela, vt veritas indagetur, constituendus est. Secus verò est in leuibus delictis, exilio, relegatione, vel alia leui pœna puniendis iuxta doctr. *Guaz. def. 6. cap. 1. num. 53. vers. quod maximè.* & præcipuè quando reus habet fideiussorem.

Quotiescunque autem huiusmodi habilitationes conceduntur, habilitati, si erant pro criminali causa carcerati, non poterunt molestari pro causa ciuili, 14 sicuti si essent in carceribus, non possent arrestari. *Guidop. ait. decis. 253. num. 2. Menoch. de arbit. cas. 301. num. 9. & 10. Farin. q. 39. num. 52. & 54. & quæst. 35. num. 20. Rot. decis. 26. nu. 40. & 41. par. 6.* 15 *recent.* Et latè dicturi sumus infrà *lib. 3. in proæm. cap. 4.* vbi etiam de suspendendis, & transmittendis ad triremes qui deberent pro causa ciuili rationem reddere.

Si vero fuerint carcerati pro ciuili causa, in qua fuerunt illis decreta alimenta, hæc ijsdem præstanda sunt in Domo, vel loco illis pro carcere assignato, vt dicemus infrà *lib. 3. § 5. tit. de alim. præstan. carcerato non pauperi cap. 4.*

16 Addendum hoc loco, quod quando tractamus de carcere, intelligendum est de publico, cum ex supradictis priuatus carcer ad nostram tractationē non pertineat. Nam in priuato carcere existens non potest dici carceratus, sed in potestate Plagiarij, Pyratæ, prædonis, seu cuiusuis alterius personæ potestatem carcerandi non habentis: qui carcer 17 priuatus adeò prohibitus est, vt Zeno Imper. *l. 1. C. de priu. carc.* eos nefandissimum scelus perpetrare pronunciet, qui priuatos carceres exercere nō verentur: eosque tamquam maiestatis violatores 18 vltimo subiugandos esse supplicio decernat. Quinimò vsque adeò tale crimen legibus exosum est, vt Iudices, qualescumque tandem fuerint, læsæ maiestatis crimen, eiusque pœnam incurrant, qui cognito illo scelere læsam non vindicauerint maiestatem. Talibus enim verbis vtitur Imper. *cit. l. 1. de* 19 *priu. carc.* Ex quo illud infertur quod is qui in priuato carcere ab aliquo detinetur, impunè eo effracto possit aufugere, atque etiam vi illata se in libertatem vindicare: immo tenetur id facere, si aliquo modo possit, & eum à quo detinetur & supprimitur tanquam scelestum, & publici criminis atrocissimi reum deferre: Et, si alia euadendi via ipsi nō suppetat, nisi interfecto eo, à quo detinetur captiuus, eum impunè occidere poterit arg. *l. in fuga C. ad l. fabiam de plag.* cum sit legitimæ defensionis species, si perimatur, qui vltimo supplicio afficiendus foret, si comprehendi posset; præterquamquod ex Cōstitutionibus Impp. Valentiniani, Theodosij, & Arcadij permissum est se sine Iudice vindicare, quando illius copia non est, ac oppressos opprimere. *C. quand. lic. vnicuique sin. iud. se vind. Farinac. quæst. 27.* vbi latè de hac materia.

20 Limita primo, vt priuatus carcer non committatur à Patre, Domino, Marito, si includant filium, seruum, & vxorem, quia licitum est ipsis hoc, correctionis gratia, facere. *Abb. cap. cum contingat. num. 20. de for. comp.* & nos dicturi sumus infrà cum de prædictorum correctione tractabimus hoc *3. §. cap. 3.*

21 Limita secundo. In eo qui amore ductus, vel prò sua animi libidine amasiam secreto in cubiculo inclusam continet, modo ipsi nullam vim inferat. *Bart. in l. verb. de furt. Caccialup. in repert. l. si qua illustris. C. de Senat. Orfic. col. 8.*

22 Limita tertio. In creditore, qui potest propria auctoritate debitorem suum in actu fugæ capere, & detinere, vt dicturi sumus infra *lib. 3. §. 8. cap. 2.*

CAPVT III.

Prouisiones pro diuersis Carceratorum generibus, tam ob delicta, quam ob æs alienum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta carceratis pauperibus, à quibus suppeditantur.*
2 *Prouisiones generales circa carceratos.*
3 *Prouisio circa grauatos compedibus, & cautio de tuto carcere, quo mutato censetur liberatus fideiussor.*
4 *Compedum amotio relicta arbitrio Commentariensis.*
5 *Compedum amotio aliquando decreta à Visita absque cautione de tuto carcere, in quibus casibus.*
6 *Compedes idem quod neruus apud veteres.*
7 *Neruus quid ex Isidoro.*
8 *Catonis sententia de neruo, & compedibus furū priuatorum.*
9 *Compedes dicuntur impedimenta.*
10 *Ostiarij catena ad ostium ligabantur.*
11 *Catenis argenteis captos Persæ, Æthiopes aureis vinciebant.*

12 Co-

12 *Catenis argenteis vincti qui?*
13 *Compedes quibus vinciebatur magni fecit S. Babyla, secumque voluit sepeliri: miraculum inde secutum.*
14 *Compedes quibus prius vinciebatur Christophorus Columbus secum sepeliri iussit.*
15 *Prouisiones particulares circa carceratos ad quas personas restricta.*
16 *Pregnans non potest torqueri, nec puniri in corpore nisi expectato partu.*
17 *Pregnans S. Felicitas non afficiebatur martyrio, sed expectabatur partus.*
18 *Pregnans ex decreto Visita quomodo relaxata.*
19 *Sponte constitutus facile dimittitur.*
20 *Sponte constitutus pro liberando alium à fideiussione quomodo dimittitur.*
21 *Spontè constitutus pro criminali non ita facile dimittitur.*
22 *Sponte constitutus pro debito quomodo dimittitur.*
23 *Carcerato, siue Iudex agrotat, quomodo prouideatur.*
24 *Dementes, personæ miserabiles.*
25 *Dementes custodiuntur à propinquis.*
26 *Dementes non in pœnam, sed ad euitanda mala vinculis, & compedibus custodiendi.*
27 *Dementium custodes puniendi si ipsorum negligentia deliquerint.*
28 *Dementi carcerato quomodo prouisum aliquando à Visita.*
29 *Demens carceratus cui non adsunt propinqui trãsmittitur ad hospitale stultorum.*
30 *Demens æquiparatur mortuo.*
31 *Demens semel talis semper præsumitur nisi probetur contrarium.*

SVbiecimus oculis Lectorum ærumnas carcerũ, carceratorum personas, quas possint conspicere innumeris circumdatas malis, & miserijs, eisque compati. Instituti nostri ratio modo exposcit, vt qua ratione carceratorum incommoda minui, eorumque personæ liberari possint, proponamus.

Sicuti carcerati sunt diuersæ conditionis, & qualitatis, ita etiam illis diuersimodè prouidetur, secundum varietatem factorum, quæ eueniunt, & secundum indigentiam eorumdem carceratorum.

1 Quod spectat ad carceratorum alimenta respectu pauperum onus est locorum Piorum, videlicet Caritatis, & Pietatis vt infra § 6. *cap.* 1. *&* 2. & alibi dicitur in hoc opere.

2 Prouisiones generales circa personas carceratorum in visita captæ desumi possunt ex eiusdem visitæ decretis, quæ subijcimus. 1558. 5. Aprilis. Sab. *Paulus. Facta obligatione per ipsum, de non dando aliquod impedimentum venditioni, alienatione, vel dationi in solutum domus, de qua agitur, nec de accedendo per viginti cannas ad dictam Domum, prout se obligauit, relaxetur gratis vbique.* 1557. 31. Iulij. *Omnes carcerati pro debito ciuili Turris nona, & Sab. possint dormire in publicis carceribus per totum mensem Augusti proximè futuri.* 1545. 23. Apr. Nonæ. *Leonardus. Data cautione de tuto carcere, & quod non debeat exire vltimam portam Turris nona sub pœna trium millium scutorum habilitetur.* 1545. 15. Iul. Sab. *D. Gubernator prouideat vna cum D. Protonotario Lomellino circa mataratia, & alia necessaria carceratorum.* Prouisionem captam à visita contra ludos prohibitos, & contentiones in carceribus videre poterit, quicumque voluerit §. 13. *cap.* 4.

3 Consulitur præterea interdum grauato compedibus. 1543. 21. Iun. Capit. *Leonellus. Data cautione de tuto carcere habilitetur a Compedibus.* Hoc autem casu si contingat Reum post cautionem poni in laxiori, seu etiam strictiori carcere fideiussor censetur liberatus. *Afflict. decis.* 130. *Far. q.* 34. *nu.* 92 *ver. addo.*

4 Et licet consueuerint visitatores remittere amotionem compedum Commentariensi, quia ipse tenetur custodire carceratum, & de eo rationem reddere; quandoque tamen Visita mandauit

5 etiam absque cautione de tuto carcere amoueri compedes; præsertim quando causa tractu temporis detegitur minus grauis, quam ab initio apparuerat. Quod sæpè accidit, vel quando Reus non est viribus validus, vel inditijs grauatus, vel detegitur alia causa in Custode, quam timor fugæ, vt si fieret in gratiam instigatoris, quemadmodum frequenter contigit eius intuitu carceratum acerbè tractari, aut propter aliam causam ipsi visitatoribus beneuisam. 1633. 18. Decemb. Nonæ.

6 *Eleutherius de Iuliana: Ad largam; & amoueantur compedes ferrea.* 1951. 28. Iun. Sab. *in Visit. Secr. Paulus. Amoueantur compedes; & retineatur in Infirmeria secreta stante eius Infirmitate.* Quando verò ponuntur Compedes carcerato pro rixa in carceribus, vel tentata fuga, instante Reo pro illorum amotione, solent respondere Visitatores, vt est in adagio apud *Ausonium*: Compedes, quas fecit faber, ipse gestet.

Compedes ferreæ idem sunt quod Neruus apud antiquos, qui erat ferreum vinculum, quo pedes impediebantur; quo etiam & ceruices implicabantur, vt Festus est Auctor. Sunt de his apud Plau-

7 tum nonnulla exempla. Isidor. *lib.* 9. *orig.* de Neruo agens sit: *Neruus est, vinculum ferreum quo pedes, vel ceruices impediuntur.* Vndè apud Gell. *lib.* 11. *cap. vlt.* festiua Catonis sententia legitur

8 qua dicere solebat: *Fures priuatorum furtorum in neruo, & compedibus ætatem agunt, Publici in auro.* Alio tamen sensu accipitur adagium, *Aurea compedes*, videlicet de seruitute splendida, & amabili, qualis est ferè aulicorum vita secundum Diogenem, qui in quadam Epistola scripsit Aristippum in aula regia aureis detentum compedibus, ne posset auolare. Seneca verò in Dialogo quodam Affectus, & Rationis scribit: *Stulti est, compedes suas, quamuis aureas, amare.* Ita Manutius. Rectè pro-

9 pterea istæ compedes impedimenta appellantur, vt ex Afranio cognosci potest, quem Festus, & Nonius aiunt in Vopisco sic scripsisse: *Ostiarij impedimenta titinnire audio*: verbum *Titinnire*, idem esse quod *Sonare*, indeque *tintinnabulum* appella-

10 ri contendentes. Antiquitus enim Ostiarij ad ostium catena religabantur: sic enim *Amorum lib.* 1. scripsit Ouidius.

„ *Ianitor indignè dura religate catena.*
„ *Difficilem, moto cardine, pande forem?*

11 Apud Persas capti nobiliores catenis vinciuntur

tur argenteis, quod vanum esse suppliciorum solatium dixit Amian. qui refert hunc morem *lib. histor. 17. fol.378.* Idem mos viget in Aethiopia, verei, [illegible] ioue capti in argenteis, aut aureis catenis asseruentur secundum *Herodot. lib. 3.* Dicit etiam Tertull. *de habitu mulieri. cap.7.* quod *apud Barbaros quosdam, quia vernaculum est aurum, & copiosum, auro vinctos in ergastulis habent, & diuitijs malos onerant, tanto locupletiores quanto nocentiores; Aliquando reuera inuentum est quomodo, & aurum non ametur.* Multorum nobilium ita vinctorum exempla leguntur *In obseruat: ad Amian. Marcell. fol. 176.*

12

13 Tanti fecit S. Babyla Episcopus & Martyr compedes suas, vt cum gloriosæ vitæ finem sortitus fuisset in vinculis ferreis, cum illis etiam corpus suum sepeliri mandauerit, vt habetur *in addit. Baron. ad Martyr. 24. Ian:* Vndè non mirum, si more Sampsonis ossibus pugnans in fugam verterit Philistæos. Nam præsentia Sacrorum pignorum Apollinis loquax templum obmutuit, nec amplius responsa dedit. Cum autem Iulianus Apostata, vt silentis Apollinis linguam solueret, inde tollendum Babylæ corpus imperasset, eo sublato mutum idolum illapso de Cœlo fulmine contritum est, ingensque eius ædes cælesti igne conflagrauit. Huius Triumphi Babylæ oculatus testis S. Io. Chrisostomus, cum esset Iuuenis, interfuit, vt ipse refert præclara illa oratione *Contra gentiles: & Homil. 4. de laud. S. Babylæ*, vt refert Baron. *in addit. ad Martyr. loco citato.* S. Babylam egregie imitatus

14 est strenuissimus ille Christophorus Columbus ob inuectum Christianum lumen in Indias, Apostolus, ob nouos orbes indagatos, & Christiano Imperio additos, Alexandro Magno longe maior; qui cum ex Indijs compedibus ferreis impeditus ad Hispanias remigare coactus esset, ipse compedes illas tanti fecit vt rerum ab ipso gestarum scriptor Fernandus Columbus *c. 68.* dixerit: *Percioche io lo veddi sempre in Camera con tai ferri, i quali volse con sue osse fossero sepolti.* Hunc morem nectendi carceratos sublatum esse, Liuius *lib. 8.* scribit *quis nisi qui noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur, & ne quis imposterum necteretur.* Ita legitur in Indice *ll. Roman. post comment. verb. Iuris.*

15 Descendendo ad prouisiones particulares carceratorum iuxtà eorum qualitates, secundum ea quæ in decretis Visitæ inuenimus, restringuntur ad infrascriptos.

Ad
- *Prægnantem.*
- *Sponte Constitutum.*
- *Eum cuius Iudex ægrotare capit.*
- *Dementes.*
- *Mulieres inhonestas.*
- *Lenas, & lenones.*

16 Prægnantia mulieris in causa est, vt non possit torqueri nec puniri in corpore nisi expectato partu, *per l. prægnantis. ff. de pœn. l. Imperator. ff. de stat. hom.* Et ibi *Alber. circa med.* licet *Bald.* sentiat contrarium, si partus conceptus sit in carcere. *l. excusantur in fin ff. de excusat. tut.* Dicit tamen contrarium in *d. l. Imperator. vers. sed quod si partus.* Rationem reddit Martianus I.C. quia non debet Calamitas matris nocere ei qui in vtero est.

l. & seruorum §. pen. ff. de stat. hom. l. crimen. ff. de pœn. Ita legimus factum de S. Felicitate, quæ erat martyrio coronanda, *& expectata* (vt ait

17 S. August.) *iuxtà leges vt pareret, dum parturiebat dolebat, obiecta feris gaudebat.* Vtinam discerent mulieres carceratæ hoc modo angustias, & tormenta carcerum ad peccatorum suorum expiationem perferre. 1530. 19. Mar. Sab. *Margherita*

18 *ad instantiam Io. Baptistæ, & pro indicijs retenta seruetur in aliquo Monasterio vsque ad partum, vel det idoneam cautionem de stando Iuri cum eodem Io. Baptista, & de iudicatum soluendo, & pro interesse. Curia de repræsentando sub pœna 400. ducatorum auri, & relaxetur.*

19 Sponte verò constitutus facile dimittitur. 1620. 12. Nouembris. *Leander. Ex quo est sponte constitutus, & nullus creditor instat pro eius retentione, sine tamen præiudicio Iurium quorumcumque Creditorum, & obligationum relaxetur.* Et passim à S. Visita fit huiusmodi decretum in similibus casibus.

20 Quod dixi sponte constitutum facile dimitti, locum non habet si quis se constituisset pro liberando alium à fideiussione: quia tunc non relaxatur, nisi reuocata, vel data alia fideiussione. Hocque

21 etiam locum habet in eo, qui pro causa criminali se constituit. Iste enim non dimittitur liber, nisi prius audito Procuratore Fiscali.

Quid autem dicendum sit de debitore, qui se

22 sponte constituit ad effectum gaudendi beneficio Visitæ, habes infra *in Proœmio Constit. 71.* Pauli V. *lib. 3. cap. 1. num. 6.*

23 Carceratis etiam ægrotante Iudice prouidetur. 1540. 23. Martij. Capit. *Gentilesca. Nisi infra octo Senator conualuerit, audiat Gubernator.*

24 Quod ad dementes attinet, eorum status maximè miserabilis est, quibus ratio deest rerum, quæ sunt in homine, præcipua sicut, vel illa vna à cæteris animantibus secernatur, ideoque & Angelis adsimiletur. Ob defectum rationis vinciuntur insani, & libertate priuantur, qua nihil pretiosius.

25 Horum dementium cura tangit propinquiores, qui tenentur eos custodire in carceribus, atque etiam, si opus fuerit, in vinculis, & compedibus non in pœnam delicti, sed ne quid perniciosum in

26 se ipsos, vel in alios moliantur. Textus est expres-

27 sus in *l. Diuus Marcus. ff. de off. præsid.* Vbi etiam dicitur, quod si Custodes fuerint negligentes in custodiendo, & ex hac negligentia furiosus deliquerit, pro modo culpæ, & negligentiæ punitur. Alius tex. est in *l. fin. §. fin. ff. ad l. Pomp. de parric.* Et ibi *glos. in vers. coercendum. l. vnic. C. de emend. propinq. Farin. quæst. 93. num 45.* qui alios allegat.

Fuit in hac materia aliàs in Visita factum decre-

28 tum. 1531. 9. Decemb. Non. *Petrus Demens. Intimetur propinquioribus, quod nisi per totum cras capiant deliberationem de eo, relaxabitur, & ipsi ponentur in eius locum.* Si verò non adsint

29 propinquiores, tunc onus erit ipsius Præsidis opportunè prouidere, ne mala vlla oriantur; & si forte locus aliquis fuerit institutus pro similibus casibus, vt Romæ, tenetur curare vt ad illum locum transmittatur, prout facit S. Visita, cum casus huiusmodi eueniunt. 1567. 17. Apr. Nonæ. *Nicolaus.*

Transmittatur ad Hospitale Stultorum.

30 De furiosis; addo illos mortuis æquiparari. *l.fu-*
31 *riosum.C.qui testamen. fac.pos. l.Diuus. ff.de offic. præsid.* & quod furiosus semel; semper præsumitur furiosus, nisi probetur contrarium. *cap.fin. de succeß.ab intest. & ibi glos. inter compotem.* vbi etiã Panorm. *num.*20. qui alia adducit in materia furoris.

Prouisiones personarum, quæ sequuntur, non aliter congruè, quam capitibus particularibus referri possunt.

CAPVT IIII.

Prouisiones pro Meretricibus.

SVMMARIVM.

1 *Meretricum sordes ex Terentio*
2 *Mulieres inhonestæ vitandæ ex Origene.*
3 *Mulieres inhonestæ coercitæ sub Tiberio Imp.*
4 *Meretrices aquis submergi iussit Periander.*
5 *Meretrices castris expulit Scipio.*
6 *Meretricibus inhonestis coercendis institerunt Summi Pontifices.*
7 *Mulieres inhonestæ coercitæ bannimentis à Pio V.*
8 *Mulieres inhonestæ iussu Pij V. habitabant propè Mausolæum cur?*
9 *Mulierum inhonestarum causam agentibus quid respondit Pius V.*
10 *Meretricibus tributum ab ipsis pendi solitum remisit Gregorius XIII.*
11 *Mulieres inhonestæ vt resipiscerent cura Clem. VIII. Pauli V. & Vrbani VIII.*
12 *Mulierum inhonestarum conuersio quam piè à Franc. Card. Barberino, & studiosè procurata.*
13 *Franciscus Cardinalis Barberinus expendit quadraginta millia nummorum in Cœnobio construendo pro mulieribus pænitentibus via Longaria vulgo dicta.*
14 *Iustinianus Imperator sanctiones aduersus Lenones edidit.*
15 *Iustinianus Imperator Monasterium Constantinop. instituit pro puellis, à sodalitije Lenonum liberatis.*
16 *Franciscus Cardinalis Barberinus secutus exemplum Iustiniani in lenonibus reprimendis, ac mulieribus ab impudicitia reuocandis.*
17 *Franciscus Card. Barberinus Cœnobium pænitentium via Flaminia pecunijs, & disciplina auxit.*
18 *Franciscus Cardinalis Barberinus Monialium Pœnitentium parentes stipendijs, ac beneficijs adiuuit.*
19 *Mulieres etiam pudicæ ad lupanaria damnatæ secundum antiquas leges, quæ iam sunt abrogatæ.*
20 *Meretrices aliqua cur tolerentur?*
21 *Meretrices coemptas Athenis prostituit Solon cur?*
22 *Meretricium Ecclesia Catholica non approbat.*
23 *Approbare, & tolerare in quo differunt.*
24 *Meretricium tolerare non est recens inuentum.*
25 *Meretricibus minus indulgetur Romæ, quam alibi.*
26 *Meretricibus Romæ vsus rhedarum, & lecticarum sublatus ab Vrbano VIII.*
27 *Meretricibus probibitum habitare in cauponis; aut noctu per Vrbem vagari.*
28 *Meretricibus vetitum puellas extraneas apud se alere.*
29 *Meretricibus interdum auferuntur propria filia, si subsit periculum prostitutionis.*
30 *Meretricibus testamenti factio à iure non probibetur.*
31 *Meretricibus in Vrbe quibus conditionibus concessa testamenti factio.*
32 *Meretrices testamento legare tenentur Monasterio Conuertitarum quintam bonorum ex Const. Clem. VIII. etiam extra Vrbem existentium, emphyteoticorum, feudalium, & tertiam partem nouissimè ex Const. Innoc. X.*
33 *Meretricibus nullo facto testamẽto succedit Monasterium Conuertitarum, vel non relicta Conuertitis tertia parte.*
34 *Meretricibus Missam audire, officijsque diuinis, ac concionibus interesse permittitur: arcentur à Sacramentis, prohibentur portare habitus votiuos, signum deferre tenentur.*
35 *Meretricum cadauera Ecclesiastica priuantur sepultura.*
36 *Meretricum cadauera vbi, & quo modo sepeliuntur Romæ.*
37 *Meretricum cadauera sepeliendi modus plurimas ad pænitentiam adducit.*
38 *Meretrices sæpè carceribus mancipantur.*
39 *Prouisiones S. Visitæ circa mulieres inhonestas.*
40 *Mulierum inhonestarum vituperium ex S. Ambrosio.*
41 *Meretrices ad instantiam vicinorum expelli possunt è vicinia etiam si proprijs ædibus habitent.*
42 *Mulieres rixosæ ad euitanda scandala expelluntur à domo, in qua habitant.*
43 *Meretricibus expulsis à vicinis ex ædibus conductis pensio ædium pro tempore quo durat contractus, perit Dominis ædium, qui scienter locarunt indignis.*
44 *Meretrices cogi possunt à parentibus ad vitam meretriciam relinquendam, iuxta præscriptum Iuris.*
45 *Meretrices ad vitam meretriciam relinquendam quomodo cogantur Romæ.*
46 *Meretrix filia potest exhæredari à parentibus.*
47 *Meretrix filia in quibus casibus non potest exhæredari à parentibus.*
48 *Meretricis nupta, & non nupta diuersa ratio quo ad exhæredationem, & alia.*

Dixit Euripides apud Planudem Maximum *in vita Aesopi:*

,, *Sed nil ita acerbum, & noxium vt mulier mala.*

Mulieres inhonestæ in hac parte operis nostri inserantur, non quidem vt vllum honorem recipiant, sed vt se ipsas intuentes resipiscant; & ad pœnitentiam impellantur; vtque homines illas detestentur; eam intelligentes turpitudinem, quam peruenustè Parmeno apud Terent. *in Eunuch. Act.*5.*scen.*4. describit:

,, *Dum foris sunt nihil videtur mundius,*

Nec

,, *Nec magis compositum quicquã, nec magis elegãs,*
,, *Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt.*
,, *Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam;*
,, *Quam inhonestæ solæ sint domi atque auidæ cibi;*
,, *Quo pacto ex iureh esterno panem atrum vorent;*
,, *Nosse omnia hæc salus est adolescentulis.*

Has Salomon egregiè more suo describit *Prou.7.* A merendo dicitur meretrix: idem autem merere ac lucrari. Ioseph Passas *in tract.inscrip. I donne sebi difetti. discurs.13. in princ.* facit tex. *l.palam. ff.de rit.nup.*

2 Salus est non solum adolescentulis, sed & cæteris si monitum Orig. *in epist.ad Roman.lib.6.* obseruent. *Præ cæteris omnibus*, inquit, *carnis insidiæ formidandæ sunt, & illæ qui ex nobis procedit hostis, cauendus:* Non tamen sequendum exemplum eiusdem, qui se ipsum castrauit. Has inhonestas mulieres lepidè vocauit Horatius per Ironiam *Nuptiarum expertes*, quod videlicet citrà nuptias sui copiam faciant.

,, *Nuptiarum expers, & adhuc proteruo.*
Cruda marito.

3 Harum mulierum coercitam fuisse libidinem etiam imperante Tiberio docet Cæl.Rodig. *lib.14. cap.4.* quem refert Franc. Saler. *cons.20. num.46.*

4 *lib.1.* Periander apud Corinthios meretrices omnes vndis submergi iussit, vt Heraclius testatur de 5 politia Corinthiorũ. Scipio scorta castris expulit, vt Suidas scribit: quos citat *Ricciul. de person. reprob.lib.2. cap.6.num.9.* Fuerunt etiam in aliquibus Ciuitatibus signo particulari notatæ, vt ab honestis dignoscerentur. Alex. ab Alex. *dier. gen. lib.5. cap.18. L.mima. & ibi Bald.de Epis. Aud. & infrà num.34.*

6 Summi verò Pontifices pastorali vigilantia nunquam interrupta pro viribus prouidere nõ desstiterunt, vt labes has inhonestarum mulierum, & labendi occasiones auferrent, vt postulat ipsius Vrbis Sanctitas, & Religio, quæ benigno excipit gremio, quasi communis patria omnes vndique nationes ex remotissimis Prouincijs confluentes; vt aduersæ hinc petentes disciplinam, mores, normamque viuendi, spiritualis ædificij non minus, quam exteriorum structuram operum admirentur, Vrbisque exemplis meliores effecti ad suos reuertantur.

7 Crescentibus malis, creuit quoque eorumdem Pontificum pijssima sollicitudo, vt nouis remedijs velut quibusdam falcibus pullulantia mala resecarent. Pius V. fel. mem. bannimenta edidit valdè 8 secura cõtra inhonestas mulieres. Proscriptis magis impudentibus, alias, quas permisit, relegauit in locum destinatum propè Mausoleum, à quo neque interdiu, neque noctu exire possent, ne vagarentur per Vrbem, vt tradidit Ricciul. *de person. reprob. lib.2. cap.22. num.5.* vbi dicit hanc loci designationem arbitrariam ex Menoch. *Cas.535. num.26.* & his temporibus satius iudicasse Põtifices loca apud Ecclesias, & alis quædam præcipua à meretricum habitatione eximere, & abstinere à loci particularis assignatione, quæ frequenter quamplurima parit incommoda. Quæ idem Ricciul. loco citato refert *num. 3. & 4.* Dicit quoque Tacitus Imperatorem lupanaria intra Vrbẽ stare vetuit quod tamen diu durare non potuit, vt Flauius Vopiscus

9 in eius vita testatur. Quapropter Pius V. quibusdã relegationi meretricum intercedentibus respondit: *Ita conuenire.* Nam quo tẽpore Sanctitas Sua in minoribus exercuit officium Commissariatus Sanctissimæ Inquisitionis didicit hæreticos nihil magis obijcere Catholicis quam liberiorem vitam Clericorum in Vrbe, vbi residet Christi Vicarius. Vrgẽtibus Romanis Romæ ruinam hinc imminere eo quod ædes essent vacuæ, & sine habitatoribus. Pontifex id ægrè ferens non sine pia indignatione, *Ibimus*, inquit, *nos ad aliam Ciuitatem, ne simus causa ruinæ Vrbis, & vos cum 10 vestris meretricibus hic habitabitis.* Succedens postea fel.record. Gregorius XIII. tributum à meretricibus pendi solitum, exigi prohibuit, vt dicturi sumus infra *lib.3. 9.6. num.15 & seqq.*

11 Successores verò Pontifices pastorali cura inuigilarunt, ne infectæ pecudes ouile corrumperent. Et nuper fel.recor. Vrbanus VIII. non solum pro resipiscentibus adiunxit eleemosynas Monasterio Conuertitarum præter solitas, sed etiam sanctionibus optimis harum mulierum, aliorumque hominum prauos mores coercuit.

12 Vrbani VIII. Patrui secutus exempla Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus quo tempore fuit Ecclesiasticæ ditionis Præfectus Generalis, cum aduerteret ad compescendam lasciuiã ac continendos in pudicitia subditos omnem curam, & sollicitudinem adhibendam esse, singularẽ quadam diligentia noua remedia excogitare non destitit, quibus à Christifidelibus peccati, & scandali occasio submoueretur: deterioribus in exilium pulsis, nulli aut labori, aut sumptui pepercit, vt ceteræ impudicis voluptatibus addictæ ad honestatem reuocarentur. Quod vt assequi posset, ingentem pecuniarum profusionem in lucro posuit. Quippe ære suo multas apud matronas spectatæ virtutis collocauit, quas deinde dote liberaliter præstita in matrimonium collocauit: Multas, & quidem exteras, è longinquis terris Romam aduenientes Monasterio Pœnitentium *spontè* inclusas dotauit, vt abiectis prioris vitæ illecebris colla suauiori Christi iugo submitterent, & ad meliorem 13 frugem redirent. Huius rei causa ipseque pijssimus Cardinalis Cœnobium quadraginta nummum millibus erexit in quo quinquaginta, & amplius Pœnitentes Moniales strictioris obseruantiæ asperrimo vestitu, victuque tenuissimo vitam ducunt; quibus idem Cardinalis subueniendo ijs auxilijs, quæ tum ad animarum, tum ad corporum curam necessaria sunt, præsto fuit.

14 Qua in re alterum se Romæ præstitit Iustinianũ Cæsarem. Nam, vt ille meretricum, & lenonum sodalitia sustulit, vt refert Procop. *de ædific. Iustin.* Et aduersùs lenones, qui paupertate oppressas iuuenculas vndique collectas, quibusuis prostituebant, seuerissimam edidit sanctionem, de qua in *Codice nouel.14.* illorum veluti tyrannide redemptis mulieribus, ne, si vellent resipiscere, mendica-15 re cogerentur amplissimum, pro Vrbis Constantinopolitanæ amplitudine Monasterium exædificauit, magnisque redditibus dotauit ad recipiendas, alendasque miseras prostitutas, quæ resipiscentes 16 Deo vellent iugi pœnitentia deseruire, vt refert *Baron.an 535.* Ita Franciscus Card. Barberinus ex-

actis

ætis Vrbe audacioribus puellarum institoribus, compressaque scortandi licentia, plerisque meretricibus deportatione, vel alia via mulctatis, iis, quas sceleris depuderet, asylum prædictum à fundamentis extruxit sub Ianiculo in via Lōgaria nuncupata prope Tyberim. Quis has Barberini moles Cæsarum Amphitheatris non præferat, cū in illis Principum ambitio transfigeret belluas, in his sanctitas lachrymantium peccata confodiat.

17 Quin & via Flaminia in altero Cœnobio iam inde vsque à tempore Leonis X. fundato, centum triginta aliæ Moniales pœnitentes hortatu ipsius Cardinalis illarum Protectoris, eiusdemq; pijs largitionibus adinctæ communi vitæ se subiecerunt, spretis priuatis commodis: & ad Sancti Augustini regulam se componentes magna totius vrbis admiratione, multarumque virtutum egregijs exēplis Altissimo famulantur.

18 Atque vt hæ Moniales eiusmodi vitæ genus facilius amplecterentur liberè, etiam ab omni domestica sollicitudine, parentes ipsarum, & consanguineos, ac etiam maritos (illarum quæ maritis consentientibus professæ fuerant) annuis redditibus, largitionibus, stipendijs, beneficijs, alijsque subsidijs optimus Cardinalis cumulauit. Enimuerò intelligebat Princeps in omni vita castissimus, plurimum conferre ad Ciuitatem Romanam cælesti cōformandam, atque ad turpidinem excludendam, si scortorum vsus tolleretur. Ob oculos versabatur illud *S. Augustini*, quod *D. Thom. opusc. 20. lib. 4. cap. 4.* refert: *terrena Ciuitas vsu scortorum licitā turpitudinem fecit.* Nam secundum antiquas leges mulieres etiam pudicæ, & sanctæ Lupanaribus tradendæ condemnabantur, vt constat ex Actis martyrij Agnetis, Luciæ, & aliarum. Verum ea lex præualente religione Christiana abrogata est, vt docet S. Thom. *in 4. dist. 33. q. 1. art. 3.*

19 Cæterum probatum est hominum tam effrenatā esse libidinem, vt si meretrices tollantur è Ciuitate, periculum sit, ne matronarum & virginum pudicitia in discrimen vocetur. Vndè D. Augustin. *lib. de ordin. cap. 4. paulo antè medium tom. 1.* ait: *Aufer meretrices de rebus humanis omnia turbaueris libidinibus.* Vt igitur tantum malum euitetur, satius visum est aliquantulum conniuere, & tolerare mulierculas aliquot libidini indulgentes, ad quas incontinentibus, tanquam ad immundas cloacas pateat accessus, ne honestæ mulieres polluantur. Alciat. *in l. Massarius. ff. de verb. sign.* Est enim prudētis legislatoris, vt docet S. Thom. 1. 2. *q. 101. art. 3. ad 2. & 2. 2. q. 10. art. 11.* minores permittere transgressiones, vt maiores caueantur, & qui regimini humano præsunt sapienter aliqua mala tolerant, ne aliqua mala peiora incurrantur. De Solone refert Plutarchus *in eius vita*: ipsum coemptas

20 meretrices Athenis prostituisse, vt ab adulterijs iuuentus cohiberetur.

21 Ex hoc tamen inferri non potest Ecclesiam approbasse meretricium. Aliud enim est *Approbare*, aliud est *Tolerare*: illud denotat iudicium de rei

22 bonitate, & consensum quemdam; hoc vero idem est quod non punire, de quo videndus est D. Thom. 1. 2. *q. 96. art. 6. Ricciull. de person. in stat. reprob. lib. 2. cap. 6. num. 11.* vbi etiam demonstrat non esse

23 recentem in Christiana Republica meretricum conniuentiam, sed ab exordio nascentis Ecclesiæ, in primæua hominū ætate antè omnes leges scriptas incepisse. *num. 16. & seq.* Licet enim desideranda sit continentia in hominibus, ea tamen præmiorum

24 pollicitatione suadēda magis, quam legum seueritate exigenda est, vt docet Abbas *in cap. quod. n. 4. vers. si Ecclesia. de Cler. coniug.* Ac propterea Diuus Hieronymus *Epist. 10 circa medium, ad Furiam* scribens dixit: *Grandis virtutis est, & sollicita diligentiæ superare: quod nata sis in carne, non carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, & inclusum hostem, Argi, vt fabula ferunt, centum oculis*

25 *obseruare.* Minor tamen indulgentia in Vrbe adhibetur erga meretrices, vt facilius impudicitiæ pertædeat, & ad saniorem mentem conuertantur; & ne soluta legibus impudentia, ac labiorum blanditijs homines, velut aues, ad laqueum festinent.

26 Imprimis enim quemadmodum antiquitus, vt narrat Halicarnassæus *lib. 58. & Alex. ab Alex. lib. 5. dier. genial. cap. 18. circa finem. vers. apud Parthos*: Honestiores matronæ sellis lecticisque gestabātur, quarum vsus interdictus probrosis fœminis erat, ita nunc meretrices Rhedarum, & lecticarum vsu carent. Cumque nonnullæ quarum forma plures Amatores habuerat, subinde curru incederent, & matronarum habitum, cultumque mentirentur, hanc morum corruptelam piæ mem. Vrban. VIII. prouido edicto, quod promulgauit mēse Octobris, Anno 1624. sustulit.

27 Deinde apud Cauponas habitare, ne hospites ad flagitium prouocent, ac noctu per vrbem vagari sub grauibus pœnis vetantur; aliæque adhibentur cautiones, quibus earum licentia ad certos limites

28 coarctetur. Præterea non solum vetitum est pellas apud se alere, præsertim nulla sibi consanguinitate coniunctas, sed etiam inuitis auferuntur propriæ filiæ in periculo pudicitiæ, & introducuntur in

29 Monasterium S. Catherinæ de Rosa, non egressuræ, nisi vt nubant, vel alterius Monasterij habitum suscipiant, *vt in Constit. Pij V. 54. cupientes vt Monasterium in Bullar fol. 188.*

30 Rursus licet meretrix habeat testamenti factionem, cum non legatur à iure prohibita. *Cyn. in l meretricalem. C. de condit. & in cap. Cum decore. de vit. & honest. Cler.* & alij, quos citat, & sequitur *Ricciul. de person. in stat. reprob. lib. 2. cap. 32. num. 2.* et si non disposuerint, succedant venientes ab intestato per *Cyn. Bal.* & alios supra citatos:

31 In Vrbe tamen illis permittitur testari solum ad fauorē filiorum, & legit. mo matrimonio procreatorum; quos si non habuerint neque habent testamenti factionem, nisi relicta Monasterio Conuertitarum quinta omnium suorum bonorum parte, iuxta Constit. Leon. X. 39. *Salvator noster. In Bullar. fol. 49.* quam Clem. VII. Constit. 14. *Cū ex corpore. In Bullar. fol. 487.* extendit ab bona extrà vrbem, atque etiam ad emphyteotica, & feudalia.

32 Quam partem quintam reduxit in fauorem Conuertitarum Innocentius X. ad tertiam partem, itaut facto testamento aliter, quàm ad fauorem prolis vt supra natæ, vel non relicta tertia parte, aut nullo facto testamento meretrici succedat in vniuersa hæ-

33 reditate vi dd. Constit. Monasterium Conuertitarum. Huius tamen Gubernatores, & deputati tenētur suscipere curam filiorum, si qui sint, & dam-

nato coitu, illisque subministrare dotes, & alimenta pro hæreditatis conditione.

34 Ad hæc, quamuis meretrices non prohibeantur Ecclesiam ingredi, ibique missam, aliaque Diuina officia audire, vt alias S. Congregatio super negotijs Episcoporum respondit Episcopo Perusino, die 23. Iulij 1602. *Et ad audiendum verbi Dei prædicationem nedum admittantur, sed etiam vrgentur*, vt per ipsius prædicationis instantiam ad bonæ vitæ frugem reducantur. Nihilominus id quod est summum, & optimum in Ecclesia non attingunt. Arceantur enim ab vsu Sacramentorum. Præterea vigore bannimentorum Eminentissimi Cardinalis Vicarij prohibentur induere habitus votiuos: & ad hoc facit *Textus in l. mima. C. de episc. aud.* Immo tenentur incedere habitu distincto ab honestis mulieribus, vel saltem aliquod signum deferre. Bald. *in d. l. mima.* addendo ad Iannen. *In prax. Archiep. Cur. Neap. cap. 55. n. 7. Menoch. de arbitr. cas. 555. numer. 18. Petr. Greg. Syntag. Iuris lib. 10. cap. 2. num. 28.* & dixi supra nu. 5.

35 Postremo sicuti cadauera eorum, qui Rempublicam virtutibus exornarunt, ciues honore prosequuntur. *§. famina. Inst. de adop. §. fin. excus. tut.* Ita quoque illorum, qui dum viuerent, male de Repub. meriti sunt, cadauera ignominia notantur. *l. 1. 2. & tot. Tit. de cadau. punit. cap. 1. §. latrones de pace tuend.* Hinc est quod meretricum cadauera Ecclesiastica priuentur sepultura. *cap. quibus. & cap. cum gratia 13 q. 2.* Torrecr. *in cap. placuit in fin. 23. q. 5.* Nauar. *in sum. cap. 25. numer.* 8. Romæ vero, vt transeat in exemplum, cadauera decedentium in statu peccati publicè portantur absque lumine, & cruce per medium prostribuli extrà vrbem sepelienda in loco profano, quem *Muro torto*, vulgò nominamus; vbi leguntur illa verba sacræ Scripturæ: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Hoc spectaculum incutere consueuit cæteris meretricibus timorem eiusmodi,

37 vt non desint quæ qualibet vice reducantur ad pœnitentiam: immo sola recordatio tantæ ignominiæ, quam post mortem passuræ sunt, pleraque adeò perterrefacit, vt resipiscant.

38 Verum quia mulieres inhonestæ quas haud pari virtute coniuncta infælix forma libidini hominum prædam fecit, sunt garrulæ, vagæ, quietis impatientes, huc atque illuc discurrentes, nec valentes loco consistere, vt ait Salomon *prou.* 7. Sunt quoque rixarum, atque discordiarum semina, propterea non obstantibus, quæ diximus, remedijs, & opportunis prouisionibus, frequenter carceribus mancipantur; & in Visita etiam obstrepunt: quapropter secundum casuum contingentiã diuersimodè cautum est, vt in hoc opere pluribus locis apparet; & præcipuè ex decretis infrascriptis. * 1560. 20 Feb.

39 Nonæ. *Lucretia. Facta per eam promissione de recedendo ab vrbe infra mensem, & ab ea, & eius districtu seruando bannum in perpetuum sub pœna contenta in eius sententia condemnatoria prout promisit &c. & durante dicto mense in aliqua domo permanendo secretè, relaxetur solutis expensis victus tantum, & ad D. Aloysium, qui prouideat quoad illius creditores arbitrio suo, & auctoritate Visita.* * 1597. 18. Decembris. Sab. *Alexander. & Delicata de Terranua. Relaxentur gratis iniuncto precepto prout fuit iniunctum, de non conuersando ad inuicem, donec fuerit celebratum matrimonium sub pœna fustigationis.* * 1607. 27. Septéb. Nonæ. *Ludouicus. Facta obligatione sub pœna scutorum centum de non conuersando amplius cum sola, nec accedendo ad eius Domum, nec pertranseundo ante eius Domum, prout præsens promisit, & iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum, de nõ conuersando, accedendo, & pertranseundo, vt supra, sub pœna triremium, relaxetur* * 1608. 6. Martij. Sab. *Simon. Iniuncto præcepto prout fuit iniunctum in eius faciem sub pœna triremium de non accedendo in posterum ad Dominum Piera Curialis, & data fide de eam non offendendo relaxetur.*

40 Infelix sanè inhonestarum mulierum conditio quas e.darguit S. Ambr. *ad virg. lapsf. cap. 2.* his verbis: *De Virgine, facta es corruptio Satanæ; de habitaculo Spiritus sancti, tugurium Diaboli; quæ incedebas vt Columba, nunc lates in tenebris vt Stellio; quæ fulgebas vt aurum perpetuæ virginitatis honore, nunc vilior facta es luto platearum; quæ fueras stella radians in manu Dei, veluti de alto cælo ruens conuersa es in carbonem.*

41 Meritò igitur hoc genus mulierculaum reputatur sicuti *Stercus in via, quod ab omnibus conculcatur*, vt legitur *Eccles.* 9. Ac propterea à vicinis expelli possunt. *Menoch. de arb. cas. 535. nu. 16. & 19. vers. cum magis. Franc. dec. 316. numer. 1. Caball. resol. crim. 284. num. 2. Peguer. decis. 12. Thesaur. q. 33. lib. 1. Gizzarell. dec. 56. Riccius de person. quæ in stat. reprob. lib. 2. cap. 21. num. 3. & per tot.* qui dicunt procedere etiam si domum propriam incolerent. Quam prouisionem expellen-

42 di inhonestas mulieres à domo, qua habitant, extendere consueuit Visita etiam ad honestas, ruxosas tamen, ad euitanda scandala, vt aliàs fuit decretum in Gineura Cauamacchie, & Antonia Vecellatoria infra *§. 11. cap. 3. sub num.* 37.

43 Hunc autem casum, quo inhonesta mulier expellitur per vicinos à domo conducta, circa solutionẽ pensionis pro tempore, quo contractus durabat, decidunt contra locatores, quando scienter indignis, & inhonestis locarunt *Ricciullus d. 33. lib. 2.* sequitur Capoblancus *in singul. 105. numer. 165. vers. sed stillas post tract. de Iurc. Baron.* Addentes ad Gizzarellum *decis. 54. post princ. vers. si habitationem conduxerit. Et* Balthasar de Angel. *In add. ad decis. 39. num. 3. d. Gizzarell.*

44 Porro quamuis dubitari contingat an filia possit à parentibus cogi ad vitam meretriciam relinquendam, & honestè viuendum; affirmatiuè tamen videtur respondendum; quia honestè viuere est præceptum Iuris. *l. 1. §. Iuris præcepta. ff. de iust. & iur.* cuius præcepti executores sunt parentes & propinqui. *l. vnic. C. de emend. propinq. cap. vt Cle-*

45 *ricorum de vit. & honest. Cler.* Inoleuit nihilominus in Curia Romana praxis, vt contrà inhonestè viuentes tam mulieres, quam viros adeantur Iudices Ordinarij tanquã honestatis vindices; à quibus non solum ad parentum, sed etiam ad proximiorum instantiam, & quandoque etiam ex officio, si negotij qualitas hoc expostat, decernuntur monitoria de honestè viuendo, sub congruis pœnis: quibus si contraueniant, pro prima vice renouatur preceptum, iterata verò contrauentione ad pœ-

narum

narum executionem proceditur. Ricciul. *libro* 2. *cap.*13.*num.*4.*&* 5.

46 Sanè adeò est exosum legibus genus hoc fœminarum, vt disponant filiam meretriciam vitã viuẽtem posse exhęredari. *§.causas autem.vers.si alicui authent.vt cum. de app.cog.*Bald. *cons.*253. *filiafamilias.lib.*2. *in princ.* Surd. *de alim.tit.*7. *quæst.* 4. *num.*1. Gratian.*discep.*213.*Ricciul.de stat.person. reprob.lib.*1.*cap.*12.*num.*4. *& per tot.* quod tamen procedit cum infrascriptis limitationibus.

47 Primo in matre meretrice, quæ filiam prostituit; etiamsi ipsa mater ad bonam frugem reuertatur. Ricciull. *d.lib.*3.*cap.*13. Item in filia quæ postquã in corpus suum peccauit, in gratiam parentis redijt. Surd. *de alim.tit.*7. *quæst.*5. *num.*47. *Ricciull. d.lib.*2. *cap.*17. *&* 19. Rursus in filia, quam parentes vsque ad 25.annum maritare distulerũt. *§.aliud quoque. in fin. Auth.vt cum de ap. Surd. de alim. d.tit.*7. *q.*4.*num.*37.*Ricciull.d.lib.*2.*cap.*16.*per tot.* Præterea in filia quæ semel, aut bis corporis sui copiam fecit, cum meretricari non dicatur ex deductis per Sanchez. *de matrim lib.*4. *disput.*24. *nu.*6. *Gratian.discept.*223.*numer.*31. *cum seq.* & multis comprobat *Vasq.de success.creat.in rep. l.quoniam in prioribus lib.*1.*§.*10.*num.*160 *fol.*122.*C.de inoff. testam.* atque alibi, vbi eum allegat idem *Grat. Paschal.de virib. pat.potest.par.*2.*cap.*5.*numer.*43. licet cõtrarium teneat distinguendo *Ricciull lib.*2. *cap.*15. deinde, & multo magis in filia antea meretrice quæ pœnitentiam agit. *Tiraq. de pœn. cau.* 28. *num.*2. *Surd. de alim. tit.*7. *quæst.*4. *numer.*24. Ricciull. *lib.*2.*cap.*14.

48 Aduertendum est omnia quæ dicuntur de meretricibus, sic intelligenda esse, vt non procedant de meretrice nupta, vel emendata. *G. Grill. de pœn. omnif.coit.q.*10. *num.*26. *Rol. cons.*63. *numer.*14. *lib.*3.*Buccar.de differ.inter Iud.ciu. & crim. q.*50. *num.*3.*vers pro qua limit.Ricciull.de person, reprob. lib.*2.*cap.*3.*&* 4.*Seraph.decis.*999.*num.*5.

CAPVT V.

Prouisiones pro lenis, & lenonibus.

SVMMARIVM.

1 *Lenæ, & lenones ex genere infamium personarum.*
2 *Meretrices vbi consenuerint plus obsunt Reipublicæ quam adolescentulæ.*
3 *Meretricum cum Olla comparatio.*
4 *Lenæ, & lenones extra Ciuitatem eijciendæ.*
5 *Lenocinij crimen improbatissimum.*
6 *Lenocinium facere non est minus crimen, quam corpore quæstum exercere.*
7 *Lenocinium fur castitatis, eique magis nocet quã violentia.*
8 *Lenocinium grauius adulterio.*
9 *Lenocinium maius crimen quam homicidium.*
10 *Lenæ, & lenones peiores diabolo cur?*
11 *Lenocinium mariti in vxorem commissum turpissimum.*
12 *Lenocinio seruientes non salarium, sed suspendium mereri.*
13 *Lenocinij pœna est vltimum supplicium de Iure Authent. cur?*
14 *Lenocinium mariti in vxorem admittit separationem thori, et tollit patri, et Domino potestatem: punitur pœna mortis ex Constit. Sixti V.*
15 *Lenocinij crimen de consuetudine non punitur pœna mortis; sed exilio, fustigatione, vel triremibus &c. & hoc propter frequenciam.*
16 *Adulteriorum frequentia mitigauit seueritatem legis Iuliæ.*
17 *Adulteriorum frequentia temporibus Senecæ.*
18 *Lenocinij crimen à marito in vxorem commissum merito punitur pœna arbitraria cur?*
19 *Arbitrium potest se extendere considerata qualitate personarum.*
20 *Lenonibus maritis mortem decernenti Constitutioni Sixtinæ facile derogatur Romæ.*
21 *Lenocinium in vxorem exercentem maritum quibus conditionibus liberauit Visita antè Constitutionem Sixtinam.*
22 *Lenones admonētur vt abstineant se à Lenocinio.*

1 VBI desinit meretricium, ibi incipit vilius lenocinij exercitium; dignum patella operculum, vt est in adagio: propterea lenæ, & lenones vt vitæ instituto meretricibus coniunguntur, ita oratione nostra separari non debent. Sunt ex genere infamium personarum. Verissimum est peccatum per pœnitentiam non deletum suo pondere ad grauiora trahere. Quis crederet infames mere-
2 trices plus obesse Reipub. nisi resipiscant, postquam consenuerint; quam cum erant iuuenes? Ita sanè est. Vilissimo enim & turpissimo lenoncinij exercitio operam dant; suntque instar ollæ, cum
3 nec fracta ferietur à malo, sed portet ignem non per loca vicina tantum, sed etiam per totam Ciuitatem. Non ergò sufficit, si expellantur e vicinia, vt proximè dictum est, sufficere quod expel-
4 lantur meretrices: Sed eijciendæ sunt extrà Ciuitatem tam damnosum opus exercentes, siuè fœminę sint, siue mares, secundum *Ioan.de Plat.in l.*2. *C. de iur. emph.* Facit textus *in §.preconizamus. Auth. de lenon. col.* 3. *& in l. nullus. vbi Castr. num.* 5. *C.de sum. Tri.* qui loquitur de meretribus expellendis à vicinis, vt de leprosis extra Ciuitatem expellendis. Afflict. *in constit. Reg. rub.* 43. *de prohibit. habit. in princ.lib.* 3.*Carp. ad non. par. stat. Mediol. cap.* 474. *vers. nec Ruffianus sit.* Quod meretrices, & ruffiani non morentur in brozeto *Sol.ad Consuet. Sabaud.lib.*3. *decret. tit. de lenon. num.*3.*Farin.q.*143.*§.pœna lenoncinij.num.*6.

5 Est enim lenocinij crimen improbatissimum *l. palam §. non est ignoscendum. vers. lenocinium*
6 *facere non minus est, quam corpore quæstum exercere.ff. de rit. nupt. Iser. in cap.* 1. *num.* 19. *in fin. quib. mod. feud. amitt.* Est horribile, pessimum, ac crudele, vt in *Auth.de lenon. in princ.* vbi multa in detestationem huius criminis *Far. d. §.pœna*
7 *lenocinij num.* 1. Nocetque castitati, cuius dicitur fur magis, quam molestia, seu violentia, cum aptius sit ad mores corrumpendos. *d. §.preconizamus. Autb. de lenon. Sol.cit. tit. de lenon. num.* 1. *&* 2.

8 Est grauius quàm adulterium, quod tamen adulterium grauissimum est delictum, quia continet in se fornicationem, & violatam fidem. *glos. in l. ablegatis §. Pomponius. in ver. cumqui seruitute. ff. de his qui not. infam. & ibi Bald. nu. 2. & ibi addem. litt. B. in ver. quam meretrix. Ang. & Ioan. de Imol. in l. qui reus. ff. de pub. iud.* aliique plures quos citat, ac sequitur *Far. cit. §. pena lenocinij. num. 2. Bertab. de vectig. seu gabel. nu. 51. fol. 68.*

9 Est etiam maius crimen quàm homicidium, vt voluit *Ang. de malef. in ver. che hai adulterato la mia donna. num. 69. Foller. in pract. in vers. item quod fuit leno. in princ. & num. 24. Far. §. pena lenocinij. nu. 1.*

10 Quid plura? Lenones peiores sunt ipsomet diabolo, & nocentiores qui suis suasionibus honestas puellas, probas matronas, & non solum seculares, sed etiam personas Ecclesiasticas continentes ad lapsum pertrahunt, quod ipsorum dæmonum tentamenta præstare non possent, nisi huiusmodi hominibus adiuuarentur. *Foller. cit. ver. item quod fuit leno. num. 33. & 41. Iodoc. in prax. crim cap. 93. num. 9. Peguer. dec. crim. 1. num. 2. & seq. Menoch. de arb. lib. 2. cas. 534. num. 1. & seq. cent. 6. Cabal. resol. crim. cas. 181. num. 3. §. pæna lenocinij. num. 1.*

11 Omnium autem turpissimũ est lenocinium mariti in vxorem. *l. mercalem. C. de cond. ob turp. cau. Butrig. in l. crimen. C. ad l. Iul. de adult. Foller. in prax. crim. in vers. item quod fuit leno. num. 9. & seq. Cabal. resol. crim. cas. 171. num. 8. & 10. Ricciull. de person. quæ sunt in stat. reprob. lib. 4. cap. 5. num. 2.*

Consequens igitur est, quod si tam graue est delictum, pena quoque, quæ illi commensurari debet, 12 grauis sit, ac propterea dicitur lenocinio seruientes non salarium, sed suspendium mereri. *Auth. de lenon. col. 3.* pæna enim de iure Auth. est vltimi supplicij. *d. §. præconizamus. de lenon.* vbi bona ratio 13 redditur. Nam si talis pæna imponitur furibus pecuniarum, & bonorum exteriorum, multo magis imponi debet furibus, & latronibus castitatis. Et ibi *glos. in ver. nouissima, & Bar. Sol. ad const. Saband. lib. 3. decret. eodem Tit. de lenon. num. 6. Clar. § fin. q. 68. nu. 23. Far. q. 143. §. pæna lenocinij. nu. 9.* vbi quam plures allegat *Ricciul de person. quæ sunt in stat. reprob. lib. 4. c. 10. num. 1.* Quinimo, quod 14 attinet ad maritum, ob lenocinium fit separatio thori. *l. lenones. C. de Epis. Aud Nauar. in manual. cap. 22. Siluest. in verb. diuortium. num. 2. Seraph. dec. 226. num. 4.* Sed hoc parum est: Pater, vel Dominus, qui filias, vel seruas prostituit, aut illis necessitatem peccandi imposuit, earum potestate priuatur. *Peguer. dec. 15. num. 10. vers. atque in Patre, vel Domino. Petr. Greg. Syntag. Iur. lib. 16. cap. 11. num. 5. Farin. in praxi. q. 144. num 16. Riccard. in §. sed & maior. num 4. & 8. Instit. de his qui sunt sui, vel alieni Iuris. Couan. comment. lib. 2. cap. 14. num. 3.* vbi dicit procedere etiamsi non imponat necessitatem, sed exemplo suo ad turpitudinem inuitet. *Molin. de Iust. & Iur. tract. 2. disput. 39 ver. tertius. & disp. 129. num. 14. Bened. Egid. ad l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. par. 1. in princ. num. 25.* qui ampliat, etiamsi pater vel Dominus non publicè, nec passim, sed vni tantùm prostituat. *Surd. de alim. n. 8. priu. 65 nu. 44.* qui docet *nu. 48.* patrem non recuperare potestatem licet filia ad honestam vitam redeat.

Adhuc parum est hoc contra maritum lenocinium in vxorem committentem; adest etiam Constitutio particularis Sixti V. 46. *Ad cõpescenda &c. in Bullar. fol. 421.* qua puniuntur pæna mortis. Cæterum hoc loco sciendum quod sicuti conueniunt omnes Doctores pænam esse de iure, vt supra, capitalem; ita quoque consentiunt pariter omnes propter frequentiam delictorum huiusmodi, de 15 consuetudine eos, qui tam indigno ministerio operam dant, non puniri tam graui pæna, sed, vbi non sunt impositæ pænæ certæ à statutis locorũ, pænam esse arbitrariam: quandoque, (& hæc est frequentior) eiectionis e Ciuitate, & exilij; aliquando fustigationis nonnumquam etiam triremium, *Iodoc. pract. crim. cap. 91. num. 8. sup. cit. & cap. 91. in Tit. de adult. num. 48. Clar. in praxi. §. fin. q. 68. nu. 24. vers. lenones. Menoch. de arb. cap. 535. nu. 45. cent. 6. Calab. resol. crim. cas. 161. numer. 6. & 7. Far. d. §. lenocinij pæna. numer. 6. 7. 8. & 12. Ricciul. de person. quæ sunt in stat. reprob. lib. 4. cap. 10. num. 4.*

16 Idem olim factum fuit etiam in pæna adulterij vt testatur Petrus Mattheius, *In vita Seiani.* vbi dicit *il numero degli adulteri moderò il rigore della legge Iulia, perche s'ella fosse stata capitale, si sarebbono desolate le famiglie dicendo Senec. del suo tempo: Argumentum est deformis pudicitia.* Qui Seneca etiam *lib. 3. de benef. cap. 6.* dixit: *Numquid iam vllus adulteri pudor est? postquam eo ventum est, vt nulla virum habeat nisi vt adulterum irritet,* Rursus *controu. 2.* agens de moribus sui temporis, *Eò prolapsi,* inquit, *mores eam sunt, vt nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus videri possit.* Sanè de marito adultero dixit Plaut. *fundum alienum arat, suum incultum deserit;* Quod esse durum, & crudelitati proximum loquens de 18 agris dixit. *l. præses. C. de seruit. & aq.* Merito igitur in marito pæna lenocinij arbitraria debet esse maior, cum maius sit illius delictũ. *l. 2. & l. mariti lenocinium: ff. ad l. Iul. de adult.* Arbitrium 19 enim potest se extendere considerata qualitate personarum. *Bart. in l. aut facta. ff. de pænis. in fin. vers. quid de illo.*

20 In Vrbe quoque non obstat d. Sixti V. Constitutio quæ imponit pænam mortis, quo minus facile reducatur pæna contra maritũ ad arbitrariam. Facile namque eidem constitutioni derogatur. *Ricciul. de person. quæ sunt in stat. reprob. cap. 5. 21. num. 1. 2. & 3.* Mitius tamen cum marito egit alias Visita in infrascripto casu, qui longè antè editam Sixti V. Constitutionem successit. 1537. 17. Decembris. Sabell. *Petrus. Attenta ætate, & longa carceratione relaxetur gratis, iniuncto præcepto sub pæna fustigationis, ne de cætero lenocinetur suæ vxori.*

22 Caueant nihilominus omnes à tam ignominioso, & damnoso delicto, cui licet in hac vita par illius grauitati pæna non imponatur per Iudices temporales, Diuinam sanè punitionem, si scelus adeò graue perpetrarint, pænas æternas non effugient.

Quod

Quod si viuentes effugerint, mortui inuenient grauiores. Leuto enim gradu ad vindictam Diuina procedit ira, sed tarditatem supplicij grauitate pœnæ compensat.

---

§. IV.

CARCERATI Ad correctionem.

Caput I.

De Carceratione filij:

SVMMARIVM.

1. *Correctio quid, & quomodo fiat.*
2. *Correctionem agrè ferre non debet correctus, & quare.*
3. *Correctionem erubescere non debemus.*
4. *Correctionem iniustam patienter ferre debemus.*
5. *Carceratis ad correctionem prouidet Visita.*
6. *Carcerari quosdam ad correctionem expedit.*
7. *Carcerati ad correctionem egent quandoque moderatione Visita.*
8. *Carceratis à non habentibus potestatem prouidet Visita.*
9. *Carcerari qui, & à quibus possunt.*
10. *Carcerato ad correctionem Visita subuenit, si nimis rigidè contra eum agatur.*
11. *Patris potestas in filium olim quæ?*
12. *Patris potestas in filium successu temporum imminuta.*
13. *Carcerare ad correctionem Pater potest filium.*
14. *Carcerandi ad correctionem filium cur patri potestas reseruata.*
15. *Carceratio ad correctionem filiorum est remedium subsidiarium, ad quod certis gradibus veniendum.*
16. *Corrigere filios debent parentes.*
17. *Filiorum mores à Iuuentute formandi à parentibus.*
18. *Parentes non vtantur nemia Indulgentia in filios.*
19. *Parentum erga filios Indulgentia quæ sit vitanda.*
20. *Parentes quomodo se gerere debent in educandis filijs.*
21. *Parentes quando abstinere debent à correctione filiorum.*
22. *Parentes non facile carceribus includant filios ad correctionem.*
23. *Parentis filium ab inconcessa apud Romanos libidine reuocantis exemplum.*
24. *Parentes antequam carceribus includant filios ad correctionem, expendant mala, quæ indè prouenire possint.*
25. *Parentibus filij duriter tractati subtrahunt obsequium.*
26. *Parentibus filios ad correctionem carcerantibus filij sæpè fiunt deteriores.*
27. *Carcerati ad correctionem sæpe deprahenduntur Rei grauissimorum delictorum.*
28. *Filij ad correctionem à matre carcerati casus, & casuale filicidium.*
29. *Filio non profuit lex dicens filium a patre præsentatum mitius puniri, cur?*
30. *Carceratus ad correctionem a Patruo Nepos, qui raptum commiserat, mitiori pœna punitus.*
31. *Carceratus, siuè præsentatus a parte filius, & Religiosus a Superiore ob crimen hæresis an mitiori pœna puniendus.*
32. *Carceratis filijs ad correctionem a parentibus, quid agere debeat Procurator Pauperum.*
33. *Parentes carcerare filios ad correctionem quando expedit.*
34. *Parentes propria auctoritate carcerare filios ad correctionem, cur rarò in vrbe contingat.*
35. *Filium à Iudice potius quam à patre coerceri est tutius iuxta stylum Curiæ.*
36. *Filius à Iudice coercendus parentum arbitrio, quando.*
37. *Filius vt à Iudice coerceatur parentum arbitrio, parentes quales esse debeant.*
38. *Filius quoties corrigendus à Iudice ad arbitrium patris, Iudex debet induere animum Patris, si pater exuerit.*
39. *Patria potestas non in atrocitate, sed pietate cōsistit.*
40. *Parentes carcerantes filios ad correctionem præstant alimenta: quæ?*
41. *Alimenta filijs debentur non solum de Iure naturæ, sed etiam ciuili.*
42. *Iura naturalia tolli non possunt.*
43. *Correctio filij adhibita à patre non debet esse ad necem, sed ad vitam.*
44. *Damnatus ad metallum incapax omnium legatorum, præterquam legati alimentorum.*
45. *Alimenta subministrata filijs carceratis ad instātiam Patris ex decretis Visita.*
46. *Alimenta filio ad instantiam fisci carcerato subministrare tenetur pater.*
47. *Alimenta non debentur filio carcerato ob causas, ob quas potest exhæredari.*
48. *Alimenta debentur à patre filio carcerato etiam emancipato.*
49. *Alimenta deberi filio carcerato leges, & Doctores qui id asserunt extenduntur etiam ad matrem.*
50. *Parentibus debemus, patri quod illius semen, matri quod illius pondus fimus.*
51. *Alimenta deberi filio ad correctionem carcerato à parentibus extenditur ad propinquos, vt ad auunculum à Visita.*
52. *Filij carceratio à matre, seu propinquis ad correctionem, intelligenda est de modica correctione.*

1 CORRECTIO, est fraterna admonitio causa emendandi peccata, à caritate præcedens ex Diu. 2 Thoma *in 4. sententiarum. dist. 19. q. 2. artic. 1.* fitq. per aliquam pœnam vel comminationem. Correctus autem correctionem ægrè ferre nō debet. Nam vt *Prouer. 10. & 11.* dicitur: *Qui increpationes odit, insipiens est.* Proueniunt enim ab amore, quo nos prosequitur Deus, qui quos diligit cor-3 ripit. *Prou. 3.* Ac propterea non debemus correctionem erubescere, siuè à nobis, siue ab alijs, vt 4 in *Auth. de nupt. circa prin.* Immo etiam si fit iniusta correctio, patienter est ferenda. *cap. ante triennium. dist. 31. glos. in cap. ex parte 2. de offic. deleg.*

5 Non solum itaque prouidet Sacra Visita carceratis pro causis criminalibus, seu ciuilibus, vt supra; sed etiam ijs, qui sunt carcerati ad correctionem. Decet enim, vt quos ad vitæ decorem do-6 mesticæ laudis exempla non prouocant, correctionis saltem medicina compellat. *l. unic. C. de emend. propinq.* cuius meminit *glos. in cap. vt Clericorum. in verb. pœna. de vita, & honestate Clericorum*: nonnulla ibi allegans quæ huc faciunt.

7 Ad correctionem carcerati plerumque indigent S. Visitæ moderatione; ne quid nimis contra ipsos fiat; sed seruetur, quod *Deuteron. 25.* dicitur: *Pro 8 mensura peccati erit plagarum numerus.* Similiter prouidet, si quis reperiatur carceratus ad instātiam illius, cui non competit tale ius; sicut habet Dn̄s in seruū, Magister in discipulū, qui habēt facultatem moderatè castigandi; *l. fedr. si quacumque §. si magister.* Ibi, *quia non facienda: ff. ad l. Aquil.* Et ibi *Bald. Alex. cons. 75. num. 1. lib. 3.* Non possunt tamen carcerari facere, quia hæc non est leuis, & moderata castigatio. 1529 Nouemb. Capit. *Marianus. Quia captus ad correctionem; Domini mādarunt relaxari.* Non enim Dominus talem facultatem habet in famulum, vt possit cum carceratione emendare. * 1647. 4. Aprilis. Capit. *Antonius. Ex quo captus ad correctionem Patrui refectis expensis captura per patruum relaxetur gratis.*

Sunt autem qui carcerari possunt, & solent ad correctionem: Filius à Patre; Religiosus à suo Superiore; Vxor instante viro. Hi namque habent 9 aliqualem in sibi subditos animaduersionem. Quamuis vero lex de illis confidat, non desunt tamen in dies, qui rigidissima castigatione prædictos 10 cohibent, quibus Visita singulari, qua procedit clementia, quando casus eueniunt, benignè prouidere non desistit, vt ex infra dicendis, de singulis sigillatim manifestè apparebit. Et primo de correctione patris respectu filij.

11 Ius patris in filium tale erat lege Romuli, vt illi eum vendere liceret, pignori creditoribus dare; maioremque tyrannidem patri in filios, quam Domino in seruos (qui semel venditi post manumissionem in Domini potestatem non redigebantur) exercere permissum erat. Immo lex ita de iure antiquo confidebat de patre, vt vitæ, ac necis ius in filios illi tribueret. *l. vlt. in fin. C. de patr. po-12 test. Afin. in proœmio praxis Iudic. cap. 2. num. 16.* Verum progressu temporis calor paternæ dilectionis deferbuit. Quapropter potestas huiusmodi sic 13 est temperata, vt solum possit pater inobedientem filium in cubiculo, vel domi detinere absque priuati carceris pœna: & in publicos carceres detrudere ad correctionem. *l. 3. §. 1. C. de patr. potest. & l. 3. §. 1. & 2. de lib. hom. exhib.* Boer. *decis. 275. num. 1. in fin. & dec. 304 num. 3. vers. secus. Decian. tract. crim. cap. 10. nu. 5. lib. 7. Blan. Clemen. de patr. pot. cap. 4. num. 11. Far. q. 27. nu. 25.* Guaz. *des. 5. cap. 7. num. 5. Paschal. de virt. pat. potest. cap. 4. num. 1. & per tot par. 3.*

14 Nec immeritò potestas hæc referuata est patri, erga quem tanta est filij obligatio vt Aristotel. 8. *Ethic. cap. 18. sub fin.* scripserit; *Dijs, parentibus, & magistris æquiualens reddi non posse.* Habetur adagium à Tullio *in orat. pro Roscio* relatum *Vultu sæpe læditur pietas.* Quod admonet pietatem erga parentes adeò religiosè colendam, vt nō solum non offendant eos filij verbis, aut factis, sed ne vultu quidem atrociore, aut contumaciore. Patria potestas quousque se extendat, & qua prudentia sit exercenda, clarum fiet ex his, quæ infra dicturi sumus.

15 Præmonitos esse volo prius parentes detrusionem filiorum in carceres publicos ad correctionem (de hac enim solum hic est sermo) esse remedium subsidiarium, ad quod quibusdam gradibus, & cir-16 cumstantijs deueniendum. Sciant parentes ipsis hoc onus imposuisse Aristotelem dum *lib. 6. Animal.* dixit: *Bonum est parentibus corrigere filios otiosos.* Et ita *Prouer. 23.* admonentur facere: *Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius 17 à morte.* Aetatulam mobilem, teneram, & crudam modo castigatoria seueritate decoquere, modo mandatorum salubritate condire non desinant; imò etiam, quando opus est, aures vellant: & frequenter id fiat, ne illorum animus ducat, vt gladius de cutæ raritate rubiginem: facile est enim assiduo studio teneros adhuc animos componere. Tunc maximè formanda est ætas secundum Quintilianū *cum simulandi nescia est, & præcipientibus facile cedit.* Audiant parentes Cassiodorum monētem *var. cap. 24. lib. 1.* Accipitres ipsi (inquit) quorum victus semper ex præda est, fœtus suos nouitate marcentes nidis proturbant, ne molle ocium consuescant, alis verberant immorantes, cogunt pullos teneros ad volatum, vt tales debeāt existere, de quibus possit pietas materna præsumere; Vos autem quos & natura exigit & amor opinionis exacuit, studete tales filios relinquere, quales vos constat patres habuisse. Etiam *Apparent*, idem Cassiod. *lib. 2. cap. 2.* dicit, *Vos non tantum imaginem dedisse corporis, quam signa transfudisse virtutis.*

18 Non vtantur nimia indulgentia in filios, quæ est illa mollis, & delicata permissio parentum conniuentium, de qua Quintil. *lib. 1. Instit. orat. cap. 2.* in 19 hac verba: *mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes corporis, & mentis frangit.* Videmus multos liberorum amantiores, quam Gellium, vt est in adagio. Quid mirum si postea inobedientes reddantur, cum ex sententia Senecæ, nihil magis faciat filios iracundos, & propte-

20 rea inobedientes, quam educatio mollis, & blanda: Itaque educent filios cum seueritate; qua tamen tenera non infirmetur ætas, informetur ingenium offensæ amaritudinem paternis affectibus mitigando; omni studio obstent principijs, & à quibuslibet etiam minimis erratis filios abstinere curent. Quis enim nescit vnica in nauigio rima, nisi statim obstruatur, nauigium totum perire? Præterea vt ægri corpus quassari etiam lenibus solet offensis, ita animus impuberum angustus, & tener, quicquid increpuerit mali, ad salutis eius dispendium non mediocriter tendit. Si ita se gesserint parentes in educatione filiorum, non erit opus carceribus ad correctionem. Quod si filius

21 deliquerit, & delicti pœniteat, ac pudore obrutus non impudenter excuset, sed deprecetur, errores suos, & conuictus verecundiæ comites iungat lacrymas, quæ secuturæ correctioni fidem faciant, caueat, ita Sidonio. Apoll. *epist.* 23. *lib.* 4. cōsulente, *Pater, ne sit ita inclemens, vt eum è domo eijciat, ac de carcerati correctione cogitet, sed clemens sit in se seuero, & Dominum sequens non habeat se Iudice filium profitentem se reum damnabilem, qui hac vna de causa venia dignus est, quia se pœnæ nosceit obnoxium.* Nam aptè Senec. *In Hippol. Act.* 1. *scen.* 2.

,, . . . dignam ob hoc vita reor,

,, Quod esse temet autumas dignam nece.

22 Quod si pater filium viderit alicui vitio deditum, curet totis viribus vt alia quæuis quam carcerum adhibeat remedia. Si exempli gratia, deditum videat libidini, & amore luxui indulgente perditum iri, bonaque immoderatis sumptibus exhaurire,

23 iungat illum matrimonio. Refert Valer. Max. *lib.* 7. c. 3. patrē *cum inconcessis, & periculosis facibus accensum filium ab insana cupiditate inhibere vellet, salubris consilij astutia patriam indulgentiam temperasse. Petijt enim, vt priusquam ad eam, quam diligebat accederet, vulgari, ac permissa Venere vteretur. Cuius precibus obsecutus Adolescens infalicem animi impetum satietate talis concubitus resolutum ad id, quod non licebat tardiorem, pigrioremque afferens paulatim deposuit.*

24 Aduertant parentes quæ mala sibi ipsis, ac filijs possint euenire adhibito medicamine carcerationis pro correctione. Mala valetudo filiorum, quæ sæpè contrahitur ex incommodis carceris; impensæ alimentorum, vt infra dicemus præstandorum,

25 odium filiorum, quod in se concitant; ex quo reuerentiam ipsis, obsequium, & obedientiam subtrahūt. Textus est ad hanc rem in *cap. cum Beatus Apostolus.* 45. *dist.* cuius verba sunt: *Non est dignum, vt passim vnusquisque honorabilia membra sua, hoc est subditos spectabiliores, prout voluerit, & vi placuerit, verberibus subijciat, & dolori, nedum incautè subdita percutiat membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud, quod quidam sapiens dixit: Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, asperitatis autem nimia increpatio, nec correctionem recipit, nec salutem.*

Inter cætera incommoda, quæ oriuntur ex carceratione filiorum ad correctionem præcipuum est,

26 Corruptela morum. Dum enim huiusmodi imberbes carceribus mancipātur, agni lupis obijciuntur. Carceratus namque filius ad correctionem, à quo ibi corrigi poterit? D. Bernard. *de consid. ad Eugen. cap.* 10. *circa fin. lib.* 7. rectissimè dixit; *Vbi omnes fordent, vnius fœtor minimè sentitur.* Quod si carceretur ob aliquod vitium, quod à natura habet, nō solum illud studio, atque artificio malitiæ cumulet, sed è carceribus exibit cum illo, & alijs pessimis quibus prius non erat imbutus, tum ob carceris otium, tum ob prauorum hominum (quibus abundant carceres) exempla. Facilè enim animus adolescentum malè affectus inficitur contagio perditissimorum hominum. Immo quando cœperunt Iuuenes malè agere, has adamāt (vt dixit ad alium propositum Cassius) eorum labra lactucas. Vnde vanissimum omninò est, & absurdum ex morbo ipso potius quā ex antidoto sanitatem quærere. Rerum magistra experientia me docuit, per tot annos inter carceratos versatum, omnes ferè carceratos ad correctionem peiores exijsse, quā intrauerunt. Profuisse vidi vni tantum; qui tunc benè nauigault, cum naufragium fecit. Ad instantiam patris, cui inobediens erat positus in secretis carceribus, incidit in virum probum ibidem detentum, qui ad bonam frugem illum rationibus efficacissimis reduxit. Et statim absque eo quod per aliquod spatium temporis cū carceratis *Ad largam* existentibus moram traheret, rectà ad faciendum exercitia spiritualia in Nouitiatu Patrum Societatis Iesu se contulit. Inde totus mutatus ab illo, qui ante fuerat, exiuit, & conuerso animo, quanto maioris immodestiæ exemplum ante præbuerat, tāto posteà illustrius modestiæ specimen exhibuit. Adeò ignominia anteactæ vitæ ipsius virtutem acuerat. Pudore excitatus omnibus viribus incubuit, vt dignus videretur, cui potius demandari aliorum correctio, quàm obijci propria deberet. Quod re ipsa ita contigit. Multorum namq. filiorum pater effectus, familiam pijssimè instituit. Hoc ideo euenisse credendum est, eo quod vegeta, & strenua ingenia, quo plus recessus sumunt, eo vehementiores impetus edant.

27 Succedit aliquādo carcerationi ad correctionem malum cæteris, quæ dixi, longè peius. Deteguntur enim huiusmodi carcerati multoties delictorū Rei, ob quæ summo cum ipsorum, & totius fami-

28 liæ dedecore puniuntur. Notum est multis nostra ætate filium ex nobilissima Vrbis familia ortum, Hunc mater, cum non posset in officio continere, iecit ad correctionem carceribus mancipari, Compertus grauis delicti reus capite plexus est: ita tamen diuina fauente clementia de anteacta vita doluit, vt salutis animæ suæ non exiguam spem reliquerit. Quod absque dubio præter opi-

29 nionem matris contingit, sic vt casuale filicidium nominari possit. *l. respiciendum.* §. *delinquunt. de pæn. Fol. conf.* 16. *num.* 6. *lib.* 1. *Farin. q.* 126. *per tot.* Huic non profuit dispositio textus *in l. milites.* §. *desertorem. de re milit.* Neque quod senserunt Tiraq. *de pæn. temp. caus.* 18. Crauet. *cons.* 309. *num.* 3. Menoch. *cas.* 347. *num.* 1. *de arbit.* Far. *q.* 98. *nu.* 164. *cum seq.* qui dicunt, filium à Patre præsentarū minius puniri. Mater enim filium ob illud delictum Curiæ non præsentauerat, sed ob alium excessum. Præterea Textus loquitur de patre, non de matre. Postremò (quicquid sit de iure) de facto fanè diffi-

cile

esse est talem clementiam obtinere. *Capol.caut.*1. *in fin.* Clar. *§.fin. q.*60. *num.*29 *in fin.Menoch.de arbitr.cas.*347 *in fin Farin.q.*98.*num* 164 *&* 172. vbi tamen circa fin. dicit quod malè faceret Iudex non minuens pœnam saltem Principe consulto.

30 Quam tamen clementiam obtinuit consulente eodem *Farin.* nobilissimus Vir in Vrbe, præsentatus à Patruo Cardinali ad euitandam pœnam ordinariam ob raptum mulieris ex domo alterius nobilis, vt *in cons.*33. *& per August.Lazar.in cons.subseq. num.*63. Fateor in illo casu alias concurrisse

31 causas pro minuenda pœna. In crimine quoque hæresis dicit *Farin. de hæres. q.*199 *§.*2. *num.*44. non minui pœnam, si pater reueler filium, & illum Inquisitoribus offerat ex *Simanc. catholic. instit. tit.*29.*rub. de fil. & minor. num.*50. vbi subiungit, quod contrarium tenet Io. à Royas ab eo cit. Hanc opinionem sequitur vti æquiorem Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis non solum patre naturali filium, sed etiam Generali, seu Prouinciali Religiosum suum præsentante.

32 Opus est sanè dignum Procuratoribus pauperũ, si secuta huiusmodi filiorum carceratione statim, antequam in carceribus peiores fiant, admoneant parentes plerumque imminentiũ ex carceratione malorum ignaros, certioresq. faciãt de periculo cõtrahendæ malæ valetudinis, improbitatis augendæ, societatis grauium delictorum detegẽdæ; suadeãtq. illorum excarcerationem, quam facile impetrabũt à parentibus, qui paternam non exuerint dilectionem.

33 Quando verò pater videt, tanquam ex vite rubũ, natum ex se filium tam inhumanum, & ita obdurato animo, vt nec sana consilia auditurus sit; adeoque perditis moribus, vt suis vitijs possit prænaturam patri mortem accelerare, aut certè post omnes paternas correctiones, & castigationes salutares frustrà adhibitas nullum emendationis signum præbeat, poterit pater per sæcularis potentiæ disciplinam à praua consuetudine coercere filium, qui per salutaria patris monita noluit reuerti; & ad subsidiarium carcerationis remedium confugere, salutem filij, quasi fortunæ arbitrio committere, quod aliquando profuisse vidimus in casu supra relato, & testatur etiam Iodoc. *in sua prax.crimin. cap.*153. *num.*34. quod acceptum dicit ferendum diuinæ clementiæ, vt inter malos quis bonus efficiatur, cum potius Dauide teste *Psalmo* 17. contrarium eueniat; *cum Sancto* (inquit) *Sanctus eris, & cum peruerso peruerteris*.

34 Quamuis autem possit pater propria auctoritate filium in carceres detrudere, in Vrbe tamen nunquam vidi fieri: fortè quia, quando auctoritate propria permissum est priuato aliquid facere, non tamen licitum est per vim contra resistentem. *Plot. de in lit.iur. num.*54. *circa fin.* *Clar. in §.testamentum.q.*68. *num.*2. *vers.sed quod si hæres. Menoch. recup.remed.*9.*nu.*224. Quare tutius erit, sicut in

35 Curia obseruatur, si pater procuret, vt filius à iudice coerceatur, & arbitrio ipsius patris, præcedente tela & ordine iudiciario castigetur. *l.*3. *C. de patr. potest. Ascan. Pascal. tit.de iur. patr.potest. par.*3. *lib.*4.*num.*2. *&* 3. *Balb. dec.*209. cum quo concor-

36 dat Statutũ Vrb. *cap.*78.*lib.*2. disponens, quod si filius in patrem, aut matrem citrà sanguinis effusionem deliquerit, patris, & matris arbitrio puniatur. Quod

37 tamen parentum arbitrium sequemur si, sint honestæ, & discretæ personæ. *l. si cum dotem. §.necnon. sol.mat. Ascan. Clemen. de patr. potest. cap.*6. *effec.*7.*num.*18. *&* 39. *Menoch. præsump.*14. *nu.*5. *lib.*5. *de præsump. Pascalis par.* 3. *cap.* 4. *num. n.*3.

38 Secus esset quando personam patris exueret pater, illam induere debet Iudex, vt ex iuribus allegatis. Ita fecisse refert Augustum Valer. Max. *cap.*7.*lib.*7.

39 *qui Tettium infantem à patre exhæredatum in bona paterna ire decreto suo iussit, patris patria animo vsus, quoniam Tettius in proprio iure procreato filio summa cum iniquitate paternum nomen abrogauerat.* Hinc factum est, vt carcerato, instante, patre ad correctionem Horatio Clerico, & ad eiusdem patris instãtiam in carceribus secretis recluso, fuerit 2. Iul. 1643. Sabel. per Visitatores patris animo vsos, in visitatione secretorum carcerũ decretum: *Poni ad Largam*. Funem rumpunt patres nimium tendendo, vt est in adagio, dum tam rigorosè procedunt, vt canis catena ferocior fiat. Non enim patria potestas in atrocitate, sed in pietate consistit. *l.Diuus Adrianus. ff.ad leg. Pomp.de paric.* Homines ferre non possunt patrem in filium sęuiẽtẽ. De Erixone Equite Romano narrat Senec. *lib.*1.*de Clem. cap.*15. fuisse in foro à Populo graphijs confossum, quia filium suum flagellis occide-

40 rat. Sciẽdũ autem patrem filio, vt supra, carcerato, teneri præstare alimenta non ad rationem Iulij vnius quolibet die, sicut tenetur creditor in subsidium pauperi debitori præbere; sed secundum sui status conditionem, videlicet, cibaria, vestitum, lectum, & expensas pro Camera, si sit eius conditionis, vt non possit cum pauperibus sine dedecore habitare. Certum enim est alimenta non solum

41 de iure naturæ deberi, sed etiam ciuili ratione. *l.vlt. & tot.tit. C.de alim.lib. vbi glos. & DD. l.fin. §. ipsum autem filium. C.de bon. quæ lib.* Gratian. qui alios quamplures allegat *discep.*120. *num.*11.

42 *& seq.* quæ iura naturalia nullo euentu tolli possunt. *l.eas obligationes. ff. de cap. dimin. §.sed naturalia.inst.de iur.nat.gen. & ciu.* Nam filius quã-

43 uis mandatorum patris contemptor, filius tamen est; nec correctio debet esse ad necem; sed ad vitã. *arg. l.si in metallum. ff.de his. qui pro non scrip.*

44 *hab.* vbi damnatus in metallum est incapax omnium legatorum, non tamen legati alimentorum.

45 Facit etiam *l.is cui.ff.de alim.leg.* Ita quoque à Visita obseruatum semper fuit. 1554. 8. Septembr. Sabel. *Marcellus. Detineatur in carceribus ad instantiam patris, & subministrentur sibi expensa arbitrio Reuerendiss. Maceratensis.* * 1558.25. Iun. Nonæ. *Scipio Pater Subministret ei expensas, & intimetur, quod alias relaxabitur.* Immò recusante patre subministrare expensas factum fuit decretum infrascriptum. * *Scipio. Attenta longa*

46 *carceratione banniatur ab Vrbe, eiusque districtu sub pæna triremium; relaxetur, & pater detineatur pro expensis.* Si enim pater ex iuribus allegatis tenetur subministrare alimenta filio carcerato pro delicto ad instantiam Fisci, quãto magis si carceretur ad ipsius patris instantiam?

47 Limita tamen, vt alimenta non debeantur filio carcerato ob causas, propter quas possit exhæredari. *l.si quis à liberis §. idem Iudex. Vbi glos. in*

vers.

vers. detulerat. ff. de lib. agnosc. quod præcipuè procedit; si filius fuerit ingratus, vt exprimitur in *§. alind quoque capitulum. Auth. vt eum. de appel.*

48 Amplia primo, vt dicta de filio in potestate procedant etiam in filio emancipato, vt contra *Bert. dec. 304. num. 3 vers. secus.* tenet Paschal. *cit. cap. 4. num. 12. par. 3. de patr potest.*

49 Amplia secundo, vt dicta de patre extendantur etiam ad matrem, iux. *l. vnic. C. de emend. propinq.*

50 Nam licet Princeps in genere monstrãdo sit partis paternæ prærogatiua, multum tamen est, quod debemus & matribus; non enim à nobis exilius fas est honorari, quod pondera istarum, quam quod semina illorum sumus.

51 Amplia tertio in cæteris propinquis. *d. l. vnic. C. de emend. propinq.* & quoad Auunculum, habemus decretum Visitæ infrascriptum. 1532 23. Mar. Sabel. *Franciscus. Quia promisit obedientiam, & reuerentiam Auunculo præsente, & consentiente, relaxetur.*

52 Declara tamen duas proximè dictas ampliationes, ita vt procedant in modica correctione; eo quod illi filios non habeant in potestate. *Pinel. in Rub. C. de bon. mat. par. 2. nu. 30. vers. sed hi Doct. Paschal. de pat. pot. par. 3 cap 4. num. 4.*

Atque hæc dicta sufficiant pro filij correctione. Ad Coniugum, ex quibus filij procreantur, correctionem stylum conuertamus.

CAPVT II.

De Carceratione Vxoris: Mariti: Mariti & Vxoris simul.

SVMMARIVM.

1 *Vxoris ad correctionem deuenire sæpè cogitur Maritus.*
2 *Vxorem ducere deliberanti quid respondit Socrates.*
3 *Vxorem ducere deliberanti quid respondit Bias.*
4 *Vxoria forma, quæ & stata dicitur, in quo consistit.*
5 *Fœminæ ferè incolumi pudicitia quæ stata formæ sunt.*
6 *Vxorem ducere vnumquemque voluerũt Camillus, & Posthumius Censores Romani contra mentem S. Pauli Apostoli.*
7 *Vxores vt placeant maritis abstinere debent à leuissimis culpis.*
8 *Vxorem repudiauit P. Sempronius, quod se inscio ludos spectauis.*
9 *Vxorem dimisit Sulpitius Gallus, quod capite operto foris versata sit.*
10 *Vxorem cur dimiserit Sulpitius causam eleganter expressit Sulpitius Gallus.*
11 *Mulierum dum foras egrediuntur luxus, & illecebra culpanda.*
12 *Vxorem dimisit Q. Antistius, quod in publico cum Libertina secretò loqueretur.*
13 *Mater familias sine comite antiquitus non prodibat.*
13 *Matrisfamilias comitem ab ea abducere non leuis iniuria ex Vlpiano.*
15 *Matrisfamilias Comitum Plautus meminit.*
16 *Matris familias Comes qualis esse debeat ex S. Hieronymo.*
17 *Vxores ne delinquerent, occasiones olim tollebant Romani.*
18 *Vxoribus dotes dari vetuit Lycurgus, cur.*
19 *Vxores corrigendi facultatem viris tribuit ius.*
20 *Vxoris corrigendæ modus opportunior est detrudi in Monasterium, instante viro.*
21 *Vxori in Monasterium detrusæ ad correctionem à viro subministranda sunt alimenta.*
22 *Vxori in Monasterium detrusæ ad correctionem præstanda alimenta à viro: etiamsi dotem integram non receperit.*
23 *Vxori extra carceres existenti, si integra dos non sit persoluta, an alimenta præstanda à viro, & quomodo, est controuersia.*
24 *Vxori in Monasterium detrusæ ad correctionem cur præstanda alimenta à viro, etiamsi dotem integram non receperit.*
25 *Vxores ad correctionem detrusæ olim in Monasterium Sanctæ Marthæ: de illius Monasterij instituto antiquo tempore Pauli III.*
26 *Vxores ad correctionem hodie detruduntur in Domum Piam.*
27 *Vxores in Domo Pia facilè includere non expedit, cur.*
28 *Vxoris vitium si tolli non possit, patienter ferendum ex Consilio Varronis.*
29 *Vxorem corrigendi potestatem Marito concedi à iure quomodo intelligendum.*
30 *Maritorum in vxores sæpè ingens sæuitia.*
31 *Mariti in vxorem immaniter sæuientis exemplũ.*
32 *Maritos malè tractantes vxores Visita astringit ad cauendum, vel promittendum de illas non offendendo.*
33 *Maritos malè tractantes vxores Visita astrinxit sub comminatione pœnæ capitis.*
34 *Maritos malè tractantes vxores Visita astrinxit non solum per cautionem, promissionem, comminationem pœnæ, sed etiam addendo aliquid pro pro interesse, & seruitio vxoris.*
35 *Maritorum pellices vna cum vxoribus domi retinentium improbitas seuerè castiganda.*
36 *Maritorum vxores offendentium, seu male tractantium castigatio à Visita adhibita, conformis iuri communi.*
37 *Mariti non sunt regulariter astringendi ad cautionem de non offendendo vxorem.*
38 *Maritus & vxor si ambo in culpa quid agendum.*
39 *Diuortium Romæ ab Vrbe condita nullum, nisi post 530. annos.*
40 *Diuortium primus fecit Romæ Caruilius dimittendo vxorem sterilitatis causa.*
41 *Diuortium Sp. Caruilij reprehensum, quod cupiditatem liberorum coniugalis fidei præposuerit.*
42 *Vxor vno contenta matrimonio corona pudicitiæ honorabatur apud Romanos.*
43 *Matronæ in ius vocatæ corpus attingere non permissum apud Romanos.*
44 *Maritum inter, & vxorem exorto iurgio in Sacello Deæ Viriplacæ conuenientes, inibant concordiam veteres Romani.*
45 *Maritorum, & vxorum de moribus cognoscebant*

bant Censores apud Romanos.

46 *Vxor inter ipsam, & maritum exorto iurgio ad amicos discedebat.*

47 *Vxoris à marito ad propinquos discessio iurgij causa à veteribus dicebatur Presbusculum, vel vt alij Frigusculum: cur.*

48 *Vxore sua culpa ad propinquos discedente maritus sextam, aut octauam dotis retinebat iudicio Censorum.*

49 *Vxori culpa mariti ad propinquos discedenti Censores adiudicabant partem rerum ob nuptias donatarum.*

50 *Vxore discedente à marito, si vtriusque Coniugis culpa discessio facta sit, nec maritus ex bonis vxoris, nec vxor ex bonis mariti, quidquam consequebatur iudicio Censorum.*

51 *Vxore, & marito simul existentibus causa dissidij, quid statuerit Visita, qua hodie succedit iudicio Censorum.*

52 *Vxorem inter, & maritum discordiarum causa imparitas.*

53 *Matrimonium vix vllum contrahitur, in quo Coniuges aliqua ex parte non sint decepti.*

54 *Vxorem inter, & maritum discordiarum causa deceptio in contrahendo matrimonium interueniens.*

55 *Vxorem inter, & maritum discordia vix morte terminantur.*

56 *Vxorem inter, & maritum concordiam in sepulcro inueniri, lepido epigrammate notatur.*

57 *Coniugij dolor, & voluptas Comites.*

58 *Vxorem inter, & maritum discordias extitisse apud Ethnicos non mirandum, apud Christianos existere obstupescendum.*

59 *Vxorem inter, & maritum rara in vrbe contentiones, maxime mirandum cur.*

60 *Vxorem inter, & maritum concordia singularis in vrbe vnde nascitur.*

1 EX personis, quas supra diximus correctioni subiectas, vxoris correctio succedat. Adeò raro est felicitas, qua Deus ditauit primum parentem, dando ei mulierem adiutorium, vt infelices mariti sæpè cogantur ad correctionem vxorum deuenire, & inde non exiguam molestiam sentire, vndè ipsis subleuamen deberet prouenire. Non defuerunt qui eas appellauerint, *Necessarium malum*, eo quod cum illis incommodè viuatur, sed absque illis Resp. consistere omnino non possit. Sunt quandoque rixosæ perinde, ac si lapidem calcassent à Cane morsum, vt est in adagio.

2 Lubricum sanè negotium est coniugium. Socrates doctrinæ Græcanicæ clarissimum columen, ab Adolescentulo quodam consultus, an vxorem duceret, vel potius à matrimonio se abstineret, respondit, vt ex Laertio *In eius vita* refert Val. Max. *lib. 7. cap. 2.* vtrum eorum fecisset acturum pœnitentiam. *Hic te inquit solitudo, hic orbitas, hic generis interitus, hic hæres alienus excipiet: illic perpetua sollicitudo, contextus querelarum, dotis exprobatio, affinium graue supercilium, garrula socrus lingua, subsessor alieni matrimonij, in-*
3 *certus liberorum euentus.* Biao vero idem petenti, vt refert Aul. Gell. *lib. 5. cap. 11.* respondit; *si duxeris pulcram habebis communem, si deformem habebis pœnam.* Huic tamen responso non acquieuit

1 Phauorinus Philosophus, qui dixit inter pulchritudinem, & deformitatem medium quandam formam esse, quæ nimiæ pulcritudinis periculo, & summo deformitatis odio vacat: qualis à Q. Ennio
4 in Menalippa, perquam eleganti vocabulo *stata* dicitur quia neque communis, neque pœna futura sit. Quam formam *Modicam, & Modestam*, Phauorinus perquenuste appellat *vxoriam.* Ennius
5 autem in ea, quam dixi, tragœdia eiusmodi ferè fœminas ait *Incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent.*

Diuersum responsum dedissent Camillus, & Posthumius Censores Populi Romani, si interrogati fuisset, An ducenda esset vxor? Hi enim (vt Valerius Max. *lib. 2. cap. 9.* refert) *Aera pœnæ nomine eos, qui ad senectutem cælibes peruenerant, in ærarium deferre iusserunt*: quos in hunc mo-
6 dum increpabant: *Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit: parentesque vos alendo nepotum nutriendorum debito, si quis est pudor, alligauerunt. Accedit his quod etiam fortunā longam præstandi huiusce muneris aduocationem estis assecuti, cum interim consumpti sint anni vestri; & mariti, & parentis nomine vacui. Ite igitur, & nodosam exsoluite stipem; vtilem posteritati numerosæ.* Ita Censores prædicti (homines animales) loquebantur. *Nam animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt.* Nos verò si interrogemus Paulum Apostolum, respondebit ijs verbis, quibus *prima ad Corinthios* vsus est, *si es solutus ab vxore, noli quærere vxorem*: illis verò qui non volent continere dicit, *Melius est nubere quam vri.* Porro optandum esset, vt verum redderetur ōmen fieri solitum à puella nubente, *Vtinam sic amet, vt Pieriam amauit Phrygius.* Is erat è Mileto; captus amore Pieriæ, quæ erat è Miunte, contra quam acre bellum Miletij agitabant. Cogitabat qua re posset puellę gratum se facere; cum illa dixisset, si efficeret vt sibi liberum esset Miletum cōmeare multis virginibus comitatam; Ex his verbis Phrygius intellexit ab illa peti pacem, & amicitiam Ciuibus suis. Bellum composuit. Hinc ortum habuit omen, & adagium, *Vt Phrygius amauit Pieriam.* Ita Manutius in Adagijs.

Sperandum esset hoc omen ex animo successurum, si vxores imitarentur antiquas matronas, quæ
7 ita religiosè obseruabant iura Coniugij, vt etiam à leuissimis culpis abstinerent. Neque difficile esset viris id consequi, si & ipsi debilibus quibuscumque Principijs, vt antiqui Romani, obstarent. De Pu-
8 blico Sempronio *Valerius Maxim. lib. 6. cap. 3.* scribit *coniugem repudij nota affecisse.* Nihil aliud pro causa adduxisse, nisi quod *se ignorante ausa fuerat ludos spectare.* Narrat Sulpitium Gallum,
9 vxorem dimisisse quod eam capite opertam foris versatam cognouit. Sententia seuera: sed non
10 absque ratione. *Lex enim, inquit, meos tantum præfinit oculos, quibus formam tuam approbes, his decoris Instrumenta compara, his esto speciosa; horum te certiori crede notitia. Vlterior tui conspectus superuacua irritatione accersitus in suspitione,*
11 *& crimine subhæreat necesse est.* Quid fecisset Sulpitius si (vt nostro æuo in plerisque orbis partibus

bus accidit, vidisset vxorem prodire in publicum, & vt alios in amorem sui incitet, naturalē pulcritudinem arte commendare cura præcipua decentibus fucis, ne dicam indecentibus faciem colorare, implicare auro crinem, suspēdere ex auribus patrimonia inclusas auro gemmas à collo in pectus demittere?

12 Tandem ne plura exempla, tamquam non necessaria, recenseam. Q. Antistius Verus, vt habetur apud eumdem Val. Max. repudiauit vxorem, quod illam *In publico cum quadā libertina vulgari* 13 *secreto loquentem viderat*. Hac de causa forte factum est, vt antiquitus sine comite materfamilias, aut matrona non prodiret in publicum; vnde non leuem iniuriam fieri ab ijs, qui comites illarum abducunt, testatur *Vlp. l. item apud labeonem §. siquis Virgines. & seq. & l. sed est quæstionis. ff. de iniur.* ad quem morē respexisse visus est Plaut. *In Amphi-* 15 *tryone*, vbi Alcumenam sic loquentem inducit *Act. 3. scen. 2.*

„ *Valeas: tibi habe res tuas, reddas meas*
„ *Iuben ire mihi comites? Iu. sana es? Al. si non iubes,*
„ *Ibo egomet, comitem pudicitiam duxero.*

16 De his comitibus D. Hieron. *Ad Latam* scribens ait: *Placeat tibi comes non compta, neque formosa, atque lasciua, quæ liquido gutture carmen dulce moduletur, sed grauis, pallens, sordidata, subtristis*. Et *Ad Demetriadem* scribens monet, vt graues fœminas, & maximè viduas, & virgines sibi comites eligat, *quarum probata sit conuersatio, sermo moderatus sancta verecundia; cum mores, & studia Dominarum plerumque ex Ancillarum, & Comitum moribus iudicentur*. Hac de causa *in Epistola Ad Iuriam* Nobilem Romanam, improbat Comitatum diuersum: *Noli*, inquit, *ad publicum procedere spadonum exercitu præeunte, nec procurator calamistratus, nec formosus collectaneus, nec candidulus, & rubicundus assecla adhæreat lateri tuo.* De comitibus satis: ad institutum nostrum reuertamur.

17 Ergo dum prisci illi Romani in cunabulis, vt ita dicam, seu rudimentis culpæ non ipsa culpa commoti minorem delicto vltionem infligebant, potius impediebant iniuriam, quam vindicabant: & dum fœminis sic occurrebant, mens earum à delictis aberat.

18 Vtinam nostra tempestate ita fieret! Sanè non mala veherentur sella mariti, vt habet adagium de parum feliciter nuptis. Neque esset opus adire quotidie Tribunalia pro vxoris correctione. Tanti mali causam explicat Iuuenalis *sat. 3. circa med. lib. 1.*

„ *Protinus ad censum: de moribus vltima fiet*
„ *Quæstio*. . . . .

Propterea vetuit Lycurgus dari dotes, vt iuuenis ad puellæ mores respiciens ex virtutis æstimatio- 19 ne eligeret vxorem. Sed quoniam Lycurgi lex non fuit vlli recepta, manet causa malorum, vt Senec. *Epist. 81.* dixit. Equum empturus solui iubes stratum, detrahis vestimenta venalibus, *ne qua vitia lateant hominem immolatum æstimas: mulierem, ac si eam non essent in vxorem ducturi, quasi per transennam eam, antequam ducant, inspiciunt.*

Qua propter recurrendum est ad remedium iuris cōmunis, quod tribuit facultatem viris vxores suas corrigendi. *glos. in cap. sicut alterius. 7. q. 1. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 5. q. 37. num. 8. Boccius, Tract. crim. lib. 7. cap. 10. num. 6. Far. q. 27. nu. 26. Guaz. dis. 5. cap. 6. num. 12.*

Merito tribuitur viris hæc facultas, qui vxorum mores norunt, vndè celebratur illud Paul. Æmilij Apophthegma relatū à Manutio: *Adagio: Ad pedē*, qui ostendens nouum calceum dixit; Vos videtis bellum, ac nouum esse calceum; verum qua parte pedem torqueat meum, ego demum sentio. Significabat Papyriam vxorem non esse suis accommodatam moribus.

20 Prouisio opportunior, stantibus supradictis erit, si mulier in Monasterium detrudatur instante viro: à quo erunt de iure subministranda alimenta. Natt. *cons. 41. num. 14.* Ita quoque sentit S. Visita 1558. 5. Aprilis. Sabel. *Maria. D. Rodulphus locumtenens prouideat de Monasterio S. Marthæ, & faciat prouideri eidem Monasterio pro expēsis à marito eiusdem: & relaxetur.*

22 Quod dicitur de alimentis præstandis à Viro, procedit etiamsi vir integram dotem non recepisset, & mulier aliundè non haberet. Licet opinio 23 controuersa sit muliere extrà carceres existente. Negatiuam tenuerunt Bal. Castren. *& alij in l. insulam §. vsuras ff. solut. matrim.* deneganda videlicet esse in totum alimenta, integra dote non soluta. Affirmatiuam verò scilicet deberi pro rata solutæ dotis *Sur. de alim. tit. 7. q. 17. num. 5.* qui idem firmat *in 3. declar. à num. 31. & 36. ad num. 41. vers. in prædictis.* Quando vir retinet in obsequio *per tex. in l. in rebus. §. possunt. ff. commod.* Ratio huius rei 24 est, quia mulier existens in libertate potest sibi labore manuum suarum, vel alio modo licito victum pro deficiente quantitate quærere, quod facere non potest, si intra muros clausa ad correctionem instāte viro detineatur.

25 Declara primo, vt quod in decreto Visitæ suprascripto dicitur de Monasterio S. Marthæ processerit de tempore antiquo. Fuit enim sub fæl. rec. Paulo Tertio fundatum potius pro domo in qua conseruarentur mulieres tam coniugatæ, quam solutæ, vitæ culpabilis, ibique retinerentur etiam sub clausura, donec vel moniales fierent, vel matrimonium inirent, si innuptæ essent; si verò nuptæ proprijs viris restituerentur; vt habetur *adnot. ante constit. 12. Salubrem Monasterium Greg. XIV. in Bullar. fol.* 538. Postea prædicta Domus mutata fuit in Monasterium Monialium Virginum, in quo floret hodie disciplina monastica. In eo nuper decessit Excellentissima D. Prudentia monialis Sanctissimi Do- 26 mini N. Innocentij Papæ X. germana. Hoc opus translatum fuit à Mulieribus vitæ culpatæ, de quibus supra diximus, in alium locum à Pio IV. erectū, Domus pia vocatur, vt habetur in Cōst. Greg. XIII. *in Bullar. fol.* 422. In hanc domum detruduntur mulieres, quæ maritis parum obsequentes, & in malos plerumque mores prolapsæ sunt.

27 Declara secundo, vt non sit expediens viris, vt facilè vxores in dicta domo includi faciant, ne extra mariti domum positæ coniugalem affectum omninò deponant; sed satius esse patienter ferre, si blandè domi corrigi non possint, iuxta consilium Varonis, qui apud A. Gell. *lib. 1. cap. 17. in Sat. Menip-* 28 *pæa*, quam de mariti officio scripsit, *vitium*, inquit, *vxoris aut tollendum, aut ferendum: qui tollit vi-*

tium

tium vxorem commodiorem præstat, qui fert, se se meliorem facit.

29 Declara tertio, vt quod diximus de concessa marito facultate corrigendi vxorem, procedat, si probabilis sit in marito causa correctionis; sin autem potius maritus in culpa fuerit; tunc vxori S. Visita opportunè consulit, vt apparebit ex infra dicendis.

30 Proximum iam est, vt subiungamus, quod agendum sit, quando vxor bene morigerata, & honesta ita malè à viro tractatur, vt cum illo difficillimum ipsi sit cohabitare, vti non raro euenit. Aliquando enim viri tam facile, & sine causa sæuiunt in vxores, vt necesse sit remedium iuris adhibere, ne pereant. Testes sunt tot decisiones super Virorum sæuitia factæ in Sacro Rotæ auditorio, ad quod ex diuersis orbis partibus huiusmodi causæ deferuntur. Resonant quotidie Tribunalia causis separationis thori, ac diuortiorum hac de re intentatis. Adeo in procliui est, vt viri obliuiscantur sibi vxores in adiutorium datas, non in seruas, nec vt eas perdant.

Præmittam sæuitiam cuiusdam mariti, qua sanè maior excogitari non potest, vt vix fides dictis adhi-

31 beatur. Dum expediendis Reorum causis adessem Procurator, quidam molitor in vxorem adeò desæuijt, vt verear plurimum ne res tam inopinata non inueniat authoritatē, vel certè posteritas ægre creditura sit. Equidem narrare non auderem, nisi posset Actis publicis comprobari. Erat molitor, Zelotypię æstu non turbidus tantum, sed penè amēs. Post conuitia, & tormenta, assutum à se iri honestæ fœminæ genitale secretum minitabatur: Vxor hac voce consternata, vt dolore consuleret pudori; Flagitium viri pertimuit; Acu filo traiecta officinam vitæ ita proli, humorique per se ipsa obstruxit, vt certo se morti destinauerit. Hunc misera cruciatum vsque eo perferebat, vt mortis iam proxima videretur; Succubuit tandem dolori, dissuitque ne interiret, quod, ne periret, consuerat. Huc infælices fæminæ adiguntur, ne duriora patiantur à maritis, quàm paterentur à feris. Quod enim monstrum ita in fœminam sæuijt, vt in se se grassari cogeret. Molitrix, cum hac ratione parum sibi consultum intelligeret, conijceretque fore, vt maritus quod minatus erat, exequeretur; ad Tribunal Vicarij Summi Pontificis confugit, opemque dolori suo, & decori à D. Flauio Pauonio tunc Locumtenente implorat. Carceribus mancipatur maritus. Re cognita etiam per inspectionem mulieris, fuit cum præcepto de benetractando in posterum vxorem, & cum cautione de illam non offendendo dimissus.

Propterea Sacra Visita quotiescumque casus euenit sæuitiæ viri, vel alterius cuiuscumque discordiæ, auctoritatem suam interponit diuersis modis vxoribus consulendo, vti ex recensendis decretis, & declarationibus ex ijs eliciendis constabit. Non desunt & alia quæ ad hanc rem afferri possent, sed ne illa commemorem verecundia prohibet.

32 Declara itaque primo, vt consueuerit Visita Maritos malè tractantes vxores astringere ad cauendum, vel saltem promittendum de illas non offendendo. 1528. 4. Aprilis. Sab. *Cosmus. Caueat de non offendendo vxorem, & relaxetur.* * 1529. 14. Decembris. Nonæ. *Ioannes alias Tribulo. Attento quod iurauit cum ambabus manibus de non offendendo suam vxorem, Domini mandarunt relaxari.* 1533. 20. Nouembris. Sabel. *N. Gregbetto. Data cautione de non offendendo citra correctionem maritalem, relaxetur.* 1558. 6. Aprilis. Nonæ. *Paulus. Facta obligatione per ipsum de non offendendo vxorem, nec eundo ad tabernas sub pœna scutorum 50. & trium ictuum funis, prout se obligauit &c. relaxetur.* * 1562. 4. Iun. Nonæ. *Alexander de Lucignano. Attenta fide data per D. Marcum Antonium Burghesium Aduocatum Pauperum de non offendendo vxorem, & Alexander de Lucignano attento iusto dolore, & qualitate casus relaxetur gratis, & caueatur similiter exaduerso.* * 1638. 24. Martij. Nonæ. *Gabriel. Iniuncto præcepto de non sæuiendo in vxorem, prout fuit iniunctum, in plena Visita sub pœna trium ictuū funis, relaxetur.* * 1638. 29. Aprilis. Nonæ. *Leander. Stante verbo dato in plena Visita de non offendendo vxorem, & renouatione exilij ab Vrbe, & & districtu sub pœna triremium per septennium, prout fuit renouatum in Visita, relaxetur.*

33 Declara secundo vt etiam sub comminatione pœnæ capitis fuerint astricti mariti cognita eorum ferocitate. 1531. 7. Septembris. Nonæ. *Bellinus Bononiensis, pro percussionibus, & vulneribus illatis in vxorem. Data fideiussione, quam habet de non offendendo vxorem cum decreto, quod non contrauenerit sub pœna furcarum, relaxetur; prout se obligauit.*

34 Declara tertio vt aliquando vltra obligationem ad tractandum more maritali vxorem, additum fuerit aliquod aliud pro interesse & seruitio ipsius vxoris. 1565. 8. Feb. Sab. *Iacobus. Facta obligatione per ipsum de conseruando dotem, & retinendo eius vxorem, prout decet, sub pœna triremium, seu perpetui banni ab Vrbe, prout promisit &c. relaxetur gratis.* * 1559. 18. Martij. Sabel. *Franciscus. Facta obligatione per ipsum de non practicando cum alia muliere præter vxorem sub pœna scutorum centum; de illam non offendendo sub eadem pœna, prout se obligauit &c. relaxetur gratis.* Optandum esset hanc prouisionem sæpius capi à Visita, cum mariti interdum sint adeo impudētes, vt in propria domo concubinam retineant: quod etiam apud Terentium, *In Adelphis,* improbatur.

,, *Meretrix, & mater familias erit in vna domo.*
Et pulchrè Senec. *in Agamen. Ac. 2. scen. 2.*
,, ... *Vltimum est nupta malum,*
,, *Palam mariti possidens pellex domum:*
,, *Nec regna socium ferre, nec teda sciunt.*

36 Non sunt dissentientes huiusmodi prouisiones à iure communi; à quo conceditur thori separatio; si alter coniugum alteri fidem non seruet. Rot. *in Leodien. diuortij. coram Duran. in App.* §. 5. *dec.* 5.

37 Illud hoc loco addere oportet non esse grauandum regulariter virum ad cautionem de non offendendo, sed de bene tractando, vel non sæuiendo vltra maritalem correctionem. Quando vero coniugis sunt viles personæ, vel ob aliquam particularem causam, per Visitam obligantur ad dictam cautionem de non offendendo. Atque hoc pariter concordat cum iure cōmuni. Abb. *in cap. causam. col. 1. de off. deleg.* Angel. *in* §. *summa. vers. satis tamen. instit. de interd.* Ad hanc materiam vide Bald. *in l. 1. vers. tertio dubitatur. C. de legat.* Nota quod

vxor

vxor marito non est restituenda si non potest cum eo tutò morari. Multa ad hãc rem, vide apud Abb. *in cap. litteras. vlt. notab. de restit. spoliat.* An autem liceat marito verberare vxorem, & in vinculis eam tenere; vide Ias. *in l. miles. §. fin. ad fin. ff. de re iud.*

Hactenus dictum est de correctione vxoris seorsim, & de correctione mariti seorsim, idest, quoties alter tantum coniugum deliquerit. Nunc videa-38 mus, quid dicendum, quando vir, & vxor inter se dissident, ita vt vterque egeat correctione. Oportet, quoniam vocis, vt aiunt, viuæ nimia penuria est, hoc ex mutis magistris cognoscere. Magistri 39 sint cæteris, qui hodie sunt, antiqui illi Romani, qui ita iura coniugij custodiebant, vt repudium inter vxorem, & virum ab V.C. vt legitur apud *Valerium Maximum lib. 2. cap. 1.* vsque ad trigesimum, & quingentesimum annum nullum intercesserit. 40 Primus fuit Caruilius, qui vxorem sterilitatis causa dimisit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non ca-41 ruit. Non enim cupiditatem liberorum, coniugali fidei præponi debere arbitrabantur. Immò 42 tanti faciebant vxorem vno contentam matrimonio. vt illam *Corona pudicitia* donarent. Existimabant enim *eum*, vt Valerij verbis vtar, *præcipuè matronæ sincera fide incorruptum esse animum, qui deposita virginitatis cubile pudicum egredi nesciret; multorum matrimoniorum experientiam quasi illegitima cuiusdam intemperantia signum* 43 *esse credentes.* Hinc matronale decus; quod vt verecundiæ munimento tutius esset, in ius vocanti matronam, vt refert *Aul. Gellius. lib. 10 cap. 23.* corpus eius attingere non permiserunt, vt inuiolata manus alienæ tactu stola relinqueretur.

44 Si quando vero inter virum, & vxorem iurgium intercedebat, in Sacellum Deæ Viriplacæ veniebant, & ibi inuicem locuti, quæ voluerunt, contentione animorum deposita, concordes reuertebantur.

45 Successit his iudicium Censorum, qui, vt scribit Asconius Pedianus, regendis moribus Ciuitatis quinto quoque anno creabantur. Hi etiam de maritorum, & vxorum moribus cognoscebant, vt latè deducit Reuuard. *De Iur. ambig. lib. 4. cap. 13.* vbi probat olim moris fuisse, vt quoties grauius aliquod iurgium inter virum, & vxorem inciderat, 46 à viro discederet ad amicos vxor; ex *Papip. l. quod si. ff. de iur. dot. Et si liberis. de pact. dot. Et ex Paul. l. ea qua. de don. inter virum & vxorem.* quæ 47 vxoris discessio appellata est à Iure Consultis, *Fribusculum*, aut fortè rectius, vt emendauit ex veteribus libris Holoander, *Friguscul um*; quod vxoris discessu frigeat maritalis affectio; frigeat rei familiaris cura; frigeant denique mariti, & vxoris officia, donec reconciliata vxor redeat. Hucque referendum est, quod de Fribusculo, & reconciliatione habetur. *l. cum hic. §. si diuortium vers. quod si diuortium. de don. inter vir. & vxor. & l. plerique. de rit. nup.*

48 Si moribus vxoris factum esse pronunciarent Censores, vxorem ad amicos diuertisse, maritus sextam, aut octauam dotis partem, tamquam dissidij pœnam retinebat. *l. non vt à Patre. de capt. & postlim. reuer. l. fin. C. de repud.* vbi circa finem Iustinianus dicit iudicium de moribus velle esse sublatum: ibique glos. ait se quoduam sit istud iudicium ignorare. Esse autem iudicium Censorum apparet ex prædictis; & demonstrat idem Reuuard. 49 *cit. loco.* Sin verò è contra discessio mariti moribus contigisset, nihil obstare videtur, quo minus pari ratione, rerum propter nuptias donatarum, certam aliquam partem vxor reciperet secundum 50 sententiam eiusdem Reuuardi. Quoties autem viro, & vxore mores inuicem accusantibus vtrumque dedisse causam repudij pronunciarent Censores, nec ex mariti bonis vxor, nec ex bonis vxoris maritus quidquam consequebatur. *l. viro. ff sol.* 51 *matr.* Loco iudicij Censorum successit nostris tēporibus Sacra Visita in tribus casibus, quos diximus, remedijs tamen disparibus; & tunc solum, quando alter coniugum, vel vterque est carceratus. De primis duobus casibus apparet ex iam dictis: De tertio quando vterque dissidio causam dedit, constabit ex decretis, quæ subijciam. 1528. 6. Aug. Sabel. *Marzoceus Tabernarius. Data cautione de non offendendo vxorem, & de tractando eam maritali affectu, relaxetur, & è conuerso vxor caueat.* * 1530 6. Septembris. Nonę *Iustus. Data cautione de non offendendo vxorem vltra maritalem correctionem, & versa vice per vxorem de honestè viuendo, relaxetur.* * 1544. 19. Iun. Sabel. *Menichina. Data cautione per virum de non offendendo ipsam citra maritalem correctionem, & de conseruanda dote iuxta formam statutorum; & facta obligatione per ipsam de redeundo ad virum sub pœna fustigationis, & amissionis dotis, relaxetur, prout dicta Menichina promisit &c.* * 1551. 11. Iun. Nonæ. *Ioannes de Villa noua. Facta obligatione per ipsum de non offendendo vxorem sub pœna triremium, & iuxta qualitatem offensa etiam sub pœna furcarum, relaxetur, prout se obligauit, & similiter Iulia eius vxor se obligauit honestè viuere sub pœna fustigationis, relaxetur gratis.* * 1550. 21. Maij. Sabel. *Lucida, & Magdalena constituta in Monasterio Campi Martij. Data cautione per dictam Lucidam scutorum 200. de non discedendo ab Vrbe, & se repræsentando toties, quoties, & de non offendendo, nec offendi faciendo Baptistam eius maritum, liberentur à Monasterio, & Iudex pariter prouideat, quod dictus Baptista Cozzonus reciprocè caueat de non offendendo dictam Lucidam, & eius matrem.* * 1650. 9. Iun. Nouæ. *Pandulphus. Iniuncto præcepto de non sæuiendo in vxorem sub pœna trium ictuum funis, prout fuit iniunctum in plena Visita, relaxetur gratis.* Statutum quoque Vrbis *lib. 1. cap. 139.* in casu quo maritus receptutus est vxorem à se eiectam ex domo requirit, vt caueat de eam maritali affectu pertractando, & non, vltra quam decet, offendendo.

52 Mihi frequentes has contentiones, & raram cōiugum concordiam reputanti, causamq. tot discordiarum cogitanti, nihil occurrit probabilius, quã vt coniugium ex ijsdem principijs coaluisse credã, quibus vniuersum hoc constare censuit Empedocles, *Amicitia*, scilicet & *Lite*; siue vt Platoni *in Timæo:* ex *Eodem, & Diuerso.* nempè quod Horat. ait Ode. 33. *lib. 1.*

,, *Sic visum Veneri, cui placet impares*

E ,, Formas

,, *Formas atque animos sub iuga aënea*
,, *Saeuo mittere cum ioco.*

53 Nam, quod Antonius Gueuara ex nescio quo *Polyhistore* refert *in libell.de inuent.art. nauig. in prine.* nulla in re magis incerta est fortuna, & minus promissa seruat, quam in matrimonijs; cum vix vllum inueniri possit, vt diximus, in quo non reperiatur vterque coniugum aliqua in re deceptus. 54 Hinc querelæ, & iurgia subnascuntur, & iam crebra coniugum dissidia, vt eiusdem Poetæ versibus dici possint

,, *Felices ter, & amplius,*
,, *Quos irrupta tenet copula, nec malis*
,, *Diuulsus quærimonijs*
,, *Suprema citius soluet amor die.*

55 Sanè de Ægyptijs refertur plurimos, qui nuptias ineunt, vitā omnem inter rixas, litesque continuas exigere, esseque moribus inter se adeo discrepantes, vt sperari possit duos Echinos inter se prius amicitiam inituros, quam eos posse concordia coalescere. Hinc D. Hieronymus dum indicare volebat omne coniugium esse rixosum, prouerbio iactatum citat, *Qui non litigat, calebs est.* Quid plura? dissidia coniugum vix morte terminantur; ita vt lepidū illud Epitaphium, quod idem D. Hieronymus lib. 1. *contra Iouinian.* refert, plurimorum sepulcris inscribi possit; HOSPES: MIRACVLVM; HIC VIR, ET VXOR NON LITIGANT.

57 Ita fit, vt cum plærique voluptatem ex coniugio quærant, illud doloribus respersum experiantur. Quare elegātissimus ille Socratis *in Phadone* apologus nullam in rem aptius quadrare videtur, quā in vitam coniugalem; vbi Deus res contrarias *Voluptatem*, & *Dolorem* ita vertice coniunxit, vt comites indiuidui vnus alterum ferè semper subsequatur, ita vt quæcunque remedia adhibeantur, nihil aliud sequatur inter coniuges, nisi vel Discordia concors, vel Concordia discors.

58 Atque hæc quidem tantopere à Poetis decantata, comploratаque à Philosophis dissidia coniugum Ethnicorum non miror; me angit aureo Sacramēti nexo sociatos in Ecclesia Catholica coniuges, ijsdem fere nunc conflictari rixis, quibus olim dictorum Ethnicorum matrimonia ad diuortium vsq; fatiscebant. Proh dedecus mortalium! Quæuis aura suspitionis firmatas in Christo mentes abiungit, quas semper indiuulsas oporteret esse. Ergone quos Deus coniunxit, eos in diuersa abire coget nunquam in vnum redituros vocula susurrātis, vel etiam vmbra, eaque vana suspicantis? Nunquā sanè Christus in nuptijs Canæ miracolorum suorū primitias dedicasset, nisi ratam esse inuiolatamque fidem coniugum voluisset.

59 Cæterum cum tam crebra coniugum vbique locorum sint contentiones, etiam in illis Ciuitatibus, vbi sine vllo exterorum cōmercio matrimonia inter eiusdem originis, generisque Ciues contrahuntur; magno Dei benefitio concessum existimo, quod in Vrbe tam frequenti, & communi omnium nationum patria, coniuges ita concordes, atque vnanimes plerumque videamus, quamuis genere, lingua, moribusque diuersos, vt paucæ dissentiones, ac raræ, si spectemus quæ alibi geruntur, occurrant diuortia; id quod nulla ex re euidentius, certiusq; colligitur, quam ex paucitate decretorum S. Visitæ ad hanc materiam pertinentium; idque inter plebeios, vt plurimum, homines, apud quos exigua, vel potius nulla ratio honestatis existit. Atque 60 hanc coniugum concordiam religionis obseruantiæ, quæ in Vrbe sanctitatis, & pietatis magistra floret, tribuendam censeo, in qua tantum publicæ honestatis studium viget inter coniuges, licet alioquin impares; vt sicut B. Paulus dixit *Virum infidelem sanctificari per mulierem fidelem, & mulierem infidelem per virum fidelem:* ita nunc quoque mutua pietatis, & amoris consensio arctiori pacis, & concordiæ vinculo eos astringat. Rarò enim fit, vt vterque malus sit; ac bonus malum, vel reddit bonum, vel fert malum.

CAPVT III.

De carceratione Religiosi, vbi de Monasterio, quod dicebatur (Carcer) ex S. Ioanne Climaco.

SVMMARIVM.

1 *Religiosis deficientibus à perfectione sui status applicari possunt versus Ennij.*
2 *Religiosum subditum corrigere Abbati, vel Superiori concessum etiam carcerando, vel carcerari faciendo.*
3 *Religiosorum correctionem Visita aliquando Superioribus iniunxit.*
4 *Religiosorum Iudices competentes tam in criminalibus, quam in ciuilibus sunt Abbates, Priores &c.*
5 *Religiosorum Iudices competentes Abbates, & Priores in ijs tantum, quæ ad obseruantiam Regulæ pertinent.*
6 *Religiosorum non habentium priuilegia particularia Iudices, sunt Ordinarij in ijs, quæ non pertinent ad obseruantiam Regulæ.*
7 *Religiosi non possunt appellare à correctione, seu pœna, si fit secundum Regulam, vel Statuta Ordinis.*
8 *Religiosi appellare possunt à correctione si habeat excessum.*
9 *Religiosus appellans à correctione ob excessum tenetur exprimere causam grauaminis, & cur teneatur.*
10 *Religiosum ad Superiorem pro correctione remitti valdè expedit.*
11 *Religiosorum causa interdum remittuntur ad Protectorem.*
12 *Religiosorum quorumdam causa hodie non remittuntur ad Protectorem.*
13 *Religiosorum quorumdam causis hodie non se immiscent Protectores, nisi requisiti à Superioribus.*
14 *Religiosorum non solum causa, sed etiam persona, quando remittuntur ad Superiores.*
15 *Religiosi fugitiui qui dicuntur.*
16 *Religiosi fugitiui singulis annis requirendi à Superioribus vt reuertantur.*
17 *Religiosi fugitiui puniuntur vt Apostata præsumpti.*

18 Re-

18 *Religiosi recedentes à Monasterio animò non reuertendi dicuntur Apostatæ à Religione.*
19 *Religiosorum Apostatarum insalutitas describitur à S. Bernardo.*
20 *Religiosis iniuncta præcepta, & pœna comminata à Visita.*
21 *Religiosos ad triremes damnari an expediat olim varia sententia.*
22 *Religiosis pœna imposita à Visita.*
23 *Detrusio in Monasterium, & pœna carceris propria Regularium.*
24 *Detrusio in Monasterium ob grauia delicta quandoque perpetua.*
25 *Detrusionis in Monasterium pœna affectus Ludouicus Imp. à Greg. IV.*
26 *Detrusioni in Monasterium successit pro Regularibus inclusio in Ergastulis propè Vrbem ex Cōstit. Vrbani VIII.*
27 *Religiosis iniuncta interdum pœna à Visita donec satisfecerint parti.*
28 *Religiosi, & Clerici continentur sub illa regula, Qui non habet in ære, luat in corpore.*
29 *Religioso carcerato alimenta a Superioribus subministranda tam ex decretis Visitæ, quam de Iure.*
30 *Religioso carcerato alimenta præstat Camera Apostolica, si fecit spolium.*
31 *Religioso carcerato alimenta eadem mensura præstanda, qua cæteris in Claustro degentibus.*
32 *Religiosi pœnitentias salutares à Superioribus iniunctas æquo animo ferre, immo expetere debent, exemplo Monachorum, qui includebātur in Monasterio, quod appellabatur, Carcer, ex Ioanne Climaco.*
33 *Monasterium quod dictum est* Carcer, *quale, & quanta austeritatis: quoad victum, vestitum &c.*
34 *Monasterio,* Carcer, *appellato detinebantur Pœnitentes arbitrio Præsidis.*
35 *Monachi detenti in carcere ad euitandum otium quibus operibus incumbebant.*
36 *Monasterio, quod dictum est,* Carcer, *inclusi, quibus mortificationibus se affigebant.*
37 *Monasterio, quod dictum est,* Carcer, *inclusi quibus inuocationibus vtebantur.*
38 *Monasterio, quod dictum est,* Carcer, *inclusi quæ corporis habitum contraxerunt ex assiduis actibus pœnitentiæ.*
39 *Monasterio, quod dicitur* Carcer, *inclusi qua ratione facile, & libenter tot pœnitentias perpessi sunt.*
40 *Monasterio, quod dicitur* Carcer, *inclusi quomodo se gerebant morte imminente.*

1 Religiosi, quorum corda non solum humano puluere, sed & pedes terreno luto sordescunt, cogunt nos profanis miscere sacra; & de illorum quoque correctione verba facere. Ipsis sanè qui colla suauissimo Religionis iugo subdiderunt, & posteà defecerunt, exprobari iure ac merito potest id, quod refert Cicero de Catone; *Cum, inquit, Senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho, fœdusque faciendum, non dubitauit illa dicere, quæ versibus prosecutus est Ennius:*
,, *Quo sese mentes rectæ quæ stare solebant*
,, *Antehac; dementes sese flectere ruina?*

2 Vt autem ad pristinum statum reduci possint Religiosi, quando aberrauerint, & vt tenuitas edendi potandique parca mensura, vilitas etiam indumentorum, & humum spectantia supercilia, eos apud sæculares, commendent, Abbati, seù alij Superiori Religiosorū concessum est, vt Monachum, siue subditum Religiosum corrigere possit, & carcerare, vel carcerari facere. *Bort. dec. 304. num. 3 Decian. lib. 7. c. 10. num. 9. Farin q. 27. num. 28. Guaz. def. 5. cap. 7. num. 5.* vbi alios allegat; quotiescumque eo peruenerunt, vt renuant adhibere remedia quæ D. Leo. *Serm. 1. de Epiph.* insinuat dum ait: *Nihil arduum est humilibus, nihil asperum mitibus, & facilè omnia præcepta veniunt ad effectum, quando, & gratia prætendit auxilium, & obedientia mollit imperium:* Et quæ D. Bernardus *serm. 3. de circum. Domini* inculcat: *Si tibi, inquit, in obedientia via aliqua fortassis dura & aspera occurrere possunt, vt accipias interdum præcepta, quæ licet salubria sint, minus tamen videtur, necesse est, vt elucescat dies patientiæ, per quem omnia dura, & aspera tacitæ amplectaris conscientiæ.*

3 Habemus in hac materia multa decreta Visitæ diuersis temporibus facta. Subijcimus primò nonnulla, quæ magis faciunt ad nostrum institutū, cum certis declarationibus, vt appareat Iurisdictio ipsorum Superiorum in subditos: Secundo percepta iniuncta, & pœnæ impositæ in Visita: Tertio loco prouisiones pro Religiosorum carceratorum alimentis, & expensis. 1568. 10. Iunij. Capit. *Frater Franciscus. Ipso remanente in Carceribus, Domini remiserunt causam ad Generalem suum.* 1568. 10. Iunij. Capit. *Frater Franciscus. Facto verbo cum Commissario, seù Generali Ordinis, & facta obligatione per eum de seruando sententiam D. Montis Alcinij, prout promisit, relaxetur gratis.*

4 Declara primo vt remissio causæ fiat ad Generalem: quia Abbates, Priores, siuè Ministri Generales quarumcumque Religionum nonnunquam sunt competentes Iudices tam in criminalibus, quam in ciuilibus. *cap. cum ad Monasterium. §. Prior autem: Et cap. ea quæ de stat. Monac. Clar. in §. fin. q. 35. num. 15. Spator. de mod. corrig. Regul. tract. 1. de Iud. compet. cap. 1. nu. 2. & cap. 2. & 3. Marcell. Megal. in prax. crim. carc. cap. 8. n. 3.*
5 *in princ. & vers. Et à fortiori. post medium.* Quod tamen sic intelligendum est, vt restringatur eorum Iurisdictio ad ea, quæ ad obseruationem regulæ tendunt. Nam in alijs, quæ de iure communi pro-
6 hibita sunt, & iudicialem telam requirunt, Monachi, qui non habent priuilegia particularia videntur ordinarijs subiecti per *c. Abbates. 18. q. 2.* facit Roman. *consf. 375. Monald. consf. 1. num. 1. & seq. lib. 1. Maceratens. Resol. 18. nu. 6. lib. 1.* Rot. *dec. 15. nu. 12. & 13. & decis. 17. nu. 1. par. 1. rec.*

7 Declara secundo vt à correctione, seù pœna, quæ imponitur, non possit appellari. *cap. ad nostram.* Et ibi *Franc. nu. 3. & Card. Alexand. in princ. n. 20. vers. vlt. nota. Et Dec. num. 1. de appell.* Et quod à correctione, seù disciplina Ecclesiastica non appellatur; quodque Religiosus non possit à pœna appellare seù ūdum Regulam suam, seù secundum statuta sui Ordinis, cum ea statuta sint eis leges Sanctæ, vt

 scribit

scribit *Franc. in cap. reprehensibilis 26. not. 3. nu. 9. de appell.* nisi correctio haberet excessum, vt notat *Specul. de appell. §. in quibus autem casibus. nu. 14. Franc. in cap. de priore 31. num. 2. vers. quando modus. Card. Alexand. in cap. ad nostram. nu. 3. & Dec. n. 1. & seq. de appell. Marant. in specul. par. 6. art. 2. princ. vers. Et quandoque appellatur. lim 27. n. 333.* De excessu Prælati habes multa congesta apud Pauiu. *in tract. de Visit. par. 1. q. 10. per tot. fol. 189.*

9 *& seq.* Porro quando interponitur appellatio ab excessu, necessarium est in appellatione exprimere causam grauaminis, siue ad correctionem procedatur in iudicio, siuè extra iudicium, sinè ante, siuè post sententiam. Franc. *in d. cap. ad nostram n. 4. de app.* Ratio est, quia, quando ius restitit appellationi, nisi in certo casu, tunc appellans debent exprimere illum casum, vt sic appareat appellatum in casu concesso. *Franc. in loc. cit. num. 3. in fin.* & huiusmodi appellatio interponitur ab Abbate ad Capitulum. *Franc. in cap. reprehensibilis. nu. 13. & Dec. nu. 3. de app.*

10 Declara tertio vt valdè conueniens sit huiusmodi remissio ad proprium Superiorem, quotiescumque fieri potest: idque prudenter obseruat S. Visita, ne videantur Religiosi in carceribus in dedecus proprium, & Religionis; sintque scandalo sæcularibus.

11 Declara quarto vt remissio Causarum quandoque fiat ad Protectorem. 1571. 27. Septembris. Cap. *Frater Don Iulianus. Ad D. Cardinalem Vrsinum Protectorem, qui faciat verbum cū San-*

12 *ctissimo, & de mandato expediat.* Nostris tamen temporibus factum est, vt in deputatione facta à Sanctissimo D. N. Innocentio X. non sit opus huiusmodi remissione ad Protectorem: cum protectio per Sanctitatem Suam singulari prudentia, & in euidentissimum Religiosæ obseruantiæ beneficium fuerit ita moderata, vt teneatur Protector ipsis Superioribus regimen, & gubernium subditorum

13 liberum penitus relinquere: decernatque Sanctitas Sua, ne in negotijs Religiosorum se immisceat, nisi ab ipsis Superioribus requisitus fuerit, vt in litteris Apostolicis in *forma breuis* expeditis pro Protectione Eminentissimi Card. Odescalchi. *In append. § 1. cap 33*

14 Declara quinto vt non solum Superioribus fiat remissio causarum, sed etiam ipsorummet Religiosorum, quando sunt fugitiui, vt in decreto infrascripto. 1597. 20. Mar. Sabel. *Frater Flauius. Consignetur suis Superioribus, data fide de non offendendo Sorores, & quatenus non recipiant ipsum, relaxetur infra octo dies.*

15 Religiosi qui dimisso habitu extra claustra Monasterij absque Superioris licentia degunt, vt vagari ad libitum possint, prout erat dictus Frater Flauius, *Fugitiui* dicuntur. *Bonac. de claus. & pæn. q. 2. punc. 11. §. propos. 2. nu. 5. Berdon. cons. Reg. 41.*

16 *num. 13. & per tot.* Huiusmodi fugitiui singulis annis à suis Superioribus sollicitè, vt ad Religionem reuertantur, requirendi sunt, *ex cap. fin. de regul. Thes. in prax. Eccles. par. 2. vers. Religiosi. cap. 5.*

17 *num. 2. & cap. 14. per tot.* Puniuntur vt Apostatæ præsumpti *ex Conc. Trident. sess. 25. cap. 4. Thes. cit. par. 2. vers. Religiosi fugitiui. num. 1. cap. 5. Bonac. de claus. & pæn. q. 2. punc. 12. §. 3. per tot. Ioan. Bapt. Ciarl. Controu. for. cap. 50. per tot.* Hos fugitiuos, si carcerari contingat, S. Visita mandat suis Superioribus consignari, vt in supradicto decreto. Habes etiam nuper in hac materia Regularium fugitiuorum Constitutionem fel. rec. Vrbani VIII. *Romanum Pontificem. 25. in Bullar. fol. 40.* idem quod supra diximus, clarius etiam disponentem.

18 Religiosi verò, qui à Monasterio recedunt animo non reuertendi dicuntur Apostatæ à Religione. Menoch. *de arb. cas. 546. numer. 28. Bonac. de claus. q. 2. punc. 11. §. 1. prop. 1. nu. 1. Thesau. Eccles. vers. Apostasia. cap. 2. Franc. Berdon. cons. regul. 41. numer. 1. 13. & per tot.*

19 Huiusmodi Apostatis S. Bernard. *serm. 63. in Cant* egregiè more suo demonstrat à qua sublimitate ad quod profundum lapsi sint. *Præsumitur ille saltus de excesso in abyssum, de pauimento in sterquilinium; de solio in cloacam; de cælo in cœnum; de claustro in sæculum; de Paradiso in Infernum.* O quanta sit horum Apostatarum infælicitas! Hæc de iurisdictione Superiorum in Monachos, & Religiosos.

20 Ad præcepta iniuncta, & pœnas impositas à Visita, quod secundo loco proposuimus, deueniamus. Quoad præcepta, & pœnas comminatas, contenti erimus tribus Visitæ decretis. 1619. 21. Feb. Nonæ. *Frater Ignatius Venetus. Iniuncto eidem præcepto de parendo mandatis D. Vicegerentis super reassumptione habitus sub pœna triremium per quinquennium, prout fuit iniunctum, relaxetur gratis.* 1624. 9. Maij. Nonæ. *Frater Angelus. Iniuncto præcepto de non discedendo ab Vrbe sub pœna priuationis habitus, & triremium per quinquennium, & facta obligatione per ipsum de habendo Vrbem pro carcere, & de se repræsentando sub pœna scutorum 200. prout se obligauit &c. & fuit iniunctum præceptum in plena Visita relaxetur.* * 1628. 13. Iul. Sabell. *Frater Benedictus. Consignetur Superiori suo cum præcepto de non discedendo ex carcere, & de habendo pro tuto carcere Monasterium sub pœna triremium per septennium, & cum cautione de non discedendo, ac habendo Monasterium vt supra sub pœna centum scutorum.*

21 Pœna hæc triremium in Clericis, & Religiosis displicet *Diaz. cap. 135. circa med. vers. venit insuper. Clar. d. §. fin. q 70. num. 5.* Baiard. tamen *numer. 20.* illam approbat vti vsu, & consuetudine receptam, addens *ad Diaz d. cap. 143. Farinac. q. 19. num. 14. vers. vbi ampliat. Guaz. defens. 39. cap. 1. num. 5. vers sed hic in Curia Et num. 15. vers. & quicquid sit. Ciarl. cit. controu. cap. 15. post num. 64. vers. Et propterea. 65. & 66. Cartar. decis. crim. can. 66. num. 124. Megal. in prax. crim. can. cap. 8. nu. 7. vers. Ex quibus infert.*

22 Quo verò ad pœnas impositas in Visita Religiosis attinet; habetur inter cætera decretum infrascriptum. 1552 11. Aprilis. Sabell. *Antonius. DD. condemnauerunt ipsum ad carceres in Monasterio sui primis ordinis per annum; & quod caueat de accedendo ad d. Monasterium satisfacta prius par-*

23 *te.* Rectè fecerunt Domini Visitatores. Nam pœna detrusionis in Monasterium, siue pœna carceris sunt propriæ Regularium. Spat. *de mod. corrig. regul. par. 3. tract. 10. cap. 15. num. 8 per tot.* In grauibus delictis est quandoque perpetua. *cap. sua. de pæn.*

pan.& cap.nouimus.§ pro illo.de verb.signif. Diaz. in prax. crim cap 140. *Clar.§.fin.q.70.num.4.& 6. vbi Adden.Menoch.de arb.lib.1.q.89.nu.* 10. *&* 11. *Farin q.19.num.31.Guaz. d. def.39. cap.1.num.5.*

25 Quam pœnam detrusionis in Monasterium celebrem fecit Greg. IV. dum illam imposuit Ludouico Imp vt ibi defleret adulterium cum quadam Iuditha perpatratum.

26 Nos à Regibus terrenis ad seruos Dei, cui seruire regnare est, transitum faciamus. Nostro sæculo loco carceris, sed Monasterij pro Religiosis ex Cõstit. fel. record. Vrbani Papæ VIII. reclusio in ergastulis non longè ab Vrbe exædificatis successit, teste *Cart.dec.crim.can.66.nu.36.vers.ex Constit. tamen. & nu.*125. Quandoque etiam succedit talis reclusio loco pœnæ triremium, dummodo vtroquè casu à Religione subministrentur alimenta, vel ab alijs.

27 Declara sexto, vt quandoque Religiosi fuerint à Visita aliqua pœna puniti, donec satisfecissent parti, vt in Decreto: 1552. 18. Iunij Nonæ. *Frater Bernardinus. Facta obligatione per ipsum sub pœna triremium de seruando carcere in suo Conuentu, donec soluerit parti, de non discedendo sine licentia*

28 *D. Vicarij liberetur, prout se obligauit.* Ex quo notari potest quod regula de qua *in l. fin. §. redditus.in fin C de sepul.viol.* Qui non habet in ære, luat in corpore, habeat locum etiam contra Clericum, & Regularem. Boer. *dec.*347.*num.*11.*vers.sed quoad Clericos*. Menoch. *de arb.cas.*447.*num.* 7. *Cabal. resol.77.nu.*19 Far. *q* 29.*nu.*13.

29 A pœnis ad prouisiones captas in Visita circa alimenta, vt supra proposuimus, veniamus. Expensæ & alimenta Religioso carcerato subministranda sunt non solum de iure. *Castr.cons.76.nu.* 1. *lib.* 1. Bero. *cons.26.nu.*14.*lib.*1. Surd.*de alim.lib.*1.*tit.*1. *q.*3 33. 75. *&* 109. *per tot* Sed etiam vigore decretorum Visitæ. 1629. 1. Febru. Nonæ. *Don Michael Angelus. Soluantur expensæ processus, & litis à Superioribus eius Religionis, & pro executione ad suum Iudicem etiam auctoritate Visita.* 1630. 8. Augusti. Capit. *Don Michael Angelus. Cogatur Superior suæ Religionis ad habitum, seù indumenta præstari solita præstandum, iuxtà decreta ipsius Religionis. & scuta duo quolibet mense pro salario Procuratoris, & pro executione ad Auditorem Cameræ etiam authoritate Visita.*

30 Limita vt non procedat in casu, quo Camera fecisset spolium; vel tractaretur de causa spoliorum. Tunc enim spectat ad Cameram Apostolicam præstatio alimentorum. 1549. 7. Mart. Nonæ. *Frater Paulus: D. Commissarius soluat expensas victus, & alia necessaria arbitrio suo de Spolijs Cameræ, & admittantur in eius computis.*

31 Declara septimo vt alimenta non sint præstanda ad rationem vnius Iulij quolibet die, prout regulariter præstantur à creditoribus pauperum qui ad ipsorum instantiam carcerati sunt: Sed eadem mensura, qua præstantur cæteris Religiosis in Claustro degentibus. Nam Monacho pendente lite debentur alimenta, & sumptus litis. *cap. ex Parte de accus.* siue ipse accuset: Afflict. *decis.* 10. *nu* 2. Surd. *de Alim.tit.*1 *q.*121.*per totum*. siue accusetur. pecul *Tit de inquisit §.fin.num 5 vers. Item pone. Abbas.*Surd. *d.Tit.*1.*q.*128.*num.*6. *&* 7. *vers.Ego quandocumque. & per tot.* vbi arguit de Monacho ad filium. Alias Religioso ordinis Conuentualium fuerunt decreta alimenta in hunc modum. 1621. 20. Nouembris. Nonæ. *Fr. Bonauentura augeantur alimenta ad rationem Iulij vnius cum dimidio quolibet die.*

32 Vt autẽ Religiosi salutares à Superioribus iniunctas pœnitentias non solum æquo animo pro commissis defectibus perferant, verum etiam expetant, magnum operæ pretium erit, ea quæ referuntur à Ioanne Climaco *in Scala Paradisi: grad. 4. circa med. & grad.*5. adducere. Et si paulo longior fuerit narratio; tamen ob rerum præstantiam, & vtilitatem non erit fastidio. Hac enim de causa recensemus eam, vt dum per aures corporis, interiorem nostrum pulset auditum, & nos ad magnæ rei intelligentiam vocet, & quantum in nobis est, facultatem prouocet ad æmulationem.

Vnus aliquis è fratribus (inquit Climacus) *olim à Præside eiectus erat è cænobio, quod alterum apud ipsum vt nugacem, & loquacem criminatus esset. Expulsus autem, in vestibulo portæ, totos septem dies substitit, assiduè aditum rursus ad cænobium, & delicti veniam precatus: Quod vbi amans salutis animarum Præses cognouit, simulque intellexit illum per sex dies illos, nihil omnino gustasse; curauit illi significari, si omnino ad contubernium fratrum admitti vellet, ad pœnitentium classem transiret. Quam conditionem cum is, quem facti ex animo pœnitebat, obuijs manibus amplexatus esset, iussit eum Abbas ad locum separatum deduci, vbi morabantur ij, qui peccata sua plangebant, quod & factum est.*

Et quia in illius domicilij separati à Cœnobio mentionem incidimus, breuissime de illo tractemus. Res admiratione plena, & digna scitu.

33 Locus *erat ab ipso Monasterio vno dumtaxat lapide, seù milliari seiunctus, Carcer dictus, illætabilis prorsus, & omnibus corporis gaudijs destitutus. Nullus ibi vnquam Culinæ fumus cernebatur, non vinum, non oleum in cibum adhibebatur; non aliud quicquam è foco præter panem, & minuta olusculæ in mensam inferebatur. In hoc eos qui post Religiosam professionem in peccatum prolapsi erant; ita concludebat, vt pedem efferre nunquam possint. Nec plures simul iungebat, sed singulos seorsim; aut vt plurimum binos. Nullus ibi lectus quieti positus, nulla munditiès, nullum aduersus frigora vestis munimentum: rupta, & lacera om-*

34 *nia; & inquinata sordibusque verminum scatentia. Manebant ibi dicti Monachi quo ad Præses de singulis edoceretur.*

35 *Præfecerat autem eisdem virum quemdam eximium, cui Isaacus nomen, qui ab sibi commissis precum assiduarum pensum exigebat; & propè nunquam à votis cessare permittebat. Suppeditabat illis magnam palmarum copiam, e quibus ad euitandum otium calathos texebant. Hæc illis viuendi ratio, hic status, hæc disciplina erat eorum qui vere quærebant faciem Dei Iacob. Admirari Sanctorum Athletarum labores præclarum est, sed æmulari salutem conciliat. Fælix ille qui quotidie Dei causa conuitijs exagitatus, & contemptus violenter se ipsum per patientiam vincit. Beatus qui se ipsum omni contemptu dignum, nulliusque rei sit,*

& visus homuncionem iudicat. Nam ille cum Martyribus repudiabit, & inter Angelos liber, vt Angelus, incedet. Qualis denique non erat ipsius loci aspectus? Habitatio tota Domus obscura, & tenebricosa, tota alens, & fatens; tota turbida, & squallida; Carcer enim, & damnatorum ergastulum non immerito appellata est; adeò vt solius loci contemplatio spectatorem ad pœnitentiam & luctum incitaret.

36 Concordant cum asperitate loci exercitia Monachorum pœnitentium: quæ S. Ioan. Climac. sit. grad. 5. scala Paradisi refert vt infra: Cum intellexissem ego imbecillis homo esse quandam raram, & inusitatam viuendi rationem quorumdam, qui in priuato quodam loco, quem carcerem dicunt, degunt; subiecto tamen illi alteri Cœnobio, de quo supra dixi; & adhuc ibi morarer: rogaui sanctum Præsidem vti mihi liceret sedem illam coram inspicere. Cessit precibus meis ille inclytus Cœnobij antistes, quod nollet me vlla ratione offensum. Cum ergo ad locum illum pœnitentium; immò verò ad regionem lugentium, carcerem, inquam, peruenissem: vidi reuera (si fas dicere) quæ vti solet, hominis ignari oculus non vidit, & inertis aures non audierunt, quæque in cor pigri non ascenderunt. Facta, inquam, & verba quæ Deo quodammodo possint vim inferre: studia, & habitus, quæ clementiam ipsius statim inflectant. Vidi quosdam ex innocentibus illis reis totas noctes ad vsque mane sub dio immotis pedibus stantes; & miserabiliter cum somno, & natura luctantes, vique huius pœna fractos; dum nullam sibi penitus quietem indulgerent: immò seipsos adhuc grauiter obiurgarent, & conuicijs insuper, & contumelijs excitarent: Alios cælum intuentes, & illinc opem cum lacrymabili voce gemituque implorantes: Alij item qui in precibus perseuerabãt, manus post terga, scaleratorum ritu: reuincti; vultus alto mœrore confusos humi defigebant, vt qui se indignos iudicarent, qui cælum respicerent, nihil ausi loqui, nec vllam vocem mittere, nec precari Deum præ cogitationum turba, & conscientiæ trepidatione & ignominia, appellare non habentes, quid, & quomodo dicerent; vndeque precum exordia ducerent, sed solam animam ratione confusam, mentemque, Deo pleni, tenebris & subtili quasi desperatione affectis, repræsentãtes. Sedebant alij humi in pauimento super cinerem, & faciem genibusque vultum tegebant; frontibus humum ferientes. Alij assiduè pectus tundebant, animæ suæ statum, vitamque præteritam quam cum virtute traduxerunt reuocantes: Ex his ergo alij pauimentum lacrymis inundabant; alij lacrymarũ fonte destituti seipsos diuerberabant; alij tanquam in funere animas suas lamentabantur, nec magnitudinem doloris pectore poterant continere; Alij intus leonum instar rugiebant, & spiritu fremebant, sed interdum strepitum lamentorum reprimebant: quamuis vim doloris nonnunquam non potuerint sustinere; sed repentè in asperos clamores eruperint. Spectaui ego ibi quosdam eo corporis habitu, ac si sibi abs seipsis excessissent, & altiore mœrore defixi ad stuporem animi, & æternum silentium redacti essent; tenebris animi altissimis confusos, & ad omnia vitæ officia veluti stupentes, & extensos; cæterum animos ad humilitatis gradum extremum demissos, vt igne mæstitiæ lacrymas eliquantes.

37 Spectaui alios, qui capitibus in terram promissis meditabundi sedebant; ceruicesque assiduè motabant; & ex imo pectora, & intimis visceribus ritu leonum rugiebant, & ingemiscebant. Ex quibus alij veniam omnium delictorum spei pleni petebant, & obsecrabant; alij se indignos venia ex altissima humilitate iudicabant, nec posse pro delictis suis Deo respondere vociferabantur. Nonnulli vt hic pœnas darent, & ibi gratiam misericordiamque consequerentur, rogabant. Alij simul omnes conscientiæ grauitate depressi, & supplices æterna deprecabantur, & indignos tamen se cælo syncere proclamabant, & dummodo hoc, inquiunt, fiat, sufficit nobis.

Vidi illic animas humiles contritas, & oneris pondere depressas, quæ saxa ipsa verbis, & vociferationibus precibusque ad Deum fusis ad sensum commiserationis possent flectere. Nutantibus quippe pronisque in terram capitibus dictitabant: Ita sanè non ignoramus, sed probè nouimus nos deinceps omni pœna, & supplicio dignissimos. Et meritò sanè. Non possumus enim præ numero & multitudine peccatorum nostrorum satisfacere, etiam si totus mundus conuocatus nobiscum plangeret. Illud vnum rogamus, illud deprecamur, illud deinceps vnum obtestamur: Ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua, sed in misericordia corripias nos. Nec aliud apud illos audire erat quam huiusmodi voces: væ, væ miseris nobis. Iterumque, væ miseris nobis. Merito, Merito. Parce, parce Domine. Alij clamitabant: Miserere, miserere. Rursus alij miserabilius: Ignosce Domine, ignosce si vllus veniæ locus. Videre erat in illis linguas ardentes, & pro ritu canum ex ore promissas. Alij in grauis solis æstu se cruciabant. Alij frigore se torquebant. Alij cum modicum quid aquæ libassent, desierunt, tantum vt ne siti enecarentur. Alij cum panem gustassent dumtaxat, illum prorsus abs se reijciebãt se indignos dictitantes qui cibum humanum sumerent, qui bestiarum opera exercuissent. Ecce quæ erant exercitia Monachorum in carcere reclusorum. Consona erant etiam colloquia & preces, vt ex sequentibus manifestum fiet.

Cura inter illos rerum humanarum nulla; multo minus iudicandi quemcumque alium libido. Sed hæc apud illos perpetuo ingeminabant: Hæc ad Dominum; illi vociferabantur. Alij quippe pectus grauiter tundentes, perinde ac si ad Cæli starent limina, ad Dominum clamitabant: Aperi nobis, Iudex, aperi nobis; quando nobis ipsi peccatis nostris fores cæli occlusimus: aperi nobis. Alij dictitabant: Ostende nobis solum faciem tuam, & salui erimus. Alius; Illuminare miseris, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent. Alius citò anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine quoniam perijmus; quia desperauimus; quia defecimus valdè. Alij dicebant an Dominus iterum apparebit super nos? Alij verò, num transiuit anima nostra aquam debiti intolerabilem? Alius; num consolabitur iterum Dominus super nos? Putasne audiemus Dominum dicentem nobis vinculis insolubilibus astrictis: Exite; & qui in carcere pœnitentiæ sedetis, laxamini à delictis. An penetrauit clamor noster ad aures eius? Omnes porrò sessitabant præ oculis semper mor-

mortem desigentes, & quid, inquiebant, nobiscum fiet? Sententia in nos proferetur? Quis finis vitæ nostræ? Eritne reditus ab exilio in cælestem patriam? Eritne spes veniæ tenebris cõfusis, abiectis, reis. Potuitne deprecatio nostra ad conspectum Domini peruenire? An merito reiecta est, abiecta, & cum ignominia repudiata? Vtrum admissa potuit aliquantulum iudicem placare? Quantum profecit? quantum profuit? quid effecit? Quando ex impuro ore, & corpore effusa est, non magnam profectò vim habuerit. An Iudicem penitus nobis reconciliauit? An parum, & aliquantulum dumtaxat? An dimidia pars vulnerum tantum curata. Nam ingentia profectò multo sudore, & ingenti labore egent. Num Angeli Custodes ad nos tandem redierunt? An adhuc procul à nobis absunt? Nam quamdiu illi dedignantur ad nos accedere, omnis conatus, & labor noster inanis, & inutilis est nobis. Nec enim spes est libertatis, nec vim confidentiæ habent preces nostræ, nec castum alarum remigium, quibus euolare possint ad Dominũ, nisi Angeli nostri nobis iterum familiares, has à nobis oblatas Domino repræsentent.

Alij sæpenumero subdubitantes inter se quærebant: Proficimus, aliquid Fratres? Potiemurne voto nostro? Admisitne preces nostras iterum? Iterumne aperit nobis? Ad quæ alij quis, inquiunt, nouit, vt olim Fratres nostri Niniuitæ dicebant, An conuertatur Dominus, & ab immani illa pœna nos liberet? Vtut sit, nos nostrum faciamus officium: & si quidem aperuerit nobis, bene est: Sin aliud visum illi, nihilominus benedictus Dominus Deus, qui merito nos exclusit. Enimuerò perseueremus, pulsando vsque ad finem vitæ nostræ. Fortasse propter importunitatem, & impudentiam nostram aperiet nobis. Ergo se ipsos excitando dicebant: Curramus, Fratres, curramus: opus est enim cursu, & contentissimo cursu, quando societatem nostram sanctam deseruimus. Curramus, neque impuro, & ærumnoso corpori nostro parcamus; sed mactemus carnem nostram, quemadmodum illa

38 mactauit animas nostras. Quod & faciebant beati illi ad illum carcerem damnati. Erat videre in illis genua, quæ ex assiduæ geniculationum consuetudine callum obduxerant; oculos exesos (& depiles) altosque in sinus capitis recedentes; genas habebant saucias, & ardore feruentium lacrymarum adustas; vultus pallentes, & emaciatas facies; nihil à mortuis, si conferres, differentes: Pectora plagarum ictibus liuentia, & crebris pugnorum ictibus cruenta; sanguis ex pectore reiecta sputa. Nihil ad horum patientiam obsessorum à Dæmonibus vexatio; nihil mortuorum luctus; nihil in exilio degentium; nihil supplicium parricidarum; nihil reuera illorum pœnæ, & inflicta tormenta ad voluntariam horum castigationem & carnificinam. Rogo, Fratres, nolite putare me vobis fabulas narrare. Rogabant illi sæpe eximium suum moderatorem, & Iudicem, Pastorem, inquam, & Angelum inter homines versantem; petebant vti collum numellis, & ferreis manicis brachia constringerentur; pedes cippo, & robore reorum ritu includerentur; nec prius inde expedirentur, donec sepulcro inferrentur; Immò nec sepulcro se dignabãtur, vt inferius dicemus; postquam explanauerimus, qua ratione facile tot ferè incredibilia operarentur.

39 Quæ alijs grauia (subiũgit Climacus grad. 5. scalæ Paradis.) & intollerabilia videntur; hæc ijs qui virtutis, & cælestium gratiarum iacturam fecerũt, pauca, faciliaque sunt, & promptè suscipiuntur. Anima quippe quæ à priori Dei familiaritate, & fiducia repulsa est, & spe beatæ tranquillitatis recuperandæ excidit, signumque castitatis violauit, & thesauro diuinarum gratiarum spoliata est, cælestique consolatione priuata pactum Domini rescidit, & ignem præstantem lacrymarum spiritalium extinxit, dum horum omnium memoria præcellit, & ingenti dolore lancinata conuulneratur, non solum commemoratos suprà labores promptissimè suscipit, sed seipsam religiosis exercitationibus piè mactare conatur: si tamen vllæ sint in illa reliquiæ, & scintillæ diuini amoris, ac timoris Domini. Tales erãt re ipsa Beati isti; Etenim animo versantes, & altissimum virtutis gradum, ex quo dilapsi, apud se reputantes identidem dicebant: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, quas ostendisti in veritate tua animæ nostræ? Memor esto opprobrij, & laboris seruorum tuorum.

Alius, quis me ponet secundum menses dierum priorum, quibus custodiebat me Deus, quando splendebat lucerna luminis eius super caput cordis mei? Atque sic priora sanctioris vitæ in memoriam reuocabant, & ritu innocentium paruulorum plorabundi dicebant: Vbi precum nostrarum munditia? Vbi per hãc cum Deo familiaritas, & fiducia? Vbi dulces pro amaris lacrymæ? Vbi spes perfectissimæ Castitatis, & puræ conscientiæ? Vbi expectatio beatæ tranquillitatis? Vbi fides erga Pastorem? Vbi vis, & efficacia precum eius in nobis? Euanuere; periere hæc omnia, & tamquam numquam visa, & quasi nunquam omnino fuissent, defecerunt, deleta sunt, & extincta.

Atque hæc proloquentes, plorantesque optabant alij à malo dæmone occupari & torqueri: alij Dominum precabantur vt morbo comitiali, seu epilepsia corriperentur: alij obcæcari, & fœdum, miserãdumque naturæ monstrum fieri cupiebant: alij neruorum stupore percuti, & paralysi dissolui, dummodo ne futura inferorum supplicia experiri cogerentur.

Ego verò, Amici, nescio quo pacto lubens, volens in illo luctus ergastulo detentus, mei penitus sum oblitus, & attonitus quasi à potestate mentis præ stupore totus excessi: præsertim verò visis, & auditis ijs, qui in morte eorundem Monachorum pœnitentium contingunt. Qui hodie carcerantur, si cõtingat (quod raro accidit) illos intrà carceres vitam finire; conqueruntur; perindè ac si mortem potuissent euitare, si extra carceres fuissent. Audiant Monachos pœnitentes quo modo se in eiusmodi euentu exercebant. Verba Climaci grad. 5. scal. Parad. subiungimus: De tempore quo aliqui

40 per mortem ad Dominum erant profecturi, ad inexorabilis Iudicij tribunal sistendi, ex inclytis illis, in loco illo pœnitentiæ degentibus Ciuibus, quando se in valetudinario depositos videbant præsidem illũ eximium per iusiurandum rogabant, ne se communi hominum sepultura dignaretur, sed more pecudum, vel in flumen abijceret, vel feris in agro deuorandos

vorandos exponeret, vel in campum aliquem projiceret, vt ossa eorum insepulta ter am sepelirent. Horum Antistes (prudentia lumen) precibus illorũ obsecutus sæpenumero fecit: iussitque omnium exequiarum, & precum funebrium honore priuatos foras projici. Sed enim extrema vitæ hora cuipiam imminente, tum verò quale & quam tremendum miserandumque spectaculum videres. Nam quando socij pænitentiæ aliquem præcedere se ad mortem sensere, sibi adhuc præsentem, & sentientem omnes in orbem circumstabant, ibique æstuantes, & luctu mærentes, ardentesque desiderio, mirabili oris habitu, tristique sermone capita agentes, iam deficientem summa miseratione prosecuti rogitabant. Quid est frater, & Commilito noster? Quomodo habes? Quid dicis? Quid tibi spei superest? Quid sentis? Assecutusne es, quod tanto labore quæsisti? An nondum etiam? Ingressus es portum salutis, an adhuc fluctuas animo? Attigisti metam, an aberrasti? Concepistine certam veniæ spem, an adhuc in ancipiti salus tua pendet? Donatusne es libertate, an adhuc tumultuantur, & torquent te cogitationes tuæ? Illustrata ne mens tua est cælesti numine, an adhuc confusa tenebris, & ignorantia hæret in nocte? Accepistine vocem aliquam tibi in corde respondentem: Ecce sanus factus es; Aut remittuntur peccata tua; Aut fides tua te saluum fecit; Aut fortasse illam terribilem adhuc sententiã audis: Conuertantur peccatores in infernum; *Et,* Ligate manus, & pedes eius; *Et tollatur impius, ne videat gloriam* Domini? *Quid respondes omnino frater? Dic nobis, obsecramus te, vt & nos sciamus quæ nos sors expectet. Tuum quippe vitæ tempus iam effluxit, quod in omnem æternitatem non redibit. Ad hæc alij morientium dixere:* Benedictus Dominus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me; *Alij vero iterum:* Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. *Alij autem admodum dolentes respondebant:* Forsitan pertransiuit anima nostra aeriarum potestatum intolerabilem aquam, *incerti adhuc salutis, & anxie cogitantes, quod in illo tremendo iudicij Tribunali futurum esset. Alij verò multo hoc tristius responderunt: Væ inquiebant, animæ, quæ voti sui professionem non inuiolatam custodiuit, hac in hora, & sola expectatur quid illi sit paratum.*

Hæc ego cum apud illos spectassem, & audissem, parum abfuit, quin meam negligentiam cum illorũ patientia, & afflictione comparando desperarem. Beatiores prædicaui eos qui lapsi sunt, & suas culpas ita defleuerunt ijs, qui non peccarunt, & seipsos non deplorant. Per lapsum enim ad vitam nulli amplius periculo subiectam resurrexerunt. Ita est dixit Præses; Vidi ego animas impuras insano quodam amore erga corpora affectas, & furentes, quæ tamen per pænitentiæ occasionem, & considerationem, amoris impuri experimentum, eundem affectũ, & amorem in Dominum totum trãstulerunt, adeoque in Diuinum commutarunt, & omni seruili timore superato totos se in Diuinum amorem demerserunt. Itaque Dominus sobriæ illi peccatrici non dicit, quoniam timuit; sed, Quoniam dixit multum. *Potuit ergo nullo negotio amorem amore pellere.*

Non ignoro ego Viri eximij (concludit idem Sãctus Ioannes) *hæc alijs supra fidem visum iri, alijs etiam desperationem allatura, quæ narrauimus certamina. Atqui generosus, & heroicus animus stimulum indè ad virtutem arripiet, igneoque iaculo* Diuini *amoris saucius, succensusque caritate, & ardens mirum in modum proficiet.* Video te, Lector, admirari, & obstupescere audita horum Monachorum in se ipsos incredibili ferè crudelitate. Quid si illos audisses, & vidisses? Etsi nihil adijci possit dictis à Ioanne Climaco de his Monachis; eorum tamen magna pars abest, quod legantur potius, quam ab ore ipsorum audiantur, & oculis cernantur, vt dixit Aeschines de scriptis Demosthenis, magnam in illis Demosthenis partẽ abesse. Plinius etiam in quadam Epistola *ad Nepotem* sic ait: *Præterea magis (vt vulgo dicitur) viua vox afficit. Nam licet acriora sint, quæ legas, altius tamen in animo sedent, quæ pronunciatio, vultus, habitus, gestus etiam dicentis adigit.* Habet enim, vt D. Hieron. *in præfatione generali* docet, *Nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures ore transfusa fortius sonat.* Ecce quam opportunè, dum vrceum formare statuimus, amphoram exhibemus perfectam, & plenam, vt ex ea Religiosi corrigendi salutarem confusionis, pænitentiæ, patientiæ, & solatij bibant liquorem, sequantur tot commilitones; *Quos neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent.*

Absoluto sermone, quem de prouisionibus fieri solitis in Visita circa personas carceratorum instituimus, consequens est, vt de priuilegijs, quæ carceratis competunt, dispiciamus.

---

§. V.

CARCERATORVM Priuilegia.

Caput I.

De Carceratorum priuilegijs in genere; Et De decem in specie.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quid?*
2 *Priuilegijs subleuandi carcerati.*
3 *Carceratorum duo genera: quidam pro ciuili debito, quidam pro crimine detinentur.*
4 *Carcerati ad pænam qui?*
5 *Carceratus quis dicendus?*
6 *Carceratus retardans expeditionem causæ per interpositam Appellationem, potest à publico carcere ad alium locum pro carcere translationem obtinere.*
7 *Carceratus, alio quam publico carcere detentus, sub fideiussione, si ad breue tempus exeat, quomodo*

de tractandum sit, tum cum ipso, tum cum fideiussore.

8 *Carceratus alio quam publico carcere detentus, si permittente Iudice discedat, fideiussor liberatur ab obligatione.*

9 *Priuilegium I. carceratorum; quod numerentur inter personas pauperiores.*

10 *Priuilegijs pauperum fruuntur carcerati.*

11 *Carceratos visitans obsequium Deo praestat.*

12 *Priuilegium II. Carceratorum, quod ipsorum causa dicatur Pia.*

13 *Carceratorum causa Pia est, etiam ob delictum.*

14 *Carceratis relicta, dicuntur relicta ad pias causas, etiamsi legatarij non sunt pauperes.*

15 *Priuilegium III. carceratorum; quod donatum pro carceratis liberandis repeti non possit praetextu non factae insinuationis ipsius donationis.*

16 *Priuilegium IV. Carceratorum, quod diebus festis eorum causa tractari possint, multo magis ferijs non obstantibus.*

17 *Priuilegium V. Carceratorum, quod numerentur inter personas miserabiles.*

18 *Carceratorum causa summaria.*

19 *Carcerati habent fori priuilegium: semper trahunt, nunquam trahuntur.*

20 *Carceratorum causa fauorabilis, & in dubio pro liberatione pronunciandum. Cassiodori hac de re sententia.*

21 *Priuilegium VI. Carceratorum; quod eos complectuntur Iura loquentia de captiuitate apud hostes; etiamsi fuerint carcerati ob maleficium.*

22 *Filius exhaeredari potest, si patrem vel captum ab hoste, vel carceratum etiam ob delictum liberare non sategerit.*

23 *Priuilegium VII. carceratorum, quod coniuncta persona admittitur ad petendum eximi de carcere.*

24 *In Carcerati causa quilibet ex populo admittitur ad deducendas exceptiones.*

25 *Priuilegium VIII. Carceratorum; quod Clerico debeantur distributiones quotidianae.*

26 *Carceratus emphyteuta tempore solutionis canonis excusatur à mora.*

27 *Carceratus obligatus ad quodcumque factum, si non impleat, excusatur.*

28 *Priuilegium IX. Carceratorum; quod semper, & quandocumque appellare possint, cur?*

29 *Appellatio propter lapsum temporis deserta pronunciari quando non potest.*

30 *Priuilegium X. Archiconf. Misericordiae, vt possit quotannis vnum carceratum liberare ex Const. Pauli III.*

31 *Priuilegium liberandi condemnatum concessum alijs locis Pijs intelligitur de contumace, non de existente in carceribus.*

32 *Archiconfraternitas Caritatis interdum liberat etiam existentes in carceribus.*

33 *Archiconfraternitas Caritatis liberat condemnatos in contumaciam tot, quot petit, dummodo sint pauperes.*

34 *Condemnati non pauperes liberantur mediante compositione cum Fisco, & aliquando ab alijs Archiconfraternitatibus.*

35 *Priuilegia concessa Archiconfraternitatibus Vrbis non sunt reuocata per Bullam Pij Quarti.*

36 *Priuilegium XI. Carceratorum, quod eorum protectionem Princeps suscipere debeat.*

37 *Carceratorum protectionem maxime suscipere debent Summi Pontifices cur?*

NON est instituti nostri hic congerere omnia Carceratorum priuilegia, cum de illis tractatus diuersorum Auctorum impressi legantur; & multa de iisdem priuilegijs, etiam à nobis in hoc opere, alias ob causas, alibi referantur: aliqua solum ad id, de quo agimus, facientia, attingemus.

1 Est autem priuilegium ius priuatum indultum contra ius commune; vel est priuata lex respiciens priuatas personas, & cōmunia negotia: ex D. Thoma. 1. 2. *q. 96. art. 2.*

2 Dignus sanè est, qui carcerum aerumnis constringitur, vt multis priuilegijs subleuetur, vt sicut tenebrae illius, ita sit & lumen eius; & quemadmodum abundant passiones illius, ita & consolationes non deficiant; ne illi, qui custodiuntur ad iustitiam, iniustè nimis ab incommodis carcerum, quae perferunt, fatigentur, cum vix vllus miserabilior carcerato reperiatur, vt supra diximus. Praemissis itaque nonnullis generalibus declarationibus, ad particularia postmodum priuilegia deueniemus.

3 Declara primo, vt carcerati, de quibus loquimur, sint in duplici differentia. Quidam pro ciuili debito detinentur, donec creditori suo aliquo modo satisfaciant. Alij sunt quibus crimen imputatur, & à Iudice sperant, vt absoluantur, vel timent ne condemnentur. 4 Nam carcerati ad poenam (de quibus non est sermo noster) sunt, qui post probatum delictum in poenam criminis carceri ad tempus, vel in perpetuum destinantur, de quibus *in cap. quamuis. de poen. in 6.*

5 Declara secundo, vt carceratus non solum dicatur qui in publicis carceribus detinetur; sed etiam cui Palatium Praetoris, vel alter locus, vnde exire non possit, est assignatus, vt diximus supra.

6 Declara tertio, vt carcerati, qui beneficio appellationis retardare possunt causae expeditionem, possint quoque à publico carcere in multis casibus liberari, & obtinere alium sibi locum assignari pro carcere. *l. eos. §. super eis. C. de appell.*

7 Declara quarto, vt si huiusmodi carceratus recedat ab assignato loco pro carcere, & post breue tempus redeat, non habeatur pro transgressore; nec fideiussor illius teneatur ad poenam; sed reus puniendus sit pro contemptu, ita tamen vt non sit integra poena exigenda ab eo. *Par. q. 30. nu. 70. & seq.* vbi refert duas opiniones contrarias. *Et n. 77.* pro conciliatione dicit non esse condemnandum reum ad integram poenam. *Prax. Archiep. Neap. cap. 29. nu. 9.* vbi dicitur, quod in Curia Neapolitana nulla poena exigitur, sed reponitur sub claue, vel expectatur causae exitus, iuxta *decis. Gram. 95.*

8 Declara quinto, vt detenti sub cautione de habendo certū locū pro carcere, si à Iudice, vel expressè vel tacitè, & (vt dici solet) clausis oculis, obtineant licentiam discedendi, fideiussor liberetur

ab

ab obligatione facta. *l. fideiussor Magistratuũ. §. pro Aurelio. l. si in pignore. ff. de fideiuss.* vbi fideiussor datus in certum casum, non censetur obligatus vltra illũ. Far. *cons.* 59. Giouag. *inter cons. Far.* 229. vbi multa quæ deseruire possunt pro ampliatione, & limitatione huius declarationis: & in terminis, de licentia data clausis oculis. Et ita sæpè fuit resolutum in S. Consulta, & signanter aliàs in quadam causa Perusina, dum esset Gubernator bon. mem. Verospius, qui postea fuit Eminentissimus Cardinalis eximiæ prudentiæ, & in publicis, ac grauissimis negotijs pertractandis versatissimus. Quare solent apponi in decreto, & successiuè in obligatione fideiussoris post illa verba *(cum cautione de non discedendo de Domo sine licentia)* alia verba *(& in euentum licentiæ de se repræsentando.)* Hæc sunt generalia, quæ præmittenda censuimus: modo ad particularia carceratorũ priuilegia, quæ numero duodenario cõprehendi possunt, veniamus.

9 Priuilegium I. carceratorum est secundum Bart. seu quemcumq; alium auctorem *Tract. de carcer. in princ.* quod connumerantur inter personas tristiores, & pauperiores; & propterea digniores, qui priuilegijs subleuentur. Facit ad hoc textus *in l. si quis ad declinandam. §. quis enim. Et l. Iudices. cum Glos. in verb. alimenta. C. de Epis. aud. Paris. de Put. de syndicatu. vers. ita Carcerarius. num.* 30.

10 Vnde pauperum priuilegijs fruuntur, ac personam Dei repræsentant iuxta illud. *In Carcere erã, & Visitastis me.* Tiraq. *de pia causa. in præfat. verb. Item relictum pro redemptione captiuorum.* Ciriac. *controu.* 30. *num.* 46. Vult enim Deus vnumquemque alterius angustias vt proprias sentire, vt ait Hier.

12 Priuilegium II. ad primum consequens est, causam carceratorum dici Piam. *Bald. & alij in l. illud. num.* 5. *C. de sacros. Eccles.* Couar *var. resol. lib.* 2. *cap.* 56. *num.* 9. *vers. contraria.* Sola *de vis. carcer. gloss.* 2. *num.* 4. *Surd. cons.* 369. *num.* 11. immo dicitur Pijssima. *Surd. decis.* 86. *nu.* 5. *Grat. discept.* 108. *numer.* 1.

13 Amplia, vt procedat etiam in causis ob delictũ, vt per *Glos. in cap. Sacrorum.* 12. *q.* 2. *Bald. in l. sed si ideo. ff. sol. matrim. Alex. in l. quamuis nu.* 10. *ff. eod.* & hanc veriorem asserit *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 108.

14 *num.* 5. Hinc est quod relicta pro carceratis dicãtur relicta, Ad pias causas, etiamsi Carcerati legatarij non sint pauperes. *l. si quis pro redemptione C. de donat. Tiraq.* qui alios allegat *in Præf. de Privileg. Pia causa. vers. item relictum pro redemptione.*

15 Priuilegium III. est, quod donatum pro carceratis liberandis, repeti non possit prætextu non factæ insinuationis. Textus est in *l. si quis pro redemptione. C. de donat. Nouar. de priuil. mis. person. priuil.* 66. *num.* 4. *Rot. decis.* 458. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* vbi loquitur de donatione facta Ecclesiæ.

16 Priuilegium IV. est, quod possunt etiam diebus Deo dicatis illorum Causæ tractari. *Bart. de carcer. numer.* 9. & multo magis ferijs non obstantibus. *Specul. de fer. §. sequitur videre. num.* 5. *Nouar. tit. priuil.* 52. *num.* 5.

17 Priuilegium V. est, quod connumerantur carcerati inter miserabiles personas in *l. si quis ad declinandum. C. de Epis. & Cler. Marsil. in sua prax. nunc viden. num.* 11. *Sol. in decret. Sabaud. tit. de caus. miserab. person. §. causa rusticorum glos.* 1. *tex. num.* 11. *Carneual. de Iudic. & for. comp. disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 7. *à num.* 531 *ad num.* 535. *& signanter num.* 569. *Nouar. de priuil. miserab. pers. prælud.* 8. *num.* 6. *&* 7.

18 Hinc colligitur summariam esse carceratorum Causam vti pauperum, & miserabilium personarũ, vt notat *Bart. de carcer. numer.* 29. *Hippol in pract. crim. §. attingam. num.* 75. per iura ibi allegata. Et debet de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, sola facti veritate, inspecta terminari. *Soc. cons.* 11. *numer.* 12. *vol.* 3. *Maraut. de ord Iud. par.* 4 *dist.* 9. *numer.* 193. *& seq.* latè *Nouar. de priuil. mis. pers. priuil.* 11. *num.* 1.

19 Vnde fori etiam habent priuilegium, sicuti miserabiles; quia huiusmodi personæ semper trahunt, & nunquam trahuntur. *DD. in l. vnic. Cod. quando Imperator. Natta. cons.* 590. *num.* 7. *lib.* 3. *Menoch. de Arb. lib.* 2. *cas.* 66. *num.* 17. *Thes decis.* 177. *nu.* 1. *& seq. Nouar. priuil* 97. *&* 98. *Carneu. d. disp.* 2. *numer.* 561. *Dian. de Immun. Eccles. tract.* 2 *resol.* 117.

20 Et per consequens est etiam fauorabilis Causa carceratorum; ideoque in dubio pro liberatione eorum pronunciandum est. *Rom cons.* 241. *incip. Spectabiles Domini. in princ. vers. dicitur. & num.* 3. *vers. & hoc maximè*, inquit, *quod in ea summariè, & velo leuato est procedendum.*

21 Priuilegium VI. est, quod iura, quæ loquuntur de captiuitate apud hostes, habent locum etiam in carceratis. *glos. in cap Quintauallis. de Iur.* quam opinionem amplexa est *Rota coram* Cantuccio *decis.* 63. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* Immo hac simplici cõclusione non cõtenta ibi Rota post plures DD. allegatos affirmat, quod iura loquentia de redimẽdis captiuis apud hostes, habeant locum in carceratis, etiam ex causa maleficiorum *Imol. in l. quãuis. num.* 2. *Alex. num.* 10. *&* 11. *ff. sol. matr. Merlin. de legit. lib.* 4 *tit* 1. *q.* 15. *num* 2. *& tit.* 2. *q.* 14. *num.* 2. Rursus *in d. decis.* Rota confirmauit, quod alias fuerat decisum: quod sicut pater exhæredare

22 poterat filium, si ipse captus fuerit ab hostibus, & filius eius liberationem non procurauerit. *§. causas. in Auth. vt cum de appell. cognoscitur.* pari modo poterit pater filium exhæredare, si ipsum carceratum ex delicto non procurauerit liberare. *Merlin. d. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 15. *num.* 2. *& tit.* 2. *q.* 14. *num.* 2. post Rotam *d. decis.* 63. *num.* 19.

23 Priuilegium VII. est, quod coniuncta persona admittitur ad petendum eximi de carcere, vt est casus in *l.* 3. *§. sed etsi mulier. ff. de lib. hom. exhib.* Quidquid dicat Bart. *in cõs.* 84. *incip. in causa Statij.* Cuius opinio non admittitur, vt videre est

24 apud Rom. *cons* 241. *num.* 73. Vlterius pro carcerato si non ad respondendum inquisitioni, saltem ad exceptiones deducendas quilibet de populo admittitur. Blanch. *in pract. crim. §. vt eli quia. num.* 65. *Clar. in §. fin. q.* 32. *nu.* 16. *vers. aut quæritur an possit procurator. & vers. Senatus tamen.* Rot. *decis.* 15. *post num.* 2. *vers. immò posset de proc. in nou.*

25 Priuilegium VIII. est, quod Clerico carcerato debeantur distributiones quotidianæ secundum tamen declarationes, & limitationes, de quibus in *decis. Visen. recreationis.* 3. *Martij* 1655. *coram*

Piro-

Pirouano.in Append.§.5.dec.20.

26 Idem est in Emphyteuta carcerato tēpore solutionis canonis, qui excusatur à mora, & dicitur legitimè impeditus, vt per Rot. *in Romana Vinea. 27.Iunij 1642. coram Ghisilerio. in Append. §.9. decis.17.*

27 Idem dicendum in quocumque alio carcerato obligato ad aliquod factum, vt non incurrat Pœnam, nec damnum, si non adimpleat tanquam legitimè impeditus.

28 Priuilegium ix. est, quod semper, & quandocumque appellari potest; cum carceratio grauamen continuum afferat; propter quod nullum tempus appellandi ab ea transire dicitur. *Gomet. de delict. Tit.de capt.reorum. numer.10. Guaz. def.6. cap.1. num.23.* Et de carceris iniustitia semper excipi, & & appellari posse tradit Seraph. *de priuileg.iuram. priu.132 num.1.& 2. Maceraten.Resol.29. nu.20. lib.3. Giurb. cons.66.num.7. vers.ipsaque carceratio.*

29 Hinc sequitur appellationem propter lapsum temporis pronunciari non posse desertam; præcipuè quando appellās propter paupertatem appellationem in tempore interponere, & causam finire non potuit. Non enim ei currunt fatalia. Castr. *l inuitus enim C.de procurat. Medic. part.2.cap.4. num 10.Thes.decis.10.num.5. Nouar.de priuil.miser.pers.priuil.96. num 5. Giurb. decis.18. num.9. Scac.de appell q 12. num.162.* Vi huius priuilegij nonnulli damnati ad furcam euaserunt pœnam propter appellationem: ad quam extra tempus intuitu paupertaris admissi fuerant, teste *Fontan. decis.106.num.8. & per tot.* vbi rem in vtramque partem disputat.

30 Priuilegium X. est peculiare Archiconfraternitatis Misericordiæ liberandi quotannis vnum carceratum, ex constit. Pauli III. in Visica, vt infrà, admissa. * 1541.21.Iunij. Nonæ. *Marcus Brauius, Gubernator Societatis Misericordie produxit Bullae, & Breue Priuilegij Sanctissimi Domini Nostri Pauli III. excarcerandi vnum qualibet Vigilia S. Ioannis decollati pro quocumque crimine, iuxta illorum tenorem petens per DD.mandari recipi, & admitti omni meliori modo. Qui DD. dictam Bullam, & Breue, qua decuit reuerentia, admiserunt omni meliori modo.* Quod priuilegium hucusque est in viridi obseruantia.

31 Non tamen est omittendum, quod pro tali damnatorum liberatione non possent bona Ecclesiæ alienari. *Syluest. in verb. Alienatio nu.16. Bonan.Sa.in eod.verb.*Aphor.1. Et adducunt rationem, quia non est pietas liberare iustè damnatum; cum pietas sit impios punire. *c legi 23.q.8. Leoncel. de priuil paup. par.2.priu.19. nu.* 12. Alia quamplura loca pia, quæ priuilegium habent liberandi vnum condemnatum, contumacem solum liberare possunt, non autem existentem in carceribus.

32 Interdum tamen etiam Archicōfraternitas Caritatis ex gratia Summorum Pontificum liberauit quosdam in carceribus existentes, vt anno 1639. Ioannem Montanarium Sab. carceratum pro bannito, & alios quamplures, qui fuerunt eidem Archiconfraternitati diuersis temporibus ex gratia

33 condonati. Quoad condemnatos vero in contumaciam non vnum tantum quotannis liberat dicta Archiconfraternitas Caritatis gratis; sed tot condemnati in contumaciam illi concedi consueuerunt, quot petit, dummodo sint ex illis, qui con-

34 donati solent, & sint pauperes. Cæteri enim non pauperes componunt cum Fisco, si qualitas delictorum id permittat. Nonnunquam etiam conceduntur alijs Confraternitatibus, quæ excepta Caritate, & Pietate, aliquid eleemosynæ loco recipiunt pro indigentijs Ecclesiarū cuiuscumque loci Pij. Hoc priuilegiū non conceditur semel liberatis pro alio delicto; ne delinquentes hac spe ducti delinquere assuescant. *arg.l.3. C. de Epis. aud.* vbi in specie hoc firmant *Bart.Castren.* & alij. Concordat etiam Statutum Vrbis *lib.2. cap.22.* His autem qui excarcerantur amore Dei, debent ire per Vrbem, videlicet per loca publica consueta induti albis vestibus. Licet Florentiæ incedant cum Mitra alba, vt eis videatur remissa pœna Ita Angel *in l.2. C.qua bon. sed possent.* Romæ incedunt cum Corona laurea, & veste alba, violacea, subrubea, seu alterius coloris, quibus vtuntur Societates, à quibus liberantur.

35 Quæ priuilegia, quibuscumque Vrbis Archiconfraternitatibus concessa, nullatenus intelliguntur reuocata per Constit. XCII. Pij IV. reuocatoriam talium Priuilegiorum data anno 1564. *Dum ad solitam.* In *Bullar fol.*100. quia, vt ex ipso cōtextu legentibus facilè sit manifestum, loquitur de priuilegijs extra Vrbem concessis diuersis locis, & terris.

CAPVT II.

Carcerati ex peculiari Priuilegio sunt sub protectione Principis.

SVMMARIVM.

1 *Carceratorum Princeps suscipere debet protectionem.*
2 *Carceratorum Papa præcipuè suscipere debet protectionem.*
3 *Carceratorum curam in Vrbe Papa demandauit Archiconfraternitatibus Caritatis, & Pietatis.*
4 *Carceratorum curam Papa demandauit, Episcopis in eorum Diœcesibus.*
5 *Carceratis pauperibus criminalibus alimenta debentur à Fisco.*
6 *Carceratis pauperibus ciuilibus alimenta debentur à Creditoribus.*
7 *Carcerati inhumaniter non debent tractari.*
8 *Carceratorum defensiones expectandæ, & testes repetendi.*
9 *Carceratis pauperibus Acta gratis exhibenda.*
10 *Carcerati S.Officij in partibus ab Episcopis bene tractandi.*
11 *Clericorum litibus, & differentijs obuiandum ab Episcopis.*
12 *Lites vix sine peccato fieri possunt ex Diuo Augustino.*
13 *Ad Clericorum carcerationem non est facilè deueniendum.*
14 *Clericorum lites quanto citius terminandæ.*

15 Cleri-

15 *Clericum iniustè carcere vexans incurrit in Excommunicationem.*
16 *Causarum expeditioni biennium datum à Concilio, non intelligitur cum grauamine, vt sit expectandus lapsus biennij.*
17 *Carceratorum etiam laicorum curam debet habere Episcopus.*
18 *Carceratos debet Index visitari facere.*
19 *Pauperum patrimonia sunt bona Ecclesiæ.*
20 *Carceratum innocentem passurum pœnas, si debita non soluat, debet Episcopus liberare.*
21 *Suspensus, si laqueo fracto cadat incolumis, quid agendum ab Episcopo.*
22 *Miracula ex omni parte perfecta.*
23 *Suspenso cadente in terram examinet diligenter Episcopus, an ex miraculo contigerit.*
24 *Carcerato nimis acriter cruciato Episcopus prouidere debet.*
25 *Pænitentiæ Sacramento permisso, censentur permissa omnia antecedentia.*
26 *Anima pretiosior corpore.*
27 *Animarum Iudex est Episcopus.*
28 *Carcerato forcipibus discerpto, impatienter ferenti dolorem, Episcopus instare debet coram Iudice, vt desistat.*
29 *Suspensi absque Iudicis licentia sepeliendi non sunt.*
30 *Suspensis sepeliendi licentiam concedere debet Iudex.*
31 *Suspensorum dilata licentia sepeliendi, instet Episcopus vt sepeliantur.*
32 *Carceratis Episcopus debet exhibere beneficia, & commoda spiritualia, & temporalia, quæ Romæ illius exhibet Caritas, & Pietas.*

1 PRiuilegium xj. & maximum carceratorum est, quod illorum protectionem, cum sint inter pauperes pauperrimi, Princeps suscipere debet. *cap. ab Imperatoribus. 23 q. 3. & cap. 23. cap. regnũ. q. 5. vbi glos. & Canonistæ.* Qui hoc fecerit, retributione dignum affirmat Iob. *cap. 29. vers. 11.* in illis verbis:

„ *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi.*
„ *Eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor.*
„ *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.* cum alijs adductis per Carneual. *de for. competen. lib. 1. Tit. 1. disp. 2. sect. 7. numer. 518 Nouar. de priuil. miserab. person. prælud. 9 num. 5.*

2 Quod si hæc protectio ab omnibus Principibus suscipi debet, vt diximus, multò magis id fieri debet ab ipso Papa, qui ex peculiari prærogatiua, *Pater pauperum*, dicitur secundum Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 1 num. 49. vers. seu Pater pauperum;* Quod præcipuè factum fuisse legitur apud Platinam à Paulo I. & Leone III. Pontificibus *in eorum Vitis.* Accedebant personaliter ad Carceres; inuestigabant carceratorum indigentias; illis liberaliter subueniebant. Quod, quantum ipsi licèt, his temporibus optimè adimplet Sanctissimus D.N. Innocentius X. pijssima vigilantia, assiduè iniungens Iudicibus celerem eorundem carceratorum expeditionem.

3 In cæteris, quis Summus Pontifex grauissimis detentus Vniuersalis Ecclesiæ negotijs, non potest vbique adesse, demandauit in Vrbe Archiconfraternitatibus Caritatis, & Pietatis onus prouidendi omnibus, & quibuscumque Carceratorum 4 indigentijs: extra Vrbem Episcopis, quos vocauit, inter cætera, etiam quoad hoc, in partem sollicitudinis. Qui proinde in multis consulere debent Carceratis, sicut sedulò in Vrbe dictæ Archiconfra-5 ternitates consulunt. Primo vt eis à Fisco subministrentur alimenta, si sint criminaliter carcerati. *Afflict. dec. 71.* & ibi adden. vt dicturi sumus infra 6 *lib. 3 §. 13. num 8.* Si enim sint carcerati pro causa ciuili, præstanda sunt eis alimenta à Creditoribus, 7 vt dicemus *lib. 3. § 5.* Secundo ne inhumaniter tractentur, de qua re habetur sermo frequenter in hoc 8 opere, & decreta prouisionalia S. Visitæ referuntur. Tertio ex officio mandare debet Episcopus, vt testes repetantur, & expectentur defensiones faciendæ à reis; quibus, si sint pauperes, omnia Acta 9 gratis sunt exhibenda. *l. etsi non defendantur. ff. de pæn.* vt infra sæpius dicturi sumus. Quarto prouidere de Aduocato, & Procuratore, qui gratis patrocinium impendant *l. prouidendũ. C. de postul.* de quo late infra *de Procuratore, & Aduocato paupe-*10 *rum. §. 8. cap. 3. & cap 6.* Quinto Carcerati Sanctissimæ Inquisitionis, in quorum causis ipsi procedunt, tamquam à Sede Apostolica delegati, detineant in separatis secretis carceribus; curentque vt benignius cæteris tractentur in victu, & alijs corporalibus indigentijs, vt si imbuti sint aliqua praua opinione, facilius resipiscant moti Caritate 11 illis subuenientium. Sexto dent operã vt tollantur differentiæ, & lites inter Clericos, vel laicos cũ Clericis, & è contra. Nam Clerici sæcularibus negotijs implicati de Deo non cogitant. *dist. 86. per* 12 *tot* multò minus litibus, & contentionibus deditis quas vix sine peccato agitari posse dixit D. Augu-13 stinus. Neque facilè ad Clericorum carcerationem procedant, ex qua non parum diminuitur cultus diuinus, cum vix officium diuinum recitent; ac quamplurima vitia in carceribus contrahant. Sep-14 timo si lites inter eos euitari non possint, satagant vt quanto citiùs fieri potest concorditer, vel Iure medio terminentur. Sanè Episcopus, qui potest 15 Clericum expedire, & eum iniustè carcere vexat, incurrit in excommunicationem. *cap. si Clericos. de sent. excom. in 6.* Cum autem iura mandent Clericos celeriter expediri. *cap. iurgantium. de sent. & re iud.* Satis dicendus erit carcer iniustus, quotiescumque potest expediri Clericus, & non expe-16 ditur. Biennium enim datum à Concilio Tridentino ad expediendas causas. *cap. 20. sess. 24. de reform.* non debet intelligi cum grauamine, & vexatione aliorum sine iusta causa, vt in fortioribus terminis dixit Textus *in cap. pastoralis. in princ. de appell.*

17 Verùm non ad Clericos tãtum extenditur onus Episcopi, sed etiam ad laicos in Curia sæculari car-18 ceratos. Nam, & hi ipsius oues sunt; quas propterea debet visitari facere, & si indigent ope, ac misericordia, ijs exhiberi, multò magis quam extra Carcerem positis *Gennen. in Manual. Pastor.* 19 *cap. 18. per totum.* Vbi complures allegat. Bona enim Ecclesiæ sunt patrimonia pauperum, & pretia

tia peccatorum (*vt dixit S. Vrbanus Papa,*) ac 20 propterea debet Episcopus carceratum innocentem passurum pœnas, si debita non soluat, liberare. *Turrec. in cap. non satis. 6. dist.* vbi dicitur *Grãdis culpa est Episcopi, qui in carcere positum passurum supplicia ob impotentiam soluendi non redimit.* Si verò sit nocens, iustum est, vt si non habeat in ære, luat in corpore.

21 Hac occasione dubitari contingit, quid agendum sit ab Episcopo, si suspensus, laqueo fracto, in terram decidat. Cum innocens præsumatur non debere iterum suspendi, vt dixerunt *Luc. de Pen. in l. 1. C. de tortor. Tiraq. de pæn. caus. 64.* Alij dicunt inspiciẽdum esse, an ceciderit sanus, quia tunc præsumetur miraculum: secus si in aliqua parte læsus. 22 Nam miracula in huiusmodi causis debent esse 23 omni parte perfecta. Sit itaque solutio, vt hoc euẽtu Episcopus adhibitis Theologis, & peritis rem maturè examinet, antequam procedat iuxta Concil. Tridentinum *sess. 25. de Inuoc. & vener. Sanct.*

24 Debet etiam Episcopus ex Clem. *de pænit.* si Iudex laicus ita cruciaret Reum, induceretque in eam desperationem, vt non posset Sacramentum Pœnitentiæ, prout opus est, implere: debet (inquã) illum impedire. Nam permisso Sacramento Pœni- 25 tentiæ, censentur permissa omnia antecedentia. *l. ad legatum. ff. de procur. cap. præterea. de off. de-* 26 *leg.* & anima est pretiosior corpore, nec est in potestate Iudicis sæcularis: sed Episcopus Iudex est 27 animarum. *glos. vlt. in præm. dist. 36. Genuen. in* 28 *manual. Pastor. cap. 79. num. 4.* Vbi refert exemplum de Episcopo, qui videns reum discerptum candentibus forcipibus impatienter adeo ferẽtem tormentum, vt planè desperaret, institit coram Iudice vt amoueretur ignis, & forcipes; illoque recusante dixit Episcopus: Ego, qui sum Iudex animarum, iubeo, vt omninò forcipes amoueantur, quibus verbis perterritus Iudex eas amoueri mã- 29 dauit. Rursus cum suspensi sine Iudicis licentia sepeliendi non sint. *l. 1. 2. 3. ff. de cadau. punit.* quã 30 petitam facilè concedere debet (nam etiam Pilatus concessit sepeliri Corpus IESV. *glos. in* 31 *clem. 1. de pænit.*) si sepultura differatur & suspensi mortui sint pœnitentes, poterit Episcopus instare, vt sepeliantur. *Genuen. in manual. Pastor. cap. 79. num. 7.* qui etiam plura in eadem materia cumulat, eodem *cap. 79. & 80.* nos hic retulimus prædicta, vt quantum sufficit, secundum institutum nostrum Lectori innotescant

32 Tandem, vt vno verbo dicam, debet Episcopus vltra prædicta exhibere carceratis commoda, beneficia, subuentiones, & auxilia, quæ nos in hoc opere ab Archicõfraternitatibus Caritatis, & Pietatis præstari, ac præstanda esse respectiuè demonstramus, vbi de illorum muneribus tractamus.

CAPVT III.

De Priuilegio duodecimo Carceratorum.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta ab iniustè carcerato nulla erit.*

1 PRiuilegium duodecimum, & vltimum Carceratorum est, quod obligatio facta ab iniustè carcerato ad fauorem illius, qui carcerari fecit, sit nulla. Hanc materiam tamquam frequentius cõtingẽtem, & carceratis vtiliorem diffusius tractabimus per distinctas Sectiones.

SECTIO I.

Quis dicatur iniustè carceratus?

SVMMARIVM.

1 *Carceratio iusta præsumitur in dubio; cur?*
2 *Carceratio iusta non præsumitur quando apparet Iudicem non ritè processisse.*
3 *Carceratio iniusta apparet, quando Carceratus nulla obligatione tenetur.*
4 *Carceratio iniusta dicitur, quando quis non ritè, & seruato iuris ordine captus est.*
5 *Carceratio iniusta est, quando quis captus est à latronibus imponentibus Tagliam, vel detinetur in priuato carcere.*
6 *Iudex procedere non ritè in captura quando censetur.*
7 *Carceratio iniusta, quando quis ab incompetente Iudice carceratur.*
8 *Carceratio iniusta ex alijs capitibus infra sequẽtibus.*
9 *Carcerationem iniustam non solum patiuntur, qui sunt in publicis carceribus; sed etiam alibi quocumque modo detenti.*

HAnc quæstionem per declarationes particulares enucleabimus, vt nobis sternat viam ad explanationem vltimi priuilegij, quod proposuimus.

1 Declara itaque primo, vt carceratio iusta dicatur; quia præsumendum est pro facto Iudicis; & ad excludẽdum delictum. *Paris. de resignat. lib. 13. q. 1. num. 161.* Sequuta est Rota *in Romana. Prioratus 4. Febr. 1630. coram Pirouano. & in Romana. Mutui. coram Merlino:* quæ est *dec. 26. par. 6. recen. Cartar. decis. crim. Mediolan. 66. numer. 21.* 2 *& 22.* Quæ præsumptio cessat, dum apparet Iudicem iniustè, & non seruato iuris ordine processisse. *l. non est verisimile. ff. quod met. caus. Rimin. Sen. consil. 140. num. 18. Rot. in dicta Romana. Mutui dec. 26. par. 6. rec.*

3 Declara secundo, eum apparere iniustè carceratum, qui nullo vinculo obligationis tenebatur. *Rota in Romana Nullitatis obligationis 18. Februa-*

rij 1633. coram Durano.num.5.vers.quod autem, & per tot inter eius impressas decis.373.

4 Declara tertio, vt iniustè carceratus dicatur non solū, qui debitor non est, nec verè reus obiecti criminis; sed etiam qui licet debitor sit, & reus, non tamen ritè, & iuris ordine seruato captus, & carceratus fuit. Ita Cuman. *cons.157.per tot. Afflict.decis.149. num.2. vers.sed si attineret. Far. de carcer q.35.num.28.in fin. Rot.decis.26.par.6. recent.* Vbi etiam quod carceratio sit inualida ob non seruatum iuris ordinem.*num 7. & in Rheginen.coram* Carillo *19 Iunij 1643.in Append.§.5.*

5 *decis.9.* Item quando quis captus est à latronibus, qui illi imposuerint Taleam, vel retentus in carcere priuato. *Afflict.cit.decis.149. Farin.q.25 numer.22.Cabal.res.crimin.8.num.13. Grass.de effic. Cler.effec.9.num.179.*

6 Porrò sciendum est tunc constare Iudicem criminalem non ritè processisse in captura, quando nec de corpore delicti, nec de legitimis inditijs ad capturam necessarijs constabat, & carceratus fuit liberatus absque eo, quod fuerit vnquam examinatus, vel interrogatus. Cuman. *d.cons.157. Angel. Aret.cons.96.num.21.in fin. & 22. Natta consil. 451.num.3.in fin. Rimin. Sen.cons.140.num.2. & seq. Rota.dic.26.par.6.rec.Cassan.de captura & carcere.num.23.*

7 Declara quarto iniustè etiam carceratum censeri, qui ab incompetente Iudice in vincula conlectus fuit; & propterea, si Clericus conuentus coram sæculari Iudice, fideiussores det, illi non obligantur. *Franc. decis.400.num.6.*

8 Declara quinto dici iniustè carceratum ex omnibus capitibus, quæ recensebimus infrà; dum tractabimus de relaxandis gratis ob nullitatem, vel notoriam iniustitiam capturæ. *lib.3.§.10.*

9 Declara sexto omnia infra dicenda da carceratis nulliter, seu indebitè; procedere non solum in ijs, qui in carceribus publicis reperiuntur inclusi, sed in alijs etiam, qui quoquo modo sunt impediti, ne liberè, quocumque velint, abeant, de quibus supra diximus. *§.3.cap.2.*

SECTIO II.

Quando obligatio facta ab iniustè Carcerato est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta ab iniustè carcerato nulla.*
2 *Obligatio facta ab iniustè carcerato, si fiat propter metum, est nulla.*
3 *Obligatio facta ab iniustè carcerato propter metum, vt sit nulla, debet probari metus.*
4 *Obligatio facta ab iniustè carcerato propter metum, vt sit nulla, qualis metus requiritur.*
5 *Obligatio facta ab iniustè carcerato propter metum, vt sit nulla, metus debet induci ex carceratione.*
6 *Obligatio facta ab iniustè carcerato, si fiat in Carceribus, adeò nulla est, vt non egeat sententia reuocatoria.*
7 *Obligatio facta ab iniustè carcerato, etiam Ad largam existente, nulla est.*
8 *Metus tam diù durat, quam diù durat causa metus.*
9 *Datio in solutum facta in carceribus ab iniustè carcerato nulla est.*
10 *Datio in solutum facta in Carceribus ab iniustè carcerato, etiam sequuta traditione actuali, nulla est.*
11 *Compromissum factum in Carceribus ab iniustè carcerato, nullum.*
12 *Contractus quicumque, si fiat in Carceribus ab iniustè carcerato, ex illo non acquiritur possessio.*
13 *Voluntas coacta dicitur voluntas.*
14 *Voluntas coacta in superficie habet volitionem, in medulla nolitionem.*
15 *Contractus factus in Carceribus ab iniustè carcerato nullus; maximè si præcesserint protestationes remouentes consensum.*
16 *Obligatio de soluendo facta ab iniustè carcerato nulla est, etiamsi post obligationē susceptus fuerit terminus ad soluendum, per quem videtur ratificari, & approbari debitum: cur.*
17 *Obligatio de soluendo facta ab iniustè carcerato etiam sequuta solutione, inualida est, adeo vt solutio non inducat approbationem debiti, & solutum repeti possit.*
18 *Obligatio fideiussoria pro iniustè carcerato facta à muliere, etiam cum solemnitatibus, nulla est.*
19 *Obligatio fideiussoria patris, & matris pro filio iniustè carcerato, nulla.*
20 *Obligatio fideiussoria cuiuscumque pro liberando iniustè carceratum nulla.*
21 *Accessorium non valet, vbi non valet principale.*
22 *Obligatio fideiussoria pro iniustè carcerato valida est, si fideiussor expressè dicat se velle teneri, etiamsi principalis carcerati obligatio nulla sit.*
23 *Obligatio ab iniustè carcerato facta per promissionem releuationis indemnitatis, nulla.*
24 *Contractus ab iniustè carcerato factus cum tertio, qui eum non detrusit in carcerem, regulariter sustinetur.*
25 *Contractus ab iniustè carcerato factus cum tertio, qui eum non detrusit in carcerem, quando non sustinetur.*
26 *Obligatio fideiussoria pro iniustè carcerato nulla, etiamsi fideiussor explicitè se obliget vti principalis principaliter, & insolidum.*
27 *Contractus factus etiam à iustè carcerato nullius est, si carceratio facta sit ad extorquendum aliū contractum separatum.*
28 *Obligatio facta metu carcerationis, vel arrestationis, si sit carceratus ad instantiam alterius, nulla.*
29 *Carceratum esse, & versari in periculo carcerationis idem est.*
30 *Obligatio facta metu carcerationis nulla, etiamsi obligatus dicat se non vi, nec metu, sed spontè obligasse, cur.*
31 *Contrahens cum carcerato nullum ius aut actionem acquirit, nec meretur, vt sibi promissa seruentur.*
32 *Obligatio nulliter carcerati non conualidatur, ne in-*

interposito quidem iuramento.

33 *Iuramentum interpositum in obligatione nulliter carcerati facta in carceribus non egere absolutione probabilius est.*

1 OBligatio facta ab iniustè carcerato est nulla, hoc est, nullius roboris, vel momenti. l. qui in carcerem. ff. de eo quod met. caus. Far post alios multos, quos allegat in fragm. par. 2. ver. metus. nu. 107. & tot. Tit. ff. & C. quod met. caus. cap. 2. & ibi DD.
2 de ijs, quæ vi metusue caus. Hond. cons. 23. nu. 21. in princ. lib. 1. Rot. dec. 490 nu. 1. & 2. par. 1. & decis. 26. nu. 6. par. 6. recent. Et in Romana repetitionis indebiti 30. Aprilis, & 25 Iunij 1610. coram Pirouano, impressa post Far. lib 2. dec 286. & 295. & in decis. Gandauen. Monasteriorum in Append. §. 4. cap 2. & in Neapolitana Domorum in Append. § 4. cap. 4. & in d. Rheginen seu Salernitana Bonorum in eadem Append. § 4. cap. 4. Assi dec. 149. post num. 1. Cancer. var. resol. tom. 3. Act. & oblig. c. 1. num. 39. Vermig. cons. 178. nu. 1. & seqq. qui loquitur in carcerato pro excessiua pœna pecuniaria.

3 Amplia primo, vt talis obligatio facta ab iniustè carcerato sit ipso iure nulla, huiusmodique iniusta carceratio probet metum, quem in Tuscul. Cicero definit: *Metus est mali impendentis, & quidem cadens in constantem virum*; ita vt nulla alia iustificatione opus sit d. l. qui in Carcerem. ff. de eo quod met. caus. & not. Zabarell. cons. 137. nu. 1. & 2. Bald. in rubr. de controu. Inuest. in vsib feud. in fin. Vbi ait, ex Rayner. de Pennaforti, quod vox Prætoris quæ dicitur; Quod metus causa gestum erit, ratum non habeo; est vox Dei, quam posuit in ore Prætoris. Neuiz. cons. 51. nu. 46. Rolan. cons. 4. num. 47. & sequ lib. 1. Far. de carcer. q. 35. nu. 3. & nu 28. Menoch. de arb iud. cas. 136. nu. 4. 5. & seqq. Surd. cons. 3 nu. 20. vers. Idem est in contractu. Rota in dec. 490. n. 1. & 2. par. 1. dec. 26 par. 6. rec. Vermig. d. cons. 178. nu. 2.

4 Vt autem hæc ampliatio locum habeat, requiritur, vt talis metus inductus sit ex carceratione, quæ fuerit iniusta. Bart. in l. qui neque. § solutum. ff. de verb. sign. & ibi Iacob. de Aret. quem sequutus fuit Bald. in l. nam & Seruius nu. 2. ff. de neg. gest. Tenuit etiam Rota in Romana repetitionis indebiti, in Append. § 4. cap. 11. In qua dictum fuit ita intelligendum esse in decis. in causa Romana pecuniaria de Raspolis coram Platto; & in decis. Neapolitana domorum coram Verospio. in Append. § 4. cap. 6.

6 Amplia secundo, vt gesta in Carceribus sint adeò nulla, nulliusque momenti, vt non requiratur sententia reuocatoria. l. qui in Carcerem. ff. de eo quod met. caus. In qua statuitur, vt nullius sit momenti, quod interea factum est. Natt. cons. 451. nu. 15. Socin. iun. cons. 77. nu. 38. lib. 1. Surd. cons. 37. nu. 20. vers. Idem est in contractu. Rota in Foroliuien. nullitatis obligationis 20. Maij 1613 nu. 2. coram Sacrato, quæ est decis. 490. par. 1. rec. & in d. Neapolitana domorum in Append. § 4. cap. 6. Vermig. d. cons. 178. nu. 3.

7 Amplia tertio, etiamsi ponantur carcerati Ad largam, seu extra carceres, sub custodia tamen militū. Bart. in l. qui in Carcerem. ff. quod met. caus. in princ. Far q. 35. nu. 5. post Ruin. cons. 113. nu. 3 lib. 5. Natt. cons. 451. nu. 15. sequitur Rot. dec. 500. num. 2.
8 par. 3. recent. Metus enim tamdiu durat, quamdiu durat Causa ipsius, & quamdiu ille, cui incutitur, non fuit in plena libertate constitutus. Rot. in Toletana Professionis 18. Martij 1596. coram Seraphino in impress. dec. 1177. nu. 1. In Nicien. matrimonij dec. 771. n. 8. & in Tolet matrimonii dec. 86. n. 1. et in d. Toletana Matrimoniorum decis. 887. n. 2. coram eod.

9 Amplia quarto, in datione in solutum facta in carceribus, quæ etiam ratione metus, quem carcer inducere solet, est ipso Iure nulla. l. qui in carcerem. ff quod met. caus. & not. ibi Doct. Bald. in rubr. C. de rescin. vend. nu. 8. Et decisum fuit in Foroliuien. obligationis 20. Maij 1613. coram Sacrato par. 1. rec. dec. 490. nu. 1. & in Romana repetitionis indebiti. In Append. § 4. cap. 11. & in Napolitana Domorum
10 In Append. § 4. c. 6. Hoc, quod diximus, adeo verum exploratumque est, vt locum habeat, etiamsi post actum dationis in solutum deuentum fuerit ad actualem traditionem ipsius possessionis; cum semper durauerit eadem causa metus; cuius ratione contractus erat à Iure improbatus, vt notat Ripa in l. si cui bonis num. 5 in fin ff. verb. sign. Bald. in l. non dubium nu. 18. C. de legib. Alex. cons. 69. nu. 14. lib. 5. Hond. cons. 23. nu. 27. lib. 1. Rota in Neapolitana domorum. In Append. § 4 cap 6.

11 Amplia 5 vt idem sit in compromisso. Compromissum enim factum in Carceribus ab iniustè carcerato est ipso iure nullum: sicut quilibet alius cōtractus ibi initus iuxta text. in d. l. qui in carcerem. Rota in Senogallien. societatis. In Append § 4. cap. 15.

12 Amplia 6. vt ex quocumque contractu in Carceribus inito non acquiratur possessio, cum metus efficiat, vt in ea non fuerit liber consensus. Probat textus in l. 3. §. in amittenda Et in l quemadmodum. ff de acq. poss. Notant ibi Doctores. Rip. in l. si cui bonis nu. 51. & 52 ff. de verb sign. Rota in d. Neapolitana domorum. Append. § 4. cap. 6. Ratio est, quia carceratio non permittit habere liberum consensum. Rot. in cit. Neapolitana domorum. Et in Romana Mutui dec. 26. par. 6. recent. propter metum, qui operatur, vt absit consensus ab actu in Carceribus facto, licet, non videatur omnino deficere; cum etiam
13 voluntas coacta dicatur voluntas. l. si mulier. §. si metu coactus, quod met. caus. Seraph decis 350. nu. 9. Nisi quoad incurrendum in pœnam Far q 97. nu. 16. Ciriac. contron. 483. nu 8. Non tamen potest
14 dici spontanea. Licet enim in superficie habeat volitionem, in medulla tamen habet nolitionem. Rot. decis. 26. nu. 44. & 45 par. 6. recent. Itaut semper ille actus debeat esse irritus. Rota in d. Neapolitana do-
15 morum. In Append § 4. cap. 6. Atque eo magis, si præcesserint protestationes Carcerati, quæ consensum remouent, vt firmauit Rota in Foroliuien. coram Sacrato, quæ est decis. 459. par. 1. & 500. par. 3. recen. & apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 443. Surd. cons. 37. num. 20. Hond. cons. 23. nu. 21. lib. 1. Et notant Doctores in l. qui aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hered. & Rota in dicta Neapolitana. In Append. § 4. cap. 6.

16 Amplia 7. etiamsi secuta carceratione pro excessiua pœna porrecta sit Gubernatori supplicatio pro compositione. Vermigl. consil. 178. per totum. Vel post obligationem nullam fuerit susceptus terminus ad soluendum, per quem inducitur ratificatio, & approbatio debiti: Nihilominus est inualida; quia fuit susceptus terminus per errorem, & ex falsa causa; & non sufficit habere qualem qualem scien-

tiam causæ in genere. Granst. cons. 192. num. 5. vers. rursus in fine. Natt. consil. 161. num. 31. & 33. Menoch. de recup. remed. 15. num. 133. Alex. consil. 1. lib. 6. Rota in Romana Nullitatis obligationis 18. Februarij 1633. coram Durano in impressis 426. num. 17

17 Amplia 8. etiamsi fuerit secuta solutio, nihilominus est inualida, & non inducitur approbatio debiti, sed facta censetur per metum; ne videlicet debitor capiatur, & exequutionis molestiam subeat, ita vt etiam solutum repeti possit. Ita Bart. Paul. & alij l. 2. C. quod met. Rom. cons. 369. circa primum propositum consultationis articulum, in quo quæritur. num. 10. Grat. discep. 501. num. 1. & seq. & discept. 824. num. 19. vers. nam etiam accipiens. Et decidit Rota in Romana de Perottis 3. Decembris 1601. coram Millino, quæ inter impressas per eum est decis. 263. & in d. Romana Nullitatis obligationis coram Durano, in fine: in impressis decis. 426.

18 Amplia 9. in muliere fideiubente, & se obligante cum solemnitatibus. Cum enim obligatio carcerati sit nulla; ita vt nec ciuiliter, nec naturaliter remaneat obligatus, nec fideiussoria tenet. l. Marcellus, & l fideiussor obligari. in princ. cum similibus. ff. de fideiuss. Bart. in l. cum lex. per illum tex ff. eodem. Marant. de ordin. iud. par. 6. tit. de satisdat. num. 26. Rota in d. Romana Nullitatis obligationis; coram Durano num. 9. & 10. dec. 426.

19 Amplia 10 in patre, & matre se obligante pro liberando filio iniustè carcerato ad fauorem eius, qui filium iniustè carcerari fecit, vt dixerunt Roland. cons. 2 num. 61. & 67. vol. 1. Rota in Romana Nullitatis obligationis; coram Durano decis. 426.

20 Amplia 11. in quocunque fideiussore. Fideiussoria enim obligatio facta pro carcerato ad fauorem illius, qui iniustè fecit carcerari, est nulla. Rebuff. in l. qui neque 8. solutum, vers. item infertur. Ibi, Nec tenentur pro isto fideiussores. Quæ lex in aliquibus Codicibus incipit Solutum; & est 48. ff. de verb. & ver signif. Afflict. dec. 149. Vbi etiam Vrsil. in add. ibi. Et latè Far. de carcer. & carcerat. q. 35. n. 25. Rota in Romana Nullitatis obligationis coram Du-

21 rano, decis. 426. quia vbi non valet principale, nec valet accessorium; Et quia omnes exceptiones competentes principali competunt fideiussori. l. omnes. ff. de except. Far. d. q. nu. 24. Peguer. dec. 74. Cyriac. controu. 505. num. 24. Henriq. de fideiuss. cap. 10. per totum, qui à nu. 91 vsque ad 112. respondet omnibus DD. firmantibus conclusionem non procedere, quando adest iuramentum; ita vt si fideiussor promittat

22 repræsentare, non teneatur, vt ex proximè citatis DD. Aduertendum tamen est, ea quæ dicta sunt de fideiussione non procedere, si expressè fideiussor dixisset; Velle teneri, etiamsi obligatio principalis carcerati sit nulla. Greg. dec. 560. nu. 5. post Rot. decis. 58. nu. 4. vers. præter quam quod par. 3. recent.

23 Amplia 12. in promissione releuationis indemnitatis ab iniustè carcerato facta: Nam licet regulari-

24 ter valeat contractus ab iniustè carcerato factus cū tertio, qui eum in carcerem non detrusit, nec fuit detrusionis particeps. Doc. in l. qui in carcerem. ff. de eo quod met. caus. Et declarat ibi glos. Et ibi etiam Bart. num. 1. Bald. in 1. lect. vers. si cum tertio, & alij per Far. q. 35. nu. 32. Vbi de communi. Caec. var. resol. tom. 3. cap. 8. num. 41. Tamen si tertius non con-

25 trahit cum carcerato ad proprium commodum principaliter ex proprio motu, sed ex instantia, aut ad commodum illius, qui carceratum iniustè detinet, contractus non tenet; ac promissio releuationis nullius est momenti. Paul. de Castr. in l. non interest. nu. 2. C. de his quæ vi met. caus. fiunt. Ruin. cons. 113. nu. 4. vol. 5. Vrsill. ad Afflict. dec. 149. num. 1. Caec. vbi supra. Far. d. q. 35. nu. 34. Rot. d. decis. Romana Nullitatis obligationis; coram Durano decis. 426.

26 Amplia 13. etiamsi explicitè, & vti principalis principaliter & insolidū se obligauerit. Anchar. cons. 330. nu. 9. vers. descendo ad obligationem Laurentij. Et Ioseph Lud. dec. Romana Nullitatis obligationis; coram Durano dec. 426. nu. 8. quod procedit in nullitate ex defectu formæ, propter quam cum contractus ab initio non subsistat, fideiussio accessoria non habet, vbi consistat, etiam si fideiussor dixerit velle teneri vti principalis. Rot. in dec. 138. num. 5. penes Cincium de cens. Idem est etiam quando obligatio est nulla de iure communi. Paris. cons. 16. nu. 111. & seq. lib. 2. quæ verò dicta sunt sup. n. 22. & dicētur inf. cap. seq. n. 6. locū habent in nullitate ex defectu materiæ, vt declarat Rot. ead. dec. 138. num. 5. & 6. vel quando nulla est obligatio de iure speciali. Paris. cit. cons. 16. num. 112. lib. 2.

27 Amplia 14. procedere etiam, quando detrusio in carcerem iusta quidem est, sed facta fuit ad extorquendum alium contractum separatum, & à causa carcerationis non dependentem in fauorem eius, qui carcerationem procurauit. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 14. Gutter. de iuram. part. 1. cap. 57. Rota in d. Romana Mutui, seu pecuniaria 14. Martij 1631. coram Merlino. num. 8. decis. 26. par. 6. rec.

28 Amplia 15. vt nec valeat contractus à carcerando, puta, si quis incutiat metum, quod aliàs illum carcerari faciet, vel, si sit carceratus ad instantiam alterius ipsum faciet arrestari. Farin. d. q. 35. num. 26.

29 Etenim paria sunt esse carceratum, vel carcerationis periculum imminere. Riminald. sen. consil. 77. num. 16. & seq. Surd. cons. 367. num. 17. vers. nec resistit. & 18. Rot. decis. 731. num. 4. in fin. vers. & licet maritus. par. 3. recent.

30 Amplia 16. vt nec valeat licet dicatur, quod non vi, aut metu, sed spontè se obligauit: quia eodem timore videtur inductus carceratus ad sic affirmandum. l. doli. § diuersum ff. de nouat. & deleg. & notabiliter applicari potest textus peregrinus in l. vnica. C. de salgamo hospitib. non præstan. lib. 12. vbi dicitur: Ne quis Comitum, vel Tribunorum, aut Præpositorum, aut militum nomine, Salgami gratia, culcitras, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferat. Vbi glos. & ipsa notabilis ait: Et notat Etiam à volente, quia semper præsumitur concussio.

31 Amplia 17. vt qui contrahit cum iniustè carcerato, ob iuris resistentiam nullum ius, nullamue acquirat actionem, nec mereatur, vt sibi promissa seruentur, iuxta tradita per DD. in auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. Zab. cons. 137. nu. 4. cum alijs cit. in d. Romana Mutui, coram Merlino. dec. 26. par. 6. recen.

32 Amplia 18. vt nec iuramento conualidetur, sed sit nulla talis obligatio. d. l. qui in Carcerem. ff. quod met. caus. vbi Bart. & alij Ruin. cons. 113. volum. 5.

Nimirū.

Neniz.conf.51.num.43.Marsil.in prax. §.attingat numer.22. Enriq. de fideiuss.cap.20. per totum: Et praesertim à num.91.ad num.112. Rot. bis in Mediolanen.seu Laudem.Pecuniaria. 3.Decembr.1618. & 16.Nouembris 1620.coram bon.mem. Vbaldo. Et in Romana.Damnorum 14.Maij 1627.coram Durano: in impressis.dec.80. In Romana Mutui, seu Pecuniaria 14.Martij 1641. coram Merlino, decis.26.par.6.rec.in d.Romana Nullitatis obligationis.18.Februarij 1633.coram Durano in impressis dec.353.num.3.8.& per totum.Et d.decis.26.nu.5. & seq.par.6.rec.Vermig.cons.178.nu.3.

33 Amplia 19. vt à tali, iuramento apposito in obligatione facta in carceribus, nec sit necessaria absolutio. *Rol.à vall.cons.2 num.76. & seq. & praecipuè num.82.& cons.59.nu.27.lib.1. Rot.in dec.26. num.46. & 49.par.6. recent.* & per plures, quos allegat *Rota in Rheginen.seu Salernitana Bonoris 19. Iunij 1643.coram Carillo. In Append. §.fin. dec.9.Far.d.q.35.nu.10.& 11.* vbi quamplures allegat, licet postea *num.12.* dicat procedere potius de Iure ciuili, quam de iure cannonico: & consulat petendam esse absolutionem. Contrarium tamen deducitur *d.decis.26.* Iuramentum cuim in casu, de quo agimus, parit quidem effectum ciuilem erga hominem, sed non inducit Sacramentum, & Religionem Iuramenti formalis erga Deum, vt transgressor dicatur periurus, adeoque nulla opus est absolutione à tali Iuramento; *Natt.cons.479.nu.12. & cons.400.num.24.Rota in d.decis.26.par.6. rec. in fine,* quamuis fortè iurans peccauerit emittens iuramentum, quod nouit esse nullum.

SECTIO III.

Quando obligatio iniustè Carcerati est valida.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio iniustè carcerati non est semper inualida.*
2 *Obligatio iniustè carcerati orta ex contractu in vtilitatem ipsius est valida.*
3 *Obligatio iniustè carcerati facta per ipsum alieni tertio pro sua liberatione valet, & si liberator aliquid soluit, repetit à carcerato.*
4 *Obligatio iniustè carcerati orta ex promissione facta in fauorem tertij, etiamsi non sit pro liberatione carcerati valida est.*
5 *Contractus iniustè carcerati validus est, si positus in libertate contractum ratificauerit, nisi tunc etiam duret causa metus.*
6 *Contractus carcerati cum alio Carcerato valet.*
7 *Obligatio fideiussoria pro iniustè carcerato, est valida si fideiussor dicat se velle teneri etiamsi principalis obligatio carcerati sit nulla.*
8 *Testamentum ab iniustè carcerato factum ad fauorem aliorum, quàm Baronis, Iudicis, seu Notarij validum est.*
9 *Testamentum à iustè carcerato factum ad fauorem detinentium validum.*
10 *Contractus factus in carcere ab iniustè carcerato validus est de consuetudine, nisi fiat ad fauorem carcerantis, qui, vim aut metum incussit.*
11 *Consuetudo contra bonos mores non est seruanda.*

1 Obligatio iniustè carcerati non semper est nulla, sed dantur multi casus, in quibus est valida, & praesertim infrascripti.

2 Casus I. si contractus factus cum carcerato quomodocunque respiciat vtilitatem ipsiusmet carcerati. *Bald.in rubr. C.de rescind. vendit. num.8. in vers.Et hoc est verum, nisi contractus sit vtilis ipsi carcerato.* Et alij per *Far. alleg. q.35. num.35.* Vbi de communi *Dec. cons.691. nu.5. Bursat.cons.72. num.34. in fin.vers.hac quoque.*

3 Casus II. si promissio fiat per carceratum tertio pro sua liberatione; nam tunc non solum valet promissio, verum si tertius aliquid soluit, repetit à carcerato, etiamsi carceratio fuisset iniusta, vel fuerit carceratio priuata. *l.nam & Seruius.ff. de neg. gest.Ruin.cons.113.nu.7. vol.7. & per totum. Bursat.d.cons 72.num.34. Far q.35.num.36.Rota decis.98.nu 8 par.4.recent.*

4 Casus III. si promissio fiat ad fauorem tertij, etiamsi nō sit pro liberatione ipsius carcerati. *Bart. In l.qui in carcerem.num.1.ff quod met. caus. Et in l.qui à latronibus.num.2. vers. ad vtilitatem aliorum. Et ibi Castr. num.3. vers.si ad vtilitatem tertij.ff.de testam. Alex cons 127.num.5.lib.3.Rot. dec.98.par.4. recent.* Multo magis, si fiat ad fauorē Commentariensis pro expensis carcerum in secretis carceribus praestitarum, cum ad has etiam iuxta Summorum Pontificum Constitutiones teneatur carceratus, vt alibi diximus, & est de iure, ita vt Custos possit carceratum retinere: quod etiam seruari de consuetudine testatur *Guidopap.decis.448. Chassan.ad consuet. Burgund.fol.90.nu.34.*

5 Casus IV. si carceratus iniustè, postquam fuit liberatus, & in loco tuto contractum ratificauit. *glos.in d.l.qui in carcerem.ff.quod met. caus. & l.2. C.eodem.Rol.cons.2.num.87.& seq.lib.1.Ossasch.decis.179.num.8.& seq. Ioseph. decis. Luc.18. num.1. & seq. par.1.* vbi de communi Mascard. *de probat. lib.2. concl.1051. numer.34. & 35. Far.vbi suprà num.38.& 39.* Porrò, vt hoc, quod diximus, locum habeat, opus est, vt ratificatio, vel verbis expressa, vel facta per aliquem actum tacitè adducta non sequatur in tempore, in quo adsit eadem causa metus. *Natt.cons.451. numer.19. vol.2. Mascard. cit.concl.1051. num.36. Far.q.35.nu.39.*

6 Casus V. si contractus fiat à carcerato cum alio carcerato. Bald. *in d. l. qui in carcerem in 2. lect. ante num.1.per tex.in d.l.nam & Seruius.ff.de neg. gest.Far.d.q.35.nu 40.vbi supra.*

7 Casus VI. cum fideiussor se obligans pro nulliter carcerato dicit velle teneri, etiamsi principalis obligatio sit nulla, vt dixi supra Sectione praecedente *11.ampliat.num.22.*

8 Casus VII. Vt valeat testamentum factum ad fauorem aliorum, quam Baronis, Iudicis, seu Notarij, de quibus dicetur inferius per textum *d.l.qui à latronibus. Vbi Angel.& Imol.ff.de testam.Far. d.q.35.num.41.Guaz.d.def.6.c.7. num.15. vers.7.*

 Etsi

9 Et si carceratio est iusta, tunc potest testari etiam ad fauorem detinentis. *Bald. in d.l. qui in carcerem. in prima lect. num. 2. ff. quod met. caus. Bar. & Castr. in d.l. qui à latronibus. ff. de testam. Boss. in tract. de Carcer. post num. 22. & 23.* vbi de communi. *Far. d.q. 36. num. 43.* non tamen ad fauorem Iudicis, & aliorum, de quibus infra seq. *sect. num. 9.*

10 Casus VIII. Vt quidquid sit de Iure, de consuetudine tamen valeat, etiam ab iniustè carcerato, contractus factus in carcere; teste Alber. *d.l. qui in Carcerem ad fin.* vbi dixit ita continuè seruari in practica. Sequitur Clar. *in pract. § fin. q. 46. nu. 6. vers. plerumque verò. in fine. Far. in sua prax. crim. tit. quæst. 35. par. 1. tom. 2. nu. 44.* vbi tamen *nu. 45.* subiungit opinionem Alber. intelligendam esse, vbi carceratio esset iusta; secus si iniusta, & ad fauorem carcerantis, qui vim, vel metum intulit. Tunc e-
11 nim, etiamsi adesset consuetudo in contrarium, nō esset seruanda; tanquam contra bonos mores. Hāc nihilominus consuetudinem, si adsit in loco, seruādam esse dixit. *Guez. def. 6. num. 15. vers. 9. limit.*

SECTIO IV.

Quando obligatio iustè carcerati est valida, & quando inualida.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio iustè carcerati est valida regulariter.*
2 *Metus non inducitur ex iusta carceratione cur.*
3 *Coactus iustè censetur voluntariè consentire cur.*
4 *Metus dici non potest in gestis pro satisfactione Iustitiæ.*
5 *Iniuria non dicitur, quod Iure publico, & in executionem præcedentis contractus fit.*
6 *Metu factum eatenus retractatur, quatenus id contra iustitiam processit.*
7 *Carcerationis iustitia præsumitur.*
8 *Obligatio iustè carcerati inualida, si fiat ad fauorem Iudicis, Officialis, aut Custodis Carcerum.*
9 *Testamentum à iustè carcerato factum in fauorē Iudicis, & Officialis non subsistit.*
10 *Metum maiorem incutit Iudex, quam priuatus creditor.*
11 *Contractus omnes gaudent dispositione l. qui à latronibus. ff. de testam.*
12 *Obligatio iustè carcerati in fauorem Baronis inualida cur.*
13 *Obligatio iustè carcerati in fauorem Baronis inualida, etiamsi Baro addat preces.*
14 *Preces potentiorum armata dicuntur.*
15 *Obligatio iustè carcerati in fauorem Baronis non firmatur iuramento, etiamsi renunciatum fuerit beneplacito* l. principalibus. ff. de reb. cred. *vel aliarum legum.*
16 *Priuilegia Carceratorum enumerata competunt omnibus carceratis, siue diuites sint, siue pauperes.*

DIxi supra. *Sect. 2.* obligationem iniustè carcerati ad fauorem eius, qui illum carcerari fecit, esse nullam. Modo cum contrariorum eadem sit species, seu forma, vt dicit *Arist. 7. metaph. cap. 8. tex. 23.* Et vt dicunt Iurisconsulti eadem disciplina. *Inst. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & ibi Aret. glos. in Auth. vt non fiant pignora. ver. non enim. coll. 5. cum vulg.* potest constitui conclusio receptissima; quam etiam pluries Rota amplexa fuit:
1 nempè obligationem iustè carcerati validam esse; & sustinendam. *Bart. in l. qui carcerem. nu. 1. ff. quod met. caus. & ibidem Bald. in prima lect. versic. item etiam. Latè Far. de carcer. & carcerat. q. 35. nu. 29. & in frag. in verbo metus. nu. 21. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 36. in fine, & nu. 41. Grat. discep. 479. num. 30. Rota decis. 26. & 122. numer. 7. & num. 12. par. 6. recent. & in Rheginen. seu Salernitana Bonorum. In Append. §. 5. dec. 9. Cancer. cap. 1. numer. 39. lib. 3. Decian. resp. 42. numer. 19. lib. 5.*

2 Non enim ex iusta carceratione potest dici inductus metus, neque irrogata iniuria tamquam facta pro Iuris executione, ex latè deductis *d. dec. 26. par. 6. recent. Et in Neapolitana. Domorum. In*
3 *Append. §. 5. dec. 8.* Ratio est, quia, qui iustè cogitur, censetur quodammodo voluntariè consentire, cum causam metus, & coactionis ipse dederit, & timor ab ipsomet nascatur. *Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. numer. 43. Sanchez. de matrim. lib. 4. disp. 9. num. 8. & disp. 13 per totum. Rota d. dec. 26. par. 6. recent.*

4 Nam metus dici non potest, dum intuitu iustitiæ aliquid factum est, vt inquit Bald. *in l. ait Prætor. §. continet igitur in princ. ff. quod met. caus. Rot. dec. 26. par. 6. rec.* Sicuti iniuria dici nō potest, quod
5 iure publico, & in executionem præcedentis contractus fit. *l. iniuriarum actio. §. is qui iure publico de iniur. Boss. de iniur. num. 11. Peguer. dec. 13. n. 15. vers. quo fit. Far. q. 105. num. 130.* Ac propterea talis Iuris executio non metum, nec iniuriam incutit ex supra citat. *& l. quemadmodū. §. Magistratus. ad l. Aquil. & in d. dec. 26. par. 6. recent.*

6 Nam quod metu factum est, eatenus retractatur, quatenus contra iustitiam id processit. *Decian. consil. 18. num. 132. & 133. cum seq.* Quod etiam admisit Rota in *Foroliuien. Nullitatis obligationis, coram Sacrato,* quæ est decis. 490. *par. 1. recent. Et in Melephiten. seu Nauellen. Pecuniaria. In Append. §. 5. dec. 7. & in dec. 26. par. 6 rec.*

7 Declara, vt pro carcerationis iustitia præsumatur. *Rota coram Ghislerio in Ciuitatis Castelli. Bonorum 5. Maij 1652. quæ est impressa lib. 6 recent. decis. 122. num. 11.* vide etiam quæ diximus supra *Sect. 1. nu. 1. & deinceps.*

8 Reliquum iam est, vt explicemus quando obligatio iustè carcerati est nulla. Sit ergo conclusio, quod obligatio etiam iustè carcerati non valet, si sit facta ad fauorem Iudicis, seu officialis, aut etiam Custodis Carcerum. Quia distinctio inter iustam, vel iniustam carcerationem procedit in obligatione facta ad fauorem Creditoris, ad cuius instantiā fuit carceratus: sed quando obligatio est in fauorē Iudicis, & officialis, tunc etiamsi iusta sit carceratio, obligatio tamen carcerati non tenet. *Boss. in tit. de Carcer. nu. 22. & 23. Rebuff. in d.l. qui neque.*

§. solutum

§ solutum alias. l. solutum. 48. ff. de ver. & rer. sign. vers intelligite, quod si creditor, in illis verbis, *vnde anno* 1537. vbi dicit non valere obligationem factā ad fauorem Commentariensis pro alimentis præstitis. *Far. q. 35. num. 30. Rot. in d. dec. 26. par. 6. rec.*

9 Amplia 1. in testamento facto in fauorem Iudicis, seu officialis, vt non subsistat *ad trad. per Bart. num 2. Castr. num. 3. & alios DD. in d. l. qui à latronibus ff. de testam.* Nam officialis maiorem incutit timorē, quā priuatus creditor. *Rota d. dec. 26. num. 14 & 15. & per tot. par. 6. rec. Guaz. defens. 6. numer. 15. vers. nec carceratus potest capi.* Vbi triginta quinque carceratorum priuilegia recenset, quorum quamplura nos omisimus recensere specificè, quia sunt in opere nostro diuersis locis ad aliū effectum particulariter examinata.

11 Amplia 2. vt dispositio *d. l. qui à latronibus.* pari ratione procedat in omnibus contractibus, sicuti in testamentis, vt notat ibidem *Bart. nu. 2. & Castr. num. 3.* & sequitur Rota *in d. decis. 26. par. 6. rec.*

12 Amplia 3. vt multo magis procedat in Barone, in quo rationes fortius procedunt, quam in simplici officiali, & Iudice. Ipsi enim habent vltorem Dominum, seu Baronem. Baro autem non habet vltorem, & vindicem nisi supremum Principem; qui tanquam longè absens, & ad plura intentus facilè aditi non potest, & consequenter carceratus probabilius formidat indignationē Baronis, quam Iudicis, vel alterius officialis, vt latè dixit Rota *in d. dec. 26. par. 6. rec.*

13 Quod procedere debet etiamsi Baro preces adderet, cum semper *Potentiorum preces* dicantur *armata*. Has preces armatas M. Tullius appellauit *Suasionem cum necessitate coniunctam*, dixit quoque Ouidius,

„ *Precibusque minas regaliter addit:*

Hinc quoque illud: *Potentiori minora qui negat, maiora concedit.*

15 Amplia 4. vt nec eiusmodi contractus iuramento firmetur, nec sustineatur; etiamsi fuerit renunciatum beneficio *l. principalibus. ff. de reb. cred.* cuius verba sunt: *Principalibus constitutionibus cauetur, vt, qui Prouinciam regunt, quiue circa eos sunt, negotientur, mutuamue pecuniam dent, fœnusue accipiant.* Nec non etiamsi renunciatum sit aliarum legum priuilegijs. Rota *decis. 26. part 6. recent.*

16 Omnia supradicta priuilegia adaptantur omnibus Carceratis, siuè diuites sint, siuè pauperes. Sunt præterea alia priuilegia, & prærogatiuæ, quas secum fert paupertas, de quibus inferius dicturi sumus quātum exigit institutum nostrum *lib. 2. §. 2. cap. 4. & seqq.*

§. VI.

ARCHICONFRATERNITAT. Caritatis, & Pietatis.

Caput I.

De Caritatis Etymologia.

SVMMARIVM.

1 *Caritas cum aspiratione amorem, sine aspiratione penuriam significet ex* Calepino, *& alijs.*
2 *Caritas siue amorem, siue penuriam significet, absque aspiratione scribenda est ex veriori sententia.*
3 *Caritas ab adiectiuo, carus, deriuatur.*
4 *Cara omnia rara.*
5 *Caros dicimus, quos præcipuo amore diligimus.*
6 *Caritas, cara vnitas ex Gersone.*
7 *Caritas sine aspiratione scribenda ex antiquis, & modernis auctoribus, & antiquis inscriptionibus.*
8 *Carus cum littera K scriptus in antiquis inscriptionibus.*
9 *Carus à Græco Χάρις deriuari non videtur, quia hoc corripit, illud producit primam syllabam, & num. 11.*
10 *Caritas, & gratia sunt synonyma ex Dausquio.*
12 *Carus, & Caritas amorem honestum significant.*
13 *Caritas nō videtur deriuari à verbo, Cario, quod primam syllabam corripit.*
14 *Carentia est rerum, quæ nullatenus sunt.*
25 *Caritas significans penuriam, est rerum, quæ raræ sunt.*
16 *Caritas vilitati opponitur.*
17 *Caritas à Deo exposcenda, qui caritas est; vt possimus exercere munia Caritatis.*

QVIA frequenter hoc in opere *Caritatis* nomine vtendū est; quippe quæ vnum, aut præcipuum eius est subiectū: non abs re fuerit originem eius, siue deriuationem, quā Etymologiam vocant, perscrutari, præsertim cum non vna omnium hac de re sit sententia: nec defuerint, qui vitio nobis adscripserint, quod nomen hoc subtracto spiritu scripserimus.

Sunt, qui nomen istud duo diuersa significare existimant, prout additur, vel demitur aspiratio. 1 Nam Caritatem sine aspiratione penuriam, siue inopiam significare volunt, quæ vulgo *Carestia* dicitur; & tunc à verbo *Careo*, quasi *Carentiam* deduci putant. Charitatem autem cum aspiratione amorem, & dilectionem significare credunt, deducique à nomine, *Charus*. Huius sententiæ sūt *Calepinus, Nizolius, & Thesaurus linguæ latinæ*, quibus, quoniam rem grammaticam ex professo tractant, tamquam artis suæ peritis credendum

videre-

videretur, præsertim cum Petottum, Fungerum, Martinium, aliosque vel auctores, vel Sectatores habeant; nisi & ratio, & accuratiorum Scriptorum
2 auctoritas aliud suaderet: quorum sententiæ tamquã veriori, & nos subscribimus. Rectè enim sentiunt Caritatis nomen, siue Penuriam, siue Amorem, & dilectionem significet, semper absque aspiratione scribendum. Non enim aliundè deriuari
3 potest, quam ab Adiectiuo Carus. Res autem illas quarum penuria est, Caras dicimus, quia Caro ve-
4 niunt; Vnde illud: Omnia rara cara: sicut & illas quas maiori affectu possidemus: Ex quo fit vt eos
5 nomine proprio dicamus nobis *Caros*, quos præcipuo amore complectimur. Atque hoc sane in causa est, quod nihil frequentius in sepulcrorum Epigraphis seu inscriptionibus antiquis occurrat, quam, vt parentes, coniuges, liberi, & amici, vel sanguinis necessitudine, vel animi affectu maximè coniuncti CARISSIMI vocentur. Nec immeritò, cum non minor amicorum, quàm annonæ Caritas: ac propterea illos ob raritatẽ scilicet, vnicè diligere dicimur; ita vt *Caritas* ex Gersonis mẽ-
6 te *tract. 9. sup. Magnif.* dicatur quasi *Cara vnitas*.
7 Quod autem nomen *Carus*, & Caritas quacumque significatione accipiatur, sine aspiratione scribendum sit, si veterem, veramque latini sermonis Orthographiam obseruare velimus, & antiquæ, vt dixi, Inscriptiones, & vetustissimi quique, ac probatissimi Codices manuscripti docent. Quod & Aldus Manutius, & Claudius Dausquius *in Orthographia*, voce, Carus, testantur, quorum Ille & lapides antiquos plurimos adducit, in quibus perpetuo ita scriptum legitur; & duos celeberrimos codices manuscriptos laudat, Pandectas scilicet Florentinas, ipsa fermè Iustiniani ætate exaratas: Addit etiam antiquius exemplar Virgilij, quod tũc temporis penes Cardinalem Carpensem fuit, nunc in Vaticana Bibliotheca cõspicitur; cui & alius Palatinæ Bibliothecæ Codex vetustus accessit.

Hæc, aliaque id genus vetustatis monumenta clarissima in auctoribus istis edendis pro regula fuerunt Petro Victorio, Gabrieli Faerno, M.A. Mureto, Fuluio Vrsino, Paulo, & Aldo Manutijs, & alijs. Eandem diligentiam, etiam in Vaticana Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum editione obseruarunt Cardinalis Carrafa, & Bandinus Vaticanæ Basilicæ Canonicus, qui tam præclaro operi cũ laude præfuerunt. Habemus quoque textum in *l. si quis. §. vtrum ff. de lib. agn.* Ibi, *Et cum ex æquitate hæc res descendat, caritateque sanguinis*.
8 Dausquius aliam præterea rationem, eamque certissimam, addit, quod antiquæ Inscriptiones in magno opere Gruteri sæpius *Kaius*, & *Karissimus* cum *K* scriptæ leguntur, vt promiscuè Calendas, & Kalendas etiam nunc veterum more scribere solemus. *Quæ scriptio*, inquit Dausquius, *detritum* H *indicat, quandoquidem* K *littera græca aspirationem nullo modo admittit*.
9 Hinc apparet, quam vana sit eorum opinio, qui cum aspiratione, *Charus*, scribunt, quod à græca voce χάρις, hoc est, Gratia deriuetur. Nã vis infertur notioni, cum aliud sit Gratia, aliud Amor. Præ-
11 terea χάρις primam corripit syllabam, Caritas pro-
12 ducit, & tam vox, Carus, quàm Caritas amorem honestum præsefert apud auctores linguæ latinæ, & apud Christianos Scriptores.
13 Eodem argumento altera origi natio refellitur à verbo, *Careo*, quod itidem primam breuem habet, quæ in vocibus Carus, & Caritas producitur. Præterea nec significatio congruit. Caremus enim ijs rebus, quæ nullatenus sunt, aut sup-
14 petunt nobis; caræ autem sunt, vt ante dixi, quæ
15 Caro pretio parantur, & singulari Caritatis affe-
16 ctu possidentur; Vnde Caritas vilitati opponitur, teste Valla: Penuria autem defectus est, seu carentia rerum omnium; eoque fames ab annonæ Caritate differt, vt ex Cicerone perspicitur. Sic *Orat. 5. in Verrem* scribit: *Biennio Prouinciã obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit*. Rursusq. *oratione pro domo sua*; ait: *Qua ex re primum Caritas nata est; deinde inopia*. Iterum: *Atque vtrumque fuisse perspicuum est difficultatem annonæ, summamq. inopiam rei frumentariæ, vt homines non iam diuturnam Caritatem, sed vt famem plenè timerent*. Ita quoque nummorum Caritatem dixit lib. 9. Epist. ad Atticum: *Ægrè pecunia suppetit; ideoq. pretium eius iniquo valore augetur*. Restat, vt cognita nominis notione, ore-
17 mus Deum, qui caritas est, vt inspiret in cordibus nostris caritatem, qua exerceamus ea, quæ sequẽti Capitulo perstringuntur.

CAPVT II.

De Muneribus, & Priuilegijs Archiconfraternitatis Caritatis.

SVMMARIVM.

1 *Roma locorum piorum multitudine excellit.*
2 *Archiconfraternitatis Caritatis præcipua laus.*
3 *Archiconfraternitatis Caritatis initia.*
4 *Archiconfraternitatis Caritatis incrementum à Clemente VII. & Leone X. accepit.*
5 *Romæ loca pia singula exercent aliquod opus singulare Caritatis.*
6 *Archiconfraternitas Caritatis omnia opera pia exercet.*
7 *Archiconfraternitatis Caritatis redditibus quibus personis subuenitur.*
8 *Archicõfraternitas mortis cõcurrit cum Archicõfraternitate Caritatis in sepultura Mortuorũ.*
9 *Archiconfraternitas Caritatis maxime insudat in subleuandis carceratis.*
10 *Archiconfraternitas Caritatis procurat Sacerdotes, qui quotidie Missas in Carceribus Nona, Sabellorum, & Burgi celebrent.*
11 *Archiconfraternitas Caritatis alternis diebus panem erogat pauperibus carceratis, cibos infirmis in secretis, & in valetudinario constitutis.*
12 *Archiconfraternitas Caritatis Hospitale pro Infirmis suis expensis sustentat.*
13 *Archicõfraternitas Caritatis procurat binos Sacerdotes approbatos, qui carceratis Sacramenta Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis ministrent.*
14 *Archiconfraternitas Caritatis omnibus omnium Carcerum carceratis Infirmis suppeditat Medicos, Chirurgos, Aromatarios, Tonsores.*

15 *Archi-*

15 *Archiconfraternitas Caritatis deputat cum Salario Procuratorem pauperum carceratorum.*
16 *Archiconfraternitati Caritatis varias gratias, & priuilegia merito concesserunt S.mi Pontifices.*
17 *Archiconfraternitati Caritatis Pius IV. pœnas applicauit non excedentes aureos decem.*
18 *Commissarij extra Vrbem tenentur assumere Notarium Caritatis ex decreto Gregorij XV.*
19 *Notarium Caritatis expedit saluos conductus, & alias gratias Sac. Consulta.*
20 *Notarius Caritatis solus habuit olim facultatem dandi fidem decretorum Visita.*
21. *Notarius Caritatis hodie non gaudet solus facultate dandi fidem decretorum Visita.*
22 *Archiconfraternitas Caritatis habet officium Soldanatus.*
23 *Archiconfraternitas Caritatis, qua salaria persoluat diuersis Ministris, & Officialibus pro vsibus Carceratorum.*
24 *Archiconfraternitas Caritatis olim in Visitationibus Carcerum vtebatur vno tantum deputato, nunc duobus.*
25 *Archiconfraternitas Caritatis olim non habebat redditus proprios, quibus succurreret carceratis, sed Fiscus prouidebat de alimentis, expensas exhibendo Caritatis deputato.*
26 *Archiconfraternitatis Caritatis deputatus olim cognoscebat de expensis soluendis.*
27 *Archiconfraternitatis Caritatis deputatus olim exercebat iurisdictionem.*
28 *Prælatus quotannis deputatur loco duorum deputatorum Caritatis, cur.*
29 *Archiconfraternitatis Caritatis Protector, Prælatus, & Deputati præscribunt ordinationes obseruandas à Carceratis.*
30 *Visita hodie non mandat, vt olim, expensas solui pro carceratis, sed illud negotium relinquit Prælato, Deputato, & Procuratori Caritatis.*
31 *Priuilegium Caritatis liberandi condemnatos remissiue.*
32 *Archiconfraternitatis Caritatis laus ex Fabio Roscio.*

1 INter multa, eaque præstantissima, quibus hæc Alma Vrbs cæteras totius orbis Christiani Ciuitates longè antecellit, vnum est, quod in ea sint quamplurimæ Christifidelium Confraternitates, Sodalitates, Societates, atque Congregationes, necnon Cœnobia, Hospitalia, & Orphanotrophia canonicè sanctèque instituta; quorum Confratres, Sodales, Alumni, Rectores, atque Deputati in eis, eorumque Ecclesijs pro instituto Diuinum cultū peragere; pauperibus, & infirmis presto esse; illisque non corporalia tantum, sed etiam spiritualia pabula præbere; denique proximum omni ratione iuuare; alij alios varijs piorum operum, & virtutum exercitijs superare contendunt: quorum singula dum intuemur, gratias Deo referre debemus, qui tam piam mentem fidelibus infundit. Atque vt omnes Confraternitates, & Congregationes huiusmodi magni faciendæ sunt; ita, & quidem
2 præcipuè, Archiconfraternitas Sancti Hieronymi Caritatis dignissima reputari debet quæ à cunctis fidelibus laudem consequatur atque fauorem experiatur.

3 Vt autem rerum omnium principia parua esse dixit Cicero. 3. *de finib.* cum à debili initio exordia sua duxerint; sic huius Archiconfraternitatis principium cœpit à pauculis Curialibus, qui simul conuenerunt, ac varijs Caritatis officijs operam dederunt. Cumq. paulatim creuissent, hos Iulius
4 Medices, qui fuit postea Clemens Papa VII. tunc S.R.E. ViceCancellarius in Archiconfraternitatem erigi, eamque nomine Caritatis insigniri curauit; quam Leo X. postmodum *Const.* 37. approbauit. Progressu temporis ad ea incrementa peruenit, vt cum alia opera pia alijs Confraterni-
5 tatibus propria sint, ita vt istę Infirmorum aliquo particulari morbo laborantium; aliæ puellarum, nonnullæ viduarum, atque pupillorum tantum curam suscipiant; omnia, quæ sigillatim a singulis
6 præstari consueuerunt, ab hac vna Caritatis Archiconfraternitate cumulatissimè præstentur. Huius redditibus Presbyteri duodecim, vnus Subsacrista, & quatuor Clerici Ecclesiæ, in diuinis laudabiliter seruientes, sustentantur. Pauperes vtriusque sexus, infirmi, valentes, liberi, viduæ, pupilli, & virgines, aliæque miserabiles personæ, nullo sexus, nulloque ætatis facto discrimine adiuuantur. Ex eius instituto, & laudabili consuetudine singu-
7 lis diebus Sabbatinis pauperibus verecundis trina prolo granatis panis distribuitur: Pauperes omnes infirmi sumptibus Archiconfraternitatis ad Hospitalia transportantur. *Patrocinium causarum pauperum, & miserabilium viduarum & pupillorū cū sumptuum suppeditatione suscipitur.* Die Festo S.Hieronymi ex ordinarijs Archiconfraternitatis redditibus ex hæreditate Putignana quadraginta circiter virginibus; & ex hæreditate bo.me. R.P.D. Fuccioli de Ciuitate Castelli duabus Conuertitis dotes assignantur. Monasterio Monialium Conuertitarum, cuius curam Leo Papa X. *in Constit.* 39. eidem Caritati demandauit, quinquaginta scutorum per singulos menses eleemosyna subuenitur. Multiplici viuorum subuentioni accedit eximium in mortuos Caritatis officium, quo pauperes, tam intra, quam extra Vrbem defuncti ab Archiconfraternitate sepulturæ traduntur; eorum-
8 que animæ suffragijs adiuuantur: Cum illa in hac parte concurrit Archiconfraternitas Mortis postea erecta, & quæ consensu Archiconfraternitatis Caritatis huiusmodi pium opus exercet: qui consensus reseruatus fuit in Bulla erectionis Archiconfraternitatis Mortis Pij IV. 22. *Diuina disponente clementia.* §. 3. ibi: *Dummodo Archiconfraternitatis Caritatis accedat assensus. In Bullar. fol.* 24.

9 Præcipuo autem studio pauperibus carceratis vltra spiritualia de quibus infra, cum de illius procuratore tractabitur, subuenit etiam temporalibus auxilijs, ita vt dici possit cum Ambrosio *In Exameron*; quod cum *paupertas inopes cogeret ad crimina, deficerentque humana præsidia, diuina miseratione eis prouisum fuerit de temporalibus subsidijs.* Itaque dicta eadem Archiconfraternitas omnes neruos in illorum excarcerationem, & ple-
10 nam libertatem intendit. Duo enim, qui quotidie in Turris Nonæ, vnus qui in Curia de Sabellis; & alius qui in Burgi Carceribus Sacrum faciant Presbyteri conducuntur. Alternis diebus paupe-

tibus

11 tribus carceratis panis erogatur, sumptus cibarij pauperibus detentis in secretis carceribus, & in valetudinario existentibus Caritatis liberalitate
12 suppeditantur. In prædictis Turris Nonæ Carceribus Hospitale omnibus suis partibus absolutum pro infirmis eiusdem Archiconfraternitatis expẽsis fundatum vbertimè ab illa sustentatur: & ne contingat quempiam ex carceratis Pœniten-
13 tiæ Sacramento destitutum decedere, Sacerdos, qui Infirmarius dicitur, ad Pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ & Extremæ Vnctionis Sacramẽta ministranda, prævio examine approbatus, cum socio cõtinuo ad inseruiendum simul infirmis (cõ-
14 stituta decem scutorum menstruorum mercede) conducitur; omnibusque omnium Carcerum infirmis de Medicis, Chirurgo, Tonsore, atque Aromatario prouidetur.

15 Vltra operam vnius Prælati in omnibus Visitationibus Carceratorum interuenientis, etiam defenduntur criminales, & ciuiles causæ per ministerium Procuratoris ab Archiconfraternitate deputati cum salario, ex peculiari Sedis Apostolicæ gratia, & à Pontificibus approbati, etiam cum Cameræ Apostolicæ particulari stipendio, qui in Carcerum Visitationibus immediatè post alium Procuratorem pauperum a Camera deputatum locum obtinet, ac statum, & merita causarum carceratorum refert; habetq. ius suffragij.

16 Digna propterea hæc est Archiconfraternitas, quæ à Summis Pontificibus diuersis gratijs, & pri-
17 uilegijs, vel reipsa fuit, ornaretur. Ad illius commodum Pius IV. vltra emolumenta Carcerum Turris Nonæ, & officij Notariatus Gubernatoris Vrbis ab antecessoribus concessa, pœnas vsque ad summam decem aureorum applicauit, *vt in Ap-*
18 *pend.* §. 1. c. 9. Præterea per decretũ Congregationis Cardinaliũ super negotijs Status Ecclesiastici factum, & à Gregorio XV. approbatum, vt constat ex eius Constit. 37. *in Bullar. fol.* 34. statuitur, quod Commissarij, siue per ipsius Sac. Consultæ litteras, siue per Breuia extra Vrbem transmittendi assumere Notarium ipsius Archiconfraternitatis tenerẽtur; cum ostensum fuisset hanc facultatem Caritati competere, & alias confirmatam esse à Pio V. per Breue 16. *Septembris.* 1566. vt in libello Constitut. Caritatis Romæ impresso Anno 1603. per Impressores Camerales. *cap.* 10. *sub tit. de offic.*
19 *Notar. scribendi in causis Commissariorum.* Similiter etiam decreto in eadem *Constit.* 37. §. 2. confirmatur priuilegium officij Criminalis Caritatis, quod Saluiconductus, Attesta, Compositiones, Liberationes, & aliæ quæcumque gratiæ faciẽdæ per Sacram Cõsultam, cum omnibus scripturis ad prædicta facientibus (exceptis causis in Tribunali Auditoris Cameræ introductis) sub pœna nullitatis registrari debẽant. Quarum concessionum vigore Archiconfraternitas locat officium criminale Gubernatoris cum dicta facultate transmittendi Notarios cum Commissarijs, vt supra: & de præsenti locatum reperitur D. Liberato Palenco Reatino
20 pro annuis scutis mille, & nongentis ad triennium. Cui Notario, priuatiuè quoad alios concessa olim fuit facultas dandi fides Decretorum Visitæ 1560. 23. Feb. Sab. *Domini Visitatores ad euitanda scandala, & partium maiores expensas ordinarunt, quod ex decretis factis, & faciendis in Visita pro carceratis, & carcerandis de mandato D. Gubernatoris nullus Notarius audeat dare copiã, vel fidem præter Notarium Caritatis, & præfati D. Gubernatoris sub pœna falsi, & scutorum viginti quinque moneta.*

21 Quod tamen hodie non obseruatur, sed cum in Visita interueniant Notarij Tribunalium Gubernatoris, Auditoris Cameræ, & Vicarij, in Capitolio Notarius eius Tribunalis, Nonæ Notarius Soldani, & Sabellis Notarius illius Curiæ Sabellicæ, singuli qui interuenẽrit subscribere possunt fidei decretorum Visitæ, quas gratis in die Visitæ, alijs diebus pro mercede Bononorum viginti quinque tradere tenentur.

22 Habet etiam hæc Confraternitas officium Soldanatus, de quo dicturi sumus infra. §. 8. *cap.* 7. vbi etiam dicemus de Prælato, & Procuratore Caritatis *cap.* 2. & 6.

23 Deputat Medicos, Chirurgum, & alios ex facultate concessa à Summis Pontificibus, vt in libello Constit. Car. *cap.* 9. & in Constit. Pauli V. 71. *Tit. de carcerat. in princ.* De Salarijs verò, quæ persoluit Caritas ministris, quos recensuimus, & artificibus in commodum carceratorum operas suas locantibus, habetur nota *In Append.* §. 3. *c.* 12. vbi etiam posuimus Relationem Procuratoris Caritatis circa numerum Carceratorũ qui totius anni decursu liberantur. *eodem* §. 3. *cap.* 10.

24 Caritas antiquitus vtebatur in Visitationibus ministerio vnius tantum Deputati vigore Statuti, de quo in *Append.* §. 3. *cap.* 2. Excrescente posteà numero Carceratorum cœperunt duo Deputati inseruire indigentijs illorum, & interuenire in Visita, à qua multa ipsis committebantur. * 1543. 13. Ian. Sab. *Andreas de Bononia. Detur terminus vnius mensis ad faciendum suas defensiones etiam per remissoriam, si velit; & deinde arbitrio D. Gubernatoris: qui interim sibi prouideat de alimentis, & ex nunc fuerunt data scuta decem auri pro alimentis in manibus D. Francisci de Firmis Deputati pro Caritate.*

25 In manibus Deputati pro Caritate fuerunt datæ pecuniæ pro alimentis, quia illo tempore Caritas non habebat proprios redditus, quibus succurreret carceratis: & propterea grauatus fuit Fiscus ad prouidendum de alimentis, prout tenetur, vt alibi dicturi sumus. * 1550. 16. Octobris. Nonæ. *Domini Visitatores decreuerunt, & deputauerunt in meditum Magistrum Ioannem Petrum de Como cum salario declarando per Dominos Caritatis.*

26 Erat onus ipsius deputati Caritatis cognoscere de expensis soluendis. 1555. Aug. Cap. *Iustinianus. Videantur expensæ per Procuratorem pauperum, & referantur D. Deputato Caritatis.* Quinimo ijdem Caritatis Deputati exercebant etiam
27 Iurisdictionem. 1567. 15. Aprilis. Sab. *Aristoteles Tusculanus repræsentatus. Maneat in carceribus, & Deputati Caritatis deputent Iudicem, seù Iudices loco D. Schinchinelli, qui procedãt, seù procedat iuxtà facultatem, seù facultates, eidem D. Schinchinelli datam, seù datas; expediant causam quoad arresta etiam auctoritate Visitæ.*

28 Propter carceratorum multitudinem operæ, pretium

pretium visum fuit illorum causas maiori doctrina, & auctoritate nomine Caritatis tractari in Visitationibus. Cœperunt propterea Eminentissimus Protector à quamplurimis annis, & Congregatio Generalis, quæ quotannis fit, deputare Prælatum, cuius supra mentionem fecimus, pro Visitationibus publicis loco duorum Deputatorum; qui nihilominus in cæteris retinuerunt, vti hodie quoque retinent, ius & facultatem, ac onus iuxta formam d. Statuti Caritatis, inuisendi frequenter carceres, & carceratis tam spiritualiter, quam corporaliter subueniendi, vna cum Procuratore, qui præterea habet etiam curam defensionis causarum, vt suo loco dicemus.

29 Rursus huius Archiconfraternitatis Cardinalis Protector, Prælatus, & Deputati consueuerunt diuersa capitula, & ordinationes ab omnibus carceratis obseruanda promulgare; vt facilius intra Carceres in officio contineantur. Horum nonnulla posuimus in *Append. §. 2. cap. 2. & 3.*

30 Ex quibus apparet adeò solerter satisfieri à Societate Caritatis muneri suo, vt non egeat calcaribus; & proindè licet olim Sacra Visita subindè mandauerit solui expensas pro carceratis, vt constat ex decretis, quæ ad alium effectũ alias in opere referuntur; consueuit tamen postea ab huiusmodi decretis abstinere. Nempe experta est expensas spontè, & promptè per ipsum Prælatum, Deputatos, ac Procuratorem; & quando sunt magnæ, per Congregationem ipsam Caritatis mandari solui, quoties carcerati sunt pauperes, & vt dicitur De cõprehensis, nisi culpa alicuius factę fuerint expensæ: tunc enim ad eas soluendas cogitur, qui in culpa fuit. 1650. 1. Septembris. Cap. *Martinus. Relaxetur gratis solutis expensis cibarijs Secretorum Carcerum pro diebus tribus, & pro residuo relaxetur mandatum contra illum, qui eum carcerare fecit.*

31 De priuilegio liberandi condemnatos diximus Superiori *§. 5. cap. 1. num. 32. & 33.* Grates igitur Deo sunt referendæ, quod opus huiusmodi in Vrbe, quæ est Sedes Sanctitatis, tamquam à misericordia procedens à Caritate adimpleatur sub illis tribus perceptis, *Potare sitientes, Pascere infirmos; & Redimere captiuos*: Idque his nostris temporibus, quibus vbique terrarũ magis in dies crescunt miserorum calamitates: quodque hæc Archiconfraternitas, eiusque Protector, Prælatus, Deputati, ac Procurator veluti ager fertilis in Domino multiplices, atque vberiores quotidie fructus ad maiorem Dei gloriam, & proximorum salutem, præsertim carceratorum, afferant; Quod testatum relinquit Fabius Rosc. *in explicatione ad quartum opus misericordiæ corporalis circa finem*: Verbis infrascriptis: *Sanè sileri non potest ad documentum exterorum, quam laudabiliter in hoc munere se Romæ ij, qui ex Societate Caritatis sunt, exerceant, quos minimè dubium est laboris sui vberrimũ præmium à Deo. Opt. Max. referre. Alit ea Societas Procuratores, Medicos, Chirurgos, quorum opera, ac studio pauperibus in carcere constitutis, in omni necessitate, ac in publica præsertim carcerum Visitatione consulitur.*

Sed quia re vera non omnibus carceratorum indigentijs consultum erat auxilio Societatis Caritatis, eo quod multi sint qui in Carceres conijciuntur, & superantur redditus Caritatis, grauatæ alijs supradictis pijs operibus, superuenit propterea Archiconfraternitas Pietatis, quæ benignè manus adiutrices porrexit, vt ex sequẽti capite innotescet.

CAPVT III.

De Archiconfraternitate Pietatis:

SVMMARIVM.

1 *Archiconfraternitatis Pietatis laus ex Fabio Roscio.*
Archiconfraternitatis Pietatis fundamenta quis primus iecit ex Fabio Roscio.
2 *Archiconfraternitas Pietatis congregari solita in Ecclesia SS. Cosmi, & Damiani.*
3 *Archiconfraternitas Pietatis congregatur in Ecclesia S. Ioannis de Pinea nuncupati.*
4 *Archiconfraternitas Pietatis præfigurata oraculis Prophetarum.*
5 *Archiconfraternitas Pietatis adumbrata ex Euãgelio.*
Archiconfraternitatem Pietatis Gregorius XIII. Sanctorum vestigijs inhærens promouit, & varias eidem Indulgentias concessit.
6 *Archiconfraternitas Pietatis, quo anno, & die à Patre Ioanne Tallier Gallo Societatis Iesu in Vrbe inchoata.*
7 *Archiconfraternitas Pietatis à Sixto V. mirificè amplificata, qui dum erat Cardinalis, extitit eiusdem Protector.*
8 *Archiconfraternitatẽ Pietatis dotauit Sixtus V. pro liberandis carceratis ob æs alienum.*
9 *Archiconfraternitas Pietatis soluit debita carceratorum bis in anno, qua, & vndè.*
10 *Archiconfraternitatis Pietatis Visita gratiosa qua.*
11 *Visitationis Gratiosæ Pietatis beneficij qui nam sint capaces.*
12 *Visitationi Gratiosæ Præfecti Cardinalis Decanus, & Cardinalis, qui extiterit ex familia Sixti V.*
13 *Archiconfraternitatis Pietatis redditus aucti à Clemente VIII. quibus modis.*
14 *Archiconfraternitati Pietatis liberalitas exhibita ab Elia: & alijs.*
15 *Archiconfraternitati Pietatis exhibita liberalitas à Cardinali Antonio Barberino Protectore.*
16 *Archiconfraternitas Pietatis, præter Cardinales Decanum, & Protectorem, quos officiales publicos habeat.*
17 *Archiconfraternitas Pietatis quos officiales particulares habeat.*
18 *Archiconfraternitatis Pietatis Camerarius quas expensas soluat pro carceratis.*
19 *Archiconfraternitatis Pietatis Camerarius subministrat carceratis Carbones tempore hyemis.*
20 *Archiconfraternitatis Pietatis Camerarij sollicitudo, ne Carceribus inferantur carbones nondum bene accensi.*
21 *Carbonibus male accensis quidam suffocati.*
22 *Archiconfraternitas Pietatis deputat quatuor carce-*

carceratis panem, & vinum distribuant, quibus, & quando.

23 *Archiconfraternitas Pietatis deputat quatuor Visitatores pro quatuor Carceribus Vrbis: quale eorum munus.*

24 *Pietatis ergà carceratos exemplum apud Romanos.*

25 *Pietatis Sacellum Romani olim extruxerunt, qua occasione.*

26 *Pietatis erga carceratos exemplum apud Graecos.*

27 *Ad Carceratos adiuuandos adhortatio Auctoris.*

28 *Expensa extraordinaria pro carceratis soluuntur ex redditibus donatis ab Auctore.*

CÆtera Virtutes vt dixit Valerius Max. *lib. 5. cap. 4. nu. 13. admirationis tantummodo multum, pietas vero: etiam plurimum meretur.* Huius Archicōfraternitatis operibus propter ignorationem multorum notitiæ lumen admoneamus.

De Archiconfraternitate Pietatis habet Fabius Roscius *in explicatione ad quartum opus misericordia corporalis. circa finem:* verba quæ sequuntur:

1 *Adsunt etiam homines ex alia Societate Pietatis nomine nuncupata. Huius vir pius ex Societate Iesu fundamenta iecit. Quæ Soldalitas, etsi recentior, celebris tamen est; & in dies magis, magisque floret; præsertim cum Sixtus, ante Assumptionem Cardinalis Montaltus nuncupatus, eiusdem Societatis*

2 *Patronus amplissimus ad Summum Pontificia dignitatis gradum euectus, dum hæc cōmentaremur, illam beneficijs ornare non desistat.* Ea verò in Diuorum *Cosma, & Damiani Ecclesia conuenire solet; vbi præter alia, quæ ergà miseros carceribus mancipatos exercent Pietatis opera: Quolibet die Dominico eligunt homines graues, ac gnaros vitæ communis, qui totius vrbis carceres inuisant, nullumque locum prætermittant eos aut iuuandi, aut*

3 *consolandi.* Hodie non in Ecclesia SS. Cosmæ & Damiani, sed S. Ioannis de Pinea, eorum propria, Confratres conueniunt.

Nos iuxtà institutum nostrum distinctius, & diffusius procedemus. huiusque Archiconfraternitatis primordia altius repetemus; progressusque,

4 & opera, quæ facit enarrabimus. Hanc ante Christi aduentum ex oraculis Prophetarum primo præfiguratam fuisse, si quis diceret, poterit assertionem suā fundare in verbis Esaiæ: *Dicant nunc ijs, qui vincti sunt; Ex ite; et ijs qui in tenebris releuamini:*

5 Et postmodum ex Euangelicis præceptis à Spiritu Sancto adumbratam *Matth. 25.* vbi sic habetur. *In carcere eram, et venistis ad me.* Primus in vrbe Prædecessorum suorum, & præsertim fel. rec. Gregorij XI. nec non SS. Patrum Nicolai Myrensis, Eduardi Cantuariensis, Paulini Nolani, & aliorum piorum Præsulum vestigijs inhærens fundamenta iecit piæ mem. Papa. Greg. XIII. Anno. 1579. (vt ex eius Breui post Statuta eiusdem Archiconfraternitatis registrato. *Pij patris*, apparet) pluribus concessis Indulgentijs tam pro ijs, qui huiusmodi pietatis opera exerceot, quam pro ipsis carceratis.

6 Idque potissimum factum fuit precibus pij Sacerdotis Ioannis Tellier Galli, e Societate Iesu, qui eodem anno solemni die Annunciationis Deiparæ Sacro (quæ propterea perpetua Patrona designata fuit) prima huiusce operis fundamenta posuit.

7 Sixtus verò V. vigilantissimus, & magni animi Pontifex, qui dum Cardinalis esset, primus eiusdem Archicōfraternitatis Protector sub Gregorio XIII. extiterat; eam non modo specialibus priuilegijs additis confirmauit anno 1585. vt ex Breui quod incipit, *Ex debito.* post eadem Statuta impresso; Sed etiam mirum in modum amplificauit, & auxit tum Iurisdictione, tum etiam temporalibus subsidijs ex priuato, publicoque Cameræ Apostolicæ ærario perpetua largitione attributis.

8 Primus autem omnium ipsemet Sixtus V. Anno 1590. instituit, vt bis in anno, in solemnitatibus Natiuitatis & Paschatis Resurrectionis D. N. Iesu

9 Christi omnes ob æs alienum carcerati vsque ad certam summam è carceribus liberarentur (quam liberationem, *Excarcerationem gratiosam Pietatis carceratorum vocant*) certosque illi redditus annuos ad hunc finem assignauit, vt in eius Breui vi-

10 dere licet quod in *Append. §. 1. cap. 17.* impressum est, vt conditiones omnes quæ requiruntur in carceratis ad hoc, vt sint subsidij huius gratiosi capaces, innotescant. Huius Breuis vigore casus om-

11 niū; quotquot in carceribus destinato tempore reperiuntur, fideliter per Secretarium Archicōfraternitatis extracti in Secreta Congregatione Pietatis proponuntur; per iuris, ac Constitutionum tramites examinantur, & extraiudiciali probatione definiuntur; carceratorum, qui ad hoc subsidium admittendi videntur, qualitatibus per Sexdecim Visitatores extraordinarios, quatuor pro vnoquo-

12 que carcere diligenter discussis. Quod sane opus voluit esse commune tum Sacro Cardinalium Collegio, tum Gentilitiæ Domus suæ proprium Pontifex. Propterea Cardinalem Decanum, & Cardinalem familiæ suæ singulari prærogatiua præfecit Congregationi, quæ paulo antè Natalis, & Paschatis solemnitates habetur, cum interuentu Visitatorum, cæterorumque Societatis officialium, ac etiam Præsidis Carcerum.

13 Postea progressu temporis Clemens VIII. eidem Archiconfraternitati redditus ære publico auxit; assignatione vnius Iulij pro quolibet Loco Montium, & duorum pro quolibet centenario officiorum resignandorum à Secretarijs eorumdem, ex Depositaria componendorum, respectiuè cum facultate manu regia ad instar Cameræ Apostolicæ exigendi pro amplificatione Excarcerationis Gratiosæ prædictæ; eum supplemento pœnarum fiscalium maleficiorum vsque ad summam scutorum annuorum bis mille, & quinquaginta. Nec defue-

14 runt alij pij viri, qui tanto operi magna emolumenta reliquerunt; & inter cæteros Gaspar de Elijs, qui totum patrimonium suum, quinque millium scutorum, eidem legauit. Illum alij passim viri, & fœminæ tam præclari operis studiosi frequentibus

15 sequuntur subsidijs. Tandem Eminentissimus D. Cardinalis Antonius Barberinus Protector, insigni liberalitate nō solum menstrua subsidia ad alēdos carceratos; verum etiam pia Eleemosynarum largitione pro Gratiosis excarcerationibus annuatim multa subministrare consueuit.

16 Post prædictos Eminentissimos Decanum, & Protectorem, qui gratiosæ excarcerationi præsunt, interue-

interuenit Prælatus, Præfectus Pietatis nuncupatus, & alter Prælatus sub titulo Prælati Pietatis ad Carceres. Item vnus Curialis carcerum Secretorum Visitator, & alter eũ munere stipendiario Cameræ Apostolicæ. Commissarij Triremiũ ad hanc pertinent Archiconfraternitatem. Tres vltimi prędicti ad proprium quisque distinctumque munus interueniunt Sacræ Visitæ, de quibus infrà dicturi sumus, dum de singulis Visitatoribus verba faciemus.

17 Præter publicos officiales, quos dixi, habet hæc Archiconfraternitas alios Particulares; Camerarium, qui subministrat pro liberatione Carceratorum expensas; 18 Notario pro mãdatis, Birruarijs pro executione; & Commentariensi pro Sala, & vt vocant, *Per il mezzo*: Idque fit pro carceratis pauperibus habentibus mandata seu decreta expedita cum verbis: *In forma pauperum*, vt alibi dicetur; solutionem medietatis expensarum respectu Notarij, & Executoris: respectu autem Salæ, & Medij integrã solutionem Cõmentariensi nõ diminuunt; Quæ integra solutio fit etiam pro illis, qui habent mandata signata cum verbo; *Gratis*, cuius vigore nihil soluitur Notario pro mandato; nihil Birruarijs pro executione.

19 Consueuit etiam idem Camerarius temporibus hyemis subministrare carbonem carceratis; quos præmonere solet, ne prunas nondum perfectè accensas introducant in carcerum cubicula, quæ sint vndiquè clausa, ne suffocentur, prout contingeret. Sæpe enim ita contigisse audiuimus, licet non tam frequenter in historijs legamus accidisse, nisi in Illustrioribus personis, de quarum morte, ac genere 21 interitus in Historijs mentio fit. De Iouiniano Imperatore, scribit Diuus Hieronymus *in Epist. ad Heliod.* quod fœtore prunarum suffocatus interijt. Idem refert Amianus Marcellinus *lib. 25. circa finem*. Quo fati genere etiam Lutatius Catulus interijt, vt legitur apud Appian. *de bell. ciu. lib. 1.*

22 Habet etiam Archiconfraternitas Pietatis quatuor distributores panis, qui alternis diebus, vt alibi dicitur, ad singulos carceres pauperibus in loco, *Da basso*, & alijs, qui videntur etiam digni, in loco *Il mezzo* existentibus, necnon Sacerdotibus egenis, & bis in anno temporibus *Natiuitatis Domini, & Paschatis* haud exiguam eleemosynam panis, & vini, aliorumque comestibilium extra ordinem distribuunt.

Et quia anno 1649. contigit magna caritas annonæ, fuitque propterea diminutus panis, ita vt vnicus panis non sufficeret, fuit duplicatum dimensum ex Congregationis huius Archiconfraternitatis Decreto, quod posui infra. §. 3. cap. 16. vt in alijs id genus euentibus, quos Deus auertat, deseruire possit ad exemplum.

23 Visitatores demum deputat, vt diximus, quatuor carcerum publicorum: singulis hebdomadis visitant singuli carcerem sibi assignatum: audiunt à carceratis, & ab eorum magistro Domus spirituales & temporales angustias: referunt Prælato, & publicæ Congregationi Pietatis, quæ singulis Dominicis diebus habetur in loco destinato: in particulari schedula adnotãt nomina carceratorũ, causas carcerationis, & Iudices. Illis in prædicta Congregatione expositis Prælatus Præfectus singulos casus pro rei natura, Confratribus distribuit, vt apud eorum Iudices instent pro excarceratione; Prælatus verò carcerum qui est in ipsa Visita Visitatori secretorum Carcerũ, & Commissario Triremium, quæ officia, vt diximus, ab hac Archiconfraternitate dependent, & locum quisque proprium in eadem Visita obtinet. Munus dandi fides de non offendendo nuncupatas illi incumbit, vt infra dicetur, vbi tractabimus de cautione de non offendendo, pro casuum contingentia: quæ fides subscriptæ sunt per Capitaneum ab eadem Archiconfraternitate deputatum impressæ, cuiusque manu, & sigillo munitæ. Et tam ipsemet Prælatus, sibi iniunctam mu- 24 nus, quam cæteri omnes propria officia, pietate exercent admirabili; memoria recolentes pulcherrima, quæ in hoc genere Pietatis exempla leguntur, præsertim in Romana historia: cuiusmodi est illa de filia, quæ matrem in carcere capitis damnatam habebat. Huic cum Custos misericordia motus statim vitam eripere nollet, ita eam asseruabat, vt nullo cibo exhibito inedia esset consumenda. Quod filia cum audisset, aditum ad matrem obtinuit à Custodibus, quæ tamen ne quid inferret, vestibus excussis explorabant. Ingressa matri exertæ vbera præbebat, eamque per complures dies sui lactis subsidio sustentauit. Perculsus admiratione Custos, rem ad Senatum detulit, qui nõ modo veniam mulieri condemnatæ concessit, verum alimenta vtri- 25 que ex publico dedit, ipsoque loco, ad tantæ rei memoriam, Pietati Sacellum extruxit. Pari in 26 Græcia pietatis affectu alia mulier Patrem senem simili custodiæ mortisque generi traditum, quasi infantem pectori admotum, per aliquod temporis spatium aluit. Hæc itaque, & his similia recolentes, vt dixi, Pietatis sodales se ipsos excitant ad omnem pietatem carceratis exhibendam: nec seipsos solum, sed etiam extraneos: Inter cæteros Reuerendissimum bo. me. Montoiam Prælatum Hispanum, qui testamento legauit ad liberationem carceratorum ciuilium vsque ad summam scutorum triginta in singula capita quotannis faciendam in festiuitate omnium Sanctorũ. Quod Natio Hispanorum mediantibus probis, & nobilibus viris ad hoc deputatis æmula Archiconfraternitatis Pietatis ad amussim adimplet; seruatis conditionibus à testatore in legato appositis: quorum notitiam vt habere possint carcerati, tenorem legati apposuimus in Append §. 3. cap. 13.

27 Sequamur omnes tam Sancta exempla, & vnusquisque in hoc ergà carceratos officio partes suas promptè, & profusè expleat; prudens, consilio; amicus, consolatione; potens, gratia & auctoritate, doctus, defensione; diues pecunijs; pauper, precibus saltem ad Deum effusis. Nec dubitandum quin Deus futurus sit merces magna nimis.

28 Ego sanè cùm animaduertissem pauperes carceratos à locis pijs Caritatis, & Pietatis subleuari eleemosynis in quibuscumque angustijs, exceptis quibusdam exiguis expensis ad defensionem, & liberationem necessarijs, quas prædicta loca ex suis institutis se persoluere posse negant, ex quo fit vt carceratorũ expeditio, & liberatio quandoque ob defectum paruæ summæ differatur; ijsdem pauperibus carceratis ad hunc effectum donaui iam indè

ab anno 1634. die 30. Septembris seù alio veriori tempore, Iocs quinque Montis fidei annui redditus scutorum viginti quinque monetæ, reseruato mihi vsufructu. Cuius etiā donationem feci anno 1644. 8. Augusti seù alio veriori tempore, in calce prædictæ primæ donationis annotatam, & in Actis Caroli Viperæ Notarij Capitolini, & Congregationis Caritatis Secretarij rogatam, ad hoc vt me viuente, vidente, & cooperante, quotiescumque casus & necessitas pauperū Carceratorum postulat, fruerentur hoc commodo, distributione per Procuratorem Caritatis facienda, in persoluenda videlicet mercede citationum criminalium; (pro causis enim ciuilibus satisfacit Archiconfraternitas Caritatis) In cassatione, vt vocant, Commissionum, recuperatione à Tabellionibus, & alijs quibuscumque litterarum missiuarum, processuum, aliarumque scripturarum, quæ de partibus ab ipsis carceratos transmittuntur, & in satisfaciendo Copistis ob Informationes, & alias scripturas, & Iudicibus Criminalibus, & Congregationibus dandas pro reorum pauperum defensione. Quod si quid in fine anni superit; illud in festiuitatibus Paschatis, & Natiuitatis Domini erogari mandaui pauperibus carceratis, qui detinentur pro expensis, vel pro modicis debitis Ciuilibus, quæ dicta loca pia ex ipsorum instituto non persoluunt, vt in dictis Instrumentis donationum expressum legitur. Hæc adnotare opportunum censui, tum vt me è viuis sublato sciant Carcerati, & eorum defensores ipsis licere instare iure proprio pro solutione dictarum expensarum vsque ad summam annuorum scutorum viginti quinque: Tum vt hoc meo exemplo innitati alij, (vt spero) exilem istum redditum augeant, qui, si perduceretur ad summam annuorum scutorum centum, abunde sufficeret, vereque dici tunc posset, nihil pauperibus carceratis Romæ ad congruentē curam, opportunā defensionem, & celerem liberatione deesse.

Ad hoc exequendum stimuli sint nobis acutissimi, quæ ad commodum carceratorum faciunt in remotisissimis Indiarum partibus illi Populi, qui summa vigilantia, Ministris ad id deputatis; sedulo curant ne Carcerati vllatenus opprimantur, imo ne quicquam illis desit; vt ex historia, quam posui infra in Append. §. 3. cap. 20. planum fiet.

---

§. VII.

VISITATIONIS Carceratorum Tribunal.

Caput I.

De initio Tribunalis Visitationis Carceratorum in Vrbe.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio carceratorum quæ apud Athenienses.*
2 *Visitatio Carceratorum iniuncta can. 7. Concilij Aurelianensis.*
3 *Visitatio Carceratorum Honorij, & Theodosij Sanctione imperata.*
4 *Visitatio carceratorum commendata Episcopis.*
5 *In Episcopos nullam habent Imperatores Iurisdictionem.*
6 *Visitatio carceratorum à fidelibus semper, ac etiam Pontificibus sollicite exercitata.*
7 *Visitationis carceratorum initium ab Eugenio IV.*
8 *Visitatio carceratorum a diuersis Pontificibus legibus, ac statutis amplificata.*
9 *Visitatio carceratorum meminit Lælius Zecchius.*
10 *Visitationis carceratorum meminit Guazzinus.*
11 *De Visitatione carceratorum multa in Actis Ecclesiæ Mediolanensis.*
12 *Visitationis Carceratorū Decreta a quo tempore habentur, & vbi conseruentur.*
13 *Visitationis Decretorum formula in liberatione carceratorum.*
14 *Visitationis Decretorum cū præcedentibus concordantium formula.*
15 *Visitationis carceratorum nolentis recedere à decreto Iudicum, vel proprio, Formula Decretorum.*
16 *Visitationis in detentione carcerati Formula Decretorum.*
17 *Visitationis formula Decretorum pro executione excarcerationis, si sit dubium in facto.*
18 *Visitationis Formula Decreti, quando resolutio censetur differenda.*
19 *Visitationis Formula Decretorum in fauorem comparentium in Visita.*
20 *Visitationis formula Decretorum pro ijs; qui expediri non possunt in Visita; volunt tamen eximi ab expensis mandati.*

1 PRæmissis generalibus, quæ præmitti opportuisse existimauimus, ad particularia descendamus. Non est nouum, & peculiare Visitationis carceratorum Tribunal. Ipsimet Athenienses miseratione commoti peculiarem constituerunt Magistratum, qui in carcerē detrusorum curam gereret. In Concilio verò Aurelianensi V. celebrato sub Pelagio I. qui sedit circa annum Domini 556. 2 *tom. 4. concil. fol. 202. littera C. num. 20.* Patres illi maiori veræ pietatis ardore, & diuina caritate accensi, valdè æquum duxerunt statuere *can. 7.* vt infra: *Id certè etiam miseratione condicimus, vt qui pro quibuscumque culpis in carceribus deputantur, ab Archidiacono, seu à Præposito Ecclesiæ diebus singulis Dominicis requirantur, vt necessitas vinctorum secundum præceptum Diuinum misericorditer subleuetur; atque à Pontifice (instituta fideli, & diligenti persona, quæ necessaria prouideat) competens victus de domo Ecclesiæ tribuatur.*

3 Nec dissimile est, quod Honorius, & Theodosius Impp. perpetuis firmauerunt Sanctionibus in

l. Iudi-

Iudices. C.de Episc.aud. quod scilicet *Iudices Dominicis diebus productos reos de custodia carcerali videant, & interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos carceris Custodes negetur, victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duabus, aut tribus diuersis, vel quot aestimauerint Commentarienses decretis.* In cuius legis fine legitur: *Nec deerit Antistitum Christiana Religionis cura laudabilis, qua ad obseruationem constituti Iudicis bane ingerat, monitionem.* Praeterea *in Constitut.* Iustiniani, cuius epitome ponitur *l. fin. C. de cust. reor.* habetur: *Oportet autem Episcopum per quartam feriam, aut Parasceuem inquirere eos, qui sunt in custodia, quam ob causam inclusi sint.* Quas leges adduximus ad demonstrandam horum Imperatorum clementiam, & ad excitandum tanto exemplo alios, ad quos spectat; Etiam si explorati Iuris sit eosdem Imperatores ea parte, qua loquuntur de Episcopis, fines suae iurisdictionis excessisse, cum nullam in illos habeant, vt latè tradit, & eruditè *Iulius Carter. de Eccles. Immun. nu. 128 vsque ad 143.*

4

5

Sed vt propius ad nostram materiã accedamus, & de ea, cuius occasione multa iam dicta sunt, Visitatione carcerum Vrbis, (quod lectorum, vt opinor, desiderium, & instituti nostri ratio flagitat) notissimum est apud Christi fideles Summos Pontifices semper de commodis carceratorum sollicitos; & primis quidem temporibus, etiam per se ipsos, illis praestò fuisse. Sed excrescentibus negotiis cum vbique corpore esse non possent, nec ad instar solis omnibus sufficere, opus fuit legibus, & Constitutionibus. Verum cum his neque fine manus, neque pedes; neque si quis carcerceratorum eas vocet, aut vocantem audiant, aut auxiliaturae accedant: necesse fuit insuper deputare viros probos, & dignitate conspicuos, qui auxilio carceratorum cum imperio praeessent. Quo vero tempore id contigerit dicendum. Prima enim tum in vulgatis iam scriptis euoluendis, tum in nouis euulgandis inuestigatio solet, vt plurimum, esse de tempore, ex quo in caetera deinceps fides lumenq; diffunditur.

6

7 Initium Visitationis carceratorum Vrbis habemus ab Eugenio IV. Huius mandato Cardinalis Camerarius iniunxit suo Locumtenenti, vt accederet ad Curiam Capitolinam quolibet die Iouis, & quod inter caetera teneretur, & deberet carceres visitare; vt inde partibus auditis relaxare posset, prout sibi videretur expedire; eoque die teneretur quilibet habens aliquem in carceribus absque alia citatione comparere. Ita legitur *Stat. Vrb. antiq. lib. 1. cap. 34. fol. 9. vt in Append. §. 1. cap. 34.*

8 Superuenit Sixtus IV. qui *capit. declar. curiar. Vrb. in Bullar. antiq. con. 5. fol. 92. in Stat. Vrb. const. 14 fol. 233* idem disponit, quod videlicet, Vicecamerarius, seu Gubernator Vrbis deberet carceres omnium iudicum, de quibus superius in eisdem Capitulis fit mentio, Visitare. Caeterum quia non poterat Vicecamerarius per se solum ita commodè consulere carceratis, Alexander VI. initium dedit Tribunali Visitatorum. Nã, vt refert *Ciaccon. in eius vita. in vlt. impress. fol. 1328. & Compend. Bull. ad Const. 58. Pij V. col. 1.* initio sui Pontificatus, anno 1492. Visitatores deputauit; alios etiam quattuor Iudices creauit, qui de quacumque capitali causa cognoscerent. Postea in meliorem formam idem Tribunal reductum fuit à Iulio II. vt ipsemet testatur *in Const. 28. in Bullar. fol. 307.* ibi: *Mandamus, quod Vicecamerarius siue Gubernator in Vrbe debeat carceres omnium praemissorum visitare, vna cum alijs ad id per nos per alias nostras litteras deputatis.* Quae tamen litterae nec in Bullario leguntur, nec in registris manuscriptis diligenter excussis, repertae sunt. Denique, vt dictum Tribunal omnium Iudicum carceratis opportunè posset prouidere, magnopere conducebat, vt adessent in Visita Iudices, quorum mandato capiuntur carcerati, paulatim admissi fuerunt diuersi Iudices, vt a Clemente VII. Vicarius Vrbis, vt dicturi sumus *infra cap. 7.*

Clemens VII. addidit etiam alia pro commodo carceratorum, vt testatur Paulus III. *Constit. 44. Ad onus. In Bull. 560.* de qua & alijs similibus meminit *Far q. 32. num. 22. in fin. ver. in Vrbe. Lucatel. de quaest. Iudic. insp. 5. num. 38* Et demum in *Const. 71. Paul. V. Tit. de Visit.* legitur vt infra: *In quibus omnibus relaxationibus sint praesentes iudices, qui mandata relaxarunt, & vti edocti, atq; instructi de meritis rationẽ reddant,* quae dictae *Const. 71.* verba à nobis declarantur infra *lib. 3. §. 11.*

9 De visitatione carceratorum Vrbis inueni pauca quaedam apud *Lalium Zecchium in Rep. Christ. & apud Gual. def. 6. cap. 1. numer. 16.* quae referam. Zecchius scribit in haec verba: *Cum ingens sit numerus Iudicum Curia, magnaque populi multitudo, ingens est etiam carceratorum copia; vnde multi Patres pro eorum pietate conueniunt ad carceres visitandos, scilicet Vicecamerarius, Gubernator & Vicarius Vrbis; Vnus ex septem Clericis Camera. Thesaurarius, Aduocatus Pauperum, & Fisci, & eius Procurator, & Commissarius Camera Apostolica, & Vicarij locumtenens; qui singulis mensibus apud carceres sedent & singuli Rei ab eis audiuntur, ac eorum Iudices decernunt, quid agendum de eorum liberatione, expeditione, tempore detentionis, & huiusmodi. Et si quis pro aere alieno detineatur, & constet de eius paupertate, Patres de illius liberatione decernunt, & pro eius facultate creditori consulunt, vt quod debet, certo tempore debitor soluat; cum cautione tamen, & quandoque pro non valentibus cauere sub eorum obligatione, & triremium poena, & si debitor sit omninò impotens, & velit cedere bonis, eum admittunt Patres, & liberant facta bonorum indicatione, in quibus creditores saepè solent se opponere.* Multa ex praedictis vel non seruantur nostris temporibus, vel diuerso modo fiunt. Neque enim interuenit à multis iam annis *Vicarius Vrbis,* vti nec *Thesaurarius,* nec *Commissarius Camera,* vt ex ijs, quae dicturi sumus, constabit. Guazzini verba sunt quae sequuntur: *Hic in Vrbe pro cura pauperum maxima adhibetur diligentia circa curã carceratorum per Visitationem publicam, qua fit qualibet die Iouis, & per visitationem secretam de carceratis in carceribus secretis; qua etiam fit qualibet hebdomada per Gubernatorem Vrbis, & per nõnullos alios deputatos.* Quod attinet ad Visitationem secretorum carcerum, haec non fit, vt dixit Guazzinus, qualibet hebdomada, sed tantum se-

10

mel in mense in carceribus Turris Nonæ, & Curiæ de Sabellis, vt dicturi sumus infra, cum de illa tractabimus. Multa leguntur piè disposita circa Visitationem & cura carceratorum in Actis Ecclesiæ Mediolanensis tempore S.Caroli, quæ quilibet per se videre poterit.

11 Notitia decretorum S.Visitæ Vrbis habetur ex libris particularibus. Primus liber horum decretorum, qui extat, incipit die Sabb 4.Aprilis 1528. & terminat die 10. Septembris 1530. Sequitur postmodũ secundus liber qui incipit de anno 1530. 15.Septembris.his verbis: LIBER DECRETORVM FACIENDORVM IN VISITATIONE CARCERVM ALMÆ VRBIS AB INVNDATIONE FLVMINIS CITRA, propter quam inundationem liber præcedens Decretorum madefactus relictus fuit imperfectus. Alij libri subsequentes ordine continuato habentur ferè omnes vsque ad tempus præsens. Nonnulli desunt occasione incendij mansionum Caritatis, in quibus asseruabantur, quod successit in festis Natalitijs anni 1631. Custodiuntur hodie libri prædicti in Archiuio Domus Caritatis denuo fabricatæ; vbi, quotiescumque opus fuerit, poterunt videri. Ex illis enim nos decreta in hoc opere relata descripsimus, & illorum Catalogum in Append. posuimus §.3.cap.1.

13 Respectu verò Decretorum fieri solitorum in Visita, aliquando loco verbi, *Relaxetur*; dicebant, *Habilitetur*. 1560. 24.Aug. Non.*N. Habilitetur*, 14 *vt possit abire, quo voluerit.* Quando Decretum subsequens concordare debebat cum præcedenti, dicebatur, *Vt ad proximum.* 1528. 5.Decembris, Nonæ. *Io: de Monterotundo. Vt ad proximum.*

15 Quando nolebãt recedere à Decreto facto per Iudices, vel per ipsos Visitatores consueuerunt respondere carceratis instantibus, *Stet Decretum.* 1530. 15.Octob. Sabel. *Io: Saluatoris alias Carne bianca, & Cola dè Regno pro maleficio detenti, de quibus in alia visitatione. Stet decretum.* Quando non videbatur relaxandus carceratus, dicebat: *Stet*, vel quid simile. 1530. 10.Decemb. Nonæ. *Camillus de Sancto Georgio. Stet. Presbyter Prosper de Officdo. Stet.* * 1564. 13. Iul. Sab. *Aspramontes. Remaneat in carceribus, donec soluerit.*

17 Quod si dubitari contingat in Visitatione, an sit danda executio Decreto facto pro excarceratione propter aliquod dubium facti; additur post decretum. *Et pro executione ad suum Iudicem.* Aliquãdo dicitur: *Pro executione ad D.Gubernatorem*, quia caput est Visitæ, præsertim quando Iudex carcerati est ex ijs, qui non interueniunt in Visita. Si 18 autem propter aliquam causam differenda sit resolutio, decernitur, vt infra. * 1567. 27.Febr.Capit. *Ferdinandus contra Iulium. Domini monuerunt partes ad primam visitationem Turris Nonæ: & interim mandarunt nihil innouari.*

19 Fauore comparentium in Visita fuit Decretum. * 1540. 27. Aprilis.Capit. *Pro carceratis relaxandis ex decreto Visitationis. Relaxentur absque mandato.* * 1544. 3. Ian. Capit. *Carcerati vigore decreti Visitæ relaxandi in die Visitæ, relaxentur* 20 *absque mandato.* Hinc est, quod, quando aliqui carcerati non possunt expediri in Visitatione, & mens Visitatorum est, vt eximantur ab expensis mandati, & gaudeant alijs priuilegijs Visitæ, dici consueuit, vt dictum fuit: * 1548. 1.Iunij. Sabell. *Antonius de Vercello. D.Gubernator expediat iuxta mentem Visitæ; & relaxetur vti sub die Visitæ.* Quia verò relaxatio gratis non consueuit fieri nisi in Visitatione, vt plurimum in causis, quæ expediri non poterant in Visitatione, & carcerati digni videbantur gratuita relaxatione; remittebatur causa suo Iudici, qui, in euentum relaxationis relaxaret gratis: hodie vero non est necessarium, quia etiam Iudices ordinarij apponunt in mandatis verbum, *Gratis*, præsertim in casibus, in quibus carcerati gratis veniunt relaxandi.

CAPVT II.

Visitationes Carcerum quibus temporibus fiant, Et *De officio Visitatorum, eorumque personis in genere.*

SVMMARIVM.

1 *Visitatio hebdomadaria quo tempore olim fiebat.*
2 *Visitatio hebdomadaria nostris temporibus fit die Iouis, manè si non interueniat impedimentum publicum.*
3 *Visitatio Gratiosa fit in solemnitatibus Natalis Domini, & Resurrectionis.*
4 *Visitatio secretorum Carcerum fit quolibet mense.*
5 *Visitatio inhabilium ad triremes quando fit.*
6 *Visitatio particularis ciuilium fit à Præside, quibus diebus, & quomodo.*
7 *Iudices respicere debent quid leges, ac Religio iubeat.*
8 *Cicero Eximius Iurista à Baldo appellatur.*
9 *Iudex summa prudentia vti debet in relaxando rigore iuris.*
10 *Prudentiam optimam Regni custodem dixit Rudulphus Imperator.*
11 *Prudentiam tutissimum præsidium dixit Antisthenes.*
12 *Prudentis Decreta inexpugnabilia dixit Philo.*
13 *Visitatores Carcerum debent maxime inuigilare, ne quis per calumniam carceris incommodu patiatur.*
14 *Calumniæ periculum imminet omnibus.*
15 *Visitatores Carcerum qui.*
16 *Visitatores Carcerum, quolibet die Visitationis nominatim describuntur in libro Decretorum Visitæ, qui intersunt.*
17 *Visitatores Carcerum, si qui absint à Visita, causa absentiæ interdum exprimitur in libro Decretorum Visitæ.*
18 *Præses Carcerum, si abesse à Visitatione contingat, alium Clericum subrogat, qui pro se interueniat.*

19 *Visi-*

19 *Visitatorum ordo Sessionis in Visita, quæ fit in Nonæ & Sabellorum Carceribus.*
20 *Visitatorum ordo Sessionis quādo Visita fit in Capitolio.*

1 VIsitationem hebdomadariam olim fieri consueuisse in carceribus Curiæ de Sabellis etiā pro carceratis Turris Nonæ eodem die manifestū fiet ex ijs, quæ infra dicturi sumus de Gubernatore Vrbis. Dies autem hebdomadæ non erat destinatus certus pro huiusmodi Visitatione. Simul quoque legebantur promiscuè criminales & ciui-
2 les. Postmodum destinatus fuit dies Iouis manè pro hac Visitatione, in qua euocantur prius criminales, & postea Ciuiles: & fit alternis vicibus in Capitolio, Sabellis, & Nonæ. Si quando verò dies Iouis mane fuerit impeditus Consistorio publico, vel alio simili impedimento, fit post prandium. De hac hebdomadaria Visitatione erit ser-
3 mo *infra lib.2.§.20.* Visitatio Gratiosa est, quæ fit bis in anno, in solemnitatibus Natalis, & Paschatis, de qua *infra §.16.*
4 Visitatio Secretorum Carcerum quolibet mense connocatur; vt infra, cum de illa tractabimus,
5 dicturi sumus *lib.2. §.4. cap.1.* Visitatio inhabilium ad triremes fit cum prędicta secretorum carcerum Visitatione, quotiescumque adsunt inhabiles visitandi. *lib.2.§.31. num.18.& seqq.*
6 Visitatio quoque particularis carcerum introducta est nostris temporibus; quæ fit à Præside bis in hebdomada; Nonæ, die Martis: Veneris, Sabellis. Ad illam etiam carcerati Burgi; ad hanc carcerati Capitolij, ciuiles tantum transferuntur. Præses cum Procuratore Caritatis, auditis carceratis, ac creditoribus in causis sibi à Visita commissis opportunè prouidet iuxta facultatem sibi à Visita attributam. Super hac pariculari Visitatione emanauit etiam Edictum præscribens formam in ea seruandam, de qua in *Append.§.2.cap.9.*

Egimus de Initio Tribunalis Visitationis carceratorum; exposuimus varias species Visitationum; reliquum est, vt de personis, quæ Tribunal hoc constituunt, verba faciamus, ac demonstremus, quid illi præstare debeant, vt ritè suo munere fun-
7 gantur. Animaduertere primo debent Visitatores, quod sapientis Iudicis est, non quæ velit ipse, sed quod lex, & Religio cogit semper cogitare; scrutari, qua lege Reus citetur, de quo Reo cognoscant, quæ res in quæstione versetur, vt docet
8 Cicero *in Orat. pro A.Cluent.* Cui Ciceroni non parua fides habenda est à nobis. Fuit enim eximius Iurista, vt ait *Bald. in l. 1. de Iust. & Iur.*
9 Secundo quia recta ratio gubernandi Remp. postulat, vt, sicut premijs boni alliciuntur, sic mali pœnis terrentur, summa prudentia procedere debeant in relaxando rigore iuris, ne quid damni fiat pu-
10 blico regimini. Prudentiam optimam *Regni custodem* appellabat Rodulphus I. Imp. Antisthenes etiam apud *Diogenem Laertium lib.1.cap.6.* dice-
11 te solebat *Tutissimum esse præsidium prudentiam. Quod nec collabitur, nec proditur, vt mænia, quæ machinis, aut suffosionibus, seu vallorum prodi-
12 tione capiuntur*; Prudentis autem *Decreta* sunt *inexpugnabilia*, vt dixit Philo Iudæus *lib. de sacrif.*
13 *Abel. & Cain.* Tertio Visitatores diligenter inuigilent, ne quis incommoda Carcerum, aliásque pœnas patiatur per calumniam. Nicetas enim *lib. 2. in Emanuel.* rectissimè dixit: *Omnes ad nocendum procliuiores esse, & nihil tam sanctum,*
14 *quod calumnia tentare non audeat.* Etenim quæcumque mortales agunt, siue priuatim, siue publicè calumniæ subiacent. *c. alienus. dist 90.* Nec diuinis operibus maledica lingua parcit. Tantum tibi humanus arrogat intellectus, vt ait Aeneas Sylulus *in lib.* Cormogragbia, *seu de Mundo vniuerso.*
15 Visitatores carcerum ex Constit. Clem. VII. Paul. III. & Pij IV. sunt *Gubernator, Auditor Cameræ, Præses Carcerum, Vicarius, Senator, Caritatis Prælatus, Aduocatus Pauperum, Aduocatus Fisci, Procurator Fiscalis, Procurator pauperum à Camera deputatus,* & alter *à Caritate deputatus,* & à Summo Pontifice approbatus. Fuerunt vltimo loco additi à Sixto V. *Prælatus Pietatis, Visitator Secretorum Carcerum, & Commißarius Triremium,* de quibus omnibus dicemus infra singillatim.
16 Stylus est, vt in libro Decretorum describantur quolibet die visitationis nominatim Visitatores, qui intersunt; & aliquando cum expressione causæ absentiæ, si quem abesse contingat. * 1530 17. No-
17 uembris. Capit. *D. Gubernator, & alij Visitatores, dempto Senatore, qui est Florentiæ.* * 1530. 24. Nouembris. Sab. *D. Gubernator & D. Octauius Clericus, dempto Fabio, quia carceratus de manda-
18 to Sanctissimi D. N.* Quando vero Præses Carcerū est impeditus alium Clericum destinat, qui pro se interueniat. * 1531. 26. Ian. Capit. *D. Gubernator, D. Simon Tornabonus, Senator, assistentibus Domino Io: Clerico, quia D. Octauius fuit impeditus.*

Sedent autem Visitatores ordine infrascripto in Visitatione Turris Nonæ, & Sabellorum.

19

In capite.

GVBERNATOR.

A latere dextero.	A latere sinistro.
Auditor Cameræ.	*Præses Carcerum.*
Prælatus Caritatis, *seu Pietatis*, qui ex eis præcedit.	*Prælatus Caritatis, seu Pietatis*, qui non præcedit.
Aduocatus Pauperum.	*Aduocatus Fisci.*
Procurator Fiscalis.	*Locumtenens Auditoris Cameræ.*
Primus Locumtenens Gubernatoris.	*Locumtenens Vicarij.*
Secundus Locumtenens Gubernatoris.	*Locumtenens Burgi in Visitatione Turris Nonæ.*
Procurator Pauperum à Camera deputatus.	*Soldanatus Nonæ, & Sabellorum.*
Procurator Caritatis.	*Marescialli Iudex.*
	Visitator Secretorum Carcerum.
	Commissarius Triremium.

In Visitatione Capitolij, Gubernator sedet in capite; cæteri, vt infrà.

20

GVBERNATOR.

Præses.	*Senator.*
Prælati Caritatis, & Pietatis.	*Tres Conseruatores.*
Aduocatus Pauperum.	*Prior.*
Aduocatus Fisci.	*Primus* Collateralis.
Procurator Fiscalis Generalis.	*Secundus Collateralis.*
Auditor Auditoris Cameræ.	*Iudex Criminalis.*
Visitator Secretorum Carcerum.	*Fiscalis Capitolij.*
	Procurator pauperum à Camera deputatus.
	Procurator Caritatis.

De personis singulorum, ordine suprascripto, restat dicendum, exceptis Locumtenentibus Gubernatoris, & Auditoris Cameræ, quia vnum cum Gubernatore, & Auditore Cameræ respectiue constituunt.

§. VIII.

§. VIII.

VISITATORES CARCERVM Turris Nonæ, & Sabellorum.

Caput I.

Gubernator Vrbis.

SVMMARIVM.

1 *Gubernatoris Vrbis Iurisdictio ab Eugenio IV. & Sixto IV.*
2 *Gubernatori Vrbis quas facultates concessit Sixtus IV. & Alexander VI.*
3 *Gubernatori Vrbis facultates easdem concessit Iulius II. quas Sixtus IV. & addidit quod debeat Carceres visitare vna cum alijs Visitatoribus.*
4 *Gubernator Vrbis est Superintendens, vt quilibet Iudex in suo officio præscriptos terminos obseruet.*
5 *Iurisdictionē habens in locis intra districtū Vrbis existentibus, non potest illam exercere Romæ, etiamsi Romæ commorari contigerit, nisi ex licentia Papæ.*
6 *Iurisdictionē habens in locis intra districtū Vrbis existentibus, si illam Romæ exerceat, subscribit:* Datum extra Portam Flaminiam, *vel aliam Portam Vrbis.*
7 *Gubernator visitat omnes carceres etiam Capitolij ex Constitut. Eugenij IV. & Sixti IV.*
8 *Gubernator Vrbis, est caput Visitæ.*
9 *Gubernator Vrbis cognoscit causas Custodum Carceris, & Officialium vi Constitutionum Sixti IV. & Iulij II.*
10 *Gubernator Vrbis est Iudex delictorum, quæ fiunt extra Carceres.*
11 *Gubernator Vrbis etiam per Inquisitionem procedit in delictis intra carceres commissis.*
12 *Gubernatoris Vrbis* Bannimenta, *& Decreta contra delinquentes in* Carcere.
13 *Gubernatoris Vrbis facultas procedendi contra* Custodes Carcerum *delinquentes an sit priuatiua quoad* Auditorem *Cameræ remissiuè.*
14 *Gubernatoris Vrbis cura præcipua circa statum, ac pacem Vrbis, & Curiæ Romanæ.*
15 *Gubernatoris* Vrbis *vigilantia qualis esse debeat.*
16 *Gubernatori Vrbis exploratores necessarij, cur.*
17 *Exploratorum vsus antiquus.*
18 *Exploratorum munus Aripertus, & quidam alij Principes per se obibant, cur.*
19 *Gubernator Vrbis debet sine mora componere rixas inter Ciues ortas.*
20 Rixis, *antequam fiant, Præses obuiare debet.*
21 *Rixæ melius est tempestiuè occurrere, quam postea vindicare.*
22 *Mala dissimulatione neglecta Roma olim vehementer exarserunt.*
23 *Gubernator Vrbis debet esse affabilis.*
24 *Affabilitas sermonis conciliat animos ex Cicerone.*
25 *Affabilem maxime se præbuit Augustus: de quo insignis sententia Taciti pro affabilitate in Gubernatore.*
26 *Gubernator Vrbis prosit exemplo virtutum ijs quibus præest.*
27 *Gubernatori Vrbis necessaria iurisdictio amplissima.*
28 *Gubernatoris Vrbis iurisdictionem, quam restrictam concesserunt Sixtus IV. & Iulius II. maxime ampliauit Leo X.*
29 *Gubernator Vrbis potest procedere non seruatis terminis substantialibus etiam in causis commissarijs.*
30 *Gubernator Vrbis habet mandatum; Cum libera, circa res Camerales.*
31 *Gubernatori diuersas facultates tribuit Paulus III. Const. XLIV.*
32 *Gubernatori Iul. III. tribuit facultatem procedendi ex officio contra homicidas, brigosos, bannitos, & receptatores.*
33 *Gubernatori mandat* Paulus *IV. prouideri de Palatio, & aliis, quæ sustulit postea* Pius *IV.*
34 *Gubernatori tribuit Pius IV. facultatem procedendi contra exercentes cambia sicca, & illicita.*
35 *Gubernatoris facultatibus non præiudicant concessæ Senatori.*
36 *Archibusetti breuiores prohibiti deferendi ad Gubernatorem.*
37 *Gubernatori cū alijs Visitatoribus datur facultas visitandi carceres semel in mense a Pio IV.*
38 *Gubernator & Aduocatus Pauperum concedunt facultatem* Procuratori Pauperum *patrocinandi diuitibus cum mercede.*
39 *Gubernator de stylo facit testium confrontationem; & non potest Reus obtinere postea repetitionem, quam potest in alijs Tribunalibus obtinere.*
40 *Gubernator concurrit in Criminalibus cum habentibus priuatiuè iurisdictionem.*
41 *Gubernator habet facultatem procedendi in causis confugij non constito plenè de corpore delicti.*
42 *Gubernator potest in locis immunibus Visitari facere cadauera vulneratorum, & exhumari facere.*
43 *Gubernator potest procedere contra contumaces non habentes domicilium per affixionem citationum ad Valuas Palatij sui.*

GVbernator dicitur à *Gubernando*. Gubernatoris est moderate præesse, & regere. 1 *Gemin. cons.* 81. *in princ.* De officio, Facultate, & iurisdictione Gubernatoris Vrbis habemus in Statutis antiquis Vrbis *cap.* 34. *lib.* 1. *fol.* 9. (vbi appellatur Locumtenens Camerarij, seu Vicecamerarius) habemus, inquam, quasdam Constitutiones de mandato Eugenij IV. seruandas. *in Append. §.* 1. *cap.* 3.

Ampliorem postea legimus Constitutionem Sixti IV. registratam *in fine statutorum Vrbis cum glos. in Galgan. fol.* 7. cui est titulus: *Capitula declaratoria Curiarum Vrbis. die.* 12. *Iulij* 1473. vbi

2 vbi paulo post principium leguntur verba infrascripta: *Vult etiam, & mandat, quod, qui sequuntur Curiam laici tam mares, quam fœmina, & non alij conueniantur in Curia Marescalli, & quod ista nullis alijs iurisdictionem habeat, nec exerceat, alias Gubernator Vrbis possit comprimere etiam via facti. Vult insuper, præcipit, & mandat Sanctissimus D.N. quod Vicecamerarius, siue Gubernator in Vrbe nullum Tribunal cognitionum causarum priuatarum teneat per se, neque per alium, sed ad eum venientem ad suum Iudicem remittat, vt superius dictum est, & sit superintendens, vt quilibet in præmissis officijs suos terminos, vt dictum est, obseruet, & contrafacientem puniat, aut sua Sanctitati referat; & debeat carceres omnium promissorum visitare, & de officialium omnium, maximè Notariorum, maleficiorum transgressionibus cognoscere, & ad debitam formam reducere. In concernentibus autem Statum aut pacem, & quietem Ciuitatis, & Curia Romana, quantum viderit necesse esse, officialem, ad quem spectat, iuuare, & omnia pro posse ad pacem reducere.* Alexander VI. in *Constitutione* quæ habetur *in Stat. Vrb. antiq. lib.4. fol.2.* disponit vt infra: *Gubernator Vrbis ex causis Capitolij ad probibendum rixas se intromittere possit, & alijs quoque casibus semper habeatur & sit superior, & superintendens, & pro suo arbitrio prouideat, quandocunque sibi expedire videbitur.*

3 Easdem facultates, vt supra, per Sixtum IV. concessas per eadem verba denuo concessit Iulius II. *Constit.28. Decet Rom. Pontificem. edit. die* 28. *Martij* 1512. *in Bull. fol.*387. nullo addito, nisi quod, vbi dicitur in Cōstitutione prædicta Sixti IV. *debeat Carceres omnium visitare*, in hac Iulij II. addatur: *Vna cum alijs ad id per nos per alias nostras litteras deputatis*. Quæ tamen litteræ deputationis Visitatorum in Bullarijs, etiam antiquis; nō leguntur, nec eas adhuc, facta etiam diligenti perquisitione, in Archiuijs Apostolicis reperire potui, vt etiā supra dictum est.

4 Dū Gubernator constituitur *Superintendens, vt quilibet in suis officijs terminos præscriptos obseruet, illosque ad id etiam via facti comprimat*; animaduertere debet inter cætera, nequis in vsu Iurisdictionis manum in alienam messem inijciat, neue Iurisdictio in Vrbe exerceatur ab ijs, qui habent iurisdictionem in aliquibus locis in Vrbis districtu existentibus, & Romæ commorantur, vel ratione dominij, vel Gubernij alicuius loci particularis, vel etiam Episcopalis Iurisdictionis. Huiusmodi enim

5 Iurisdictio exerceri non potest in Vrbe absque speciali Summi Pontificis Indulto. Vnde inoleuit stylus

6 præfatorum subscribendi Actus iurisdictionales cum verbis, in fine: *Datum extra portam Flaminiam*, vel similibus.

7 Constitutio eadem Sixti IV. disponens, *Vt debeat carceres omnium visitare*: non est dubium quin comprehendat Capitolinos; cum superius etiā de Curia Capitolina Pontifex mentionem fecerit, prout etiam in dicta dispositione Eugenij IV. Idque etiam comprobauit obseruantia subsecuta; cum in Curia Capitolina præsit in visitatione, non secus atque in alijs carceribus.

8 Ex libro Decretorum Visitæ antiquo colligitur ipsum esse Caput Visitæ. In eiusdem enim libri initio habentur descripta die 15. Octobris. 1530. omnia ipsius Gubernatoris, & aliorum Visitatorum, post quæ subiungitur: *Referente Marco Antonio ibidem constituto in libro, & lista carceratorum, & me Francisco, vt supra, Notario rogato semper ad interrogationem eiusdem D. Gubernatoris.* Hinc

9 est, quod ad eundem Gubernatorem spectet cognitio causarum Custodum carcerum in vim dictarum Constitutionum: ibi: *Et de offitialium omnium transgressionibus cognoscere*. Atque ita quoque obseruatum est à Visita. * 1579. 25. Iunij. Nonæ. *Capitaneus Iustus Custos Carcerum Turris Nona. Non molestetur de ordine Visitationis in Curia Capitolina, sed ad D. Gubernatorem, qui ipsum expediat iuxta mentem, & auctoritate Visita.* * 1579. 16. iulij. Nonæ. *Pro Capitaneo Iusto Custode Carcerum Nona contra Baptistam Blancum & alios. Visitatores steterunt in decreto alias in publica Visita facto, & mandarunt intimari, & inhiberi D. Senatori, & alijs officialibus, quibus fuerit opus.*

10 Immo est Index delictorum, quæ à carceratis intra carceres perpetrantur. * 1623. 29. Ian. in Visit. Secret. carcerum. Sabel. *Ordinarono li Signori Visitatori, che la causa d'Antonello di Gio: Battista la veda il Giudice del Vicario rispetto alla querela, sopra la quale detto Tribunale hà inditij; ma rispetto alla frattura delle carceri, che spetta al Tribunale di Monsignor Gouernatore &c.* De his qui in carceribus delinquunt Lucianus *in Timone* dixit perinde facere, ac si quem aspexeris incendio conflagrantem, pice atque oleo se velle restringere, vt refert Manutius *in Adagio*. Oleum incendium extinguere. Ijdem alio prouerbio dicuntur; Balneum sibi ministrare.

11 Et quia plerumque delicta intra carceres commissa non detegebantur (cum non de facili reperirentur, qui super illis querelas porrigerent) ne remanerent impunita, fuit iniunctum, vt procederetur etiam per Inquisitionem. * 1528. 5. Septembris. Sabel. *Contra Raphaelem super delicto facto contra personam custodis carcerum. D. Vicegubernator procedat per viam Inquisitionis ipso statim, & iustitiam faciat.* Hoc contigit tempore, quo erat Vicegubernator D. Gregorius Magalottus, & sedebat post D. Ioannem de Viterbijs Clericum Came-

12 ræ, vt legitur in libro Decretorum. Non est itaq; mirum si in ijs, quæ spectant ad Carceres, tot emanarint, & quotidiè emanent Bannimenta & decreta Gubernatorum. Quippe qui accuratè inuigilarunt, & inuigilant, ne carcerati ipsorum curæ commissi grauentur, de quibus *in Append. §.2. cap.6. &*

13 *seq.* Prædictam tamen facultatem puniendi Custodes Carcerum delinquentes in officio, præsertim occasione carceratorum Auditoris Cameræ, non competere Gubernatori priuatiuè quoad Auditorem Cameræ consuluit Farin. *cons.*51. per rationes, & iura ibi per eum allegata, quibus non insistimus, cum non sit nostri instituti huiusmodi quæstiones ventilare.

14 Sequitur in præfatis Sixti IV. & Iulij II. Constitut. Gubernatorem debere: *In concernentibus statum, pacem, & quietem Ciuitatis, & Curia Romana, quantumque viderit necesse esse, officialem*

ad

ad quem spectat, iuuare ; & omnia pro Viribus ad pacem reducere. Hoc illud est, in quo potissimum Gubernator insudare debet: in eoque propterea nos quoque diligẽtius versabimur, fusiusque prosequemur; cum non parum, conferat ad delicta impedienda,& ad carceratorum numerum valdè minuẽdum. Magnum pondus humeris Gubernatoris Vrbis impositum est,qui non sui tantum curam habere debet, vt saluus sit, sed totius etiam Vrbis,eiusq; Districtus, vt commissam sibi multitudinem dirigat 15 in viam pacis. Itaque omnia velut è speculo intueatur; consulat publico bono; sit illi cordi salus Ciuium; quæcumque agit, ad eorum quibus præest, commoda referat; vigilantissimus existat in custodia Vrbis, vt de se ipso Iustinianus *in princ. Auth. vt Iud.sine quoquo suff.* dicit ibi: *Quippe voluntarios* pro subditorum quiete *labores, & noctes transimus insomnes*. Et in *l.ampliorem.C.de appell.* ait: *Ampliorem prouidentiam subiectis conferentes quã forsitan ipsi vigilantes inueniunt*. Idem post Iustinianum Bonif.VIII. *in Proem.Decreti.in 6.* diuersis verbis habet, ibi: *Curis sollicitamur continuis, & assidua meditatione vrgemur, vt subditorum commodis (in quorum prosperitate vtiq; prosperamur) iugi sollicitudinis studio intendamus*. Quapropter ipse quoque Gubernator assiduam vigilantiam adhibeat, ita vt, dum Ciues dormiunt, ipse vigilet,eaq; ratione impleat, quod *Prou.20.*dicitur *Rex dissipat omne malum intuitu suo*; Et Vrbis incola possit dicere; *Ego dormio. & cor meum vigilat*. Legimus apud Suidam *In Collectaneis*: Numquam vicini cani, ac Gubernatori somnolento benefacito, ille bene pastus redit ad priorem dominum, hic maximo periculo fortunas omnes, & vitam ipsam eorũ, quibus præest; exponit.

16 Gubernator hæc omnia consequetur, si, ne delicta remaneant impunita, habeat nõnullos qui ipsi, quæ fiunt in Ciuitate, secretò referant. Hoc frequenter vsitatum,etiam apud maiores multis retrò sæculis. De Gallo Cæsare refert *Amianus Marcellin Hist.lib.14.circa princ.*ab eo mercede cõductos fuisse homines ignotos, vilitate ipsa parum cauendos, qui ad colligendos rumores per Antiochiæ latera cuncta destinarentur, quæ viderent, & audirent relaturi. Hi peragrantes, & dissimulanter honoratorum circulis assistendo, peruadendoque etiam diuitum domus, aliquando egẽtium habitu; quidquid nosse poterant, vel audire, intromissi latenter noctis tempore per porticus in Regiam nũciabant. Idipsum de Tarquinio narrant Historiæ. *Dionysius Halicarnasseus lib.* 4. Similia ferè scribit Xyphilinus *pag.* 233. de Tiberio. De Alexandro Seuero Lampridius *pag.* 182. ait: *De omnibus per fideles homines suos semper quæsiuit, & per eos, quos nemo nosset hoc agere:* vt dicitur in *Annot. ad Amian. Marcell. ad cit.loc. lib.* 14. *paulo post princ.*

18 Securius alij, etiam Reges & Imperatores, qui experti non esse integram plerumque exploratorũ fidem, haud semper, & in omnibus casibus eorum ministerio vtebantur, vt scribit *Paul Diac. histor. lib.6.cap.35.* Inter cæteros de Ariperto. *Hic in diebus, quibus Regnum tenuit, noctu egrediens, & hac, illacque pergens, quid de eo à singulis ciuitatibus diceretur, per semetipsum explorabat, ac diligenter, qualem iustitiam singuli Iudices Populo suo facerent, inuestigabat*. Recentius huius rei exemplum habemus in Federico Seniore Imperatore,qui per semetipsum,quæ in Imperio gerebantur,habitu incognito indagabat. Gubernator verò, cui hæc nõ facilè licent, adhibeat maxime fideles exploratores, & ciuitatem, præsertim noctis tempore, à suis satellitibus circumiri faciat.

19 Omnem moueat lapidem ad refrænandam improborum hominum licentiam; seditiones, & rixas inter Ciues componat. Bal. *in l.1. §.cura de offic. Præf.Vrb.Castald.de Sindic. quæst.15. numer.*130. vbi quod Præses, antequã perpetretur rixa, debeat incendio obuiare, & pacem componere. Simanc. *de Rep.lib.8.cap.27. num.8. & seq.* ait, quod seditio aliqua, cum primum orta sit, confestim reprimenda, & componenda est, ne vniuersam Ciuitatem inficiat. *Et num.5.10.11.* ex Aristotele & Plutarcho eleganria verba ad rem, de qua agimus, adducit. Rol *cons.8.num.26. lib.4.* Gomez. *var. resolut. tom.3.cap.6.num.16.* qui hanc conclusionem multis comprobat argumentis. Paris. *de Sind. ver. negligentia.cap.6. nu.7.* Et facit *l.si vsusfructus.§.& quemadmodum quis vtatur æquissimum.ff.de vsuf. ibi.ver.* non ad arma, & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest iurisdictione sua componere. *l.1 §.quies.ff.de off.Præf.Vrb.*Latè *Boer.tract. de sedit.* Melius est enim in tempore occurrere,quam post exitum vindicare. *l.1.C.quand.lic. vnicuique. l.fin.C in quib.caus.restit.in integr.* Rectè Saluianus Episcopus Marsiliensis: *Potestas quæ inhibere scelus potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. In cuius namque manu est, vt probibeat, iubet agi, si non probibet admitti*. Ita fiet, vt non sint timenda mala, quibus abundasse Romam suo tẽpore dolet Ammianus Marcellinus *lib.28. fol.*397. Et *annotatur in obser.fol.*182. his verbis: *Quæ probra, aliaque his maiora dissimulatione iugi neglecta ita refrænatius exarserunt, vt nec Epimenides ille Cretensis, si exexitatus redijsset ad nostra, solus purgare sufficeret Romam, qui iã olim explorando, lustrandoque Athenas,* vt Diogenes *lib.1.in Epimenid.* & Plutarchus *in Solone* habent,in melius compofuit. Tanta plærosque labes insanabilium flagitiorum oppressit. Hac de causa etiam Cicero *pro Publ.Sextio* dixit: *Vim volumus extingui? ius valeat necesse est, idest iudicia, quibus omne ius continetur, iudicia displicent, aut sunt nulla? vis dominetur necesse est.*

23 Ad hæc Gubernator Vrbis sit affabilis. Nihil enim est, quod Populi magis fauorem conciliet, quam gratia sermonis, vt Cicero 2. *de offic.* asserit: *Difficilè dictu est, quantoperè conciliet animos hominũ comitas, affabilitasque sermonis*. Augustus ciuile 24 rebatur (vt refert Tacitus) misceri voluptatibus vulgi. Nec immeritò. Indignus enim Gubernio vi- 25 detur, qui conquerentes, aut aliquid postulantes benignè non audit, & dignus, cui dicatur, vel Audi; vel Desine gubernare.

Deniquè sit omnibus virtutibus prædictus, vt ipsius exemplo ij, quos gubernat, proficiant in bono: Moribus enim debet esse conspicuus, qui cæteris datur imitandus, cum secundum Aristotelem 10. *Ethicorum* in actionibus humanis minus cre- 26 datur sermoni, quam operibus. Tales enim plærumque

rumque videmus esse subditos, quales sunt, qui eos gubernant. Quamobrem Cimon eximius Dux Lacedæmoniorum orta contentione de electione eius qui duceret exercitum, cum nonnulli assererent quemlibet sufficere, eo quod milites fortes essent, & strenui: respondit se male habere exercitũ Ceruorum, quorum Dux esset Leo, quã leonum quibus Ceruus præesset. Neque enim, vt Plato *de legib. lib 6.* scribit: *Lassi pares sunt alios erigere, neque inscij docere, neque incompositi componere, neque ordinare inordinati, neque imperare, qui imperium non sunt passi*. Non est hic ludus puerorum teste Cicer. qui in *Orat. pro C. Flacco paulo ante finem*, exclamat: O conditiones miseras administrãdarum Prouinciarum, in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum; vbi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes Prætores expectant, præsentibus inseruiunt, abeuntes deserunt. Itaque ad hanc dignitatem euehi consueuerunt à Summis Pontificibus Viri omni exceptione maiores. Etenim ad decus & ornamẽtum Romanæ Curiæ, & ad gloriam Pontificum pertinet aptas dignitatibus personas eligere. Quippe ex claritate seruientium crescit fama Dominorum; & eos decet Principem promouere, quos ipsos aspicit, certo cognoscat ius incorruptè redditum fuisse.

27 Quia vero experientia compertum fuit nõ benè posse præcise Gubernatorem Vrbis, nisi etiam Iudicia exerceat & cognoscat causas tam ciuiles, quam criminales, quod illi in *Constit.* Sixti IV. & Iulij II. vetitum fuerat, illis verbis: *Nullum Tribunal cognitionum priuatarum teneat*: propterea Leo X. in sua *Constit. VIII. Etsi pro contrarium. in Bullar.* 28 *fol.479.* Eidem Gubernatori amplissimam iurisdictionem concessit; causas omnes etiam à se, suoq; Camerario illi commissas, & committendas tam ciuiles, quam criminales per se, vel suos Auditores vel Locumtenentes cognoscendi; contra quoscumque etiam Ecclesiasticos, ac Religiosos cuiuscumque ordinis, nullo Iuris, vel Cameræ, vel styli Romanæ Curiæ ordine, vel consuetudine seruatis; cõtra delinquentes etiam nulla præcedente infamia, nulloque processu, inquirendi, & castigandi, & vsque ad vltimum supplicium puniendi; pœnas omnes tã de iure, quam de consuetudine, aut alias quomodolibet impositas arbitrio suo augendi, & minuendi, aliaque faciendi, prout ipsemet Pontifex facere posset, vt in d. constitutione.

29 De facultate procedendi *Non seruatis terminis substantialibus*: de qua in præfata constitutione loquitur etiam Paris. *cons. 126. num. 1. lib. 4.* quem sequitur Rot. *coram Seraphino. in Imolen. Castrorum 26. Martij 1576. num. 5. & seq. quæ est in impress. decis. 290.* Vbi dicit etiam in causis Commissarijs procedere, quod coram Gubernatore non 30 sint seruandi termini substantiales. Præterea quod Gubernator cum Camera habeat amplam auctoritatem, & mandatum, *Cum Libera*, circa res Camerales dixit Dec. *cons. 404 num. 8. & seq. & con-* 31 *sil. 407. nu 7. vers. 1. Camera Apostolica*. Paul. II. diuersas quoque & peculiares facultates tribuit Gubernatori. *Const. 44. in Bul. fol. 560.* præsertim *§. 5. & 17.* vt latè dicemus infrà *lib. 2.* in quo eam-32 dem Constitutionem suscepimus declarandam. Iulius item III. in sua *Constit. 25. Cum sicut accepimus, licet alias. in Bul. fol. 585.* dat Gubernatori facultatem procedendi etiam ex officio contra homicidas, brigosos, duellantes, bannitos, & eorum receptatores.

33 Licet autem Paul. IV. *Const. 51. Cupientes vbilibet: quæ est vltima in Bull antiq. fol. 639.* disposuerit Gubernatori Vrbis prouidendum esse de Palatio, & quod tenere debeat tres Auditores pro causis ciuilibus, & totidem pro criminalibus cum salario; quodque ipse votum non habeat, & alia innouauerit circa eius offitium, nihilominus paulò post superuenit Pius IV. qui in sua *Constit. 161. Licet nos in ipso: quæ est penult. in eodẽ Bull fol. 917.* reuocata præfata Paul. IV. Constitut. reduxit in pristinum statum officium Gubernatoris, cuius 34 Iurisdictionem Pontifices diuersimode successiuis temporibus confirmarunt, & ampliarunt: Idem Pius Quartus. *Const. 5. Cum sicut accepimus. in Bullar. tom. 2. fol. 2.* Gubernatori tribuit iurisdictionem procedendi contra mercatores cambia sicca, 35 & illicita contrahentes Et *Const. 34. Dilectos filios Senatorem. fol. 37.* in qua tribuit multas facultates Foro Capitolino, declarat successiue, *Motu proprio*, intentionis suæ esse in aliquo non præiudicari iurisdictioni, & facultatibus Gubernatoris. Et *Const 49. Cum vices eius licet immeriti. in Bull.* 36 *fol. 48.* in qua prohibet deferri aut etiam retineri Archibusettos breuioris mensuræ, quam duorum palmorum, mandat infra quindecim dies à die publicationis denuntiari, & perferri ad Gubernatorẽ.

37 Rursus *Const. 58. Cum ab ipso nostri Pontificatus. fol. 50. §. 15.* Statuit per Gubernatorem, & alios ibi nominatos visitari Carceres semel in mense vl-38 tra Visitationem hebdomadariam. Et *§. 37.* impertitur facultatem Gubernatori concedendi licentiã Procuratoribus pauperum accipiẽdi pecunias pro patrocinio diuitum carceratorum; quam facultatẽ etiam extendit ad Aduocatum pauperum.

39 Competit Gubernatori de stylo Tribunalis, facultas faciendi testium confrontationem cum Reo in carceribus loco repetitionis; nec potest postea Reus petere eorumdem testium repetitionem. Et in hoc differt ab alijs Curijs Vrbis, quibus permittitur quidem confrontatio, vt infra *Sect. 1. num. 15.* Sed Reo petente deueniri debet, non obstante tali confrontatione, ad ipsorum testium repetitionem cum interrogatorijs Rei. Vnde in Tribunali Gubernatoris non admittitur in confrontatione reseruatio facultatis repetendi cũ interrogatorijs, prout illam admittere tenentur alia Tribunalia. Immo monet Locumtenens Gubernatoris Reum in actu confrontationis ad interrogandum, quia de stylo Curiæ denegabitur ei postea facultas repetendi cũ interrogatorijs.

40 Habet insuper Gubernator iurisdictionem criminalem cum omnibus Tribunalibus Vrbis cumulatiuè, etiam si illi habeant priuatiuè vigore *Const. 8.* 41 *Vrb. VIII. in Bull fol. 104* Præterea vigore Chirographi eiusdem fel. rec. Vrbani VIII. de quo in *Appen. §. 1. cap. 18.* facultatem habet procedendi in causis confugij, etiam non constito plenè de corpore delicti; sed solum iuxta formam in eodem Chirographo

rographo præscriptam. Hæc tamen facultas est illi communis cum alijs Iudicibus ad quos spectat.

42 Rursus in vim alterius chirographi eiusdem Pôtificis. *in Append. §.1. cap. 21.* potest mediantibus ipsius Notarijs, & Ministris visitare vulneratorum cadauera, recognoscere, & exhumari facere in locis immunibus.

43 Gubernatori demum competit iurisdictio procedendi contra contumaces non habentes domiciliû, affixis citationibus ad valuas Palatij sui in vim chirographi piæ memoriæ Vrbani VIII. *in Append. §.1. cap. 22.*

Alias item facultates concesserunt subsequentes Pontifices, de quibus infra, & alibi in opere, prout se obtulit occasio, mentionem fecimus. Vt autem omnia perspicuè, & breuiter explicentur, quæ ad Gubernatoris officium, & iurisdictionem ex prædictis constitutionibus, vltra ea quæ diximus, pertinent, quantum instituti nostri ratio exigit, totam materiam in varias Sectiones partiemur.

SECTIO I.

De facultate Iudicum circa modum procedendi ex abrupto in genere.

SVMMARIVM.

1 *Procedere ex abrupto quid.*
2 *Procedere ex abrupto duobus modis contingit, vel solo processu informatiuo, vel denegatis defensionibus.*
3 *Processu informatiuo ex abrupto terminatur causa nulla facta legitimatione processus.*
4 *In processu ex abrupto, qui fit denegatis defensionibus, vt terminetur causa, requiritur confrontatio testium.*
5 *Ex abrupto procedit processu informatiuo magna Curia Vicaria Neapolitana.*
6 *Ex abrupto procedendi modus denegatis defensionibus practicatur Romæ.*
7 *Ex abrupto procedi de iure potest in causis hæresis, assassinij.*
8 *Leges transgredi ex causa interdum licitum Iudici est.*
9 *Ex abrupto procedere Iudices nō possunt nisi prævio decreto Gubernatoris Vrbis, vel Magistratus habentis hanc facultatem.*
10 *Ex abrupto procedi vt possit, Decretum fit in Cōgregatione præsentibus Iudicibus illius Tribunalis.*
11 *Ex abrupto procedi vt possit, Decretum præuium quod requiritur, fieri solet auditis Aduocato, & Procuratore pauperum.*
12 *Ex abrupto processum vt impediant, quod præstare debeant Aduocatus, & Procurator pauperum.*
13 *Ex abrupto processum denegatis defensionibus vt impediat, quid præstare debeat Reus.*
14 *Ex abrupto processum non impedit Reus proponēdo probationes calumniosas.*
15 *Ex abrupto procedendi vt fiat decretum multa requiruntur, & quæ.*
16 *Ex abrupto procedendi facultas quibus Magistratibus conuenit.*
17 *Ex abrupto procedendi denegatis defensionibus facultatis vsus est arbitrarius, ita vt ad illum Iudex à Fisco non possit cogi.*
18 *Appellatio à concessione defensionum non datur maximè si concessio fiat à Congregatione Tribunalis.*
19 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus potest contra furem fugatum per clamorem; cæterum Iudex aduertere debet causam, & originem clamoris.*
20 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus potest contra testem varium, vel contra quem sunt indicia, quod sciat veritatem.*
21 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus vt possit contra testem varium, debet ex proprio dicto conuinci de varietate, vel mendacio.*
22 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus vt possit contra testem, debet esse testis simpliciter.*
23 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest, si probationes Fisci non sufficiant ad aliqualem torturam.*
24 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest, si aliquis ex testibus fisci deprehenditur falsus.*
25 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest, si Reus parauerit sibi defensiones, vel excludendo delictum, aut qualitatem atrocitatis, vel excipiendo contra dicta, aut personas testium.*
26 *Inquisiti dictum ad effectum obtinendæ defensionis habetur pro probato nisi constet de mendacio.*
27 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest; si ex processu fabricato ad instantiam Fisci resultet præsumptio salutaris reo.*
28 *Præsumptio operatur ad effectum obtinendæ defensionis, etiam si deduceretur ex teste vnico inhabili; immo verò etiamsi præsumptio haberet contra se præsumptionem à Reo probatam.*
29 *Reo permissum est vti contrarijs exceptionibus.*
30 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest, si probatio corporis delicti non sit liquida per euidentiam facti.*
31 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest, quando processus fabricatur à Fisco, non ex offitio, sed ad instigationem partis offensæ, si concurrat fumus calumniæ, vel aliqua ratio ad mouendum Iudicem, vt concedat defensiones.*
32 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest, quando ex superuenientia nouorum indiciorum reus reuocatur ad carceres dimissus cum cautione.*
33 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest contra minorem, nisi in casibus, in quibus minor ætas non excusat à pœna ordinaria.*
34 *Ex abrupto procedi denegatis defensionibus non potest in dubio.*

CVm Vrbis Gubernator contra facinorosos nō solum obijcere inanes minas ad territandum excogitatas, non aliter, quam solent nutrices pueris Lamias ad metum nuntiare, sed eos debitis etiam & in exemplum aliorum seueris quandoque pęnis afficere,

afficere, non est mirum si etiam in modo procedendi in huiusmodi causis ad indagandam veritatem seuerè se gerat, procedendo ex abrupto.

1 Ex abrupto procedere est præcipitanter, ex *truncato*, *prarupto*, seu *perfracto* processu causam expedire, non seruatis ijs, quæ de iure seruari debent, quasi interrupto ordine iudiciario, recedendo ab ordine iuris ciuilis. Maur. Burg. *in tract. de mod. proced. ex abrupt. quæst.* 3. *num.* 10. vbi dicit; quod *Nō obseruantur solemnitates concernentes ordinatoria*

2 *iudicij*. Ex abrupto duobus modis causa dirimitur; vel ex *solo processu informatiuo*; vel, *Denegatis defensionibus*. Conueniunt inter se isti modi: hoc tantum differunt, quod in illo causa terminatur ex solo

3 processu informatiuo, nulla facta illius legitimatione; in hoc requiritur testium confrontatio. vel re-

4 petitio. Iuxta primum modum procedit magna

5 Curia Vicariæ Neapolitana in vim suæ præeminentiæ. Guaz. *def.* 21. *num.* 6. Videant qui volunt super

6 hoc modernos. Secundus modus procedendi ex abrupto denegatis defensionibus, practicatur in Curia Romana: & propterea de hoc erit sermo noster. Videbimus prius quid de iure generaliter statuatur: mox ad nostram quæstionem deueniendo, quid de Gubernatore dicendum sit.

7 Conclusio itaque sit, de iure procedi posse ex abrupto denegatis defensionibus in causis hæresis, & contra insignes latrones, grassatores, incendiarios, violentos, raptores, & alios committentes grauia, & atrocia delicta. Hæc facultas fundatur in textu *l. per omnes. C. de defens. ciuit. l. fin. C. de sicar. l. in adulterij. C. de adult.* ibi: *Quærendum est sine cu-*

8 *iusquam defensione*: Et in Regula vniuersali, quod *Ex causa licitum est leges transgredi*. Et est originalis doctrina Innocentij *cap.* 1. *de constit.* Illamque firmarunt communiter DD. Farin. *cons.* 103. *num.* 5. *Guaz. def.* 21. *num.* 6. qui alios quamplures allegant. Huc quoque tendit dispositio Constit. Paul. III. *Const. XLIV.* §. *captum*. Vbi statuit dandam esse copiam indiciorum Reo, vt se possit defendere ante torturam, præter quam in crimine hæresis, & alijs criminibus à iure exceptis, iuxta tamē iuris dispositionem. Quam Constitutionem confirmauit Pius IV. *Const.* 85. §. *Et quod expeditiones.* Illamque vltimo loco in hac parte ità moderatus est Paulus V. *Const.* 71. *cit. de Iud. crim. vers. Ac Iudi-*

9 *ces*. Vt noluerit huiusmodi facultate procedendi vti posse Iudices nisi præuio decreto, vt infra: *Quod Iudices, Auditores seu locumtenentes Gubernatoris Vrbis, seu alterius cuiusque Magistratus habentis facultatem procedendi præter, aut contra formam Iuris, seu Statutorum non vtantur dictis facultatibus, nisi præuio decreto dicti Gubernatoris, vel Magistratus concedente sibi facultatem sic procedendi in illa causa*.

10 Præterea, ne nimis grauentur Rei in hac defensionum denegatione plura requiruntur. In primis Decretum præfatum fieri consueuit in Congregatione Gubernatoris, seu aliorum Magistratuum præsentibus, & vocantibus, illorum Iudicibus, &

11 substitutis. Nec solent ad huiusmodi decretum deuenire nisi certioratis, & auditis Aduocato, & Procuratoribus pauperum; qui ex officio tenentur diligenter inspicere, & examinare processum ad instantiam Fisci fabricatum: & totum id deducere, quod conferre possit ad obtinendas defensiones.

12 Qua de causa, siue reus sit pauper, siue non, datur prædictis libera facultas illum alloquendi, semotis arbitris, pro habenda pleniori, quantum fieri potest, causæ notitia ad effectum deducendi omnes, & quascumque rationes pro obtinendis defensio-

13 nibus facientes. Inter cętera verò, quæ à Reo subministrari possunt, illud est præcipuum, si se offerat promptum ad probandum aliquid ita releuans, vt eo probato non sit locus modo procedendi denegatis defensionibus; vtpotè, si se talia offerat probare, quæ excludant, vel qualitatem atrocitatis in delicto; vel torturam per totalem indiciorum

14 elisionem; vel illius grauiorem qualitatem vti tormenti Vigiliæ. Hoc tamen locum non habet, si probationes oblatæ appareant calumniosæ. Ita firmant per plures quos allegant Farin. *quæst.* 39. *num.* 31. *vers. inter quas*. *& Guaz. d. def.* 21. *cap. vnic. num.* 8.

15 Vt possit deueniri ad decretum denegationis defensionū, secundo etiam requiritur vt constet de corpore delicti. Rolan. *cons.* 12. *num.* 79. *vers. non obstat. lib.* 3. vbi citat Maur. *singul.* 15. *num.* 4. Insuper necesse est, vt concurrant indicia sufficientia, vt constet de delicto, & de delinquente. *Maur. Burg. de modo procedend. cent.* 1. *q.* 47. *num.* 11. *Guaz. cit. def.* 21. *num.* 6. Immò oportet, vt testes sint examinati per Iudicem eiusdem Tribunalis. *Gram. vot.* 3. *num.* 42. Vbi de simili circa præeminentiam dictæ magnæ Curiæ. Præterea requiritur vt processus legitimetur per confrontationem testium iuxta stylum Tribunalis Gubernatoris. Farinac. *quæst.* 72. *num.* 139. Vt præcedat probatio diffamationis Rei. *Afflict. decis.* 39. *num.* 10. & plures quos allegat Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrup. cent.* 1. *quæst.* 64 *num.* 1. *& seq.* Vel quod qualitas delicti sit grauissima, egeatq; celeri expeditione ad exemplum publicum; Vel alia concurrat causa, quæ suppleat præfatam diffamationem arbitrio Iudicis, vt dicit etiam obseruasse Ambros. *de mod. forman. process. inform. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. & repetit *Guaz. def.* 21. *cap.* 1. *num.* 6. *vers.* 2. *In aliquibus*. Tandem requiritur, vt Reo nulla competat defensio, nec eam sibi parauerit. *Hier. de Feder. resol.* 28. *&* 29. apud Farin.

16 Declara, vt huiusmodi facultas non conueniat, nisi maioribus Magistratibus, qui habent merum & altum imperium; & sic altam iurisdictionem, vt dicit Baiard. *ad Clar. quæst.* 49. *numer.* 2. *& Claud. Bertaz. ad cons. Patris.* 130. *vers.* 5. *Afflict. decis.*

17 391. Porrò vsus huius facultatis est arbitrarius iudici. *ad trad. per Guaz. def.* 21. *cap.* 1. *num.* 2. quia nec Fisco, nec parti ei adhærenti vllum infertur grauamen, si Reo concedantur defensiones. *Maur. Burg. de mod. proced ex abrup. cent.* 1. *q.* 46. *num.* 7.

18 Atque hinc sequitur à tali defensionum concessione appellationem non admitti, seu recursum, maximè si facta fuerit, cum voto Congregationis Tribunalis. *Maur. cent.* 1 *q.* 34 *num.* 4. *&* 5.

19 Amplia primo conclusionem, vt procedat etiam in fure fugato per clamorem. Si enim in eo instanti capiatur, procedi potest denegatis defensionibus. Farin. *quæst.* 48. *num.* 12. Ratio est secundum Bald. *in l. falsus procurator. nu.* 20. *C. de fur.* quia fit fur manifestus, dum interpellatus per clamorem fugit.

Hoc

Hoc tamen casu Iudex prius aduertere debet originem, & causam clamoris. Farin. *cit. quaest.* 48. *num.* 13.

20 Amplia secundo in teste qui, vel sit varius, vel habeat contra se indicia, quod sciat veritatem. Contra illum enim procedi potest denegatis defensionibus ad eruendam veritatem. Hier de Feder. *resol.* 28. *num.* 29. *Far. quaest.* 39. *num.* 117. *& numer.* 130. vbi subijcit allegationes duorum Romanæ Curiæ Aduocatorum in fauorem ipsius testis.

21 Quod tamen procedit solum, quando de variatione, seu mendacio conuincitur testis ex suo proprio dicto, seu confessione, aduersus quam, cum probabiliter nihil deducere possit, iure optimo denegantur defensiones. Secus est, si de mendacio constaret aliundè; vt puta per testes alios, qui dicerent, testem fuisse præsentem alicui delicto, & ipse negaret. Tunc enim non videtur de iure ipsi auferri posse facultas, si petat, probandi testes, contra ipsum examinatos, esse falsos; vel inimicos; vel alias pati exceptiones. Farin. *q.* 39. *num.* 148. qui allegat *Franc. Personal. in tract. de indit. num.* 33. *&* 34. reprobantem Foller. contrarium tenentem: Ipse quoque Farin. dicit hanc opinionem tenendam, non obstante, quod alij, quos adducit contrarium sentiant.

22 Similiter procedit solum in eo, qui est testis simpliciter. Secus esset, si constitueretur tamquam principalis in se, & testis quoad alios. Hoc enim casu audiendus esset in suis defensionibus, vt probat Farin *cit. q.* 39. *nu.* 150. *vers. sublimita tertio.*

23 Limita conclusionem primo, vt non sit locus facultati procedendi Denegatis defensionibus in prædictis casibus de iure præmissis, quotiescumque probationes Fisci apparerent adeo leues, & debiles, vt non sufficerent ad aliqualem torturam. *Ad trad per Maur. de mod. proced. ex abrupt. cent.* 2. *q.* 47. *num.* 9 *&* 10. Debent enim concurrere indicia sufficientia, vt dixi.

24 Limita secundo in casu, quo aliquis ex testibus Fisci falsus appareret; quia licet ex alijs testibus resultaret probatio sufficiens ad torturam, nihilominus quia resultat præsumptio cõtra cęteros omnes testes, non est priuandus reus suis defensionibus. *Maur. cent.* 1. *q.* 47. *num.* 11. *&* 12.

25 Limita tertio, si inquisitus afferat aliquid, quo probato cessaret tortura; vel dictum ipsius tenderet ad exclusionem delicti; siue ad remouendum ab eo qualitatem atrocitatis; siue ad excipiendum contra testes; vel in dicto, vel in persona; siue alio

26 modo quolibet ad elidenda indicia. Etenim ad effectum obtinendi defensiones dictum inquisiti habetur pro probato, nisi legitimè, & concludenter conuincatur de mendacio ex eodem processu. Ad quorum comprobationem faciunt tradita à Farin. *q.* 39. *nu.* 31. *vers. anter quos. Guaz. def.* 21. *cap. unic. num.* 8.

27 Limita quarto, si ex eodem processu fabricato ad instantiam Fisci, resultaret aliquod releuans, quod excusaret reũ à delicti commissione, *ad trad. per Maur. d. cent.* 1. *& quaest.* 47. *num.* 13. *& seq.* etiam si hoc deduceretur ex teste vnico; eoque

29 etiam inhabili; & de audito. *Maur. proximè cit.*

30 Limita quinto vt, licet aliquando ex iuris specialitate ad effectum dumtaxat procedendi, attendi possit probatio super corpore delicti, etiamsi non sit liquida per euidentiam facti iuxta *leg.* 1. *§. item ad S. C. Syll.* Non tamen tali casu duplicandæ sunt specialia, & denegandæ defensiones; Ad quam praxim seruari solitam in Tribunali Gubernatoris conseruat tradita à Mauro *q.* 47. *num.* 32.

31 Limita sexto, quando processus non fuit fabricatus à Fisco ex officio, sed ad instigationem, & subministrationem partis offensæ. *Andr. in const. Reg. relat. à Capoblanc. ac Baron. pragmat.* 8. *par.* 1. *numer.* 8. *Gram. vot.* 3. *num.* 26. *vers. verum limita.* Quæ tamen limitatio non procedit absolutè, sed quando concurrit aliquis fumus calumniæ, vel subornationis testium. Circumscripto etiam dicto fumo solet multum pro concessione defensionum, si processus non fuerit factus ex officio ad instantiam Fisci; & concurrat aliqua ratio ad mouendum Iudicis arbitrium pro concedendis defensionibus.

32 Limita septimo non procedere in casu, quo pro eodem delicto processum fuerit denegatis defensionibus, & sustinuerit reus: postea vero superuenerint noua indicia. Tunc enim non erit amplius locus procedendi denegatis defensionibus; sed erit procedendum via ordinaria præfigendo reo terminum ad faciendas suas defensiones. *Guaz. def.* 30. *cap.* 40 *num.* 4. vbi ampliat procedere, etiam si fuisset relaxatus cum cautione, & postea noua indicia superuenissent.

33 Limita octauo, vt non procedat contra minorem, contra quem indefensum est cautum in iure, vt irritum sit, ac nullum, quidquid agatur. Maur *cent.* 1. *q.* 66. *ferè per tot.* Hoc tamen sic intelligendum est, vt non procedat in illis casibus, in quibus minor ætas non excusat à pœna ordinaria.

34 Limita nono, vt conclusio non procedat, quotiescumque versamur in dubio, an sint cõcedendæ defensiones, vel in casu, quo indicia recipiunt aliquam dubitationem. Si enim omnia iura clamãt, in dubio faciendam esse resolutionem fauorem rei, quid erit dicendum in materia defensionum, pro qua nedum ciuilia, & canonica, sed etiam naturalia, & diuina iura stant; vt luculenter explicat idem *Maur. cent.* 1. *q.* 47. *numer.* 28. 29. *&* 30. *& num.* 33. 34. *&* 35. Hæc sunt, quæ de iure aduertenda erant quotiescumque proceditur in casibus à iure permissis denegatis defensionibus.

SECTIO II.

Argumenta in vtramque partem de facultate Gubernatoris Vrbis circa modum procedendi Ex abrupto, seu Denegatis defensionibus.

SVMMARIVM.

1 *Defensionem iure natura inductam Principem tollere non posse multorum sententia.*

2 *Defensionē Princeps ex iusta causa tollere potest.*

H 3 *Pre-*

3 *Procedere denegatis defensionibus non possunt Iudices Gubernatoris, nisi in casibus su iure expressis.*

4 *Procedendi denegatis defensionibus facultas nec ipsiGubernatori competit, nisi in criminibus à iure expressis.*

5 *Procedendi denegatis defensionibus facultatem etiam in casibus à iure permissis moderatus est Paul. V. & quo modo.*

6 *Indiciorum Copia Reis in criminibus etiam atrocissimis ante torturam danda est.*

7 *Procedere denegatis defensionibus Iudices non posse, etiam in atrocissimis delictis iure communi conforme.*

8 *Reis ante elapsum terminum praescriptũ ad purganda indicia concedendum est, ut possint alloqui Procuratores, & Aduocatos semotis arbitris.*

9 *Reis, in quibus casibus negatur facultas alloquẽdi Procuratores, & Aduocatos semotis arbitris, siue agatur de procedendo in causa, siue de condemnando Reo.*

10 *Reis etiam in casibus, quibus negatur facultas alloquendi Procuratores, & Aduocatos semotis arbitrio concedendum, ut possint alloqui Procuratores, & Aduocatos pauperum, cur?*

11 *Procedendi denegatis defensionibus facultatem competere Gubernatori non probatur ex stylo, vel consuetudine Tribunalis Gubernatoris.*

12 *Procedendi denegatis defensionibus licentiam particularem subscripsit Sixtus V. in illa magna causa subreptionis Annuli piscatoris.*

13 *Gubernator Vrbis est ex maioribus Magistratibus, quibus competit facultas procedendi ex abrupto denegatis defensionibus.*

14 *Gubernator Vrbis habet merum, & altum imperium, & propterea à quibusdam aequiparatur Praefecto Vrbis.*

15 *Gubernatori Vrbis Iudices caeteri olim remittebant facinorosos insigniores.*

16 *Maior quilibet est in suo Territorio.*

17 *Gubernatori Vrbis facultas procedendi denegatis defensionibus concessa à Leone X.*

18 *Contumaces de iure, & ex communi vsu condemnantur nullis assignatis defensionibus.*

19 *Ad cautelam abundantiorem concessa facultas non praeiudicat.*

20 *Procedendi denegatis defensionibus Facultatis à Leone X. concessio Gubernatori Vrbis unde appareat.*

21 *Procedendi denegatis defensionibus Facultati à Leone X. concessa Gubernatori Vrbis, non est derogatum per Constitutiones Pauli III. & Pij IV. & Pauli V.*

22 *Defensiones non tolluntur omnino in Tribunali Gubernatoris Vrbis, sed modus variatur.*

23 *Procedere denegatis defensionibus potest Gubernator Vrbis contra Clericos in delictis, quae in laicis puniantur morte qualificata, licet Clerici ab eiusmodi morte eximantur ob priuilegium personarum.*

24 *Procedere denegatis defensionibus potest Gubernator Vrbis, quando conuenerit frequentia furtorum, quibus non est imposita minor poena triremium.*

25 *In procedendo denegatis defensionibus debent aduerti declarationes, ampliationes, & limitationes; de quibus in Sect. prima.*

PRo faciliori expositione propositae Sectionis adducimus argumenta pro vtraque parte facientia.

1 Pro negatiua; videlicet non competere facultatem Gubernatori Vrbis procedendi ex abrupto, seu Denegatis defensionibus valde vrgent, quae sequuntur.

Imprimis nec Princeps ipse tollere potest defensionem, quae de iure naturae inducta est. Clem. *Pastoralis. prope fin.* ibi, *cum illa Imperatori tollere non licuerit*. Et ibi glos. *in verb. licuerit*. Et caeteri communiter, quos refert Afflict. *decis.* 391. *nu.* 2. *vbi Vrsil. num.* 1. *Far. q.* 39. *numer.* 18. *& cons.* 103. *num.* 4. & post eum Cartar. *de Immun. Ecclesiast. pag.* 141. *num.* 181. *& seqq.*

2 Deinde etiam si Princeps ex iusta causa tollere possit defensiones, vt senserunt quamplures, quos allegat idem Farin. *cit. q.* 39. *num.* 24. Haec tamen facultas non legitur in iure concessa Gubernatori, neque constitutionibus Summorum Pontificum, vt ijs qui legere volunt, facile constare potest; & expendit Farin. *cons.* 103. *nu.* 4. *& cons.* 185. *num.* 8. *& quaest.* 72. *nu.* 99.

3 Praeterea non potest illi competere etiam ex eo, quod habeat amplissimum arbitrium procedendi non seruato iuris, seu statutorum ordine, manu Regia, & de facto, vt firmat Bursat. *cons.* 291. *nu.* 95. *ad num.* 119. quem allegat, & sequitur *Farin. dicta q.* 72. *num.* 98. *& sequent.* Vbi respondet duabus Rotae Romanae decisionibus vt locum habeant, quando proceditur in contumaciam; & subiungit; quando *ipsi Iudices Gubernatoris*, siue velint, siue nolint, non possunt procedere denegatis defensionibus, nisi in casibus à Iure expressis; & quod, si aliter fecerint, in hoc & in alio saeculo sindicabuntur.

4 Ad haec tantum abest, vt Gubernatori concessa fuerint Facultas procedendi denegatis defensionibus a summis Pontificibus, vt potius in eorum Constitutionibus legatur dispositum contrarium; Nam *in d. Constit.* Pauli *III.* 58. *§. cautum.* Statuitur dandam esse copiam indiciorum reo, vt se possit defendere ante torturam; praeterquam in crimine haeresis, & alijs criminibus à iure exceptis, iuxta tamen Iuris dispositionem. Quae Constitutio fuit confirmata a Pio IV. in *Constit.* 85. *Rub. Reformatio Almae Vrbis, & Rom. Curiae Tribunalium. in vers. Et quoad expeditionem carceratorum.* vt obseruat etiam Farin. *d. cons.* 103. *nu.* 6.

5 Immo etiam ipsam facultatem procedendi denegatis defensionibus in casibus à iure permissis ita moderatus est postmodum Paul. V. *Const.* 71. *tit. de Ind. crim.* vt noluerit ea vti posse Iudices, nisi praeuio decreto, vt supra dixi hoc. *§.* 7. *cap.* 1 *sect.* 1. *num.* 9. In alijs autem casibus omnino vetuisse videtur eodem Titulo his verbis: *Et in quocumque crimine quantumuis grauissimo Reos, antequam torturae subijciant, etiam non petentes admittant ad purgandum indicia, data eis indiciorum copia, & competente termino ad faciendum defensiones; & eo pendente detur commoditas carceratis* 6 *libere loquendi cum eorum Aduocatis, & Procuratoribus etiam semotis arbitris, nisi tamen qualitas*

causa

causa aliud necessarium suadeat: Ex quibus liquet neque in crimine etiam grauissimo denegandos esse defensores; quod est iuri communi conforme, quo disponitur, vt nè quidem in atrocissimis denegentur, vt per plures allegatos a Farin. *q.39. num.41.* 7 *& seq.* Vbi dicit procedere in criminibus veneni, parricidij, assassinij, & quod magis est, læsæ maiestatis, alijsque delictis occultis, & difficilis probationis. Et quod in specie, in crimine parricidij concessæ fuerint defensiones testatur idem Farin. *cons.* 103. iam sæpè citato in fine. Neque dicatur illa verba *Constit.* Paull V. proximè relata: ibi: *Nisi tamen qualitas causæ aliud necessarium suadeat*, referri ad superius dicta de dandis copijs indicio-8 rum. Nam relatio fieri debet ad proxima; proximè autem fuerat dictum de commoditate concedenda alloquendi Procuratores, & Aduocatos semotis arbitris. Eodem sensu accipiendam etiam eamdem clausulam contentam in Constitutione Pij IV. *72. super reform. Tribunalis Auditoris Cameræ.* dicit *Farin.q.39.num.14.* Hæc vero com-9 moditas alloquendi semotis arbitris non restringitur nisi raro, & in delictis atrocissimis, vel in causis, vbi tractatur de re Principis; aut, si adsit timor subornationis; & quando qualitas carcerati posset eum reddere suspectum de tentanda fuga; quibus solis casibus conceduntur defensiones in secretis carceribus.

Atque hoc sic intelligendum est, vt locum habeat, siue agatur de procedendo in causa, siue de condemnando Reo. Si enim in altero dictorum casuum assignatæ fuerint in secretis carceribus defensiones, non licet Procuratori, nec Aduocato Rei illum alloqui, nisi cum assistentia alicuius arbitri, vel cum licentia Iudicis in scriptis; In quo tamen 10 excipiendi sunt Aduocatus, & Procurator pauperum. Illis enim propter legalitatem personarum a Principe approbatarum liber datur aditus ad prædictos carceratos, siue pauperes, siue diuites sint, in secretis absquè assistentia, Notarij, Custodis, alteriusue arbitri.

11 Tandem pro eadem parte negatiua facit, quod nec allegari possit stylus vel consuetudo in contrarium Tribunalis Gubernatoris Vrbis: Tum quia de huiusmodi stylo inconcusso, & ab omnibus Gubernatoris Iudicibus vno eodemque tenore obseruato non constat. Farin. *cons.* 103. *num.9 in fin. Barbos. de clauf. clauf.175. num.* 23. Idem Farin. *q. 39. num. 17. in fin.* Vbi ad comprobationem sui 12 dicti refert in illa magna causa subreptionis Annuli piscatoris, signatum a fel. rec. Sixto V. Chirographum facultatis procedendi denegatis defensionibus, quod non fuisset signatum, si Gubernator habuisset talem Facultatem; Tum quia non potest aliquis stylus introduci aduersus dd. summorum Pontificum Constitutiones disponentes, in quibuscumque causis, etiam grauissimis, dandas esse copias indiciorum, cum munitæ sint clausula (sublata, & decreto irritanti.) *Gabriel.tit de claus.concl. 3.num.40.lib.6.Farin.cit. cons.* 103. *num.* 9. Tum quia huiusmodi stylus, quatenus probaretur, non valeret, nec esset attendendus, dum per illum tollerentur defensiones, cum nec id fieri possit expressè per statutū, vt aduertit, affirmatque Farin. *q. 39. num.29.cons.103.nu.9.*

Pro affirmatiua verò, quod Gubernatori competat facultas procedendi denegatis defensionibus 13 hæc faciunt; Primo competit illi de iure, cum, vt diximus supra hoc *§.7.cap.1.sect.1.num.16.* maioribus magistratibus conueniat (qualis est Gubernator) non solum propter ea, quæ infrà dicturi sumus; sed etiam quia est verus ordinarius, & generalis Iudex Vrbis, eiusque Districtus, habens merum, & altum Imperium, propter quod illum æqui-14 parat Grauat. *ad vestrum Tit de Guber. Vrb.* Præfecto Vrbis; ad illumque remittebant olim Iu-15 dices Romanę Curiæ viros facinorosos puniendos, 16 vt testatur Vestrius *in sua prax cap.4. lib. 2.* Vltra quod quilibet in suo territorio dicitur maior *l.apud eum.* Et ibi glos. *ff.de manum.Bal.cons.439 num.1. vers. 6. probatur. lib. 3. Mauz. de mod. proced. ex abrupt.q.56.nu.4.q.57.nu.8.*

17 Secundo quia, quamuis Gubernatori de iure non competeret huiusmodi Facultas, sanè illi competit tanquam concessa à Leone X. *in Bulla supra cit hoc. §. 7. cap. 1. num.* 28. cum prægnantissimis clausulis; & præsertim cum clausula: *Et quæ nos ipsimet in omnibus, & singulis præmissis facere possemus contra quoscumque prædictas personas, etiam nulla præcedente infamia, nulloque processu inquirendi, eosque cogendi, castigandi.* Quorum verborum vigore dicit concessam huiusmodi Facultatem *Mauz. Burb q. 58 num.* 15. ponderando illa verba (*Prout nos facere possemus*) & citat *Caual.de Brach.reg.par.t. num. 242. & seq.* Et ità quoque intelligit eamdem Bullam Leonis X. Baiard. *Ad Clar q.49.num.10.vers.Est etiam aduertendum.* Idem sentit Rota Romana *in Oxomen. Archipresbiteratus. coram Robusterio. 6. Aprilis 1579.quæ est dec.* 101. *par.t diuer.num. 1. allegata à Far.q 72.num 99.cum alia Romana Beneficiatus S. Petri 16. Iunij* 1561. quos licet nitatur euitare tamquam loquentes de condemnando in contumaciam; re tamen vera simpliciter loquuntur, prout etiam iura, & Doctores in eis allegati. Et dum Rota vim facit in prægnantissimis clausulis Bullæ Leonis; dicendum est loqui de torquendo, vel condemnando Reo in fortijs Curiæ existente. Nam de iure, & secundum communem vsum totius orbis contumaces condemnantur nullis assignatis de-18 fensionibus. *l.sed & si per Prætorem.§.sed si dura. ff.ex quibus caus.maior.Alex cons 105.nu. 8. lib* 5.

19 Neque excluditur hæc facultas ex eo, quod summus Pontifex signauerit chirographum Iudici Gubernatoris cum facultate, in illa magna causa subreptionis Annuli, procedendi denegatis defensionibus; Non solum quia non est nouum concedi aliquando ad abundantiorem cautelam illas facultates, quæ competunt. *l.3.ff si pend.app.l pro officio. ff.de adm.tut.Bal.in l.prius num.22.in fin.vers. non obstat l.ex C. de ijs, qui accus. non pos.* sed etiam quia dubitari poterat, an delictum esset ex ijs, pro quibus habentes à Principe generalem facultatem procedendi denegatis defensionibus, procedere possunt: & propterea opus fuit speciali Rescripto; cum non ageretur nisi de Annuli subreptione, quod non poterat dici Delictum atrocissimum.

20 Rursus omnem ansam dubitandi hac in re tollunt illa verba Constitutionis Leonis X. *Prout nos facere possumus.* Ratio est secundum Maut.*cap.17.*

Quia Papa ratione supremæ potestatis habet radicatam potestatem procedendi ex abrupto, quam per d. verba: *Prout nos facere possumus*, voluit communicare enm eadem plenitudine potestatis; per ea, 21 quæ tradit Afflict. *dec. 299. num. 21. & 22.* Quam Facultatem non tollunt Constitutiones Paul. III. Pii IV. & Paul. V. Quæ postea emanarunt; & de quibus supra fuit facta mentio; cum in illis non legatur exp essa reuocatio in hac parte Constitutionis Leonis X. quæ erat necessaria, maxime cum dicta facultas sonet in priuilegium magistratus gubernij, non in commune omnium Iudicum ius, quo casu expresse requirebatur reuocatio.

Tertio eo magis est admittenda Facultas, qua vtitur Gubernator his temporibus. Per eam enim non omnino tolluntur defensiones, vt vociferantur tenentes contrariam opinionem. Nam requiritur aliqua processus legitimatio, audiuntur Aduocati & Procuratores pauperum qui, etiamsi tractetur de causa diuitis, admittuntur ad alloquendum Reum, vt supra diximus. Posse autem modificari, & limitari defensiones non est, qui ambigat; idemque tenet Farin. & plures, quos allegat *cit. q. 39. num. 26.* Et merito: licet enim de iure naturali sit defensio, determinatio tamen eius est de iure positiuo ex D. Thoma *2.2. q. 85. ar. 1. ad 1.* & pertinet ad Principem, qui potest leges condere, ex eodem *D. Thoma quolib. 2 q. 8.*

Postremo quidquid sit de iure, seu de dispositione & intellectu Constitutionis Leonis X. de stylo, an induci possit nec ne, quod defensiones denegentur; certum & indubitatum est obseruari in Tribunali Gubernatoris, vt defensiones denegentur in casibus infrascriptis, qui non sunt comprehensi in ijs, quorum supra meminimus, pro quibus de iure proceditur denegatis defensionibus.

Vnus est quotiescumque tractatur de delictis atrocissimis; pro quibus intrat pæna mortis, non simplicis, sed qualificatæ iuxta sententiam Clar. *in §. 1. prax. crim. num. 9. vers. ego autem dico.* quam 23 sequitur *Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 80. num. 5.* Quod procedit etiam contra clericos. Nam licet ob priuilegium personæ eximantur à pæna mortis qualificatæ, non tamen sentiunt commodum defensionum; sed contra ipsos quoque proceditur pro delictis prædictis denegatis defensionibus.

24 Alter est, si concurrat frequentia furtorũ. Tunc enim in omnibus furtis proceditur denegatis defensionibus, pro quibus non est imposita minor pæna triremium. Alij enim fures ponuntur ad largam assignato solito termino ad faciendas suas defensiones. Nam vel non torquentur, vel leuiter, vt testatur Ambr. *de mod. forman proces. inform. lib. 3. cap. 1. num. 14. & seq.* vbi ait quod numquam admittitur talis vsus procedendi denegatis defensionibus in Tribunali Gubernatoris, præterquam in duobus casibus, nempe in grauissimis delictis, & contra latrones diffamatos; de quorum diffamatione constare debet vt diximus supra *sect. 1. n. 15.*

25 Declara, vt his quoque casibus locum habeant eædem declarationes, ampliationes, & limitationes, quas supra posuimus in prima conclusione, quando sunt casus, in quibus de iure procedi debet denegatis defensionibus.

Discusso iam negotio, quod suscepimus, superuacaneum est, quærere, quæ opinio sit verior, & tenenda, cum quæstionem dirimat præfata obseruantia: non tamen inutile, & abs re fuit retulisse rationes pro affirmatiua opinione, ne adeo exorbitans videatur dicta obseruantia, prout dictitant negatiuã tenentes. Et tu (amice lector) excusatum me habeas, si paullo rudius hanc materiam tractaui. Neminẽ legi adhuc ex professo qui tractat in terminis vsum Tribunalis Gubernatoris Vrbis.

SECTIO III.

De Gubernatoris Vrbis Iurisdictione in causis ciuilibus, & de nonnullis eius prærogatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Gubernatoris Vrbis Iurisdictio in cognitione ciuili concessa a Leone X. postea limitata ab alijs Pontificibus.*
2 *Gubernatoris Vrbis Iurisdictio in criminalibus ampliata post Leonem X. ab alijs Pontificibus.*
3 *Gubernator Vrbis habet cumulatiuam Iurisdictionem cum alijs Iudicibus Vrbis, etiamsi illi habeant priuatiuam.*
4 *Gubernator Vrbis habet oraculum viuæ vocis.*
5 *Gubernator Vrbis est Vicecamerarius.*
6 *Gubernator Vrbis gaudet exemptionibus Cameralibus.*
7 *Vicecamerarij officium antiquum.*
8 *Gubernator Vrbis concedit executionem mandatorum pro scutis decem pro pauperibus non obstantibus ferijs Natalis, & Pascha.*
9 *Gubernator Vrbis habet Notarium specialem pro criminalibus, vltra duos alios pro ciuilibus causis.*
10 *Gubernatori inseruit pro Notario criminali Notarius Caritatis.*
11 *Gubernator Vrbis incedit stipatus viginti militibus.*
12 *Gubernatorum Vrbis dignitas valde amplificata ab Vrbano VIII.*

1 IVrisdictio Gubernatoris Vrbis in Ciuilibus causis, de qua in præfata Leonis X. Constitutione paulatim, exceptis causis mercedum, limitata, & restricta fuit per diuersas summorum Pontificum Bullas; præsertim Paul. *3. const. 36.* & vice 2 versa amplificata iurisdictio criminalis, tum ex *Constit. 71. §. 3.* Paul. V. tum ex *Constit. 93.* Vrbani 3 VIII. qua ei conceditur cumulatiua cum habentibus priuatiuam, vt dixi *praeced. cap. nu. 4.*

4 Ne autem dubitaretur de fide eorum, quæ attestabatur Gubernator se habuisse a summo Pontifice in mandatis, fuit Monti de Valentibus, tunc Gubernatori per Pium V. concessum viuæ vocis oraculum, vt in suis Const. 107. *Cum Apostolicæ Sedis. in Bullar. fol.* 107. Quæ concessio transiuit in successores, vel in vim specialis concessionis fieri solitæ, vel generalis omnium priuilegiorum alijs Gubernatoribus concessorum etiam non obstanti-

bus

bus Cōſtitutionibus Gregorij XV. & Vrbani VIII. in quibus reuocatur huiuſmodi oracula. Nam idem Vrb. VIII. in alia polteriori ſua Conſtitutione regiſtrata in appendice *ad Bullar. conſt. 29.* alias fæl. record. Greg. XV. *fol.* 49. declarat non comprehendere Officiales, quibus ratione ſuorum munerum antea de ſummi Pontificis oraculo fides haberi ſolebat; inter quos eſt Vrbis Gubernator, vt ſuper Bullis facultatum præfatarum Gubernatori conceſſarum profitetur Lucatellus *De quaſt. Iudic. q. 5. num. 28. & 29.* ſe ſcripſiſſe tractatum, quem adhuc impreſſum non vidi.

Vltra eas, quæ ex præfatis conſtitutionibus Apoſtolicis diximus, habet etiam Gubernator alias 5 multas prærogatiuas. Eſt Vicecamerarius, & in Camera abſente Camerario tenet eius locum. Quo nomine quocumque Romanæ Curiæ Prælato, nemine excepto, etiamſi ſit Patriarcha, illi abſque vlla controuerſia primus locus conceditur, vt 6 Veſtr. *in ſua prax.* vbi tractat de Gubernatore. Hinc eſt, quod tanquam vnus de Camera gaudeat omnibus exemptionibus, & priuilegijs cæteris Cameralibus conceſſis, etiam reſpectu expeditionis litterarum Apoſtolicarum, vt de ſe tunc Gubernatore teſtatur Tuſcus in *ver. Cancellaria*. Quod 7 Vicecamerarij officium perantiquum eſt. De eo enim legitur *in capit. per audientiam. de præſcript.* ita vt ſit antiquius officio Vicecancellarij, vt teſtatur Saruen. *in proem. reg. Cancel.*

8 Habet inſuper Gubernator Vrbis facultatem ſibi à Pontifice dari ſolitam ore tenus concedendi executionem mandatorum vſque ad ſummam ſcutorum decem relaxatorum pro pauperibus, contra diuites, non obſtantibus ferijs Viſitæ gratioſæ, Natalis, & Paſchatis.

9 Præterea habet peculiarem Notarium pro cauſis 10 criminalibus, vltra duos Notarios pro cauſis ciuilibus. Illi enim inſeruit Notarius, qui deputatur ab Archiconfraternitate Caritatis, ad quam ſpectat dictum officium criminale Gubernatoris, vt ſupra diximus, dum de Archiconfraternitate locuti ſumus.

Quoniam verò ſecundum verſum illum, quem Senec. *lib. 2. de ira cap. 11.* refert *Neceſſe eſt, vt multos timeat, quem multi timent*: quod ijſdem pene verbis apud Cicer. *lib. 2. de offic.* extat: *Qui ſe metui volunt, à quibus metuuntur, eoſdem metuant ipſi neceſſe eſt*; propterea Gubernator Vrbis 11 non ſolum in ſignum Iuriſdictionis, ſed etiam pro corporis ſui cuſtodia incedit per Vrbem ſtipatus viginti militibus, quos binos ante ſe præmittit iturus ad publicas functiones, vt ad Palatium Apoſtolicū vt habeat à ſummo Pontifice audientiam; vt interſit Pontificijs Capellis, vel publicis Conſiſtorijs; ad Cameram Apoſtolicam; & ad Viſitationes carcerum etiam Capitolij, cuius Aulam ingreditur præeuntibus ijſdem militibus, quos Alabarderios vulgo vocant.

12 Gubernium huiuſmodi inſuper ſumma prudentia à fæl. rec. Vrb. Pap. VIII. magis conſpicuum redditum eſt, auctaque plurimum Gubernatoris dignitas. Nam eum rheda vehi iuſſit per Vrbem, vti viri Principes ſolent, equorum, nempe capitibus multiplici, penduloque ſerico exornatis. Eum ita incedentem Cardinales vniuerſi, ipſique Pontificis Nepos; ſi fortè obuium habuerint, curru inhibito conſalutant. Quin etiam accedentem ad ſe Pontificum Nepos, nec in anteriori cubiculo ſuum præſtolari egreſſum patitur, vbi cæteri expectant; nec ad aulæum hærere, ſed in penitiori conclaui acceptus cum Principibus diſtinetur, ſi ad Principem admitti debeat. Nepos demum Pontificis, ſi quas ad eum litteras è Vaticano dederit; Illuſtriſſimi titulum præfigit. Quæ omnia incrementa dignitatis ſuæ Vrbano debent Gubernatores; etiam Palatij particularis vſum, quod pecunijs Cameralibus emi iuſſit.

CAPVT II.

Auditor Cameræ, Præſes Carcerum, Prælati Caritatis, & Pietatis.

SVMMARIVM.

1 *Auditoris Cameræ officium perantiquum.*
2 *Auditoris Cameræ Facultates in quibus Bullis Pontificum leguntur.*
3 *Auditoris Cameræ Iuriſdictio priuatiua ad alios in obligationibus Cameralibus quomodo intelligitur.*
4 *Auditoris Cameræ, & Capitolij præuentio quomodo intelligitur.*
5 *Auditorem Cameræ inter, & Capitolium ortæ differentia a Præfecto Signaturæ componenda quomodo.*
6 *Auditoris Cameræ Iuriſdictio ordinaria non fit delegata per ſuperuenientem commiſſionem, nec augetur impenſa.*
7 *Iudici ordinario commiſſio ſuperueniens non dat, ſed excitat Iuriſdictionem, niſi adſint verba augentia, vel minuentia ordinariam: tunc etiam expenſæ augentur.*
8 *Iudici ordinario cuique ſuperueniens commiſſio non dat, ſed excitat Iuriſdictionem.*
9 *Legem fruſtra quærimus, vbi rationem habemus.*
10 *Legem quærere, vbi ratio ſuppetit infirmi intellectus eſt.*
11 *Extenſio non dicitur, ſed comprehenſio, vbi viget eadem ratio.*
12 *Auditoris Cameræ Locumtenente in Criminalibus non debentur ſportulæ.*
13 *Auditor Cameræ Iuriſdictionem non habet in beneficialibus.*
14 *Auditor Cameræ, & eius Locumtenent in Criminalibus interuenit in Viſitatione.*
15 *Præſes Carcerum quis, quando eligitur.*
16 *Præſidis Carcerum officium antiquum.*
17 *Præſes Carcerum olim in decretis Viſitæ Clericus, non Præſes dictus.*
18 *Viſita in expeditione cauſarum quomodo olim proceſſit.*
19 *Præſes Carcerum exequitur Decreta Viſitæ.*
20 *Præſes Carcerum executor Decretorum Viſitæ, niſi alteri executio committatur à Viſita.*
21 *Viſitæ Decretorum executio interdum committitur alicui ex Viſitatoribus.*
22 *Præſidi Carcerum olim committebantur potiſſimum*

mum

num causa, in quibus elaborandum erat pro concordia partium.

23 *Præside Carcerum absente, aut mutato, Visita olim subrogabat successorem, vel alterum, cui causas committeret.*

24 *Præside carcerum absente, aut mutato, causæ deuolutionem pertinere ad Clericum a Camera deputatum absque alia subrogatione.*

25 *Præsidi carcerum committebantur alias causæ omnes insimul.*

26 *Præsidi carcerum hodie non committuntur causæ omnes insimul, sed separatim.*

27 *Præsidi carcerum, vel alijs Visita interdum commisit causam in negotio principali.*

28 *Præses carcerum, & aly postquam carceratum à carceribus relaxauerint, non immiscent se in cognitione principalis causæ.*

29 *Præsidi carcerum incumbit obseruari facere disposita in Const. LXXI. Pauli V. super Reformatione.*

30 *Appellatio nō datur a Decreto Præsidis carcerum, nec Visita.*

31 *Præses carcerum in causis difficilioribus exquirit votum Visitæ, maxime si pars petierit.*

32 *Præsidis carcerum Iurisdictio ad ciuilia tantum restringitur.*

33 *Præsidis carcerum Iurisdictio extenditur etiam ad Criminalia, si de illis incidenter, non principaliter cognoscat.*

34 *Præsidis carcerum dignitas congruit cum amplitudine Iurisdictionis.*

35 *Præsidis carcerum locus dum celebratur Missa, & in Visita.*

36 *Præsidis carcerū locus in Capella Capitolij æqualis Gubernatori, & Senatori.*

37 *Prælatus Caritatis, quando eligitur à quibus, ex quo ordine, quodnam eius munus.*

38 *Prælatus Caritatis confirmatur singulis annis, quamdiū videtur Archiconfraternitati.*

39 *Prælatus Caritatis interueniet in omnibus Visitationibus, votum habet in ysdem.*

40 *Prælatus Caritatis est Iudex quoad controuersias mansionum carceralium.*

41 *Prælatus Caritatis deputatur ad curam Infirmariæ in quolibet carcere.*

42 *Prælato Caritatis a Visita committuntur causæ pauperum, quorum, & ad quem finem.*

43 *Prælatus Pietatis ad carceres, quis, à quibus deputatur, interuenit in Visita, votum habet, eique causæ carceratorum interdum committuntur.*

1 QVamuis Auditoris Cameræ officium sit antiquissimum, tam antiquior Bulla circa illud non habetur impressa quam Innocentij VIII. *in* 2 *ordin. 7.* cuius reformatio cum amplissimis facultatibus legitur in Constit. LVI. Pij V. in Const. Gregorij impressa post Saluſt. *in eius prax.fol.* 517. & in Constit. 71. *§.* 4. Pauli V. per tot. quas quilibet per se videre potest absq. eo, quod à nobis hic referantur.

3 Non omittendum putauimus quod circa eius Iurisdictionem vltimo loco Paul. V. *in Constit.* 71. *§.* 4. statuit. *Vt tollantur,* inquit, *controuersiæ inter Tribunalia Curiæ, & vnicuique sua iurisdictio seruetur, declaramus executionem obligationis in forma Cameræ ad prædictum Auditorem Cameræ priuatiue ad alia Tribunalia pertinere, præterquam in instrumentis dependentibus à causis, & actis in alijs tribunalibus huiusmodi gestis, ac sine præiudicio motus proprij in fauorem Populi Romani editi, & quo ad clericos ratione originis vel beneficij, & loca Pia, locus præuentioni inter ipsum Auditorem, & nostrum in Vrbe Vicarium, & quo ad præuentionem inter ipsum, & forum Capitolinum in causis vertentibus inter Ciues, & in-* 4 *colas statuimus, & declaramus nomen incolarum iuxta iuris communis dispositionem esse intelligendum, & vbicumque super hoc dubitari contigerit, orta inter Tribunalia differentia ad Præfectum Si-* 5 *gnaturæ iustitiæ recurri mandamus, qui hunc articulum manu regia sine scriptura omni, & quocumque appellatione, & recursu remotis in quolibet casu controuersia terminet, & decidat.*

Circa facultates, & reformationem prædictam vnum tantum addam, quod statutum fuit etiam no-6 uissime in eadem Constitutione 71. Pauli V. *Tit. de Aud. Cam.* vt infra: *In causis quæ ordinaria secundum Auditoris Cameræ facultates in eius Tribunali introducta fuerunt, vel introduci potuerunt siue post captam causam superueniat commissio, siue ante impetrata sit, siue in prima, siue in vlteriori instantia, nulla in re augeant impensam; sed quoad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, ita vt etiam ratione sententiæ, neque Notarij, neque Iudices propterea accipiant vltra id quod accipere potuissent, si commissio non adesset.* Quod & iuris esse affirmant *DD. in l. & quia de iurisd. om. Iu d.* Facit textus in *cap. cum aliquibus de rescript. in 6. vers. si vero. cap. licet. vbi Abb. post alios num. 3. de off. ordin. Dec. cons.* 404. *num.* 10. *vers. vndè considerandum. Grat. discept.* 55. *num.* 10. *vers.* 3. *in causis,* 7 *& num.* 11. Ratio est, quia, quando causa committitur Iudici ordinario non dari, sed excitari iurisdictio dicitur. *cap. licet. de off. iud. ord. Grat. discept.* 698. *num.* 15. *Giurb. cons.* 39. *num.* 1. nisi in commissione adessent verba augentia, vel minuentia iurisdictionem ordinariam: quia tunc diceretur causa delegata etiam quo ad expensas. *Archid. in cap. licet. in fine.* Vbi etiam *Fel. de off. iud. ord. Grat. dicta discep.* 55 *num.* 13. *&* 14. *Giurb. d. cons.* 39. *nu.* 6.

8 Circa dispositionem dictæ Bullæ LXXI. Pauli V. Aduertendum est illam ampliandam ita, vt procedat quoad omnes Iudices ordinarios, in quibus diuersa ratio considerari non potest. *l. non possunt.* 9 *eum seq. de legib. Q. fasc. b. dec.* 22. *num.* 9. legem enim 10 frustrà quærimus, vbi rationem habemus. *l. scire oportet. §. sufficit de excus. tut. Canal. com. opin. lib.* 2. *tit.* 9. *num* 127. Et tunc legem quærere infirmi in-11 tellectus est. Sequitur Ciriac. *contr.* 248. *num.* 19. cum non extensio, sed comprehensio, quando eadem militat ratio, dicatur. Castr. *cons.* 83. *num.* 2. *lib.* 2. *Surd cons.* 25. *num.* 39. *& cons.* 443. *num.* 31. Rot. *dec.* 339. *num.* 16. *par.* 5. *recent.* De identitate autem rationis patet ex eo, quod semper verum erit delegationem Iudici ordinario factam dici, potius Iurisdictionis excitatiuam, quam datiuam. *§. Et hoc vero. Auth. vt null. iud. cap. licet in corrigendis de off. ord. Rom. cons.* 285. *nu.* 2. Boer. *dec.* 151. 12 *nu.* 6. *Rot. dec.* 343. *nu.* 9. *par.* 1. *rec.* In materia sportularum *d. Const.* 71. Pauli V. *Tit. de Audit. Cam.* in-

in Bullario. fol. 194. circa fin. Tit. sic habet: *Quodque Auditoris Camera pro temporis existentis Iudex Locumtenens in criminalibus pro sportulis salario sibi iam assignato contentus nihil percipere* 13 *possit*. In beneficialibus autem causis iurisdictionem non habet Auditor Cameræ. Bellam. dec. 210. Rot. dec. 271. num. 4. par. 1. rec. & dec. 218. num. 4. apud Greg. XV. & ibi adden. numer. 7. Duran. decis. 138. num. 3.

14 In Visitatione vltra Auditorem Cameræ interueniebat etiam illius Locumtenens criminalis; atque hoc vigore antiqui decreti Visitæ. 1529. 7 Iun. Nonæ. *Et primo quia in Visitatione carceratorum sunt multi de mandato Auditoris Camera, & eius Locumtenentium, super quibus non potest fieri opportunè deliberatio sine præsentia Iudicum, quorū mandato sunt carcerati; Ideirco Visita instantibus Procuratore Fiscali, & Aduocato Pauperum decreuit Locumtenentes Auditoris Camera sub pœna quingentorum ducatorum cogi ad comparendum in Visita diebus Iouis; & quod præsens decretum eisdem per Procuratorem pauperum &c.*

Tunc Auditor Cameræ habebat plures Locūtenentes criminales, vt ex præfato decreto colligitur, nisi fortè intelligantur comprehensi in decreto etiā Locumtenentes ciuiles: quos tamen nunquam legimus in Visita interuenisse, sicuti nec à multis iam annis nisi vnicum Locumtenentem criminalem; qui vt supra *num. 12.* diximus, nihil potest pro sententijs recipere ex Const. Pauli V. 71. nec pro sportulis: quod procedit tam in causis ordinarijs, quam commissarijs. *ex ead. const. tit. de Iudic. crim. Vrbis*; Procedit quoque idem in Iudicibus ciuilibus, vt dicturi sumus infra de propinis non soluendis. *lib. 2. §. 36.* Et tam vigore eiusdem Cōstit. 71 quam de iure non possunt Iudices prædicti, nec recipere, à spontè dātibus. *cap. exigit.* & ibi, *glos. in ver. violent. de consil. in 6. glos. in l inuitus. §. fin. de reg. iur. Natt. cons. 203. nu. 8. lib. 1.* & 2. vt paulò ante diximus.

15 Quod attinet ad Præsidem Carcerū, est ille Clericus Cameræ Apostolicæ, qui nostris temporibus quotannis extrahitur sorte in principio anni in Camera Apostolica vt interueniat Visitationibus carceratorum, eorumque causas sibi à Visita committendas, iuxta ipsius Visitæ facultates, terminet. Hoc 16 officium est antiquissimum. Nam in vetustiori libro Decretorum Visitæ, quam habemus inchoatū anno 1518. 4. Aprilis prima vice in Visitatione habita Sabellis. die 9. Maij eiusdem anni post Gubernatorem ponitur; R. P. D. Io. de Viterbio Clericus Cameræ Apostolicę: ponitur autem immediatè post Gubernatorem, quia illo tempore non interueniet 17 bat Auditor Cameræ, sed eius Locūtenens. Olim descriptus fuit in libris, & decretis Visitæ sub nomine *Clerici*, non autem *Præsidis*. Hæc de illius nomine, & officij antiquitate.

Quomodo autem concessa fuerit illi iurisdictio, & in dies aucta, notum fier, si seriem temporum percurramus. Itaque sciendum est à S. Visita seruatum fuisse morem ab initio, vsque ad hæc tempora committendi expeditionem causarum criminalium proprijs Iudicibus; & quotiescumque circa eas sit aliqua prouisio, non per hanc intelligitur ab ijs causa auocata; vt etiam innuit antiquum Decretum. 1522. 6. Feb. Sab. *Pro Bernardino carcerato in Capitolio declarandum, quod per decreta facta in Visitationibus præteritis causa ipsius, quatenus veniat terminanda de iure, non intelligatur auocata ab Auditore Camera, cui erat commissa per speciale rescriptum Sanctissimi, ex aduerso præsente Procuratore Fiscali: & replicante verba Decreti Visita esse clara, & manifesta; & propterea declaratione, & interpretatione non indigere: Visitatores decreuerunt supersedendum esse vsque ad primam Visitam in Capitolio; & interim tractandam compositionem.*

Quoad Ciuiles vero causas fuerunt per complures annos factę diuersæ prouisiones in Visita pro liberatione carceratorum, absque eo quod alicui Visitatorum committerentur; quæ prouisiones à proprijs Iudicibus executioni demandabantur. Postea vero, quoniam compertum est, huiusmodi executionem Prouisionalium Decretorum in longum protrahi; Tum quia interdum eadem Decreta emanabant ipsis Iudicibus à Visita absentibus; Tum quia sæpè ab ijsdem Iudicibus de ordine Visitæ erāt reuocanda propria ipsorum mandata, tamquam nulliter relaxata, quod illi ægre ferebant: Tum denique quia valde difficile erat adire diuersos Iudices, de quorum mandato plerumque erant capti, vel arrestati carcerati, aliaq. damna, incommoda ac dilationes patiebatur carceratus.

Quapropter fæl. recor. Paulus III. volens ea omnia tollere, ipsisq. carceratis opportunè prouidere, in *Motu proprio* in Visita anno 1541. 19. Martij, vt lib. 2. circa principium dicturi sumus, diuersas edidit pro carceratis prouisiones; in fine vero subiunxit: 19 *Et pro præmissorum omnium & singulorum obseruatione, & executione committimus, & mandamus Episcopo Tortellanensi, Camera nostra Apostolica Clerico, & ad præsens Carcerū præfata Vrbis Visitatori, & pro tempore eorūdem alteri Clerico per eamdem Cameram deputando, vt decreta prædicta per quoscumque Vrbis Iudices, Notarios, executores, carcerum Custodes, & alios, ad quos pertinet, in omnibus, & per omnia inuiolabiliter obseruari faciat, & mandet cum effectu, ac contrauenientes, & inobedientes quoscumque per censuras, pecuniarias pœnas, mandata executiua decernendo, ac brachium sæculare exercendo, quacumque appellatione postposita coerceat, cum facultate citādi, aliaque faciendi præmissis necessaria, & opportuna.*

Ac licet in eodem *Motu proprio* nō legatur expressis verbis, quod Clericus Visitator Decreta Visitæ exequatur; Hæc nihilominus Facultas ei competit: quia Visita, vt ex dictis, & dicendis in toto opere apparebit, hoc vnum habet ante oculos, vt quo ad carceratos obseruentur disposita in dicto *Motu proprio*: & ad hoc tendunt eius Decreta, & in eodem Motu proprio legitur. *§. 21.* de quo infra lib. 2. quod resolutiones Visitæ obseruentur. Addo, quod obseruantia, quæ est optima constitutionum interpres, statim subsecuta hoc declarauit. Nam post dictum Motum proprium Paul. III. introductum est, vt Decretorum Visitæ ipse Clericus solus sit executor, quotiescumque à Visita alteri executio non committitur; vt apparet in Actis Notariorum Camerę etiam antiquissimis, & ex ijs, quæ latius

latius dicturi sumus *infra lib. 3. § fin.*

Cum autem creuerit numerus carceratorum, & causarum cognoscendarum in Visita, experientia docuit, non posse breui spatio duarum, vel trium horarum (quo durat Visitatio hebdomadaria carceratorum) non posse, inquam, singulas causas ità discuti, vt liqueat de opportuna prouisione ex tempore capienda; hinc factum est, vt causæ, quæ in Visita terminari non poterant, committerentur ali- 21 cui ex Visitatoribus, auctoritate Visitæ; frequentius tamen Præsidi, vt ex quamplurimis Decretis in opere allegatis: quorum duo ex vetustioribus subijcimus. 1540. 22. Ian. Nonæ. *Ioannes Maria. Facta obligatione per ipsum & uxorem de se repræsentando coram* R.P.D. *Ioanne della Casa relaxetur etiam quod arrestum.* * 1542. 9. Martij. Nonæ. *Baptista Fornarius. R.P.D. Ioannes della Casa vocatis creditoribus admittat ad cessionem arbitrio suo prædictum.* Ioannes della Casa erat tūc Clericus, qui interueniebat in Visita.

22 Committebātur autem potissimum Clerico Cameræ illæ causæ, in quibus elaborandum erat pro concordia partium, vt colligitur ex varijs decretis in diuersis locis, & ad alium effectum relatis, & in his, quæ speciminis gratia subnectimus. 1558. 2. Nouembris. Capitol. *Angelus. Ad D. Pisaurensem qui reuideat computa; interponat se pro concordia; cōcedat dilationem; reuideri faciat computa; & relaxet arbitrio suo etiam auctoritate Visitæ.* * 1573. 9. Iulij Cap. *Alemanus de Recineto. Ad D. de Vitelis, qui studeat concordare partes, & expediat auctoritate Visita, & computa quatenus erronea facta sint, reuideat.*

23 In præfata causarum commissione consueuit antiquitus Visita, absente, vel mutato Clerico, facere subrogationē, vt infra in persona successoris. 1556. 19. Decembris. Nonæ. *RR.DD. Visitatores subrogarunt D. de Torres, loco D. de Vitelis absentis, ad cognoscendum omnes causas eidem D. Vitelis commissas, & illas decidendum, & terminandum.* * 1557. 2. Octobris. Cap. *DD. Visitatores commiserunt D. de Torres omnes causas alias commissas D.* 24 *de Saulis.* Nostris tamen temporibus sufficit præsentia Clerici loco absentis, vel mutati à Camera deputati, vt possit cognoscere omnes causas antecessoris, absque alia deputatione, seu subrogatione mediante Visitæ Decreto, vt factum est sub principium anni 1653. Nam cum Illustrissimus D. Imperialis Carcerum Præses fuisset à Sanctissimo deputatus Vrbis Gubernator, Reuer. Camera in eius locum subrogauit Illustrissimum D. de Maximis Clericum eiusdem Cameræ, qui comparuit in Visita, & absque vllo decreto Visitæ suam exercuit Iurisdictionem.

25 Item quoad commissiones causarum, quæ eidem Clerico fiebant, alias fiebant omnes vnico decreto. 1565. 4. Aug. Cap. *Fabius, Petrus Fornarius, & Elisabeth eius vxor; Franciscus, Antonius, Moyses Hebræus omnes ad D. de Torres, qui vocatis creditoribus, studeat illos concordare, & interim inhibeat, dilationem concedat, & expediat arbitrio suo, etiā* 26 *auctoritate Visita.* Sed quoniam compertum fuit debitores esse diuersæ qualitatis, & quamplures, si audiantur singuli, posse in Visita concessione dilationis, vel alia salutari prouisione expediri; idcirco recessit à Visitæ stylus committēdi causas *Omnium insimul;* & vocantur, & audiūtur singuli: maximè, quia sæpenumero contingit, vt creditor, vel eius Procurator reperiatur præsens, qui debet in suis exceptionibus audiri, & facilius ipse in gratiam Visitatorum deprecantium consentit quandoque prouisionibus, quas Visitatores absque eius consensu non caperent.

27 Rursus S. Visita volens amplioribus fauoribus carceratos iuuare, cōmisit quoque pluries cognitionem causarum, etiam in negotio principali; vel decretum, discusso in Visita negocio principali, fecit, vt constat manifestè infra præter cætera decreta alibi allegata. 1563. 2. Decembris. Capit. *Iacobus Furnarius. Ad D. Lomellinum, qui citatis creditoribus interponat se pro concordia; & interim inhibeat, & dilationem concedat arbitrio suo, etiam auctoritate Visita, etiam quoad Temperantiam, & super validitatem suæ obligationis.* * 1565. 4. Aug. Capit. *Rutilius. D. Gubernator concedat dilationem etiam eius fideiussori suffragantem arbitrio suo: & interim causam reuideat in negotio principali, & eam expediat etiam auctoritate Visita.* * 1566. 21. Nouembris. Nonæ. *Ioannes Baptista. D. Auditor Cameræ, constito de enormi læsione, & quod eo tempore idem Ioānes Baptista esset carceratus, rescindat venditionem, prout de iure; & etiam auctoritate Visitæ.* * 1573. 30. Iul. Capit. *Alemanus. Ad D. de Vitelis, qui deferat iuramentum litis decisiuum, & causam expediat auctoritate Visita.*

Cum autem fæl. recor. Paulus V. ediderit Constitutionem, de qua pluries mentionem fecimus super reformatione Tribunalium Vrbis anno 1612. quæ est 71. *in Bullar. fol.* 193. Apposuit. *Tit. de facult. Visit. circa finem. in eodem Bull. fol.* 208. hæc 28 verba: *Atqui Præsides Carcerum, & alij quibus à dictis Visitatoribus alicuius causa cōmissa est; cum carceratum à carceribus relaxauerint, nullo pacto se amplius in principalis causæ commissione immisceant; sed merita suo Iudici cognoscenda relinquant.* Quæ verba quomodo intelligenda sint, & quomodo ex obseruātia fuerint declarata inferius latè explicabimus. *lib. 3. §. 15.* Vlterius idem Pon- 29 tifex *In fine eiusdem constitutionis 71.* ita disponit: *Mādamus omnibus & singulis Almæ Vrbis Iudicibus, & præsertim Camerario, & Præsidi Carcerum, vt præmissa omnia ab omnibus, & singulis obseruari faciant cum effectu, inobedientes coerceant, appellatione siue recursu remotis.*

30 Itaque tam in *Motu proprio præfato* Paul. III. quam *in d. constit.* Pauli V. datur facultas Præsidi procedendi appellatione postposita seu remota à processu, qui fit coram ipso pro executione Decretorum Visitæ. Licet enim suas expeditiones in huiusmodi causis faciat sub nomine Camerarij, & cum eius sigillo (quod non faciunt cæteri Iudices à Visita deputati) tamen ab eius decretis non datur recursus, seu appellatio ad Tribunal Cameræ, prout à decretis Camerarij fit; neque etiam ad Signaturam Iustitiæ: sed dumtaxat ipsemet pro arbi- 31 trio suo in causis difficilioribus exquirit votum Visitatorum; vel parti petenti non solet illud denegare, prout nec denegant cæteri Iudices à Visita deputati. Neque dictus Præses potest iurari suspectus, vt dictum fuit in Visita 20. Iunij. 1641. pro

Cæsare

Cæsare, cuius creditor iurauit suspectum Præsidem sub prætextu, quod propalasset votum suum: & fuit reiectus, ac remissa causa ad eumdem Præsidem; maximè si allegaretur suspectus post votatam causam in Visita. *Fontanel. decis.* 18. *num.* 21. *&* 22. vbi allegat *decis.* 95. *Curia Tolos. per totum, apud Gerard. Mainard. lib.* 5. *Ant. Monac. Bonon.* 20. *nu.* 21. Multo minus potest allegari suspectus post factum decretum. *Couar. pract.* 9. *cap.* 26. *numer.* 3. *Giurb. decis.* 36. *num.* 19. qui alios allegat. Ex prædictis licet colligere quæ, & qualis sit ipsius Præsidis Iurisdictio. Quod clarius etiam ex alijs, quæ dicturi sumus *cit.* §. 15. *lib.* 3. manifestum erit.

32 Declara tamen, vt huiusmodi Præsidis Iurisdictio restringatur ad ciuiles causas tantum. Vndè porrecta coram Præside carcerum querela contra Iulium accusatum de inductione falsorum testium, eoque carcerato relaxatus fuit in Visitatione Nonæ, 21. Martij, 1642. tamquam nulliter captus de 33 mandato Iudicis non habentis iurisdictionem Secus esset, si Præses de aliquo articulo criminali incidenter cognosceret, vt de falsitate testium coram se inductorum. Potest enim Iudex ciuilis de causa criminali incidenter in suo Tribunali cognoscere, & punire, vt in specie de teste coram se falsum deponente. Est textus *in l. nullum C. de testib.* Quod procedit, etiam si Iudex ciuilis non haberet ordinariam, sed delegatam Iurisdictionem; cuiusmodi est carcerum Præses, iuxta ea quæ tradiderunt *Conar. pract. quæst. cap.* 18. *num.* 8. *Clar.* § *fin. quæst.* 38. *num. Vant. de nullit. ex defec. Iurisd. ordin. num.* 48. *vers. qua simili modò. Farin q.* 1. *num.* 57.

34 Dignitas Præsidis congruit cum amplitudine iurisdictionis. Præcedit Prælatos Caritatis, & Pietatis, etiam si sint Archiepiscopi; &, si habeat vsum Rocchetti, illo induitur in Visita, quia in ea habet iurisdictionem; eo autem non vtuntur Prælati Caritatis, & Pietatis (etiam si illius vsum habeant) ob 35 defectum iurisdictionis. His consequens est, vt sedeat in Visita, & genuflectat, dum Visitatores audiunt missam, eodem ordine, quo Gubernator, & Auditor Cameræ, qui etiam iurisdictionem habent, 36 & Rocchetto vtuntur. Pro conseruatione loci, siue ordinis huiusmodi anno 1619. 11. Aprilis. Carcerum Præses in Capella Carcerum Capitolij, cum reperisset scabellum, ad genuflectendum pro se appositum, esse inferioris ordinis, mandauit amoueri, & fecit apponi aliud æqualis altitudinis cũ illo Domini Gubernatoris, & Senatoris. Quod Senator cum intellexisset, indignatus est, se inscio factam fuisse illam innouationem: cui respondit Præses Carcerum non esse Innouationem, sed Restitutionem in pristinum statum, in quo erat antea scabellum, quando alias ipsemet extitit carcerum Præses. Quieuit Senator; cæptumque missæ sacrificium; Et Scabellum in eodem situ; hodieque permanet. Cum hæc me præsente gesta fuerint non abs re esse existimaui ea fideliter ad omnem bonum finem, & effectum referre.

Occurrit nobis quarto loco Prælatus Caritatis. 37 In Congregatione generali Archiconfraternitatis Caritatis, quæ quotannis fit in Oratorio eiusdem Caritatis coram Eminentissimo Protectore, Dominica proximiore festo Sancti Antonij, eligitur inter cæteros vnus ex Romanæ Curiæ Prælatis antiquioribus, & vt plurimum Archiepiscopis seu Episcopis Titularibus; qui curam habeat peculiarem, quod carcerati à Procuratore Caritatis defendãtur; à Iudicibus expediantur; à Custodibus non grauentur; illisque in omnibus indigentijs, tam spiritualibus, quam corporalibus opportunè, & quantum de- 38 cet, cum caritate prouideatur. Confirmari postmodum consueuit singulis annis, quamdiu ita videtur conueniens pro seruitio carceratorum eidem Archiconfraternitati.

39 Habet hic Prælatus onus commune cum cæteris Visitatoribus in ijs, quæ ad carceratos spectant; cũ interuenire debeat in omnibus tam publicis quàm secretis Visitationibus, vt nouissimè Paulus V. disposuit *in sua Constitutione* 71. *Tit de carcer. & carcera.* §. 23. *vers. Gubernat. Vrbis*, & in eis locũ & votum habeat, prout alij Prælati, in quibus Visitationibus per complures iam annos interuenit. Iam enim indè vsque ab anno 1551. legitur in lib. Decretorum S. Visitæ descriptus post Præsidem Carcerum, Reuerendissimus D. Lomelinus Protonotarius Apostolicus, vti Prælatus Caritatis.

40 Porrò vltrà munia supradicta communia cum alijs, habet Prælatus Caritatis duo peculiaria ex dispositione Pauli V. *in dicta eius Constit.* 71. Primo constituitur Iudex quoad controuersias mansionum. §. 23. *Tit. ordini, & Tassa da osseruarsi dalli Guardiani.* Ibi, *Et alle controuersie di chi volesse stare nelle camere, ò nelle sale, & non fusse meriteuole, il Prelato delle Carceri deputato dalla Carità pro tempore habbia à rimediare, & definire.* Secun- 41 do deputatur ad curam Infirmariæ *in loc. cit. dicta constitution.* Ibi, *si faccia l'Infirmaria in ciascheduna prigione, e ne habbia la cura il Prelato delle carceri deputato dalla Carità.*

42 Demum huic Prælato à Visita cõmittuntur causæ, præsertim pauperum, & ijs maximè casibus, quibus vel vterque, est pauper, vt possit congestis eleemosynis aliqua ratione liberare carceratum; vel, cum creditor est diues, vt tunc suadeat concordiam, vel consensum pro excarceratione à creditore impetret. Quod tamen per quamplures annos fuit intermissum, quia ego huiusmodi munus exercui; sed impeditus alijs publicis negotijs non habui tempus pro cognitione eiusmodi causarum. De Prælato isto, vltra Bullas Summorũ Pontificum mentionem quoque facit *Hier. Buccar. de differ. inter Iud. ciu. & crim. cap.* 151. *num.* 22. *vers. videtur consonare.* Atque hæc de Prælato Caritatis sufficiant.

Prælatus Pietatis ad Carceres, vt appellant, est etiam vnus ex Romanæ Curiæ Prælatis, ab Archiconfraternitate pro seruitio carceratorum deputatus, ex peculiari Sixti V. priuilegio. Hic quoque in omnibus carcerum, tam publicis quam priuatis Visitationibus, etiam secretorum, interuenit, & locum habet, vt in Breui eiusdem Pontificis die 22. Iulij. 1589. Quapropter in numero quinque Prælatorum carcerum Visitatorum, vt supra, describitur, & instar aliorum Visitæ Prælatorum votum habet, vt dicemus infra. *lib.* 2. §. 21. Eidem quoque causæ carceratorum quandoque committuntur, præsertim quotiescumque concordia partium, aut liberatio carcerati ipsius opera, speratur, vt de Prælato Caritatis proximè dictum est.

CA-

CAPVT III.

Aduocatus Pauperum.

SVMMARIVM.

1 *Aduocato pauperum conueniunt quadam generalia de Iure communi.*

2 *Aduocato pauperum in Curia Romana conueniunt quadam specialia ex constitutionibus Sũmorum Pontificum.*

Diligenter explicanda sunt, quę ad pauperum Aduocatum pertinent, vt eius muneris na- 1 tura, & dignitas plenè intelligi possit. Cum autem inter ea, quæ ad ipsum spectant, quædam sint generalia, quæ de iure communi conueniunt vbique lo- 2 corum, vbi eius officij vsus existit; Quædam verò specialia, & propria in Curia Romana degentis totum hoc negotium in duas Sectiones diuidendum putauimus. In prima, generalia; in secunda, specialia deducemus.

SECTIO I.

De generalibus, quæ Ius commune disponit circa Aduocatum pauperum vbique locorum.

SVMMARIVM.

1 *Defensio semper laudabilis, vitaque humana necessaria, cur.*

2 *Defendi reos sanguinis iubet Ecclesia.*

3 *Defensio Carceratorum maximè pauperum laudabilissima.*

4 *Defensionis magna parte caret, qui caret Aduocato.*

5 *Aduocati magis necessarij, quam milites.*

6 *Aduocati officium magni æstimatur apud Deum, non secus ac verbi Diuini Concionatoris ex Rolan. & alijs.*

7 *Aduocatus in dignitate constitutus dicitur.*

8 *Aduocatorum cætus, seminarium dignitatum.*

9 *Aduocati munus quilibet Doctor tenetur gratis præstare pauperibus, quando.*

10 *Aduocatus, si non gratis præstat opem suam pauperibus, quando mortaliter, quando venialiter peccet.*

11 *Aduocatus ex gratuita pauperum defensione ingentia bona consequitur, tum in præsenti, tum in futura vita.*

12 *Aduocationis opem, quoties pauperibus præstitit Iason, semper illi benè successit.*

13 *Aduocatus requisitus, vt pauperi opem præstet, si recusat absque iusta causa, infamis habendus, & ab Aduocationis officio repellendus.*

14 *Aduocatum non habentibus, tenetur superior dare, etiamsi non petant,*

15 *Aduocatus non tenetur exhibere gratuitam defensionem pauperi, si Aduersarius possideat hæreditatem, vel alia bona petita per pauperem.*

16 *Aduocatus conductus publicis sumptibus licitè recipit salarium publicum pro defensione pauperum.*

17 *Aduocati excusantur ab onere defendendi pauperes, vbi est Aduocatus ad id publicis sumptibus conductus.*

18 *Aduocato pauperum salarium ex publico ærario constitutum pro solis causis inter Principis Fiscum, & pauperes controuersis.*

19 *Aduocatus pauperum tractans causas inter Fiscum, & ipsos multis gaudet priuilegijs, & honoribus. Dicitur officialis Principis, eximitur ab oneribus publicis, præcedit Aduocatum Fisci, potest esse persona Ecclesiastica, non fit irregularis in causa sanguinis defendendo reum.*

1 Defensio semper laudabilis fuit, vitæque humanæ necessaria. *l. laudabile. C. de aduocat. diuers. Iudicior.* vbi inquit legislator; *Hæc siquidem dirimuntur ambigua facta in rebus sæpè publicis, ac priuatis; lapsa eriguntur; fatigata reparantur; nec minus prouidetur humano generi, quã si à prælijs, ac vulneribus Patria, parentesque seruarentur; gloriosaque voce laborantium spes, vita, & posteri defenduntur. l. Aduocati. C. de diuer. Iudicior* Barbos. qui quamplurima cumulat. *de off. &* 2 *potest. Episcop. par. 3. alleg. 79. num. 16.* Laudabilior, & gloriosior erit defensio, si sit pro carcerato. Mandat enim Sancta Mater Ecclesia etiam reos sanguinis defendi, vt testatur Gregorius Papa *cap. reos sanguinis defendi iubet Ecclesia. 23. q. 5.* colligitur etiam *cap. inter alias. de immun. Eccles. Cassiod. Epist. 40. lib. 2.* Quod etsi talis sit pro carceratis diuitibus, quibus pro tuitione, ac defensione rerum 3 suarum, honoris, & vitæ non desunt mercede conducti defensores; gloriosissima sane erit pro illis carceratis, qui sunt pauperes, & in maximo amissionis fortunarum, vel honoris, vel vitæ discrimine constituti, nec habent, qui defendant, & ab omnibus sũe derelicti Quippe quibus non suppetit pecunia pro mercede defensorum. *August. ad fratres in Erem. serm. 65. Isid. cap. pauper. 11. quæst. 3.* cuius verba sunt: *Pauper, dum non habet, quod offerat in iudicio, non solum audiri contemnitur, verum etiam* 4 *contra veritatem opprimitur.* Quia vero, vt hæc defensio proficiat in actu exercito (vt loquuntur Philosophi) opus est Aduocato, & Procuratore. Qui illis caret, magna caret parte defensionis, *Adden. ad Bar. in extrau. ad reprimen. vers. sine strepitu. in 2. addit.* Quæ defensio non potest omnino tolli, cum sit iuris naturalis. *Clemen. pastoralis §. cæterũ. de re iud. & Bar. loc. cit Ciriac. contr. 413. num. 11. 12. & 13.* Hinc est, quod constituti sint 5 Aduocati, & Procuratores in Ciuitatibus, quorum munus declarat *Baldus*, ita esse necessarium ad salutem Patriæ, & singulorum, sicut milites armatæ militiæ, vt supra diximus. *Et d. l. Aduocati. C. de aduoc. diuer. iudicior.* Immo, inquit Bartolus ibidem, 6 quod magis necessarij sint Reip. quã milites. Haud mirum igitur si Aduocati officium non solum sit laudabile, & necessarium, sed etiam apud Deum magni æstimetur, non secus ac verbi Diuini Concionatoris

cionatoris ex Rol.consf.36 numer.4.& per tot.lib.3. 7 Guaz.de defens. reorum in præfat. num.4. Adeo vt Aduocatus meritò indignitate cõstitutus dicatur. Muscatel tract.de Doct.dignit.Iacob.Beu.de priuil. Iurisconsf.priuil.62. Fontan.de pact.nup.clau.4.glos. 1.num.28.& per totum. Grat. discep.186. num.67.

8 Vt proinde Aduocatorum cætum seminarium dignitatum non malè nuncupauerit Valentinianus in Nouell.de postul. teste Cuiac.lib.3. Pauli ad edict.in explicatione lib.4. de popul act. quem refert Loter.de re benef lib.1. in apparatu num.164. His præmissis declarationes, & limitationes infrascriptæ nota facient aliqua ex parte ea, quæ magis prodesse poterunt ad defensionẽ carceratorũ pauperũ.

9 Declara primo, vt hoc defensionis munus teneatur quilibet Doctor pauperi prȩstare gratis absque vlla mercede, quando nemo existit à publico deputatus. l.prouidendum. C. de postul. Couarru. pract 99. numer.4. & seq.cap 6. Menoch.de arbitr. cas.369.num.3.lib.2. Guaz.de defens.reor.in præfat. num.23.& sequent.

10 Declara secundo, vt grauiter peccet, si nolit Doctor gratis patrocinari pauperi; quotiescumque propter extremam necessitatem, litis æstimationẽ, & ea, quæ pauperi in iudicio, necessaria sunt ad ipsum alendum, ne fame pereat, nec possit aliunde patrocinium consequi. Si verò hæc necessitas extrema non sit, iuxta illius qualitatem erit minor culpa, vt resoluit D.Thom. sic à Caetano intellectus 2.2.quæst.71.art.1.& 4.

Item grauis necessitas litigantis, ipsiusque Aduocati possibilitas ad defẽsionem pauperis obligat Aduocatum sub reatu mortalis culpæ, vt sentit Syluest. in summa verb. Aduocatus q. 28. & explicat optimè Sot.de Iust.& Iur.q.8.art.1.lib.6. quos citat, & sequitur Couar pract.quæstion.cap.6. num.4. vers.Nam & in conscientia.

11 Fidelis tamen est Dominus, qui nec sinit poculũ frigidæ esse sine mercede. Ex hac enim defensione multa consequitur bona, & priuilegia Aduocatus, de quibus latè Farin q.125. Guaz.q.29. præsertim cap.4. quorum duo tantum referimus, quæ sufficere arbitramur, vt excitentur Doctores ad gratuitam, diligentem, & fidelem pauperum carceratorũ defensionem. In primis illam psalmo 40. quæ promittitur: Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem. In die mala liberabit eum Dominus. Consequetur beatitudinem Aduocatus, qui verbo, & opere pro viribus pauperem carceratum defendit: & audiet in nouissimo die: Venite benedicti: in carcere eram, & visitastis me. Huiusmodi defensio facilis el redderetur, & iucunda, si meminerit illius: Oculi Domini in pauperem semper respiciunt, vt habetur psal.10. Et rursus psal.39. Ego autem mendicus sum, & pauper, Dominus sollicitus est mei, Adiutor meus & protector tu es Deus meus. Videbit hilari vultu Aduocatus, & audiet libenter pauperes, eorumque suspiria, si memoria tenuerit verba psal.68. Videant pauperes, & letentur, quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.

Nullum laborem prætermittet, si meminerit Deum dignatum eos ipsis, Clientes relinquere, vt adiuuet; vnde Psal.9. dicitur: Tibi derelictus est pauper, orfano tu eris adiutor: In die mala liberabit Aduocatũ Dominus. Et dixit Alber.in l.1. C.de suffrag. & l.nec quidquam. § fin.ff.de off procons.& legat.& ibi Ias. §.vbi decretum col.2. quod Aduocatus peccat in foro conscientiæ, si aliquid capiat à paupere: subdens, quod hortetur quemlibet Aduocatum, vt pro viribus pauperes, & miserabiles adiuuet.

12 Et subiungit, quod licet ipse medicum adiuuerit, tamen quando eis auxilium præstitit, semper sibi bene successit. Idem Alber.in l.1.§.ait Prætor in princ. ff. de postul. Et ita sentit Rol. consf.87. num.28.lib.2. vbi alios etiam allegat.

Hæc sufficere debent ad excitandos nobiles Aduocatorum animos, vt sedulo pauperum carceratorum defensionem suscipiant. Si verò nec peccati odium, nec diuinorum beneficiorum in præsenti vel alio sæculo spes animos mouerent: certe timebunt

13 id, quod magis à quibusdam timetur, infamiæ notam, quam incurrent, si pauperum defensionem requisiti, absque iusta causa recusauerint. Tunc enim essent ab aduocationis officio repellẽdi. Guidopap. decis.561.num.2.vers.Et nisi Aduocatus. Et plures alij, quos congerit Barbos.de potest. Epis.par.3.al-

14 legat.79. num.3. Nam sicuti pauperibus quibus nõ suppetit Aduocatus, tenetur superior etiam non petentibus dare. l.nec quicquam.§. Aduocatos quoque.ff.de off proc.l.1. §.ait prætor.ff de postul. l.magis puto §.itemque.ff.de reb.eorum, qui sub tut. vel curat. sunt: Ità Aduocatus datus à Iudice tenetur gratis defendere per supra proximè citatos.

15 Limita primo quoad gratuitam defensionem, nõ procedere, quando Aduersarius possideret hæreditatem; seu alia bona petita per pauperem: Tunc enim ex illis vltra alimenta pauperi debita, & sũptus litis subtrahendum est etiam salarium Aduocati dato fumo boni iuris l.fin.§ quod si ei qui.C.de ord.cognit. Guidop.d.decis 561.num.1. & generaliter Rot.decis.749.num.1.& decis.479 num.5.par.2. & decis.538 num.1.par.4. recent. Buratt.decis.15. num.1. vbi late adden.litt.A.

16 Limita secundo in Aduocato conducto publicis sumptibus, qui potest recipere sumptus publicos

17 destinatos pro prȩstando patrocinium pauperibus. Est enim valde antiqua destinatio salarij Aduocato pro pauperibus. glos.in d.l.1 §.ait prætor ver. non habebunt ff de postul Et sunt exempti cæteri Aduocati ab isto onere. Guidop.decis.561.numer.2.vers. ergo debet intelligi. Hæc tamen de Aduocati pauperum salario sic accipienda sunt, vt de publico

18 ærario constitutum reperiatur Aduocato pauperũ salarium, sed pro solis causis, quæ inter eorumdem Principum Fiscum, & pauperes aguntur, siue ciuiliter, siue criminaliter. Bart in specul. visit.cap.18. num.6. Et de Regno Neapol. Mastril. de Magist. lib.3.cap.6.num.22 lib.5.cap.8. num 118. quod salarium est adeo priuilegiatum, vt illius exactores non possint conuertere in alium vsum, etiam pro necessitatibus communitatis teneantur. l Iulia. de resid. de qua per glos.in § pen. & ibi Ant. Aret. in ver.de residuis inst.de pub iud.

19 Pauperum Aduocatus constitutus ad tractandas causas inter illos, & eorum Fiscum multis gaudet priuilegijs, & honoribus. Dicitur Officialis Principis, & exẽptus ab oneribus publicis. Bouel.in sum. dec.de Aduoc.off.tit.65.nu.21. Actius de infir.par.2. vers.Aduocatus.num.8. Nouar.de miserab.person. priuil.cap.63. Fragos. de regim.Reip. par.1.lib.5. disp.13. num.239 & 241.

Aduo-

Aduocatum Fisci præcedit Aduocatus pauperũ. *Rot.apud Seraph.decis.716.num.14.* Et sane iure ac merito: cum Christum ipsum defendere dicatur in pauperibus. Potest etiam esse persona Ecclesiastica; Licet enim Clericis prohibeatur aduocare corã Iudex sæculari.*cap.1.de postul.Fragos.cit.num.243.* possunt tamen pro pauperibus, & miserabilibus personis. *Gonzal.super reg.8. Cancell.glos.2.nu.33. Fragos.cit.num.244. de regim. Reip.* Denique si sit Ecclesiasticus, non efficitur irregularis, si reum sanguinis defendat.*cap.sententiã sanguinis ne Cler. vel Mon. Socin. in cap.ad audientiam col.vltim.de homic. Guaz.* alios allegans *de defens. reor. in præf. num.24* & nouissimè *Dian.par.4. tract.2. de irreg. resol.34.* prout non dicitur fieri irregularis is, qui licitè proximum suum defendendo alium occidit. *Dian.cit.par.4.tract.2.cap.5.* vel occidendi occasionem præstat subministrando inuaso arma homicidij vt cõtra Vgol. docet Bonac.*de irreg.disp.7 quæst.4. punct.6.propos.3.nu.11. & seq.* & signanter *nu.17.*

SECTIO II.

De specialibus, quæ ex constitutionibus summorum Pontificum conueniunt Aduocato Pauperum Romanæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus Pauperum Romæ ex publico ærario Cameræ constitutus est.*
2 *Aduocatus Pauperum Romæ ex Collegio Aduocatorum Consistorialium eligitur.*
3 *Aduocatorum Consistorialium Collegium antiquissimum.*
4 *Aduocatorum Consistorialium Collegium credibile est successisse septem Defensoribus Regionarijs.*
5 *Defensores Regionarij fuerunt Aduocati, siue Aduocatores.*
6 *Defensorum Regionariorũ munus multiplex, Primum pauperum. Secundum Ecclesiarum causas defendere. Tertium in obsequijs summorum Pontificum permanere. Quæ omnia obire consueuerunt Aduocati Consistoriales.*
7 *Defensores Regionarij nulli conditioni aut corpori tenebantur obnoxij, & experimentum scientiæ dabant: quod etiam obseruant Aduocati Consistoriales.*
8 *Regionariorum numerus, & prærogatiua conueniunt Aduocatis Consistorialibus.*
9 *Aduocati Consistoriales in processionibus, & equitationibus bini procedunt ante Cubicularios.*
10 *Aduocati Consistoriales quomodo se gerunt in coronatione Pontificis, & adeptione possessionis Ecclesiæ Lateranensis.*
11 *Aduocati Consistoriales in Consistorijs publicis, antequam conueniant omnes, qui conuenire debent, proponunt causas seruorum Dei, qui Sanctitate conspicui habentur.*
12 *Aduocati Consistoriales à tempore Pij V. vsque in diem hodiernum recensentur.*
13 *Aduocato pauperum ob causam impedito subrogatur alius ex Collegio Aduocatorum Consistorialium, exemplis ostenditur.*
14 *Aduocatus pauperum in Tribunali carcerum præcedit Aduocatum fisci.*
15 *Aduocatus pauperum habet votum consultiuum in omnibus causis in Camera.*
16 *Aduocatus pauperum interuenit in Camera pro pauperibus contra Cameram.*
17 *Aduocatus pauperum in causis Cameræ adhibetur a Commissario Cameræ in defensionem iurium Cameralium cum Aduocato fisci quando.*
18 *Aduocatus pauperum percepto honorario, tueri, ac defendere potest diuites reos, quos, & quando.*
19 *Aduocato pauperum conueniunt omnia, quæ dicuntur de Aduocato fisci.*
20 *Aduocatus pauperum habet facultatem interponendi decreta in contractibus mulierum, & minorum.*
21 *Aduocatus pauperum tenetur interponere decreta pro pauperibus gratis.*
22 *Aduocato pauperum delegari solet à Visita iurisdictio in carceratorum causis, & in quibus.*
23 *Aduocati pauperum officium ad vitam conceditur.*
24 *Aduocato pauperum concessa facultas deferendi habitum violaceum, & alijs insignibus instar Camerariorum, & familiarium summi Pontificis, & quis hodie huius facultatis vsus.*
25 *Aduocatus pauperum exemptus à gabellis, & oneribus publicis.*
26 *Aduocatus pauperum, si sit persona Ecclesiastica habet ad cautelam dispensationem ab irregularitate.*
27 *Aduocatus pauperum admittitur qualibet hebdomada ad audientiam Sanctissimi.*
28 *Aduocato pauperum patet aditus ad omnes Congregationes Criminales.*
29 *Aduocato pauperum inaudito nulla in congregationibus criminalibus tractatur causa contra pauperes, vel saltem Procuratore pauperum.*
30 *Aduocato pauperum inconsulto non expediuntur graues causæ, in quibus abreuiandi sunt termini.*
31 *Aduocato pauperum inscio non solent Iudices pauperem Reum capite punire, nec subscribere sententiam cur?*
32 *Aduocato pauperum non minus deferunt pia loca Caritatis, & Pietatis Romæ, quam Misericordiæ Vlisipone.*
33 *Aduocato pauperum multa commissa in Constitutione Pij V.*
34 *Aduocato pauperum multa commissa in Constitutione Pauli V.*
35 *Aduocato pauperum patet aditus ad Congregationem particularem in Palatio Gubernatoris super Reformatione Tribunalium edita a Paulo V.*
36 *Aduocato pauperum indicem carceratorum Criminalium in Secretis existentium quando Custodes tenent exhibere.*
37 *Aduocato pauperum indicem eorum, qui in dies carcerantur, quando Visitator tenetur exhibere.*

38 Aduo-

38 *Aduocato pauperum ostendenda sunt a Notarijs originalia Causarum.*
39 *Aduocatus pauperum Procurator ex Collegio procuratorum assignatus in Auditorem a Paulo V. quod tamen non est vsu receptum; cur?*
40 *Aduocatus pauperum quousque tenetur defendere reos pauperes.*
41 *Aduocatus pauperum grauem Prouinciam suscipit.*
42 *Aduocati pauperum nomen adeptus S Ino.*
43 *Aduocati pauperum extiterunt S. Ambrosius, & S. Raymundus.*

HActenus diximus ea, quæ de Iure communi disponuntur circa Aduocatum pauperum: nunc quę specialia sunt de Aduocato pauperum in Romana Curia prosequamur. Romæ à summis Pontificibus ex ærario publico Cameræ constituitur Aduocato pauperum salarium.

1 Aduocatus pauperum antiquitus ex Collegio Aduocatorum Aulæ Consistorialis desumi consueuet, vt apparet ex *Const. Paul. de Castro part. 1.* in subscriptione de persona Antonij Rosellæ Pauperum, & Consistorialis Aulæ Aduocato, & longè post de Melchiore Baldassino in Ecclesia S. Augustini de Vrbe sepulto ex lapidè in Sacello Beatæ Monicæ. Huic immediatè successit Ioannis Aloysius Arigonus, de quo fit mentio in libro Decretorum Visitæ circa annum 1530. & in *resolut. crim. Hyer. de Feder quæ leguntur in fin. vol. 2. cons. Farresol. 23 in princip.* idem testatur Paul. IV. *Constit. vlt. in Bull. antiquo. Cupientes vbilibet. fol. 539.* ibi *prima: Videlicet Aduocato Pauperum, qui cum ex Aduocatis Concistorialibus deligi & in Camera nostra Apostolica sedere consueuit.* Et san. mem.

2 Pius V. in *Motu proprio*, de quo infra. Idem legitur etiam in litteris Apostolicis, quæ in forma Breuis expediuntur pro deputatione eiusdem Aduocati vsque in hunc diem. Habentur enim in ijs, quibus deputatur Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Carolus Gualterius Vtriusque Signaturæ Referendarius Pauperum Aduocatus, eorumque defensor eximius dat. 14. Augusti 1645. verba infrascripta: *Officium Aduocati pauperum, quod vni ex Aduocatis Aulæ nostræ Consistorialis conferri consueuit.* Propterea non erit abs re præmittere de hoc Collegio, quæ ab alijs hactenus non legimus typis mandata; vt nos exhibeamus gratos erga Collegium, ex quo tum pauperum, tum fisci Aduocati eliguntur, qui in singulis carceratorum Visitationibus vigore Constitutionum Summorum Pontificum semper debent interuenire, vtque, & Pauperum, & fisci Aduocatorũ dignitas magis innotescat.

3 Huius Collegij ea est antiquitas, vt certum illius ignoretur initium, facile tamen credendum est, si spectemus ea, quæ infra dicenda sunt, successisse in locum septem defensorum Regionariorum,

4 qui constituti fuerunt primis temporibus, prout erant septem Diaconi, & Notarij, vt conijcitur *ex Epistola* D. Gregorij vbi habetur quod *Auxit honore, & dignitate horum officium, quod constituit in seruiendo potissimum pauperum defensioni, & Ecclesiarum,* vt ex eiusdem Gregorij *Epist. lib. 4. Ind. 13. cap. 69. Epist. 25. & lib. 9. Indic. 4. cap. 33. Epist. 33.* relati à Baron. *tom. 8. anno 588. fol.* 118. *vers. Hoc pariter anno.*

5 Hos autem defensores Regionarios fuisse Aduocatos siue aduocatores explicat Honophrius Panu. *in tract. interpretationis vocum obscurarum Ecclesiasticarum impress. post Plat. de vitis Pontificum in verb. Primicerius defensorum. fol.* 82. motus ex Rescripto Pelagij II. Antoninæ Patritiæ, & Deciæ postulantes monachum fieri defensorem, vt refert *Gratian. in c. de præsentium 16. quæst. 1.* Vbi Pontifex describit defensionis munus versari in causarum cognitione conuenientibus actibus publicis, & litigijs. Et clarius comprobatur ex textu *in c. Saluator. 1. q. 3.* ibi: *Defensoris nomine Aduocatum. Et ibi glos. in ver. Aduocatum.* Itaque si demonstrauerimus Aduocatos Consistoriales conuenire in munere, in qualitatibus, & in prærogatiuis cum antiquis septem Defensoribus Regionarijs, nemo inficiabitur illos in horum locum successisse. Id autem ex infra dicendis liquido constabit.

6 In primis munus Regionariorum defensorum excit. *Baron fol.* 118. in eo consistebat, vt tria exequi tenerentur. Primum pauperum: Secundum Ecclesiarum causas defendere: Tertium stare in obsequijs Summorum Pontificum. Munus hoc congruit Consistorialis Aulæ Aduocatis, quos pauperum defensiones semper suscepisse testatur Pius V. *in motu proprio. in Appendice §. 1. cap. 6.* Ecclesiarum verò patrocinia obire in S. Consistorio Summo Pontifici cognoscendas proponendo intercessiones, seu oppositiones electionum ad illas, aliasque eorum grauiores causas tanquam peculiare munus aduocationis Consistorialiũ fuisse, quamdiu summi Pontifices consueuerunt huiusmodi causas tractare in Consistorio coram se, & Sacro Senatu testatur Vestrius *in prax. lib. 2. cap. 12. de Aduoc. Consist. Petrus. Greg. Tolos. Syntagmat. Iur. vniu. tom. 2. lib. 49. cap. 6 num. 10. & Scac. de Iud. lib. 1. cap. 65. nu. 4. vers. Ad corroborationem.* Præsentiam denique in Curia tam in obsequijs summi Pontificis, quam in defensionibus requirit D. Greg. *in Epistola* primo loco citata ibi: *Qui in Ecclesiasticis vtilitatibus, & obsequijs Pontificis non defuerit per sedulam præsentiam permanere:* proculdubio deberi à Collegio Consistorialium Aduocatorum, vt præsto sit in functionibus Consistorialibus; & obsequijs Romanorum Pontificum ipsa experientia docet; dum videmus à Curia non posse abesse, nisi de licentia summi Pontificis, & teneri illum ab Vrbe recedentem cum Curia sequi, saltem tres ex ipsis, vt nostris temporibus obseruatum fuisse vidimus in fel. rec. Clemente VIII. quem Ferrariam versus discedentem secuti sunt Bernardus Scottus, Ioannes Baptista Spada, & Hieronymus de Rubeis.

7 Deinde qualitates Regionariorum defensorum duę erant: prima refertur à Baron. citato quod *Nulli conditioni, vel corpori tenerentur obnoxij:* Altera in d. D. Gregorij *Epist.* quod *Antequam decorarentur honore Regionario ostensa sua experientia vtilitate placuissent.* Aduocati Consistoriales easdem duas qualitates habere debent. Quod ad primum attinet, non admittuntur nisi probato genere ex honestis parentibus ducto, ac morum probitate secundum antiqua eiusdem Collegij statuta, quæ

sunt

sunt in viridi obseruantia. Quibus concordat etiam iuris Cesarei dispositio. Leo enim Imperator *in l. nemini 2. C. de Aduoc. diuers. Iud.* sic habet: *Non aliter vero consortio Aduocatorum, seu sedis Societur, nisi prius in examine viri clarissimi Rectoris Prouinciæ, ex qua oriundus est, præsentibus cohortalibus gesta conficiat; quibus apertè pateat cohortali vita, ac fortuna eumdem minime subiacere.* Et *in l. fin. C. eodem.* A Zenone Imp. statuitur, ibi: *Sine vlla cohortalis, aut deterioris conditionis quæstione succedant.* Et inferius ibi: *Non aliter nisi sub gestorum confectione minime eos cohortali conditione subiacere patefactum fuerit, admittantur.* Neque deesse debet in Aduocatis Consistorialibus altera conditio in Regionarijs Defensoribus requisita. Fuit enim peruetus consuetudo, ad necessitatem postea redacta per Constitutionem III. Martini V. quod Aduocati Consistoriales, vti Sacræ Rotæ Auditores, non recipiantur, nisi prius publicè coram Sacro S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium Collegio, & iterum secreto coram Card. Cancellario doctrinæ suæ faciunt experimentum.

8 Aliæ prærogatiuæ Regionariorum defensorum non desiderantur in Aduocatis Concistorialibus. Illi erant numero septem; istorum quoque Collegium eodem numero continetur. Licet enim sint duodecim, tamen ad septem dumtaxat seniores restringitur, qui solum possunt in secretis Concistorijs pallia Archiepiscopalia postulare; Dignitatis Cardinalitiæ, quando casus euenit, resignationi, admissionem petere vel, si quid alias necesse sit loqui. Præterea hi septem solum promouent graduandos ad lauream Doctoratus, & fere soli participant de emolumentis, quæ ab eorum Collegio percipiuntur intuitu eorum quos ad doctoratus gradum promouent, & administrationis Vniuersitatis Studij Almæ Vrbis, cui vnus ex eis a Collegio deputatus, tamquam Rector præsidet: Vndè fit, vt isti septem soli *Participantes, & numerarij* dicantur, cæteri vero *Supernumerarij*; quemadmodum obseruatur in Collegio Protonotariorum Apostolicorum, ad quorum similitudinem collegium defensorum institutum esse diximus.

Rursus a D. Gregorio, & Baronio Regionarij Defensores assistebant Pontifici in Ecclesia, eo præsente stando, illo autem absente, sedendo post Clerum. Ita pariter euenit in Aduocatis Consistorialibus laicis, qui in Cappellis Pontificijs cum cappis violaceis, si Papa adsit, & Capella celebratur in Palatio, humi sedent capite tecto in conspectu illius; si verò celebratur in Basilicis S. Ioannis Lateranensis, seu S. Petri vel alibi, sedent in vltimo gradu solij Pontificij à latere dextero: absente vero Pontifice vel sede vacante sedent coram Collegio Cardinalium post Abbreuiatores. Cappis violaceis vtuntur etiam in Camera Apostolica, in processionibus, alijsque publicis functionibus. In processionibus, & equitationibus bini procedunt ante summum Pontificem, & equitant ante cubicularios. De illis fit mētio in Pontificali Romano *fol.* 45. 9 10 48. & 49. In Coronatione quoque Pontificis, & adeptione possessionis Basilicæ Lateranensis pluuialibus induti, in confessione D. Petri tempore possessionis capiendæ, existente Cardinali primo Diaconorum vna cum Subdiaconis, & Auditoribus Rotæ laudes dicunt Pontifici coronato, vel possessionem adepto vt habetur etiam in dicto Pontificali *fol.* 45. 47. 50.

11 Quoniā vero longius fortè, quā opus erat, digressi sumus cōcedat nobis benignus Lector, vt addamus, Aduocatorū Aulæ Consistorialis munus esse, quod quotiescūq. habetur publicū Consistorium, in quo excipiendi sint Legati Sedis Apostolicæ in reditus vel admittendi Legati Principū ad præstandam obedientiam Sedi Apostolicæ, vel tradendi pilei Cardinalitij nouis Cardinalibus, factum aliquod oratorio stylo enarrent ante initium Consistorij, dum conueniunt omnes, qui interuenire debent, vt minus molesta reddatur expectatio. Olim tractabāt quædā de rebus profanis, & plerūque, de atrocioribus criminibus, quæ cōtingebāt, vt videre est apud Vestriū Tholos. & *Scacc. supracitatos*: Verùm bon. mem. Vrb. VIII cum iudicaret indecens Pontificiæ maiestati ac pietati audire in Consistorijs publicis huiusmodi, quibus confecti criminis atrocitati referibi à Summo Pontifice petebant Aduocati, mandauit, vt husce in posterū omissis, eorum loco proponerent causas seruorum Dei, qui fama sanctitatis cōspicui mererentur adscribi in numerum Sanctorum seu Beatorum, & miracula ingenue referrent, petendo causas prædictas S. Congregationi Rituum, vel committi, vel mandata expediri nomine Principum, qui id postularent, vt habetur in Decreto à Sac. Congregatione Rituum *die* 12. *Martij* 1642. ab eodem piæ mem. Vrb. approbato, impressoque inter alia Decreta super ordine procedendi in causis Beatificationis, & Canonizationis Sanctorum circa finem. De hoc Collegio Pius II. *in Comment. de morib. Germaniæ*, vbi Romanam Curiam describit. Vide, si libet *pag.* 4. *ante finem operis. fol.* 1079. sic enim habet: *Aduocatorum nobilis ordo* (hunc solū ordinem appellat nobilem) *qui patrocinatur in causis, viri electi, vtroque iure consulti, Cathedras diu in scholis publicis rexere, nec absque magno examine admittuntur, & necesse est eos publicè disputare, priusquam ad hunc ordinem aspirare audeant. Horum, qui senior est, pauperum Aduocatus appellatur.* Quod dicit Pius de seniore pauperum Aduocato; hoc à multo tempore non obseruatur, sed à Pontifice ipsius arbitrio, eligitur in dicto Collegio.

Hæc sunt, quæ de Collegio *Aulæ* Consistorialis dici oportere iudicaui. Ad cuius Collegij Aduocatos cum inter cætera spectet testimonio san. me. Pij V. *in cit. Motu proprio.* se congregare ad pauperum defensionem, meritò ex ipsomet Collegio, & non aliunde Pauperum Aduocatus, de quo in præsentiarum sermo noster est, eligitur ad defendendas pauperum causas litigātiū cum Fisco Sedis Apostolicæ, vt ex eodem *Motu proprio* constat, & iam 12 inde vsque a temporibus Pij V seruatum est. Etenim post M. Antonium Burghesium Pauli V. Patrem tunc Pauperum Aduocatum, ex eodem ordine continuata serie electi fuerunt DD. Laurentius Campegius, Hieronymus Bouius, Sigismundus Zannettinus, Cæsar Marsilius, Rutilius Alterius, Thomas Lapius, Iulius Benignus, Ioseph Baila, & Carolus Gualterius, qui modo hoc munus summa cum laude exercet, vt diximus. Quod adeo in-13 uiolabiliter obseruatum est, vt pauperum Aduocato,

to, vel ob valetudinem, vel ob alia etiam negotia grauiorá præpedito numquã suffectus fuerit alius, qui non esset ex Aduocatis Consistorialibus; & quidem tam prænio assensu Pontificio. I nostra ætate obseruatum est, cũ Thoma Lapio à Clem. VIII. in Locumtenentem Ciuilem Auditoris Cameræ euocato cum retentione proprietatis officij Pauperum Aduocati, ad vitam collati, exercitium demandatum fuerit primũ Io. Baptistæ Spadæ: eoque in Aduocatum Fisci electo; mox Iulio Benigno, qui & proprietatem consecutus fuit, Lapio ad Episcopatum Fani promoto, Benignoq. iam senio confecto datus fuerit in Coadiutorem, dum vixit, Franciscus Coltellus etiam Sacræ Consistorialis Aulæ Aduocatus.

Hinc est, quod cum ex tam conspicuæ dignitatis Collegio desumatur Pauperum Aduocatus singulari etiam honore decoretur; & quamplurimis priuilegijs, ac prærogatiuis, præsertim infrascriptis. I. 34 in Tribunali Cameræ sedet, & iuxta suprascriptam iuris dispositionem præcedit Aduocatum Fisci. II. 15 habet etiam votum consultiuum in omnibus cau- 16 sis tam priuatorum quam Cameralium. III. interuenit in Camera ad pauperum partes contra Cameram defendendas, non tamen omnium priuatorum, vt ait Vestrius *in sua prax. lib. 2. cap. 7.* cum sit ei prohibitum, exceptis pauperibus, patrocinari alteri cuicumque, qui contraxerit, aut litiget cum Camera; vt in Const. Pauli V. 71. *tit. de Aduoc.* 17 *Pauper. vers. non possit Aduocatus.* IV. In grauioribus causis Cameræ solet adhiberi ab eiusdem Commissario in defensione iurium Cameralium vna cum Fisci Aduocato, quod tamen non procedit in causis criminalibus, in quibus constitutio Pauli Quinti *d. vers. Non possit Aduocatus.* prohibet, ne vmquam contra reos ad offensam scribat, seu quouis alio modo se intromittat, nisi in causis huius- 18 modi criminalibus interueniret pro se, & suis, vt de Aduocato Fisci dicitur *l. petitionem. & ibi Bal. C. de Aduoc. diu. Iudiciorum.* Nemo enim tenetur alium iuuare contra seipsum. *glos. in cap. petitio de iure iur.* V. Inualuit quoque vsus, vt etiam Diuites Reos accepto honorario defendat, etiam si non ad illorum, sed pauperum dumtaxat patrocinium sit deputatus. Non tamen crediderim habere locũ in diuitibus, contra quos proceditur denegatis defensionibus, vel quibus assignãtur defensiones in secretis carceribus; nec permittitur allocutio, vel defensio Procuratori & Aduocatis Reorum, sed solũ ipsi pauperum Aduocato, seu Procuratori. Tunc enim defensio eis incumbit ratione publici officij, quod cum hoc onere acceptarunt. Hac tamen differentia, quod à pauperibus, etiam sponte dãtibus nihil accepteant; à diuitibus verò sponte dantibus accipere possint, non petere; qua ratione fortè à prædictis diuitibus sponte dantibus licitum erit capere. VI. Illi competunt omnia, quæ infra dicuntur de Aduocato Fisci, quem, vt diximus, præcedit. VII. Conceditur illi facultas interponendi decreta volũtariæ Iurisdictionis in cõtractibus mulierum, & minorum tam in causis coram se vertentibus, quam in alijs quibuscumque: Et concurrit cum cæteris Iudicibus ordinarijs Vrbis ad hoc Iurisdictionem habentibus. Quæ facultas erat qui- 21 dem prius personalis in dicto Iulio Benigno vigore Breuis Clem. VIII. *in Append. §. 1. cap. 12.* sed postea fuit ad omnes extensa à Paulo V. in constit. 71. *Tit. de sport. §. 23* Hæc autem decreta in pauperum 22 causis interponenda sunt gratis. VIII. Iurisdictio solet ei delegari à Sacra Visita in causis carceratorum, præsertim modicæ summæ inter pauperes; vtr quando opus est illius ministerio in concordandis partibus, vel ob alias causas eidem Visitæ bene visas, vt apparebit ex decretis in hoc opere ad alium 23 effectum adductis. IX. Conceditur, vt diximus, 24 perpetuitas officij ad vitam. X. Datur illi facultas ad ipsius libitum, tam per Vrbem, quam vbique deferendi habitum violaceum, vtendiq. insignibus ad instar Camerariorum, & familiarium Summi Pontificis. Huiusmodi tamen habitu violaceo moderniores Aduocati non sunt vsi; etiamsi vtantur Cappa violacea, sicut cęteri Aduocati Consistoriales; quam tamen non gestat in Visitatione. XI. Cõ- 25 sequitur amplissimã exemptionem à gabellis, cæterisque oneribus publicis, non minus quam ipsi- 26 met Clerici Cameræ. XII. Licet à iure eximatur ab Irregularitate, si sit persona Ecclesiastica, vt diximus, solet tamen Summus Pontifex ad cautelam in litteris concessionis officij apponere dispensatio- 27 nem ab Irregularitate. XIII. Admittitur inter alios officiales ad audientiam Sanctissimi qualibet heb- 28 domada. XIV. Patet ei aditus ad omnes Congregationes criminales, & ante omnes curiales admittitur, ac proximus à Capite Congregationum 29 Gubernatoris, & Auditoris Cameræ sedet. XV. Nulla in Congregationibus criminalibus tractatur causa contra pauperes, nisi audito ipsorum Aduocato, vel saltem Procuratore. XVI. Si causa 30 grauis contingat, in qua abbreuiandi sint termini, & celeriter ad exemplum aliorum deueniendum sit ad expeditionem, mittunt Iudices, vel substituti, vel saltem Notarij ad certiorandum, & consulendum eumdem Aduocatum; nec expediũtur, nisi ipso, etiam pluries, si opus sit, audito. XVII. Im- 31 mò solent ipsimet Iudices, postquam decreuerunt pauperem reum capitaliter punire, de huiusmodi decreto, seu sententia ferenda Aduocatum, ante subscriptionem, certiorem facere; vt si quid vltra deducta ipsi occurrat, possit illud in medium afferre, vel præmonere Religiosos viros, qui reum condẽ- 32 nandum ad mortem disponant. XVIII. Pia loca Caritatis, & Pietatis illi multum deferunt; eumq. in suis generalibus Congregationibus, quæ quotannis fiunt, habere præsentem gestiunt; & si opus esset, etiam proprios redditus profunderent non minori alacritate, quam Confratres Misericordiæ apud Lusitanos, de quibus scribit Frag. *de regim. Reip. par. 1. lib. 5. disput. 13. num. 238. in fin.* quod proprijs sumptibus Aduocato pauperum subueniant, vt omnes pauperes defendat.

33 Hinc factum est, vt concurrentibus tot qualitatibus, prærogatiuis, ac pręfata Aduocati pauperum dignitate, Summi Pontifices pro tempore de illius probitate, prudentia, & idoneitate sic confisi fuerint, vt illi præter ea, quæ diximus, alia, quæ paulò post referemus, commiserint.

Constitutio primo loco Pij IV. *Reformationis Tribunalium Vrbis. LVIII. Cum ab ipso nostri Pontificatus. in Bull. fol.* 60. perstringit munus Aduocati pauperum. §. 36. verbis infrascriptis: *Aduo-*

catus pauperum sollicitè studeat, ne carcerati in aliquo tam à Iudicibus, quam etiam ab executoribus, & carcerum Custodibus grauentur: Et propterea nō desit vnquam in Visitationibus Carcerum tam publicis, quam priuatis: Et Procuratores pauperum, ac illorum substitutos, & etiam carcerum Visitatorem singulis hebdomadis vna vice ad se euocet, & de omnibus carceratis præsertim his, qui in secretis detinentur, diligenter se informet: Et si ipsos Visitatores, vel substitutos, & Visitatorem negligentes inuenerit, Visitatoribus carcerum denūciet, ac, vt de illis prouideatur, instet. Et cum ratione sui officij grauis pauperes defendere, & illis patrocinari debeat nihil prorsus ab illis accipiat. Et, vt facilius ipsis pauperibus operam suam impendere possit, Visitator carcerum quolibet die post Visitationem carceratorum ad ipsum accedere, & ipsi nomina eorum, qui in dies carcerantur in scriptis, & pariter etiam Iudicibus deferre teneatur. Huc vsq; verba Cōstitutionis Pij IV. quæ repetuntur de verbo ad verbum in sæpè citata *Constitut. LXXI.* Pauli V. *Tit. de Aduoc. pauperum & Fisci.*

34 Emanauit secundo loco Const. LXXI. Pauli V. *super reformatione Tribunalium Vrbis. In Bull. fol.* 193. quæ vltra prædicta, hæc insuper habet: *Capsa omnes eleemosynarum, quæ fiūt carceratis, clausæ teneantur, & claues sint penes pauperum Aduocatum, qui arbitrio suo eas aperiat, & eleemosynas in eis repertas distribuat inter carceratos, qui facultatem se alendi, & alimenta aliunde non habent. Tit. de carc. & carcer. §.*23. Huiusmodi tamen cura hodie non residet penes Aduocatum; cum pro carceratis quærantur eleemosynæ per Vrbem à duobus adhoc deputatis; altero a Caritate; altero a Pietate: & ab eorum deputatis præfatæ Capsæ aperiantur. Capsulæ vero, quæ tenentur appensæ clathris Carcerum, aperiuntur ab illorum Magistro Domus. Qua in re, si interueniat aliqua discordia, Procurator Caritatis se interponit, & prouidet. In fine Constitutionis LXXI. disponitur, vt Aduocato instante Iudices obseruare faciant contenta in d. constitutione: *Vt autem præmissa omnia à nobis vt præmittitur, ad publicam præcipuè carceratorum vtilitatem statuta, inuiolabiliter obseruentur, mandamus omnibus, & singulis Vrbis Iudicibus, vt præmissa omnia obseruare faciant cum effectu, tam ex officio, & per inquisitionem, quam ad instantiam Aduocati pauperum omni, & quacumque appellatione, & recursu remotis.*

35 Atq; hac quoq; de causa interuenit etiam in Congregatione particulari quæ fieri consueuit quolibet mense in Palatio Gubernatoris super obseruatione eiusdem Reformationis, & in ea habet votum decisiuum. Itaque agnoscere debet Aduocatus hoc onus impositum humeris suis, vt pro viribus obseruari faciat disposita in hac Constit. LXXI. Pauli V. præsertim ad fauorem pauperum carceratorum. Pro faciliori item commissorum executione dicta Const. LXXI. §. 23. *Tit. de carcer. & carcerat.*

36 disposuit Paul. V. vt infra: *Teneantur dd. Custodes post publicam Visitationem Carcerum à Visitatoribus, seu ab Aduocato pauperum requisiti dare notam carceratorum criminalium in secretis existentium cum expressione temporis, & Iudicis illorum.*

37 *Visitator verò carcerum qui nunc a Societate Pietatis eligitur, & deputatur, quolibet die post carcerum Visitationem ad Aduocatum pauperum accedere, & sibi nomina eorum, qui in dies carcerantur in scriptis, & pariter Iudicibus deferre teneatur.* Neque verò quisquam existimet hanc esse eamdem dispositionem, quam retulimus supra ex Constit. Pij IV. in ijs verbis: *Et vt facilius ipsis pauperibus operam suam Aduocatus impendere possit Visitator carcerū &c.* Nam tempore Pij IV. Carcerum Visitator erat mercede conductus a Camera; & facilius grauari poterat ad adeundum quotidiè Aduocatum pauperum; tempore vero Pauli V. hoc onus visitandi secretos carceres, erat penes Archiconfraternitatem Pietatis, in eam translatum à Sixto V. (vt diximus supra vbi de illa tractauimus) quæ deputat vnum aliquem ex fratribus, qui gratuito officium Visitationis secretorum carcerum exerceat, eo quod deputatus à Camera non tam facile, nec tam frequenter Aduocatum pauperum adiret. Vnde Paulus V. ad consulendum carceratis, hunc quoque Constitutione sua ad visitandum carceres, & ad adeundum Aduocatum, vt supra, obligauit. Præterea ostendenda sunt Aduocato à Notarijs causarum originalia iuxta eā-

38 dem Constit. Paul. V. LXXI. *Tit. de regist. extrac. §.*20. vbi sic loquitur Pontifex: *Pauperibus dentur gratis extractus, & ostendantur etiam originalia*

39 *pauperum Aduocato similiter gratis.* Agnoscens verò Paulus V. quot pauperum Aduocato onera imponeret, dari ei in adiutorem Procuratorem ex Collegio Procuratorum voluit: Et *eadem constit. de Aduoc. procur. §.*15. disposuit vt infra: *Vnū procuratorem idoneum cum competenti salario, qui patrocinium pauperibus gratis præstet, singulis annis deputent Procuratores in eorum Collegio, & factam deputationem denuncient Aduocato pauperum, quo eius opera vti, & pauperes ad eum, cum occurrerit, mittere possit.* Disposita tamen in hoc vltimo Capitulo non fuerunt vsu recepta renuentibus Procuratoribus hoc onus in se suscipere; cum adessent Procurator pauperum à Camera, & Procurator Caritatis pro pauperibus carceratis; necnō alius Procurator pauperum viduarum ab ipsa Caritate mercede conductus, quorum omnium opera ille vti poterit, quando opus est.

40 In dubium vocatur à nonnullis quousq; pauperū Aduocatus teneatur ipsos defendere. Ad cuius rei explicationē dicēdū est teneri semper, si cognoscat reum bonum ius fouere, vel causam esse dubiam, etiam post latam sententiam; imò etiamsi probabilior opinio sit in contrarium. Etenim in eo casu nec ipse profert, nec Iudicem cogit ad proferendam in fauorem rei sententiam; sed solum proponit rei iura petendo, vt melius expendantur. Ita *Lori. 1.2. disp.39 num.2.* Et magis in puncto Pater Merol. *tom.1. disp.3. cap.4. corol.6. nu.56.* cum alijs, quos refert & sequitur *Summ. Dian. in ver. Aduocatus. num.3.* Et Idem Diana. *part.2 Tit.13. resolut.6. & par.4. tom.3 resol.47.* Atque ad istud propositum dixit Ant. de Butr. *in cap per tuas. qui filij sint legitim.* quem citat & sequitur Cæpol. *caut.67.* patronum causæ non solum debere allegare rationes, & iura concludentia pro cliente, sed etiam persuasiuas, & præsumptiones. Quotiescumque vero cognoscit reum dignum esse pœna, non peccat desi-

stendo

stendo ab eius defensione, non tamen debet vltra aliquid Iudici insinuare in Rei præiudicium. Ageret enim contra proprium officium assumendo partes accusatoris, vel Iudicis. Ita Toletus *in summ. cap. 60. lib. 5. Tit. de Aduoc. vers. dico tertio.* vbi allegat D. Thomam, & alios. Limitat tamen Sotus *lib. 5. de iust. & iur. q. 5. art. 3.* itaut non procedat, quãdo alius, si pauperũ Aduocatus non insinuaret Iudici reum dignum esse pœna, grauissimè tertius læderetur: quia hoc casu teneretur prodere. De qua limitatione quicquid sit in terminis iuris communis, fortè dubitari posset quoad Aduocatum pauperũ Vrbis, de quo dicit Cõstitutio LXXI. Paul. V. *Non possit contra Reos ad offensam, etiamsi causa extra carceres agatur, patrocinando, aut alias quomodolibet sub quouis prætextu interuenire.*

41 Grauem sane prouinciam suscepit pauperum Aduocatus sese tot subijciens oneribus pro carceratis; leuem tamen reddit caritas, quæ omnia patienter suffert; præsertim cum habeat Aduocatus tot viros sanctitate conspicuos quos æmuletur. In-

42 ter cæteros habet S. Iuonem relatum inter Sanctos postulante Philippo Galliarum Rege, præmissa examinatione, & matura deliberatione die 16. Iunij 1347. per Clemente V. Adeptus est Iuo nomen Aduocati pauperum: quia vt scribit Surius *in eius Vita: die 19. Maij. tom. 3.* pupillos, & orphanos egregiè tuebatur, & pro eis diuersis in locis adibat Iudices patronum se exhibendo, sola pietate, & iustitia permotus: Immo proprijs expensis causas illorum defendebat, vt in eius vita, quam nupertime copiose vna cũ miraculis edidit Petrus Cheuet Parochus S. Iuonis de Vrbe. *In opere impresso. anno 1640.*

43 Habet etiam quos imitetur; D. Ambrosium egregium Ecclesiæ Doctorem, qui vndecim annos in foro causas etiam pro pauperibus egit; vti & Sanctum Raymundum Petrafort. Decretalium compilatorem, qui à Clem. VIII. Sanctorum catalogo ascriptus est, & alios longa serie productos à Iacobo Ben. *de priuil. Iurec. priuil. 71. numer. 7. Fonsancl. de pact. nup. clauf. 3. glos. 1. num. 1. & per totum, signanter num. 20. & Barbos. de potest. Episc. par. 3. alleg. 79. num. 19. & 20.*

CAPVT IV.

Aduocatus, & Procurator Fisci.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus Fisci primum ab Adriano Imp. institutus.*
2 *Aduocatus Fisci quis.*
3 *Aduocatus Fisci ex quibus olim eligebatur Romæ sub Cæsaribus.*
4 *Aduocatus Fisci ex quibus modo eligitur Romæ sub Pontificibus.*
5 *Aduocati Fisci recensentur.*
6 *Aduocati Fisci Epithetainsignia.*
7 *Aduocati Fisci priuilegia.*
8 *Aduocati Fisci officium in quo consistat, & quid debeat agere.*
9 *Aduocatus Fisci Calphurnius Longinus sub Antonino Imp.*
10 *Aduocatus Fisci non cogitur contra se, & suos patrocinari.*
11 *Aduocatus Fisci debet interuenire in omnibus causis, in quibus agitur de interesse Principis, & Fisci, eoque absente sententia lata nulla sunt, etiam in causis priuatorum, in quibus Fiscus assistit.*
12 *Aduocatus Fisci debet assistere in Tribunali Cameræ, & alijs, vbi de re Principis, & Fisci agi potest, cur? & quo modo in ijs se gerere debeat.*
13 *Aduocato Fisci inconsulto lucra Fisco delata repudiari non possunt.*
14 *Aduocatus Fisci obique debet Iura Cameræ defendere.*
15 *Aduocatus Fisci in omnibus causis tangẽtibus Fiscum tenetur patrocinari sine præmio ex Constitut. Pij IV.*
16 *Aduocatus Fisci ab instigatoribus propriam iniuriam, vel interesse prosequentibus potest aliquid percipere ob patrocinium, si dare voluerint.*
17 *Aduocatus Fisci meminisse debet se esse Aduocatum pro veritate, & iustitia.*
18 *Aduocatus Fisci tenetur interesse omnibus Visitationibus Carcerum.*
19 *Aduocatus Fisci Reorum, etiã extra carceres existentium, defensionem suscipere non potest.*
20 *Aduocato Fisci iniunctum, vt simul cum Gubernatore visitet carceres, tum secretos, tũ publicos.*
21 *Aduocatus Fisci potest allegari suspectus.*
22 *Procurator Fisci non à Iudice, sed à Principe eligitur.*
23 *Procuratoris Fisci officium honorificum, quod Septimius Seuerus aliquando exercuit.*
24 *Procurator Fisci æquiparatur Aduocato, & alios Aduocatos præcedit, cæteris paribus: ex præstantioribus eligitur.*
25 *Procurator Fisci eiusmodi esse debet, vt crimina, quæ alijs obijcit, ipsi non possint imputari.*
26 *Accusans alium, qualis ipse debet esse.*
27 *Procurator Fisci non minister cupiditatum, ac passionum instigatoris, sed procurator veritatis esse debet.*
28 *Procurator Fisci quando admittitur in Camera Apostolica; iurat de rectè administrando officium.*
29 *Procurator Fisci abstinere debet à promouenda lite calumniosa, & cauillationibus.*
30 *Cauillatio quid.*
31 *Cauillationis exemplum ex Seneca.*
32 *Procurator Fisci non debet esse eiusmodi, qualem suo tempore fuisse scribit Gramatius.*
33 *Procurator Fisci non debet aliquem indebitè vexare: alias puniendus.*
34 *Procurator Fisci non debet se ingerere in causis priuatorum, nisi ex lite priuati commodum Fisco accrescat.*
35 *Procurator Fisci habet se ad instar priuati, nec potest exercere Iurisdictionem.*
36 *Fisco de iure licet appellare, hodie tamen ex generali, & laudabili consuetudine non appellat.*
37 *Fisco adhærenti instigatori licitum est appellare, sed cum clausula de dando cautionem, de refirẽdo expensas in casu succumbentiæ; dummodo talis cautio à parte petatur.*

38. *Fiscus appellationi per condemnatum interposita ad augendam pœnam adhærere non prohibetur.*
39 *Appellatio condemnati in causis pecuniarijs spectantibus ad interesse Fisci, nisi facto actuali deposito non admittitur; quando.*
40 *Appellatio cōdemnati in causis corporis afflictiuis, etiam capitalibus, retardans executionem non admittitur, nisi Iudex ex conscientia cognosceret sententiam esse iniustam.*
41 *Festinatio nouerca solidi iudicij.*
42 *Executio sententiarum, quæ in contumaciam feruntur, si aliqua in parte deficiant; differtur, quomodo, & quibus seruatis.*
43 *Executionem sententiæ præcipienti, etiam Principi, Iudex obedire non debet, si ex conscientia iniustam esse nouerit; sed ad Principem scribendum.*
44 *Cunctatio de morte hominis nulla vnquam sera.*
45 *Procuratori Fisci mandata relaxationis carceratorum tradenda vt subscribat, vel exceptiones deducat, vltra vnam diem apud se retinere non potest.*
46 *Procurator Fisci iniquus apoplexia correptus vsum dexteri brachij amisit, & paulò post miserè vitam finijt.*
47 *Valens Imperator, cum vellet subscribere sententiæ eiectionis S. Basilij dextera manu apoplexiam passus est.*
48 *Procurator quidam Fisci post mortem in purgatorio detentus, quod differret subscribere mandatis relaxationis carceratorum.*
49 *Procurator Fisci locus sessionis olim post Aduocatum pauperum, hodie post Aduocatum Fisci.*

1 ADuocatus Fisci ab Adriano Imp. institutus fuit. *Bud. in annot. ad pandect. Tit. de off Quæst. Grauat. ad Vestr. in praxi lib. 2. cap. 8. num. 2. Et idem Vestrius in praxi. eodem lib. 2. cap. 9. num 2. Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 7. Tit. 2. num. 1. vers. Adrianus. & 13. vers. Et Lucius multa in Pragmat. Regn. Sicil. Tom. 1. Tit. 5. nu. 1. & Franc. de Alfaro de off. Fiscal. glos 9. num.* 30.

Hoc munus erat annuale cum primo institutum fuit. *l. cum aduocato.* C. *de aduoc. diuers. iudic.* Deinde fuit ad biennium prerogatum. *l. Sancimus. tit. eod.* Nunc perpetuum est. *Grauat. ad Vestr. vbi supra num.* 3.

2 Definitur autem ab eodem *Alfaro d. glos. 9. nu. 23. in fin. & 24.* vt sit ille, qui supremi Principis negotia, siue ad rem vel patrimonium; siue ad iustitiæ complementum pertinentia, in Iudicio, in supremis Consilijs, vel Tribunalibus defendit.

3 Eligebatur florente Cæsarum Imperio in Vrbe ex numero centum quinquaginta Togatorum Præfecti Prætorio. *l. cum Aduocatio.* C. *de Aduoc. diuers. Iud. cum alijs relatis a Collegio Iuridico Argentoratensi Pandactarum vniuersi Iuris. lib. 3. tom. 1. rubr. de Aduoc. Fisci. num.* 50. Eligebatur autem qui prior erat tempore iuxta dispositionem. *l. binos.* C. *de Aduoc. diuers. Iudiciorum.* quia præsumebatur præstantior. *Bald.* ibi, ex eoque repetunt *Peregrin. tit. 2. num. 12. Alfar. de off. Fiscal. glos. 31. num. 5. vers. nec sine delectu.*

4 Postea Romæ sedentibus Summis Pontificibus ab ipsis eligitur ex ordine Aduocatorum Consistorialium. *Fulgos. in d. l. binos.* C. *de aduoc. diuer. Iudicior.* dum ait ex illa descendere, quod seruatur in Curia Romana. Nam antiquior Aduocatus Consistorialium est Aduocatus Fisci Ecclesiastici. *Et Vestr. d. cap. 8. in fin.* ibi *Is vtique est eiusdem Consistorialis ordinis*, Hoc tam superior, quam nostra ætas vidit seruatum fuisse cum ex d. ordine continuata serie electi fuerint *Ioannes Baptista*

5 *Caccialupus*; *Ioannes Baroncellus*; *Dominicus Iacobatius de Fateschis*, mox Cardinalis; *Iustinus Caroscius*; *Vespasianus Casius*, filius Angeli, & frater Pauli, & Federici Cardinalium; *Antonius Gabriel*; *Siluester Aldobrandinus*; Pater Clem. VIII. *Petrus eius filius*; *Honuphrius Camerarius*; *Horatius Burghesius*, frater germanus Pauli V. *Tiberius Cerasius*, mox Thesaurarius; *Paulus Coperchius*; *Ioannes Baptista Spada* senior, & Iunior; quorum prior iuste promeruit nomen *clarissimi luminis*, quo fisci Patronus decoratur à Iustin. Imperatore. *l. restituenda.* C *de Aduoc. diuers Iudic.* Cum ad Iuris prudentiæ apicem euectus singula Romanæ Togæ subsellia suo fulgore illustrauerit: Alter vero ex Fisci patronatu ad maiores honores, ac Vrbis regimen, & Patriarchatum Constantinopolitanum facile sibi aditum parauit. *Antonius Cerrus* qui Insignis Aduocati Elogium a Rota promeruit. *decis. 327. num. 3. par. 4. recen.* omnium pene Italiæ Principum patrocinio, ac lectissimo etiam Vrbani VIII. est Francisci Cardinalis Barberini iudicio comprobatus dum ab vno in præcipuis Sedis Apostolicæ negotijs; ab altero in suis Generalis Auditoratus munere ascitus fuit; Huic suffectus est *Petrus, Franciscus de Rubeis Romanus*, Filius Hortensij olim Cameræ Apostolicæ Commissarij clarissimus Iuris Consultus, vir notæ probitatis, dignus in publicis muneribus apud fel. rec. Vrb. VIII. & Sanctiss. D. N. Innocentium X. Antonij Cerri successor.

6 Aduocatus Fisci dignitatem habet, & priuilegia insignia. *l. binos* C. *de aduoc. diuer. Iudicior.* notantque *Bald. ibi, & Peregr. d. lib. 7. Tit. 2. num. 15. in princ.* ideoque inter clarissimos recensetur. *l. 1. l. laudabile. l. restituendæ.* C. *de Aduoc. diuers. Iudic. Peregr. d. nu. 15. vers.* Clarissimus dicitur. *Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 8. nu. 70. Gabriel. Berart. in speculo Visitationis cap. 12. nu.* 2. Spectabilis titulo decoratur. *l. in sacris scrinijs. §. modum.* C. *de proxim. sacro. scriniorum lib. 12. & §. vetus. in fin. Auth. de Iudicibus. collat. 6. Peregr. d. num. 15. vers. & spectabilis. Mastrill. d. cap. 8. num. 71. Berart. d. nu. 2. circa medium.* Illustris dignitate. *Cassan. in* Catalog *gloria mundi. par. 7 consider. numer. 33. Peregr. d. num. 15. vers. vt etiam. Alfar. de off. fis. d. glos. 31. nu. 6. post med. vers. Et Illustri.*

7 De Iure sedet Aduocatus Fisci coram Principe. *Mastrill. d. c. 8. nu. 73. Berart. d. nu. 2. post med. vers. Et sedem.* Præcedit eius consiliarios. *Peregr. dicto nu. 15. ante med. vers. Et plura.* Omnes Aduocatos etiam antiquiores. *Grauat. ad Vestr. d. c. 8. num. 2. Peregr. d. nu. 15. post med. vers. & Aduocatus.* Dicitur Liberatus a Curiali conditione. *l. fin.* C. *de Decurion. lib.* 10. A patria potestate. *§. propterea. Auth. constitutio, quæ de dignitatibus. Alfar. dicto glos. 31. nu. 11.* Habetque plura specialia quæ numerant. *Io. Garz. de nobilit. glos. 3. in princ. & glos. 35. nu.* 41.

*num.*41.*Peregr.d.nu.* 15. Adeo vt possint etiam filij apud eum legitimari, & mancipia manumitti *l.laudabile.vers. quotiescumque. Et vers. His insuper.* C.*de Aduoc.diuers.Iudic.*

8 Illius officium in eo consistit, vt Causas Fisci agat. *l.*1.C.*de Aduoc.fisc.* Etiam illas, quæ a Delatoribus nunciatæ sunt. *l.omnes* C. *de Delator. lib.* 10.*l.post.legatum.§. Aduocatum fisci. ff. de his quæ vt indig.* suppeditando videlicet sua Procuratori fisci, & Consilio iuuando iuxta declarationem *Collegij Argentoratensis.*Pandect.*d.lib.*3.*Tit.*1.*nu.* 49. *in fin. iuncto num.* 51. Vt tueatur, & defendat Iurisdictionem ac omnia iura regalia Principis. *Mastrill.d cap* 8 *nu.*83.*Berart.d.cap.*12. *num.* 7. Vnde infert. *Alfar.d.glos.*9. *nu.* 33. quod teneatur prosequi omnes lites, quæ pertinent ad patrimonium, & Iurisdictionem Principis, & sic etiam confinium: quia sunt de attinentibus ad illum; Et prosequatur omnia crimina: Et multas, ac pœnas Fisco quæsitas petat.

Etenim diligenter, prosequi debet omnia commoda Fiscalia. *l. pen.* C. *de Aduoc. Fisc.* Et plurimum curare, ne suo vitio fiscus aliquid detrimenti patiatur. *l fin.*C.*de bon.vacant.lib.* 10. *Peregr.de Iur.Fisc d.lib.*7. *Tit.* 2. *num.* 7. vbi dicitur quod si calumniosam instituerit litem, meretur in expensis de suo proprio condemnari: *text.in l. seueriter.* C.*de excus.tut.* cum alijs ibi allegatis. Præterea debet subtiliter inducere, & allegare omnes rationes facientes pro parte fisci, vt induxit Colphur-

9 nius Longinus Aduocatus Fisci Antonini Imp. *l proximè ff. de his quæ in testam. delent. ecste Berart.d.cap.*12.*num.*7.*vers substantialiterque.* Non

10 tamen cogitur contra se, & sua patrocinari. *l. petitionem.*C.*de Aduoc diuers. Iudicior.* quia caritas primo incipit à se ipso. *l.præses.* C. *de seruit. & aq. Peregr.cit.lib.*6.*Tit* 2.*nu* 8.

Quapropter debet interuenire in omnibus causis, in quibus agitur de interesse Principis, & Fisci, adeo vt sine eius præsentia nequeant expediri, & sententiæ latæ eo absente sint nullæ, & inualidæ *l.fin.*C.*de Aduoc.Fisci l.*2.C.*si aduers.Fisc.l.non intelligitur.§. diuus. & l.si Fiscus.ff. de Iur. Fisci. Garz.de Nabal d glos.*3 *in princ. numer.* 12 & 13. *Peregr.d.tit.*2.*num.*3.*Mastrill.d.cap.*8. *numer.*78. *Berart.d.c.*12.*num.*11.*Alfar.de offic.fiscal.glos.* 16. *Tit.de fisco agente priuileg.*65.*num.*210 *gloss* 18.*de*

11 *Fisco defendente.priuil.*8.*num.*15. Quod procedit etiam in causis priuatorum, quibus Fiscus assistit. *Cabeda.decis* 119.*num.*5 *par.*2. *Mastrill d. cap.* 8. *num.*79 *Berart.d.num.*11.*vers. vbi ampliat.* Ideo Procurator Cæsaris debet Aduocato Fisci præsente cognoscere de causa inter Fiscum, & priuatum *l.* 4. C.*de Aduoc.Fisc.* alias sententia rescindetur. *l. si*

12 *Fiscus. ff. de iur. Fisc.* Hinc oritur Ipsum debere assistere in Tribunali Cameræ, & omni Concilio, atque Aula, vbi de re Principis, ac Fisci agi potest, non modo vt ferat suum votum, sed præcipue adhoc, vt, si videat commoda fiscalia occultari; vel lædi, aut Iustitiam subuerti; Votantibus expresse contradicat: & sicut præ ceteris post Calicam *Margarita fisci in princ. num.* 4. animaduertit Berart. *d.cap.*12.*num.*11. Vbi subdit. *Hoc tamen ab eo videtur explicandum sine contentione modeste se gerendo, dum vota contra eius sententiam proferuntur*: ex notat. a Gram. *decis* 10.*in fin. Cabed dicta decis.*119.*in fin.par.*2.& *Mastrill.d cap.*8.*nu.* 88.

13 Neque etiam possunt lucra Fisco delata repudiari inconsulto Aduocato fisci. *l.*1.C.*de repud.bonor. possess. Et ibi glos.Peregr.d.Tit.*2.*num.* 2. *vers. & præterea Alfar.d.glos.*16. *de fisco agente priuileg.*

14 66. *num.* 212. Vnde in antiquis Constitutionibus Tribunalis Cameræ Sancitum fuit, vt Aduocatus, & Procurator Fiscalis tam in Camera Apostolica, quam extra, interesse ipsius Cameræ studiosè curent: & cum in ea, vel alibi de prædicto interesse sermonem haberi audierint, illud quantum iustitia postulauerit sine aliquo respectu teneantur defendere; etiamsi extra Cameram aliqua causa, siue Iudicium ciuile, siue Criminale intentatum fuerit; & quando fiet aliqua declaratio incursus pœnarum eidem Cameræ applicatarum, vel absolutio ab eisdem de omnibus per ipsos Aduocatum, & Procuratorem detur Cameræ Apostolicæ opportuna no-

15 titia, vt possit in omnibus prouidere. Et *in §.* 38. Constit. LVIII. Pij IV. cauetur, quod Aduocatus Fisci in omnibus causis criminalibus, & alias Fiscum tangentibus, vbi articuli iuris emerserunt, interueniat, & Procurator Fisci ipsum super hoc omnino requirere teneatur, & in eis absque vllo præmio patrocinetur. Possit tamen ab instigatoribus

16 propriam iniuriam, vel interesse prosequentibus, si quid sponte dare voluerint, illud percipere, quod repetitur in Const. LXXI. Pauli V *Tit.de Aduoc. pauper.& Fisc.*9.15.*num.*3.*in Bullar fol* 193.

17 Meminisse etiam debet Aduocatus Fisci, se esse Aduocatum pro veritate, & Iustitia; vt per dictum Pium IV. in *præfata Constit. LVIII.* § 38.*in fin.* In illis verbis: *sed pro veritate, & iustitia causam Fisci tueatur.* Quod repetit Paul. V. *cit. Tit.vers. Fisci Aduocatus.Iason de Antef. vers.* 3. *absern.* 3. *num.* 215. Ibi, *Et signanter curent veritati intendere.*

18 Quod vero attinet ad Visitationem Carcerum in vtraque Constitutione subditur Aduocatum Fisci in omnibus Visitationibus carcerum adesse teneri,

19 nec Reorum etiam extra Carceres existentium defensionem assumere posse; sed pro veritate, & iustitia causam Fisci tueri. Quapropter § 3. dicta Const. LVIII. Pij IV. iniungitur Gubernatori Vr-

20 bis, quod semel in mense vna cum Aduocato Fisci, & alijs per se ipsum visitet carceres tam secretos, quam publicos, vltra Visitationem ordinariè fieri solitam semel in hebdomada. Quod etiam disponitur in Constit. LXXI. Pauli V. *§.*23 *tit. de carc.*

21 Illud hoc loco non est prætermittendum Aduocatum Fisci suspectum allegari posse secundum opinionem *Mastrill.decis* 151. *numer.* 49 & 51. & latius *decis.* 214. Vbi in vtramque parte disputat Fontanell. *decis* 30 *per tot.* Hæc de Aduocato fisci: nunc ad eiusdem fisci Procuratorem veniamus.

22 Fisci Procurator tantæ dignitatis est, vt illius electio non à Iudice fiat, sed à Principe. *l.*1. *ff de Procur.Afflict.decis.*366.*num.*3. alias processus est nullus. *Eadem decis.num.*5. *Peregr. de Iur. Fisc. lib.*7. *Tit.*2.*num.*5. Vnde alias in Visita fuit notificata illius deputatio facta à Sūmo Pontifice. 1544.14.Maij Capit. *D. Gubernator retulit Sanctitatem D. N. mandasse viuæ vocis oraculo, quod D. Petrus Balus prosequatur exercere officium Fiscalatus, donec*

Sancti-

Sanctitas sua prouideat de alio Fiscali.

23 Fisci itaque meritò officium dicitur *Honorificũ*, quod Septimius Seuerus ante adeptum Imperium exercuit. *Tiraq. de nobil. cap. 6. nu. 22. in fin. Donat. Ant. Marin. resol. 202. num. 12.* Hinc est, quod Aduocato Procurator Fisci æquiparetur. *l. non intelligitur. §. Diuus Adrianus. vers. In integrum restituuntur. de Iur. Fisc. Mastrill. decis. 214. nu. 4. & 5.*

24 Immo etiam alios Aduocatos, dummodo aliam dignitatem non habeant, præcedit. *Grauat. ad Vestr. lib. 2. cap. 8. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. Tit. 2. numer. 15. in fin. vers. vbi amplius voluit.* Et ideo eligi debet de præstantioribus. *L. omnes. C. de Aduoc. diuers. Iudicior.* Quod seruatur in Curia; in qua eliguntur celebres Iurisconsulti, ac notæ probitatis, quique laudabiliter antea se gesserunt, quales quoque se eligisse dixit Theodoricus apud Cassiodorum *lib. 1. var. cap. 22.* Ibi: *Ijs apud nos suffragijs placere meruisti, vt dignus existeres ad publicas causas eligi, qui gessisti hactenus sub integritate priuatas.* Et

25 iure quidẽ Procurator Fiscalis eiusmodi esse debet, vt crimina de quibus alios causatur ipsi imputari non possint. Nam vt Cicero *de diuinat. in Verrem* rectissime dixit: *Multa oportet esse in eo qui alterum accusat: primum integritatem, atque innocentiam.*

26 *Nihil est enim, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit sua reddere.* Prudenter alius inculcat: Quod alijs vitio vertas, ipse ne feceris. Nulla sanè salus Reip. maior est, quam eos, qui alterum accusant (maximè quando sunt ad id à Principe constituti) non minus de laude, de honore, de fama sua, quam de illorum, qui accusantur fortunis, & capite pertimescere. Accusare enim debent ij, qui nullo modo suo peccato impediuntur, quo facilius alterius peccata demõstrare possint, ne audiant Ciceronem illis exprobrãtem: *Obijcies ne id alteri crimini, quod ipse fecisti. Audebis ita accusare alterum, vt quo minus tute condemneris, recusare non possis?*

27 Neque mirum si eiusmodi in Procuratore Fiscali requiratur probitas, cum non minister cupiditatum, ac passionum, quibus impelluntur Instigatores, sed procurator esse debeat veritatis. *Ambros. in*

28 *suo process. Iuf. lib. 1. cap. 2. num. 6. & 7.* Atque hac de causa, dum admittitur in Camera Apostolica, iurat de rectè & fideliter administrando officium suum, quod in eo potissimum consistit ex Constitu-

29 tionibus LVIII. Pij IV. & LXXI. Pauli V. vt abstineat à promouenda lite calumniosa, & vt cum primum de calumnia lite cœpta, vel de Rei innocentia constiterit, abstineat etiã non expectata sententia.

30 Quod, cum ita sit, quanto magis debet à cauillationibus abstinere. Ea est enim natura cauillationis, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt perducatur. *l. ita est. de reg. iur.* Cauillationis exemplum ponit Seneca *de benef. lib. 7.* ad hunc modum: *Is, cuius prostituta sunt, leno est: omnia autem sapientis sunt; inter omnia autem prostituta sunt, ergo & prostituta sapientis sunt, leno autem est cuius*

31 *prostitua sunt, ergo sapiens est leno.* Eadem cauillatione vetant sapientem emere, vel mutuum accipere, & similia, Dicunt enim: *Nemo rem suam emit; omnia autem sapientis sunt: Ergo sapiens nihil emit.*

32 Neque eiusmodi debet esse Fisci Procurator, vt eius vox pene extra organum sit, vt dixit *Quintil. lib. 11. inst. orat.* cui græci nomen amaritudinis dederunt, de quo dici potest, quod de suo tempore dicit *Gram. decis. 10. in fine*, ibi: *Ex quibus dum ita votassem, in eandem sententiam concurrerunt, cæteri Regij consiliarij &c. Non obstante importunitate Fisci Patroni potius clamoribus, (vt consueuit) quam iuribus imbuti, & à consueto susurro, & maledicentia non recedentis.* Huiusmodi viri dicuntur cornicari, quia cornicum more multa frustra, & inepte garriunt. De illis quoque prouerbialiter asseritur *Chius Coum loqui non finit*: Multo

33 minus debet Procurator quẽquã indebitè vexare, alias grauiter puniẽdus est; ex text. expresso *l. vniuersi. C. vbi caus. Fiscal. ver. siue à Procuratore vexatus fuerit iniurijs.* Et paulo inferius: *si in prouincialem hanc audaciam quisquã moliri ausus fuerit, publicè viuus concremetur. Gram. decis. 60. nu. 21. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 62. numer. 16 Guaz. in præfat. num. 16. in fin.* quod videtur ex *psalm. 139.* desumptum: *Labor labiorum suorum operiet eos: cadent super eos carbones: in ignem deijcies eos.* Et psalm. 119. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam: sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatorijs.*

34 Cumque Fisci procurator tantummodo sit, non vltra crepidam procedere debet, neque ingerere se in causis priuatorum: in illis enim audiri nõ debet. *l. res quæ. § licet de iure fisc.* Pius V. *Const. LVIII. in Bull. fol. 60.* nisi ex lite priuati aliquod interesse fisco oriri posset. *Franc. decis. 132. Caball. resol. 168. num 8. & 9. Thom. Carneu. de for. comp. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 9. num. 703. 704. 705.*

35 Habet enim se procurator Fisci ad instar priuati, nec vllam iurisdictionem exercere potest. *Peregr. de iure fisc. lib. 1. Tit. 1. num. 12. Guaz. in def. 1. cap. 6. num. 1. circa fin. vers. cum vere & numer. 4. Giurb. cons. 79. nu. 21. Cartar. in dec. crim. caus. 44. nu. 22. & seq.* Cætera quæ de procuratore fiscali dicenda supersunt, clariora fient ex infrascriptis declarationibus.

36 Declara primo, vt de iure liceat Fisco appellare. *l. illud de appell. Grammat. decis. 14. num. 12 Gabr. de malef. concl. 14. Far. quæst. 101. num 30.* cæterum Fiscali hodie de generali, & laudabili consuetudine denegatur appellatio; de qua *Magon. decis. Lucen. 58. num. 3. Franc. decis. 141. Far. q. 101. nu. 32. Grammat. decis. 14. num. 12. & 13. etiam Constitutio Pontif. Pij IV. de reform. Trib. Audit. Cam 56. §. 17. & Pauli V. const. 71. §. 17. vers. qui etiam. Tit. de Proc. fisc. in Bullar. fol. 193.*

37 Declara secundo, vt non procedat in instigatore fisco adhærente, cui non est interdictum appellare. *l. a sententia. & l. ab executore. §. alio. de appell. Couar. pract. quæst. cap. 15 Gabr. de malef. concl. 14. numer 8. & 9.* ad cuius tamen instigatoris appellantis instantiam signatur commissio cum clausula, *Data cautione de reficiendo expensas tam prioris quam vlterioris instantiæ in casu succumbentiæ. Far. quæst. 101. num. 30. in fin. Cart. dec. 51. a numer. 5. vsque ad fin.* vbi plenè: præcipue *num. 10. & in dicta Constit. Paul. V. 71. §. 17. vers. qui etiam.* Quod tamen sic intelligendum est, vt procedat, dummo-

do

do talis cautio a parte petatur ex traditis à Marsil. *in sua prax crim.§.nunc videndum nu.t.2. & seq.* quem citat & sequitur Farin. *loco cit.*

38 Declara tertio, vt licet Fiscus, quemadmodum supra diximus, non appellet, appellationi tamen per condemnatum interpositæ, ad augendum pœnã adhærere non prohibratur *l.ampliorem.C.de appell. Peregr decis.194 num.8. & per totum. Giurb. decis.30.* Quod tamen de iure non admittit *Franc. decis.467. num 6. & seq. Fontan. decis. 122. à numer.12.ad fin.*

39 Declara quarto, vt pariter non admittatur appellatio condemnati in causis pecuniarijs, nisi facto actuali deposito, si condemnatus diues sit: Si vero pauper, data cautione in forma depositi. vt disponũt *Motus proprij* Pij IV & Pij V. desuper editi. Et propterea consueuit Signatura rescribere in huiusmodi causis appellationum cum clausula *seruata forma Motus propry Pij IV. Baiard.ad clar.§ fin. q.94.num.28 Far.q.101.num.102.* De quarũ constitutionum viribus *Sess. decis.91. num. 39. & 40. lib.t.& decis.416.num.13.lib 4. Fontan.decis.120. 121 & 122.per tot.* & signanter *num.5.& 19* Hæc tamen declaratio non procedit, quando tractatur de interesse Fisci Baronum, vel aliorum subordinatam iurisdictionem habentium. Tunc enim absque deposito, & cautione respectiuè admittuntur appellationes; eo quod Constitutiones Pontificum prædictæ ad interesse Cameræ Apostolicæ se restringãt. *Farin.q.101.num.104. Fontan. decis.123 nu.17. & seq.*

40 Declara quinto, vt vigore earumdem Apostolicarum Constitutionum nullatenus admittatur Appellatio in causis corporis afflictiuis, et am capitalibus, retardans executionem; nisi Iudex ex conscientia cognosceret sententiam esse iniustam, seu nullam. Tunc enim debet se ab executione absti-

41 nere, & cunctari vsque dum Princeps consulit posfit; cum solidi iudicij nouerca sit festinatio. *cap.pastoralit.§.quia vero sæpe.de off.deleg.Rolan.cons.92. num.13. lib.3.* Idemque affirmat non obstantibus dictis constitutionibus *Cartar.de banit.cap.fin.numer 87.143.203. Farin.q.tt. num.34. & d.q.101.*

42 *num.109.& seq.* Sane in Curia practicatur, vt in causis executionis sententiam in contumaciam latarum, quotiescumque in vlla parte reperiuntur defectuosæ, differatur executio ad hoc, vt possit à defendentibus condemnatum impetrari à Sanctissimo commissio admissionis ad nouas defensiones, quam signare facit Datarius, seu Subdatarius, quotiescũque ad illum defertur; dummodo in calce, vel à tergo adsit manus Procuratoris Fiscalis cum verbis (*potest signari*) idque deseruit, vt Sanctissimo constet preces veritate niti.

43 Amplia dictam limitationem vt procedat, ita vt neque etiam Principi executionem huiusmodi sententiæ præcipienti Iudex obedire debeat. *l.rescripta contra ius. C.de precib. Imp. offeren.* Sed eidem Principi rescribere tenetur. *cap si quando rescript.* Et supersedere per dies triginta. *l.si nundinis. C.de pen.Gram.cons.32.numer.11.14 & 15.* cum nulla vnquam de morte hominis cunctatio sera sit. *Buccar.de diff.205.num. 4.Fontan.decis.121. numer.8.*

44 Quacumque constitutione, aut rescripto non obstante. *Bald.cons.359. proponitur quod inter agnatos & spurios. num.1.& seq.lib.1.Cartar.de execut. sent.cap.fin. num.327. Farin.q 37.num.74.& 77. Fontan.de pact.nupt claus.8.glos.10 par.2. nu 35. Cyriac.contr.59.nu.13.Cartar. decis.crim.cons.72. num.96.cum seq.*

45 Declara sexto, vt Procurator Fiscalis in vim dictarum Constitutionum sieut debet citari; & in eius domo dimitti originalis citatio, vt in calce ipsius ponat exceptiones seu rationes pro Fisco facientes; ita disponitur, vt non possit illam vltra diem penes se retinere, sed illas die sequenti restituere teneatur. Monendus propterea est, vt pareat; nec differat illarum restitutionem; &, vt fururũ nisi fecerit, non solum in altero, sed etiam in hoc sæculo pœnas luat; quẽadmodũ contigit nostris tẽporibus Procuratori Fiscali, qui omnem penè exuerat humanitatem. Has citationes penes se per complures dies retine-

46 bat: interdum etiam subscribere nolebat. Factum est, vt apoplexia correptus vsũ brachij dexteri perdiderit, Paulo post sub fel. record. Clem. VIII. misere vitam finiuit. Huiusmodi enim homines inhumani, quo tempore mortui potius quam quo nati sunt memoriæ tradendum est. Non dissimilem pœnam incurrit Valens Imperator dum conaretur tabulis proscriptionis D.Basilij subscribere. Dextera enim dissolutis neruis tota contremuit. Ille, qui recusabat subscribere illi, ad quod tenebatur; iste, quia tentabat, quod non licebat, merita pœnas persoluit. Non desunt nostro tempore exempla, quæ tamquam lippis & tonsoribus nota, non est quod exprimam.

48 Cum igitur vigore *d.Const.LXXI.* Pauli V. *Tit. de Fisc.Proc.in princ.* causæ expediri non possint, nisi eo vocato, & audito; deducat quam celerrimè iura pro Fisco facientia; & abstineat à dilatione expeditionis causarum, & retardatione subscriptionis pro reorum excarceratione. Vt id facilius fiat, referam, quod nuper legi in quadam historia. M.S.Nostra ætate obijt in Vrbe subitanea morte extinctus, quidam fiscalis Procurator. Apparuit pijssimæ mulieri, cui nomen Antonia, Philippo Nerio tunc inhumania agenti, noræ & gratæ: illam rogauit, vt curaret à propinquis suffragia applicari pro anima sua pœnis purgatorij excruciata, eo quod dũ esset Fiscalis, & ad ipsum mãdata Relaxationis carceratorum deferrentur, quibus subscriberet, differret subscriptionem: insuper italico sermone adijceret: *lasciali stare là in prigione*.

49 Declara septimo locum Procuratoris Fiscalis in Visitatione olim, antequam interueniret Aduocatus Fiscalis, fuisse post Aduocatum pauperum, progressu temporis post Aduocatum Fiscalem.

Liceat hic pro corollario referre, quæ in his officialibus requisiuit Theodosius scribẽs Aduocato Fisci, vt Cassiodorus *Var. lib.1. cap.22.* refert: *Per medium iustitia tramitem moderatus incede, vt nec calumnia innocentes graues, nec tuis petitionibus retentatores ex honores. Illa enim vera lucra iudicamus, qua integritate suffragante percipimus. Nõ ergo quoties superes, sed quemadmodum vincas ingerimus. Acquitatem nobis placiturus intende, nõ quæras de potestate nostra, sed potius de iure. Victorias quando laudabilius à pa te Fisci perditur, cum iustitia non habetur. Nam si Dominus vincat, oppressio sinuidia est; Aequitas vero creditur*

si

si supplicem superare contingat. Non ergo paruo periculo causas dicimus, quando tunc fama nostra proficit cum te commoditas iniusta subducit. Quapropter sit interdum causa mala Fisci, vt bonus Princeps esse videatur: maiori quippe compendio perdimus, quam si nobis indebitè victoria suffragetur.

CAPVT V.

Vicarius, seu eius Locumtenens.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Vrbis est de maioribus Officijs: exercetur per vnum ex Collegio Cardinalium: durat ad vitam.*
2 *Vicarij Papæ in Vrbe Iurisdictionem continentes Pontificum Constitutiones referuntur.*
3 *Vicarij Vrbis Iurisdictioni quinam subsint.*
4 *Vicarij Vrbis facultates in Visitatione carcerum ex Clem. VIII.*
5 *Vicarij Vrbis Locumtenens descriptus inter Visitatores, quem locum Sessionis habeat.*

1 VIcarius Vrbis est de maioribus officijs. Exercetur per vnum ex Cardinalibus, qui deputatur à Summo Pontifice: vsu receptum est, vt tota eiusdem Cardinalis vita duret. De Vicario Papæ in Vrbe & ipsius iurisdictione habemus quamplures Constitutiones Pauli II. *nu.* 1. Const. XXVIII. Iulij II. in qua meminit de Capitulis declaratorijs Iurisdictionis Curiarum Vrbis per Sixtum IV. formatis. Pauli III. *in ordine* 36. Iulij III. *Constit. II.* Pij IV. *Constit. III. §.6.* Pij V. *Constit XVIII.* & Pauli V. *Constit. LXXI. §.7. nu.5. vers. Vicarium, & Senatorem.*

3 Huius Iurisdictioni non solum subijciuntur omnes Clerici, & personæ Ecclesiasticæ. *cap. decernimus. de Iud. Marta de Iud. p.1. cap.9. Crass. de effect. Cleric. effect.1. Farin. quæst.8. Thom. Carneual. de for. comp. disp.2. quæst.6. sect.1. lib.1. Tit. num.392. cum sequen.* Sed etiam alij. *Vest. in sua praxi cap.16. num.1. lib.2. Vant. de nullit. ex defect. Iurisd. delegat. num.13. Rota in Romana Casalis. Trisort. 15. Februarij* 1593 *coram Litta.* de qua *March. de cōmiss. par.2. §.4. fol.*369.

4 Immo Clemens VII. *Const. XXIII. licet Ecclesia.* Vbi tractans de facultate Vrbis Vicarij, disponit inter cetera his verbis: *Carceres quoque visitandi, votum dandi, & de carceratorum liberatione, vel condemnatione ad pecuniarum solutionem cum cæteris Visitatoribus statuendi, & ordinandi facultatem concedimus. datum* 1529. 10. *Kal. Octob.* in Bull. antiquo anno 1586. impress. apud hæred. Antonij Bladi Cam. Apost. impress.

5 In libro Decretorum Visitæ incæpto 15. Octobris 1530 legitur Locumtenēs Vicarij Papæ descriptus inter Visitatores post Locumtenentem A.C. & iste solus Locumtenens loco Vicarij in Visitationibus carceratorum interuenit. Sed & post primum Locumtenentem Gubernatoris. De cuius Gubernatoris Locumtenentibus, sicuti de Locumtenente Auditoris Cameræ interessentibus in Visita particulariter sermonem non habemus, eo quod sufficiāt dicta à nobis supra vbi de Gubernatore, & Auditore Cameræ tractauimus.

CAPVT VI.

Procuratores Pauperum, ac Caritatis.

SECTIO I.

De Procuratore Pauperum.

SVMMARIVM.

1 *Carceratorum negotia, desideria appellantur.*
2 *Procurator pauperum non debet carceratos inani spe lactare.*
3 *Actum est, quo sensu veteres vsurparunt.*
4 *Carcerati pauperes omni diligentia defendendi.*
5 *De Carceratorum defensione Ciceronis elegans dictum. Procurator pauperum debet frequenter adire carceratos.*
6 *Procuratorum mercenariorum facies apud ingratos clientes triplex; Angeli ante litem, hominis in lite, diaboli post litem. Procuratoris pauperum facies semper eadem esse debet.*
7 *Procurator pauperum curare debet, ne quid cōtra carceratos inhumaniter fiat.*
8 *Procurator pauperum frequenter adeat Iudices, & Tribunalia deprecaturus pro carceratis.*
9 *Procurator pauperum instare debet sollicitè, vt carceratorum causæ citò expediantur.*
10 *Dormitandum non est in lite.*
11 *Pauperes in litibus cur sæpè opprimantur.*
12 *Crimina leuia de plano discutere Proconsulem oportet.*
13 *Procurator pauperum sit diligens in obtinenda copia indiciorum pro Reo.*
14 *Procurator pauperum quo modo agere debeat cum Iudicibus in defensione reorum.*
15 *Breuitate vtendum est in causarum instructione.*
16 *Procurator pauperum abstinere debet a cauillationibus.*
17 *Procacitate linguæ vitæ Rei, qui defenditur, sordes non eluuntur.*
18 *Procax si quis adeo fuerit, vt non ratione, sed probis putet esse certandum, infamis redditur.*
19 *Aduocatos impios loquelam amittere.*
20 *Aduocatorum procacitatem reprehendit Sanctus Bernardus.*
21 *Procurator pauperum si negligenter defendat reos in causis capitalibus, maximè inhumanus, immo crudelis habendus.*
22 *Procurator pauperum moneat carceratos, vt ita se in carcere gerant, ne intemperantia, vel immodestia causam suam deteriorem reddant.*
23 *Rei mæsto oris habitu, & mutata vitæ indicijs sæpè conciliarunt sibi iudicum animos: L. Pisonis exemplum.*
24 *Procurator pauperum non debet facile inÿcere Reis spem liberationis.*
25 *Litigantes dicuntur se committere fortunæ.*

26 *Indi-*

26 *Iudicis sententia æquiparatur casui fortuito.*
27 *Lites à Cicerone vocantur pericula.*
28 *Litigantes plerumque, si condemnentur, culpam non in vitia rerum, sed in patronos reijciunt.*
29 *Procurator pauperum inuigilare debet, ne rei capitis in spem vitæ ab alijs inducantur.*
30 *Procurator pauperũ cauere debet à verbis æquiuocis cum Reo.*
31 *Procurator pauperum Iudices sententiam laturos inducat ad lenitatem, & reorum, si fieri potest, absolutionem.*
32 *Iudicem in absoluendo est melius peccare quam in condemnando.*
33 *Pœna legum interpretatione mollienda, potius quam exasperanda.*
34 *Iudici melius est à nimio rigore in iudicando, & condemnando abstinere.*
35 *Procurator pauperum factis decretis pro liberatione carceratorum sollicitus sit, vt mandata expediantur.*
36 *Oscitatio in partus enixu lethale signum est.*
37 *Procurator pauperum quid agere debeat, quoties dimittuntur cum pœna exilij carcerati.*
38 *Procurator pauperum eligitur à Iudice, vbi nõ est aliquis ad hoc munus publico stipendio conductus.*
39 *Patronus recusans patrocinari gratis pauperi, potest ad tempus ab officio procuratoris arceri.*
40 *Pauperi Rex Galliæ litis expensas subministrat si cum eo litiget.*
41 *Procuratoris pauperum meritum ostenditur exemplo Chorantis.*
42 *Procuratorem pauperum publicis stipendijs constitui valde expedit Reipublicæ, & obseruatur apud Gallos, & Hispanos.*
43 *Procuratoris pauperum officium quales viri in Vrbe exerceant.*
44 *Procuratoris pauperum officium exercere in Vrbe nemo æque potest, prout conductus à Camera, seu Caritatis.*
45 *Procuratoris pauperum munus exercere voluit, olim societas Curialium, sed res successu caruit, cur?*
46 *Agis Regis dictum in eum, qui verbis, non re iuuare poterat.*
47 *Carcerati frustra implorant opem eorum, qui misereri non possunt.*
48 *Curialium Congregationem captam pro pauperũ carceratorum patrocinio prohibuit Pius V.*
49 *Procuratoribus pauperum multa iniunguntur in Vrbe non solum iure communi, sed etiam peculiaribus sanctioribus Pontificum.*
50 *Procuratoribus pauperum quænam iniuncta à Paulo V. in eius Const. LXXI.*
51 *Procuratores pauperum in numero plurali, qui nã dicuntur in Constitutione Pauli V.*
52 *Procuratores pauperum contra reos ad offensam agere quando possunt.*
53 *Procuratores pauperum quando ob patrocinium possunt aliquid à diuitibus recipere.*
54 *Procuratori pauperum dantur gratis scripturæ.*
55 *Procurator pauperum quibus functionibus debet interuenire.*
56 *Procurator pauperum instare debet pro obseruatione Constitutionis LXXI. Pauli V. ad pauperum carceratorum vtilitatem.*
57 *Procurator pauperum insignis Octauius Belus dignus, quem successores imitentur.*
58 *Procuratoris pauperum manus à muneribus mundæ esse debent.*
59 *Agrippa inter Senatum, & plebem constitutus arbiter, quia manus mundas habuit, eiusdem paupertas.*
60 *Procuratores pauperum tenentur ad damnum ex ipsorum negligentia, vel imperitia proueniens.*

1 MEminerit in primis Procurator pauperum carceratorum negotia ipsorum *Desideria* appellari. *l. omnia. ff. de off. Præsid.* Vnde eleganter à S. Augustino *in quadam Epistola ad Hieron.* dictum est: Cum quis in puteum cecidisset, & aquæ eum suffocarent, accessit alius, eoque viso admiratus ait, quomodo huc intrasti? Obsecro, inquam, quomodo hinc me liberes? non quomodo huc intrauerim quæras. Etiam celeritas, vt est in adagio, in desiderio mora est. Cupiunt carcerati & dictum, & factum simul incedere. Prudentis tamen procuratoris erũt partes in defendendo reum procedere, prout illi vtilius erit: Eo etiam reclamante. Quandoq. enim festinandũ est lentè. Interdum etiam qualitas causæ requirit, vt à memoria Iudicum, quantum fieri potest, per aliquod tempus amoueatur, & cunctando salus Reo restituatur, vel saltem pœna ratione carcerationis diuturnę minuatur. De Romanis prouerbium circumfertur: *Romani sedendo vincunt postquam cunctando restituit rem Fabius*, vt testatur Manutius.

2 Non sunt itaque à Procuratore inanibus verbis nutriẽdi, cum sint cuiuslibet vel minimæ moræ impatientes; semperque expectent tanquam de Cælo descendentem illam vocem à Procuratore, *Ad fauorem vestrum actum est: Ilicet*: Quibus verbis designabatur etiam apud veteres finis Iudicij. De 3 ea enim re dicta verba, Actum est, scribit *Aelius in Adelphis Terentij* proferri consueuisse de qua lata iam esset sententia: *& Donatus in Phormione* ait: *Sic, Iudices de concilio dimittebãtur cum præco pro-* 4 *nunciasset*, Actum est, Ilicet, *id est, ire licet*. Sunt propterea omni mora postposita defendendi; ideo, vt optimè dixerit Excellentissimus omnium Orator Cicero, qui multos iniquè circumuentos iudiciorũ laqueis eripuit: *Non defendi homines sine vituperatione fortasse posse, negligenter defendi sine scelere non posse*. Hoc præmisso deducemus ea quæ sunt Procuratoribus quam diligentissimè, & celerrimè peragenda.

5 Frequenter accedant ad carceres, vt instruantur de iuribus carceratorum, illosque foueant & solentur hilari semper vultu. Dixerunt adden. *ad decis.* 123. *Afflict. Magon. decis. Flor.* 71. *num.* 13. *& Mauzon.* alios adducens *De caus. exec. ampl.* 32. *nu.* 33. *&* 39. Procuratorum faciem esse triplicem; Angeli, ante 6 litem; durante lite, hominis; cessante & finita; diaboli, quãdo honorarium sibi debitum petunt, quod de ingratis Clientibus dictum protestatur. Decet autem pauperes carceratos obuijs, vt dicitur, vlnis excipere, & faciem illius, qui eos defendit ob amorem Dei, à quo recepturus est manentem mercedem, debere semper eamdem esse, illamque Angeli, vt de ipsis dici non possit, vocem quidem esse vo-

cem

cem Iacob, manus autem, manus Esau, nec laborare podagra, vt dixit Io: Eudæmon *lib. vnic. ep.* So. quem refert *Lancel. de priuil. paup. par. 1. quæst. 2. num. 24.*

Deindè inter se diuidant, si sint plures, vt sunt in Vrbe, causas, & alia ministeria præstanda carcera-7 tis iuxta cuiusque munera. Præterea, curent, ne quid contra coniectos in carceres per commentarienses, vel alios ministros inhumaniter fiat. Et si quid contigerit, denuncient Gubernatori, cæterisque, ad quos spectat, grauamina omnia, quæ inferuntur, vt in officio delinquentes condignè puniātur iuxta textum *l. carceri ff. de custod. reor. & l. 1. C. eodem. Tit. Paris de Put. de Sind. in ver. crudelitas.*

8 Insuper adeant domos, & subsellia Iudicum, sollicitè deprecentur, vt carceratorum indigentijs, etiā victus, benignè succurrant, vt tenentur. *l Iudices. C de Epis. aud.* vbi Honorius, & Theodosius ad Iudices aiunt: *Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari libellis duabus, aut tribus diurnis Bald. in l. illicitos §. ne potentiores in fin. ff de off. Præs.* Rip. *post alios in l. 4. hoc autem iudicium. ff. de damno inf. Put de Sindicatu. ver. carcer. num. 3. & ver. expensa. cap. 2. & ver condemnatio cap. 2. fol.* 150. In Vrbe tamen quoad alimenta pauperibus carceratis præstanda non est opus adire Iudices, cū onus hoc sit impositum Archiconfraternitatibus Caritatis, & Pietatis, vt diximus supra, vbi de illis tractauimus.

9 Eorumdem Procuratorum munus est instare diligenter, vt causæ pauperum carceratorum quam celerrimè, & quam breuissimè fieri potest, expediātur Silicet in paruis exemplis grandibus vti Alexāder Magnus interrogatus quomodo potitus esset 10 Græcia? respondit nil procrastinans. Vetus adagiū de omnibus litibus dicitur, *Ad cras non est dormitandum in lite*. Quod si alicubi locum habeat maxime in litibus pauperum carceratorum, pro quibus iura disponunt, *Vt aut conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. l fin. C. de custod. reor.* Tullius *in Ver. Act. 2.* dixit, Hoc omnium sermone percrebuisse nō apud Romanos tantum, verum etiam apud exteras nationes, in iudicijs illorum temporum pecuniosū, quamuis sit nocens, neminem posse damnari, iuxta illud *spa fis redimuntur crimina nummis*.

11 Ita enim isti carcerari pauperes sint, & miserabiles, nec habent quod offerant in iudicio, propterea timendum est, ne etiam innocentes plerumque opprimantur, vt dixit D. Isid. relatus. *cap. pauperū* 11. *q. 3.* cum non defendantur ab ijs, quorum est institutum ex alienis calamitatibus commoda sibi comparare, & clientulis frequenter obijcere: Qui eget lucerna oleum infundat. Quare maximè debent pauperum Procuratores pro illis insudare, & omnes machinas adhibere, vt liberentur. Quod diligētius agendum, vbi crimina sunt lenia, ob quæ Rei in carceribus detinentur. *l. leuia. ff. de accus.* ibi, *leuia crimina audire, discutere de plano Proconsulem oportet, & vel liberare eos, quibus obijciuntur, vel fustibus castigare.*

13 Compilato processu informatiuo assignatisque Reo defensionibus sint assidui in obtinenda Copia indiciorum, vel ostensione originalium; Iudicesque & Notarios in illis petendis præueniant, nec expectent ab ipsis præmoueri, ambiguæ laudis] Procuratorem pauperum existimantes, qui muneri suo non sua sponte, sed iussus fungatur. Quidquid enim imperio cogitur exigenti magis quam præstanti acceptum refertur.

14 In defensione Reorum nouerint ijdem Procuratores, vt facilius audiantur, & exaudiantur à Iudicibus, ita se gerere debere, vt quotiescumque agendum est coram supremis Magistratibus verba *In pondere*; quando vero cum Iudicibus valdè occupatis *In mensura* proferantur. *Peccant* enim *In publica commoda*, qui Officialem publicum *nimio sermone* detinent occupatum vt cecinit Horatius.

„ *Cum tot sustineas, & tanta negotia solus;*
„ — *In publica commoda peccem,*
„ *Si longo sermone morer tua tempora Cæsar.*

Debent enim Procuratores pauperum pro salute carceratorum, quos defendunt, efficere sibi Iudices propitios. *l. intra vtile. ff. de minor. l. arbiter. ff. qui* 15 *satisd. e g.* longa autem narratio fastidium generat. *cap. significauit. de pænit. & remiss.* quodque conuenit breuitatem sectari, legitur *lib. 2. Machab. in in fin.* gaudent enim breuitate moderni; dixit *glos. in rub. ff. quod vi metusue caus.*

16 Quamobrem maxime abstinere debent à cauillationibus, & iniustis defensionibus, neque in causis docere testes, aut partes falsa loqui, vel vera supprimere. Sint præterea modesti in sermone; illudque *Eccles. 20.* obseruent: *Aurum, & argentum tuum confla, & verbis tuis fac stateram, & ori tuo frenos rectos*; Non enim, vt dixit Cicero *in Salustium* (vel quicumque fuit auctor illius Declama-17 tionis) *In procacitate lingua vitæ Rei, qui defenditur sordes eluuntur*: & impudenter loquentibus cōtingit illud Terrentij *in Andria* relatum *à Gratian. & glos. ver. audeant. post cap. 1. §. decimam. 13. q. 1* nimirum: *Qui pergit dicere quæ vult, ea quæ non vult audiet*: quod citat D. Hieronymus *in Rufinum*, vbi sic: Nihilque super hoc audies, nisi illud e triuio; Cum dixeris quæ vis, audies, quæ non *vis*. Sciāt pauperum Procuratores, quod procaces defensores, qui non ratione, sed probris putant esse certandum, redduntur infames. *cap. infames. §. Item* si quis adeo procax fuerit, vt non ratione, sed probris putet esse certandum. 3. *q. 7. cap. in loco benedi-*19 *ctionis. 5. q. 4.* Et qui lingua peccant, in lingua etiā viuentes sæpè puniuntur. *§. sæpè inst. quibus modis non est perm. fac. test.* Vbi tex. ait: Litteratos loquelā amittere. Idque dicit *glos.* maxime de impijs Aduocatis. Quod tu nota, quisquis offitio Aduocati 20 fungeris. De his quoq; D. Bernardus *lib. 1. cap. 9. de consid. ad Eugen.* dixit: *Miror namque quomodo religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes Aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem, quam ad inuentionem proficiunt veritatis.* Clamosæ allegationes assimiliantur ranis, dum insana, & inflata modulatione velut ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas inferunt.

21 In causis capitalibus, quas cum Nænio poeta *Sonticas* appellare possumus, quod translatum est à leg. 12. tab. quæ *Sonticum morbum* appellant non vulgarem, sed tam molestum, vt reus non cogatur apud Iudices comparere, vt declarat Manutius *Adagio*: Sontica causa; Procuratores pauperum omnia

omnia diligenter ac circumspectè curent: quæ ad carcerati defensionem quocumque modo spectare poterunt: ob oculos semper habeant carcerati miserrimam conditionem: cogitent sedulo Reorum sanguinem, & vitam ipsis creditam esse; quam proinde negligere, aut perfunctorie defendere summæ foret inhumanitatis, immo crudelitatis. *cap. vbi periculum. de elect. in 6. l. t. Et si quis. de Carb. edic.* In iudicum animos insinuanda, quæ vel excusationē, vel criminis extenuationem inducere possunt: ab ijs, quæ lædunt oratio deflectet: in causæ turpidine commendent personæ dignitatem: & si persona laborent, ex facto gratiam quærant; persuadeant boni & incorrupti Iudicis esse non personam, sed rem, quæ Iudicij sit propria, spectare; medicorum exemplo, qui amaram potionem ægrotis exhibent, vt amaritudinis fallāt sensum extremas poculi oras melle oblinunt. Nam vbi agitur de vita hominis cautius agendum est, omnia diligenter, ac sollicitè exploranda, inuestiganda, adducenda quæ ad illius defensionem, & liberationem, vel saltem pœnæ diminutionem poterunt conferre.

22 In huiusmodi porro caussis capitalibus Procuratores ita agere debent cum carceratis, vt intelligāt sic viuendum esse in carcere, tamquam sacro quodam loco ne intemperantia, vel immodestia; caussam suam deteriorem efficiant, reddantque hac ratione suspiciones, præsumptionesque criminum obiectorum fortiores. Procuratorum igitur partes erunt quotiescumque carceratos compererint moribus adeo deprauatis, vt ne quidem se in carcere reprimere possint, sed concaptiuis, ac custodibus molestiam inferant (quod interdum videmus vsu venire) illos grauiter, ita tamen vt marinam (quod aiunt) auditionem fluuiali abluant sermone increpare, dubio litis euentu terrere; iræ, vltionisque Diuinæ metum incutere, vt his perculsi, ac prioris vitæ pœnitentia ducti ad modestiam, sobrietatem, pietatemque se conuertant; eaque ratione Deum propitium sibi reddant, innocentiæ opinionem apud Iudices concilient, vt delictorum veniam, vel pœnarum moderationem obtineant. Notum est multos reos ex tristissimo oris habitu, sup-

23 plicatione, alijsq; mutatæ vitæ indicijs etiam inexorabilis Iudicis sæuitiam flexisse. Sufficiat vnum referre exemplum ex Valerio Maximo *lib. 8. cap. t.* L. Calphurnius *Piso accusatus quod graues, & intollerabiles iniurias socijs intulisset, cum prostratus humi pedes Iudicum osculaietur, os suum cæno repleuit, quod conspectum totam quæstionem à seueritate in mansuetudinem, & clementiam transtulit, quia satis iam graues etiam socij pœnas dedisse arbitrati sunt huc deductum necessitatis, vt abijcere se tam suppliciter, & attollere tam deformiter cogeretur.*

24 Illud etiam quam maximè aduertant Procuratores, ne carceratis, liberationis absolutionisque spem promittant. Quippe qui inani spe tenentur, quod volunt miseri, facile credunt. Etenim varia sunt Iudicum ingenia, variæ opiniones, varijs sæpe

25 affectionibus motibusque ducuntur, vel etiam impelluntur. Vnde factum est, vt litem inferentes dicantur se committere fortunæ. Certe, quod fortunę

26 subiaceant lites, textus est *l. seruus. ff. de stat. hom.* quodque Iudicis sententia æquiparetur casui fortuito dixit Bartolus *l. per imprudentiam. ff. de euict.*

27 Propter quam causam Cicer. *in Orat. pro Cæcina* vocauit lites, *Pericula*. Inde ortum habuit vulgare illud dictum: *Habent sua sidera lites*. Quod refert Scacc. *de sent. & re iud. glos. 10. quæst. 24. num. 16. prope fin. ver. In tantum. pag. 433. adden. ad dec. 12.*

28 *num. 63 par. 3. recent.* Alia ratio, propter quam nō debent fouere in carcerato spem liberationis Procuratores est, ne in casu condemnationis culpa omnis in imperitiam, seu negligentiam ipsorum refūdatur. Est enim inter cætera ꝙ graue & metuendum id, quod ingenitum est pæne litigantibus cunctis, vt cum existiment omnia esse in potestate Patronorum, omnem certaminum exitum illis soleant ascribere; & non vitijs rerum, aut iniquitati aliquoties disceptantium, sed solis defensoribus irascantur, vt scitè annotauit Amianus Marcellinus *lib. 30. fol. 452.* & quotidiana docet experientia. Quanto magis id euenit, si Rei conqueri poterunt se inani spe victorię delusos fuisse. Certè, quidquid sit in alijs locis, in Romana Curia frequentius assignanda est succumbentia iniquitati disceptantium, vel negligentiæ defensorum, cum causæ Criminales diligenter examinantur in Congregationibus, In quibus interueniunt Iudices, Fiscalis Procurator, eorum substituti, & illis præsunt primarij Prælati, qui omnes in causis huiusmodi ferunt suffragium, omnibus prius exactè discussis, auditis Procuratoribus, & Aduocatis. Quippe probè norunt se in terris Dei vicem gerere, foreque vt, si male iudicauerint, pœnas debitas luant. Qui proinde difficilius labi, fallique possunt, quam vnus aut alter, aut etiam plures Procuratores, qui cum victi miseratione, & spe victoriæ transuersim rapiantur, facile sibi, ac carcerato spem liberationis pollicentur, quæ eos

29 sæpè fefellit, atque etiam fallet. Quare Procurator pauperum non solum se gerere debet, vt diximus, sed etiam inuigilare, ne ab alijs carcerati ob causā capitalem in spem vitæ ex iustitia causæ vel ex gratia obtinenda inducantur. Vidi ego aliquando Reū ad mortem condemnatum, cui Religiosus quidam antea spem dederat vitæ, cum maxima difficultate adductum ad Sacramenta recipienda; identidem repetēs velle alloqui dictum Religiosum; nec quidquam cogitans de purganda conscientia, parum abfuit quin ad patibulum absque sacra exomologesi duceretur.

30 Immo debent ipsimet Patroni cauere, etiam à verbis æquiuocis super expeditione causarum, præsertim capitalium. Licet enim, vt *Seneca in Oedip. act. 2. in princ.* dixit

„ *Dubiam salutem qui dat afflictis, negat.*

Ipsi tamen rei capitis mirum est, quam facile quælibet verba, quæ audiunt à Procuratoribus, vel etiā ab alijs, quantumuis dubia ad fauorem propriæ salutis interpretentur.

„ *Quod enim miseri volunt, hoc facilè credunt.*

31 ait idem *Seneca in Herc. furent.* Iudicibus autem de capite liberi hominis sententiam laturis non desistant Procuratores serio, ac sæpè inculcare digniora esse imitatione, quæ excellentiora sunt pietate. *cap. in pœnis. de reg. iur. vbi glos. in ver. benignior. D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 23. ad Marcellinum.* & Cicero *lib. 1. de off.* dixit *Melius esse in mi-*

32 *sericordia quam in seueritate, & in absoluendo, quā*

in condemnando peccare. Facit *l.respiciendum ff. de pæn.* vbi licet nec seueritatis, nec clementiæ gloria affectanda sit, tamen in leuioribus causis proniores ad lenitatem Iudices esse debent, in grauioribus pænis seueritatem cum temperamento benignita-
33 tis subsequi. Et *l.interpretatione. eod. Tit.* dicitur: *Interpretatione legum pana molienda sunt potius, quam exasperanda*. Optime vero in hanc rem quadrat textus *l.Arianus.ff.de act. & oblig.* vbi si de liberando agatur, faciliores esse debemus ad liberationem; si de obligãdo quæratur, propensiores esse debemus, si occasionem habeamus, ad negandum. Suadeant itaque Iudicibus, vt occasionem quamcumque poterunt, etiam remotam (cum tex.generaliter loquantur) arripiant Reos liberandi, vt laudabile illud animi solatium consequantur, de quo Cicero *pro Pub.Quintio*.ait: *Mauult quisquam com-*
34 *memorare se, cum posset perdere, pepercisse, quam cum parcere potuerit, perdidisse*: Vtque non incidant ipsi Iudices in illud malum relatũ à *Gratiano cap.plerumq §.de his etiam.vers.vnde bene leuita 2. quæst.7. Noli esse nimis iustus quia iustus est, qui perit in iustitia sua, & iudicium sine misericordia erit illis, qui nolunt facere misericordiam*.

35 Factis decretis pro liberatione carceratorum solliciti sint Procuratores in mandatorum expeditione, & carceratorum liberatione. Et quia inter Calicem supremaque labra, vt vulgo dicitur, multa cadunt, non quiescant, donec videant illos extra carcerum cancellos; Tunc solum temporis dicuntur eniti feliciter partum pij operis, quod prius parturiebant. Qua in re caueant summoperè, ne oscitanter se gerant. Quemadmodum enim oscitatio in enixu naturalis partus lethale signum est, vt dixit
36 Magister rerum naturalium Plinius: ita quælibet mora, vel minima in carceratorum liberatione interposita maximum potest inferre carcerato detrimentum. Quot fuerunt, qui expedita causa, ob quã detinebantur, & dilata paululum excarceratione, retenti fuerant, superuenientibus alijs præiudicijs, quandoque ab instigatoribus etiam indebitè subministratis?

37 Tandem si carcerati dimittantur cum exilio dẽt operam, vt concedatur terminus competens ad migrandum, seu, vt practici dicunt, ad colligendum Sarcinulas, qui est mensis, plus minusuè Iudicis arbitrio, vt dicturi sumus infra. *De corporali pœna affectis gratis relaxandis lib.2.cap.12*.

38 Hæc sunt officia Patronorum gratis pauperes defendentium; ad quæ possunt cogi ij, quibus hoc onus à Iudicibus imponitur, quotiescumque non erit, qui pauperibus publico stipendio opituletur. *glos. Host. Abb. Felin. & omnes in cap.1. de off.Iud. Bald in l si furiosi.C.de nup. Ias.in §.omnes res.in col.pen. inst.de act.Dec.in cap.2.de probat. numer.4. quos citat & sequitur Couar. pract. quæst. cap.6. num.4.vers.& generaliter*.

39 Quod si Doctor Curiam sequens recusaret mandato Iudicis in patrocinando gratis pauperi obedire, poterit Iudex ei interdicere ad tempus officium procurationis, seu aduocationis. *l.prouidendum.C. de postul.vbi Bal.Rom.in sing.259. Abb.in cap.1.de off Iud*. Et textus optimus est. *l.1. §.cura carnis. de*
40 *off. Praf.Vrb*. Hac prouisione non est opus apud Gallos litigante Rege cum paupere. Nam illis in locis in quibus non est constitutus defensor pauperum publico stipendio, si Rex cum paupere litigat, expensas litis subministrat, vt refert Boer.*dec.324. num.6*. Quod si Rex sua sponte se subijciat oneri expensarum in gratiam pauperis, quomodo audebit mandante Iudice recusare gratuitam pauperis defensionem Doctor, quem leges hac de causa tot decorant priuilegijs, ac Deus ipse tot cumulat bonis, de quibus supra *cap.3. Sect.1. num.11.* vbi egimus de Aduocato pauperum, quæ videre poterit Procurator.

Multa enim ex ibi dictis possunt etiam ipsi vsui esse ad acrius in suscepto munere perficiendo, quoties iniunctum fuerit, extimulandum. Libet referre, quod apud Auctorem non spernendum legi; ex quo conijci potest, quam grata sit Deo carceratorum
41 liberatio. Narrat Iacobus Cauat. Monachus Sancti Benedicti, *In elogijs Anachoretarum in vita Sãcti Paphnutij Heracleota*. Fuisse reuelatum *similem illi esse Choraulum, qui in proximo vico musicum opus ad victum exercebat. Meritum istius ex eo pracipuè facinore acquisitum est, quod dum inter latrones aliquando grassaretur, fœminã mira pulchritudinis in deserto oberrantem, & ieiunam nactus ad speluncam perduxit, & vbi cateris insidias struebat. Huic cibum, & solatium ministrauit. Illa itineris causam interrogata enarrauit à se non iter, sed errorem studiosè quæsitum, quo infalicissimam seruitutem euaderet. Nam vir suus are alieno grauis in carcere detinebatur, tres liberi communi thoro editi in creditoris mãcipia successerant, & ipsa idem periculum fuerat subitura. Nobilis aspectus, comes verecundia, & oration adstipulantes lacrima latronis animum ad commiserationem traxerunt. Itaque madidis oculis spectata tragedia illustris fœmina summam alieni æris sciscitatur, eamque trecentis denarijs donat, quot coniugẽ suum obstringi dixit: ac etiam pulcrioris audacia factum adiecit: Mulierem in Vrbem comitari, & proprio periculo virum, ac filios in libertatem vindicare. Ita nobilis fœmina tutata in deserto pudicitiam, adepta in Vrbe securitatem latronis vnius beneficio etiam perditam familiam in veterem splendorem asseruit. Hunc Choraulum duxit senex Anachoreta secum in desertum, vbi reliquum vita, quod triennium non excessit, sanctissimè peregit, eumque gloriosè euectum ad cælum idem Paphnutius vidit*. Quod si Choraulus pro vnica dumtaxat liberatione eam apud Deum gratiam inuenit, vt post trienniũ visus sit efferri in Cælũ perpetuò regnaturus; quid sperare possunt illi qui gratuito patrocinio tot pauperes liberant e carceribus?

42 Quia tamen non obstantibus præfatis obligationibus, quibus subijciuntur practici legum Professores ad gratuitã pauperum defensionẽ, & priuilegijs, ac meritis (quorum iam supra meminimus) adeo refriguit caritas, vt ferè quilibet quærat tantum, quæ sua sunt, æquissimum visum fuit, & ita fieri conuenit, vt dentur pauperibus litigantibus Procuratores publicis expensis. Hoc enim apprimè congruit Reipublicæ benè institutæ. *glos. in l.1. §.ait prætor. in princ.ff.de postul.* Ita apud Gallos fieri testatur Boer.*dec.323.& 324.n.6*. Idem in Cãcellarijs, & Prætorijs Regijs Hispaniarũ fieri dicit Couar.*pract.99.c.6.n.4*. Et alibi passim obseruatur.

43 Pro-

43 Profectò in Vrbe loci sanctitas facit, vt præcellat hoc munus *Procuratoris pauperum*, ad quod assumuntur viri probi, & docti; publicis stipendijs, atque etiam Ecclesiasticis donantur redditibus; sæpè ad gradus maiores prouehuntur; si laudabiliter se gerant, cæterosque aliarum Ciuitatum pauperũ Procuratores superent, dum compatiuntur carceratis necessaria illis subministrando; illorum defensionem peculiari caritate suscipiunt, prout in Vrbe tenentur præ alijs aliorum locorum. Hi enim illud officium exercent priuatiuè quoad alios, qui non possunt in partem sollicitudinis vocari absque maximo carceratorum præiudicio.

Quod, quia non est notum multis, nec alibi ità seruatur, dicam quid contigit, dum ego Procuratoris Caritatis munus exercerem, vt possit posteris deseruire, si quando similis casus euenerit. 44 Instituta fuit Societas piorum Curialium, qui existimantes opus maximi apud Deum meriti, si concurrerẽt cum Archiconfraternitatibus Caritatis, & Pietatis in defendendis pauperibus carceratis. Cæperunt eos inuisere, alacriter adire, apud Iudices & Notarios instare pro Reorum examine, assignatione defensionum, illorum omnimoda liberatione. Vix operi manus admouerant, cum mihi ferè cessandũ fuerit ab officio defensionis carceratorum. Dum enim apud Iudices & Notarios vrgebam examen, assignationem defensionum, exhibitionem originalis processus loco copiarum; Respondebant non esse hos carceratos sub cura Procuratoris pauperũ, non deesse illis defensores: si habeant pecunias pro Curialibus, qui quotidie comparent ipsorum nomine, inueniant etiam rationem satisfaciendi Notario pro copijs iudiciorũ, mandato relaxationis, satisfactione Custodum, Executorum. Non poterant sibi persuadere, vel certe nolebant illos gratis operam suam nauare. Hi autem Curiales de suo nihil soluere volebant, vel valebant, seque non parum facturos existimabant, si gratis verbis iuuarent. Miserum autem est pauperibus opitulari non posse: miserius videre quidem prostratos, quod autem offeras præter verba non habere. His sanè curialibus dici poterat a pauperibus carceratis, quod Agis 45 Laconicorum Rex, vir singulari prudentia præditus dixit Græculo cuidam Oratori id suadenti quod fieri posse non videbatur. In magno populi concursu subridens; Oratio, inquit, tua non verborum profluentia opus habet, quando ad ea, quæ suades facienda, facultas nulla suppetit. Pauperes carcerati frequenter dicebant huiusmodi pijs viris, quod dici solet communiter ijs, qui consolantur oratione, cum auxilio sit opus: Ne verba quæso pro farinia. Celebre est in hoc negotio illud Pomponij Iuris peculium re, non verbis augendum esse. *l. peculium. la prima §. 1. ff. de pecul.* Quapropter cum intelligerem, quantum detrimenti pauperes caperent ex hac inani curialium industria; comparui in eorum congregatione, & ea, qua decebat humanitate, laudata ipsorum in pauperes carceratos pietate, rem totam, vt supra, exposui. Quo audito, mihique benigniter relatis gratijs; à cæpto opere destiterunt. Quippe agnouerunt non sufficere filum neuisse, sed iuxta adagium, opus esse & acu: frustraque implo- 46 rari à carceratis auxilium eorum, qui, vt Seneca dixit, *Misereri non possunt.*

47 Alia quoque præiudicia pauperum agnouit S. M. Pius V. in huiusmodi Congregatione Curialium, propter quæ, cum tempore sui Pontificatus cæpissent nonnulli se congregare, & collegiali nomine subscribere, illud sub Indignationis pœna prohibuit, statuitque ad Aduocatos Consistoriales priuatiuè quoad alios munus huiusmodi spectare. *Append. §. 1. cap. 12.*

48 Præterea Vrbs hæc, orbis caput, non contenta obligationibus prædictis, quæ de iure communi imponuntur pauperum Procuratoribus, peculiares etiam edidit sanctiones, quæ diuersis Summorum Pontificum Constitutionibus continentur, & nominatim in Leonis X. *Const. XXXVII. §. 2.* Pij IV. *In reform. Trib. Const. LVIII. §. 36. & 37.* cuius verba supra retuli, vbi de pauperum Aduocato tractaui. Tandem Paulus V. *Const. LXXI. de reform. Trib. Tit. de pauperum Procurat. §. 25. & 26.* in quibus ad argumentum, quod tractamus infrascripta 49 leguntur: *Procuratores pauperum, ac ipsorum substituti singulo quoque die carceres visitent, & nomina eorum, qui ad illos ducuntur, ac Iudicum de quorum mandato, ac etiam causas eorum detentionis, & diem cum in liberiori carcere, seu ad Largam ponuntur, & an ante, vel post prandium, siue cænam annotare teneantur, & similiter pecunias, & alias quascumque res, quas inuenerint repertas fuisse penes ipsos carceratos, & deinde omnia ad notitiam D. Aduocati pauperum deducant, ad quem etiam quod ab ipso minimè requisiti fuerint, semel in hebdomada, & interim toties quoties carceratis opus fuerit, accedant. Nihil omnino accipiant non solum à pauperibus, sed etiam si diuites sint. Non possint aliquo modo Procuratores, & substituti cõtra reos ad offensam, etiam si extra carceres ipsorũ reorum causa agatur patrocinando, vel alias quomodolibet, sub quouis prætextu interuenire.* Hucvsque verba Pauli V. loco supra citato, magna ex 50 parte desumpta ex allegatis antecessorum constitutionibus: In quibus dum leguntur nominari in numero plurali (*Procuratores pauperum*) sciendũ est intelligi de Procuratore à Camera deputato, & de alio à Caritate electo, & à Summo Pontifice confirmato, de quo infra proximè dicturi sumus.

51 Quod in Constitutione LXXI. Pauli V. proximè relata dictum est. *Non posse* Procuratores pauperum *contra reos ad offensam agere:* restringendũ est, vt non procedat, quotiescumque Procurator se ipsum defendere debet, vt diximus supra de Aduocatis pauperum, & Fisci.

52 Quod etiam ibidem appositum est; *Nihil omnino recipiant, nec etiam à diuitibus.* Declara vt his temporibus verba illa ex obseruantia subsecuta receperint interpretationem à præcedente Constitutione Pij IV. *super reform. Tribunal. sæpè citata*, in qua habetur infrascripta; *Nihil omnino accipiant à pauperibus, nec etiam ab alijs carceratis, etiam quod diuites sint, sine speciali licentia Gubernatoris, aut saltem pauperum Aduocati.* Cum licentia enim præfata à diuitibus tantummodo recipiunt.

53 Vt verò Procuratores rectè obire possint partes suas in defendendis reis disponitur in eadem Constitutione LXXI. Pauli V. *§. 10. Tit. de Iud. Crim. in princ. & in §. 20. Tit. de Regist.* in hunc modũ: *Pauperibus detur gratis extractus, & ostendantur*

etiam originalia pauperum Procuratori similiter gratis, & absque vlla impensa.

54 Rursus interuenire debet Visitationibus omnibus hebdomadarijs, Gratiosis, secretorum carcerũ, & inhabilium carceratorum, de quibus in dictorum Summorum Pontificum constitutionibus fit mentio, & in hoc opere suis locis tractatur. Olim etiã assistebant in Camera Apostolica, dum causæ pauperum carceratorum discutiebantur, & pro eorum defensione Aduocatum informabant. *vt in d. Constit. Pij IV. LXXXVII. §. 19.*

55 Ipsis quoq; Procuratoribus pauperum, vt supra diximus de Aduocato, iniungitur onus instandi pro obseruatione Constitutionis prædictæ Pauli V. *7t. in fin.* ad publicam præsertim pauperum carceratorũ vtilitatem. In quo sedulò inuigilare debent, ne quid damni litigantes, præcipuè carcerati, cõtra formam eiusdem Constitutionis sentiant. Quod, vt facilius exequantur, aliaque supradicta ipsis incumbentia perfectius adimpleant, excitandos etiam censuimus exemplo *Octauij Beli* Procuratoris pauperum ipso-

56 rum antecessoris, multis ex Visitatoribus adhuc viuentibus cogniti: de quo Buccar. *Tractatu de differ. inter Iud. ciu. & crim. diff.* 151. *num.* 22. dixit: *Non omittam, quod vnus ex dictis Procuratoribus carcerum est D. Octauius Belus, qui ob immensam, ac incredibilem diligentiam, & miram dilectionem in pauperes carceratos, & eius mundissimas, quas in dicto officio manus habuit, quinquaginta annis cõtinuis dicto munere functus est, & adhuc fungitur, quod mirum dictu videtur, sed quia iam senio confectus est, datus est illi Coadiutor.*

57 Iure profectò Auctor commendat, vacuas & mundas manus in pauperum Procuratore. Neque enim aliter posset componere lites pauperum cum diuitibus creditoribus, nec conciliare potentes instigatores cum pauperibus reis, quod est eius munus præcipuum. Quomodo enim poterunt manus plenæ aliorum manus simul coniungere, quæ non

58 possunt ipsæmet inuicem connecti? Exemplo sit *Agrippa Menenius* de quo Valerius Maximus *lib. 4. cap. 4.* sic scribit: *Quanta amplitudinis fuisse arbitramur Agrippam Menenium, quem Senatus, & plebs pacis sentit se facienda auctorem legit? Quantus scilicet esse debuit arbiter publica salutis; Hic nisi à Populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, ita pecunia inops decessit, vt sepultura honore caruisset. Ideirco perniciosa seditione diuidua Ciuitas, manibus Agreppa in vnam contrahi voluit; quia eos pauperes quidem, sed sanctas animaduerterat. Cuius vt superstitis nullum fuit, quod in censum deferretur, ita & extincti hodie amplissimum est patrimonium Romana concordia.*

Ex his agnoscant illi, ad quos spectat, quantæ probitatis, & doctrinæ, quarumque virtutum esse debeant pauperum Procuratores, quorum humeris tot, tamque grauia onera imposita sunt. Eligant viros integros, & corruptelæ nescios; veteris, quod aiunt, moneta: ne audiant Reorum vocem communem: Dederunt nobis defensorem, qui eget defensore: vel priuatam illius Siculi cui, vt refert Cicero *de orat. lib. 2. fol.* 87. cum Prætor Scipio Patronum ineptum dare volebat; Quæso, inquit, Prætor, Aduersario meo da istum Patronum; deinde mihi neminem dederis.

Electi vero ad istud munus, quantum humanæ fert conditio, iniunctum officium fideliter, & diligenter studeant exercere, & *fulgebunt tanquam stella firmamenti. cap. fin. de magist.* Et *labores ma-*

59 *nuũ suarum manducabunt, & illis bene erit.* Sciant si secus fecerint, se ad omne damnum, ex sua negligentia vel imperitia proueniens, reficiendum teneri ex D. Antonini sentẽtia in *cap. Tua. de homicid.* quod singulariter notan. dicit, *Felinus ibidem. col. penult. circa princ. Idem Antonin. cap. calumnia. de pœn. Et ibi Panor. & Hostien.* Latè *Pet. à Bruxo, in sua direct. elect. cap. 24. num. 3. & 4. fol.* 208. quos citat, & sequitur *Damoud. in sent. selec. prax. crim. ver. consiliarius:* Sibique persuadeant vltionem Diuinam non defuturam.

60 Vt itaque animabus, & honori suo benè consultum sit, ita se gerant, vt nihil ipsorum culpæ, inscitiæ, & negligentiæ possit ascribi; sed eos se præstent, vt suadenti vigilantiam pro carceratis respondeant; Currentem mones; facturus etiam prompto animo, quod exigis, etiam si non petant. Hæc de *procuratore pauperum à Camera Apostolica* conducto sufficiant. Ad ea modo, quæ *Procuratori Caritatis* pro pauperibus carceratis incumbunt, deueniam; quorum multa cum pauperum Procuratore communia sunt; quæ non censui supra esse referenda, eo quod ab ipso infra legi possint.

SECTIO II.

De Procuratore Caritatis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Caritatis deputatur ab Archiconfraternitate Caritatis.*

2 *Procurator Caritatis Procuratori pauperum praualet in quo?*

3 *Procuratori Caritatis in Statuto Caritatis iniungitur, vt non quiescat, nisi postquam viderit carceratos extra carceres.*

4 *Procurator Caritatis non tenetur soluere expensas pro pauperibus carceratis, si tempore carcerationis pecunia penes ipsos reperta fuerint.*

5 *Pecunia apud carceratum tempore carcerationis reperta quando, & quomodo, apud Notarium causa reseruanda.*

6 *Procurator, & Pralatus Caritatis in soluẽdis expensis carceratorum non debent magis consulere pecunijs Archiconfraternitatis, quam liberationi carceratorum.*

7 *Caritas simul cum pecunijs inordinatè desideratis consistere non potest.*

8 *Procurator, & Pralatus Caritatis in pauperes liberalitatem exercere debent cur?*

9 *Carceratis, priusquam ponantur in secretis auferuntur bona, & pecunia, quas penes se habent.*

10 *Procurator Caritatis inquirat diligenter non solum de carcerati pecunijs, sed etiam de scripturis, & qua reperta sint, curet statim sigillari, quare?*

11 *Procuratori caritatis multa post visitationem executioni*

cutioni mandanda committuntur à Visitatoribus.

12 *Procuratori Caritatis interdum cõsignatur Reus relaxandus.*

13 *Procuratori Caritatis aliquando consignatur puer proiectus.*

14 *Procuratoris Caritatis fidei stare debent Visitatores, vt & aliorum, qui interueniunt in Visita.*

15 *Procurator Caritatis Sacra Visita Secretarius.*

16 *Secretarij Visita quod munus, quod salarium.*

17 *Procurator Caritatis quatuor curare debet circa carceratum: solamen animi: defensionem causa: refectionem corporis: salutem anima.*

18 *Solamen carceratis quomodo exhibendum à Procuratore Caritatis, & in quo consistat.*

19 *Procurator Caritatis defensionem praestare carceratis debet in quibus causis.*

20 *Defendere innocentes multi recusant ob potentiam Aduersariorum.*

21 *Potentia Aduersariorum aliquando apud Romanos profuit reis in iudicium vocatis; cur? Exemplum ex Valerio Maximo.*

22 *Procurator Caritatis defensionem praestare debet etiam carceratis, quos à suis initio litis defendi videt, cur?*

23 *Procurator Caritatis defensionem praestare debet carceratis etiam Iurisperitis, cur?*

24 *Consilium dare alijs quam sibi facilius.*

25 *Procurator Caritatis defensionem praestare carceratis debet sine alterius praiudicio.*

26 *Procurator Caritatis concurrit cum Procuratore pauperum, in quibus causis, & quomodo?*

27 *Procurator Caritatis, quoad refectionem corporis, carceratis inspiciendo panem, degustando vinum prospicit.*

28 *Procurator Caritatis quoad salutem animarum prospicit carceratis efficiendo, vt quotidie missam audiant.*

29 *Missam à Carceratis audiri voluit Sanctus Cyprianus.*

30 *Missam coram carceratis celebrauit S. Lucianus Antiochenus.*

31 *Missa celebrata coram carceratis pectore Sancti Luciani supplente vicem Altaris.*

32 *Procurator Caritatis, quoad salutem animarum prospicit Carceratis adducendo ad illos doctos, & Religiosos Sacerdotes, & quid hi agere debeant.*

33 *Carcerati ad mortem condemnati quo in periculo versentur.*

1 Archiconfraternitas Caritatis, vt omnem opẽ operamque carceratis impendat, illis deputat Procuratorem. Antiquitus deputabat etiam Sollicitatorem, vt ex eorum Statutis, de quibus in *Append.§.3.cap.3.* Procurator iste habet officium commune cum Procuratore pauperum à Camera deputato, cum quo legitur descriptus à centum annis, & vltra, inter carcerum Visitatores, in libro Decretorum Visitæ, in quo post illum sedet; non tamen post deputatum ab eo, vt fuit resolutum a Gubernatore partibus pluries auditis 18. Ian. 1621. contra deputatum à Domino Octauio Belo pauperum Procuratore prætendentem sedere loco ipsius Octauij. Fuit enim dictum illi non licere, cũ Procurator Caritatis habeat ius ex propria persona, deputatus verò ex alia. *Ad trad. per Ias. in l. more num. 4. ff. de iurisd.* &, vt dicetur infra de Fiscali Capitolino in fortioribus habente Titulum Coadiutoriæ.

Caritatis Procurator præterquam quod concurrit cum Procuratore pauperum in omnibus illius muneribus, habet etiam munia particularia. Prævalet Procuratori pauperum in eo, quod non solo sermone, vt ille, sed pecunia carceratorum indigentijs subueniat, eorumque redimit libertatem soluendo expensas Comentariensibus pro victu in secretis carceribus, & in valetudinario, vt diximus *supra.§.6.cap.1.* Parum enim prodesset sententias, & mandata obtinere, nisi mediante solutione, debitæ executioni demandarentur. *Spec. in tit. de execut. sent. Io. de Amic. conf. 55. num. 2. Asin. in sua praxi* 3 *§.1. cap. 1. num. 1.* Et propterea iniungitur in Statuto Caritatis procuratori, vt non quiescat, nisi postquam viderit carceratos extra carceres. Expensas tamen pro pauperibus soluere non tenetur, si tem- 4 pore carcerationis pecuniæ repertæ sint penes carceratos: ex his enim primo loco pro victu est soluendum, vt pluries dictum fuit in Visita, postea Executoribus, & Custodibus, si supersint; nisi tamen adesset præsumptio vehemens, quod huiusmodi pecuniæ essent aliundè furto ablatæ, vel alia de causa ad aliam spectarent. Tunc enim reseruandæ sunt, penes Notarium causæ in bursa obsignatæ.

5 In his vero expensis soluendis caueant Prælatus, & Procurator, ne nimis strictè se gerant, plus debito amantes indemnitatem Archiconfraterni- 6 tatis, & conseruationem reddituum. Qui enim vtrumque se possidere dicit Caritatem, & Pecunias (si hac in parte sciens, volensque aberrauerit) neutrum tenet, sed ipse à pecunijs tenetur. Dixit enim S. Maximus, quod sicut mors, & vita in eodẽ 7 recipi non possunt, ita Caritas simul cum pecunijs (supple inordinatè desideratis) consistere non potest. Etenim Caritas non solum tollit amorem pecuniæ, sed etiam exponit vitam. Quippe, quæ auxilium alterius, & liberalitatem in alios suam in- 8 terpretatur necessitatem. Eoque libentius dispergere pecunias Caritatis, & dare pauperibus debent Prælatus, & Procurator; eo quod nihil magis vinctos, & alios quoscumque ad reuerentiam, & pudorem, morumque in melius mutationem inducit, quàm officia Caritatis externa, quæ à Prælato & Procuratore proficisci vident.

9 Quoniam vero Carcerati antequam ponuntur in secretis carceribus priuantur pecunijs, & bonis, quæ habent penes se; eaque Cancellario Carcerum traduntur, vt statuit Paul. V. *d. Constit. 71. §. 15. & 16.* inquirat quamprimum Procurator non solum de pecunijs carcerati ad effectum prædictum, sed etiam an scripturæ secretæ penes carceratum fuerint repertæ; instetque vt statim sigillentur. Contigit enim mense Octobris. 1645. mandato Auditoris Cameræ includi in Carceribus Sabellicis quendam, penes quem reperta fuit nota peccatorum pro facta totius vitæ confessione facienda, in qua, inter cætera, erant descripta tria delicta eiusdem speciei, cum eo, pro quo carceratus erat. Carta lecta fuit à nonnullis: visa materia, quam

continebat, statim clausa, ac sigillo obsignata: Deinde Iudici iniunctum, vt nihil ex ea contra Reum deduceret; postea carcerato è carceribus secretis exeunti restituta est.

11 Multa occurrunt in Visita, quæ sunt facti, & executioni demandanda post Visitationem. Hæc, vt plurimum, consueuerunt Visitatores committere ipsi Procuratori Caritatis, nisi ex aliqua particulari causa sint alteri ex Visitatoribus committenda. 1623.26.Ian.Nonæ. *Pasqualis Antonij, & Franciscus Andrea. Concordatis expensis per D. Scannarolum Procuratorem Caritatis relaxentur in forma pauperis.* * 1643.28.Maij.Nonæ. *Marchion. Consignetur Procuratori Caritatis iuxta*

12 *mentem Visita*. Iste Marchion non erat relaxandus donec Dominus ædiũ, in quibus ille prius habitabat, immutasset claues: ideoque ore tenus fuit commissum eidem Procuratori, vt secuta clauium mutatione Marchionis carcerati reciperet consi-

13 gnationem, illumq. liberum dimitteret. * 1644. 21.Ian. Nonæ. *Ioseph puer proiectus. Consignetur Procuratori Charitatis ad effectum ducẽdi ad Archihospitale Sancti Spiritus iuxta formam mandati, Gratis vbiquè.*

14 Ipsius quoque Procuratoris Fidei stare consueuerunt Visitatores, sicut, & aliorum qui interueniunt in Visita. 1623. 6.Iul.Sab. *Iacobus. Stante consensu partis, prout retulit D.Scannarolus Procurator Charitatis; & facta obligatione per ipsum de se repræsentando, postquam conualuerit sub pœna debiti, relaxetur.* * 1650. 15. Septembr. Sab. *Petrus Antonini. Stante partis consensu, de quo attestatus fuit Procurator Charitatis; relaxetur gratis.*

15 Caritatis Procurator est S. Visitæ Secretarius. Eius munus est describere die Martis manè illos,

16 qui volunt comparere in Visita die Iouis, cum expressione temporis, causæ carcerationis, summæ, pro qua detinentur, quoad Ciuiles: eosque adueniente tempore Visitationis euocare, coram Visitatoribus ipsorum petitiones referre, rationibus adiuuare. Eorum, vt supra, descriptorum Listam transmittere debet die Mercurij singulis Visitatoribus. Idem Procurator ob laborem, & scriptu-

17 ram recipit à Camera Apostolica salarium menstruum scutorum trium auri.

Præterea quæ diximus, cura huius Procuratoris versatur circa alia quatuor, circa solamen animi; defensionem causarum; refectionem corporis; & commodum ac salutem animæ carceratorum. De singulis propterea infra, quantum ad nostrum spectat institutum, verba faciemus.

18 Solamen carceratorum in eo consistit, vt Procurator non cesset illos sæpe inuisere, & non solum vultu ipso, atque oculis, sed etiam comiter affari, desiderantem exire non afficiat tristitia, iuuet voto, quoties re non potest, lenibus verbis edoceat qua de causa id tunc fieri nequeat, ad patientiam hortetur; ita vt omnes carcerati magno affectu auxilium quærentes experiantur sibi obuiam ire matrem Caritatem, intimis Procuratoris præcordijs altissimis radicibus infixam. Qui enim nihil in alijs solatij, neque præsidij sentiunt, mirum in modum ipso Procuratoris vultu, & aspectu exhilarescunt: huic acquiescunt cuius caritate, scientia, & consilio omnia sibi propitia sperant; illumq. non secus ac lapsum de Cælo sydus reuerentur; & sollicitudine, ac animi molestijs liberantur. Eadem comitate, & affabilitate excipiat eos, qui apud ipsum pro carceratis institerint; præsertim illorum vxores, quæ muliebri facilitate verbis lacrymas admiscent, & insolitatis eiulatibus, etiam Iudices deprecantur pro viris. Non ægrè ferat etiam si in exponendis suorum negotijs ita molesti sint, vt eos, quod est in adagio; Nec centum ferre possint Aegyptij. Quandoq. tamen, prout opportunum existimabit, salem sed cum oleo adhibebit videlicet admonitionis acrimoniam bonis verbis leniet.

19 Causarum defensio, peculiaris ipsius Procuratoris, ita exerceatur, vt omnia minutè exquirat. Incidunt enim in omnes causæ partes quædam, in quibus Procuratore opus est, in tota causa tanquam sanguis per corpus sparsa. Hæc defensio vi Statutorum Caritatis, de quibus supra, versatur præcipuè circa duo genera causarum. Primum est, si sint leues culpæ, vel eiusmodi, vt facile sit ignoscendum. Secundum si sint graues, & rcinô habeant, qui pro ipsis irascatur, eo quod potentia eius, qui læsus est, non ferat. Hinc varijs plerumque iniurijs afficiuntur à Iudicibus, cæterisque, ad

20 quos spectat. Metuunt enim aliquando ferre auxilium oppressis propter aduersariorum potentiã, & repetunt apud se, quod apud *Senec.lib.4. benef. cap.12.* legitur: *Si reum gratia laborantem*, id est oppressum, *tueor, et hominũ potẽtiã in me inimicitionem conuerto, quas illis detraxero sordes sub accusatoribus fortassis ijsdem sumpturus; cum abire in partem alterã possim, & securus spectare aliena certamina.* Non sic Caritas, non sic: sed contra hos quasi murum se opponit. Nihil est, quod eam possit reprimere. Ab his propterea inextinguibilis exardescens igne caritatis nullis patiatur se concuti perturbationibus, nullis terreri minis, non prece, nec pretio superari: huiusmodi pauperes oppressos confirmet consilio, tueatur auxilio, totis viribus, & iuribus defendat; nec desinat iuuare, etiam si habeant alios coniunctos sanguine, vel amicitia, qui deberent patrocinari: Mendico ne parentes quidem amici sunt: Vnde Terentius *in Phormione*. Act.2.scen.3.

,, *Quia egens relicta est misera, ignoretur parens,*
,, *Negligitur iosa.*

Præsertim concurrente potentia adhærentium Fisco. Reuocat Procurator Iudicibus in memoriam vt diligenter expendant causas, in quibus præua-

21 let potentia Aduersariorum, idque exemplo veterum Romanorum, apud quos potentia etiam euidenter noxijs, dum acrius impugnarentur, profuit. Narrat Cicero *in Orat. pro L. Murena*: refertque *Valerius Maximus lib.8. cap.1.* quod *P. Scipio Aemilianus C. Cottam ad Prætorem accusauit; cuius causa quamquam grauissimis criminibus erat confossa, septies ampliata, & ad vltimum octano iudicio absoluta est. Quia homines sapientissimi verebãtur, ne præcipuè accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur.* *Quos* (subiungit Valerius Maximus) *Hæc secum locutos crediderim: Nolumus caput alterius petentem in iudicium triumphos, & trophea, spoliaque,*

ac

ac deuictarum nauium rostra deferre. Terribilis sit is aduersus hostem, ciuis vero salutem tanto fulgore gloriæ subnixus ne insequatur.

22 Defendat etiam illos, quos viderit initio litis à suis deferi. Nam vt Q. Curtius *lib.5.* rectissimè: *Qui multum in suorum misericordia ponunt, ignorant quam celeriter lacryma inarescant; calamitas querula est, & superba fœlicitas: ita suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena deliberat; & , nisi mutuo essemus miseri, olim alius alij potuissemus esse fastidio.* Hæc retulimus, vt sciat Procurator Caritatis, *quæ patiens est, non quærit, quæ sua sunt, & nunquam excidit*, sibi eadem caritate duce vsque ad perfectam absolutamque carceratorum liberationem esse desudandum.

23 Præterea Procurator Caritatis, si inciderit in defensionem rei, qui fortè iuris peritus sit, solerter patienterq. ope sua, consilio, ac patrocinio iuuare
24 non cesset, cum istius cura cæteris sit difficilior, & molestior. *In suo quisque enim negotio*, inquit, Q. Curtius *lib.7. Hebetior est quam in alieno. Turbida profectò cōsilia sunt eius, qui sibi suadet.* Quippè vt Terentius in *Heautontimor. Act.3.scen.7.*
,, *Itan' comparatam esse hominum naturā omnium*
,, *Aliena melius vt videant, & iudicent quam sua.*
Hinc vulgatum illud: *In causa propria aduocatum quare.*

25 Causarum prædictarum cura peculiaris est ipsius Procuratoris Caritatis ex Statutis *Archiconfraternitatis*, in quibus etiam additur: *Huiusmodi defensionem sine alicuius præiudicio fieri debere.* In alijs causis quorumcumque carceratorum concurrit, vt diximus, cum Procuratore pauperum à Camera deputato, tam in videndis processibus, quam in defensione & liberatione vinctorum;
26 si tempus ipsi superfit, & prius præstiterit ea, quæ iam diximus, & mox dicturi sumus. Quibus etiam accedit onus patrocinādi in causis ciuilibus Archiconfraternitatis Caritatis, quæ & plurimæ sunt, & in diuersis Tribunalibus agitantur.

27 Alterum munus particulare eiusdem Procuratoris Caritatis pertinet *ad Refectionem corporis* carceratorum. Ad ipsum enim spectat inspectio panis, & aliorum ciborum, qui dantur in valetudinario, & in secretis carceribus; an sint debitæ qualitatis, & iustæ quantitatis iuxta Constitutionem Pauli V. LXXI. Tit. *Ordini, & tasse da osseruarsi dalli Guardiani.* Et quoad Infirmos an sint iuxta præscriptum medicorū. In Carceribus Turris Nonæ aduertere debet etiam, an obseruet Commentariensis circa cibationem carceratorum promissa in Instrumento conductionis carcerum, de quo in *Append.8.3.cap.*11. Degustatio quoque vini, quod datur Infirmis, & existentibus in secretis carceribus illi imponitur *d. Constit. loc. cit.* Si compererit vinum, quod datur, laborare vitio, curet illud statim auctoritate Gubernatoris è cella vinaria amoueri, & transmitti pro eleemosyna ad loca pia pauperum, nisi adeo vitiatum sit, vt nec eorum vsibus deseruire possit; Atque vt vno verbo dicā, teneatur carceratos impensè amare, & pro viribus iuuare diligenter inuigilet, vt omnibus illorum incommodis corporalibus opportunè iuxta dispositiones præfatas subueniatur.

28 Vltimum munus Procuratoris Caritatis (longe maius cæteris, quæ diximus, cum versetur circa bonum animarum) est cura peculiaris, vt assiduā sollicitudinem exerceat, ne quid desit carceratis, eorum, quæ ad salutem animarum conferre possunt. Hæc extenditur ad omnes carceratos, etiam non pauperes, quos omnes moneat, vt exuant pellem Leoninam, & induant ouinam.

Consistit autem præfata cura animarum præci-
29 puè in ijs, quæ sequuntur. In primis vt Custodes ducant singulis diebus carceratos ad audiendam Missam, prout eisdem Custodibus iniungitur Cōstitut. LXXI. Pauli V. Moneatque ipsos, ne detrectent ire, præsertim cum non excusentur carceratione à præcepto audiendi sacrum, saltem festis diebus, dum adest Sacerdotis celebrantis copia: quam antiquitus etiam subministrari curauit absens à sua Diœcesi S. Cyprianus Episcopus carceratis vt in *lib. Epistolarum* his verbis: *Quantum autem ad sumptus suggerendos illis qui gloriosa voce Deum confessi in carcere sunt constituti, peto nihil desit; Presbyteri, qui illic apud Confessores offerunt singuli cum singulis Diaconis per vices alternent.* Nec
30 defuit illis, qui secum inclusi erant, S. Lucianus Presbyter Antiochenus diutina fame sexdecim dierum confectus; & diuina ope seruatus. Quinteste Sur *tom.1.* & Baronio *in Annal. tom.3.* vt sacrum celebraretur festo die Epiphaniæ in carceribus; in quos cum concaptiui nescirent quomodo mensam inferrent, aut laterent impiorum oculos, & ob id valde tristes essent; Tum Lucianus; *Mensa*, inquit, *erit vobis hoc meum pectus, non, vt arbitror, Deo futura minus honesta ea, quæ sit ex inani materia. Templum autem sanctum vos mihi eritis; me omni parte circumdantes. Deo igitur efficiente, vt remissis Custodibus omnia citra impedimentum fierent; fecit eos martyr omnes in orbem consistere; iussit suo pectori imponi signa diuini sacrificij; deinde cum sacro ritu omnia peregissent, ipse, & fuit particeps Sacramentorum cum suis, &*
31 *transmisit ad eos, qui aberant.* Hæc quæ narrauimus eo tendunt, vt carcerati intelligant, quam alacri animo Missæ sacrificio interesse debeāt, dum inciderunt in hæc infelicia tempora, quibus non sunt euitandi oculi Custodum, sed ipsimet tenentur illis inseruire, vt tanto beneficio spirituali gaudere possint.

32 Item Procurator doctos, & Religiosos Sacerdotes adducat ad carceres, qui miseris præterquam vnius, cuius causa sunt rei, omnium plerumque rerum oblitis (suam enim quisque rem meminit) cogitationem æternæ vitæ, & præcipua Christianæ Doctrinæ capita suggerant; eorum confessiones audiant; volentes Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento reficiant.

33 Præterea summum studium adhibeat, vt docti, illi & Religiosi Sacerdotes habeant, quam primum fieri poterit, notitiam carceratorum, qui morte mulctandi erunt, vt eos præmoneant, soletur, disponant ad Contritionem, confessiones excipiant, & alia subministrent spiritualia remedia, prout opus fuerit, & singulorum conditio postulauerit. Sunt enim plerūque aliqui inter eos ita truces, vt etiam inter ipsa mortis confinia minaciter oculos circumferant. Et omnes ferè morti destinati in Cymerijs tenebris reptant maioribus animi angustijs

gustijs afflicti quam coniux Siculi Dionysij. Hi enim cum epulis omni tristioribus fame saginabantur, ex summis domorum laquearibus, in quibus discumbebant, setis nexos equinis, & capitibus imminentes gladios perhorrescentes sperare saltem poterant non casuros: istis autem manet irreparabile, & proximum mortis exitium, ac propterea sunt quam citissimè omni ope iuuandi. De-
35 inde nihil omittat eorum quæ salutem animarum ipsorum carceratorum concernunt iuxta frequẽtem plurimorum casuum contingentiam, de quibus det operam vt tempestiuè certior fiat à magistris domorum, vt vocant, ipsorum carcerum; à Sacerdote, qui præest valetudinario; à Commentariense, & custodibus; ab ipsismet carceratis, qui eorumdem casuum notitiam habere possunt.

35 Denique ipsam procurationis suæ prouinciam magno quotidie animo capessere non desistat; eam pro virili defungi satagat; patienter ferat solitas, & continuas carceratorum querimonias; quibus omne ipsius patrocinium (quantumcumque sit) videbitur, appetitum potius mouere vberioris auxilij, quam tamen explere: Congruit autem, cum Procuratores in factis se exercere debeant, esse Iuuenes; Aduocatum, mediocris ætatis; Prælatos Caritatis. & Pietatis, senes; iuxta adagium celebre apud Græcos: Facta iuuenum, consilia mediocrium, vota senum. Iuuenibus enim viri pollent in ijs quæ sunt maturioris ætatis; mediocribus etsi non nihil de viribus detrahatur tamen valet vsu rerum aucta prudentia: senes, vtpote religiosi, solent nõ tãtum a superis optima petere, sed etiam miseris compati, illosq. iuuare, & salutaribus monitis solari eosque meliores reddere. Habebit in aduersis auxilia, qui in prosperis carceratis adfuit. Neque hæc Procuratoribus molesta erunt præeunte face Caritate. Natura enim comparatũ est, vt quibus impendimus studium, præstemus affectum.

CAPVT VII.

Locum Tenens Burgi: Iudices Soldanatus & Mareschialli; Visitator Secretorum Carcerum, & Commissarius Triremium.

SVMMARIVM.

1 *Soldanatus est officium Capitaneatus Turris Nonæ.*
2 *Soldanus quis à quo deputatur.*
3 *Iudices Turris Nonæ, & Sabellorum in quibus causis criminalibus non possunt se ingerere.*
4 *Iudices Turris Nonæ non se ingerunt in causis ciuilibus à decem scutis.*
5 *Iudices Turris Nonæ tenentur in fine cuiuslibet anni se coram Gubernatore offerre, & stare syndicatui, & Iudices Sabellorum ex Const. LXXI. Pauli V. quæ tamen in hac non est vsu recepta. cur.*
6 *Iudices hodie de quibus delictis syndicantur.*
7 *Iudices Turris Nonæ, & Sabellorum Pedanei Iudices dicuntur.*
8 *Cicero quid olim imperito causarum Patrono respondit.*
9 *Soldanus de quibus delictis cognoscere possit, vnde colligatur.*
10 *Soldani iurisdictio ciuilis circa summam decem scutorum, non ita intelligenda, vt decem scuta comprahendant expensas litis vel vt plures summæ cumulentur ad ipsius iudicium effugiendum.*
11 *Appellatur à Soldano ad A.C. in Ciuilibus.*
12 *Soldanus cum suo Notario interuenit in Visitationibus.*
13 *Soldani Notarius, eius officium olim suppressum, postmodum à Gregorio XIII. erectum; Taxa assignatur.*
14 *Mareschialli officium antiquissimum: de eo glos. in cap. ut Romani, & varia Pontificum Constitutiones.*
15 *Mareschiallus finito anno offert se syndicatui coram Gubernatore, & Auditore Cameræ.*
16 *Mareschiallo conclauis custodia demandatur.*
17 *Mareschiallus deputat Iudicem, qui exerceat iurisdictionem in Curia de Sabellis, & interuenit Visitationibus eiusdem Curiæ: cuius Iudicis deputatio fit cum participatione, & approbatione Gubernatoris Vrbis, & ad annum dumtaxat, nisi prolongandum fuerit officium ob causam rationabilem.*
18 *Officiales esse annales mandat ius commune, cui derogat contraria consuetudo.*
19 *Officialis exacto anno, vt refirmetur, debet omnium eligentium votum concurrere tempore scrutinij.*
20 *Officiales de iure non solum non possunt esse perpetui, sed etiam debent vacare, antequam redeant ad officium per quinquennium, triennium, vel biennium.*
21 *Officiales non sunt eligendi pro loco, vnde oriundi, vel in quo affines, ac patrimonium habẽt, cur.*
22 *Officialis dicitur primus ciuis, vel caput ciuium illius loci.*
23 *Officialium electionem concernens iuris communis dispositio in Vrbe non seruatur, cur.*
24 *Officiales eligi pro loco vnde sunt oriundi prohibitio iuris communis non militat contra Episcopos, cur.*
25 *Episcopi de eadem Ciuitate qua orti sunt eligendi, si reperiantur idonei.*
26 *Abbas, & Abbatissa ex eadem Congregatione si idonea persona in illa reperiatur, eligi debet.*
27 *Visitatoris carcerum munus, & officium quodnam.*
28 *Comedere horis certis hominum est, ex ventris horas sentire belluarum.*
29 *Visitatoris carcerum meminerunt Pontifices in suis Constitutionibus.*
30 *Visitare Carceratos magnum opus misericordiæ, reclusos in secretis maximum.*
31 *Visitator Carcerum non debet cedere antiquiorum ædilium diligentia, de qua Senec. Ep. 87.*
32 *Commissarius Triremium deputatur ab Archiconfraternitate Pietatis, habet à Camera Apostolica varia priuilegia, salarium &c.*

33 Com-

33 *Commissarij Triremium munus in quo consistit.*
34 *Commissarius Triremium interuenit in Visitationibus hebdomadarijs ad fauorem eorum quomodo &c.*

De Locumtenente Burgi nihil occurrit aliud, præter ea, quæ diximus, vbi egimus de carceribus Vrbis. Ad Soldanum itaque Turris Nonæ veniamus.

1 Præter ea, quæ diximus supra de carceribus Turris Nonæ, & quæ proximè dicturi sumus de Marescialło Sabellorum (quorum multa conueniunt Soldano) dicam breuiter, quæ sunt illi propria. Officium Capitaneatus Carcerũ Turris Nonæ *Soldanatus* appellatur; habetq annexum iurisdictionem; quam, qui pro tempore exercet, *Sol-* 2 *danus* dicitur. Hanc iurisdictionem dicit ordinariam *Paul.Roman. de pens.Eccles. cap.7. num.10.* Deputatur ab Archiconfraternitate Caritatis, ad quam spectãt (vt diximus) carceres Turris Nonæ, cum facultate iurisdictionem præfatam per substitutum exercendi. Circa quam iurisdictionem fuerunt iteratæ infrascriptæ prouisiones.

3 Primo iam inde vsque ab anno 1520. decretum fuit in Camera, vt Iudices Turris Nonæ, & Sabellorum in maleficijs sanguinis, aut Capitalibus; siue afflictiuis; siue grauibus delictis, aut grauium iniuriarum in persona notabilis qualitatis non se ingererent. *Append. §.2. cap.1.* circa finem. Inde in 4 Generali *Refor.* Pij V. *Const.LVIII. §.76.* Statutum vt infra: *Iudex Turris Nonæ non se intromittat in causis à decem scutis supra, nec in criminalibus, nisi in leuibus, & minimis.* Tertio demum superuenit Constit. LXXI. Pauli V. in qua 5 §.8. habentur eadem verba; & insuper hæc quæ sequuntur. *Et dictus Iudex Turris Nonæ coram Gubernatore præfato in fine cuiuslibet anni syndicatui se offerre, & stare teneatur, prout de Iudice Sabellorum supradictum est.* Et prius in Const. Pij V. LVIII. *Cum ab ipso nostri Pontificatus. in Bull. fol.61. §.23.* dispositum fuerat per verba: *Iudices Burgi, & de Sabellis, ac Turris Nonæ coram Gubernatore, & Auditore Cameræ in fine cuiuslibet anni syndicatui stare teneantur.*

In hac tamen parte circa syndicatum non fuit vsu recepta Const. Pauli V. Ratio est, quia vterque Iudex Turris Nonæ, & Sabellorum habet toto anno in omnibus ferè causis syndicatorem eundem Gubernatorem, qui non solum cognoscit de Sol- 6 dani dolo, & barrateria; de quibus delictis tantum hodie cognoscitur in syndicatu. *Gram.cons.54.numer.11. Clar. in §.fin.q.73. num.5. vers. Item Iudex: vbi add. Farin.q.111. num.572.* sed etiam de quibuscumque alijs grauaminibus partium, illisq. opportunè auctoritate sua prouidet. Sanè mirandum est, quod in tam infima iurisdictione, quam 7 exercent Iudices Turris Nonæ, & Sabellorum qui propterea *Pedanei Iudices* dicuntur. *Vestr. in prax. in lib.2. cap.14. num.1.* inueniat aliquando Gubernator, quod corrigat. Quare nequaquam conqueri possunt de tam restricta ipsa concessa iurisdictione: alias illis respondebimus id, quod olim cuidam causarum Patrono respõdit Cicero *in lib. de orat.* illis verbis: *Tu mihi cum circulo decipiare Aduersarij stipulatiuncula; & cum obsi-* 8 *gnes tabellas clientis tui, quibus id sit scriptum, quo ille capiatur, ego tibi vllam causam maiorem committendam putem.* Quorum verborum sensus est. Si in stipulatione, & in clientis tui tabellarum obsignatione decipiaris, Ego ne tibi causam aliquam hac stipulantiuncula, & huiusmodi tabularum obsignatione maiorem committam.

9 Delicta leuia, de quibus Soldanus cognoscere potest, quænam sint, dignoscitur à paruitate pœnæ. *Bal.in l.leuia. in princ. de accus. Bar.ibid. Dec. cons.65. num 1. & seq. Farin. q.18.* Quæ autem pœnæ infligendæ sint pro leuibus delictis dicemus infra. Non tamen omnino leuia sunt ea, circa quæ versatur dictorum Iudicum iurisdictio, vt apparet ex nota causarum. *Append §.3. cap.22.*

10 Respectu verò ciuilis iurisdictionis aduertendum est, scutorum decem, ad quam Soldani iurisdictio se extendit non comprehẽdere expensas litis. *Cõstitutio Pauli V. ibid. ver. nec in dicta summa.* Sicuti nec vna summa cũ alia cumulari potest ad effugiendum ipsius Iudicium. *l. si idem. de iurisdict. omn.iud. Peregr.de iur. fisc. Tit. 8. num 31. lib.4. Polid.Rip. obseru.388. nu.10.11.12. Tap.decis.15. num 5.*

11 In his causis ciuilibus ex Constitutione Pij IV. XXXIII. Ad eximiæ deuotionis. *in Bull fol.3. § 8.* appellatur ad Auditorem Cameræ, prout etiam in illis Curiæ de Sabellis, vbi dicit dispositum fuisse in reform. Pij IV. in qua tamen non legi dispositum, sed in alia prædicta Const. XXXIII.

12 Præterea interuenit Soldanus cum suo Notario in Visitationibus, quæ habentur in carceribus Turris Nonæ, de causis sui Tribunalis, prout alij Iudices, rationem redditurus. De Notario autem huius Tribunalis habetur Cõstitutio Gregorij XIII 13 edita 7. Decembris. 1584. de qua infra. *Append §.1. cap.* in qua illius officium à Xisto Papa IV. prædecessore suppressum de nouo erigit, & Archiconfraternitati Caritatis concedit. A Paulo V. vero *eadem Constit. LXXI loc.cit.* assignatur taxa illis verbis: *Notarius Curiæ Turris Nonæ obseruet tabulam Notariorum Curiæ de Sabellis.*

Sequitur vt disseramus de Marescialło Curiæ Sa- 14 bellorum, & eius Iudice. Marescialli officium antiquissimum. De eo loquitur *glos. in cap. ne Romani. §. eo tamen prouiso. ver. expirare. de elect. Specul. de eff. ordin. §.1. num.6.* quos allegat Paul. Rom. *de pens. eccles. cap 7. num. 10.* vbi dicit habere ordinariam iurisdictionem in Vrbe. *Vant. de nullit. coram quo possit. num. 18. Scacc. de appell. q.19. remed.1. concl.6. nu.79. vers. confirmatur hæc declaratio ibi. Mareschallus quod habeat.* In varijs quoque Summorum Pontificum Constitutionibus de eo mentio habetur. Legimus de Iudice & Commentariense ab eo deputari solitis. *in cap. iurisd. Vrb. Xistus IV. §. vult etiam regist. post. stat. Vrb.* 233. & demum Pauli V. 71. §.8. cuius verba re- 15 tulimus supra, vbi de carceribus huius Curiæ locuti sumus; & vbi de Soldano Turris Nonæ diximus. Multa quæ faciunt ad hanc Curiam de Sabellis, posita sunt, præsertim circa syndicatum, de quo disponit etiam Greg. XIII. Constit. XXVI. *De rectè administranda. In Bull. fol.295 §.4* Finito anno offerat se syndicatui coram Gubernatore, & Auditore Cameræ. Quibus adde quo sequuntur.

16 Huic

16 Huic Marescallo Conclauis custodiam demandatam esse refert Compilator Bullarij in annotatione, quam facit ante initium Cōst.26.Greg.XIII. super Reformat. Curiæ de Sabellis. *Bull.fol.*295. vbi testatur se vidisse quamdam Constitutionem Innoc.VI. die 6. Iulij 1352. quam sine mendo habere non potuit, in qua cura conclauis ipsi Marescallo demandatur.

17 Iudex à Marescallo deputato exercet Iurisdictionem in Curia de Sabellis, vt diximus supra de Soldano. Interuenit visitationibus, quæ fiunt in carceribus eiusdem Curiæ, & ex dispositione Pauli V. *Constit.* LXXI. illius deputatio fieri debet cū participatione & approbatione Gubernatoris Vrbis pro tempore; & ad annum dumtaxat: quo finito, finitum sit etiam eiusdem Iudicis officium; nisi tamen propter aliquam rationabilem causam prorogandum fuerit; quæ tamen prorogatio alium annum nullo pacto excedat; & semel tantum fieri possit.

18 Hæc dispositio conformis est iuri communi mādanti officiales esse annales. *l. neminē.C.de suscept. lib.*10. *Capic.decis.*121.*num.*5.*Boer.decis.*149 *nu.*4. Nisi tamen contraria consuetudo vigeat, de cuius viribus non est dubitandum; teste Natta *cons.*86. *Surd.cons.*261. *num.*15. vbi respondet ad contra-

19 ria. Qua consuetudine stante potest Officialis refirmari, dummodo omnium eligentium votum cōcurrat. Quare vno solo tempore scrutinij reluctante refirmatio non tenet. *§.quæ igitur.vers.si vero. Auth.de defens. Ciuit. Franc.decis.*2.*num.*21.*& tot.decis* 609 *Gratian discep.*184.*nu.*16.

20 Immo de iure Officiales non solum non possunt esse perpetui, sed debent vacare, antequam redeāt ad idem officium, per quinquennium; & ad diuersa Officia in eodem loco per triennium, vel biennium. *l.*2.*C.de muner.& bonor. non contin. lib.*10. *& § fin. Auth.de def.Ciuit. Franc.decis.*210.*nu.*31.

21 *& latius decis.*264. Nec sunt eligendi pro loco vndè sunt oriundi, vel vbi affines, & patrimonium habent. *l.in consilium.& ibi glos. ff. vlt. de off. Ad sess.& l.bi qui & l.suis in prouincia sua. ff. ex quibus cau.maior. Sol.in const.antiq Sabaud.Tit. de castel.§.quia pluribus.glos.*2.*&* 2.*Thesau.dec.*268. Ratio est quia in patria necesse est, vt aut gratiam parentelæ prouocent; aut odium longæ contentiones exasperēt. Propter quod Salustius *De bell. Iug.* dixit: *Vi quidem regere Patriam quamquam possis, & delicta corrigas, tamen importunum est; cum præsertim omnes rerum mutationem, cædem, fugam, atque hostilia portendant: frustra autem niti, neque aliud se fatigando nisi odium quærere,*

22 *extremæ dementiæ est.* Dicitur nihilominus Officialis primus Ciuis, & Caput Ciuium illius loci, vbi Officium administrat. *l.municipes.§.fin. ad municip. ibi Bart. Surd. cons.*106. *num.*6. *& decis.*330. *num.*24 *Gratian.discep.*184. *num.*50. Vbi respondet Alciatus contrarium tenentibus.

23 Limita primo, vt in Vrbe non seruetur dicta dispositio. Sunt enim plerique Officiales ex illa oriūdi, quibus gloriosius est, si se gerant per cuncta totius erroris expertes, nec inuidia quemquam deprimant, nec gratia blanditijsque subliment; in quo facilius Ciues peccare solent, si auctoritate polleant. Causa vero, ob quam non seruetur Romæ dispositio. *l. In Consiliarijs*, & aliarum prædictarum, est ea, quia Roma est communis Patria ex diuersarum gentium hominibus conflata; in qua maior pars est exterorum.

24 Limita secundo etiam in Episcopis in quibus diuersa ratio est. De illis enim longe magis lex cōfidit. Et propterea disponitur, vt omnino de eadē

25 Ciuitate, (si ibi idonei reperiantur) eligi debeant. *cap.ne pro defectu. §.si quis de elect.cap.obitum.*61. *dist.vers.commonemus. cap. nullus inuitis. ibidem. vers.tunc autem alter.*

26 Limita tertio in electione Abbatum: *cap. quam sit.*18.*quæst.*2.*§.* Defuncto Abbate cuiusquam cōgregationis non extraneus eligatur, nisi de eadem Congregatione; quod, si aptam inter se personam inuenire nequierint, solerter sibi de alienis monasterijs similiter eligant ordinandum. Idem disponit *Cōcilium Trid.sess.*24.*cap.*7. Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine *Præfecta*, vel Præposita appelletur; Vt nimirum si in aliquo Monasterio nō reperiatur Monialis prædita qualitatibus, quas eo loco exigit Concilium, ex alio eiusdem ordinis Monasterio eligi possit. Ab his transeamus ad Visitatorem Secretorum Carcerum.

27 Visitator Secretorum Carcerum ad Iurisdictionē Archiconfraternitatis Pietatis pertinet. Quippe ad quam etiam Illius deputatio spectat ex speciali indulto Sixti V. vt ex eius *Breui. anno* 1585. *emanato; & in Statutis Pietatis registrato.* Locum, ac votum habet in Visita, eiusque munus, est frequenter visitare Secretos carceres, & carceratis ibi detentis de auxilijs tam spiritualibus, quam tēporalibus prouidere; eorum nomina, & numerum dierum carcerationis diligenter adnotare; præsertim vtrum, & quoties quisque fuerit examinatus; mox singulis Iudicibus eorum carceratos ad memoriam reuocare; pro illorum examine & expeditione instare; visitationem ipsam Secretorum carcerum per Mandatarium Pietatis intimari facere diebus sibi à Gubernatore saltem quolibet mense præscribendis; & vt à Capitaneo & Cauponibus carcerum (in ijs, quæ ad victum spectant) carcerati bene tractentur cibo, & potu in quantitate, & qualitate præstituta; quodque id fiat horis debitis: *cum non hominum sit, sed belluarum*, vt Cassiodorus *lib.*1. *cap.fin. Var.* dixit: *ex ventris esurire horas sentire, nec habere certum tempus, quod constat humanis vsibus attributum.*

29 De hoc Visitatore, & eius officio loquuntur Greg XIII. *Const LVI.* Sixtus V. *Const. XCVII. §.*2.*vers.Et alterum Visitat.* Paul V. *Const.LXXI. §.*23. *vers. Gubernator Vrbis, & vers. Visitator vero.* De quo etiam Visitatore loquitur Buccar. *dd.defens.*151. *post num.*23.*vers. non autem cauetur. Et vers. adest & Visitator*, nos quoque aliquid, vltra prædicta, dicemus infra cum de Visitatione Secretorum carcerum verba faciemus.

30 Cum autem visitare carceratos sit magnum misericordiæ opus, vt latè Firmianus *lib.*6. *cap.*13. maximum erit carceratos in secretis carceribus reclausos visitare; cum prorsus omni alia consolatione careant & auxilio. Neminem alium alloqui pos-

31 sunt præter Visitatorem. Is pietate motus non patietur se vinci ab antiquis illis ædilibus Visitatoribus popularium balneorum, de quibus Seneca *Epist.*87.

*Epist.*87. scripsit: *Quam iuuabat illa balnea intrare obscura, & gregali tectorio inducta, quæ scires Catonem tibi Ædilem, vel Fabium Maximũ, aut ex Cornelijs aliquem manu sua temperasse. Nam hoc quoque nobilissimi Ædiles fungebantur Officio intrandi ea loca, quæ populum receptabant, exigebantque munditias & vtilem ac salubrem tẽperaturam.* Ipse quoque Visitator, quæ iudicabit mundanda, temperanda, corrigenda per se ipsum (si hoc eius facultas permittat) conetur ad debitum statum reducere; Si per se non possis auctoritatem, & auxilium Gubernatoris, vel Iudicum sollertet imploret.

32 Agmen claudat Commissarius Triremium. Hoc Officium Commissarij condemnatorum ad triremes confertur ab Archiconfraternitate Pietatis per litteras patentes eiusdẽ ex speciali indulto Sixti V. vt ex *prædicto Breui. Incipien. Ex debito, anno* 1585. Et habet à Camera Apostolica specialia priuilegia, atque salaria. Eius munus est condemnatorum ad triremes tam in Vrbe, quam in toto Statu Ecclesiastico curam gerere; Triremes frequenter visitare; subsidijs tam spiritualibus, quam temporalibus remigantium præstò esse; aliaque facere de quibus dicetur, vbi de Visitatione habiliom tractabitur.

34 Interueniat quoque in hebdomadarija visitationibus carcerum, relaturus, cum opus fuerit, qualitates carceratorum, qui foris adducuntur, an videlicet tales sint, vt possint etiam in præiudicium Cameræ relaxari gratis etiam quo ad conductutã.

---

§. IX.

VISITATORES Curiæ Capitolinæ.

Caput Vnicum.

De Capitolij dignitate.

SVMMARIVM.

1 *Capitolio tantum defertur, vt ab eo incipiat Visitatio, cur.*

1 CAPITOLINÆ Maiestati iure, ac meritò tantum defertur, vt ibi primo incipiatur, quemadmodum diximus, carcerum Visitatio, vbi multarum Vrbiũ, magnorum Regum, plurimarũ gentium regimen Populus Romanus exercuit, ortumque è paruulo Romuli tugurio totius Orbis terrarum columen fuit. Ex qua, quoniam ius omne, & æquitas prodierunt; sequitur vt ex quorum sinu hæc in carceratorum vtilitatem emanarunt, videamus; & singillatim de singulis huius Curiæ proprijs Officialibus qui in Capitolina interueniunt Visitatione; in qua adsũt etiam alij aliorum Carcerum Visitatores, quos recensuimus *sup.§.7, cap.2.num.*20.

SECTIO I.

De Senatore Vrbis.

SVMMARIVM.

1 *Romulus centum Ciues elegit, quos Patres, ac Senatores appellauit, vt eorum auctoritate, & consilijs Ciuitas regeretur.*
2 *Roma primum imperio Regum gubernata.*
3 *Roma exactis Regibus successerũt imperio annuo Consules.*
4 *Consulibus bello intentis Romæ creatus Prætor.*
5 *Prætoris officium quod.*
6 *Prætoris illa verba:* Iudicem dabo: *quid significent.*
7 *Prætor alius Vrbanus, alius Peregrinus.*
8 *Prætoribus successerunt in iure dicendo Cæsares, qui per se, vel per alios Iudices à se datos iudicabant.*
9 *Iudices dati à Cæsaribus Delegati, & Vice sacra iudicare dicebantur.*
10 *Præfecto Vrbis ordinaria Iurisdictio ab Augusto collata.*
11 *Præfecti Vrbis Iurisdictio extendebat se per Regiones Suburbicarias.*
12 *Vicarius Vrbis olim quis appellatus.*
13 *Præfecti Vrbis Iurisdictio mansit etiã post translatum in Pontifices Vrbis dominium.*
14 *Præfecto Vrbis in iudicijs reddendis successit munus Senatorũ, quorum dignitatem Gothi Italia, & Vrbe potiti restituere conati sunt.*
15 *Patritios Gothis deuictis Græci miserunt ad Vrbem, & Italiam regendam, inter quos præcipuus* Exarchus Rauennas.
16 *Patricios Iudices Reip. vocat Greg. Magnus.*
17 *Patritiorum Romanorum dignitate aucti Franci venientes in Italiam contra Longobardos; adeo vt Carolus Magnus ex Patritio Imperator creatus fuerit à Papa Leone III.*
18 *Franci Vrbem aliasque in Italia Prouincias Pontificis dominio, & Iurisdictioni integrè permiserunt.*
19 *Senatus nomen, ac Senatorum dignitas duobus post Carolum Magnum sæculis cum iurisdicendi potestate restituitur, deinde ad vnum redigitur.*
20 *Senator Vrbis hoc tempore fungitur officio Prætoris Vrbani: residet in Capitolio, ordinaria facultate Ciuibus Ius dicit, auctoritate tamen Summi Pontificis.*
21 *Senatorem perpetuum seipsum constituit Nicolaus III. priuato Carolo Siciliæ Rege munere Senatorio.*
22 *Prosenatores duos creauit Nicolaus III.*
23 *Senatoris dignitas, & Iurisdictio tempore Nicolai III. amplissima.*
24 *Senatorum, & Patritiorum historia ex Panuino.*
25 *Senatores XXX. creati à Romanis anno Christi*

circiter

circiter M. C. X. L. contra voluntatem Pontificis.

26 *Senatores ex XXX. euaserunt primo XX. mox X. deinde VI. postea II. tandem I.*

27 *Senatoris vnius Iurisdictio initium sumpsit tempore Vrbani V. circa annum* MCCXLIV.

28 *Senator Vrbis debet esse Iuris Doctor, & ex loco, qui distet ab Vrbe saltem milliaria XL.*

29 *Senator Vrbis, cum sit Magistratus ordinis amplissimi, habet à Iure potestatem annuam, caeterum cum eligatur arbitrio Pontificis, prorogari potest, vt olim Prator, ac Consules à Principe electi.*

30 *Senator Vrbis non tenetur seruare Formam Statutorum Vrbis tam in procedendo, quam in iudicando in criminalibus.*

31 *Senator Vrbis in criminalibus non tenetur adhibere votum Assettamenti.*

32 *Senator Vrbis in causis, qua aguntur coram ipsius Locumtenente, decernere potest, vt Rei torqueãtur denegatis defensionibus, ex processu informatiuo tantum, quando.*

33 *Senatoris Vrbis facultatibus fauent varia decreta Visita.*

24 *Senator Vrbis habet facultatem procedendi contra laicos in fauorem Magistrorum, & Scholarium Gymnasij Alma Vrbis, sed hac facultas limitata legitur à Visita ad certam summam pecuniarum.*

35 *Senatori demandãtur à Visita qua ad bonum gubernium spectant.*

36 *Senatoris Vrbis mentionem faciunt Summorum Pontificum Constitutiones, qua.*

37 *Senatus originem formam, & dignitatem describit Hostiensis.*

38 *Senatum repraesentare Principem dixerunt Afflictus, & alij.*

39 *Senator Vrbis olim subijciebat se syndicatui.*

40 *Senator Vrbis fuit Lodouicus Sabaudia, qui habuit Assessorem Cinnum Pistoriensem.*

ROmulus primus Vrbis Parens, & conditor, cum iam, vt inquit *Fenestella*, Nouam Ciuitatem Viribus, ac robore Iuuenũ affatim à se munitam cerneret; haud minoris momenti fore ratus, si eamdem consilij ope fulsisset; ex primoribus Patrum, qui tunc aderant, Ciuibus centum numero 1 elegit, quos ob honorem, *Patres*, ob aetatem, *Senatores* appellauit. Quibus temporum vicissitudinibus, aut discordia Ciuium, aut hominum immoderata ambitione, alij Magistratus alia nomencla-2 tura successerunt. Roma enim primum Regum Imperio gubernata, vnam tenuit regendi auctoritatem. Aliam post exactos Reges habuit imperã-3 di potestatem. Duos enim Consules effecit, sed nõ nisi annuo Imperio: parem tamen cum Regibus potestatem iudicandi, bellandique habuerunt. Sed ea, qua semper tempus potuit, instabilitate nouum suggessit Magistratum, qui *Prator* diceretur, Praeturaeque fungeretur officio; vt in Vrbe Consulibus bellis finitimis intentis, ius redderet. *l. 2. §. cumque* 5 *Consules. ff. de orig. Iuris.* hoc est, Iudices, & Iudicij formulam, quam sequerentur, daret. Neque enim Prator ipse Iudicare solitus erat; sed quod Iudices ab ipso dati de controuersia cognouissent, ac iudicassent, exequebatur; ideo passim in Edicto 6 Praetoris legitur: *Iudicem dabo, pactaque seruabo.* 7 Vni Praetori, qui *Vrbanus* dicebatur, alius *Peregrinorum* additus fuit, eo quod plerumque inter Peregrinos, quorum frequentia in Vrbe multa erat, Ius diceret.

Imperij summa in Caesares translata transijt in 8 eosdem etiam summa iudicandi potestas. Itaque Caesar, penes quem imperium erat, vel per se, vel per datos Iudices Ius dicebat. Delegati à Caesare 9 Iudices dicebantur *Vice sacra* iudicare. Etenim ordinaria potestas ab Augusto collata fuit *Praefectis* 10 *Vrbis*. Vndè in elogijs Praefectorum fermè semper additur etiam *Vice sacra iudicans*. Praefecti Vrbis Iurisdictio se extendebat *per Regiones Suburbi-*11 *carias* propriè dictas; quae, postea imperio in diaeceses iuxta Praefectorum praetorio numerum diuiso, Romanam diaecesim constituebant. Sed quia plures prouincias Praefecti Vrbis cura complectebatur, ipsi *Vicarius* datus, qui propriè *Vicarius* 12 Vrbis dictus fuit. Hac de re disputarunt Gotifredus, Sirmundus, Marinus, & ante eos Pecherius ex quibus haec latius deducenda. Quippe non est instituti nostri historias texere.

Praefectorum Vrbis Iurisdictio durauit etiam 13 post translatum in Summos Pontifices supremũ, & absolutum Vrbis dominium, vt videri potest apud *Contelor*. Sed cum imperio occidentis simul etiam concidit Praefectura, eiusque Vicarij dignitas, praesertim quod ad iudicia inter Ciues Romanos reddenda pertinet; eique deinde Senatorum Vrbis munus antea paenè extinctum successit.

14 Etenim Gothi Italia, & Vrbe Roma potiti, veterem Imperij formam, & Iudiciorum ordinem retinuerunt, vt ex *Cassiodori formulis* patet; Senatus & Senatorum dignitatem praecipuè restituerunt. Graeci deiectis Gothis Patritios ad Italiam, Vrbemque regẽdam miserunt, quorum praecipuus *Exarchus Rauennas*, sub quo alij minores Duces fuere.

15 Post haec maxima Romae dignitas *Patritiorum*, quos Praefecti Vrbis, & titulum, & potestatem in iudicijs administrandis habuisse certum est, vt ex *Epist. S. Greg. Magni* constat, in quibus Gregorius, Germanus, Leontius & Ioannes *Praefecti* Vr-16 bis leguntur; qui ab Exarcho Rauennate dependebant. Illos autem idem S. Greg. *lib. 4 Epist. 35.* Iudices Reip. appellat. Deficiente paulo post in Italia Graecorum Imperio, noua Francorum potentia succreuit; quorum auxilia contra Longobardorum barbariem Pontifices Romani petere coacti 17 sunt. Hi, ob merita in Ecclesiam collata *Patritiorum Romanorum* dignitate aucti fuerunt; donec tandem restituto occidenti, Imperio Carolus Magnus ex *Patritio*, Imperator à Leone III. creatus est. Caeterum Franci, ea qua dixi occasione, Regno Italico aucti Vrbem Romam cum Exarchatu, alijsque Prouincijs, quas à Longobardis occupatas 18 Graeci defendere non poterant, Pontificis dominio, & iurisdictioni integrè permiserunt; idque ob honorem, & reuerentiam Sancti Petri Principis Apostolorum, quod Cessiones eorum, siue Donationes, vt vulgo vocant, satis testantur. Inde post ambiguam obscuramque duorum & amplius saeculorum Romanae Iurisdictionis periodum, restitutum

tutum Senatus nomen, & Senatorum dignitas 19 cum iurisdicendi potestate, quæ deinde ad vnum solum reducta fuit. Etenim Prætoris Vrbani offi- 20 cio re ipsa hoc tempore fungitur Senator Vrbis. *Scacc. de appell. quæst. 16. limit. 4. num. 1.* Cuius Prætoris fuit magna potestas; de qua Ciriacus *in suo commen. ad l. 2. ff. de orig. Iur. §. cum Consules. Fenzon. ad Statut. Vrbis in c. 3. lib. 1. de Senat. eligend. in annot. num. 1.* vbi etiam refert, quomodo mutato nomine Prætoris Vrbani, Seuator Vrbis nuncupetur; de quo Nicolaus Papa III. *cap. fundamenta. de elect. in 6.*

Iu Cliuo Capitolino resider, & Romauis ciuibus atque incolis ordinaria facultate (summi tameu Pontificis auctoritate) ius dicit. Vnde *Cia-* 21 *con. in Vitis Pontificum tom. 1. pag. 759.* refert Nicolaum III. priuato Carolo Rege Siciliæ Senatorio muuere se ipsum Senatorem perpetuum constituisse. Magnum sane Senatoriæ dignitatis argu- 22 mentũ. Vice sua Prosenatores duos creauit Ioannem Columnam, & Pandulphum Sabellum. His 23 temporibus credendum est antiquam iurisdictionem, & splendorem Senatoriam dignitatem recuperasse, dum Carolus Siciliæ Rex illam exercere, immò & ipse summus Pontifex iu seipsum assumere dedignatus uon fuerit. Omnia illa, quæ refert *Pancir. de vtraq. dignit. lib. 2. cap. 48. ex Cassiod.* & aliorum sententia de Vicario Vrbis tempore Imperatorum, uon iucongrue videntur Senatori Vrbis nunc posse adaptari.

24 Pauulnus autem *lib. 1. Fastorũ. cap. 11. de Patricijs, & Senatoribus.* in fine habet hæc verba: *Senatorius, qui amplissimus Ordo dicebatur Romæ vsque ad Iustinianum Imperatorem, & Bellum Gothicum Italicum perdurauit: in quo omnis ferme Romana nobilitas, atque in primis viri Senatorij omnes à Gothis excisi sunt: sensimque Exarchorum Tyrannide cum imperij occidentali nouissimo casu; tum ordinis nomen, tum dignitas defecit. Duce, & Iudicibus aliquot Vrbem pro Imperatore Constantinopolitano administrantibus.*

Porrò circa annũ Christi M.D.XL. Senatorius or- 25 do à Romanis restitutus, atque Seuatores trigiuta circiter contra Romani Pontificis voluutatem facti, duo Vrbis Imperio nou sine magnis seditionalibus & intestinis discordijs potiti suut, donec sensim deficientibus, ad vigiuti primũ; mox ad decem; deinde ad sex, postremò ad numerum duorũ redacti fuere.

26 Duos autem Populi Rectores, qui ex triginta illorum ordine reliqui fuerant, quos Senatores Populus Romanus appellabat, Vrbem administrasse constat; donec & eorum potestate a Romanis Pontificibus abolita, vnus tantum relictus fuit, qui Romanis Prætoris loco esset; quique in priscæ digni- 27 tatis memoriã Vrbis Senator appellaretur. Huncque initium sumpsisse tempore Vrbani IV. circa annum 1264. (cum *Ciacconus in eius vita. tom. 1. pag. 723.* testetur, quod a Pontifice restricto numero plurium Senatorum ad vnum tantum prædicta Iurisdictio fuerit redacta) quem præter auctoritatem Prætoris Vrbani, ius dicendi causas inter Ciues toties aboliti Senatus dignitatem retinuisse possumus existimare; tamen sub fælici summorum Pontificum moderatione adhuc appellatur, *Senator,* vt patet *in Statuto Vrbis. c. 3. lib. 1. in princ.* his 28 verbis: *In Alma Vrbe, & ad eius regimen sit vnus Senator, Iurisdoctor exterus, & ex loco, qui distet ab Vrbe saltem per miliaria quadraginta.* Etiam 29 de iure communi potius exteri, quam ciues assumendi sunt pro administranda iustitia. *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 12. num. 8. & 9.* Senator licet annalem habeat a iure potestatem, cum sic Magistratus ordinis amplissimi, qui ad summum non vltra biennium durare poterat. *l. 4. in fin. C. de vsurp. præpos. lib. 11.* tamen, cum eligatur arbitrio Pontificis ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum. *d. cap. fundamenta. de elec. in 6.* vt olim etiam magistratus Præturæ, vel Consulatus, qui à Principe eligebantur. *glos. fin. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic.* etiam arbitrio eiusdem Pontificis ad multos Annos prorogari potest.

Multa priuilegia, ac facultates illi conceduntur, vt asserit *Fenzon.* olim eiusdem Vrbis Seuator. *Ad Stat. Vrb. c. 3. tit. de Senat. elig. num. 11.* quod iu causis criminalibus tam in procedendo, 30 quam iu iudicando, nou teneatur seruare formam Statutorum Vrbis; sed prout ipsi beue visum fuerit, procedere, & iudicare: vbi dicit sibi hanc facultatem a Paulo V. in litteris iu forma Breuis concessam fuisse.

Ex quibus duo præcipuè consequuntur. Pri- 31 mum est; iu criminalibus non teneri adhibere votum Affettamenti, quod alias denegari uon possee iuxta *Stat. Vrb. cap. 29. lib. primo.* vt etiam colligitur ex decreto Visitæ 1560. 7. Aug. Nonæ. *Marcus Ferrantes carceratus in Curia Cap. D. Senator procedat, vt Iudex cum voto affettamenti, & non alias.*

32 Alterum est, iu causis, quæ aguntur coram ipsius in criminalibus Locumteuente decernere posse, vt Rei torqueantur denegatis defensionibus, & ex processu informatiuo tautum. Verum eiusmodi facultas iutelligenda est magna cum restrictione, vt ei sit locus, quando sumus in causis latronum insignium, & enormium delictorum, vt declarat *Afflict. dec. 391. nu. 10. & alij allegati per Fenzon. in annot. ad stat. cap. 3. num. 15. post Far. quæst. 81.* 33 *num. 3.* vbi attestatur Senatorem procedere cum facultatibus Gub. Vrbis. *Fenzon. d. cap. 3. de Senat. eligen. c. 11.* Et uos etiam latè diximus *sup. §. 8. cap. 1. sec. 1. & 2.*

Habet quoque fortè Senstor etiam eamdem facultatem, quam olim omnes Senatores habebant. *Cyn. Pistoriens. in l. fin. nu. 1. C. de pet. hæred.* quos *refert Dec. in cap. meminimus in fin. de appell.*

Facultati Senatoris videntur diuersa fauere decreta facta a Visita, & præsertim. 1547. 3. Martij Cap. *DD. Visitatores decreuerunt quod D. Senator possit arbitrari, pænas moderari, & arbitrio suo procedere etiam in relaxatione, & punitione, etiam corporali carceratorum, a summa 25. scutorum infra, eius arbitrio, & prout sibi videbitur; attenta qualitate carceratorum, & delictorum, & pænis commutandis statutis non obstantibus, auctoritate* 34 *Visita* Ex quo apparet, quod vt etiam olim, prout in *Constitutione* Bonif. VIII. edita *anno* 1311. in fauorẽ Magistrorum, & Scholasticorum in Gymnasio Almæ Vrbis profitentium quæ est *Const. 1. post Stat. Vrb.* datur facultas Seuatori, qui pro tempore fuerit, in Vrbe coutra laicos procedendi, & fa-

ciendi, quod iustitia suadebit, quæ tamen à Visitatoribus postea legitur, vt supra, limitata ad certam summam pecuniarum.

35 Consueuit etiam Visita demandare Senatori ea, quæ bono gubernio, ac regimini prodesse poterāt, vt ex supradictis, & infrascripto decreto: *DD. Visitatores pro pugnis decreuerunt, ne de cætero vllus carceretur, dummodo non interueniat sanguis: & D. Senator præteritus pro causis prædictis, & similibus non molestetur, & capti pro pugnis ducantur ad præsentiam D. Senatoris, qui prouideat eius arbitrio, attenta qualitate personarum, & loci, etiam auctoritate Visitæ.*

In Visita ipse sedet solus in sede coramine cooperta; cæteri in scamnis ligneis cum postergali. Cumque immutasset sedem suam emanauit infrascriptum decretum. 1650. 15. Decembris. Capitolij. *DD. Visitatores ante recessum ab audientia decreuerunt quod D. Senator in futurum uti non valeat sede veluto rubeo ornata, prout vsus fuit in præsenti visitatione; sed sede coraminis prout de præterito ipso D. Senatore præsente, & audiente.*

36 De eodem Senatore loquuntur infrascriptæ Summ. Pontif. *Const.* Nicolaus III. *c. fundamenta de elec. in 6.* Sixtus IV. *in cap. declar. iurisd. cur. Vrb. vers. Item quod in punitione. regist. post Stat. Vrb.* Iulij II. *constitut.* 2. *§.* 2. & latius *constitut. XXVIII.* vbi omnes iurisdictiones Vrbis distinguit, & distribuit. Leo X. *const. I.* & fusius Sixtus IV. *const.* 34. & demum Paulus V. *constit.* 71. *§.* 7.

37 Senatus originem, formam, & authoritatem describit etiam *Hostien. Tit. de Senat. Osasch. in proæmio suarum decis.* vbi etiam *Thesaur.* Senatum-

38 que principem repræsentare dixerunt *Afflict. decis.* 120. *nu.* 6. *Cran. cons.* 144. *nu.* 20. *Rol. cons.* 70. *nu.* 19. *lib.* 1 *Sol. in decret. Sabaud. Tit. de mod. & form. supplic. & recur. à sent. senat. nu.* 5.

39 Antiquitus syndicatui se subijciebat 1546. 9. Decemb. Sab. *Pro D. Senatore præterito. Visita decreuit; quod non obstante sententia contra eum in syndicatu lata, esse liberandum; & liberauit quo ad eum tantū, & dederunt eidem licentiam abeundi ab Vrbe eius arbitrio, & non possit desuper molestari.* Quod etiam conforme est *Stat. lib.* 1. *cap.* 7. ibi: *quod sibi liberum arbitrium concedatur, seu quod non syndicetur, seu quod ante, vel infra tempus sui officij syndicari debeat, non petet.* Propter quæ verba dixit *Rom. cons.* 406. videtur prima fronte, quod si procurauit arbitrium, sit periurus.

40 Finem imponet huic Sectioni, inter cæteros Senatores Vrbis, fuisse Lodouicum à Sabaudia, qui adhibuit pro Assessore Cinnum Pistoriensem, vt testantur. *Cagnol. l.* 2. *nu* 757. *d. orig. Iuris. Ant. Nig. de subhast. cap.* 3. *nu.* 6.

SECTIO II.

Senatoris: Primus, & secundus Collateralis: Conseruatores: Iudex Maleficiorum: Procurator Fiscalis; eiusdem Coadiutor.

SVMMARIVM.

1 *Collaterales olim dicti Assessores, Comites, Consiliarij*
2 *Collateralis primus est Iudex, qui sedet a dextero latere Senatoris: eligitur a Summo Pontifice, à quo habet Iurisdictionem per Breue Apostolicum.*
3 *Magistratuum creatio in Vrbe hodie, non secus ac olim pertinet ad Principem.*
4 *Collateralis primus dicitur Locumtenens Senatoris in Ciuilibus.*
5 *Collateralis secundus est Iudex, qui sedet a sinistro latere Senatoris.*
6 *Collateralis secundus eodem modo eligitur ac primus; eamdemque Iurisdictionem obtinet.*
7 *Collaterales Senatoris habent Iurisdictionem ordinariam: datur inter eos præuentio.*
8 *Capitolinæ Curiæ Iudex maleficiorum cognoscit causas criminales laicorum tantum.*
9 *Capitolinæ Curiæ Iudex maleficiorum interuenit Assettamentis, & in ijs votum præstat.*
10 *Fiscalis Capitolij dicitur Procurator Cameræ Vrbis: eius officium est procurare, & defendere eiusdem Cameræ Iura.*
11 *Fiscalis Capitolij in Visita præcedit Procuratore pauperum.*
12 *Fiscalis Capitolij Coadiutor, viuente coadiuto in Visita non præcedit Procuratores pauperum.*
13 *Conseruatoribus Vrbis, & capiti Regionum liberum est sedere in Visita habentq. locum post Senatorem.*
14 *Visitatores, Dei Eburneum ventilabrum in manu Christi.*
15 *Visitatorū opem in carceratis Christus quodammodo implorat.*

ANtiquitus illi, qui à Magistratibus Præsidibusque Vrbanis, siue Prouincialibus in consilium adhibebantur *Assessores* dicti sunt, eo quod in iure dicendo adsiderent: vel quibus hi mandabant suam Iurisdictionem, delati ad ærarium vel in commentarium Principis inter eos, qui salariati fuerunt de publico. *l.* 1. *& pen ff. de off. adsess. l.* 1. *C. de adses. & dom. l. in consiliarijs* C. *eod.* Ijdem Comites dici cæpti sunt. *l. dum functo. ff. eodem,* & Consiliarij. *l. penul. ff. eodem l.* 3. *& d. l. in Consiliarijs. C. eodem.*

Nostris temporibus Collaterales dicuntur, &
2 sunt duo. Primus Collateralis est primus Iudex, qui sedet à dextro latere Senatoris; qui secundum formam Statuti eligi deberet in Consilio publico in Palatio Conseruatorum coram Conseruatoribus, &

Priore

Priore Capitum Regionum. *d. stat. cap. 4. lib. 1.* Tamen hodie a Summo Pontifice eliguntur à quo 3 etiam habent Iurisdictionem per Breue Apostolicum; eo quod in Vrbe magistratuum creatio hodie ad Principem pertineat, & olim pertinuerit. *l. unica ff. ad l. Iuliam. de ambitu. & l. unic. ff. de off. Praef.* 4 *Praetor. glos. vlt. in l. quidam consuluerunt. ff. de re iudic.* Dicitur Locumtenens Senatoris in causis Ciuilibus. *Fenzon. ad. cap. 4.* Secundus Collate- 5 ralis pari electione cum primo in officium Iudicis sufficitur; & est Iudex à sinistro latere eiusdem Se- 6 natoris; eamdemque Iurisdictionem habet, quam primus.

7 Supradicti Iudices ordinariam habent Iuridictionem; quia possunt principaliter de restitutione in integrum cognoscere. *l. fin. C. vbi, & apud quem. cog.* & quia aequalem habent, vt dixi Iurisdictionem, ideo inter eos est locus praeventioni. *Fenzon. ad Stat. Vrb. cap. 9. num. 8. lib. 1.*

8 Iudex verò Maleficiorum eiusdem Curiae Capitolinae cognoscit quascumque causas Criminales 9 laicorum, non autem Ecclesiasticorum; cum sit Iudex merè laicalis: Interuenit Assettamentis, & eis votum suum praestat. *Fenzon. ad Stat. Vrb. cap. 10. lib. 1.* Sicut etiam interuenit in Visita, quae in Capitolio fit.

10 Fiscalis Capitolij dicitur Procurator Camerae Vrbis: ad differentiam Procuratoris Camerae Apostolicae, & illius proprium officium est defendere, & procurare pro dicta Camera Vrbis Iura. *Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 19 lib. 1.*

11 Hic in Visita praecedit Procuratores pauperum; non autem eius Coadiutor: Vnde cum die 21. No- 12 uembris 1619. comparuisset in Visita Coadiutor ipsius Procuratoris fiscalis, deputatus per Breue a bo. me. Paul. V. qui praetendebat praecedere dictos Procuratores pauperum, opponente se Procuratore Caritatis, qui tunc solus erat praesens in Visita, Coadiutor discessit. Discusso postea negotio, fuit dictum Coadiutorem viuente coadiuto debere sedere post eosdem Procuratores. Quod est conforme dispositioni Iuris communis, vt declarauit *S. Rituum Congregatio in Colombricen. 17. Settembris* 1606. Quam secuta est Rota. *coram Sacrato. in Hispalen. primitiarum: quae est inter impressas 456. Gonzal. super reg. 8. glos. 5. § 9. Monet. de apt. cap. 4 q. 8. num. 141. Rot. dec. 657. nu. 3 par. 1. rec.*

13 Liberum est etiam ipsius Vrbis Conseruatoribus, & capiti Regionum sedere in Visita, & quotiescumque interueniunt (quod raro contingit) Habent locum post Senatorem.

Audistis Collegae Illustrissimi, mihique obseruãdissimi Visitatores, quae vestrae sint partes: vidistis opinor, quid à vobis iura Diuina, humanaque re- 14 poscant. Vos estis *Numinis Eburneum* quasi ventilabrum, quo triticum proborum ab iniquorum palea repurgatur. In manu proinde Christi vos esse mementote; ideoque rem ita gerite, ac si per vos suam Deus aream expurget. Nec instrumenta tantum Christi estis, sed quotquot vobis sistuntur Rei, aut absoluendi aut damnandi, toties in suis Christus 15 vestram opem implorat. Is ergo à vobis inuisitur in Reis, is à calumnijs vindicatur. Refereris proindè parem subleuato Christo palmã, si suum cuique seruabitis ius. Eritisque si ità loqui liceat, contra ipsius oppressi damnatique rei, si vel vnum è vinctis, aut ipsimet violetis, aut vero etiam à potentioribus violari sinatis. Vox non mea, sed Christi ad Iudices est: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*. Christi eritis in reis aut oppressores, aut vindices. Hac nulla beatior sors, nullum illo flagitium atrocius. Agnoscite summam vobis tributam potestatem, nec illam paruipendite.

---

§. X.

VISITATIONIS Iurisdictio.

Caput I.

De Iurisdictione Visitae in Genere.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio de sua natura est actus Iurisdictionis.*
2 *Visitationis carceratorum Tribunal excedit limites ordinaria Iurisdictionis singulorum Visitatorum.*
3 *Visita repraesentat Summum Pontificem.*
4 *Iudex ex ordinarijs deputandus ab habentibus iurisdictionem criminalem, qui recipere debet sportulas ex constitutione Pauli V.*
5 *Iudices ordinarij ex publico salariati, quod non recipiant propinas iuri communi est conforme.*
6 *Iudices ordinarij deputati ab habentibus iurisdictionem criminalem, differentes causarum commissarum expeditionem inducendi sunt ad expeditionem, quomodo?*
7 *Iurisdictio Visita, vt intelligatur nouem cog: oscenda.*
8 *Auditor Camera habet latissimã iurisdictionem in Vrbe, & toto Statu Ecclesiastico & toto orbe.*
9 *Iurisdictioni Visita subiacent omnes carcerati etiam Magnates, & in dignitate constituti.*
10 *Iurisdictioni Visita subiacent etiam Episcopi.*
11 *Iurisdictio Visita extenditur etiam ad existentes extra Carceres.*
12 *Iurisdictioni Visita subiciuntur, & in Visita committuntur omnes omnino causa carceratorum, & aliorum.*
13 *A Iurisdictione Visita eximuntur causa quorumdam carceratorum in panam ipsorum.*
14 *A Iurisdictione Visita eximuntur causa, & carcerati S. Inquisitionis post Constitutionem primam Pij V.*
15 *Iurisdictioni Visita subiacent causa Camerales, & Congregationis super bono Regimine.*
16 *Iurisdictioni Visita subiacere causas criminales, & Congregationi super bono Regimine probatur.*
17 *Causa Camerales à Visita commissa Iudici Camerali.*
18 *Causa Camerales commissa vni ex Visitatoribus, & Iudici Camerali.*

19 *Iudici cum à Visita committitur causa Cameralis vel Congregationis de bono Regimine iniungitur ut prius alloquatur Iudices causæ, vel Secretarium Congregationis.*

20 *Causæ Camerales, & aliæ commissæ a Visita plures insimul, cur.*

21 *Iurisdictio Visitæ eiusmodi, ut quæ a Summo Pontifici denegata fuerunt in Signatura Gratiæ ea in Visita concessa fuerint.*

22 *Causæ committuntur a Visita etiam Cardinalibus.*

23 *Causæ committuntur a Visita cū clausulis iisdem quibus utitur Sanctissimus in Signatura Gratiæ.*

24 Manus Regia, *unde initium duxit; hodie durat apud Principes, qui illam officialibus communicant.*

25 Manu Regia, *clausula vim habet ut quis procedat quasi Princeps.*

26 *Causæ committuntur a Visita cum clausula* (summariè, & extraiudicialiter.)

27 *Causæ committuntur à Visita cum clausula*, sola facti veritate inspecta, non seruatis terminis seu tela Iudiciaria.

28 *Causæ committuntur à Visita cum clausula*, sine strepitu, & figura Iudicij, *&*, remanente eodem Notario.

29 *Causas cōmitti a Visita cum clausula*, firmo manente Notario, *hodie non est necessarium.*

30 *Causæ committuntur a Visita cum clausula*, ferijs non obstantibus.

31 *Causas committi a Visita cum clausula*, ferijs non obstantibus, *hodie non est in usu.*

32 *Causæ committuntur à Visita cum clausula*, non obstañ lapsu temporis.

33 *Causæ committuntur a Visita cum clausula*, appellatione remota. *Quæ tamen hodie nō est opus post Motum proprium Pauli III.*

34 *Clausulis*, manu Regia, summarie, extraiudicialiter; sola veritate facti inspecta, *solus Princeps supremus uti potest.*

35 *Signatura Iustitiæ in causis Visitæ non rescribit.*

36 *Superior ubi manū apposuit, non potest inferior se ingerere.*

37 *Appellatio non nisi ad superiorem interponi potest.*

38 *Signatura sola Sanctissimi potest rescribere in causis Visitæ.*

39 *Signatura Sanctissimi quomodo rescribit in causis Visitæ, si quando rescribat.*

40 *Visitatorum communi voto quidquid deliberatum fuerit seruandum, ex dispositione Pauli III. & Pauli V.*

41 *Iurisdictio Visitæ circa fabricationē processuum, & causarum expeditionem colligitur ex stylo Visitæ in varijs decretis expresso.*

42 *Visitæ competit facultas deputandi adiunctum, vel adiunctos in quibuscumque causis, nisi illi expresse prohibeatur a Summo Pontifice.*

43 *Iudicibus pluribus causa commissa, aliquo eorum negligente, decreuit Visita, ut reliqui conuenirent: quod decretum non recedit à dispositione Iuris.*

44 *Appellatione interposita in Visita, aliquando ipsa Visita, aliquando Iudex respondit.*

45 *Appellatio a decretis Visitæ non admittitur, nequidem interposita a Fisco, qui de laudabili consuetudine non appellat.*

46 *Iudici ab appellantibus conuicium fieri non oportere, quo sensu intelligendum.*

47 *Iudici conuicium facere dicitur, qui eius sententiam reprehendit, ac pronunciationi contradicit.*

48 *Iudici Lollio Urbico conuicium fecit Sicinius Æmilianus teste Apuleio: quod ægerrime tulit Lollius.*

49 *Iudici conuicium ne faceret, & periculum inde subiret, de sententia relegationis in Mettum Modestum lata interroganti, quid respondit Plinius.*

50 *Iudici conuicium appellando inferre dicit Rauardus eum, qui concipit formulam appellationis ità ut sententiam Iudicis eludat.*

51 *Appellationes nostris temporibus concipi solent verbis asperioribus.*

52 *Appellationes in quibus apponuntur*, Vestro honore, & reuerentia, *ad molliendam aliorum verborum asperitatem habentur pro sufficientibus.*

53 *Protestatio contraria facto nihil operatur.*

54 *Visitæ competit facultas absoluendi a censuris.*

55 *Visitæ competit facultas reuocandi sententias.*

56 *Visitæ competit facultas donandi seruos libertate.*

57 *Libertas duplex: Altera dicitur potestas viuendi ut velis; Altera, quæ mancipia donabantur.*

58 *Libertate donare seruos, & vocare seruos ad pileum idem apud Latinos Authores.*

59 *Visitæ decreta de seruos donando libertate.*

POstquam de personis Visitatorum verba fecimus sequitur, ut de ipsius Visitæ Iurisdictione sermonem habeamus.

1 Visitatio ipsa de sua natura est actus Iurisdictionis. *Innoc. in cap. in singulis. nn. 1. de stat. monac. Pannin de Visit. par. 1. q. 1. nu 8 Rot. in Abbaten. Iuris visitandi. 28. Iunij 1600. coram Ludouisio. nu. 4. quæ est 4. in impressis.* 2 Tribunal autem huius Visitæ excedit limites ordinariæ Iurisdictionis singulorum Visitatorum. 3 Ad dignoscendam Visitæ Iurisdictionem sufficeret dicere ipsam repræsentare Summū Pontificem, & illum solum recognoscere superiorem, ut alibi diximus.

4 Antequam autem ad materiam deueniamus præmittendum est fel. rec. Pauli V. *Constitut. LXXI. §. 10. Tit. de iud. crim.* disposuisse ut infra: *Quicumque habentes in Urbe Iurisdictionem criminalem, & facultatem Iudices deputandi, non deputent, nisi unum ex ordinarijs, qui nullas debeat recipere sportulas, & propinas.* Hæc sanctio fuit valde utilis; & necessaria carceratis. Necessaria, quia quotiescumque comparent in Visita, nisi sit deputatus unus ex ordinarijs (qui omnes fere Visitationi interueniunt) non potest eorum causa discuti, nec aliqua ex solitis Visitæ prouisionibus capi pro expeditione carcerati. Quamobrē, quotiescumque aliquis a Visitatoribus intra carceres reperitur, cuius causa non sit iuxta dispositionem d. Constitutionis Pauli V. LXXI. Iudici ordinario commis-

sa,

sti, instant apud eos, ad quos spectat, pro obseruatione d. Constitutionis Iudicis ordinarij deputatione. Fuit quoque vtilis Constitutio præfata carceratis, dū iniungitur ipsis Iudicibus ordinarijs, vt expediant absque receptione Propinarum. Estque 5 Iuri conformis, quo disponitur vt Iudices ordinarij a publico salariati Propinas nō capiant, quod introductum, per *§. scriptum est. vbi glos. in verb. Auaritiam. Auth. vt Iud. sine quoque suffrag. & cap. cum ab omni. Vbi glos. in ver. gratis. de vit. & honest. cler. & ibi Abb nu. 12. Specul. de salar. Iud. num. 8. & 15. Gayl. obser. 151. num 7. 8 et seq lib. 1. Grat. discept. 55. nu. 37. & seq. & discept. 561. nu. 1. & seq.* Facit etiam eadem Constit. Paul. V. LXXI. *Tit. de sportul. & prop. §.* 13. Si quando verò Iudi-6 ces ordinarij, vt supra, deputati differunt causarum commissarum expeditionem sub prætextu, quod non sunt sui Tribunalis propriæ, inducuntur ab ipsis Visitatoribus ad expeditionem, ea ratione, quod officium cum grauamine cognoscendi causas, quæ non sunt sui Tribunalis absque receptione sportularum acceptauerint, ac proinde sibi imputari debent. *Luc. de Pen. in l. iu sacris. nu. 21. vers. & sibi imputet. C. de prox. Sac. scrin. lib. 12. Menoch. de arb. cas. 514. num. 16.*

7 Hoc præmisso, vt distinctius procedamus in explicanda S. Visitæ Iurisdictione, videndum est, I. quæ personæ. II. quæ causæ huic subijciantur Tribunali. III. quibus eædem causæ committantur; IV. cum quibus clausulis. V. quomodo se gerant in fabricatione processuum, & de alijs amplissimis facultatibus. VI. quousque se extendat eius Iurisdictio quoad causas criminales. VII. quomodo se gerere debeat in causis S. Officij: VIII. de illius Iurisdictione extra carceres tam in Criminalibus quam in Ciuilibus causis: IX. demum de causa præiudiciali. qualitate præiudiciorum, & quando vna dicatur alteri præiudicialis. De quinque primis impræsentiarum: de reliquis quatuor deinceps tractabimus.

A primo ordiamur. Iam *supra § 8. cap. 1.* recensuimus personas constituentes hoc Tribunal, cui præsidet, vt ibidem diximus, Gubernatori, cuius est maxima potestas in Vrbe, & districtu: Succe-8 dit Auditor Cameræ, qui habet latissimam Iurisdictionem in Vrbe, & toto statu Ecclesiastico; immò quoad personas Ecclesiasticas toto etiam orbe 9 terrarum: post hos alij de quibus satis alias diximus.

Quod attinet ad personas quæ Iurisdictioni Visitæ subiacent, sunt omnes carcerati, nemine prorsus excepto. Vnde cum contingat etiam Magnates, & in dignitate constitutos carcerari, isti quoque Visitationi subijciuntur. Duo tantum decreta in huius rei fidem subdemus, alia in opere ad alium effectum leguntur. 1559. 21. Ian. Nonæ. R. P. D. *Episcopus* N. *Ad D. Vicesgerentem qui expediat auctoritate Visita.* * 1558. 2. Aprilis. Cap. *Illustrissimus D. de Capadocia præstita cautione de se repræsentando ad omne mandatum Domini Senatoris, relaxetur; &* D. *Senator expediat etiam auctoritate Visita cum opportuna auocatione causa a Capitaneo appellationis.*

10 Amplia primo, vt procedat Visita etiam in fortiori casu, vt infra. 1548. 1. Iun. Sabel. *Facta mentione in Visita de contumacia Reuerendissimi Episcopi aduersus Magistrum cæremoniarum pro limitanda, & applicanda pena per eum debita, declarauerunt D. Visitatores pœnam in scutis centum quinquaginta, quorum centum applicentur nepti ipsius Episcopi, & quinquaginta pro luminaribus Sanctissimi Sacramenti Ecclesiæ Sancti Petri: Et* D. *Gubernator det mandatum executiuum siue sequestrum decernat contra Bancherios, & tenentes eius pecunias.* Rursus in subsequenti Visitatione fuit factum hoc Decretum. 1548. 7. Iun. Nonæ. *Domini auxerunt pœnam ad summam aliorum scutorum centum applicandorum, & soluendorum orphanis, & decreuerunt mandatum, & sequestrum prout in alio decreto.*

11 Amplia secundo vt extendatur iurisdictio etiam ad existentes extra carceres, vt dicturi sumus infra *cap. seq. nu. 36.*

12 Secundum Caput ita generaliter firmari potest, vt dicamus omnes omnino carceratorum, & aliorum, vt supra, causas subijci Visitæ Iurisdictioni, & in Visita committi. Probant hanc conclusionem ea, quæ dicemus alibi, vbi ostendemus omnes car-13 ceratos admittendos esse ad Visitationem infra *lib. 3. in Proem. cap. 1.* vbi licet aliquæ limitationes dentur huic regulæ generali, illæ tamen non proueniunt ex defectu Iurisdictionis in Visita; sed vel in pœnam carceratorum exclusorum à Visita; vel ob aliquam causam particularem ad illorum personas 14 spectantem. Vnicam tantum exceptionem habet Regula præfata, respectu causarum, & carceratorum Sanctissimæ Inquisitionis: & hanc a S. mem. Pij V. Constitutione, quam primo loco edidit; in qua obligat quoscumque Iudices ad remittendas causas huiusmodi, & carceratos ad Iudices S. Officij. Olim enim has causas etiam committebat S. Visita, vt apparet ex diuersis ipsius Visitæ ante præfatam Pij V. Constitutionem emanatis Decretis; & ex ijs, quæ dicturi sumus infra: *cap. sequenti nu. 19. & seqq.*

15 Quare hallucinantur ij, qui dicunt causas Camerales, & Congregationis super bono regimine, & aliorum similium non cadere sub Visitæ iurisdictione. Non inficias imus, vt infra constabit *num.* 19. consueuisse Iudices à Visita in prædictis causis deputatos ex vrbanitate plærumque alloqui ante expeditionem causarum Iudicem Cameralem, vel Congregationis Secretarium: Iurisdictionem autem in huiusmodi causis Visitæ non competere expressè negamus: Tum quia Summo-16 rum Pontificum Constitutiones in hac materia generaliter loquuntur, & disponunt, vt omnes carcerati, nemine excepto, visitentur; & illis opportune prouideatur, ne indebitè grauentur, neue eorum causæ nimis protrahantur; quodque legales prouisiones ad eorū liberationē, quando opus fuerit, adhibeantur, vt dicturi sumus alijs in locis in contextu præsentis operis. Lex enim generaliter loquens, generaliter est intelligenda *l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. l. de precio. ff. de Publio. l. qui. §. partem ff. de in ius voc. l. item apud. §. generaliter. ff. de iniurijs. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa cum alijs concordan.*

Tum quia obseruantia ita declarauit, de qua constat ex quamplurimis decretis Visitæ in opere

alibi allegatis, & ex infrascriptis: 1545. 26. Febr. Nonæ. *Hospites pro carne capti. D. Bernardinus Locumtenens D. Gubernatoris expediat.* * 1565. 6. Octobris. Nonæ. *Baptista Furnarius: Baptista de Regio: Georgius Teutonicus, omnes Furnarij. Data cautione de se repræsentando toties quoties, & qualibet hebdomada vna vice irrequisiti coram D. de Grassis Annonæ Præfecto sub pœna debiti; relaxentur gratis, & idem D. de Grassis studeat illos concordare cum Camera.*

17 Declara primo, vt pro faciliori carcerati expeditione commissæ fuerint aliquando huiusmodi causæ ipsimet Iudici Camerali, vt supra proxime; & infra: 1567. 27. Feb. Cap. *Bradamantes. D. Camerarius Riparum expediat auctoritate Visitæ; & facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties; & sub pœna debiti; prout promisit, relaxetur gratis, assignato prius libro dicto Camerario.* * 1540. 9. Iulij. Nonæ. *Capti pro Sale, ad D. Thesaurarium.*

18 Declara secundo, vt aliquando causæ huiusmodi commissæ fuerint vni ex Visitatoribus, & Iudici Camerali. 1542. 8. Aug. Capit. *Gaspar Pizzicarolus carceratus in Curia Ripæ. D. Gubernator, & Decanus Cameræ expediant.* * 1549. 20. Aprilis. Capit. *Vincentius. Ad D. de Florentia, qui vna cum Præsidente Ripæ expediat, & ad cessionem bonorum admittat prout de Iure.*

19 Declara tertio, vt quandoque iniungatur Iudici Visitæ, cui causa Cameralis, vel Congregationum committitur, vt prius alloquatur Iudices ipsos causæ, vel Secretarios Congregationum. 1617. 11. Aprilis. Capit. *Alexander de Piperno. Ad secundum Collateralem iuxta mentem, & auctoritate Visitæ.* Iste Alexander carceratus fuerat de mandato Congregationis Boni Regiminis; cuius erat Præfectus Cardinalis Burghesius, Nepos Summi Pontificis. Fuit præterea dictum oretenus secundo Collaterali, vt ex Vrbanitate certiorem faceret Secretarium Congregationis, & postea carceratum expediret.

20 Declara quarto, vt circa modum committendi tam causas Camerales, quam alias, quandoque plures insimul pro celeriori expeditione commissæ fuerint; vt etiam diximus supra, vbi de Præside Carcerum verba fecimus. 1565. 4. Aug. Capit *Fabius Riccius; Petrus Furnarius, & Elizabeth eius Vxor: Franciscus Soffius: Antonius; Moyses Hebreus. Omnes ad D. de Torres, qui vocatis creditoribus studeat illos concordare, & interim inhibeat, dilationem concedat, & expediat arbitrio suo, etiam auctoritate Visitæ.*

21 Declara quinto talem esse Visitæ Iurisdictionem, vt aliquando, quæ Summus Pontifex denegauerat in Gratiæ Signatura, in Visita concessa fuerint, vt dicturi sumus infra: *lib. 3. §. 1. cap. 6. nu. 21. vers. idem decretum.*

22 Tertium Caput spectat ad personas, quibus rescribitur a Visita. Ex adiunctis decretis apparebit, ita generalis Iurisdictio, vt nemo excludatur, etiam maximæ dignitatis; etiamsi caput fuerit Vrbis. 1537. 5. Maij. Nonæ. *Franciscus. Causa relaxationis remittatur ad Auditorem Rotæ, coram quo pendet, arbitrio suo etiam auctoritate Visitæ.* * 1541. 12. Aprilis Capit. *Iacobus. Reuerendissimus Tranensis tanquam Caput Caritatis audiat, decidat, componat, & expediat arbitrio suo, attento partium consensu, quibuscumque non obstantibus.* Erat iste Cardinalis Protector Caritatis; quo etiam intuitu causæ ei à Visita committebantur. 1541. 7. Maij. Capit. *Iacobus. Circa alimenta Reuerendissimus D. Cardinalis Tranensis prouideat arbitrio suo* * 1541. 25. Maij. Capit. *Iacobus. Reuerendissimus Card. Tranensis etiam auctoritate Visitæ arbitrio suo decidat, & componat.* Idem Cardinalis non solum fuit Caput Vrbis tempore Pauli III. sed etiam fuit per Paul. IV. deputatus cum Cardinali de Spoleto ad audiendum, & decidendum omnes causas Vrbis, & Status Ecclesiastici, vt in Bullar. antiq. *fol. 46.* 1546. 23. Septemb. Nonæ. *Bernardus Faber Lignarius. D. Commissarius alloquatur Reuerendissimum D. de Cesis, & liberetur arbitrio eiusdem Reuerendissimi.* Illo tempore D. Commissarius Cameræ interueniebat in Visita. 1564. 3. Aug. Nonæ, *Mutius. D. Cardinalis Moronus expediat per se ipsum.* Iste quoque Cardinalis Moronus erat Protector Caritatis, & vti tali Pius V. imposuit vt Hospitale Infirmorum pro carceratis fabricari faceret in carceribus Turris Nonæ ad Archiconfraternitatem Caritatis spectantibus. 1565. 18. Augusti. Sab. *Reuerendissimus D. Card. S. Clementis videat, an sit locus relaxationi, stante saluo cõductu, & in euẽtũ quod sit locus, liberetur gratis.*

23 Quartum Caput continet clausulas apponi solitas à Visita in Commissione causarum, quæ sunt eædem, quibus vtitur Sanctissimus in sua Signatura Gratiæ; vt liquido apparebit ex decretis modo referendis.

I. Cum clausula, *manu regia*, committit causas Visita, 1562. 16. Aprilis. Capit. *Pro Ioanne Petro Contra, Ioannem de Menichellis. D. Sfortia reuideat causam rescissionis contractus, venditionis per ipsum facta, &, constito de enormissima læsione contractus, ipsum annullet manu regia etiam auctoritate Visitæ.* * 1562. 23. Maij. Sab. *Scipio de Fabriano. D. Auditor Cameræ expediat summarie manu regia sine confectione registri, & data cautione in forma depositi de soluendo totum id quod iudicabit D. Auditor Cameræ, sine aliqua appellatione, relaxetur.* * 1567. 27. Febr. Capit. *Gratiosa contra Moysen, ac fideiussores D. Ioannes Antonius procedat manu Regia, sola facti veritate inspecta, non obstantibus decretis alias factis.*

24 Pro notitia huius clausulæ, & eius virtutis, sciendum est, quod olim à Regis manu omnes prouisiones procedebant. Romulus ipse initio Imperij controuersijs forensibus præerat, & regia manu decidebat. Populo Romano deinde aucto, & in triginta Curias diuiso, magistratus, qui ius dicerent, creati cœperunt; sed non ideo *manus regia* sublata fuit: Hodie durat apud Principem, qui illam suis Officialibus quandoque communicare solet. *Butr. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 26. cum seq. de constit. Mart. de claus. par. 1. claus. 70. nu. 2 & 3. & per tot. Barbos. claus. 78.*

25 Virtus autem huius clausulæ, *Manu regia*, est vt quis quasi Princeps procedat. *Ciriac. controu. 512. num. 19. 20. 21. cum seq.* Ac de facto, & absque iuris ordine. *Marant. in suo Spec. par. 4. dist. 9. numer. 8. Bot. dec. 446. num. 1.* & appellatione remota. *Marches. de commiss. num. 101. car. 421.* Tollit quoque

solem-

solemnitates iuris Ciuilis de iure positiuo introductas, sicuti sunt clausulæ, *summarie, de plano*, & similes de quibus Dec.*cons.449.n.21.Rom.cons.497.num.9 & Grat.discept.569.num. 30. & 31*. Non tamen tollit substantialia iudicij. *Rot.dec.445.nu.6.par.1.diuers.Grat.cit.discept.568. numer. 30.& 31. Grat.late dec.March.68.nu.2.& seq*.Natt. *cons.15.nu.15.Rot.dec.500.nu.4.par.3.rec.*

26 II. Cum clausulis, *summarie, & extraiudicialiter*, vt infra. 1533. 17. Iunij. Sabell. *Iacobus Hospes.Consliso Auditori, quod eius creditor comederit in eius hospitio, compenset dictas expensas cum credito, & summarie, & extraiudicialiter, attento quod est causa carcerati; & interim data cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo, vel saltem de repræsentando toties quoties coram eodem D. Auditore sub pena debiti, liberetur, alias admittatur ad iuratoriam cautionem, in euentum quod non inuenerit fideiussorem*. * 1550. 29. Maij. Sab. *Ioannes Furnarius. D. Hieronymus audiat causam, & expediat summarie, & extraiudicialiter auctoritate Visita.*

27 III. Cum clausulis, *sola facti veritate inspecta*, & *non seruatis terminis*, seu *tela iudiciaria* rescribit Visita, 1533. 18. Ian. Sab. *Presbyter Stephanus. D. Auditor, cui causa appellationis est commissa, sola facti veritate inspecta, etiam nullus terminis substantialibus seruatis, causam, clerius quam fieri potest, expediat, & interim præstita cautione de redeundo ad carceres sub pena debiti, relaxetur iuxta formam commissionis obtenta, & præsens decretum suffragetur etiam quo ad mercedem Notarij*. Hoc decretum supponit præcedentem commissionem, quam credendum est emanasse ab ipsa Visita: sicuti certum est emanasse aliud decretum infrascriptum isti simile 1537. 5. Maij Capit. *Ioannes Baptista. D. Vicarius auctoritate Visita, sola facti veritate inspecta absque obseruatione alicuius tela iudiciaria prouideat, vel per compensationem, vel per subhastationem omnium bonorum, vt etiam ipso Ioanni Baptista inuito satisfiat creditori, & exeat de carceribus.*

28 Cum clausulis, *sine strepitu, & figura Iudicij, & remanente eodem Notario*. 1562. 5. Nouembris Sab. *Oliuerius. Ad D. de Saulis, qui vocatis creditoribus, & discusso sine strepitu, & figura iudicij super eorum prioritate, & potioritate, & liquidatis eorum veris, & legittimis creditis, reiectis quibuscumque vsuris, & interesse, et litis expensis, remanente eodem Notario, decidat, & terminet auctoritate Visita, attenta paupertate extrema dicti Oliuerij.*

Rursus in alio decreto fuit dictum, *eodem remanente Notario* etiam quod non concurreret ratio paupertatis, nec tractaretur de causa discussionis, in qua facilius solet remanere idem Notarius pro omnibus Creditoribus. 1546. 18. Martij. Sab. *Ludouicus Hispanus. Attenta appellatione D. Antonius de Gabrielis Aduocatus Fiscalis de consensu partium reuideat sententiam, & cognoscat causam appellationis eodem Notario remanente*. Hodie

29 tamen non est opus clausula, *firmo manente Notario*: tum quia causæ appellationum, & discussionum non committuntur a Visita cognoscendæ circa merita, vt alibi diximus.

30 V. Cum clausula, *Ferijs non obstantibus*. 1532. 24. Decemb. Nouæ. *Franciscus Hispanus. D. Vicarius tanquam Visitator causam appellationis à sententia Auditoris Cameræ audiat, & decidat etiam extraiudicialiter, & ferijs non obstantibus, & sine expensis*. Ceterum neque temporibus nostris est opus hac clausula ob eãdem causam, quam diximus: Causæ enim appellationis non committuntur a Visita in negotio principali, quod etiam dici potest de alia infrascripta: *Non obstante lapsu temporis*. Prædictas tamen duas causas, & aliam, quam infra adducemus, referendos censuimus, vt dignoscatur amplitudo Iurisdictionis ipsius Visitæ.

32 VI. Cum clausula, *Non obstante lapsu temporis*. 1546. 26. Martij. Sab. *Ludouicus. D. Antonius Aduocatus Fisci expediat, non obstante temporis lapsu, auctoritate Visita, & iustitiam faciat.*

33 VII. Cum clausula, *Appellatione remota*: tum ex secundo decreto supra relato nu. 23. tum ex infrascripto. 1537. 22. Decemb. Sab. *Bernardinus. Data fideiussione: interim partes adeant D. Aloysium Arigonum Aduocatum pauperũ, qui vel componat, vel Iudicet omni appellatione remota*. Hac tamen clausula, *Appellatione remota*, non est opus post Pauli III. *motum proprium*; quem explanabimus infra toto lib. 2. vbi habetur inter cætera; Mandata executiua desuper decernendo, & brachium seculare exercendo quacumque appellatione postposita.

34 His omnibus clausulis solus Princeps supremus potest vti. *Fel.in cap.olim.nu.3. de accus. Osas. dec.1.num.18.Sol.in nouis. Const. Pedem. Tit. qua forma, & styl.in caus.ciu.tenen.glos.11.numer.2.*

35 Atque hinc fit, vt Signatura Iustitiæ in causis Visitæ non rescribat propter prædictas amplissimas fa-

36 cultates manu Papæ signatas. Vbi enim superior manus apposuit, non potest se inferior ingerere. *cap.vt nostrum. de appell. Couar. prafect. 9. cap.9. nu.5. Menoch.de arbit.lib.1.q.67. num.* 30. Appel-

37 latio enim non nisi ad superiorem interponi potest. *cap. Romana de appell.in 6. Thom. Carleual.de for.comp.disp 2 q.8. sect. 5. nu.* 1226. Sola itaque

38 Signatura Sanctissimi potest rescribere in causis Visitæ, in quibus tamen vt plurimum rescribit re-

39 mittendo partes ad Visitam, seu ad Iudicem a Visita deputatum, vt in pluribus casibus, quorum nonnullos recensebimus infra *lib.3.§.fin.& in Append.* §. 1. *cap.* 8. Et dixit etiam Marches. *de commiss.ad cess.bon.par.3.§.1.num.67.fol.*298. Iure ita-

40 que optimo dispositum fuit tam in Const. Paul. III. XLIV. quam in alia Paul. V. LXXI. vt seruetur quidquid communi Visitatorum voto deliberatum fuerit, vt dicemus infra *lib.12.§.21.*

41 Quintum Caput versatur circa fabricationem processuum, & causarum expeditionem in Visita, vel coram Iudicibus a Visita deputatis, & circa alias amplissimas ipsius Visitæ facultates. Post commissionem causarum à Visita, & plærumque cum prægnantia clausularum prædictarum fuerunt facta diuersa acta, vel in Visita; vel coram Iudicibus deputatis pro fabricatione processuum, ac causarum expeditione. Ac licet huc tendant fere omnia decreta in hoc opere relata, tamen abs re non erit hæc, quæ sequuntur iuxta ordinem temporum quo emanarunt, referre; vt ex ijs facilius apparere pos-

sit

fit ftylus Vifitę. 1628. 4. Aprilis. Sab. Dominicus. Data idonea cautione de soluendo, admittatur ad exceptionem metus, & violentiæ, & ea probata contractus rescindatur, & relaxetur * 1540. 13. Aprilis. Capit. Iacobus. D. Gubernator in plena Visita, instante, & petente D. Procuratore Fiscali, & D. Hieronymo principali vna cum D. Saluatore eius Procuratore, præsente dicto Iacobo pronunciauit prout in schedula. Deinde D. Senator. existens in Camera, & in cubili propter infirmitatem pronunciauit, prout in schedula. 1547. 30. Iun. Sab. In causa Francisci de Carauagio carcerati in Curia Capitol. Domini Visitatores decreuerunt in dicta causa non esse procedendum ad aliquam sententiam; sed debere supersederi in sententiando, & exequendo vsque ad primam Visitam Capitolij, ad effectum, vt habitis votis Visitatorum, & non alias, causa expediatur, & intimetur Iudicibus Capitolij. * 1548. 19 Iulij. Sab. Ceccotus. Domini Iudices adiuncto Torcellano, vocato Bartolo, expediant auctoritate Visitæ. & si expedire nequiuerint, referant in prima Visita Turris Nonæ, & informentur omnes de Visita. * 1549. 21. Febr. Capit. Domini Visitatores confirmarunt sententiam latam per D. Galeatium ad fauorem Bartholomæi contra Franciscum: decreuerunt mandatum contra eum pro summa scutorum duodecim cum dimidio, & aliis prout in sententia; & mandarunt illud exequi, non obstante inhibitione R. D. de Dagro, & quibuscumque alijs. * 1550. 2. Octob. Capit. Andreas carceratus in Turre Nonæ. D. Petrus Franciscus audiat causam adiuncto D. Hieronymo. * 1551. 11. Iun. Nonæ. Franciscus Sutor contra Dominicum de Malleano. D. Auditor Cam. scribat, & præcipiat Gubernatori Tiburtino nomine Visitæ, quod carceret, & transmittat ad Vrbem Dominicum, & nihilominus, quod mittat in possessionem eumdem Franciscum omnium bonorum tam mobilium quam immobilium, dicti Dominici, & non relaxetur donec integraliter satisfecerit dicto Francisco. * 1551. 10. Septemb Capit. Ioannes Dominicus de Reate. D. Senator & adiunctus expediant causam, & decernant remissoriam iuxta vota Dominorum Visitatorum, & mentem Visitæ. * 1557. 4. Decemb. Capit. Carolus Senensis. Idem D. Senator concedat nouum terminum ad probandum arbitrio suo etiam auctoritate Visitæ in causa restitutionis in integrum vertente inter dictum Carolum, & Octauium eius generum. * 1555. 14. Febr. Nonæ. Ioannes Paulus. Ipso præsente, & audiente decreuerunt litteras compulsoriales generales ad partes Fisco instante, & monuerunt ipsum ad constituendum Procuratores, se constituere voluerit qui intersint extractioni iurium facientium pro parte Procuratoris Fiscalis; & intimetur eidem, quod nisi constituerit, procedetur per affixionem ad valuas officialis, qui extrahetur, & quod officialis prædictus erit Gubernator loci siue status, & nihilominus, quod compareat coram D. Gubernatore pro die crastino ad dicendum contra articulos factos dato rotulo remissionis, seu litteris remissorialibus includendos, videndum illos, ad probandum admitti extra Romanam Curiam, decerni remissoriam, deputari eumdem Gubernatorem in Iudicem ad primam diem, & ad dandum interrogatoria, si qua dare voluerit per totam illam & sequentes dies, & intimetur eidem quod testes examinabuntur super articulis, & tota causa sine retardatione processus. * 1560. 27. Ian. Sab. Pro Isabella Hispana contra Franciscum Catalanum. Decretum vltimò loco factum in fauorem dicti Francisci reducatur ad viam iuris, & interim per octo dies Franciscus, nec eius fideiussores molestentur: Facultate Visitæ extendendi sua decreta ad fideiussores, etiam si sint extra carceres. * 1562. 2. Iul. Capit. Morizonus de Assisio. Domini Conseruatores perficiant processum infra decem dies, & expediant, & vbi aliquam difficultatem inuenerint contra carceratum referant in prima Visita. * 1567. 12. Iunij. Sab. Gratiosa contra Moysen. D. Gubernator procedat ad vlteriorem executionem non obstante commissione Reuerendiss. D. Vicario præsentata, & inhibitione illius vigore emanata. * 1568. 15. Maij. Non. Ioannes Felix. D. Horatius Menghinus vna cum D. Bernardino, quem in adiunctum dederunt, expediant causam. * 1568. 15. Iulij. Sab. Doctor Roldana. Iudices expediant causam infra decem dies; assignent domum pro carcere; data cautione scutorum mille de habendo domum pro carcere, & de se repræsentando toties quoties ad omne mandatum Dominorum. Deinde Procurator Fiscalis interpellauit Augustinum procuratorem ad informandum pro singulis diebus; qui Augustinus ex nunc dictum Procuratorem Fiscalem interpellauit primo die crastina, & singulis diebus hora vigesima. 1571. 15. Febr. Sab. Gentilis. Accedente consensu Fisci reuocata cautione per eum alias præstita, relaxetur. Fiscus parte præsente petijt concludi, & pronunciari, & D. Bellinus Locumtenens habuit terminum pro seruato. 1573. 6. Aug. Sab. Pro Lauinia contra Capitaneos Curiæ de Sabellis. Mandatum exequatur quibuscumque non obstantibus. * 1633. 11. Aug. Sab. In causa vertente inter Domitianum & Iuliam, prænia repositione à decreto ad suum Iudicem. His decretis præmissis subiungemus nonnullas declarationes pro firmiori comprobatione styli, & iurisdictionis Visitæ.

Declara primo, vt facultas deputandi adiunctum seu adiunctos in causis quibuscumque, quorumcumque Tribunalium Visitatoribus generaliter competat, nisi expressè prohibeantur à Summo Pontifice, prout leguntur prohibiti in Bulla, quam edidit Paul. IV. Facultatum Reuerendiss. S. R. E. Regentis. in Bullar. antiquo impresso anno. 1556. Ibi: Nec eidem Regenti seu Vicegerenti in quibusuis, tam ciuilibus quam criminalibus causis adiunctus per Signaturam Iustitiæ, aut Visitatores carcerum dari possit.

43 Declara secundo vt commissa causa pluribus Iudicibus processerit Visita, vt infra, aliquo eorum negligente conuenire. 1528. 23. Decemb. Nonæ. Ioannes Gnoddis. Data idonea cautione de se repræsentando sub pœna octingentorum ducatorum ad primam Visitam Turris Nonæ, & D. Locumtenens Auditoris Cameræ vna cum D. Vicario vocato Procuratore Fiscali expediant causam; & interim pro causa qua est carceratus nõ molestetur sub pœna mille ducatorum, & excommunicationis latæ sententiæ, relaxetur. * 1529. 7. Ianuar. Nonæ. Ioannes de Gnoddis repræsentauit se in carceribus coram Dominis

minis Visitatoribus; & Domini decreuerunt quod quod data cautione idonea de nouo de se repræsentando hic in Visita Turris Nonæ ad primam Visitam, & quoties fuerit requisitus vsque ad decisionem causæ sub pœna octingentorum ducatorum auri, relaxetur. Postque die 20. Ianuarij D. Gubernator, & D. Ioannes de Viterbio Clericus Visitatores carcerum constituti in ipsorum domibus, addendo vltimo decreto Ioanni Gnoddi facto in Turre Nonæ decreuerunt vt infra: *Et si alter Iudicum datorum conuenire cum altero pro expeditione causæ neglexerit, eo vocato, seu ad instantiã partis sibi intimato, attenta quod causa carcerati agitur, quæ celerius quam possibile est terminari debet, alter Iudex sine alio post huiusmodi intimationem vocato Procuratore Fiscali, illam solus audiat, & fine debito terminet, & expediat.* Quæ prouisio non discordat à iuris dispositione. Licet enim duo Iudices dari sint in solidum, etiam quod vnus præoccupauerit, potest alter cognoscere, quando ille vel infirmitate, vel alia iusta causa est impeditus, aut est absens, seu non procedit, aut lentè procedit. *Gem. cap. cum plures, nu.* 10. *Franc. num.* 3. *Butr. num.* 9. *de off. delegati in* 6. quos citat & sequitur Rota, *vt per Seraph. dec.* 506. *num.* 4. Habuit autem effectum suum prouisio prædicta causa expedita in Visita. 1529. 25. Feb. Sab. *Pro Ioanne Gnoddi contra Fiscum. Federicus Cursor retulit in Visita se supradicto die citasse Franciscum substitutum Fiscalem ad vidẽdum absolui ad effectum &c. instante eodem Ioanne.* Comparuit coram dictis Visitatoribus d. Ioannes, & præsente substituto Fiscali petijt concludi, pronunciari, & se absolui. D. Paulus Capizuccus Commissarius in ista causa de consensu, & assensu aliorum Visitatorum conclusit, & pronunciauit prout in schedul, quã de facto dedit tenoris &c. L. Cassius Tribunus legem tulit vt Iudices sententias, quas voce dicebant, tabellis ferrent. *Cicero in Lælio*, vbi hanc legem biennio post Gabiniam latam scribit: & in *Comment. verb. iur. post. fin. verb. Cassia de suffrag.*

44 Declara tertio vt, interposita appellatione in Visita, aliquando Visita ipsa, aliquando Iudex responderit. 1540. 9. Iulij. Nonæ. *Claudius Nicolaus, & Franciscus Copista appellauerunt viua voce, prout in folio, à sententia, & toto processu contra eos lata, & formato per D. Alexandrum Palenterium: Qui Domini dictæ appellationi detulerunt, & admiserunt.* Appellationem admiserunt Domini Visitatores non solum, quia fortè D. Palenterius non processerat auctoritate Visitæ, vel constabat Dominis Visitatoribus de grauamine, vel quia nõdum emanauerat Motus proprius Paul. III. in quo prohibetur appellatio à decretis Visitæ, qui publicatus fuit anno 1541 vt dicitur infra initio *lib.* 2.

45 Non fuit propterea admissa postea in alijs causis vt infra apparebit, eoq. magis, quia Fiscus appellauit, qui de laudabili consuetudine non appellat ex Constit. Pij IV. LXXIV. *vers. minus etiam. Macerat. var. lib.* 3. *resol* 41. *num* 2. *Clar. in praxi. q.* 47. *num.* 2. *Bursard. q.* 94. *num.* 34. *Gram.* qui loquitur *ex Const. Regni decis.* 14. *num.* 12. & 13 * 1568. 22. Ian. Nonæ. *Pro Fisco contra Siluium. D. Io. Baptista Bizonus Procurator Fiscalis coram D. Horatio appellauit viua voce à decreto de relaxando eumdem Siluium, quam appellationem D. Horatius non admisit, & iterum à non admissione appellauit & D. non admisit toties, quoties.*

46 Hic opportune quæri potest, quid sibi voluerint Vulpianus, & Paulus, dum scribunt; ille *l. illud sedendum. de appell. & relat.* hic *l. iudici. ff. de iniur.* vbi dicitur Iudici ab appellatoribus conuicium fieri non oportere: alioquin, qui conuiciantur infamia notari plectique Diuos fratres voluisse. Non enim ita accipi debet vt qui à non admissione appellationis appellant (vti accidit in decreto, quod postremo retulimus) conuicium facere dicantur. Nam qui suo iure vtitur, nemini iniuriã facit. *l. Proculus. ff. de damn. infect. l. continet.* 3. *§* 1. *ff. de eo quod metus causa. l. iniuriarum. §.* 1. *de iniur. Valens. cons.* 2. *num.* 12. & *cons.* 84. *num.* 29. sed qui

47 sententias Iudicum reprehendunt, eorumq. pronunciationi contradicunt. In huius farinæ homines animaduerti constat ex Apuleio *in Apolog.* vbi de Sicinio Aemiliano loquitur; quem cum dixisset Auunculi sui testamentum, quod verum scie-

48 bat pro falso infamasse: subijcit; *Tanta quidem pertinacia, vt cum Lollius Vrbicus V. C. verum videri, & ratum esse debere de consilio Consularium pronunciasset, contra clarissimam vocem iurauerit vecordissimus iste, tamen illud testamentum falsum esse, adeo vt egrè Lollius Vrbicus ab eius pernicie temperarit.* Porrò rem ita se habere

49 adeo perspicuum est, vt Plinius, ne quidem fas esse existimauerit interrogare de quo pronunciatum est; dum scribit Voconio *lib.* 1. *epist.* interrogatum se à Regulo; Et quidnam de Metti Modesti, qui à Domitiano relegatus erat, pietate sentiret, his verbis respondisse: *Quæris*, inquam, *quid sentiam? Et ego; ne interrogare quidem fas puto, de quo pronunciatum est. Conticuit*, inquit Plinius: *me laus & gratulatio secuta est, quod nec famam meam aliquo responso, vtili fortassis, inhonesto tamen læseram, nec me laqueis tam insidiosæ interrogationis inuolueram* Et paulò post: *Ecce tibi Regulus: quæro*, inquit secundo, *quid de Modesto sentias. Vides, quod periculum si respondissem bene, quod*

50 *flagitium, si male.* Illum quoque conuicium Iudici appellando inferre interpretatur *Rauard. var. sent. de iur. ambig. lib.* 1. *cap.* 3. qui ita concepit formulam appellationis: vt in ea Iudicis sententiam eludat in hunc, vel similem modum. *Quia male iudicatum est, appello.* Hoc tamen in praxi nostris temporibus nullo modo habetur pro conuicio, immo etiam asperioribus verbis in Iudi-

51 cem, seu in eius sententiam concipiuntur appellationes. Non me latet solere subijci verba huiusmodi, *Vestro honore & reuerentia*, ad molliendam quamcumque verborum in appellatione appositorum asperitatem. Quæ verba potius ex ipsorum Iudicum tolerantia, quam ex stricto iuris rigore pro sufficientibus admittuntur; cũ alias notum sit vulgatum illud iuris axioma, *Protestatio contraria facto nihil operatur. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. cap. cum M. Ferrarensis. vbi Canonista. extra. de constit.* Qui enim facit actum cõtrarium protestationi, videtur à protestatione recedere. *Bar. in l. non solum. §. morte. num.* 17. *ff. de oper. nou. nunciat. vbi etiam. Ias. num.* 14. quos citat & sequitur cum alijs Surdus *cons.* 136. *num.* 42,

&

& seq. & cons. 143. *nu.* 12. & 12. *Altograd.cons.* 1. *num.* 28. *Put.dec.* 380. *lib.* 1.

54 Declara quarto vt Visita, quando opus fuit, vsa fit facultate absoluendi à censuris, vt in hoc decreto. 1533.21.Octob.Nonæ. *Ioannes Petrus. Extra carceres facta obligatione per ipsum sub pœna capitis de non redeundo ad Vrbem, donec idonee cauerit de non offendendo eius aduersarium; & interim banniatur ab Vrbe, & ex benignitate Visita absoluatur à quibuscumque censuris, & irregularitate, prout præfati Visitatores, ipsum plenissimè absoluerunt, & eius obligationem de non recedendo ab Vrbe cassari, & aboleri mandarunt, prout se obligauit in forma.*

55 Declara quinto vt sententias reuocauerint, prout in decreto. 1546.15.Aprilis. Sab. *Florauantes de Sermoneta. Relaxetur attenta nullitate & iniquitate condemnationis: restituatur ad honorem, beneficia, & bona, & procedatur contra Iudicem ad instantiam Fiscalis; & non recedat ab Vrbe infra mensem.* * 1550.20.Iun. Nonæ. *Melchior. Liberetur ab obligatione alias facta.*

Declara sexto vt etiam prouiderint generaliter Visitatores in non carceratis. 1563.2.Octob. Capit. *Domini decreuerunt quod Procuratores, seu Sollicitatores non possint conuenire eorum clientulos in iudicio sub prætextu eorum mercedis, & salarij, nisi in casu, in quo facta sit inter eos promissio in scriptis sub pœna interdictionis exercitij & ipsorum infamia.*

56 Declara sexto Visitæ competere singularem facultatem donandi seruos libertate, non ea, quam Cicero *in Parad.* dixit esse *potestatem viuendi, vt velis*; & de qua Aristoteles 6. *polit.* dum ait: *Opus esse libertatis viuere vt aliquis vult*: Vel de qua

57 Seneca *epist.* 17 vbi sic habet. Quid sit libertas, quæris? *nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis casibus fortunam ab æquo discedere.* Isti enim non loquuntur de libertate, quæ opponitur seruituti, quæ etiam in liberum hominem cadere potest; de qua loquimur cum diximus, quia ad inuicem miseri sumus, oportet vt homo homini seruiat: sed nobis hic sermo est de libertate, qua mancipia donabantur; quæque definitur: *Facultas naturalis eius, quod facere libet, nisi quis vi, aut iure facere prohibetur. Inst. de iur. person.*

58 Hanc iurisdictionem S. Visita exercet vocando seruos ad pileum, idest, donando eos libertate. Pileus enim libertatis nota. *l. vnic. C. de lat. liber. toll. §. sed & qui Domini funus pileati antecedunt, si hoc ex voluntate fiat testatoris, vel hæredis, fiant illico Ciues Romani.* Non enim (vt ibi notat glossa) serui pileum portabant. Vnde, & iuit in prouerbium, *vocas seruum ad pileum*, quotiescumque inuitatur quis ad id quod summopere desiderat vt habetur apud Sidonium Appollinarem *epist.* 47. ibi: *Dicit nunc aliquis me vocare ad pileum seruos.*

De hac iurisdictione extant Decreta Visitæ. 1563.18.Mart. Sab. *Io.Baptista olim seruus. Attento consensu præstito per Ioannem Vincentium eius Dominum coram Visitatoribus, qui etiam promittat de rato pro fratribus suis absentibus, & solutis scutis quadraginta auri relaxetur gratis, & donetur libertate; prout ipsi Domini ex nunc in præsentia eiusdem Ioannis Vincentij, & de eius consensu donarunt, & mandarunt desuper per Conseruatores fieri Patentes, & amplius desuper non molestari.* Iure fuit mandatum fieri Patentes per Conseruatores. Illis enim quoque competit facultas donandi seruos libertate in vim Motus proprij Paul.III. *registr. in Stat. Vrb. cum glos. Galganet. fol.* 3. confirmatis à Pio V. *const.* 17. *Dignum & rationi congruum videtur. in Bull. tom.* 2. *fol.* 148. quia vero retardabatur solutio taxæ prædictæ, emanauit aliud decretum Visitæ in hanc formam. 1563.29 Aprilis. Nonæ. *D. Auditor Cameræ contra non soluentes taxam pro liberatione serui liberi facti carcerati in Curia Capitolina: Relaxet mandatum contra eos.*

CAPVT II.

De Iurisdictione Visitæ quoad causas Criminales: causas Sancti Officij, & Existentium extra Carceres.

SVMMARIVM.

1 *Criminalis causa dicitur in qua Fiscus agit ad pœnam ob delictum ad vindictam publicam.*
2 *Ciuilis causa dicitur si fiscus agat ad pœnam ex contractu.*
3 *Criminalibus in causis Visitam exercuisse iurisdictionem constat ex varijs decretis.*
4 *Criminales causæ Reorum raro hodie discutiuntur in Visita.*
5 *Criminales causas Reorum in Visita discuti valde conueniens iuxta stylum antiquum, & dispositiones Summorum Pontificum Pauli IV. & Pij IV.*
6 *Criminales causas in Visita olim discussas, & vocatas constat ex varijs decretis.*
7 *Visitæ auctoritatem non minuit Pius V. const.* 68. *sed facilitatem veniæ in Visitatoribus.*
8 *Visitæ arbitrium ad terminos iuris regulandum duxit Pius V. quod est iuris conforme.*
9 *Pœna pro delictis, aut certa, aut arbitraria.*
10 *Pœna aut pecuniaria, aut capitalis.*
11 *Pœna pecuniaria admittit excarcerationem rei cum cautione.*
12 *Reo confesso expedienda est causa ipso in carceribus remanente, etiam si pœna sit pecuniaria.*
13 *Pœna capitalis si debeatur principaliter, non est excarcerandus reus cum cautione.*
14 *Pœna capitalis reus, si relaxetur cum cautione fieret fraus iustitiæ.*
15 *Pœna capitalis reus est detinendus donec feratur sententia cum compedibus, vel sine.*
16 *Pœnas remittere, vel minuere non potest Iudex absque causa.*
17 *Pœnæ prosecutio legis auctoritati reseruatur.*
18 *Pœnas minuere potest Iudex cum causa.*
19 *Confesso reo, partes Iudicis sunt in condemnando.*
20 *Reus leuioris culpæ non confessus, nec conuictus, relaxatur cum cautione, vel etiam liberatur à Visita.*

21 *Di*

21 *De misericordia reprehendi, quam asperitate, melius est.*
22 *Rei grauiorum delictorum si deficiant probationes, relaxantur cum cautione.*
23 *Pro pœna corporali subsidiaria in locum pecuniæ, relaxatur reus cum cautione.*
24 *Ad mortem damnati philosophi dictum.*
25 *Merita causarum esse in Visitatione cognoscenda.*
26 *Merita causarum nisi cognoscantur, non potest super illis iudicari.*
27 *Pœna si arbitraria, regulatur iudicium prout dictum est de pœna certa.*
28 *Contra contumaces processus est formandus antequam præsentibus dentur informationes.*
29 *Pro rei detentione, seu liberatione adhibenda circumspectio, & cur.*
30 *Reo appellante procedendum, vt dictum est in prima instantia.*
31 *Reus, admissa appellatione, est sub dispositione Iudicis ad quem.*
32 *Appellationis Iudex est executor sententiæ suæ.*
33 *Reus, etiam pauper, tenetur ad pœnam, expensas, & damna.*
34 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
35 *Tribunal S. Inquisitionis quas causas cognoscat.*
36 *Tribunalis S. Inquisitionis carcerati olim cũ alijs carceratis promiscue detinebantur, & in Visita vocabantur.*
37 *Tribunal S. Inquisitionis cœpit habere proprios carceres & congregationem particularem.*
38 *Congregationi S. Inquisitionis præsidet Summus Pontifex.*
39 *Carceratorũ S. Inquisitionis necessitatibus optimè consulitur.*
40 *Carceratorum Inquisitionis causæ magna celeritate expediuntur.*
41 *Inquisitionis Visitationes gratiosæ bis in anno fiunt.*
42 *Inquisitionis causa superueniente carcerati pro alio delicto remittuntur ad Inquisitionem.*
43 *Inquisitioni datur Reus à Iudicibus si quid inter procedendum deprehendant pertinẽs ad Tribunal Sancti Officij.*
44 *Tribunali Inquisitionis alia vbilibet terrarum Tribunalia parere debent.*
45 *Tribunal Inquisitionis Principes etiam supremi deferre quantum, & in quibus deferre debent.*
46 *Iniuria est omnium, quæ in Diuinam religionem committitur.*
47 *Pro hæresibus auertendis Princeps brachium, & propugnaculum Ecclesiæ debet esse.*
48 *Tribunal Inquisitionis non recipit causas sine legitimis indicijs, quia sola captura irrogat infamiam.*
49 *Tribunal Inquisitionis fama non læditur in aliquo casu particulari.*
50 *Debitoribus extra carceres existentibus Visita vt plurimum non subuenit.*
51 *Remigibus Visita alias subuenit remissiuè.*
52 *Debitoribus extra carceres existentibus alias subuenit Visita.*
53 *Locis Pijs dilationem concessit aliàs Visita.*
54 *Creditores etiam non arrestantes carceratos comprehendit in suis decretis Visita.*

DIximus supra Iurisdictionis Visitæ latitudinem ex nouem capitibus colligi posse. Quinque iam explicata sunt. Quatuor, quæ supersunt, modo examinanda. Et primo; Quo vsque se extendat Visitæ iurisdictio circa carceratos pro causis Criminalibus.

1 Criminalis causa dicitur, in qua Fiscus agit ad pœnam pro aliquo delicto ad vindictam publicam: secus autem si ex cõtractu iuxta *theor. Bar. & aliorum in l. Prætor ait. ff. de sepul. viol. Peregr. de pri-* 2 *uil. fisc. lib. 4. Tit. 8. Clar. §. fin. q. 1. vers. Tertius est casus. Far. q. 100. num. 10. & seq.* Vnde si ageretur per Fiscum ad pœnam fractæ pacis promissam in contractu pacis, causa diceretur Ciuilis. *Bart. in d. l. Prætor ait. de sep. viol. Bertaz. cons. 280. n. 6. lib. 2.*

3 Quod in causis Criminalibus Iurisdictionem exercuerit Visita luce meridiana clarius apparet ex decretis superioris capituli, & ex modo recensendis. 1533. 28. Nouemb. Sab. *Pro Iulia relicta Bernardini. DD. Visitatores inhibuerunt omnibus Officialibus quod dicta Iulia non molestetur pro fideiussione de non offendendo Meum Paladium.* * 1548. 4. Iulij. Est annotatum infrascriptum decretum: Post visitationem habitam 21. Iunij. Sab. *Pro Rodulpho, & Ceccotto carceratis. Contra Fiscum eadem die comparuit D. Deosebus. & eorum Procurator coram D. Episcopo Bononiense, & Comite Iulio Gonzaga existentibus in claustro Tẽpli Pacis. & plena Camera, & petijt ab eisdem dari votum ipsorũ in plena Visita pro liberatione dictorum suorum principalium à carceribus, & obtinuit, vt supra omni meliori modo.* * 1549. 21. Febr. Cap *Liberator. Informentur omnes de Visita; & ad primam visitam expediatur; & quoad delictum in Regno Iudices dent remissoriam in Regno arbitrio suo.* * 1553. 6. Iul. Sab. *Federicus de Asissio & Christophorus eius filius carcerati in Curia Turris Nonæ. D. Fiscalis, repetito Motu proprio de non dando adiunctum; debita cum reuerentia protestatur ipsis DD. Visitatoribus, quod nõ debeat dare adiũctus in hac causa, Papa inconsulto; ex tunc DD. Visitatores in hac causa dederunt in adiunctũ D. Gubernatori D. Auditorem Cameræ.*

4 Fateor quoad reos criminales hodie non discuti frequenter eorum causas in Visita: valde tamen 5 conueniens esset reassumere stylum antiquum, præsertim cum non sit alia Congregatio discussionis huiusmodi causarum, in qua interueniat Aduocatus pauperum: propter quam causam Summi Pontifices voluerunt in Visita nunquam ipsum deesse. Quare ad publicam vtilitatem, & æqualitatem iustitiæ seruandam, decernendum videretur, vt omnino causæ reorum in Visitatione discutiantur, & examinentur; & Iudices causas in ea proponant, ferentes secum processus, vt Visitatores intelligãt, & videant ne carceratus plus æquo grauetur: & quidquid earumdem Visitatorum voto deliberatum sit, semper obseruetur, & executioni mandetur, prout expressè disponit Paulus III. in d. Constitut. de qua infra *lib. 2. pro carceratis. §. 8.* Ibi: *Et Iudices, qui processerunt dum causas in Visita proponent, habeant secum processus:* quam Pius IV. *in sua Reformat. Tribunalium,* & cæteri Summi Põtifices in omnibus, & per omnia mandarunt obseruari: Et si quid forte Sanctissimo referendum occurre-

e uteerit, similiter interuentu Aduocati pauperum fiat; vt ait Pius V. in infra citanda Constitutione.

6 Atque ita antiquitus fuisse factum apparet tum ex diuersis, quæ supra attuli, decretis; tum ex ijs, quæ dicturus sum; rum denique ex tribus infrascriptis: 1533 19. Iulij. Capit. *Ioannes Andreas. Domini Visitatores audito processu relato per D. Petrum Antonium de suis iustificationibus condemnauerunt dictum Ioannem Andream perpetuo ad triremes* S. D. N. * 1545 5. Nouembris. Sab. *Bartholomaus. Videatur copia processus per Visitatores, & in prima Visita Turris Nonæ votetur.* * 1546. 24. Aprilis. Nonæ. *Hieronymus. Si quid deest ad perficiendum processu perficiatur, ita quod omnino in prima Visita sit in casu relationis certa, & tunc omnino expediatur; & ostendantur acta DD. Visitatoribus gratis.*

7 Quibus contrariare non videtur Pius V. in sua Constit. post *Constit. 68. Cum sicut accepimus. in bull. fol.* 200. Ex cuius lectura apparet nullatenus minui Visitæ auctoritatem, sed facilitatem veniæ, in quam DD. Visitatores tunc temporis prolapsi erant: ne pro Incentiuo ad delinquendum deseruiat, vt ait S. Ambrosius. relat. *c. est iniusta. 24. quæst.* 4.

8 Ideo ipsorum arbitrio ad terminos iuris regulandum duxit Pontifex. Quod iuris esse docet textus *l. si in lege. ff. locat. Menoch. de arb. lib. 1. q. 78. & seq. Far. q. 38. nu. 88. & 89. Rot. decis. 434. n. 1. par. 2. rec.* prout, si secundum iuris dispositionem distinguamus, notum fiet Iurisdictionem, quam etiam de præsenti Visita exercet, non repugnare præfatæ Pij V. Constitutioni.

9 Pro delictis secundum eorum qualitatem pœnæ imponuntur, quæ aut certæ sunt, aut pendentes à Iudicis arbitrio, iuxta ea, quæ tradunt DD. *l. 2. C. de exhib. reis. Bart. l. 1. ff. de custod. reor.*

10 Quando certæ sunt, aut sunt pecuniariæ, aut capitales, seu corporales, cum mutilatione membrorum, fustigatione, seu alio simili modo; vel sunt leuiores. *Bald. & alij in l. reos C. de accus.*

11 Quoad primam pænam; si fuerit pæcuniaria, debet excarcerari reus cum cautione, post quam fuerit examinatus super accusatione ei data; & audiri in suis defensionibus extra carceres, nisi tamen iam fassus fuisset delictum, vel causa esset in statu celeris expeditionis. *Bald. l. nullus. num. 3. C. de exhib. reis. Far. quæst. 33. nu.* 25. In qua quæst. per totum disputat, quando reus sit relaxandus cum cautione.

12 Siquidem tali casu debet sententiari ante excarcerationem. *l. 2. iuncto tex. l. si confessus ff. de cust. reor. l. si quis. C. eodem.* Atque in hoc euentu concurrit Visita in relaxando reo cum iure cōmuni, nec quoad hoc quidquam in contrariū innouat Constit. Pij V.

Quantum ad secundam pænam capitalem, siue corporalem: vel debetur principaliter, vel ob de-

13 fectum bonorum: si principaliter, non debet excarcerari reus ante latam sententiam. *l. 1. C. de Cust. reor.* & est textus expressus *l. 2. C. eodem.* Nam si reus detineretur in carcere, vt torqueretur cum certum sit fideiussores non posse sufficere ad soluendum iudicatum, stante quod pæna est corpo-

14 ralis, magna fieret fraus Iustitiæ, si reciperentur fideiussores, & ab eis exigeretur pæna iudicati; tam ratione defectus exempli, quam respectu interesse partis; & punitione delinquentium. Et propterea debent detineri in carceribus, donec sententia feratur, vel cum compedibus, iuxta notata per Baldum

14 *l. 2. in fine. C. de exhib. reis. l. 1. ff. & C. de cust. reor. l Diuus. ff. eodem Tit.* Vel absque compedibus, habita ratione qualitatis personæ, delicti, & carceris. *l. 1. ff. de cust. reor.* Pro huiusmodi delictis Visita nunquam dimittit carceratum, nec mitius punit, nisi solum in casibus à iure expressis, cum absque causa, nec Iudex quamuis supremus pænas à iure

16 expressas minuere, aut remittere debeat. *Tiraq. de pæn. tempor. in præfat. num. 1. Far. q. 17. num. 3. 5. & 6.* Cum pænæ prosecutio non iudicantis volun-

17 tati, sed legis auctoritati referuetur. *l. aliud est fraus §. 1. de verb. signif. Peregr. de iure Fisc. lib. 4. Tit. 8. nu. 28. Grat. discept. 653. num. 83.* Cum causa

18 verò potest Iudex pro arbitrio iuxta facti, & personarum qualitatem pænas minuere. *l. & si seuerior. vbi glos. quibus ex caus. infam. Far. q. 17. nu. 7. & seqq.* quod autem potest Iudex, multò facilius poterit Visita.

Respectu verò tertiæ pænæ leuioris subdistinguendum est: vel reus confessus, seu conuictus est;

19 & tunc relaxari, aut liber dimitti non debet, sed condemnari; cum nullæ sint partes Iudicis contra confessum, seu conuictum, nisi in condemnando. *l. si confessus. de cust. reor. Foll. in pract. crimin. vers. examinati liberentur. num. 2. & 12. vbi alios adducit. Far.* qui de hac Pij V. Constit. meminit. *q. 33.*

20 *num. 13. in fine.* Vel neque confessus, neque conuictus reperitur reus de huiusmodi leuiori crimine; & tunc Visita potest etiam ex Constitutione Pij V. illum relaxare cum fideiussione, si habet: sin minus; cum iuratoria cautione: Immò potest si subsit causa, omnino liberare. Iudices enim in leuioribus delictis ad lenitatē proniores esse debent. *cap. disciplina. & cap. sunt namque. 43. dist. Bald. cons. 250.*

21 *num. 12. lib. 1.* Minus enim malum est de misericordia, quam de seueritate reprehendi. *cap. alligant. 26. q. 7. Specul. de sent. §. 6. vers. igitur. & vers. si autem. Far. q. 17. num. 4. & seqq.* Immo etiam in

22 grauioribus delictis suprascriptis, quotiescumque defectus esset in probationibus, quia fortè non sufficerent ad torturam, vel Curia non esset informata. *Luc. de Pen. l. quoties. C. de dignit. lib. 12.* nec expectarentur probabiliter probationes; ne rei marcescant in carceribus; & carcer, qui datur ad custodiam, cedat illis in pænam, quam, delicto non probato, luere minimè debent, aut absoluuntur ex hactenus deductis; aut saltem cum cautione, quam habere possunt, relaxantur à Visita; præsertim postquam per aliquod notabile tempus carcerum incommoda passi sunt.

Quod si pæna non sit principaliter debita, sed ob defectum bonorum: quamuis Doctores existiment

23 hanc pænam corporalem subsidiariam non differre ab ea, quæ principaliter debetur, stante quod ad eosdem terminos se extendit. *Bart. & alij l. reos. de accus. Bald. num. 12.* tamen Iudex potest assecurare iudicium cum cautione post factas probationes. *arg. l. 1. C. de infam. & l 1. & 2. C. de cust. reor. l. quid ergo §. pæna grauior. ff. de infam.* Atque hoc obseruat Visita. Si autem reus vellet potius subire pænam corporalem subsidiariam, quam soluere pecuniariam; præcisè cogendus est, vt soluat pecuniam, si habet in bonis. *Dec. in l. si quis id quod. n. 22.*

n.22.& seqq.ff.de iurisd.omn.iud. qui dicit esse cōmunem. *Clar.§.fin.q.95. vers. quare etiam. Lancell de priuil.paup.Priuil.322.num.16.* qui adducit
24 festiuum dictum, quod Plutarchus refert *in Apopth.* Themistenes morti damnatus lætor, inquit, quod hanc solam mulctam, quam nec à quoquam petij, nec mutuò accepi.

25 Hinc colligi potest errare eos, qui præsumunt in Visitatione merita causarum criminalium, postquam publicatus est processus, non esse referenda, & discutienda: quamque conueniens esset stylum antiquum reassumere, vt dixi, illa frequentius refe-
26 rendo, & discutiendo, eo quod sine eorum cognitione iudicium rectum fieri non possit; non auditis probationibus, an delictum leue, vel graue sit; an reus conuictus, aut confessus; an deficiant probationes pro tortura inferenda, aliaue concurrant pro relaxatione carcerati iuxta notata *l. properandum. §. & si quidem. de Iud. vbi Bart. Fel. cap. Ecclesiæ S. Mariæ. nu.17.de Constit.quos allegat Rota. dec. 170.nu.4.& 5.par.6.recen.*

Secundum quoque membrum diuisionis principalis quando pœna non esset certa, sed arbitraria
27 Iudici, remanet resolutum ex prædictis. Considetanda est enim qualitas delicti, & siue intret pœna corporalis, siue pecuniaria, procedendum est omnino prout dictum est supra de casibus, in quibus pœna certa est statuta; quæ omnia procedunt quoad
28 præsentes. Si verò aberunt rei absentes contumaces, tunc prius deueniendū est ad illorum condemnationem, antequam præsentibus processus publi-
29 cetur. Demum non omittimus subiungere adhibendam esse diligentem circumspectionem in detentione, vel excarceratione reorum, non dando neque vni, neque alteri absque cognitione meritorum processus. Etenim experientia docet, quod postquam de carcere liberati sunt rei, negotium obliuioni traditur, maximè si fit ad instantiam Fiscl, ac si processus nequaquam instructus fuisset, nec delictum vllum perpetratum: Et vice versa multoties accidit, id frigescere carceratorum memoriam, eo quod in Visitationibus eorum causæ nō audiantur, nec grauamina perpendantur, vt ob solam præsumptionem grauitatis delicti per menses, immò aliquando per annos iniustè retineantur: quod nullatenus fieri licet; Omnia enim quæ ad iustitiam pertinent suis limitibus concluduntur, pro rectæ expeditione, quæ non est protrahenda sub prætextu probationum, quæ dependeant à futuro, & incerto euentu; præsertim, vt dixi, postquam rei extiterunt per notabile tempus in carceribus.

30 Si vero post publicatam sententiam reus appellauerit, idem ordo, quem diximus seruandum esse in prima instantia, seruandus erit etiam in hac secunda, & vlterioribus instantijs. *Bar. Bal. Alber. Salic.Castr.& alij locis §.super his. & l. minimè. C.de appell.Bald.in l.nemo.C.de Epis aud. Alex.in apost. ad Cart.l.1.ff.de custod. reor.* Admissa autem appellatione debet circa personam rei stari ordina-
31 tioni Iudicis appellationis. *DD.in tit.loco, signanter Castr.in d.§.super his.DD etiam cap non solum. de appell. in 6.* Nam ad iudicem, ad quem spectat executio sententiæ, si illam confirmat, & venit exequenda. *per not. in cap. Romana de appellat in 6. & l.1. ff. eodem Tit.* Sin autem reus à sententia non appellauerit, quamuis pœna esset pecuniaria, non debet excarcerari, quousque pœnam integrè soluerit, & vlterius damna, & expensas, in quibus condemnatus existit. *cap. Nos Martinus de crimin.* quia descendit ex delicto. *Castr. cons.272.* quamuis esset pauper. Quippe paupertas non excusat à pœna: Qui enim non habet in ære, luat in corpore. *l. 1 §.fin. ff.de pœn.l.2.in fin.C.eodem Tit.l. quicumque C.de ser.fugit.Abb.in cap.olim.num.2.de restit.spol. Boer.dec.349.num.3 Clar. in §. fin. q. 95. vers. sed quid si reus.* Hæc tamen, quæ diximus de appellatione, locum habent in Iudicibus ordinarijs, non autem in Iudicibus Visitæ a quorum sententijs, seu
35 decretis, vel in Criminalibus, non datur appellatio vt habetur in Bulla Pauli III. *infra lib.2.§.20* Atque hæc omnia obseruata leguntur in supradscriptis, & alijs decretis præsertim *dd.§.8 & 20.lib.2.* referendis, & examinandis.

Proximum est, vt videamus quomodo S. Visita gerere se debeat in causis S. Officij. Hoc S. Inqui-
36 sitionis Tribunal cognoscit causas, & negotia fidei. omnibus alijs præferenda. Qui modo detinentur in Carceribus S. Officij, olim detinebantur pro-
37 miscuè in carceribus cum alijs; & describantur in lista Visitationis; in Visita eorum causæ ex Summi Pontificis expressa delegatione, pro vt aliæ ceterorum carceratorum discutiebantur, vt apparet ex quamplurimis Visitæ decretis, quæ hic superfluum esset recensere, cum hodie hæc cura ad Visitam non spectet, vt paulo post dicam.

38 Postmodum Tribunal hoc cæpit habere proprios carceres; magnaque Summorum Pontificum prouidentia erecta fuit in Vrbe suprema Congregatio S. Inquisitionis hereticæ prauitatis, tanquam firmissimum Catholicæ fidei propugnaculum. Huic
39 ob summā rei grauitatem præsidet Summus Pontifex, & habetur singulis ferijs quintis, Cōgregatio, præter eas quæ fiunt singulis ferijs quartis ab Eminentiss. Cardinalibus eiusdē Congregationis, & singulis ferijs secundis a RR. PP. DD. Assessore, Commissario, & Consultoribus, quibus reuerenter cessit nostra Visitatio, nec amplius huiusmodi causæ delegatæ fuerunt alijs Iudicibus. Atque hoc non
40 fine magno commodo ipsorum carceratorum, pro quorum indigentijs nihil omittitur ab ijs, quibus cura demanda a est. Nam pro eorum defensione, præter Procuratorem deputatum, habent ipsosmet Iudices, qui non aliud curant nisi salutem animæ, & corporis eorumdem carceratorum: pro quorum
41 celeri expeditione vltra quotidianos officialium labores in instruendis, conficiendis, & euoluendis processibus, tot fiunt & tanti ponderis vt diximus, qualibet hebdomada Congregationes, vt ne momentum quidem plus debito in carceribus deti-
42 neantur. Neque desunt bis in anno Gratiosæ Visitationes in solemnitatibus Natiu.D.N.& Paschatis Resurrectionis, quo tempore maxima Patrū pietate dilatantur ad fauorē carceratorū Caritatis spatia.

43 Superuenit deinde sanctæ mem. Pius V. qui in sua prima *Constitutione.in Bullar. fol.133.* sub excommunicationis latæ sententiæ, ac indignationis, & alijs suo, & DD. Card. Inquisitorum Generalium arbitrio imponendis, & exequendis pœnis præcepit, & mandauit, vt carcerati quicumque pro quibusuis delictis, etiam atrocibus, apud d. Inquisitionis officium quomodolibet delati, aut denunciati, suspensa aliorum criminum interiorum cogni-

tione, ad eosdem Cardinales, & Inquisitionis Carceres remittantur, ibidem vsque ad Criminis hæresis totalem cognitionem, & expeditionem retinendi; postea ad suos iudices pro aliorum criminum expeditione remittendi.

44 Præcepto præfato paruerunt, & parent prompto animo Iudices omnes in Curia. Immo si dum pro aliquo delicto reum interrogant, quicquam spectans ad Iurisdictionē S. Inquisitionis, occurrat statim abstinent ab vlteriori interrogatione, & perinde ac si causa ad Sanctum Officium pertinens, ipsi delata esset, ad illud sine vlla cunctatione remittunt, vt exempli causa super deturpatione cedulonum, quæ est causa Sancti Officij, vt per Peg. *in Direct. Inquis. par. 3 schol. 24. vers. sunt item. prax. Archiep. Neap. cap. 8. in fin.*

45 Debent idem quoque vbique terrarum quælibet Tribunalia facere, quibus mandat fel. rec. Clem. VIII. in Constitutione LXXVI. *Bullar. fol.* 113. §. 2. vt pareant mandatis eiusdem S. Inquisitionis nulla interposita mora. Debent quoque hoc su-
46 premum Tribunal, prout decet, eadem Tribunalia, & quiuis etiā supremi Principes venerari; & quantum in eis fuerit, quotiescunque occasio postulauerit, manus adiutrices pro reorum d. Sanctæ Inquisitionis captura, & punitione porrigere. In om-
47 nium enim vertitur iniuriam, quidquid in religionem diuinam committitur. *l.* 4. C. *de haret. l.* 40. *tit.* 5. *lib.* 16. C *Theod. Lal. Zech de Princip. cap* 5. *num.* 1. vbi ait quod cum Princeps sit Brachium, &
48 propugnaculum Ecclesiæ, videre, & curare debet, ne Christiana Religio heresibus fœdetur, sed eius perturbatores publicè puniantur. Hoc mirifice adimpletur remittendo Reos, vt supra ad ipsum
49 Tribunal Sāctæ Inquisitionis, in quo Patres illi pijssimi, & sapientissimi tam maturo concilio procedunt, vt causas sine legitimis indicijs minime acceptent; cum ex sola captura in hoc Tribunali non modice fama lædatur, vt dicitur *in direct. Inquis. in schol. lib. 3. schol* 18. *vers. dixi vero.* Nam licet sententiam fauorabilem reportent, tamen ita videntur absolui vt de ijs dici possit, quod dixit Cicero *lib. Epist. 9. ad Patum* de eo, cui absolutoria non omnem absterserat infamiam. Quamquam famam interdum non lædi, sed augeri prætendant ij, qui, vt ait Cassiodorus *var. lib. 3. cap.* 41. ita in quibusdam
50 excellunt, *vt frequentia palmarum eos dici faciat maleficos, inter quos*, vt idem inquit, *magnum preconium videtur esse, ad suspicionem talium criminum peruenire.* Equidem noui Protomimum exercentem artem, quæ gesticulationibus manuum summa celeritate exhibitis adeò, vt sensibus imponat, & nescio quid supra naturæ nostræ facultatem præstare videatur: qui planus à Græcis, à nostris Impostor appellatur: de quo, Eustachius Homeri interpres *in Odyssæam* Budæo interprete, Planus est qui artem quamdam profitetur imponendi; etiam spectantibus. Hic ad extollendam suam in arte excellentiam gloriabatur se fuisse delatum S. Officio Inquisitionis, & ab eo liberatum, quia detectum fuerat ea ex vi, & acumine proprij ingenij operari. Aliud exemplum adduximus *in lib. 3. §. 10. cap. 2. num. 9.* de Iacobo Martino Mutinensi puero omnibus scientijs prædito huic Tribunali Romæ delato, & cum honore dimisso. Atque hæc de Iurisdictione Visitæ in causis pertinentibus ad S. Officij Tribunal dixisse satis sit. Ad eiusdē Iurisdictionem extra carceres tā in Criminalibus, quam in Ciuilibus transeamus.

51 Licet hodie vt plurimum non fiant decreta pro ijs qui extra carceres sunt, tamen vt appareat id non esse ex defectu Iurisdictionis Visitæ, placuit referre varia decreta alias facta pro existentibus extra carceres, præter ea quæ alibi sparsim in hoc opere leguntur, vt, si aliquando occasio poscat, Visitatores sciant se posse huiusmodi facultate vti. 1533. 28. Octob. Nonæ. *Pro Iulia relicta q. Bernardini. Domini Visitatores inhibuerunt omnibus Officialibus, quod d. Iulia non molestetur pro fideiussione de non offendendo Menm.* * 1537. 31. Mart. Cap t. *Franciscus extra carceres. Contemplatione Fratris Baci remittatur ei pæna, quam incurrit ratione verberationis in persona Siluestri Mandatarij gratiosa.* * 1547. 23. Iun. Capit. *Domini Visitatores decreuerunt quod D. Galeatius primus Collateralis gaudeat eodem beneficio, & gratia, qua gauisus fuit D. Nicolaus olim Senator ex decreto Visitæ, respectu sententia Syndicatus contra d. D. Nicolaum, & ipsum D. Galeatium lata iuxta decretum Visita, & quod non possit aliquo pacto molestari nec contra ipsum virtute dicta sententie ad aliquem Actum procedi respectu pænarum. & ita decreuerunt Auctoritate Visita.* * 1556 13. Febr. None. *Ludouicus de Tibure iam septem annos, vel circa, per sententiam D. Gubernatoris Vrbis relegatus in Terra vna sub certa pæna tunc expressa ob homicidium in personam q. Hieronymi commissum. Attenta pace ab illius hæredibus habita, Domini remiserunt relegationem, & pænam sub qua illam seruare tenebatur, eumque restituerunt. & cautiones desuper prestitas aboleuerunt. & cassari mandauerunt.* * 1622. 23 Iun Capit *Nicolaus carceratus in partibus pro fideiussione prestanda de non offendendo. Nisi Aduersarius per totum cras cum intimatione facienda Lalio Francia præstiterit c usum fu excarcerationis filij scribatur pro excarceratione d. Nicolai cum fide de nō offendendo.* Confert etiam

52 ad hanc facultatem Iurisdictio quam exercent Visitatores in Remiges, de qua infra *lib.* 2 §. 31. *capit. vnic.*

53 Quoad debitores verò pro causis ciuilibus frequentius vsa est S. Visita suis facultatibus pro existentibus extra carceres. Hæc ex multis sufficiant. 1548. 2. Aug. Capit. *Franciscus Tabernarius extra carceres. Data cautione de soluendo Carolenos decem quolibet mense Ioanni medico non molestetur, & prosit etiam huiusmodi decretum Dominico eius fideiussori.* * 1551. 6. Aug. Sab. *Ioannes Petrus Brixiensis extra carceres. Auditor Cameræ concedat dilationem arbitrio suo.* * 1559. 14. Ian. Sab. *Pro Capitaneo Turris Nona contra creditores. Domini Visitatores mandarunt supersederi in executione mandati contra d. Capitaneum.* * 1560. 4. Ian Sab. *Io. Franciscus extra carceres. Facta obligatione per eum de soluendo Matri annuli censum scutorum viginti vnius, prout soluebat Hieronymus, prout se obligauit, non molestetur ipse, nec eius fideiussores, cum cōminatione quod si defecerint in vna solutione vnius termini præsens decretum sibi non suffragetur.* * 1560. 23. Ian.

Capit.

Capit. *Thomasinus Ianuen. & alij vndecim Tabernarij extra carceres omnes pro debito ciuili. Ad* R. P. D. *de Sancta Flora qui vocatis creditoribus interponat se pro concordia, concedat dilationem arbitrio suo etiam auctoritate Visitæ.* * 1566. 4. April. Nonæ. *Alexander. Attenta eius paupertate, & numero filiorum.* D. *Maceratensis interponat se pro concordia eius creditoribus, & concedat dilationem eius arbitrio, etiam auctoritate Visitæ, & inhibeat, ne molestetur.* * 1571. 28. Iun. Capit. *Thomas, &* Bartholomæus *Cursores.* Domini *mandarunt per mensem non molestari; & significationem opportunam desuper decreuerunt absque spe vlterioris dilationis firmo remanente decreto irreuocabili, quo ad eorum officia per eos facto, etiam auctoritate Visitæ.* * 1562. 11. Nouemb. Nonæ. *Abbatissa, & Moniales. S. Luciæ in Silice.* D. *Auditor Cameræ concedat dilationem arbitrio suo auctoritate Visitæ.* 54 Huiusmodi locis pijs conceditur dilatio, quæ valde æqua est, ne creditores exequantur pro tota summa super redditibus destinatis pro alimentis, & alijs necessarijs Deo seruientibus.

55 Non solum autem Iurisdictionem exercuit Visita quo ad debitores existentes extra carceres, vt supra, verum etiam quoad creditores, qui debitorem carceratum ad aliorum instantiam non curarunt arrestari facere. 1537. 5. Maij. Sab. *Raphael. Quoad Diamantem; Restituantur bona; alias non exeat: quoad alios Creditores, pro quibus fuit arrestatus, facta obligatione per ipsum de soluendo scutum vnum quolibet mense, diuidendum inter creditores, vnicuique pro rata sua, relaxetur; & quo ad alios creditores ad instantiam quorum non detinetur, vocentur coram* D. *Balthasare; qui studeat, & componat, etiam auctoritate Visitæ: & quatenus satisfaciat presenti decreto, ac etiam decreto faciendo per eumdem* D. *Balthasarem non molestetur fideiussor; alias si non satisfaciat, creditores vtantur iuribus suis contra fideiussorem, & si reperiatur ipsum ludere ad ludum cuiuscumque generis, amittat beneficium huius decreti, prout statim se obligauit.*

CAPVT III.

De causis præiudicialibus.

SVMMARIVM.

1 *Præiudiciales causæ sub iurisdictione Visitæ sunt; & de qualitate præiuditiorum.*
2 *Præiudiciales causæ dicuntur exceptiones, quæ à reo propositæ mutentur in actiones.*
3 *Præiuditiales causæ sunt formulæ exceptionis in actionem transmutandæ secundum Reuardum.*
4 *Formula pro actione sumitur in iure.*
5 *Præiudiciales exceptiones olim formulis quibusdam proponebantur.*
6 *Præiudicialium exceptionum formulæ recensentur.*
7 *Præiudicium per exceptionem cognoscitur, & expostulatur.*
8 *Præiudicij exceptio dilatoria est.*
9 *Præiudicialis quæstio impedit litis contestationem.*
10 *Præiudicialis exceptione non opposita valet sententia, nisi lata fuerit ex summaria cognitione.*
11 *Præiudicialis exceptione cognita reditur ad primæuam actionem actoris.*
12 *Præiudicium eo modo redditur quo Iudicium.*
13 *Præiudiciorum quatuor modi.*
14 *Præiudicium ratione maioritatis quod, & quale sit.*
15 *Præiudicij ratione maioritatis, exemplum.*
16 *Præiudicij maioritas authorabilis quæ.*
17 *Præiudicij maioritas authorabilis nec ab eadem parte, nec à diuersa potest simul moueri cũ negotio principali.*
18 *Præiudicij maioritas authorabilis vno modo in causa se inuicem contingentibus alio modo in se non contingentibus consideratur.*
19 *Præiudicialis causa ratione contrarietatis quæ.*
20 *Præiudicialis causa ratione contrarietatis non potest moueri ab eadem parte, sed à diuersa nisi fuerit etiam præiudicium ratione maioritatis.*
21 *Præiudicium contrarietatis considerari potest quando se omnino excludunt, & quando ad tempus.*
22 *Absolutoria in ciuili quando excludat criminalem, & e contra.*
23 *Probationes in ciuili non sufficiunt in criminali, & è contra.*
24 *Absolutoria ciuilis qua ratione præiudicet criminali.*
25 *Præiudicium emergens quale sit.*
26 *Præiudicium incidens quale sit.*
27 *Præiudicium incidens differt ab emergenti, quia incidens per interlocutoriam, emergens terminatur per diffinitiuam.*
28 *Præiudiciorum diuersitas constat ampliationes, & limitationes remissiuè.*
29 *Præiudicialis causa vna si alteri fuerit, procedendum est in ea, quæ præiudicialis est.*
30 *Præiudicialis causa proposita per tertium non facit supersedere.*
31 *Præiudicialis causa proposita à fisco, seu Iudici procedente ex officio non facit supersedere.*
32 *Præiudicialis causa facit cessare aliam in sententiando, non in procedendo.*
33 *Præiudicialis causa facit cessare aliam, vt minuatur lites, & euitentur inutiles circuitus.*
34 *Criminalis causa super falsitate testium in ciuili examinatorum cessare facit causam ciuilem.*
35 *Criminalis causa super falsitate testium in ciuili nõ facit silere ciuilem si aliis nitatur fundamentis de falso non suspectis.*
36 *Criminalis causa super falsitate testium intentata contra testes, non autem contra inducentem, non facit silere ciuilem.*
37 *Visitatorum munus est, vt insistant relaxationi carceratorum, & curent præsertim infrà triduũ examinari.*
38 *Visitetores diuersis modis relaxant carceratos etiamsi, neque sint innocentes, neque à proprijs Iudicibus absoluti, vel condemnati.*

1 VT hoc negotium de Iurisdictione Visitæ absoluamus: Iurisdictio illius versatur circa Causas præiudiciales, & qualitatem præiudiciorum.

Cum enim Vifita fungatur vice Signaturæ in caufis Carceratorum, vt alibi diximus, quotiefcumque cafus eueniunt præiudicij, refcribit. 1568. 2.Septemb.Sab. *Acchillet.Ad D.Boccarium,qui per fe ipfum expediat caufam pendentem. Et interim pendente lite criminali mandarunt fuperfederi in caufa cimili coram Primo Collaterali vertente inter ipfum Acchillem, & Ioannem Baptiftam de Marchettis: & inhibuerunt in forma.* * 1573.20.Aug. Capit. *Matthæus. Attento quod eft carceratus in carceribus Turris Nonæ pro prætenfo furto horologij. Ad D.Ioannem Mariam, qui expediat, & inhibeat, quibus fuerit inhibendum fub pœnis fibi bene vifis, ne pendente iudicio criminali procedant in ciuili.* Non enim admittitur fimultanea æmulatio caufarum inter fe præiudicialium. *l.1.C. de appell. & ibi DD. Far.q.100.num.60.in princ. & ante finem.& num.63.Vermig.conf.155. num.1. & 156. num.1. & num.8.*

2 Sciendum igitur eft præiudiciales caufas, feu præiudicia dici quafdam exceptiones, quæ à reo in iudicio propofitæ in Actionem poftea mutantur, & hæ etiam nomine actionis veniunt.*l. Actionis.verbo.ff.de act.& oblig.* Poteft præiudicialis caufa de-

3 finiri, feu potius defcribi iuxta mentem Iacobi Ræuardi, *Tract.de præiudicys.cap.14 lib.1.* Quod fit exceptionis formula futuri iudicij nomine in actionem non fine priore tractatione transmutanda.

4 Dicitur, *formula*, ideft actio, veluti genus. Nam formula pro actione apud Paulum. *l.fi ferunt.ff. de furtis.* accipitur, ibi: *vulgaris formula in dominum danda eft, hoc eft,* Actio in factum. Ræuardus enim, dum præiudicium per quandam formulam defcribit, alludere voluit ad illas formulas, quibus

5 olim exceptiones præiudiciales proponebãtur. Antiquitus enim, vt dicit Tullius *In Orat. pro Rofcio.* erant formulæ de omnibus rebus conftitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut in genere actionis erraret; & præcipuè in genere præiudiciorum.

6 In Pãdectis multæ, & quamplures formulæ defcribuntur. *l.1.ff. fam.ercifc.* Ibi: *Si non in ea re, de qua agitur, præiudicium hæreditati fiat* Quam formulã fic interpretabantur, vt prius iudicandum effet, an quis fit hæres, quã de diuidenda hæreditate tractetur. Rurfus. *l.fundi.ff. de except.* hæc formula legitur. *Si præiudicium fundo partiue fiat.* Quæ explicatur: Sinõ de proprietate fundi prius iudicandũ fit. Idem Ræuard. *d.Tract.de præiud. cap. 11. lib.1.*

7 Dicitur, *Exceptio*; quia nonnifi per exceptionem cognofcitur, & excipiendo præiudicium expoftulatur. *l.Diuus.ff.de petit. hæred.* Idque indicat rubrica toto *Tit ff.de except. & præfcript. & præiud.* vbi præiudiciorum appellatione fignificantur quædam exceptiones fpeciales, quarum exempla ponuntur. *l.fi poft litem. l. feudum. l. fundi. l.rei maioris. ff.eod.m. l. per minorem.ff. de iudic.*

8 Dicitur, *futuri iudicij*: non facti. Nam exceptio ifta præiudicij dilatoria eft: de coq. in principio caufæ expoftulanda venit. *Textus in l.fi poft litem. ff. de except.* Ibi: *Si poft litem de hæreditate conteftatam, res fingulæ petantur, placet non obftare exceptionem, quod præiudicium hæreditati non fiat.* Fu-

9 turi enim iudicij eft ifta exceptio. Quippe quæftio præiudicialis impedit litis conteftationem in actione inftituta: & fic quando præiudicialis exceptio

10 non fuerit à parte appofita, tunc proceffus factus, fententia data in prima caufa tenet. *Gratian.difcept. 394.num.37 & feqq.* Nifi fententia lata fuerit ex fummaria cognitione. Tunc enim licet non fuerit expoftulatum præiudicium, poteft tamen poft fententiam expoftulari. *l.à Diuo Pio. §. fi fuper rebus. ff.de re iudic. Bald.l. firmum. §.publicè. nu.14.ff.de procurat.& defenf.*

11 Dicitur, *Non fine priore tractatione*: Præiudicialis enim caufa non ideò dicitur præiudicialis, quia tollat, feu eradicet actionem prius intentatam, itaut amplius de illa cognofci non debeat; fed quia prius de caufa in exceptione præiudiciali deducta cognofci oportet: eaque tãdem cognita ad primæuam actionem actori redire conceditur.

Dicitur, *In actionem transmutanda*: Etenim exceptio in modum præiudicij expoftulata non remanet in finibus fimplicis exceptionis, fed tranfit

12 in actionem; ac propterea præiudiciũ dicitur, quafi prius iudicandum. Et fic præiudicium nihil aliud eft, quam iudicium faciendum prius quam de altero propofito per actorem iudicio fententia feratur. Atque hinc eft; quod eo modo reddatur præiudiciũ,

13 quo redditur iudicium. Præmiffa definitione fuccedit diuifio præiudiciorum Quadrupliciter caufa vna alteri dicitur præiudicialis.

14 Primus modus eft ratione Maioritatis: quæ duplex eft; Vna Simplex; altera Authorabilis. Simplex eft, qua quis nõ impeditur in fua actione pro-

15 ponenda: vt quando ex eodem facto, puta in furto, proueniat Actio ciuilis, & criminalis. Nam vna ex his propofita facit ceffare alteram, licet hæc fuerit maior. Similiter quando primo, & principaliter intentatur iudicium rei vendicationis, fecundo intentatur aliud iudicium, in quo veniebat difputandum incidenter de re, de qua iam in iudicio rei vẽdicationis petitio facta fit; tunc Reus poteft excipere, & obijcere pendentiam primi iudicij, licet hoc fecundum fuerit maius. *Paul de Caftro in*

16 *l.fi fundum. num.1. ff de except.* Authorabilis vero eft maioritas qua quis femper impeditur in actione intentata. Eftq. etiam in duplici differentia. Quædam eft abfoluta; vt funt caufæ ftatus. *§.præiudiciales.Inftit.de Act.* hoc eft, quæ poffunt intentari abfque alio refpectu ad iudicium. Quædam eft refpectiua, vt petitio hæreditatis, quæ per refpectum ad alias quæftiones proponitur, hoc eft, per comparationem ad aliud iudicium motum, vel de proximo mouendum. *Paul de Caftr.l.fi fundum.nu.5.ff.de*

17 *except.* Hæc præiudicia differunt ab alijs, quia nec ab eadem parte, nec à diuerfis fimul poffunt moueri. *Angel.Inftit. de Action. §.præiudiciales. num.3.* Atque hæc Authorabilis maioritas duobus modis cõfiderari poteft. Vno modo in caufis fe nullo mo-

18 do contingentibus. *vt l.fin. C.de ordin. iudic.* vbi caufa Ciuilis nihil habens commune cum Criminali, fi fuerit intentata, debet prius terminari caufa Criminalis, etiam fi poftea promoueatur. Licet verum fit, quod poffimus prædictam caufam ciuilem hoc cafu profequi vfque ad fententiam exclufiuè. *Grat. difcept.394. num.29. & feq.* Secundo modo in caufis fe inuicem contingentibus; vt eft petitio hæreditatis, quæ facit ceffare iudicium petitionis legati. *l.fin. C.de petit. hæred. l.fi poft litem.ff.de except.*

19 Se-

19 Secundus modus est ratione contrarietatis; scilicet, cum vna causa excludit aliam, vt sunt causæ Petitorij, & Possessorij. *l. ordinarij. C. de rei vendic. l. cum maiores. C. de inoff. testam.* Et petitio hæreditatis, quæ posset fieri, vel ex testamento, vel ex codicillis. Nam vna electa tollitur altera ratione cõtrarietatis. *l. fin. C. de codicill. glos. cupiens. in l. si*
20 *quis agere. C. eodem.* Hæc præiudicia differunt à supradictis, quia licet non possint moueri ab eadem parte, possunt tamen moueri à diuersa. *l. fin. inter se, & me. ff. de rei iud.* Quod procedere videtur, nisi præiudicium fuerit tam ratione cõtrarietatis, quam ratione maioritatis authorabilis simul. Tunc enim à diuersa etiam parte motum iudicium debet sile-
21 re. *l. 1. cum glos. & ibi DD. C. qui accus. non poss.* Quę contrarietas dupliciter cõsiderari potest. Vno modo, quando se omnino excludunt, vt in exemplo petitionis hæreditatis, quæ fieri potest, vel ex testamento, vel ex codicillis; vel quando causæ sunt ad vindictam. Iure enim vna omnino excludit alterã. *l. 2. §. 1. ff. de iniur. Bart. in l. nullum. num. 9. C. de testib. l. Prætor edixit. §. si dicatur. vbi Bart. ff. de iniur.* Alio modo quando se excludunt ad tempus, scilicet, pro eo tempore, quo vna ventilatur, altera cognosci, & terminari non potest, vt sunt causæ Possessorij, & Petitorij. Cuius naturæ sunt etiam causæ Criminales, & Ciuiles, quæ insimul cumulatiuè ventilari non possunt. *l. 2. ff. de vi bon. rap. interdum. ff. de pub. iud.* Ratio est, quia Reus non debet ab vno, & eodem Actore duplici iudicio fatigari. *Bald. in l. si de vi, & possessione. num. 2. ff. de iudic. & vbi quis &c.* Verum est, absolutoriam latam in ciuili aliquando excludere. Criminalem, & è cõtra; scilicet, quando fuerit super facto pronunciatum, idest, delictum non fuisse commissum. *argum. l. si duo. §. idem Iulianus. l. si duobus. §. colonus. ff. de iur.* Sed hic dubitari contingit, quomodo ciuilis
23 absolutoria super facto præiudicet criminali, cum ratione diuersitatis iudicij probationes factæ in vno iudicio non sufficiant in alio, licet inter easdem personas, vt voluit *DD. in cap. causam. de testib.* Adde quod in criminalibus requirantur probationes validiores, quam in ciuilibus, &, vt dicitur, luce meridiana clariores. *l. sciant cuncti. C. de probat.* Præterea testibus, & non testimonijs in criminalibus est iudicandum. *l. tertia. §. idem dicimus. ff. de testibus.* Tandem causa ciuilis cum tendat ad commodum priuati, idcirco absolutoria in ea lata non potest præiudicare in criminali, quæ est abstracta à dicto commodo, & tendit ad vtilitatem publicam. *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. licitatio. ff. quid illicitè. ff. de public. Bald. in l. si placet. num. 11. C. de Iudic.* Atque ita per diuersum finem videtur non posse hoc præiudicium inferri. Hanc etiam difficultatem facit Ioannes de Imola. *l. interdum. num. 2. vers. in absolutoria autem. ff. de public. iudic.* Eam
24 tamen non resoluit. Dici fortè posset, quod cum absolutoria proueniat ex eo quod non constet de facto tanquam de fundamento principali, super quo iudicium sumit initium, non est mirum, si Actor postea non possit criminale iudicium intentare. Cum enim deficiat fundamentum, corruit omne id, quod super ædificari potest. Ac licet verum sit, probationes in criminalibus, debere esse dilucidiores; hoc tamen procedit quoad condemnandum, nõ autem quoad inquirendum. Vnde cum factum sit initium inquirendi, & iam super eo pronunciatum fuerit, *Non constare*, siue vt veteres scribebant, N. L. merito cessat initium, à quo inquisitio incipere debet. Ideo Bald. *l. si quis ad se. num. 19. C. ad l. Iul. de vi pub.* dicit, quod nulla differentia dari potest inter probationes factas in vno iudicio, qui in probent in alio, dum causæ sunt pares: Et sic se habent, quod sententia lata in vna, plenè præiudicet in altera, vt in casu nostro, cum idem de probationibus dicendũ est. *l. fundi. l. fundum. ff. de except.* Nam causæ, & probationes in prædictis causis factæ idem ius, & dispositionem sortiuntur; & à pari iudicantur. Adde quod probationes factæ super facto ipso sint præparatoriæ ad iudicium, ideoq. probant in alio iudicio, saltem, quoad Iudicis instructionem. *Bald. in l. talis. num. 4. C. de his quibus, vt indig.*

25 Tertius modus, ratione emergentis. Præiudicium emergens dicitur illud quod emergit in ipso iudicio, vt quando opponitur de legitimatione personarum: vel quando dubitatur, an sit danda dilatio, vel quo ordine sit procedendũ. *Bald. in l. adire Præsidem. num. 10. 11. C. de ordin. iudic.* Nam simul tractare de emergenti, & de negocio principali, esset confundere, & inordinare processum. *cap. exhibita. de iudicijs. Bald. in Auth. habita. num. 72. C. ne fil. pro patre.* Hinc est quod emergens debet cognosci seorsum à principali, & super illo interlocutorie pronunciari. *l. à procedente. C. de dilat.*

26 Quartus, & vltimus modus est, ratione incidentiæ, scilicet quando excipitur de quæstione à qua, vt dicit Natt. *cons. 138. nu 8.* pendet substantia, vel defectus Petitionis, super qua de necessitate non est pronunciandum. *l. 1. & ibi, DD. C. de ordin. iud.* quia non examinatur seorsum a principali. *l. intra vtile. ff. de minor.* Et sic quæstio incidens est, illa, quę cohæret ipsi negocio principali, & negocium principale non potest decidi, suspensa incidenti.
27 Atque in hoc differt incidens ab emergenti, quia illa terminatur in diffinitiua; ista per interlocutoriam, vt dixi. *Bald. in d. l. si de heredit. numer. 4.*
28 *C. de ordin. cognit.* Vnde secundum diuersitatem præiudiciorum diuersę emanarunt ampliationes, & limitationes ad conclusionem infrascriptam, quæ videri poterunt apud citatos DD. & præsertim apud *Far. q. 100.*

29 Conclusio igitur indubitata, ex ijs quæ diximus, elicitur: Quotiescunque aliquo ex quatuor præfatis modis causa vna præiudicialis est alteri, siue sit Criminalis, siue Ciuilis, siue ambæ Ciuiles, siue ambæ Criminales, procedendũ est in ea, quæ præiudicialis est, etiã si vltimo loco sit intẽtata, & in alia supersedendum, vt præter citatos tenet Corn. *l. 1. num. 15. vers. præterea quotiescũque. C. de his qui accus. non pos. Aym. cons. 280. num. 2. Peregr. dec. 296. incip. in causa Fulginaten. Tit. de iud. sent. & re ind. lib. 2.* vbi ampliat, vt sufficiat possibile præiudiciũ. *Giacch. in add. ad Clar. §. fin. quæst. 2. in princ. litt. A. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 23. nu. 21. & seqq. præsertim num. 26. quos citant & sequuntur add. ad d. cons. Far. 21. litt. C.*

30 Declara primo, vt causa criminalis non faciat supersedere in ciuili, nec etiã in alia criminali, quando est proposita, & intentata non per Reum conuentum, seu accusatorem, sed per tertium. *Baiard.*

ad Clar.§.fin.quæst.2.nu.14.Farin q.100.nu.114.

31 Idem est quando causa Criminalis intentatur, non à parte, sed à Fisco, seu Iudice procedente ex officio. *Far.quæst.100.num.115.*

32 Declara secundo generaliter conclusionem, vt causa præiudicialis faciat quidem cessare aliam in sententiando, non autem in procedendo vsque ad 33 conclusionem in causa, vt dixi *nu.18. Capic. decis.25.num.2. Grat.discept.394.nu.30.* saltem de consuetudine, & ad minuendas lites, & euitandos inutiles circuitus. *Clar.§.fin.q.14.num.12.vers.tertius est casus. Far.q.100.num.9.*

34 Omissis diuersis alijs declarationibus, ampliationibus, & limitationibus; quæ vt diximus, videri poterunt apud citatos DD. exemplificandam solum censuimus quæstionem in materia, quæ frequenter contingit, videlicet quod causa criminalis super falsitate testium, vel scripturarum in ciuili Iudicio examinatorum, seu productorum, faciat silere ipsam causam ciuilem. *Abb. cons.16. num.3. lib.2. Afflict. decis.220.num.1. Crauett.tit.cons.280.num.1.vers. & in alia.* Rolan.*cons.13. num.13. lib.2. Farin.cit. q.100.nu.66 & 67. Grat.discept.394.num.29.*

35 Limita primo vt non procedat prædicta exemplificatio quotiescumque fundamentum causæ non nititur solis testibus, vel scripturis, quæ redarguuntur de falso; sed alijs, quæ de falso non redarguuntur, etiam admissa falsitate testium vel instrumenti. Sufficit enim quod per alia documenta probetur intentio actoris, seu accusatoris ad hoc vt non sit supersedendum in causa principali, siue ciuili, siue criminali. Cyn.*l.1.num.15.ad fin. vers. & certè dicendum videtur.*C.*de his qui accus.non poss. Angel. de Malef.vers.comparuerunt dicti inquisiti.nu.20. vers. sed. Bald. Afflict.decis.229.num.3. vers.si vero.*Capic.*dec.25.num 3. Gram. dec.60. post nu.24. vers.aut quod vis.* Rol. *cit. cons.13. num.17 lib.2. Far.q.100.num.101. Grat.discept.394.num.31.Rota dec.79.nu.1.par.1.dec.crim.apud Farin. Buratt. dec.47.num.1.Marc.Ant.resol.1.num.3.lib.3.*

36 Limita secundo, vt non procedat quando accusatio formatur contra falsos testes tantum, & non contra partem eos inducentem. Tunc enim supersedere non facit in causa ciuili. *Abb. cons.16.nu.3. vers. sed quamquam.lib.2.Rol.cit.cons.13.num.12. Grat.discept.394.num.28.Rot.cit. decis.79. num.1. par.1. decis. crim. apud Farin.* Porro hæc limitatio procedit siue iudex procedat per Inquisitionem, siue Ad querelam partis. *Far.q.100.num.99.*

37 Hæc sufficere arbitramur ad dignoscendum Visitatorum Iurisdictionem, quæ in eo potissimum consistit, vt totis viribus insistant reclamationi carceratorum, & suppleant partes iudicum, in eo præsertim, quod ipsis Iudicibus iniungitur in Constitut. Pauli III. *infra lib.2.* vt videlicet carceratum in secretis carceribus infra triduum examinent; & iuxta iuris dispositionem, aut relaxent, si innocens reperiatur; aut liberiori carcere frui faciant.

38 Has iudicum partes adeo plenè perfectèq. implent Visitatores, vt frequenter relaxent diuersis modis carceratos, etiamsi neque sint innocentes, neque à proprijs Iudicibus absoluti, seu condemnati: Consulunt enim aliquo opportuno remedio, ijs quorum causas vident longius protrahendas; maximè si non sint indicijs valde grauati. Nam interdum fit vt, vel non adsint, nec speretur fore, vt breui habeantur indicia, quæ ad torquendum sufficiant; vel superueniat corporis ægritudo, vel alia impedimenta, quæ expeditionem causæ retardent vel certè delicta sunt eiusmodi, vt videatur facilè ignoscendum, aut moderanda pœna, vt carceratio loco pœnæ succedat; immo quandoque etiam ob aliquam causam condonanda pœna.

Quæ cum ita sint, subiungemus diuersos relaxationis modos distinctos in certa capita. Quoniam verò frequentior est relaxatio, qua fit Cautione, ideo de huiusmodi cautionibus verba faciemus In primis autem præmittemus quædam omnibus Cautionibus communia, & postea ad modum relaxandi cum Cautione particulari, deueniemus.

---

§. XI.

RELAXATIO CVM Cautione.

CAP. I.

De Cautione in Genere.

SVMMARIVM.

1 *Perfidi quam multi sint non expedit omnibus notum fieri.*
2 *Instrumenta publica prudenter adinuenta sunt.*
3 *Contrahentes, si fideiussores exigant, excusandi.*
4 *Cautio, etiam ab amico exigenda, ne lædatur amicitia: documentum Persei apud Plutarchum.*
5 *Cautio est prouidentia quadam qua auertimus, & euitamus ne quid mali nobis accidat.*
6 *Cautiones à Iurisperitis vocantur fideiussiones.*
7 *Cautum intelligitur siue rebus, siue personis.*
8 *Cautio quæ per personas datur, fideiussio quæ per res, pignus appellatur.*
9 *Fideiussores habendi semper in promptu, quomodo parandi.*
10 *Amicos, quam Thesauros, habere melius.*
11 *Amici officijs, & fide parandi.*
12 *Amici parandi qualis Damon, & Pythias.*
13 *Amici insignes Heraclides, & Calippus.*
14 *Cautio iudicialis non est simplex promissio, sed cum fideiussione, vel pignore.*
15 *Cautio iudicialis, & Prætoria exigitur propter debitoris suspicionem, qui die conuento non soluit.*
16 *Cautio Iuratoria non sufficit creditori.*
17 *Cautio Iuratoria in dubio recipienda pro liberatione debitoris.*
18 *Cautio Iuratoria non admittitur pro relaxatione Rei, qui alias aufugit è carceribus.*
19 *Cautio præstanda in Vrbe per personas in Vrbe bona possidentes.*
20 *Cautio recipienda per acta Notarij causæ.*
21 *Notarius est qui habet facultatem scribendi Instrumenta publica, & Acta causarum.*

22 Cau-

22 *Cautio per Notarium causa cur recipienda.*
23 *Cautio si recipitur per alium Notarium fides publica producitur in Actis.*
24 *Cautio in Tribunali Visita recipitur etiam per Acta Notarij alterius, quam Notarij causa.*
25 *Cautio recepta in Tribunali Visita, per illum qui non est Notarius causa requirit, ut ij habeat officium proprium.*
26 *Cautio recepta in Tribunali Visita ab eo, qui non est Notarius causa, requirit ut is non solum sit Dominus officij, sed quod illud etiam possit obligare.*
27 *Cautio recepta in Tribunali Visita per alium Notarium, quam Notarium causa, interdum restringitur ad unum, vel plura Tribunalia Vrbis.*
28 *Cautionis recepta in Tribunali Visita fides semper exhibenda* Notario *causa.*
29 *Notarius causa tenetur inuestigare utram alius Notarius, qui cautionem recepit, habeat proprium officium.*
30 *Cautio, ut recipiatur per Acta cuiuslibet Notarij non facile decernitur à Visita.*
31 *Cautio recipienda per Acta Notariorum Capitolij cautè admitti debet, cur.*
32 *Cautio, recipienda in vim plurium mandatorum, recipitur à Notarijs mandati pro maiori summa relaxati.*
33 *Cautio in criminalibus semper recipitur per Notarium nisi praestetur extra Vrbem.*
34 *Cautio recepta in partibus extra statum praestanda est per personas Ecclesiasticas, ut conueniri possint coram A.C.*
35 *Cautio recipienda est Risico Notarij causa tam in Criminalibus, quam in Ciuilibus.*
36 *Notarius causa, recipiens cautionem, tenetur solum in subsidium.*
37 *Notarius causa quando recipitur cautio per Acta alterius Notarij tenetur inuestigare utrum aliter Notarius sit Dominus Officij, & illud obligare possit.*
38 *Notarius causa recipiens cautionem tenetur solum in fideiussionibus iudicialibus, non fideiussionibus contractuum.*
39 *Notarius causa recipiens fideiussorem ex consensu partis, etiam tacito, non tenetur de proprio.*
40 *Notarius causa, recipiens fideiussorem de mandato Iudicis, non tenetur, sed Iudex mandans.*
41 *Iudices non cōfidunt cautela recipiendi Laudatorem qui fideiussorem pro idoneo approbet.*
42 *Notarius causa recipiēs Fideiussorem minus idoneum non tenetur, si fideiussor approbatur à Visita vel à Iudice ex ordine Visita.*
43 *Fideiussores minus idonei à Visita approbantur interdum in causis miserabilium personarum, vel ea dimittuntur cum cautione Iuratoria.*
44 *Fideiussorem approbat aliquando Visita.*
45 *Fideiussorum defectus Visita interdum supplet.*
46 *Fideiussionis loco datur quandoq. fides Magnatis.*
47 *Fideiussores facilius approbat Visita in criminalibus, quam in ciuilibus, cur?*

DOLENDVM sanè est quorundam malam fidem effecisse, vt homines sibi inuicem non credant, nisi pacta conuentaq. scriptis firmentur. Ó turpem humani generis de fraude, & nequitia publica confessionem! Chartis plusquam animis creditur. Sanè honestius erat à quibusdam fidem violari, quàm ab omnibus perfidiam timeri. Non expedit notum omnibus fieri, quam multi perfidi sint. Pudorem rei tollet multitudo peccātium, & desinet esse probri loco commune maledictum, vt dixit Seneca *lib.2.de benef.cap.15.* Dicamus tamen.. Quoniam non semper cum probis viris ineuntur contractus. Compertum est improbis non esse tutum credere (nisi statim receperis, quod fueris stipulatus) eosque fidem fallere. Baldus *in l. de quibus. in 2. col.de leg.* ait: *Hæc esse fauorabilia, & benefacta tanquam commune bonum concernentia.* Adinuenta sunt enim instrumenta, vt credita legitimè, & plenè probari possint; ne intercedēte morte, aliove humano casu, pecuniæ creditæ iactura fiat; vel pactionis initæ forma negetur: &, vt vobis (hæredes) caueamus aduersus debitores, qui plerumq. simulata ignorantia regulam tritam. *l. qui in alterius. ff.de reg. iur.* allegantes, defunctorum voluntates, quas religiosissime custodire deberent, frustrari conantur aduersus creditores. *l. scripturas. cum auth. seq. C. qui pot. in pignor. hab.*

3 Sed quid dicendum, si frequenter strictissimis obligationibus velint contrahentes addi sibi fideiussores; nihil sanè aliud, nisi quod nimis cautè agant. Excusandi tamen sunt, vt est apud Plut. 4 *de vitios. verecund.* Ibi: *Cum Perseus ab amico cautionem exegisset; illeque admiratus respondisset: Adeo ne, Perseu, legaliter? scilicet; inquit, vt amanter recipiam; nec legaliter reposcam.* Multi siquidem ob immodicam verecundiam sibi non cauentes ab initio ne fallantur, postea coguntur experiri cum amicitiæ detrimento: & quandoque, defectu probationum, etiam pecuniæ. His congruit quod vulgò circumfertur: *Fiducia pecunias amittit.* Huc quoque pertinet celeber apud Theognidem versiculus:

,, *Fiso res perijt; diffiso salua remansit.*

5 Sed proprius ad rem nostram accedamus, ac definiamus cum Cicerone *4.lib. Tuscul.* Cautionē vt sit prouidentia quædam, qua auertimus, & vitamus, ne quid mali nobis accedat. Hinc Iurisperiti 6 Cautiones appellant Fideiussiones; aut Stipulationes, quibus nobis cauemus, hoc est, securos 7 nos reddimus; vt colligitur ex *l habere. §.cautum. ff.de ver.sig.* Vbi Paulus: *Cautum intelligitur siue personis, siue rebus cautum sit.* Hæc ille. Per personas, Fideiussores intelligimus: per res; Pignora, vt eo loco interpretatur Accursius.

8 Consulat itaque sibi quisque, vt, si occasio se offerat, possit Fideiussores inuenire. Hoc autem efficiet, si amicitias contrahere curauerit cū probis, 9 & fidis Viris. Hi potiores sunt fideiussores, si necessitas vrgeat, quàm aurum, & argentum, quæ furto, rapinæ, alijsque fortuitis casibus subiaceant. 10 Quare non alios oportere Thesauros, quàm ami-

cos

eos habere respondit olim Alexander Magnus. Parantur autem amici officijs,& fide,vt dixit Micipsa 11 apud Salustium *de bell. Iugurth. Non exercitus*, inquit, *neque Thesauri præsidio Regni sunt. Veri amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas, Officio, & fide parantur*.

Paret igitur sibi quisque amicos, quales fuerunt Damon, & Pythias: quorum alter morti adiudicatus, tempus à Dionysio Syracusano,quo prius quã periret domum profectus res suas ordinaret, poposcit. Tyrannus, quod reperiri nõ posse existimauit, iussit vt sponsorem daret, qui pro se feriretur, si ipse moram faceret. Quid de duobus præclarius, nescio. Vtrumque sane præclarum. Alter mortis vadem inuenit; alter se offerre fideiussorem pro reditu Tyranno non dubitauit. Quod vnus pro alio moriatur, breuis facti narratio: sed non parua materia laudationis. Nam si quis ante oculos ponere velit subitum militum occursum, conuulsa ianuæ claustra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma, rem vera æstimatione persequitur; At nõ quàm dicitur citò: Aliquẽ pro alio mori voluisse; tam id facilè etiam fieri potuisse arbitratur. Sed ad amicos fidos redeamus. Cum iam adesset definita dies reditus illius, qui morti fuerat destinatus; nec rediret: omnes stultitiæ temerariũ sponsorem damnare. Is de amici constantia nihil metuere. Ad supplicium ducitur Fideiussor: Sereno vultu persistit: mortem non deprecatur. Ecce alter eodem momento, hora constituta superuenit, paratus ceruicem subijcere securi. Admiratus amborum animum Tyrannus, & cariorem philosophis amicitiam, quam vitam fuisse, supplicium fidei remisit, & quos damnauerat, rogauit, vt se in societatem amicitiæ tertium reciperent. Tanta est virtutis gratia, vt & Tyrannum cõmouerit. Ita Cicero *lib. 3. de off.* Et post eum etiam D. Ambros. *lib. 2. de Virgin.* De his alijsque id genus amicis dici sane potest securius, quod dixit Dion Syracusanus *de Heraclide, & Callippo* amicis quorum fidei plurimum credebat. Quibusdam monentibus, vt ab illis, tanquam sibi nectentibus insidias, caueret; respondet se vita malle excedere, quam metu violentæ mortis amicos, inimicos iuxta ponere. *Valer. Max. lib. 3. cap. 8.* His ita præmissis, vt quę dicturi sumus, intelligi melius possint, nonnullæ declarationes adhibendæ sunt.

14 Declara primo, vt, dum de cautione fit mentio intelligatur de nuda, de qua loquitur *l. 2. §. sed si vers. quod si. ff. de iudic. Et ibi glossa.* quæ & nuda & simplex promissio nuncupatur. *l. diuus. ff. de pet. hæred. & ibi glos.* sed intelligendum sit de idonea, idest, de cautione cum fideiussore, vel cum pignore, prout etiam dixit *glossa. ver. cautum sit. Instit. de fideiuss. in princ. l. si mandato. §. vlt. ff. mand. l. habere. §. cautum. de verb. sign.* Atque eo magis in casu nostro. Loquimur enim de cautione iudiciali, 15 & Prætoria. *Felin. in cap. ad nostram. num. 6. de Iuriur. Giurb. decis. 4. num. 38.* Et exigitur propter debitoris suspicionem qui die conuento non soluit. *Surd. cons. 68. num 23. & per tot. Giurb. cit. dec. 4.* 16 *num. 35.* Non enim dicitur consultum creditori ex cautione iuratoria subsidiaria. *Rol. cos. 43. nu. 48. lib. 2. Surd. decis. 141. nu. 15. Giurb. decis. 4. nu. 44.* 17 Quæ cautio cum sit materia fauorabilis, pronunciãdum est in dubio Reum potius esse cum illa relaxandum, quàm in carceribus retinendum. *Clar. § fin. quæst. 46. num. 11.* Hinc fit, vt etiam aliquando reus admittatur ad subsidiariam cautionem Iu-18 ratoriam, vt alibi dicam. Illud tamen aduertendum est relaxationem Rei cum cautione, non procedere in eo qui alias aufugit è carceribus, per illam enim fugam perdidit priuilegiũ. *Ang. de Aret. in tract. malef. in ver. fama publica. vers. primo notandum est. Marsil. pract. crim. §. diligẽter nu.* 100.

19 Declara secundo, vt quotiescumque præstanda est cautio, illa præstanda sit à personis habentibus in Vrbe facultates idoneas. Nam qui tenetur dare Fdeiussorem illum in loco contractus & de incolis illius exhibere debet. *Bar. l. si fideiussor. § si necessaria. nu 1. qui satisd. Rol. cons. 18. nu. 19. lib. 1. Gratian. discep 13. nu. 18. Par. q. 33. nu. 41. & cons. 65. num. 26 30. 35 & 61.*

20 Declara tertio, vt cautio præstanda sit per Acta Notarij causæ. Notarius, seu tabellio est ille, qui habet officium scribendi publica Instrumenta, & Acta causarum ad faciendam fidem; qui etiam dicitur, Seruus publicus. *glos. in cap. quemquam. de vsur. in 6.* Regula enim est satis trita; Cautiones præstandas à litigantibus præstari debere per Acta Notarij causæ. Idque ob duplicem rationem. Pri-22 ma est, quia cum de huiusmodi cautionibus constare debeat in Actis, si per Acta alterius Notarij præstarentur, de illis non constaret: & vulgata est in praxi propositio; *Extra Acta, extra mundum.* Video huic rationi satisfieri, si dicatur prædicto incommodo prouideri posse producendo in Actis instrumẽtum fideiussionis subscriptum à Notario, qui illam recepit. Secunda igitur ratio, propter quam dandæ sint cautiones per Acta Notarij causæ, & quæ non facile tollitur, est quia Notarius recipiens cautionem huiusmodi, tenetur illam recipere *Riseco suo*. Conueniens itaque est, vt ipse qui commodum sentit causæ, sentiat & hoc incommodum, quod non est parui momenti.

Subdeclara primo. vt Regula prædicta nullam patiatur exceptionem in particularibus Tribunalibus Vrbis, & passim seruetur: sed aliquando solũ 23 illi Iudices, qui habent in suo Tribunali plures Notarios. concurrente aliqua causa, quæ ipsis cõueniens videatur, decernunt cautionem recipi per Acta cuiusuis Notarij ipsorum Tribunalis, & illius fidem publicam produci in Actis Notarij causæ.

24 Subdeclara secundo, vt in Tribunali Visitæ frequens sit decretum, vt cautio recipiatur etiam per Acta alterius Notarij: cum Notarij causæ reddantur plerumque difficiles in huiusmodi cau-25 tionibus recipiendis. Verum quia inter Notarios Vrbis quam plures sunt, qui non sunt Domini Officiorum, quæ exercent; propterea apponitur in Decretis Visitæ, vt cautio recipiatur per Acta Notarij habentis Officium propriũ. * 1610. 20. Oct. Nonæ. *In Visitatione secretorum carcerum. Ioannes relaxetur iuxta formã Decreti Aduocati pauperum: & cautio recipiatur per quemcumque Notarium habentem Officium proprium, & fides cautionis præstita exhibeatur authentica in actis Notarij causæ.* Post constitutionem autem Pauli V. LXXI. non est necessarium apponere in decreto, quod fides cautionis exhibeatur. Ibi enim §. 24. *Tit.*

Tit. de facultatibus Visitatorum. vers. cum autem. 26 disponitur, quod teneatur dictam fidem dare Notario causæ. Rursus quia postea decretum est, quosdā Notarios, etiamsi sint Domini Officiorum, illa tamen obligare non posse, quia ad aliorum fauorem reperitur decretum in expeditione supplicationis, seu Bullarum eiusdem officij, quod illud neque vendi vel obligari possit sine consensu illius ad cuius fauorem dictum decretū fuit reseruatum; propterea cæptum fuit adiungi in decretis Visitæ aliam clausulam, videlicet, *Et quod illud obligare possit.* Decreta Visitæ hoc comprobantia sunt plurima, quæ leguntur in hoc opere ad alium effectum. Sufficiat solum adducere, quæ sequuntur. 1616. 18. Febr. Capit. *Laurentius. Data cautione de soluendo infra duos menses creditori suo: & cautio recipiatur per quemcumque Notarium habentem officium proprium, & quod illud obligare possit sine praiudicio iurium ambarum partium, relaxetur.* 1617. 1. Iunij. Nonæ. *Ioseph. Data cautione de soluendo infra sex menses; & cautio recipiatur per quemcumque Notarium habentem officiū proprium, & quod illud obligare possit, relaxetur.* Simile eadem die pro Gregorio. Aliud pariter eadem die pro Petro.

27 Subdeclara tertio, vt quandoque non fiat ita generale Decretum, sed restringatur ad vnum, vel plura Tribunalia Vrbis. 1616. 21. Iul. Capit. *Sanctes. Relaxetur iuxta formam decreti sui Iudicis, & cautio recipiatur per quemcumque Notarium Auditoris Cameræ, Camerarij, Vicarij, & Capitolij habentem Officium proprium, & quod illud obligare possit.*

28 Subdeclara quarto, vt licet in Decretis Visitæ non apponatur semper clausula, quod *fides cautionis præstitæ exhibeatur in Actis*, semper tamen sit exhibenda, non solum propter prædictum Axioma *Extra acta, extra mundum*: sed etiam quia sicut Notarius, qui loco Notarij causæ ex iusta causa est subrogatus, tenetur deducere mercedem pro simplici labore, omnia alia emolumenta libera dimittere Notario causæ. *Grat. discep.* 100. *nu.* 59. qui allegat Gonzal. *de alternat. glos.* 9 *numer.* 100. attestantem de huiusmodi obseruantia in Romana Curia; Ita etiam Notarius causæ, qui sentit com-29 modum suprascriptum, tenetur inuestigare vtrum Notarius, qui cautionem recepit habeat Officium proprium, illudque obligare possit; vt hoc pacto fraudibus Notariorum obuietur. *l. in fundo. de rei vind. Ciriac. contr.* 282. *num.* 46. In reliquis vero periculum est approbantis cautionem, non recipientis fidem cautionis. *Franc. decis.* 480. *numer.* 3. *Far. quæst.* 33. *num.* 88. *Seraph. decis.* 576. *num.* 6. Nisi tamen dictum fuisset quod reciperetur cautio *Risico Notarij*, vt in Decreto Ouidij, quod paulo post adducam.

30 Subdeclara quintò, vt sicut sacra Visita facilis reddatur in faciendis prædictis Decretis, quod cautio recipiatur per Acta cuiuslibet Notarij, quando tractatur de moderata summa; ita conuenit difficilem se reddere quotiescumque debitum est notabilis quantitatis. Ratio est; quia in euentum receptionis cautionis minus idoneæ, quodlibet officium non tantum valet, vt possit illius pretium sufficere ad solutionem crediti magnæ summæ. Eo enim casu ad summum admittuntur Notarij Auditoris Cameræ Apostolicæ, & Vicarij. Neque omittendum est in admittenda cautione per Acta 31 Notariorum Capitolij esse caute procedendum, cum illa, tanquam non vacabilia, recipiant hypothecam, & possint esse quandoque graui ære alieno onerata ob debita Domini, & alias fideiussiones antea præstitas.

Subdeclara sexto, vt, si quis carceretur vi pluriū mandatorum, recipienda sit cautio, vt infra. 1618. 27. Sept. Nonæ. *Ouidius. Relaxetur iuxta formam Decreti Præsidis sui Iudicis, cum cautione etiam in partibus præstita, recipienda tamen Risico Notarij per Acta cuius fuit relaxatum mandatum pro maiori summa.* Quod est etiam conforme iuri. *arg. l. fin. §. si vero plures. C. qui bon. ceder pos. Mant. de tacit. lib.* 10. *Tit.* 7. *num.* 2. *Grat. discep* 222. *numer.* 19. 20 & 21.

33 Aduerte supradictam tertiam declarationem, ita limitandam esse, vt non procedat in causis criminalibus, in quibus licet facilius approbentur fideiussores, & frequenter in decreto dicatur, *recipiantur oblati*, semper tamen est præstanda cautio per Acta Notarij Causæ. Hæc limitatio locum habet quotiescumque cautio est præstanda in Curia: secus est, si concedatur facultas illam præstandi in partibus, vt plerumque fit, citato tamen Procuratore Fiscali in productione Instrumenti cautionis. * 1620. 5. Nouemb. Sabel. *Angelus. Recepta cautione per Notarium causæ, etiam in partibus, pro summa contenta in sententia; & citato D. Procuratore Fiscali in actu productionis, relaxetur.* Imò verò permittitur talis cautio in partibus aliquando etiam extra Statum, dummodo præstetur per Ecclesiasticas personas habentes propria bona, vel beneficia Ecclesiastica. Nam personæ Ecclesiasticæ, etiam extra Statum, subiectæ sunt Summo Pontifici, & conueniri possunt hic in Curia coram Auditore Cameræ, etiam in prima instantia, quotiescumque se obligant in forma Cameræ, prout semper se obligare consueuerunt, qui pro alio in Curia 34 fideiubent. Et curandum est, vt ita quoque fiat in partibus, vel saltem obligatio sit talis, vt contra fideiussorem possit procedi executiuè coram Auditore Cameræ, etiam in prima instantia. * 1629. 15. Mart. Nonæ. *Armanus. Relaxetur iuxta formā Decreti, & cautio recipiatur, etiam per personas Ecclesiasticas extra Statum Ecclesiasticum habentes beneficia Ecclesiastica.*

35 Declara quarto, vt cautio recipienda sit Risico Notarij causæ. Eadem ratione procedit hæc declaratio, quā alia tertia præcedens. Est enim iuris explorati, cautionem recipiendam esse periculo seu, vt vulgo dicitur, Risico Notarij causæ, tam in criminalibus, quam in ciuilibus; qui cum habeat cōmoda à causa prouenientia, sentire debet hoc incommodum, quod, vt diximus, non est leue. In eo namque consistit, vt ipse de proprio teneatur, si recipiat fideiussorem minus idoneum. *ad not. in l.* 1. *§. sciendum. ff. de Magist. conuen. Franc. decis.* 480. *num.* 3. *Decian. cons.* 47. *per tot. lib.* 4. *Paul. Fusch. sing.* 8. *Far. q.* 33. *num.* 88. *Guaz. def.* 6. *cap.* 2. *nu.* 7. vbi dicit ita de facto seruatum fuisse, dum ipse erat Locumtenens Auditoris Cameræ. Ita quoquè seruari Mediolani tradit Clarus. *§. fin. q.* 46. *vers. ca-*

terum

ternm debet Iudex. num 22. Notarium pariter, vt supra, teneri decisum fuit à Rota *in Romana pecuniaria.* 19 *Febr.*1590. *coram Plato, quæ est decisio* 374.& 814.*par.*4.*diuers.in princ.* Teneri tamē 36 solum in subsidiū, & facta prius excussione contra fideiussorem receptum. *Rota in d dec. Rom.pecun. nu.* 4.*in fin.* Nec potest conuenire executiuè, sed via ordinaria. Bene verū est sufficere Notario fideiussorem fuisse idoneum tēpore obligationis; licet postmodum non sit soluendo tempore, quo conue-37 nitur. *d.decis. Romana pecuniaria* Quoties cumque verò cautio præstatur per acta alterius Notarij, Notarius causæ tenetur solum inuestigare, an Notarius qui cautionem recepit sit Dominus Officij, & an illud obligare possit, vt dixi supra.

38 Sciendum tamen est ea, quæ dixi procedere solum in fideiussionibus iudicialibus, non contractuum. *Rota in Romana Releuationis indemnitatis.* 7.Maij 1582. *coram Seraph.& est decis.*576. *nu.*6. *vers. Et hinc consequitur.*

39 Imò quarta declaratio nō procedit quotiescomque Notarius recepit aliquem in fideiussorem de consensu partis. Tunc enim non tenetur euentu, quo fideiussor non sit idoneus *d.decis. coram Seraphin.d.num* 6. Neque etiam procedit, si Notarius reciperet aliquem in fideiussorem de mandato Iudicis. Tunc enim liberatur ab omni periculo, etiāsi fideiussor non sit idoneus: Et in Notarij locum subintrat Iudex *l.*1. *§.* 1.*ff. de Magistrat. conuen.* Hinc fit, vt vix, aut ne vix quidem Iudices mandēt certam personam recipi in fideiussorem, nè faciant litem suam; sed Decretum simpliciter faciunt Relaxationis cum cautione, & Notario periculum recipiendi, & approbandi fideiussores dimittunt. *Far.quæst.*33.*num.*88. *Guaz.defens.*6.*cap.*2.*nu.*7.

41 Adeò vt nec confidant Iudices cautelæ recipiendi laudatorem, qui fideiussorem pro idoneo approbat, & tenetur, quando fideiussor non est soluendo, de qua *Amod. de synd. num.*210. *vers.& ideo cautela est.* Licet eam vtilem dicat *Marian.in cap.qualiter & quando. de Iudic.post num.*236. Et ante eum *Angel. in ver pro quibus. ante num.*13. *de malef. Cabal.res.*73 *num.*4. Quid autem alibi obseruetur, referunt Clarus *q.*45 *nu.*12. & Cabal. *cit.resol.*73. *cit.Far quæst.*33.*num.*85. *Guaz.def.*6.*cap.*2. *nu.*4. *& seq.* Qui Doctores dicunt cautelam prædictam esse potius bonam pro Notarijs recipientibus periculo suo fideiussiones. *loc.cit.& Far.nu* 88. Nam certi Iuris est, Iudicem recipientem fideiussorem minus idoneum teneri de proprio ad interesse creditoris. *l.*1.*§.*1.*de Magist.conuen.Farin. quæst.*33. *num.* 83. *& seq. Guaz. def.* 6. *cap.* 2. *num.* 2. *& seq.*

42 Hinc tamen excipe casum quo à Visita fideiussores approbentur, vel à Iudice de ordine Visitæ. Supremum enim Visitæ Tribunal, quandoque in causa miserabilium personarum, ne marcescant in 43 carceribus in præiudicium Creditorum, quorum interest debitores viuos sustinere, vt industria, & laboribus suis satisfacere aliquando valeant, consueuit huiusmodi fideiussores approbare; vel carceratos, non habentes vllam cautionem, cum sola ipsorum Iuratoria cautione dimittere. Fit quoque priuilegio pauperum carceratorum, vt is, qui idoneus aliàs fideiussor non est, idoneus reputetur. *Nouar.de priuil.miser.person.cap.*154.*num.*4.*per totum.*

Decreta approbationum fideiussorum, vel in Visita, vel à Iudicibus facta leguntur frequenter in hoc opere, tàm pro criminalibus, quàm pro ciuilibus causis. * 1528. 30.Apr.Capit. *Iacobus. Ad instantiam Matthæi de Molaria, relaxetur sine expensis. recepta cautione de stando Iuri,& de soluendo iudicatum per Moniales Sancti Siluestri ad sonum Campanulæ more solito.* * 1529.18.Nouemb. Sab. *Iacobus. Data cautione approbanda per Dominum Fabium Locumtenentem de soluendo omne id, in quo est debitor, infra duos menses; relaxetur.* * 1637. 12.Mart Nonu. *Franciscus. Attenta contumacia Creditoris, & facta obligatione per ipsum, ac matrem in bonis suis, quæ obligatio matris approbatur etiam auctoritate Visitæ, de soluendo quolibet mense scutum vnum vsque ad integram satisfactionem, relaxetur.* * 1549.20.Apr. Sab. *Franciscus consisto de cautione data per Hieronymum, quē Visita approbat, relaxetur.* * 1552. 12.Apr.Sab. *Bassanus, & Aloysius. Data cautione de se repræsentando toties, quoties, relaxentur; & interim inhibetur eis, ne exigant, & Creditoribus, ne eis soluant debita: & D.Iudex approbet cautionem etiam auctoritate Visitæ.*

44 Circa quam approbationem fideiussorum in Visita tria animaduertenda sunt. Primum Visitam quandoque fideiussorem approbare, sed cum aliqua conditione. * 1558. 19.Martij. Sabel. *Polydorus. Data cautione per Hieronymam de Blanchijs possidentem furnum apud Sanctum Roccum, vt asseruit, & censum scutorum* 50. *super Domo Faustina della Cerosa, de seruando exilium pro dicto Polydoro, sub pœna scutorum centum, prout renunciando legibus ad fauorem mulierum aduisata se obligauit, & Visita interposuit decretum, & suppleuit omnes defectus.* * 1598 25.Iun. Cap. *Hieronymus Romanus. Præstita cautione etiam per eius vxorem in Vrbe, & fideiussio debeat recipi per quemcumque Notarium idoneum eius Risico habentem Officium; ita tamen, quod dicta mulier non remaneat indotata pro maiori parte, & firmo remanente alio decreto facto vltimo loco in Curia de Sabellis. Quo verò ad arresta præstito consensu subhastationi, & deliberationi bonorum, & in euentum impedimenti etiam quod bona non sufficiant data cautione etiam per vxorem capiendaper Notarium, vt supra, idoneum habentem officium iuxta formā* 45 *Motus proprij, relaxetur.* * 1620. 12.Septemb. Capit. *Franciscus Mediolanensis. Iurato per eum non habere alios fideiussores, nisi Iuliam eius Vxorem, & Octauium Bisitionum, relaxetur cum fideiussione eorum gratis, & quoad Vxorem Visita suppleat.*

Alterum est, Carceratos quandoque in Visita relaxari cum sola fide Magnatis à Visitatoribus 46 nominati. * 1555. vltima Febr. Sab. *Cæsar. Data fide per D. Patriarcham Hierosolymitanum, vel Episcopum Caputaquensem de se repræsentādo sub pœna debiti; relaxetur:* Vel Principis, quæ semper seruanda est, ne quis sub eius clypeo decipi præsumatur. *l.*1.*C.de his, qui ven. ætat. Menoch. de arb. cas.*336.*num.*26.*&* 33.*Far.quæst.*6.*nu.*23.*& numer.*28.

mer.28.circa fin. vers.limita 1. propositam conclusionem. Et quaest.29.num.95. Vel etiam cum promissione alicuius ex ipsis Visitatoribus.* 1558.28. Maij. Sabel. Petrus Hispanus. Domini Iudices expediant per totum hodie, aliàs relaxetur sub cautione de se repraesentando sub paena mille scutorum, pro quo in omnem euentum Dominus Ludouicus de Torres Camerae Apostolicae Clericus praesēs promisit tacto pectore &c.* 1571. 8.Febr. Capit. Petrus. Ad D.Doriam, qui eum admittat ad cessionem bonorum, prout de Iure, seruata forma Motus proprij, & interim facta obligatione per D. Marcum Antonium Burghesium de eum repraesentando sub poena delicti in euentum non admissionis, prout promisit &c. relaxetur gratis. Praedictus Marcus Antonius Burghesius, qui fuit Pater foel. record. Pauli Papae V. erat tunc Aduocatus pauperum.

Tertium est, fideiussores longè facilius approbari à Visita in causis criminalibus, quàm in ciuilibus; [47] praesertim à Dominis Visitatoribus, inter quos sunt Aduocatus, & Procurator Fiscalis. Istis enim non contradicentibus Visita facile descendit ad dictam approbationem. Ratio est, quia agitur de poena, & sic de lucro captando. l. unic. vers. poena exactio postponitur. C. poen. fisc. Creditor. praefer. lib.10. Clar. § fin. q.78. num.31. vers. Vide quandoque. Pereg. de Iur fisc. lib.4. tit 9. numer.13. Farin. quaest.25. num.188. & seq. Succurrendum enim potius est ei, qui tractat de damno vitando. l fin. C. de Codic. & l. non debet actoris. §. in re obscura. ff de reg. iur. Rota decis.329 numer.36. par.6. recentior. * 1557. 4. Decemb. Capit. Pro Comite Ioanne cōtra Fiscum. Domini mandarunt recipi D. Franciscum Martium de Cesena cum approbatione Domini Iulij Busalini in cautionem pro scutis mille pro dicto Comite, donec data fuerit in partibus duorum millium iuxta formam Decreti Visitae.

CAP. II.

De relaxatione in Causis Criminalibus cum cautione de se repraesentando.

SVMMARIVM.

1 Cautio de repraesentando non admittitur pro Reo delicti, pro quo imponitur poena afflictiua.
2 Cautio de se repraesentando admittitur pro Reo delicti, pro quo imponitur poena pecuniaria.
3 Cautio de se repraesentando pro Reo torquendo, vel conuicto admittitur.
4 Iudex recusans eum cautione de se repraesentando relaxare Reum, cui imponenda est poena pecuniaria, in Syndicatu tenetur actione iniuriarum.
5 Cautiones de se repraesentando, & de non offendendo cassari non possunt, nisi citato Fisco, vel Commissario Camerae respectiuè.
6 Cautiones de se repraesentando praestita cum clausula, Toties Quoties, quomodo intelligenda, & cur apponitur dicta clausula.
7 Cautiones de se repraesentando praestita cum clausula, Toties, Quoties; vel, Ad omne mandatum Iudicis, non adstringunt fideiussorem, nisi requisitum repraesentare, neque si fideiussor susceperit terminum ad repraesentandum.
8 Cautio de se repraesentando ad certam diem cum clausula, Irrequisitus, obligat sine mandato.
9 Cum cautione potest habilitari Reus, etiamsi imponenda sit poena afflictiua, si fideiussor obliget se praesentare Reum tanquam commentariensis.
10 Cautio de se repraesentando etiam in causis, in quibus imponēda venit poena corporis afflictiua, adhibetur à Visita, quando causa pro expeditione eget longa dilatione, vel ob deficientiam indiciorum.
11 Cautio de se repraesentando concipitur quandoq; pro quolibet die, vel, qualibet hebdomada.
12 Cautioni de se repraesentando additur à Visita quoad forenses, Electo domicilio in quo citari volunt.
13 Cautioni de habendo domum pro Carcere, & non exeundo absque licentia additur clausula, Et in euentum licentiae de se repraesentando.
14 Cautioni de se repraesentando, vel loco cautionis additur à Visita quoad Clericos; Sub poena priuationis cum obligatione ad resignandum.
15 Cautioni de se repraesentando additur à Visita aliquādo quoad mulieres, Sub poena priuationis dotis, & quoad viros habentes officia vacabilia, priuationis officiorum.
16 Cautioni de se repraesentando additur à Visita Sub poena confessatorum criminum.
17 Cautioni de se repraesentādo à Visita additur aliquando poena, Quod habeantur pro ritè examinatis.
18 Cautio pro relaxatione conceditur ad aliquem certum effectum à Visita.
19 Cautio iniunctis varijs praeceptis adhibetur pro relaxatione à Visita.
20 Cautio de se repraesentando, si indicia contra Reū pendeant à futuro euentu post longum tempus admittitur pro relaxatione ipsius Rei.
21 Causa Ciuilis non potest expediri, si pendet à futuro euentu.
22 Cautio Mutiana, quae, & cur inuenta.
23 Cautio de se repraesentando admittitur, quando causa ob aliquod dubium Iuris expediri non potest.
24 Ambustus dicitur, qui nec absolutus, nec condemnatus est.
25 Ambustus, quis sit, explicatur.
26 Cautione de se repraesentando non suspenditur expeditio omnium causarum dubiarum, si sagacitate Iudicis veritas erui possit.
27 Diuinatio in causis dubijs expedièdis est, qua, quae praeterita sunt, & quorum veritas ignoratur, solerti discussione conijciuntur.
28 Diuinatio, quae à Chrysippo definita est, Vis videns, & explicans, quae à Deo hominibus portenduntur, à D. Thoma dicitur, Futurorum praeuidentia, & praedictio.
29 Diuinatio in Salomone, & Daniele in causis dubijs terminandis.

30 Con-

30 *Coniecturæ euidentes pro probationibus habentur.*
31 *Diuinatio in Ariophane Thracum Rege, in Carlo Magno, in Solimano Turcarum Rege, dum de quibusdam causis dubijs pronunciabant.*
32 *Cautio in causis ciuilibus aliquando datur de se repræsentando in prima Visita remissiuè.*
33 *Cautio de se repræsentando non habet vim absolutoriæ, si sit cum verbis* Toties, quoties.
34 *Fideiussoris de se repræsentando liberationem decernit Visita quoties constat eum suæ obligationi satisfecisse.*
35 *Cautio de se repræsentando a paupere præstatur Iuratoria.*
36 *Cautio Vicaria, quæ fiat à pluribus ad inuicem præstatur à pauperibus.*
37 *Cautio, quæ appellatur,*Consignatio per chlamydem, *quæ sit, & quo casu præstetur.*
38 *Cautio iuratoria de se repræsentando præstatur a paupere infirmo grauiter etiam pro graui causa.*

Explicatis, quantum instituto nostro satis est, ijs, quæ ad cautionem in genere spectant, superest, vt de singulis cautionum speciebus, quibus mediantibus relaxantur carcerati in Visita, dicamus. Quoniam verò ea frequentior relaxatio est, vt apparet ex quamplurimis, quæ conceditur cum *Cautione de se repræsentando*, congruum est, vt ab hac exordium ducamus.

De hac fideiussione non est instituti nostri tractatum contexere, eoque minus, quia eius materia latè discussa reperitur apud quamplures, vt videre est inter cæteros apud *Menoch. de arbitr. cas. 303. Far. q. 33. Guaz. defens. 6. cap. 1. num. 31. & latius defens. 26. cap. 2.* qui Doct. tractant de ista cautione præstanda in causis criminalibus; de illa verò quæ præstanda est in causis Ciuilibus, sumus dicturi infra *lib. 3. cap. 7. in proem. nu. 45.*

1 Vt clarius innotescat, quando carcerati cum hoc fideiussione sint relaxandi, recurrendum est ad illam vulgatam distinctionem; aut inquiritur de graui delicto; pro quo pœna corporis afflictiua est irroganda; & tunc cum cautione huiusmodi relaxari non debet: aut inquiritur de crimine, pro 2 quo corporalis, & sanguinis pœna non irrogatur, sed pœna, quam fideiussor quoque soluere, & subire possit, & tunc cum cautione de se repræsentando venit relaxandus. *l. 1. l. diuus. vbi DD. de custod. reor l. 3. & 4 ff. eodem Tit. l. si quis pro eo §. fin ff. de fideiuss. Gomez. de delict. cap. 9. num. 8. Clar. in §. fin. q. 46. num. 6. vbi add. Menoch. cas. 303. Far. q. 33. num. 1. & 48. Guaz. defens. 6. cap. 1. numer. 32. & seq.*

3 Hinc est, quod pro torquendo, vel conuicto, nisi infirmitas grauis, vel aliud impedimentum, quod videatur sufficiens ad habilitandum, concurrat; habilitatio cum hac cautione concedi non possit; nisi Fisco audito. *Constit Pij V. incipien. Licet ex Iuris. in Bullar. fol. 639.*

4 Declara I. adeò verum esse casu, quo veniat imponenda pœna pecuniaria Reum esse relaxandum sub fideiussione, vt si Iudex recuset recipere fideiussores, velitque reum in carcere detinere, committat contra ipsum crimen iniuriæ; & teneatur in syndicatu actione iniuriarum. *Gomez. cit. cap. 9. n. 8. arg. text. in l. si verò pro condemnato. §. 1. ff. qui satisd. cog.* Cuius verba sint: *Qui pro rei qualitate euidentissimè locupletem, vel si dubitetur approbatum fideiussorem Iudicio sistendi causa non acceperit, iniuriarum actio aduersus eum esse potest.* Sequitur Direct. Inquis. *in schol. 129. vers. additque Gomez.*

5 Declara II. vt huiusmodi cautiones, prout etiam illæ de non offendendo, cassari, & aboleri non possint nisi citato fisco; vel Commissario Cameræ respectiuè; & aliter cassę haberi debeant pro non cassis, ex Pauli V. *Const. LXXI. Tit. de Iudic. crimin. §. 10. in Bullar. fol. 197.*

6 Declara III. vt verba, *Toties, quoties*, de stylo in his cautionibus apponi solita extendantur Toties, quoties fuerint requisiti; etiam nouis non superuenientibus indicijs. Ad clariorem tamen intelligentiam, & ad tollendum omne dubium, à practicis his temporibus dicitur, *Toties, quoties &c. etiam nouis &c.* Quæ verba apponuntur ad euadendam illam difficultatem, an decretum relaxationis cum cautione de se repræsentando simpliciter emanatum, habeat vim absolutionis, prout habere dixerunt Alexander *cons. 180. num. 8. lib. 2.* Baiard. *ad Clar. q. 59. num. 5. in fin. quem citat, & sequitur Guaz. defens. 6. num. 64. cap. 1. lib. 1.* Hoc enim casu dicitur sepulta causa, videlicet taciturnitate sopita, super quo articulo videri etiam potest Far. *quæst. 4. num. 25. & præsertim in fin. Et cons. 59. num. 2.*

7 Declara IV. vt sicut per dicta verba, *Toties, quoties*, fideiussor non tenetur, nisi requisitus repræsentare, ita quoque idem fit, si apponantur verba, *Ad omne mandatum*. Nam hæc important conditionem; nec purificatur conditio, nisi præcedat mandatum de repræsentando; & alias facta carceratio est nulla. *Rota in Viterbien. fideiussionis. 15. Martij 1619. coram Dunozetto. In Append. decis. 12.* vbi ampliat procedere, etiamsi fideiussor ter- 8 minum ad repræsentandum suscepisset: Inoleuit propterea praxis, vt quando Iudices volunt Reum repræsentari tempore certo adiecta certa die, vt puta infra mensem subijciant verba, *Etiam Irrequisitus.*

9 Declara V. vt etiam casu, quo pœna corporalis imponenda sit, possit habilitari carceratus cum fideiussione, si fideiussor obliget se præsentare Reum tanquam Commentariensis, & illius Custos. *Suarez. Tract. de fideiuss. in caus. crim. nu. 26. vers. 5. considera etiam.* Vbi *num. 28.* in hanc sententiam affert Laym. *l. ad commentariensem. C. de Cust. reor.* Nam hoc casu cessat illa ratio, qua communis opinio in contrarium fundatur, quod fideiussor non possit se ad pœnam corporalem obligare; quia Custos carceris eadem pœna puniri potest, qua reus: *d. l. ad commentariensem. Menoch. cas. 303. nu. 37.* Vbi tradit egregium hanc declarationem, & sequitur Martinus del Rio *Magic. disquis. lib. 4. sect. 7. circa medium. vers. quando fideiussores, se vt Custodes obligarent:* Quod est conforme Decreto fieri solito: *data cautione de habendo domum, vel Vrbem pro carcere: Et de non discedendo absque licentia, Et in euentum licentiæ de se repræsentando.*

10 Hoc remedio, Relaxandi cum hac cautione, vtuntur

vtuntur Visitatores, quotiescumque causa, ob quam imponenda est pœna corporalis (si tamen non sit ex grauioribus) patiatur in expeditione longam dilationem, vel non concurrunt indicia sufficientia ad procedendum ad vlteriora, vel ex alijs rationabilibus causis eorum animum mouentibus; quod remittitur Iudicis arbitrio. Rationi enim valdè consonum est habilitari eos, de quibus dubitatur, an deliquerint; præsertim si fideiussores se obligent, vt Custodes, sicut supra diximus. *Vermig. cons. 374 nu. 8. ver. & proindè.*

11 Hac cautione diuersimodè concepta vsi sunt Visitatores. Aliquando decreta fuit relaxatio cum cautione de se repræsentando: *Qualibet die*, vel, *Qualibet hebdomada*. 1558. 9. Iulij. Sab. *Isaac, & Moyses Hebræi. Data cautione de se repræsentando quolibet die, etiam irrequisiti coram Gubernatore sub pœna scutorum quinquaginta pro quolibet, relaxentur in forma Pauperum.* * 1558. 10. Septemb. Sabel. *Iacobus. Relaxetur, nisi infra tres dies Iudices expedierint, data cautione de se repræsentando qualibet hebdomada, semel etiam irrequisitus vsque ad expeditionē causæ.* * 1565. 24. Febr. Capit. *Scipio. Data cautione de se repræsentando toties, quoties fuerit requisitus coram D. Ioanne Antonio qualibet hebdomada, vna vice irrequisitus, sub pœna scutorum centum liberetur è domo sibi assignata pro carcere.* Alia id genus decreta reperies infra.

Nonnumquam additum fuit in decreto quoad forenses. *Electo domicilio.* 1556. 16. Ian. Sabel.

12 *Antonius Georgius. Data cautione de se repræsentando sub pœna centum, relaxetur solutis expensis victus tantum, electo domicilio, in quo velit citari quod is nunc elegit in domo D. Francisci Manini.*

13 Interdum, quando assignatur locus apertus pro carcere, apponitur, quod hæc cautio detur, & habeat locum etiam *In euentum licentiæ*, si concederetur exeundi è loco assignato pro carcere. 1597. 13. Febr. Nonæ. *Vincentius. Relaxetur iuxta formam decreti de habendo domum pro carcere, & adijciatur in euentum licentiæ de se repræsentando ad omne mandatum Domini: Propter paupertatem præcipuè, & exercitium impertitur licentia exeundi de domo, vt possit viuere.* Hoc factum est, eo quod habilitatus cum cautione de habendo de-

14 terminatum locum pro carcere, à Iudice expressè, vel tacitè, &, vt dici solet, clausis oculis obtineret licentiam discedendi, fideiussor liberaretur ab obligatione facta, vt sæpè resolutum fuit a Sacra Consulta. Inoleuit propterea praxis, vt in decreto, & successiuè in obligatione fideiussoris, dicatur N. *relaxetur cum cautione de non discedendo de domo sinè licentia, & in euentum licentiæ de se repræsentando.*

Nonnunquam in Clericis beneficiatis præter cautionem, vel loco cautionis proceditur cum obligatione. *Ad resignandum, vel cum pœna priuationis.* 1529. 18. Nouemb. Sabell. *Antonius Hispanus. D. Paulus Auditor recepta obligatione de non discedendo ab Vrbe sub pœna priuationis omnium, & singulorum beneficiorum suorum; & præstito consensu sequestrationi fructuum dictorum suorum beneficiorum arbitrio ipsius D. Pauli distribuendorum auctoritate Visitæ, relaxetur.* * 1532. 24. Decemb. Nonæ. *Franciscus Hispanus. D. Vicarius tanquam Visitator causam appellationis à sententia Auditoris Cameræ audiat, & decidat etiam extraiudicialiter; & ferijs non obstantibus, & sine expensis, & interim concordato Fisco, & data idonea cautione pro summa mille ducatorum auri applicandorum parti pro suo interesse, & de se repræsentando toties, quoties in carceribus arbitrio ipsius D. Vicarij infrà mensem irrequisitus, & constituto Procuratore irreuocabili medio iuramento D. Hieronymo de Castello ad resignandum in fauorem sui Aduersarij omnia beneficia, de quibus agitur in euentum non repræsentationis, & non paritionis sententiæ eiusdem D. Vicarij; relaxetur.* * 1562. 6. Aug. Sabell. DD. *Iacobus, & Laurentius de Regno. Auditor Cameræ expediat iuxta mentem Visitæ, & interim facta obligatione per eos sub pœna confessatorum criminum, suspensionis à Diuinis, ac priuationis omnium beneficiorum suorum, inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda perpetuæ infamiæ, & mille ducatorum de non discedendo ab Vrbe sine licentia Auditoris Cameræ, & se repræsentando toties, quoties, prout se se obligarunt, relaxentur gratis* * 1571. 23. Maij. Sabell. *Franciscus Antonius de Monte Poli. Facta obligatione per eum de se repræsentando infra mensem, coram suo ordinario sub pœna priuationis beneficiorum, quæ obtinet, & inhabilitatis ad alia imposterum obtinenda, prout promisit, relaxetur gratis.*

15 Subinde in muliere dictum est, *Sub pœna priuationis dotis*: Et in viris habentibus officia vacabilia; *Priuationis officiorum*. 1570. 18. Decemb. Nonæ. *Angela Francisci. Facta obligatione per eam, prout se obligauit, de se repræsentando in eisdem carceribus ad primam Visitam post festa, etiam irrequisita, sub pœna priuationis dotis, relaxetur gratis* * 1616. 26. Maij. Nonæ. *Baldus Antonius. Data cautione, etiam per Angelum, sub pœna scutorum quingentorum, prout se obligauit de habendo Vrbē pro carcere, & se repræsentando toties & etiam nouis non superuenientibus indicijs; necnon iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum sub pœna priuationis officiorum de habendo Vrbem, vt supra, & de se repræsentando, relaxetur.*

16 Sæpè imponitur *Pœna confessatorum criminum*, vt supra proximè, & ex decretis, quæ sequuntur. 1550. 23. Decemb. Nonæ. *Laurentius, & Franciscus. Facta obligatione per eos de non discedendo ab Vrbe, & de se repræsentando toties, quoties sub pœna confessatorum criminum, & præstita idonea cautione de præmissa obseruando sub pœna duorum millium ducatorum, & præstito consensu per Marchesium nomine sui fratris, principalis in causa, quod in euentum contrauentionis præmissorum crimina habeantur pro confessatis, etiam in præiudicium dicti sui fratris principalis, & sic ipsius, & facta obligatione per eumdem Marchesium sub pœna trium millium Ducatorum, quod dictus eius frater infra quindecim dies ratificabit dictum consensum per ipsum illius nomine præstitum, relaxetur, & in causa detur adiunctus D. Ioannes Baptista Locumtenens D. Vicarij.* * 1597. 30. Octob. Nonæ. *Gomesius. Facta assignatione prius antequam relaxetur omnium, & singulorum suorum bonorū etiam medio iuramento ad fauorem Creditorum, & facta*

etiam obligatione sub pœna confessatorum criminũ de se repræsentando singula hebdomada in officio Gubernatoris, vbi pendet causa criminalis, non obstantibus arrestis Ciuilibus, & Criminalibus, relaxetur.

17 Non rarò etiam, cautioni de se repræsentando, fuit addita pœna, quod habeantur *pro ritè examinatis.* 1548. 22. Nouemb. Sab. *Ferdinandus, & Ioannes carcerati in Curia Turris Nona. Data cautione scutorum mille pro quolibet, de non recedendo ab Vrbe, & se consignando toties, quoties fuerint requisiti, & in quacumque instantia, & si non comparuerint, aut aliquis eorum non comparuerit, obligent sese, quod habeantur pro repetitis, & ritè examinatis: Et Arius Comes, scilicet in casu dicta non comparitionis, ad id se obliget, quod habeantur pro repetitis, & ritè examinatis etiam cõtra ipsummet, & ipse Comes habeatur pro subornatore, & in panam confeßatorum Criminum incurrat, de quibus in Actis.* * 1549. 21. Mar. Sabel. *Francisca Florentina. Data cautione per Ioannem Patronum suum de se repræsentando toties, quoties sub pana scutorum centum, qui Ioannes, etiam ibi præsens contẽtatur in casu non præsentationis, quod habetur pro legitima examinata per ipsum, liberetur, & ex nunc dictus Ioannes promisit &c. solutis omnibus expensis.*

18 Sæpè etiam concessa fuit relaxatio cum hac cautione; *Ad aliquem effectum.* 1565. 9. Iun. Capit. *Catharina. Facta obligatione per eam de se repræsentando toties, quoties, & de perquirendo Paulinam, de qua agitur, & bona ablata, ac reuelando Curiã, ac data cautione ad eam repræsentando, toties, quoties, & ad primam Visitam in hoc loco, Irrequisita, sub pæna scutorum ducentorum, relaxetur gratis.* * 1565. 14. Apr. Nonæ. *Franciscus Mantuanus. Facta obligatione per eum de non discedendo ab Vrbe, & de se repræsentando toties, quoties, & vtendo omni diligentia de repertendo emptorem Giacobi infra duos menses, prout promisit. relaxetur gratis: aliàs bannisatur ab Vrbe, & & eius districtu sub pæna triremium.*

19 Relaxatio fit quoque cum Cautione; & pro parte cum obligatione, quando Rei sunt diuites. 1651. 9. Febr. Capit. *Liuius. Facta obligatione per ipsum pro summa scutorum quinque millium, & præstita cautione aliorum scutorum duorum millium recipienda per quemcumque Notarium habentem officium proprium, & quod illud obligari possit, de habendo Vrbem pro carcere, & de se repræsentando pro causa toties, quoties, etiã nouis &c. relaxetur; & instrumentum cautionis teneatur exhibere in Actis Notarij causa, electo tamen domicilio in Vrbe in forma.*

Præterea iniunctis diuersis præceptis facta fuit relaxatio cum cautione, seu obligatione de se repræsentando, vt in nonnullis decretis supra, & in alijs infrascriptis. 1565. 21. Apr. Nonæ. *Ioannes Matthæus. Facta obligatione per eum de non discedendo ab Vrbe, quæ ei assignatur pro carcere, & de se repræsentando toties, quoties, & qualibet hebdomada vna vice, Irrequisitus coram Auditore Cameræ, & de non habendo interim rem carnalem cum secunda prætensa vxore, prout promisit, relaxetur gratis, & attenta licentia restituantur pecunia, & ensis.* * 1597. 25. Sept. Capit. *Alexander. Facta obligatione per ipsum, prout se obligauit, de se repræsentando sub pœna scutorum ducentorum, & iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum, vt debeat se repræsentare, vt supra sub pœna falsi, relaxetur gratis.*

20 Rursus inter cæteros casus, quibus Rei relaxantur cum hac cautione, ille est præcipuus, quo indicia, quæ sperantur a Fisco contra reum pendent à futuro euentu; qui non expectatur, nisi post longi temporis spatium. Vbi enim hoc accidit, causa non est in statu, vt possit expediri. Sic etiam dicimus non posse capi deliberationem in causa ciuili, vt puta, si mihi debeatur Stichus, vel decem; in-

21 terim ipse alij decem, alij Stichum legauero. Tũc enim pendet, cui, cuius rei legatum debeatur, & ex euentu solutionis legatum valere Paulus ad Marcellum docet *l. si Titius mihi. ff. de leg. 2.* Alios similes casus recenset Faber. Semest. *lib. 3. cap. 6. versic. quadam vero sunt.* Simile quoque est in legato relicto sub conditione negatiua, scilicet: *Lego tibi centum, si Capitolium non ascenderis.* Hæc namque purificari non potest, nisi per mortem legatarij. Ne autem legatum remaneret inutile adinuenit. Q.

22 Mutius I.C. cautionem, quam propterea *Mutianam* appellant; qua promittitur restitutio legati, si legatarius Capitolium ascenderit. *l. Mutiana. ff. de cond. & demonst.* quæ operatur id, quod in causis criminalibus hæc cautio de se repræsentando, de qua tractamus.

23 Item remediũ huius Cautionis applicatur, quãdo causa non solum ob impedimentum facti; sed etiam quando ob dubium iuris expediri non potest. Causæ enim aliquando tam dubiæ emergunt, & se quodammodo formę litis in duas partes diuisæ sic confodiunt, vt Iudex tanquam inclusus in labyrintho inextricabili, in quam partem ire debeat, prorsus ignoret, sufficiat exemplum adducere, quo hæsitatione magna P. Dolabellæ Proconsulari imperio Asiam obtinentis animus fluctuabat; quem *post Gellium, & Valerium Maximum* refert Menoch. *de arbitr. cas. 356. nu. 60.* Materfamilias Smyrnæa virum, & filium interemit, cũ ab his optimæ indolis Iuuenem, quem ex priori viro enixa fuerat occisũ, comperisset Dolabella, ream ad se delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegauit; Nam ipse neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire iusto dolore impulsam voluit. Haud minus sapienter Areopagitæ. Inspecta causa, & accusatorem, & ream post centum annos adesse iusserunt. Simile est antiquum axioma Iudicum. Qui si corã ipsis petitio fieret in iudicio, vt rationes redderentur alicuius administrationis, ipsi quasi irridendo actorem respondebant, Det copia nepoti, vt per *Berart. in spec. Visit.* Hanc ream, quæ neque

24 absoluta, neque damnata fuit, vocat Valerius Maximus *lib. 8. cap. 1.* Ambustam. Hoc vocabulo vsus est Tullius; Sed alio sensu. Nam *in Orat. pro Milone. pag. 3. post principium* vilipendendo C. Clodiũ Trib. Plebis iam occisum, & combustum, illum appellat Ambustum ijs verbis: *declarant huius ambusti Tribuni Plebis illa intermortua cõciones, quibus meam potẽtiam inuidiose criminabatur.* Quippe Clodius delatus, quod Sacra Bonæ Deæ violasset, nec absolutus reuera fuit, nec damnatus. Vt

enim

enim mox *Ambustus* significat rem circumustam, & non plenè combustam, ita Reus nec absolutus, nec damnatus eodem modo se habere videtur. Ita interpretatus sum verbum, *Ambustum*. Dum post magnam diligētiam nullum inuenirem apud Scriptores expositionem, tandem incidi in Salmasij librum, cui Titulus *Pliniane exercitationes. In Caij Iulij Plinij Polyhistoris par.2. impress. Paris. 1629. fol. 839. circa fin. col.2.* vbi legitur (Amburere) *nō est penitus comburere, sed circumurere, & extremam cutem adurere, & ambusta in corpore facere. Hinc explicandus fortasse Titulus* Ambustorū *apud Valerium Maximum lib. 8. cap. 1. de duabus mulieribus, qua neque damnata, & absoluta publico iudicio fuere. Qui damnatus est, conflagrasse intelligitur, qui absolutus ex incendio euadit intactus, & absolutus. Ambustus ille censetur, quem accusationis ignis adflauit, & contigit, ac circumustulauit, non etiam consumpsit; sed nec dum omninò liberatus, sanusq. habetur ambustionis notis adhuc manentibus* Hæc ille: Non absimile est, quod init in prouerbium, De absoluto Atramento sutorio, non citra infamiam, vt puta Indicum corruptela, de quo Cicero; *epist. 9. ad Patum*, sic habet: *Iam Pater eius accusatus est, à Marco Antonio Sutorio atramento absolutus putatur*. Est enim huiusmodi, Sutorium atramentum, vt neque admodum atram imprimat notam, neque nollam tamen illinat maculam. Ita explicat Manutius. *Adagio* Sutorium atramentum.

26 Hæc omnia non sunt à nobis eo consilio allata, vt hac cautione de repræsentando suspendenda sit expeditio illarum causarum, quæ licet sint dubiæ, sagacitate Iudicis ex occultis, & perplexis latebris erui, ac terminari possunt. Harum causarum expeditionem appellat Martinus del Rio. *Disquis. lib. 4. in princ.* Diuinationem *ex Salom. Prou. cap. 10.* vbi ait: *Diuinatio in labys Regis: In iudicio non errabit os eius, sicut enim cor Regis sui, & labia eius in manu Dei sunt.* Quibus enim Deus vices suas delegauit in terris, hos sæpè supra cæteros mortales magna prudentia, & solertia donat. Est enim quædam, vt in medicinalibus, ita & in iudicialibus Diuinatio, non illa, quam Chrisyppus apud Ciceronem

27 definit ita, vt sit vis noscens, videns & explicans, quæ à Deo hominibus protenduntur: quæ stri-

28 ctius, & melius definitur à D. Thoma 2.2.q.95. videlicet futurorum prænidentia, & prædictio: Sed est in re de qua modo agimus metaphoricè dicta prædictio illa, qua, quæ præterita sunt, & quorum veritas ignoratur, solerti discussione conijciuntur. Hoc sensu vulgo dicitur *Sapiens diuinat*, videlicet ex coniecturis prudenter colligit verum non solum de præteritis, sed etiam de futuris. Id enim demum est sapere non solum, quod antè pedes est, videre, verum id quoque, quod procul abest, perspicere. Hac de causa quia nautæ ex coniecturis, quod multo post euenturum sit, colligunt, communi quasi prouerbio iactatur, Sapientia nauis

29 gubernatur. Huc quoque facit iudicium Salomonis, cum veræ matri filium reddidit. *cap. afferte. de præsumpt.* & Danielis inquisitio, qua seorum perfi-

30 dia detecta Susannam vitæ, honori, marito restituit. *Daniel. cap. 13.* Coniecturæ enim euidentes habentur pro probationibus. *l. licet Imperator. de leg. 1. & l. post. §. gener. ff. de iur. dot.* Afferuntur quamplura exempla à Martino del Rio supra citato, vbi videri poterunt; nobis satis erunt tria, quæ sequuntur, Cimeriorum Regis filij de paterno Regno contendentes Iudicem eligere Ariophanem Thracum Regem, vt narrat Diodorus Siculus *histor. lib. 10.* Hic iubet patris cadauer sepulchro erui, arbori alligari, & eos arcu experiri; vt qui patris cor transfigeret is in Regnum succederet. Primogenitus guttur, secundus pectus corde illæso transfixit; supererat minimo spes Regni, vicit pietas, & se Regno cedere malle dixit, quam iaculari in patris cadauer: Huic Thrax Regnum adiudicauit; quia naturæ propensione se, & verè filium, & virtute præstantiorem ostendit. Memorandum quoque aliud exemplum à Barbat. *cap. præsenti. de probat.* relatum. Coram Carolo Magno, pater, & filius de homicidio accusabantur. Factum vterque negabat. Nullis tormentis ad confessionem criminis perduci poterant. Condemnat Imperator vtrumque ad mortem. Tum Pater, victus amore filij, se reum, filium sceleris expertem profitetur. Nec tandem prætereunda silentio, quamuis non omni ex parte conueniat instituto nostro Solimani apud Turcas in iudicando, ac dirimenda contentione prudētia, de qua Æneas Siluius, De rebus *ab Alphonso gestis.* Bizantij Iudæus Christiano certā auri summā mutuam dederat, vt constituta die præter sortem vsuræ loco duas carnis vncias reciperet. Die præstituta sortem reddit Christianus, tænus negat. Apud nos facilis fuisset litis decisio contra Iudæum ex illo Iuris axiomate, Nemo est Dominus membrorum suorum. *l. liber homo. Bart. & alij. ff. ad l. Aquil. de quibus. Far. q. 33. num. 49.* Tamen iuxta leges Turcarum Christiani obligatio valida erat. Aditur Solimanus, vt rem decidat. Is nouaculam afferri iubet. Iudæo potestatem facit, qua velit corporis parte debitori duas carnis vncias scindendi; ea lege, vt duas tantum; si minus, plusuè aufferret capite lueret. Iudæus cum non auderet hāc aleam subire, Christianus absoluitur.

Sed quid Turcas memoramus? non desunt facta nostrorum, propter quæ Salomonea appellari meruerint. Inter quos celeberrimum fuit illud Philippi Archinti olim Romæ Gubernatoris, qui dubia, ac pudenda etiam in lite ius elegantissimè dixit. Hispanus & Germanus eadem meretricula vsi sunt. Parit: puero per aliquot iam annos superstite, contendunt inter se cuiusnam esset. Adeunt Gubernatorem: quilibet filium sibi tamquam propriū adiudicari petit. Gubernator abblandiens puerum interrogat; num libenter bibiturus esset? annuenti, duas lagunculas offeri iubet, vini alteram, alteram frigidæ, vt pro arbitrio biberet. Nec mora: puero frigidam strenuè hauriente, detestatus degenerem animum, auersatusq. ingenij tristioris indolem Germanus, vltro causa cessit, magno astantium plausu, & infinita cum Philippi laude, qui ex facti similitudine, Salomon à suis dictus est. Ita in eiusdem Archinti vita legitur, & refertur à P. Io. Rhò è Societate IESV tū genere, tum pietate insigni, ac celeberrimo per vniuersam Italiam Concionatore in opere q̄ inscripsit *Var. virint. histor. lib. 4. cap. 1.*

Sed illuc vnde digressi sumus, reuertamur. Sunt, & qui hanc cautionem opportunā existimant quo-

tiescumque pro aliquo bono publico expedit causam nô definiri, & quoties non sufficit Bunæ artificium. Buna Athenienſis, electus in arbitrum à Calydonija, & Elæis, qui conuenerunt de abstinendo ab armis, donec ille pronuntiaret, quod vbi sensetar Bunas; audiebat quidem vtramque partem; cæterum de industria rem differebat, nec volebat vnquam de lite pronuntiare, vt est auctor Mnaseas. Vnde *Bunas Iudex est*, dicitur de Iudice qui litem protrahit.

Fuit quoque stylus frequens in Visita relaxandi carceratos cum hac cautione *de se repræsentando* 32 *in prima Visita*. Verum quia inductus fuit huiusmodi stylus potius pro Ciuilibus, quam pro Criminalibus causis, propterea de illo sermonem habebimus, vbi hac de cautione in ciuilibus tractabimus 33 infra *lib. 3 §. 1. cap 4*. Fideiussorem vero liberari ab hac fideiussione de se repræsentando decernit Visita quotiescumque constat fideiussorem satisfecisse suæ obligationi, 1563. 11. Feb. Sab. *Ioannes Maria, Repræsentatione Angeli, pro quo fideiussit, liberetur ab huiusmodi fideiussione*.

35 Cõsulitur autem Iuratoria cautione de se repræsentando Pauperibus non habentibus cautionem, si causa id patiatur etiam in causis Ciuilibus, vt diximus infra *lib. 3. in proœm. cap. fin. nu. 60. & seqq.* Vbi etiam de cautione de cõcordando partem dicitur, tam in Criminalibus, quam in Ciuilibus causis, & frequentius conceditur cum obligatione, vt supra. Si sint plures carcerati pro eadem causa non repetientes fideiussorem, relaxantur cum cautione 36 ad inuicem de se repræsentando, quam in Regno Neapolitano appellant *Vicariam cautionem*. Quod cõcordat cum *l. omnes. §. in hac autem Regia. C. de Episc. & Cleric. Dyn. in l. Romanius Appulus. ff de Tut. & Cur. dat. ab ijs, & per Specul. lib. 3. part. 1. in Tit. de satisd. §. 2. num. 5. & seqq. vers. quid si scholaris. Ita Foller. in prax. crim. ad frag. n. 268. in fin. & num. 270.* habes eandem expositionem apud Cicer. *pro Rosc. Amer.* his verbis: *Propterea, quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his opera nostra Vicaria fides amicorum supponitur.* Dicitur quoque *Vicaria possessio*, quæ cautionis vicem obtinet. *l. postquam, §. 1. & ibi gloss. ver. Vicaria. ff. vt legat. seu fideicom.*

37 In eodem Regno Neapolitano consulitur quoque hac cautione, seu promissione de repræsentando, si eueniat casus, quo Iudex laicus velit liberare aliquem inquisitum die Feriato. Tunc non liberat sub fideiussoribus propter Feriatum diem hunc actum impedientem. Ne autem interim detineatur in carceribus, consignatur per Iudicem pro carcerato per clamydem aliquibus recipientibus illum; & de dicta consignatione rogatur Notarius publicus, ac conficitur publicum Instrumentum. Recipientes vero inquisitum promittunt eum præsentare primo die iuridico, quo adueniente ipsum in Curia præsentant, & tunc capienda est fideiussio, quæ capi potest, etiam absente Iudice; sed consignatio per Clamydem fieri debet per ipsum Iudicẽ stipulantem nomine Curiæ, aliàs nulla esset. *Ita Foller. cit. loc. num. 271. & 272.*

38 Inter causas autem potissimas, propter quas relaxantur carcerati cum obligatione est grauis infirmitas, etiam si causæ, pro quibus detenti reperiuntur, sint graues, nè miseri pereãt in carceribus, cum periculo etiam animæ. Multi enim ex ipsis tanti æstimant mori extra Carceres, vt soluti à vinculis pluries etiam à grauissima conualuerint ægritudine. Grauis erat causa infrascripti Laurentij; nihilominus propter grauissimam illius infirmitatem, illoque à Visitatoribus in valetudinario visitato deuenerunt ad decretum infrascriptum in Visitatione Secretorum Carcerum. 1648. 4. Iunij. Nonæ. *DD. Visitatores prosequendo visitationem Secretorum Carcerum, peruenti in Infermeria, in qua detinetur ægrotus Laurentius Francisci, visa, & & cõsiderata illius mala corporis qualitate, & graui infirmitate, ac periculosa, prauia moderatione decreti facti in Visita, mandarunt eumdem gratis relaxari, & ad Hospitale Sancti Spiritus deferri, recepta tamen per eumdem obligatione de se repræsentando pro causa toties, quoties &c. etiam nouis, &c etiam irrequisitus sub pœna scutorũ ducentorũ.*

Quotiescumque vero in relaxatione Rei cum dicta cautione periculum est, nè aliquod scandalum oriatur, vel quod rixæ sequantur, nè, vt aiunt, lis litem, & noxa noxam pariat, diuersimode consulitur huiusmodi periculis, vt in infrascripto *capite particulari*.

CAPVT III.

De relaxatione cum cautionibus ad scandala euitanda.

SVMMARIVM.

1 *Scandala, vt euitentur; primum remediũ est Pax.*
2 *Pace habita, relaxatur concordata parte carceratus: Relaxationis de consensu partis formula vsurpata à Visita.*
3 *Pax succedit loco cautionis de non offendendo.*
4 *Pace facta arctantur Rei ad fidem de non offendendo dandam, seu cauendum priusquam relaxentur.*
5 *Pacem interdum exigit Visita à carcerato, etiamsi non fuerit in culpa.*
6 *Treguã solum facta Visita interdum relaxat Carceratum.*
7 *Pacem, seu Treguam inire nemo compelli potest.*
8 *Pacem dare, seu consensum præstare excarcerationi, si pars recuset, liberatur Reus, aliquo Capitaneo dante fidem de non offendendo.*
9 *Pacem Reo offerenti, nisi sit diffamatus vt plurimum defert Visita, si Aduersarius pacem recuset.*
10 *Fidem facientes de non offendendo Capitanei deputantur ab Archiconfraternitate Pietatis.*
11 *Cautione de non offendendo data relaxatur Reus, quando non speratur consensus partis, vel timetur, nè offendat adhærentem.*
12 *Obsequium homo homini debet, ne pereat, & alius alium iuuare.*
13 *Cautione de non offendendo in relaxandis carceratis non est vtendum, nisi in subsidium.*
14 *Scandalum quid.*
15 *Scandalum vitandum.*

16 *Iui-*

16 *Inimicitia duplici ingenere; leues, & capitales.*
17 *Inimicitia capitales appellantur Inimicitia ex professo testata, indicta &c.*
18 *Inimicitias denunciare, indicere, apud veteres solitum.*
19 *Inimicitia capitales sic dicta, quia sanguinem, & vindictam anhelant.*
20 *Capitalibus inimicitijs occurrendum ab ijs, qui gubernant, antequam ad subsidiariam cautionem de non offendendo deueniant.*
21 *Inimicitias capitales extinxerunt veteres Romani, conferendo inimicis idem munus, seu officium, inuitando simul ad epulas, inducendo vnum ex Inimicis ad beneficium alteri conferendum.*
22 *Inimicitia inter Sapritium Antiochenum, & Nicephorum exitum habuerunt falicissimum pro Nicephoro, qui reconciliari Sapritio voluit, infalicissimum Sapritio, qui odium deponere noluit.*
23 *Cautione de non offendendo vtitur Visita, quando pax desperatur.*
24 *Cautio de non offendendo maximè fauorabilis.*
25 *Cautio de non offendendo prastanda cum fideiussoribus.*
26 *Cautioni de non offendendo locus vt sit mina sufficiens considerata qualitate personarum.*
27 *Cautione de non offendendo deficiente iniungitur exilium, quando adest periculum.*
28 *Cautione non inuenta, vel si causa leuis sit, carcerati, etiam non pauperes, relaxãtur, Data verbo in Visita, vel Facta obligatione, vel Data fide de non offendendo.*
29 *Dato verba de non offendendo contraueniens punitur pana vita, & confiscationis bonorum.*
30 *Verbo dato non facile relaxantur viles persona.*
31 *Verbo dato faciliùs relaxantur nobiles persona, quam cum cautione de non offendendo.*
32 *Verbum non datur in Visita pro leuibus delictis, aut rixis parui momenti, sed carcerati relaxantur, vel cum obligatione, vel cum fide Capitanei de non offendendo.*
33 *Cautione iuratoria relaxari quandoque reos iuri communi conforme.*
34 *Relaxationis cum fide de non offendendo decreta variè concepta.*
35 *Cautio de non offendendo, quandoque ex decreto Visita extenditur etiam ad consanguineos, attinentes &c.*
36 *Cautionem non habentibus carceratis, nec fidem de non offendendo, vel si habeant, non sit fidendũ, quin sint offensuri, succurritur à Visita diuersimode.*
37 *Cautioni de non offendendo additur à Visita in relaxatione Carceratorum, qui soliti sunt delinquere, aut sunt vicini, rixosi, cautio de bene viuendo.*
38 *Cautionem de non offendendo reciprocare compellitur altera pars à Visita in relaxatione carceratorum ad euitanda scandala, quando pars relaxanda instantiam facit, vel hinc inde timetur de offensione.*
39 *Cautione de non offendendo reciproca pars adharens Fisco à Visita interdum expresse liberata fuit.*
40 *Cautio de non offendendo non est prastanda perpetuo duratura, sed ad tempus arbitrio boni viri, licet secus sit in Vrbe.*

1 PRimus modus relaxandi cum cautionibus ad euitanda scandala est mediante pace. Hunc itaque in primis prosequamur. Nam inter remedia quibus tolluntur pericula scandali primum locum sine dubio obtinet. Vnde emanauit frequens 2 praxis Visitæ in decretis relaxationis. *Relaxetur habita pace, seu concordata*, vel *habito consensu*, seu per alia verba eamdem vim habentia; Pax enim 3 enim succedit loco cautionis de non offendendo, eo quod secuta pace deleantur cautiones, & fideiussiones de non offendendo. *Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 9. nu. 12.* Et in Visita à Dominis Visitatoribus adhibetur diligens cura, vt inter eos, & adhærentes Fisco sequatur reconciliatio. Quippe ipsis insinuatur pacem esse redimendam. Dixit enim D. Augustinus vetus fuisse prouerbium; Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. Raro carent lite, qui nusquam sustinent de suo iure concedere. Magnum lucrum est aliqua iactura rei, molestias & inquietudinem excludere. 1530. 21. Maij. Capit. *Philippus*, de quo aliás. *Adimpleto decreto; relaxetur. Deinde idem Philippus ex vna, & Marcus ex altera partibus in plena Visita constituti, personaliter sponte inierunt inter se pacem perpetuam per osculum, & amplexum, & remiserunt hinc inde omnes iniurias & offensas; & promiserunt obseruare perpetuis futuris temporibus. Et Domini Visitatores decreuerunt, quod vltra pœnas iuris, & statutorum, si quis fregerit pacem incurrat pœnas furcarum, & rebellionis, & pœna incurrantur etiam ex noua causa, & remanentibus firmis cautionibus hinc inde prastitis mãdarunt ipsum Philippum relaxari.* * 1595. 9. Nouemb. Sabel. *Nicolaus. Attenta pace facta per osculum mutuum coram Dominis de visitatione inter ipsum, & Federicum; & ante excarcerationem data fide alicuius nobilis de non offendendo; & facta etiam ex abundanti noua pace cum alijs per Iudicem bene visis per Instrumentum rogandum relaxetur, firmo remanente in reliquis decreto Congregationis.* * 1598. 12. Mart. Sab. *Ioannes Baptista. Firma manente fide de non offendendo; & facta etiam pace inter ipsum, & Bartholomæum, prout fuit facta in præsentia DD. Visitatorum; & iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum de seruando dictam pacem sub pœnis statuti contra rumpentes pacem, relaxetur gratis.* * 1623. 23. Febr. Nonæ. *Franciscus. Stante pace sequuta cum Ludouico eius fratre germano in plena Visita; & stante verbo dato per ambos etiam in plena Visita de se se non offendendo; relaxetur in forma pauperum; necnon stante verbo dato per dictum Franciscum de non offendendo Christianam vxorem dicti Ludouici, mãdarunt fideiussionem in partibus per dictũ Ludouicum, stante supradicta pace in plena Visita sequuta inter dictos fratres cassari, & aboleri.*

In Statutis Vrbis *lib. 1. cap. 19.* dicitur: *Si quis instigante diabolo homicidium commiserit, nullatenus reaffidari possit, nisi pacem ab heredibus legitimis proximioribus in gradu interfecti, si extant, siue defunctus testamentum fecerit, siue non; vel si non extent legitimi, ab heredibus testamentarijs,*

habuerit &c. ad cuius Statuti materiam videri potest Bartolus, & alij. *l. damni. §. sabini. ff. de damn. infect.* Quid si testator dixerit, omnibus offensoribus meis pacem facio, & eos libero? An aliquid operẽtur hæc verba respectu prædicti Statuti. Vide Baldũ. *l. 1. col. 5. C. com. de leg. Angel. de malef. in glos. comparent dicti Inquisiti. vers. qui dantur. nu. 7. Bonif. de malef. Rub. de pace num. 15. & 22.* Quid autem si bannitus habuerit pacem ab aliquibus hæredibus? An hoc statutum habeat locum vide Soc. *l. eommunis. num. 5. ff. de in ius voc. Alex. in l. pro hærede. §. si sepulcri num. 3. & 9 ff. de acq. hæred.* Quod Statutũ licet loquatur de condemnatis in contumaciam, potest nihilominus habere locum in carceraro, vt ex Doct. allegatis pro hac materia, & in specie ex infrascripto decreto Visitæ requirenre pacem ab hæredibus defuncti referendo in prima Ampliat.

4 Licet sola pax inter partes sufficere deberet absq; alia fide, seu cautione, sitque solitum in Visita dimitti carceratos liberè, facta pace, quandoque tamen ob qualitatem personarum, de quibus dubitatur, an sint pacem seruaturæ, grauantur carcerati ad dandam fidem, siue etiam cauendam, vt in decretis suprascriptis, & clarius ex ijs, quæ mox afferemus, apparebit.

5 Amplia primo, vt hanc pacem exegerit aliàs Visita à carcerato, etiamsi non fuerit in culpa. * 1573. 13. Mart. Capit. *Bernardinus. Ex resultantibus à processu, & attenta longa carceratione; decreuit Visita relaxandum esse, ita tamen, quod non accedit ad locum Reatinæ* Ciuitatis, *& eius Territorium, nisi habita pace ab hæredibus defuncti, siue fuerit in culpa, siue non.*

6 Amplia secundo, vt quandoque Visitatores facta solum tregua carceratum dimiserint. * 1552. 9. Iun. Sabel. *Paulus Corsus. Facta tregua per annum, & data fide de obseruando treguam, & de interim non offendendo; & casu, quo non fiat tregua inter dictũ Paulum, & Simonetum infra dies tres defectu alterius, banniantur ambo ab Vrbe sub pœna triremium per quinquennium, & relaxetur gratis, stante banno.* In delictis verò grauibus, vt disposuit citatum Statutum circa finem, ibi: *pace non obstante contra tales facinorosos ad pœnam legis, & Statutorum rigorosè procedi mandamus.* vide *Bonif. de malef. rub. de pace num. 16.*

7 Quia verò ad pacem dandam, seu treguam faciendam, nemo cogi potest. *Clar. §. fin. q. 58. nu. 41.* cum nulla sit stabilis, & firma pax ab inuito reportata; nec per eam tollatur, sed augeatur occasio rixarũ. *Far. quæst. 107. num. 3.* successit alter modus relaxandi;

8 estque huiusmodi. Quotiescumque pars recusat dare pacem excarcerando, seu consensum excarcerationi, carceratus dat fidem alicuius Capitanei de non offendẽdo. * 1598. 12. Mart. Sabell. *Matthæus de Veliterno. Habita pace relaxetur; attenta reuocatione facta in plena Visita; quatenus accedat consensus partis offensæ; & quatenus recusat dare consensum, oblata pace, & data fide de non offendendo; relaxetur.* Domini enim Visitatores plurimi faciũt,

9 si carceratus (qui tamen non sit diffamatus tamquã homo malæ conditionis & famæ) offerat pacem; & Aduersarius ad eum consumendum longa carceratione recusat pacem facere; Quamobrem solent carceratos pacem offerẽtes facilè dimittere. * 1618.

10 12. Iul. Nonæ. *Ioannes Baptista. Stante oblatione pacis; fide data Sacra Visita de nõ offendendo; prout se obligauit, renouatoque exilio eidem aliàs iniuncto absque spe gratiæ sub pœna triremium per quinquennium, prout fuit renouatum, & quod non possit se iuuare vigore cuiusuis non grauetur, nisi signato manu ipsiusmet Auditoris Cameræ; relaxetur gratis.* * 1637 26. Mart. Sab. *Angela Firmana. Habito consensu, & in euentum recusationis, data fide, relaxetur in forma pauperum.* Ne autem grauentur carcerati in perquirendo Capitaneum, qui huiusmodi fidei subscribat, solent Procuratores pauperũ, & præsertim Deputatus à Caritate onus istud in se assumere. Consueuit etiam Archiconfraternitas Pietatis deputare vnum ex Cõfratribus, qui sit Capitaneus ad hunc effectum, vt in Edicto *in Append. §. 4. cap. 18.*

11 In casibus verò quibus non speratur partis consensus; vel Iudices verentur, nè carceratus, si relaxetur, offendat adhærentem; & quando tractatur de causa graui; admissus est tertius modus relaxandi; nempe cum cautione de non offendendo. Heu quænam! Quantum distat ab ea, quæ inter homi-

12 nes vigere deberet, caritate! Hominem homini debere obsequium, ne pereat, dicitur *l. veluti. ff. de iust. & iur.* vt alij alios iuuare valeant. *l. non tantũ. ff. de app. auth. de non elig. 2. rub. cap. 1. col. 1.* Elemẽta ipsa, etsi inter se ex vna parte pugnant, tamen ex alia sibi inuicem mutuò complexu illigantur, & mirabili fœderatione coniunguntur. Homo solus, proh dolor! cognatione cum alio natura cõiunctus, cohibendus est timore pœnæ, ne alijs hominibus noceat. Hoc est, quod dedit causam huic cautioni de non offendendo; quæ adeò repugnat, quemad-

13 modum diximus, humanæ conditioni, vt ad illam non sit, nisi in subsidium recurrendum. Totis itaque neruis adniti debent, qui præsunt, vt pacata, &

14 quieta sint omnia. *l. congruit. ff. de off. præsid.* opportunèque prouidere, ne scandala oriantur. Est autẽ scandalum dictum, factumue minus rectum præbẽs

15 alteri occasionem ruinæ. *D. Thom. 2. 2. quæst. 43.* & omninò vitãdum esse disposuit. *c. studendum. 90. dist. cap. ad Apostolica de re iud.* vt obuietur ruinæ, & malis, quæ quotidiè vbique terrarum post primas rixas, seu post susceptas inimicitias euenirent.

16 Postquam autem de susceptis inimicitijs incidit sermo, operæpretium existimaui, quo modo sit hoc intelligendum, paulò fusius explicare. Inimicitiæ vel leues sunt, vel capitales. *l. 3 §. fin. de alim. leg.* Pro leuibus inimicitijs quælibet leuis prouisio sufficiens esse poterit, æstimata personarum qualitate. Pro capitalibus diligentius inuigilandum, & celeritèr prouidendum; nè maiora mala subsequantur. Quæ sunt capitales inimicitiæ, de quibus *d. l. 3. §. fin. l. si inimicitiæ. de his, quibus vt indiget. l. licet de recep. arb.* explicandum est, vt quando se offeret occasio, opportunum remedium possit applicari.

17 Solebant veteres, si quæ graues inciderẽt simultates, amicitiæ solemni ritu renunciare; & inimicitias præsentibus superstitibus profiteri. Ad hũc morem videtur *Valerius Maximus* respexisse *lib. 4. cap. 1.* vbi ait: *Tiberium Gracchum Tribunum plebis* inimicitias ex professo *cũ Affricano, & Asiatico Scipionibus gessisse.* Et ibidem: sic de Metello Macedonico scribit: *Acerrimè cum Scipione Affricano*

cano Macedonicus dissenserat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio ad graues, testatasque inimicitias *progressa fuerat*. Nec hunc morem visus est Sidon. Apollinaris ignorasse, qui in *epist. lib. 7.* scribit: *Inimicitias indictas honestè exercet, tardè credit; celeriter deponit*. Cicero etiã
18 auctor est inimicitias olim denuntiari solitas. Sic enim *in Orat. pro L. Flacco* scribit. *Etenim cum clarissimis viris iustissimas inimicitias, sæpè eum bene meritis Ciuibus, depositas esse vidissem; non sum arbitratus quemquam amicum Reipublicæ, posteaquam L. Flacci amor in patriam perspectus est, nouas huic inimicitias nulla accepta iniuria denunciaturum*. Seneca quoque *lib. 10. epist.* scripsit: *Inimicitias mihi denuntias si quicquam ex his, quæ quotidie facio, ignoraueris.* Et *de ira lib. 3.* ait: *Hortentius simultates sibi indiceret, si derideris carmina ipsius, inimicus esset*.

19 Ex quibus apparet *Inimicitias capitales* eas dici, quas alter alteri testato denunciauerat, & quia sanguinem, & vindictam spirabant ex professo, inde capitales appellatæ omninò videri possunt. Neque existimo aliud voluisse eumdem Senecam *lib. 3. de ira*, vbi scribit: *Quid iuuat tanquam in æternum genitos iras indicere, & breuissimam ætatem dissipare?* Clarius Suetonius *in Claudio* cum Germanicum amicitiam Pisoni renunciasse testatus est his verbis: *Ac ne tunc quidem vltra progressus, quam vt & amicitiam ei renunciaret, mandaretque domesticis vltionem, si quid sibi accideret*.

20 His capitalibus inimicitijs conuenit diuersis prius remedijs, quæ fore salutaria prospexerint, qui gubernant, occurrere, ijsque diffidentes animos componere, si fieri poterit, antequam ad subsidiarium remedium cautionis de non offendendo deue-
21 niant. Hoc nos docuerunt antiqui Romani, qui capitales inimicitias diuersis modis composuerunt; interdum collatione munerum, quibus animi conciliari solent, vt Marco Lepido cõtigisse narrat Liuius *lib. 40. & A. Gell. lib. 12. cap. 8.* qui diuturnas, ac vehementes inimicitias, quas cum Fuluio Flacco gessit, simul, vt consortes denunciati sunt, in cãpo deposuit, existimans non oportere eos priuatis odijs diffidere, qui publicè summa iuncti essent potestate: Nonnunquam conuiuijs, vt de Affricano superiore, ac de Graccho refert A. Gellius *d. lib. 12. cap. 8.* qui ad cuius mensæ sacra odio diffidentes venerant, ab ea, & amicitia, & affinitate coniuncti discesserunt. Non contentus enim Scipio in Capitolini Iouis epulo cum Graccho concordiam communicasse, Filiam quoque Corneliam protinus ei despondet; Quandoque inducẽdo vnum ex inimicis ad beneficium conferendum in alterum, vt de Cicerone legitur apud Quintilianum *lib. 6. cap. 5.* qui P. Vatinium dignitati suæ semper infestum duobus publicis iudicijs tutatus est. Multo enim speciosius iniuriæ beneficijs vincuntur, quam mutui odij pertinacia pensantur. Mouent quoque quamplurimum ad reconciliandos animos euentus rerum præteritarum, eorumque enarratio. Quotusquisque est, qui lecta historia Sapritij, obfirmato animo perseueret
22 in odio cõtra inimicum? Sapritius Presbyter Antiochenus, & Nicephorus Laicus, ita se mutuo amabant, vt ab omnibus germani fratres crederentur. Postquam in hoc mutuo amore perdurarunt, talis inter eos mediante communi hominum inimico, zizaniorum seminatore, orta est dissensio; vt nec in Platea quidem vellent sibi occurrere ex dæmoniaco odio, quod inter se inuicem conceperant. Post longi spatium temporis Nicephorus laicus in se reuersus cæpit orare, quotquot habebat, vt separatim, & pluribus vicibus rogarent Sapricicum Presbyterum, vt sibi, qui veniam humilitèr deprecabatur, ignosceret: Sapritius implacabilis denegauit reconciliationem cum Nicephoro. Interim Sapritius delatus Imperatoribus, quod Christianus esset, quamplurimis tormentis cruciatus. Omnia fortiter sustinuit. Tandem supplicio capitis damnatus est. Dum ad mortem duceretur, occurrit Nicephorus bis petens veniam & recõciliationẽ. Is illi prima, & secunda vice denegauit. Lictores, cum iam ad locum supplicij peruenisset, dixerũt; Flectè genua, vt caput tibi amputetur. Quibus Sapritius: Quare? Illi, quia noluisti Dijs sacrificare. Tunc miser hanc vocem emisit. Nolite me ferire. Faciam, quod iusserunt Imperatores. Hic Nicephorus, in me (inquit) conuertite ferrũ. Ego Christum, quem hic negauit, adoro. Mox capite plexus ad cælum euolat. In numerum martyrum refertur, qui pronus fuerat ad remissionem, Sapritius vitam iam oppignoratam martyrio, quod in Nicephorũ odio flagraret, misere sacrificando Idolis pænis dedicauit æternis. Hoc exemplo edoceri possunt fideles, frustra magna quæque conari Christianum, nisi fraternæ caritatis compage fuerit solidatus: *Ex Metaph. Surius die 9 Febr. In vit. Sanct.* Res, vt exposui, contigit anno 260. *Baron. in annal. Ecclesiast.*

23 Quoties autem, qui præsunt, obtinere non poterunt cæteris remedijs, vt hominum animi ab odio ad gratiam deflectant, & se frustratos viderint omni spe reconciliationis, confugiendum est ad subsidiarium remedium cautionis de non offendendo; de qua scripserunt. *Bar. Soc in l. quidam. num. 7. & seq. ff. si cert. pet. Et alij quamplures*. Nos ea, tantum attingemus quæ ad negotium, quod præ manibus habemus facere possunt. Visitatores quoties, vt dixi, desperatur de pace inter carceratum, & adhærentem, ad illud recurrunt, & procedunt iuxta declarationes, quas solas subijcimus, remittentes Lectorem ad eos, qui de hac materia fusè tractarunt; si maiorem de his notitiam habere cupiunt.

24 Declara primo, vt eiusmodi fideiussio dicatur maximè fauorabilis, & necessaria, cum per eam maleficijs occurratur. *Magon. decis. Lucen.* 100. *in princ. Bertaz. cons. crim.* 148. *num.* 12. maximè si præstetur ab initio, antequam fiant mala. *Far. q.* 107. *num.* 396. *cum seqq.*

25 Declara secundo, vt hæc cautio præstanda sit cum fideiussoribus. *Bart. l. illicitas. §. ne potentiores. nu. 4. ff. de off. Præf. Clar. in § fin. q. 47. nu. 5. Bertaz. cons. crim. 148. num. 13. vbi adden. Vulpel. q. 76.* Farinac. *d. q.* 107. *num. 36.*

26 Declara tertio, vt sufficiant minæ, ad hoc, vt sit locus huic cautioni considerata qualitate personarum. 1528. 10. Sept. Nonæ. *Mutius. Consito de minis caueat de non offendendo*.

27 Declara quarto, vt quandoque non habentibus cautionem in casibus, in quibus periculum est scãdali, prouisum fuerit à Visita, vt infra. * 1620. 2. Iul.

Sab.

Sab. *Fabius Romanus. Aut caueat de non offendendo partem, vsque ad summam scutorum trecentorũ; & donec cauerit, vt supra, firmo remanente in carceribus: vel iniuncto exilio ab Vrbe, & districtu sub pœnis arbitrio D. Gubernatoris etiam corporalibus; relaxetur.*

28 Quoniam verò subinde, vel Rei non inueniunt cautionem, vel causa leuis est, vel ob rationabilem causam, Visita non inclinat ad relaxationem carcerati cum dicta cautione; nè carcerati marcescant in carceribus, ad faciliorem illorum expeditionem adinuentus est quartus modus relaxãdi carceratos, valdè vsitatus à Visita, scilicet, vt relaxentur, vel, *Dato verbo in Visita*; vel *Facta obligatione*, vel, *Data fide de non offendendo.*

Relaxantur Rei, *Dato verbo*, etiam nõ pauperes: *Facta obligatione* solum pauperes non inuenientes fideiussorem: *Data fide*, vel pauperes, vel etiam non pauperes detenti pro leuibus causis.

Decreta nonnulla super singulis huiusmodi relaxationibus referamus.* 1621. 15. Iul. Nonæ. *Petrus de Arimino. Relaxetur iuxta formam Decreti sui Iudicis, ac stante verbo dato in plena Visita de non offendendo testem, & loco fideiussionis de se repræsentando sub pœna scutorum centum facta obligatione per ipsum, prout præsens se obligauit; relaxetur.* * 1626. 26. Nouemb. Nonæ. *Peregrinus. Stante verbo dato in plena Visita de non offendendo querelantem, relaxetur.* * 1636. 4. Septemb. Nonæ. *Ioseph. Stante verbo dato in plena Visita de non offendendo querelantes, & affines vsque ad tertium gradum; necnon exilio eidem iniuncto à toto Statu Ecclesiastico sub pœna triremium per septennium, donec cauerit; relaxetur.*

29 Porro tanti momenti est verbũ, quod datur de nõ offendendo, ex bannimentis generalibus, vt si quis contrauenerit, puniatur pœna vitæ, & confiscationis bonorum. *Far. q. 107. nu. 69. & 70. Guaz. §. 2. q. 6. de verbo dato Principi. nu. 6. & 7. Maur in prælud. fideiuss. sect. 2. cap. 4. nu. 62.*

30 Hinc duo consequuntur. Primum viles personas non admitti ad dandum verbum; quia tanquam ignorantes vim huiusmodi promissionis facilè contrauenirent. Sunt enim plerumque faciles ad frangendam fidem.

31 Alterum nobiles facilius relaxari verbo dato in Visita quam cum cautione de non offendendo, vt in Iulio, qui erat ex Nobilioribus Ciuitatis Castelli. * 1615. 20. Aug. Capit. *Iulius. Stante verbo dato in plena Visita, prout verbum dedit de non offendendo Octauium eius fratrem, & non offendi faciendo, facto tantum in persona ad instar pacis; relaxetur.*

32 Illud verò obseruandum pro leuibus delictis, & rixis parui momenti non dari verbum Visitatoribus, sed relaxari carceratos, vel cum obligatione, data fide, vel cum vtraque, ac etiam alijs remedijs, vt videre est ex decretis quæ sequuntur. * 1536. 12. Aug. Capit. *Franciscus, & Dominicus. Facta obligatione per ipsos de non offendendo Paulum sub pœna amputationis manus; relaxentur gratis.* * 1540. 22. Iun. Sab. *Ioannes Maria de Pontremulo. Data iuratoria cautione sub pœna triremium de non offendendo testes contra ipsum examinatos, relaxetur.*

33 Huiusmodi prouisio est conformis Iuri communi, secundum quod rei relaxantur, quandoque cum iuratoria cautione. *Clar. §. fin. q. 47. nu. 5. vers. bene verum. Vulp. q. 77. num. 1. Herculan. de caut. de non offendendo cap. 5. nu. 11. Guaz. q. 16. per tot. Mau. in prælud. fideiuss. sect. 2. cap. 4. num. 14. & 15. cum seqq.*

34 De relaxatione cum fide de non offendendo, habemus inter cætera, nonnulla decreta diuersa verborum formula concepta pro diuersitate personarum, quorum aliqua important etiam *verbum datum in Visita*; Hæc fides de non offendendo *Comes pacis* dicitur à Iulio Ferretto. *De re milit. Tit. de ser. num. 124. Guaz. §. 2. de verbo dato Principi. q. 1. cum seq. vbi q. 4. num. 8. & q. 8. num. 14.* refert, quid hic in Vrbe obseruetur. 1548. 12. Iul. Capit. *Iacobus Pedemontanus. Sequestrato salario penes Dominum, & data fide alicuius viri nobilis de non offendendo Aduersarium; & præstita cautione iuratoria de soluendo residuum, in quo fuerit condemnatus, relaxetur.* * 1555. 28. Mart. Nonæ. *Leonardus. Stante fide Capitanei Æmilij de Monte, de qua in actis mei Notarij, & vlterius dat fidem omnibus Dominis de Visita, qui imponunt sibi pœnam furcarum si defecerit, ipso præsente, & acceptante, videlicet de non offendendo Ioannem Baptistam, neque M. Antonium eius filium in sollicitando illum vel alias molestando, relaxetur.* * 1557. 16. Octob. Nonæ. *Dominicus Dealbator. Facta obligatione, & data fide DD. de Visita de non offendendo Aduersarios Ioannem Petrum Dealbatorem, & fratrẽ sub pœna triremiũ, & pacis fractæ, prout se obligauit, & dedit, D. Gubernator expediat.* * 1595. 30. Nouemb. Sab. *Michael Angelus. Iniuncto ei, prout fuit iniunctum, vt sub pœna triremium non audeat offendere Patruum, & data fide de illum nõ offendendo, relaxetur.* * 1595. 3. Nouemb. Sabel. *Fabritius de Aquila. Attenta fide de non offendendo relaxetur, iniuncto etiam præcepto, prout fuit iniunctum, sub pœna triremium vltra fidem de non offendendo, nec facto, nec verbis Alexandrum de Ciuitate Castelli.* * 1617. 16. Febr. Sab. *Ioannes Frãciscus de Valle frigida. Data fide per D. Marchionẽ Theodolum de non offendendo partem, & facta obligatione per ipsum de se repræsentando toties &c. sub pœna scutorum ducentorum, prout se obligauit; relaxetur gratis.* * 1623. 14. Decemb. Nonæ. *Marcellus, & Franciscus. Stante fide data de non offendendo, & stante verbo dato in plena Visita de non offendendo, ac præcepto eisdem iniuncto de nõ transeundo per viam, & ante domum, in qua inhabitat Franciscus de Alexandris, sub pœna trium ictuum funis, & exilij ab Vrbe, & districtu, relaxentur.*

35 Hæc prouisio de non offendendo, quandoque ex Decreto Visitę extenditur etiam ad consanguineos, vt supra, & infra præter alia Decreta in hoc opere ad alium finem adducta. * 1546. 24. April. Nonæ. *Raphael Scarpellinus. Data cautione pro se, & alijs consanguineis existentibus in Vrbe, & facta obligatione per eum, pro alijs forensibus, excepto bannito, de non offendendo sub pœna triremiũ, & quingentorum ducatorum iuxta formam Statutorum; & sub simili pœna de notificãdo Curia in euentum, quod veniat ad Vrbem; & data nihilominus cautione de se repræsentãdo toties, quoties sub simili pœna quingentorum ducatorũ, relaxetur.* * 1558. 3. Sept. Capit. *Augustinus. Data idonea cautione pro se, cõ-*

sangui-

sanguineis, attinentibus, ac sequacibus de non offendendo Ferdianum de Luca, & consanguineos attinentes; & sequaces sub pœna scutorum trecentorum iuxta formam Statutorum, & de se rapræsentando sub pœna centum, relaxetur.

Promissio fiat secundum dispositionem Statutorum Vrbis *lib.1.cap.27.* de non offendendo realiter, nec personaliter, possunt huiusmodi verba accipi actiuè videlicet, quod non offendat, nec cum persona, nec cum rebus. *Ioannes Andr. in cap. frustra. vers.2. hic de reg.iur.* An autem per furtum commissum pax dicatur fracta vide Bart. *l. locatio. §. quod illicitè. ff. de pub. & vect.*

36 Alius modus, quo consulitur per Visitam relaxationi carceratorum non habentium cautionem, nec fidem de non offendendo, vel si habent fidem, eius tamen conditionis sunt, vt non sit fidendũ, quin offendant etiam data fide, colligitur ex decretis infrascriptis. 1528. 20. Octob. Nonæ. *Mutius. Facto compromisso in D. Vicarium, ac præstita cautione iuratoria sub pœna capitis de non offendendo, relaxetur.* * 1530. 14. Maij. Sab. *Franciscus de Sancto Polo pro homicidio. Attento, quod docuit de absolutione, & quod non habet cautionem in Vrbe de non offendendo, banniatur ab Vrbe, & duret bannum quousque dederit cautionem, relaxetur, & habeat terminum trium dierum.* * 1531. 23. Nouemb. Sab. *Lucas. Attenta longa carceratione, & quod facta omni diligentia non inuenit alios fideiussores, stante obligatione sua, & satisdatione D. Io: Petri de Caffarelis, relaxetur: Cum decreto nihilominus, quod si offenderit, vel offendi fecerit Petrum Paulum incidat in pœnam capitis.* * 1540 4. Martij. Sab. *Antonius Perusinus. Nisi cauerit ad primam Visitam de non offendendo querelantes mittatur ad triremes.* * 1571. 8. Martij. Sab. *Christophorus. Ex quo non inuenit cautionem, nec fidem de non offendendo, banniatur ab Vrbe, & eius districtu sub pœna triremium, arbitrio Iudicis, & relaxetur gratis.* * 1651. 26. Ian. Nonæ. *Lucas. Ex quo tortus sustinuit, iniuncto exilio ab Vrbe, & districtu sub pœna triremium per septennium, donec pacem habuerit, prout fuit iniunctum in plena Visita, relaxetur gratis etiam quoad conducturam.* * 1651. 23. Nouemb. Nonæ. *Antonius Maria de Vallecursa. Iniuncto exilio à Vallecursa, & eius Territorio sub pœna relegationis in Ciuitate Vetula per quinquennium, donec pacem subiecerit, & iniuncto præcepto de non offendendo querelantem sub eadem pœna, prout fuit iniunctum in plena Visita, relaxetur gratis.*

Præterea carceratorum relaxationi consulitur à

37 Visita, vt quoad solitos delinquere, addatur etiam pro bono publico cautio de bene viuendo, vt in infrascripto primo decreto, & quoad vicinos rixosos, qui se compati non possunt, prouideatur, vt in infrascripto secundo decreto. 1558. 26. Feb. Sab. *Baptista de Gallesio carceratus in Curia Turris Nonæ. Data cautione idonea de bene viuendo, & neminem offendendo, & de seruando exilio à toto Statu sub pœna scutorum quingentorum, & soluta pœna arbitrio D. Io: Baptistæ Locumtenentis Auditoris Cameræ, relaxetur.* De hac cautione de bene viuendo habes apud Farin. *In fragm. ver. cautio à nu. 55. ad 67.* vbi videre poteris. * 1598. 28. Maij. Nonæ. *Gineura Cauamacchia, & Antonia Vetellatoria. Ad obuiandum continuis scandalis, & vexationibus quæ pendent inter dictas mulieres occasione habitationis in eadem domo; eo quod non possunt inuicem se comportare, Domini mandarunt fideiuberi hinc inde sub pœna quinquaginta scutorum de se non molestando, & inquietando, nec facto, nec verbis, ita, quod illa, quæ contrauenerit primo loco, & constiterit contrauenisse, vltra pœnam scutorum quinquaginta, compellatur sfratare statim, & de facto à Gubernatore, vel Auditore Cameræ, & teneatur expulsa culpa sua accipere domum in alia Regione, ita quod in eadem Regione non possit habitare, & quoad causas criminales nunc pendentes in diuersis Tribunalibus imposuerunt perpetuum silentium, reseruata sola cognitione contra Custodem carcerum Burgi de delicto prætenso, & intimari absentibus, & quoad detentos in eisdem causis prætensarum falsarum informationum, relaxentur, quatenus pro alijs causis non detineantur, & Victoria, relaxetur gratis.*

38 Vltimus tandem modus relaxandi est, compulsa etiam altera parte ad reciprocandum cautionem de non offendendo. Huius enim cautionis natura est, vt sit mutua, & reciprocetur. *Hercul. de caut. de non offend. q. 31. Farin. q. 107. num. 23. Guaz. de caut. non offend. cap. 3.* Habemus quamplura decreta Visitæ cogentia ad reciprocationem fideiussionis. Sufficiat nonnulla retulisse, & vltimo loco subijcere exemplum reciprocantis fideiussionem. * 1548. 26. Octob. Capit. *Antonius. Præstita fide per D. Flaminium de Sabellis, relaxetur, quæ fides teneat, si ex aduerso data fuerit similis, relaxetur gratis. Et quoad reliqua D. Gubernator tanquam informatus expediat.* * 1625. 23. Octob. Sab. *Diana Andrea. Data fide de non offendendo, relaxetur gratis, & cogatur pars aduersa ad præstãdum similem fideiussionem.* * 1637. 17. Feb. Sabell. *Albertus Iacobi. Stante verbo dato in Visita de non offendendo Laurentium, relaxetur, & cogatur pars ad recipiendum.* * 1615. 22. Aug. Nonæ. *Octauius. Certioratus per me Notarium &c. de verbo in plena Visita carceratorum sub die 20 præsentis mensis Dominis Visitatoribus dato per Iulium eius fratrem de non offendendo, nec offendi faciendo ad instar pacis ipsum Octauium, facto tantum in persona, hinc est, quod idem Octauius præsens promisit, & verbum suum dedit ad instar pacis ipsis Dominis Visitatoribus, totam, plenamque Visitam, repræsentantibus absentibus, mihi Notario &c. non offendere, nec offendi facere Iulium eius germanum fratrem absentem, me Notario &c. omni &c. Actum in Cancellaria Carcerum.*

39 Aduertendum est hunc modum procedere parte instante, vel quando timetur hinc inde de periculo offensionis, & scandali, alias non. *Vulp. q. 79 nu. 13. Hercul. de caut. de non offendendo. cap. 3. nu. 7. Far. q. 107. num. 23. vers. verum præmissa omnia. Guaz. de caut. de non offen. cap. 3. num. 16.* Ita quoque seruauit Visita, quam ex suprascriptis decretis interpositis pro cautione de non offendendo videmus rarò apposuisse obligationem alteri parti non carceratæ de reciprocando cautionem, & constat aliquando expressè liberasse à reciprocatione, vt infrà. * 1562. 21. Mart. Sabel. *Andreas. Data cautione de seruando exilium ab Vrbe, & illius districtu, donec*

habuerit

*habuerit patem à parte offensa sub pœna scutorum quingentorum applicanda eidem parti in euentum contrauentionis, & non obseruationis d. exilij; & de non offendendo eamdem partem, & eius filios, & affines vsque in quartum gradum, iuxta formam Statutorum Vrbis, etiam quod ex aduerso ipsi Andrea non caueatur, dummodò pro reliquis eius affinibus similiter caueatur, ac solutis scutis quadraginta erogandis in pijs operibus ad arbitrium Visitatorum, relaxetur gratis: vel D. Gubernator ex-*40*pediat arbitrio suo.* Hanc cautionem non debere dari in perpetuum, sed ad tempus arbitrio boni viri dixit Angelus *l. dies cautioni. in princ. ff. de damn. infect.* concipitur tamen de stylo Curiæ Romanæ, & Sacræ Visitæ, vt supra, simpliciter absque limitatione temporis.

Expeditis modis, quibus carcerati relaxantur, neque absoluti, neque condemnati cum temperamento Cautionis, procedamus ad modos, quibus relaxantur condemnati.

---

§. XII.

RELAXATIO CVM POENA.

Caput I.

De pœna in genere.

SVMMARIVM.

A Temperamentis pro excarceratione, ad pœnas pro eodem effectu impositas gradum faciamus.

Duo genera belli hominum vitam premunt. Vnum, in armis, ferroque consistit, & aduersus extraneos geritur. Alterum, in mutuis maleficijs; & est internum. Quarè constitutum est illos quidem exercitibus, & vi telorum; hos legibus, & iudicijs coerceri. Bonæ namque leges ex malis moribus procreantur. Vt enim medicorum pharmacis nil opus foret, nisi corpora morbis laborarent; ita leges non essent necessariæ, nisi perperam viueretur. *Vsu probatum est*, vti Cornelius Tacitus *lib. 15.* ait, *leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni*; Apud Aeginetas olim pœna pecuniaria mulctabatur, qui legis instituendæ dabat occasionem.

Porrò hominum nonnullos metus iustos facit, alios meliores pœna. Quarè superatis hostibus, & legibus vincentibus beatè se habet Respublica.

1 Hinc est, quod semper summa prouidentia legum multitudo veterum, & nouarum adhibita sit, vt Iniuria affectis refugium essent accusationes, con-2 demnationes, pœnæ; de quibus pœnis nos hic loquimur. Est autem pœna supplicium, quo quis afficitur. *Mirab. in Polianth.* Noxæ vindicta. *Vlpianus. l. si serui: & l. quoties. ff. de nox. act.* Delicti merces. *Iulianus ita vulneratur ff. ad l. Aquil.* Debita coercitio, vel satisfactio, quæ à lege, vel Ministris legis imponitur. *Azon. in sua summa. l. si pœna ff. de pœn.*

3 Pœna huiusmodi euitari non potest excusatione, qua refert Laertius *in Zenone* vsum fuisse seruum deprehensum in furto à Zenone; qui dum cæderetur, in fatis fuisse dixit, vt furaretur. Audierat enim Zenonem disputantē de necessitate fati. Illi enim respondit Zeno: In fatis quoque erat, vt cæderetis. Pœnæ igitur pro bono Ciuitatis omnino sunt necessariæ. Non enim publicus error obliterari potest, nisi publicæ punitionis spongia deleatur, *vt Pœna* vnius multorum metus sit. *l. aut facta. §. fin. ff. de pœn.* Factæ sunt enim leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio 4 refrænetur nocendi facultas. *c. 2. dist. 4.* Silicet admiscere sacra profanis vbi presertim agitur de correctione morum adducemus factum quod ex *Quintil. declam.* 14. adducit ad propositum Dominicæ passionis Concionum vol. 1. Admodum R. P. Aloysius Albritius, e Societate Iesu celeberimus tota Italia atque apud Summos Pontifices concionator optimo dicendi charactere, Iudicioque præditus singulari, in quo exquisita linguæ facundia, morum vrbanitas, & religiosæ vitæ amor, sibi venerationem vndequaque conciliarunt. Gemini ægrotare cæperūt; consulti medici dixerunt eumdem languorem; desperantibus reliquis promisit vnus se alterum sanaturum, si alterius vitalia inspexisset, permittente Patre execuit infantem, vitalia inspexit, alterum sanauit. Ita quoque vno Reo castigato, & è uiuis sublato, cæteri illū introspicientes sanantur, 5 Quæ cum ita sint, valdè opportunum est, vt etiam in-

in Visita relaxentur carcerati cum pœna quamquam non adeò seuera, vt in ordinariorum Iudicum Tribunalibus. Etenim longe mitiori modo formantur Acta S. Visitæ, in qua pœnæ raro ordinariæ; ferè nunquam rigorosæ; leuiores, & extraordinariæ sæpè infligi consueuerunt, præsertim nostris temporibus, quibus, vt plurimum, Visita punit citra condignum. Cum enim ex sua natura gratiosa sit, conuenit sanè, vt re ipsa cum nomine concordet. *§. est, & aliud. Instit. de donat.* Et vt nomen effectui respondeat, reique naturam demonstret. *l. 1. in fin. C. de offic. Praef. Vrb. Bald. cons. 205. num. 2. l. 3. Grauett. cons. 44. num. 33. Ciriac. controu. 201. numer. 117.*

6 Limita, si de Decurionibus, & Principalibus Ciuitatũ agatur, qui Capital admiserint. In his enim Visita vti non potest sua clementia; sed sunt custodiendi, & consulendus Summus Princeps, vt ait
7 Calistus *l. Diui Fratres. de pœn.* Quem textum in illis verbis, *Qui Capitale admiserunt*, corrigendum esse, & legendum, *Qui Capital admiserunt*, notat Rauardus. *Var. siue de Iur. ambig. lib. 3. cap. 19.* reprobata opinione volentium legi, *Qui Capitale crimen admiserunt*; & aliorum dicentium legendum esse *Capitale quid admiserunt*; Vbi dicit vsum esse voce *Capital* eo loco Callistratum, in quo de Agrarijs Caij Iulij Cæsaris, & Neruæ legibus differit. *cap. 3. de term. mot.* quod asserit ex Florentinis Pandectis constare; quodque etiam Arius Menander. *cap. 6. de Iur. milit.* vsus est verbis *Capital admittere*. Est autem Capital, auctore Festo facimus,
8 quod capitis pœna luitur. Hoc verbum apud *Plautum tum alibi, tum in Menaech.*

,, *Nunquam adepol fugiet tametsi* Capital *fecerit.*
Addi potest etiam illud Lucilij apud Nonium.
,, *Facile deridemur, scimus* Capital *esse.*
Eadem quoque forma vsi sunt veteres alijs verbis, Prudentius.
,, *Intactum ab omni crimine Virginal.*

9 Apuleius *in Apol. Sed enim fœminal nullo pacto reperiens.* Ita exponit, *Rauard.* vt dixi textum prædictum. Sed ad pœnas reuertamur.

Rectè autem prælata *l. Diui fratres*, dixit: Qui
10 capital admiserint. Non enim sufficit Cogitare. Nam non solum de Iure, sed etiam, stante Statuto ex generali Italię consuetudine nõ punitur affectus, nisi sequatur effectus, saltem pœna graui; & in leuibus delictis nulla. *l. item apud labeonem. §. si curauerit quis conuicium alicui fieri, non tamen factum sit, non tenebitur. ff. de Iniur. Cram. decis. 2. num. 16. Thes. decis. 243. & alij, quos in suis obseruationibus. allegat. Giurb. obseru. 33. num. 1. vers. sed ex generali.* Quod verò in Bannimentis Guber-
11 natoris Vrbis *num. 11.* habeantur hæc verba: *Prohibisce il sparar contra alcuno Archibugi.* Et infra: *E non seguendo offesa alcuna incorra la pena della Galera per sette anni:* Non obstat. Nam illa procedunt solum casu, quo ictus Archibusij poterat inferre nocumentum ei, in quem fuit emissus. *Bald. l. 1. q. 6. C. de condit. indebit. Et in suis Obseru. Giurb. d. Obseru. 33. num. 4.* vbi Pragmaticam illius Regni valdè similem nostris bannimentis, ita limitat, & declarationes varias ponit, quas quilibet poterit per se ipsum videre. Dicitque *num. 10.* prius probari debere corpus delicti, quod videlicet pila plumbea, ferrea, vel alia apta nocere essent in Archibusio, quando fuit explosum: & alia deducit ad hanc quæstionem facientia *numer. 23. & 24. & per totum.*

12 Aduertendum insuper est, quod qui ita leuiter deliquerunt vt nec trium ictuum funis pœna puniendi sint, decernatur vt funi publicè alligentur: vel quando torqueri non possunt condemnentur in pœnam trium ictuũ funis. 1550. 12. Maij Nonæ. *Anselmus. Ex quo fuit publice funi alligatus; & iniuncto exilio ab Vrbe, & districtu, præterquam à Patria sub pœna triremium per septennium, prout fuit iniunctum in plena Visita; relaxetur gratis.* Eodem modo si minor pœna triremium sit irroganda, damnantur ad inseruiendum pro milite. *Dicta die. Didacus Ioannes. Iniuncto præcepto de accedendo ad Ciuitatem Vetulam, & de inseruiendo pro milite in fortalitio sub pœna triremium per quinquennium, prout fuit iniunctum in plena Visita.*

Vt autem appareat verum id quod vulgo dicitur
13 *Flagitiorum turpis exitus*; subiungemus pœnas delinquentibus impositas. Olim magis seuerè procedebat Visita in pœnis imponendis. Quomodo autem se gesserit pro varietate causarum, ac temporum, Decreta, quæ paulo post referemus per titulos pænarum generales digesta, indicabunt.

CAPVT II.

De diuersis pœnis, vltimi supplicij; Mutilationis membri; Fustigationis; perpetui Carceris.

SVMMARIVM.

1 *Seueritate vti in atrocibus delictis pietas est.*
2 *Seueritas est virtus inflexibilis in inflictione pœnarum.*
3 *Seueri extiterunt olim Visitatores in infligendis pœnis pro grauibus delictis.*
4 *Pœna maiori puniendum delictum, quod est mali exempli.*
5 *Pœna mortis non infligitur, nisi maturo consilio.*
6 *Vita hominis quanti facienda ostendit responsio Alexandri Magni.*
7 *Amputatio membri non est pœna capitalis.*
8 *Amputatio membri antiquis incognita non facile imponenda, aliquando tamen in Visita inflicta.*
9 *Amputatio auricularum in Visita olim remissa.*
10 *Amputatio auricularum hodiè non est in vsu, sicut neque incisio narium.*
11 *Inscriptionis supplicium quale à Constantino prohibitum Sanctis Martyribus olim inflictum.*
12 *Fustigationis pœna infamiam irrogat; & non nisi pro infamibus delictis infligitur; estque maior pœnis mitræ, & berlinæ.*
13 *Fustigationis pœna imponitur in Visita varijs modis.*

14 *Fusti-*

14 *Fustigationis pœna non imponitur pueris, seu minoribus, sed ferula.*
15 *Fustigationis publica pœna non infligitur imberbibus, sed priuatiua per aulam carceris.*
16 *Fustigationis pœna interdum subrogata fuit loco pœnæ pecuniariæ, imò antiquitus etiam loco debiti pecuniarij.*
17 *Fustigationis pœna, quando subrogatur loco debiti pecuniarij in decreto apponitur terminus ad soluendum, & quid dicendum sit non apposito termino.*
18 *Fustigationis pœna quandoque imposita non concordantibus partem.*
19 *Fustigationis pœna quandoque propter infirmitatem non dilata, sed remissa.*
20 *Fustigationis pœna imposita militibus quomodo executioni demandata: quinam illa afficiebantur.*
21 *Militum delicta grauius puniuntur, quam cæterorum.*
22 *Desidia in pagano vitium est, in milite crimen.*
23 *Delictum in milite est, quicquid aliter, quam disciplina exigit, committitur.*
24 *Mihi tria curare debet, vt corpus sit validum, arma apta, animus paratus ad subita iussa.*
25 *Fustigatio non infert infamiam, sed fustigationis causa.*
26 *Pœna perpetui carceris est grauissima, quia seruitutem inducit.*
27 *Pœnam perpetui carceris tanquam grauissimam olim inflixit Senatus Romanus.*
28 *Exilium iniunctum à Visita sub pœna perpetui carceris.*
29 *Pœna perpetui carceris hodiè nō infligitur, estque Iuri communi conforme, vt non imponatur per Iudicem sæcularem.*
30 *Pœnam perpetui carceris imponi Reis in Vrbe non conceditur.*
31 *Pœna perpetui carceris in vsu est de Iure canonico.*
32 *Pœna imponenda pro falsitate reliquiarum non est pœna carceris, sed triremium.*
33 *Reliquias falsas supponere graue delictum ex multis capitibus.*
34 *Reliquias falsas sustulit Sanctus Martinus.*
35 *Reliquijs veris sublatis, falsas supposuit Leo Isauricus.*
36 *Reliquia vera, qua veneratione tractanda docet exemplum Regis Clodouæi, qui, quod corpus Sancti Dionysij minus reuerenter tetigerit insania percussus est.*

1 IN atrocioribus delictis pietas est vti Seueritate; quæ secundum D. Thomam 22. *quæst.* 157.
2 *art.* 2. Est virtus inflexibilis circa inflictionem pænarum, quando hoc recta ratio requirit. Quæ sint atroci: delicta exponit latè Farinac. *quæst.* 18 *n* 61. *vsque ad fin.* Nos quoque dicemus aliquid infra *lib.* 2 § 3. *cap.* 6.
3 In huiusmodi delictis rigorosi fuerunt Visitatores in pœnis infligendis, ita vt reis mortem decreuerint. Vt enim D. Hieronymus *Ad Oceanum* dixit: malo arboris nodo, malus quærendus cuneus 1533. 16. Octob. Capit. *Foelix. Attenta atrocitate delictorum; & vt transeat in exemplum aliorum suspendatur die veneris, ita, & taliter, quod moriatur, & anima separetur à corpore.* * Dicta die. Capit. *Cassandra Florentina. Attenta atrocitate, & enormitate delicti similiter die veneris suspendatur, ita, & taliter, quod moriatur, & anima separetur a corpore.*
4 Dum audis tu præfato decreto verba (*vt transeat in exemplum aliorum*) scito, delictum, quod est mali exempli, tanquam Reipublicę perniciosius, grauius multo quam cætera reputari debere, & maiori pœna puniri. *l.* 3. § *sed ex Senatus consulto. ff ad Corn. de Sicar. Tiraq. de pœn. temp. caus.* 44. *num.* 53. *Menoch. de arb. cas.* 358. *num.* 4. *lib.* 2. *Farin. quæst.* 18. *num* 65 * 1559. 21. Iul. in libro Visitæ Gubernatoris. *In causa Georgij in Curia Turris Nona detenti, remissi Curia sæculari ab Officio Sanctissimæ Inquisitionis pœnis Iuris puniendi: Domini fuerunt in voto; quod laqueo suspendatur, & igne concremetur.*
5 Cæterum quando non versamur in atrocioribus, lento pede procedendum est ad pœnā mortis. De vita enim laturum sententiam Iudicem quis nescit cunctari oportere? Nec iu præceps, vbi, quod decernit, irreuocabile est, rapit Alexander Magnus
6 optimè intellexit, quanti facienda sit vita hominis. qui matri petenti, vt occideret insontem; & dictitanti ipsum se per nonem menses in vtero gestasse; prudenter respondisse fertur: Aliam, parens optima, pete mercedem. Hominis enim salus beneficio nullo pensatur.

Expeditis grauioribus pœnis, modo ad *Amputationem membri*, quæ est pœna mitior veniamus.
7 Pœna hæc propriè loquendo capitalis non est secundum Alciatum, qui de communi testatur. *l. licet Capitalis. ff. de verb signif. Et alij adducti per Far.*
8 *q.* 19. *num.* 24. Fuit hæc pœna antiquis legibus, quæ nolebant homines esse inutiles, incognita; & inuenta de Iure Auth. *Arian. in cap. in Archiepiscopatu. num.* 4. *de raptor. Clar pract. q.* 69. *nu.* 2. *vers. quæro igitur in primis. Et alij, quos citat, & sequitur Far. quæst.* 19. *num.* 24. *vers. Pœna hac amputationis.* Non est propterea facile imponenda, neque nisi in casibus, quos enumerat. *Tit. de pœn. reor. num.* 52. *& seq Capol. in Aut. sed nouo Iure de seru. fug. Et alij, quos citat, & sequitur idem Far. quæst.* 16 *num.* 26. vbi enumerat casus, in quibus amputatur manus. Quamquam à Visita fuerit aliquando inflicta. 1537. 21. Iun. Nonæ. *Guido de Bouonia. Si pars non concordatur, fustigetur publicè, & amputentur aures; si pars concordabitur fustigetur per Aulam.* Vide clementiam Visitæ in concordando partem, vt mutet pœnam fustigationis publicæ in pœnam priuatæ fustigationis per Aulam, & remittat pœnam amputationis aurium. * 1558. 5. Iul. Nonæ. In libro decretorum
9 Visitæ secretorum carcerum. *Camillus. Attento quod non est aptus ad triremes, abscindantur auriculæ; & banniatur ab Vrbe, & Ciuitate Bouoniæ, eiusque districtu sub pœna furcarum.*
10 Hodie tamen in vsu non est pœna amputationis aurium, & incisionis narium, à qua alijs temporibus non fuerunt exempti Martyres, vt legitur in Martyrologio, & præsertim 13. Octobris de Sanctis Fausto, Ianuario, & Martiali, quibus post multa tormenta, aures quoque, & nares præcisæ fuerunt.

runt. Quæ pęna postmodum abrogata est non sine optima ratione, ne deturpetur vultus ad similitudinem Diuinæ pulchritudinis formatus. Propter quam causam vetuit Constantinus antiquum illud supplicij genus, quod, *Inscriptio*, nominabatur, cum liberi hominis facies atris notis perpetuo mansuris
11 profundis characteribus incidebatur. *l. 2. de pæn. C. Theod.* Ibi: *Quo facies, quæ ad similitudinem cælestis pulchritudinis est figurata, minimè maculetur.*

12 Huic pęnæ succedit Fustigatio, quæ tempore Romanorum fustibus infligebatur liberis; flagellis vero seruis. *l. in seruorum. l. capitalium. §. non omnes. ff. de pæn.* Hæc pariter est corporalis, & propter grauem, quam irrogat, infamiam, cum nonnisi pro turpibus, & infamatorijs delictis infligi soleat. *arg. textus in l. ictus fustium. ff. de his, qui not. infam.* respectu existimationis, refertur inter capitales. *l. capitalium. ver. castra de pæn.* Grandis, & grauis reputatur secundum allegata per Menochium *De arb. lib. 1 q. 80. num. 54. & 55.* qui eam morti æquiparat. *num. 40. & seq.* Quem allegat, & sequitur *Far. q. 19. num. 29.* Licet autem Menochius loquatur solum in pęna Mitræ; tamen idem est in pęna fustigationis, de qua Ioseph Ludou. *decis. 1. nu. 24. & seqq. par. 1. Clar. §. fin. q. 10. vers. est etiam pœna fustigationis. num. 2. & inferius. num. 8. vers. mitra quoque.* Imò maiorem dicit pęnis mitræ, & berlinæ. Farinac. *q. 19. num. 29.* cum imponatur in Vrbe furibus, mariolis, zonarijs, idest incisoribus bursarum, truffatoribus, testibus falsis, blasphemantibus, & id genus alijs, infamibus, & vilibus personis.

13 Infligitur à Visitatoribus ordinario modo, apponendo in decreto; *Fustigetur publicè*, vt supra in decreto Guidonis de Bouonia. Pueris vero, seu mi-
14 noribus non infligitur, sed ferula cæduntur, vel staffilantur. Licet dicat *Bart.* minores ferula cædi, non vt condemnatio sequatur, sed vt veritas sciatur. *l. ex libero. §. de minore. ff. de quæst. & Bald. in l. fin. nu. 3. C. de his quibus indign.* 1558. 25. Iunij. Nonæ. *Valerius. Staffiletur per Aulam, banniatur. & relaxetur gratis.* * 1558. 20. Decemb. Sab. *Marcus Antonius Neapolitanus. Percutiatur quinquaginta staffilatis, & banniatur ab Vrbe.* * 1638. 4. Febr. Sab. *Dominicus Romanus. Ferula casus in carceribus, ac renouato exilio, prout fuit renouatum in plena visita relaxetur gratis.* * 1551. 30. Mart. Sab. *Franciscus, & Carolus. Ex quo Pueri moderando decretum Ferula, casi in carceribus per manus Custodis, relaxentur gratis.* Dicitur, *Moderando decretum.* quia non erat nota puerilis ætas, & decreta fuerat publica fustigatio. *Dicta die. Bartholomæus. Moderando decretum Ferula, casus in carceribus per manus Custodis, & iniuncto exilio ab Vrbe, & districtu sub pæna fustigationis,*
15 *prout fuit iniunctum, relaxitur gratis.* Similiter imberbes non fustigantur publicè, sed per Aulam carceris, sicuti etiam illi, quibus indulgendum videtur ratione ignominiæ, quæ incurritur propter publicam fustigationem. 1529. 12. Octob. Sab. *Antonius pro furtis. Fustigetur per Aulam extraneis exclusis & relaxetur.* * 1533. 28. Nouembr. Sab. *Guglielmus Gallus. Statim post Visitam fustigetur per Aulam, & relaxetur, & cum comminatione, quod si in futurum deliquerit, mittetur ad triremes perpetuo.* * 1541. 24. Nouemb. Capit. *Guglielmus Longobardus. Fustigetur per Aulam acriter, & liberetur.*

16 Porrò *pæna fustigationis* fuit quandoq. subrogata loco pęnæ pecuniariæ etiam modicæ; vel etiam loco debiti pecuniarij. Hoc autem, respectu debiti pecuniarij non est in vsu; sicut nec pęna fustigationis imponitur loco modicæ pęnæ pecuniariæ; sed pœna exilij, vel trium ictuum funis. 1533. 27. Nouemb. Capit. *Baptista. Nisi per totum diem crastinum soluerit scuta duo, pro pæna fustigetur.* Ratio decreti est ne si imponatur pœna scutorum duorũ, & carceratus propter paupertatem illa non valeat, soluere impunitus euadat; sed seruetur legalis dispositio, vt qui non habet in ære, luat in corpore iuribus vulgatis. 1548. 12 Iul. Capit. *Ioannes Antonius pro debito ciuili. Soluat infra decem dies; alias fustigetur; & si repertus fuerit ludere, transmittatur ad triremes ad terrorem.* Terminus autem ad soluẽdum in his decretis appositus deseruit ad euitandam illam quæstionem, quam *Bartolus* indecisam reliquit *l. suus. §. sed etsi filio. num. 3 ff. de hæredib. inst.* Vbi ponendo quæstionem, si in sententia Iudicis condemnetur quis propter delictũ in centum, etsi soluere non potuerit, amputentur sibi manus. Quærit, quando dicitur *Condemnatum soluere non posse*, cum terminus solutionis non sit adiectus? Et dicit cogitandum. Sed tu soluendo hanc quæstionem dicas, quod de huiusmodi impotentia soluendi poterit constare per discussionem faciendam, vt in terminis concludit Baldus. *l. 3. §. si reus. in fin. ff. iud. sol. & l. quicumque. nu. 23. vers. sed quid si est soluendo. col. pen. in fin. C. de seru. fug.* Quomodo autem fiat talis probatio per discussionem dicturi sumus infra: vbi ostendimus quomodo probetur paupertas. *lib. 2. §. 2. cap. 6.*

18 Addo pœnam fustigationis fuisse quandoq. impositam non concordãtibus partem. 1557. 4. Sept. Sab. *Antonius Proxeneta. Nisi infra octo dies accõmodauerit partem, fustigetur publicè per Vrbem, & banniatur perpetuo ab Vrbe, saluo tamen iure, & interesse partis.*

19 Legimus etiam hanc pœnam non solum fuisse dilatam, sed remissam etiam, & condonatam propter infirmitatem. 1537. 13. Mart. Sab. *Alexander. Decreuit illum fustigari per Vrbem, demum cognito de eius infirmitate remisit, & relaxetur.* Imò aliquando remissa electioni carcerati. 1538. 17. Apriл. Sab. *Ioannes Baptista de Fiano. Ad Triremes per annum, vel fustigetur arbitrio suo.*

20 Imponi quoque solita fuit fustigatio militibus quibus, & decimatio infligebatur. *Pol. in Polit.* Longè tamen grauior in militibus, quam in carceratis erat. Nam accepto fuste Tribunus vix tantum attingebat militem damnatum, & postea illum subito omnes, qui in castris erant, cædebant fustibus, lapidibusque in ipsis castris conficiebant. Et siqui euadebant, nc sic quidem seruari poterãt, quia nec in patriam redire licebat; neque necessarij eos domi recipere audebant.

Hoc supplicio afficiebantur milites, qui furto aliquid ex castris abstulissent; quique falsum testimonium dixissent; & si quis ætatis flore abusus esset. *Cel. Rodig. antiq. lect. lib. 10. Baron. in Annot. ad*

Martyr. die 20. Ian. Ver. fustibus cadi. Pro huiusmodi verò delictis tam graue supplicium infligeba-
21 tur, tum quia milites grauius puniri cõsueuerunt, quam cæteri; tum ad exemplũ, & terrorem aliorũ; tũ quia desidia in pagano vitiũ est; in milite, crimẽ; *Menand. de re mil.* tum quia in milite omne deli-
22 ctum est, quod aliter, quam disciplina communis
23 exigit, committitur. *l. omne delictum ff. de re mi-*
24 *lit.* Illos enim hæc tria curare decet. Corpus, vt quam validissimum, & pernicissimum habeãt; Arma apta; Animum paratum ad subita iussa, quæ in militibus minimè reperirentur, nisi cum ijs rigidè pro quolibet defectu ageretur. Atque hæc de fustigatione dicta sufficiant.

25 Illud coronidis loco subiungam non ipsam fustigationem, sed causam fustigationis, quæ est pro turpibus, & infamatorijs delictis, infamare. *l. ictus. ff. de his, qui not. infam.* sic non facit Martyrem pœna, sed causa. *D. Aug. epist. 61. Cypr. de Vnit. Eccles.* Nec pudorem, aut ignominiam conciliat carcer, sed carceris causa. Nunc ad pœnam perpetui carceris transeamus.

Ad hanc pœnam cognoscendam lucem afferent, quæ sequuntur. In primis pœna perpetua carceris
26 est grauissima. Quippe quæ seruitutem inducit. *l. 2. ff. de lib. hom. exhib. l. Titio centum. § Titio centũ relicta sunt, ita vt à monumento meo non recedat. ff de condit. & dem. Bart. & alij adducti per Contar. in Pract. Tit. de contum. & bann. num. 25. fol. 445. col. 1. Far. q. 19. nu. 31.* Hanc pœnam, tanquam grauissimam, alias inflixit Senatus Romanus, vt *Valerius Maximus lib 6. cap. 3.* refert ibi: *Ne in Caio quidem Vittieno qui sinistra manus digitos sibi absciderat, seueritas Senatus cessauit. Publicatis eius bonis eius ipsum æternis vinculis subijciendum censuit; effecitque. vt quem honestè spiritum profundere in acie noluerit, turpiter in catenis consumeret.*

28 In Visita verò legitur aliquando iniunctum exilium *sub pœna perpetui carceris.* 1545. 21. Nouemb. Capit. *Cinthia. Banniatur ab Vrbe perpetuo sub pœna Fustigationis, & perpetui carceris.* * 1589. 26. Iul. Nonæ. *Ioannes Baptista. Iniuncto exilio à tota Prouincia Marchia sub pœna perpetui carceris, attenta inhabilitate relaxetur gratis, & quoad alios condemnatos ad triremes inhabiles ad Dominum Gubernatorem.*

29 Cæterum nostris temporibus non comminatur; & multo minus infligitur huiusmodi pœna. Quod est etiam conforme iuri communi, vt non imponatur per Iudicem Sæcularem. Ita plures senserunt, quos allegat, & sequitur Menoch. *de arb. lib. 1. q. 89. num. 2. vbi ampliat pluribus. Far. q. 19. nu. 31. paulò post prius.* Hinc est, quod cum ad notitiam Visitatorum deuenisset fuisse condemnatum ad carceres pro certo tempore Ioannem Sacerdotem in causa falsitatis Reliquiarum à Iudice Eminentissimi Vicarij, fuit in Visita habita die 19. Nouembris 1640.
30 Sab. dictum Iudici non consueuisse imponi huiusmodi pœnam in Vrbe, tum quia nimis restringeretur habitatio aliorum carceratorum, tam Ciuilium, quam Criminalium, qui detinentur ad custodiam; & sunt quamplurimi; tum quia diminuerẽtur pauperum carceratorum eleemosynæ. Fuit propterea commutata pœna, & destinatus ad ergastulum; sed cum non haberet, vnde se aleret, fuit demum relaxatus cum pœna extraordinaria in exilium à
31 toto Statu. Rectè tamen fecerat Vicarius condemnando ad carceres, vt supra. Huiusmodi enim pœna in vsu est de iure canonico: Imò etiam priuati carceris. *cap. nouimus. de verb. sig. Far. q. 19. numer. 31. vers. item de iure canonico. circa fin.* Quamquam reuera pœna imponenda pro falsitate Reliquiarum non sit carceris; sed ad hanc fuit condemnatus dictus Ioannes, quia hæc fuit extraordinaria ob defectum probationum. Nam ordinaria est triremium nostris temporibus. *Far. de fur. quæst. 172. numer. 66.* vbi loquitur de vendentibus Reliquias. Quam opinionem sequutus Ricciullus dum fuit in Vrbe Vicesgerens Vicarij. *Lucub. Eccles. cap. 39. num. 6. lib. 1.* Ego quoque ita passim seruari vidi. Graue est delictum supponentium falsas
33 Reliquias. In primis lethale est peccatum. *cap. si quis dixerit. vbi glos. vers. abominabilis. cap. si quis hominem. & q. 3. Azor. in sum. vers. superstitio. § 2. Nau. in manual. cap. 17 nu. 169. Ricciul. cit. cap. 29. num. 5. lib. 1.* Continet etiam pœnam falsi & sacrilegij, quia homines ad superstitionem aliquo modo commouentur. *l. si quis aliquid fecerit. ff. de pœn. Ricciul. cit. num. 5.* & ita Deo displicet, vt ad conuincendam horum delinquentiũ malitiam frequenter miracula sit operatus. Sancto Martino reuela-
34 tum fuit exhiberi cultum falsis Reliquijs; quas ille sustulit, vt tradit Turon. *In eius vita cap. 8.* Leo Isauricus Reliquiarum hostis fecit clam auferri veras Reliquias, & supponi falsas: detectum est facinus operante Dei miraculo, de quo *Surius die 9. Martij, & Ricciul. cit. num. 3 & 4.* E contra tan-
36 ti fecit Deus etiam minimos defectus circa veras Reliquias, vt Regem Clodouæum propter minus religiosum contractum corporis Sancti Dionysij dementia percusserit, qua biennio laborauit, & in ea obijt. *Baron. anno 661.* Ac merito cum reliquiæ sint pars illorum iustorũ, de quibus in Sacris Scripturis legitur, *Quorum dignus non erat mundus.*

CAPVT III.

De pœna exilij.

SVMMARIVM.

1 *Exilium stante Republica Romana aliud fuisse, quam hodie, ex Cicerone, & Cæsare colligitur: tunc confugiebant in exilium tãquam ad aram, vt pœnas legibus constitutas vitarent.*
2 *Exilium nominatim non irrogabatur ijs, quibus Ciuitas lege adimebatur, sed aqua, & igne interdicebatur ex Cicerone.*
3 *Exilij, & banni nostri pœna antiquis pene incognita denotat eiectionem è Ciuitate.*
4 *Exilium dicitur, quasi extra solum. Est enim prohibitio non ponendi pedem in Territorio prohibentis sub aliqua pœna.*
5 *Exilij sententiam elusisse putatur Gouella, qui prohibitus à Duce Ferrariæ, ne pedem in suo Territorio poneret, curauit se duci plaustro strato terra agri Veronensis.*

6 *Exi-*

6 Exilium continet tres species: Interdictum, Relegationem, Deportationem.
7 Interdictum dicitur, quando alicui interdicitur certi loci aditus.
8 Relegati quinam dicuntur.
9 Relegati in multiplisi differentia.
10 Exilium triplex ex Marciano I. C. certorum locorum Interdictio, Lata fuga, Insula vinculum.
11 Fuga lata exilium cur ita dictum.
12 Relegādi formula, quibus verbis concepta ex Vlpiano.
13 Deportatio atrocissimi genus exilij, cui hodie succedit damnatio ad triremes.
14 Deportationi hodie succedere desapitationem multi Doctores sentiunt, cur.
15 Bannum dicitur sententia eiectionis à Ciuitate lata in absentes; Exilium sententia eiectionis lata in præsentes.
16 Exilij iniungendi formula à Visita vsurpata remissiue.
17 Exilium olim à Visita iniungebatur adiecto verbo Perpetuò, vel, Ad beneplacitum.
18 Exiliati à Statu Ecclesiastico simpliciter olim non intelligebantur exiliati à statu mediate subiecto, secus tamen modo se res habet quoad homicidas, & facinorosos condemnatos in contumaciam.
19 Exilium nostris temporibus frequētius imponitur ab Vrbe, & Districtu, præsertim ijs, qui sunt de Statu Ecclesiastico: Exteris, vel facinorosis à toto Ecclesiastica Statu.
20 Exilium nostris temporibus imponitur non adiecto tempore.
21 Exilium impositum non adiecto tempore intelligitur perpetuum, adiectis verbis, Ad tempus, sine vlteriori præfinitione intelligitur ad decennium.
22 Exilium iniunctum, si non adijciatur tempus, intelligitur ad beneplacitum, ex praxi Visita, & Tribunalium Vrbis.
23 Exilium, quod intelligitur iniungi Ad beneplacitum, eius qualitatis est, vt beneplacitum declaretur non solum à Iudice, sed etiam à Visita, etiam pro existentibus extra carceres.
24 Bannum facilius remittitur, vel leuius imponitur, quando pars est concordata.
25 Pœna contrauentionis exilij debet esse adæquata qualitati delicti, si fuisset sufficienter probatum.
26 Exilio solo iniuncto maioris pœna loco relaxatur ex causa carceratus.
27 Exilio adiungitur alia pœna in certis delictis.
28 Exilij iniuncti otiosis, seu vagabundis forma quæ ex mora Visita.
29 Exilium iniungitur non valentibus præstare cautionem.
30 Pœna à contraueniente exilio non exigitur prima vice, nisi iniunctum fuisset pro furtis; sed renouatur.
31 Exilium non imponitur in certis casibus ad euitandum maius malum.
32 Gubernator Vrbis habet in suis facultatibus, vt possit quemcumque libuerit absque processu mulctare exilio.
33 Pœna exilij pœna corporis afflictiua, cur.
34 Exiliū perpetuum haberi potest pro capitali pœna.
35 Exuli, cui nusquam domus est, tanquam mortuus sine sepulchro.
36 Exilium dicitur Exterminatio, quia exul Patriæ finibus exire iubetur.
37 Patriæ amor cunctis inest, nisi Lotophagis.
38 Lotophagi, qui, cur sic dicti.
39 Exilium pœna grauissima, quòd inducat separationem ab Amicis, quæ quam acerba sit exuli, P. Ouidius expertus docet.
40 Exilium leuius esset, si vxores, Hipsicrateæ Mitridatis Regis vxori similes, viros sequerentur.
41 Exilium est quidem calamitosum, sed optandum quotiescumque succedit loco pœnæ grauioris.
42 Exilij pœna solatium affert, si cum ærumnis carcerum comparetur.
43 Exilij commoda ex Petrarcha.
44 Exilium multos honestauit, & illustriores reddidit.
45 Exilium breue cito Patriæ reddit, longum aliam patriam dat.
46 Exilium deplorare angusti animi est.
47 Patria Socrati mundus erat.
48 Patria forti omne solum est.
49 Patria quibusdam deterior exilio.
50 Exilium interdum expetendum, vt exul declinet odium, & inuidiam in patria.
51 Exilium amplectatur exul tanquam quoddam sui experimentum.
52 Patria est vbicumque vir fortis sedem elegerit ex Q. Curtio.
53 Exulis voces præclara ex Seneca.
54 Exilium minitanti Modesto Præfecto, quid respondit Sanctus Basilius.
55 Exilij incommoda patienter ferenda: Dionys. Syracusani hac de re dictum
56 Exilium patienter tulit Aristides.
57 Exilij incommoda eadem in se ipsis, siue quis ob virtutem, siue ob flagitia exulet.
58 Exules interdum fælicius sub quibusdam viuunt, quam Principes, & Ciues sub alijs.

1 NOn alienum videri debet si hæc materia, in Vrbe frequens, huius libri caput impleat cęteris longius. Illam integris voluminibus exhauriте alij vix potuerunt. Itaque in hac se non est cur breuiloquentiam prolixitati anteponamus. Nemo nos insequitur, qui festinare compellat, quemadmodum vulgò dicunt. Ante omnia præmittendum est longe aliam fuisse rationem Exilij dum vigeret Respublica Romana ab ea, quæ modo apud nos in vsu est. Nam vt Tullius *in orat. pro Cacin.* docet his verbis: *Exiliū non supplicium erat, sed perfugium portusque supplicij.* Qui enim volebant pœnam subterfugere, aut calamitatem, solum vertebant hoc est, sedem, ac locum mutabant. Itaque *nulla*, inquit, *in lege nostra reperietur, vt apud cæteras Ciuitates, maleficium vllū exilio esse mulctatum, sed cum homines vincula, ignominiasq. vitarent, quæ legibus constituta sunt, confugiunt, quasi ad aram, in exilium; qui, si in Ciuitate, legis vim subire vellent, non prius Ciuitatem, quam vitam amitterent; qui nolunt, non adimitur his Ciuitas, atqui his relinquitur atque deponitur.* Eodem ferè sensu. C. Cæsar. *de coniur. apud Salust.* dixit: *Eodem illo tempore maiores nostri Græciæ morem imitati verberibus animaduertebant in Ciues; de condemnatis summum supplicium sumebant; post autem*

lex Portia aliaq. leges parata sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est.

Cæterum neque istud est exilium, de quo tracta-
2 turi sumus. Hoc enim de aquæ, & ignis interdictione intelligendum est ex Cicerone *In Orat. Pro domo sua*. vbi ait: *Scire autem illud oportet moris tum fuisse, vt quibus Ciuitas lege adimeretur, ys non exilium nominatim irrogaretur, sed aqua, & ignis interdiceretur*. Idem quoque docet Hotom. *In comment. Orat. pro Cæcin.*

Ex his liquet pœnam nostri banni, vel exilij antiquis legibus penè fuisse incognitam, vt etiam testatur *Nellius de bannit. par. 1. 2. temp. num. 3*. Hæc
3 siquidem denotat eiectionem à publico loco, & Ciuitate. *Clar. in prax. §. fin q. 71. in princ. vers. quandoque vero imponitur. Et ibi addens addit. 3. Ad verba: Exily autem pœna. vers quintum dicitur quando de Ciuitate quis eÿcitur. Far. q. 10. nu. 27. vers. addi potest. Et quantum eiectio scilicet è Ciuitate*. Concordat etiam verbi etymologia. Nam vox (*exilium*) compositum est ex dictionibus, *ex*,
4 *& solum*, vt voluerunt Festus, Nonius, Seruius quasi *Extrasolum*. Itaque Exilium est prohibitio non ponendi pedem in Territorio prohibentis sub aliqua pœna; quam pœnam non effugeret, qui vetaretur cautela Gonellæ relata *In apostilla marginali. Ad cons. Bart. veteris impress. 5. Statuti Castri plebis. ver. in manibus*. Vbi refert, quod cum esset Gonella bannitus à Duce Ferrariæ, eiq. prohibitum, ne pedem poneret in suo Territorio fecit se duci plaustro strato terra agri Veronensis; & ita comparuit coram Iudice, asserens se pedem non posuisse in eius Territorio. Vide de hac materia Cionum *l. 1. C. interd.* Aliquando contingit quemdam captum extra Territorium à quo proscriptus fuerat, sed relaxatus est 1649. 24. Maij Non. *Vincentius Ex quo captus extra locu exily, firmo remanente exilio in Tribunali Domini Gubernatoris; relaxetur gratis, etiam quoad conducturam*.

6 Exilium autem tanquam genus tres sub se species continet: *Interdictum, Relegationem, & Deportationem*. Interdictum dicitur illud; quo alicui
7 teo interdicitur certi loci aditus, ac commercium: veluti si quis Roma abesse iubeatur à Prætore, vel aditu Romanæ Ciuitatis prohibeatur. *l. relegatoru. in princ. §. interdicere. §. dubitatum. & constitutum. ff de Interd. Releg. & depor.*

8 Relegatio quoque dici potest nomen generale, comprehendens etiam exilium. Sunt enim, vt definit Aelius Gallus *apud Festum*, Relegati ij, quibus ignominiæ, aut pœnæ causa necesse est ab Vrbe Roma, aliove loco abesse lege, Senatus Consulto,
9 aut magistratuum edicto. Scripsit quoque Vlpianus Relegatorum plura genera esse. Quidam sunt, qui. *In Insulam relegantur*. Quidam, quibus simpliciter *Prouincÿs interdicitur*, etiamsi Insula non adsignetur. *l. relegatorum. ff. de interd.* Hanc relegationem vocamus exilium, cum in aliquem remotum locum longè ab amicis, & parentibus demandantur. Vnde Cicero *lib. 3. de offic.* criminabatur etiam quod Iorium filium ruri habitare iussisset. Quidā vero in loco particulari includuntur, & quasi circumscribuntur, vti cum Prætor damnat aliquem, ne domo sua procedat. *l. potest. ff. de interd. l. moris. ff. de pæn. l. si, qui domum. de iniur.*

Item cum quis patria excedere vetatur, vel intra dicitur, ne intra Patriæ territorium, vel muros moretur, vel iubetur certis in vicis morari. *d. l. relegatorum. §. solet de Interd.* Vel cum quis in Insulam relegatur. vt dixi. *l. relegati. ff de Interd. l. relegati. l. capitalium. §. Grassatores. & §. in exulibus. Et l. si quis aliud. ff de pæn.* Marcianus quoque I.C. *l. exi-*
10 *lium ff. de interd. & releg.* dixit: *Exilium triplex est; aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum interdicatur præter certum locum; aut Insulæ vinculum, idest, relegatio in Insulam &c.* Ideò, *lata fuga*, dicitur, quasi ab omni-
11 bus locis fugatur, præterquam ab vno aliquo. Hæc pœna alias fuit imposita à Visita Archipresbytero habenti curam animarum non soluenti pœnam, in quam fuerat condemnatus, ne pateretur cura animarum. 1651. 9. Maij. Sabel. *Marius. Iniuncta relegatione in loco, & Territorio, in quo habet curam animarum, donec soluerit scuta viginti quinque in Camera, in quibus fuit condemnatus sub pœna triremium per quinquennium, relaxetur*.

Si quādo, autem hæc pœna imponatur cum Cautione de illa seruanda; & Reus non habeat cautionem, prouidetur, vt infra. 1651. 23. Febr. Nonæ. *Philippus. Iniuncto præcepto de seruando relegationem in Ciuitate Vetulo loco Cautionis sub pœna triremium per quinquennium, prout fuit iniunctū relaxetur gratis*. Formula autem relegandi hæc
12 erat. *Illum Prouincia illa, insulisque eis relego; excedereq. debebit intra illum diem. ex Vulp. l. relegatorum. §. bis, qui. ff. de interd. & releg.*

13 Deportatio verò perpetua atrocissimi generis exilij erat. *Prat. in l ex iur. ver. deportatio*. Huic hodie successit condemnatio ad triremes. Deportati enim olim erant illi, qui Ciuitate sua mulctati; & & amissis ijs, quæ Iuris Ciuilis erant, vinctiq. nervo, aut compedibus naui alicui imponebantur, & in Insulam certam tradebantur. *l. inter pœnas. ff. de interd. & reliq. l. 4. ff. de gradibus. l. 1. §. bis quibus. delig. 3. l. 2. §. 1. & l. sunt quidam. vers. & in Insulam de pæn.* vt ibi propter infectū aerem cito mo-
14 rerentur, vt dixit Baldus *l. 1. C. de monopol.* Ideoq. ponitur inter capitales pœnas. *l. capitalium. vers. post deinde de pænis*. Et morti æquiparatur. Vnde multi Doctores senserunt, hodie loco Deportationis decapitationem successisse. *Roman. sing. 568.* quem refert. *Aug. ad Ang. de malef. in verb. Falsario. post. num. 48.* hancq. esse in vsu apud Ecclesiasticos; licet in foro Laicali abierit in desuetudinem, vt notat Ang. *l. 3. §. legis Corneliæ. numer. 1. post med. vers. Et quis. ad l. Corn. de Sic.* Clarus in *§ fin. q. 67. nu. 8. ver. Et ideo*. Nos autem hic non tractamus de illo exilio, de quo dixit Ang. *cons. 14. nu. 3. propè fin. ver. vnde idem.* esse bannire, & diffidare. Diffidare enim est, secundum Baldum *l. 3. num. 3. vers. Nam idem. C. ad l. Fal.* quod dare licentiam cuilibet offendendi. de quo vide Decium *cap. quæ in Ecclesiarum num. 60 & seq. de Constit. Marsill. sing. 210. & 372. Gaud. de malef. rub. de banuit. per num. 2. & seq.*

15 Exilium, prout est, simplex eiectio è Ciuitate, de quo loquimur, in absentes dicitur bannum; in præsentes exilium, secundum communem vsum loquendi: infligitq. pœnam corporalem; cum cor-
16 pus multis afficiat incommodis. Decreta ex qui-

bus

bus colligi potest, quomodo se gesserit S. Visita in imponenda hac pęna, subijcimus in particularibus declarationibus. Vt distinctius, & clarius procedamus:

17 Declara I. vt antiquitus frequentius Exilium iniungeretur adiecto verbo *Perpetuò*, vel, *Ad beneplacitum*. 1544.21.Iun.Capit *Ludouicus*. *Banniatur perpetuò à toto dominio Ecclesiastico mediatè, vel immediatè subiecto*. Nihilominus non desperant in hanc pœnam condemnati, quia nullus ita est exul, quin & velit, & speret futurorum, vt aliquando postliminio redeat in patriam. Hoc animo se fuisse testatur Ouidius apud Tomitanos exul. Hinc Plutarchus *libello de exilio* dixit: *Spes exules alit*.

18 Declara II. Vt exiliati simpliciter à Statu Ecclesiastico, non intelligantur exiliati à Statu mediate subiecto, vt ex decreto suprascripto colligitur: Atque ita esse de iure dici potest ex traditis per *Clarum. § fin. q.71. num.11. Et ibi Baiard. numer.20. Farin in frag. littera B. numer.69. & seq. Guaz. def.33. num.20.* Hodie tamen cessat difficultas quoad homicidas, & facinorosos in contumaciam condemnatos, stantibus Constitutionibus Sixti IV. Clementis VII. Pij IV. & aliorum Pontificum disponentium, bannitum ab vno Territorio Ecclesiæ, mediatè vel immediatè subiecto, censeri bannitum ab eiusdem Ecclesiæ Statu *Baiard. ad Clar. d. q.71. num.20. Far cons.101 num.12.*

19 Declara III. Vt exilium, *Ab Vrbe, & suburbijs; Ab Vrbe, & decem milliaribus circumcirca, à loco delicti*; Et (quod est frequentius) *Ab Vrbe, & districtu*; imponatur, præsertim ijs, qui sunt de Statu Ecclesiastico: exteris verò, vel facinorosis *A toto Statu Ecclesiastico*, vt ex infrascriptis Visitæ decretis apparet, & ex alijs in hoc opere diuersis in locis allegatis.

20 Declara IV. Vt nostris temporibus pęna exilij imponatur non adiecto tempore. Quomodo hoc casu sit determinandum tempus, habemus duos ele-

21 gantissimos textus. Vnum *l. seruus*. vbi dicitur: *Seruus sub pœna vinculorum siue præfinitione temporis Domino reddi iussus sententia Præsidis Prouinciæ, perpetuò vinctus esse debet*. Ita C. *de pœn.* Alter textus est. *l. fine. ff. eodem*. Cuius verba sunt: *Sine præfinito tempore in metallum dato imperitia dantis decennij tempora præfinita esse dicitur*. Hos textus conciliant glossæ singulorum, vt infra Glossa *d. l. seruus*. dicit hic perpetuo intelligitur damnatus, quia Iudex processit per errorem, aut ex imperitia. Alia vero glossa eadem *l. fine*. clariùs, & melius declarat. Ait enim definitum tempus decennio terminatur, quando apponitur verbum, *Tempus*: vt quia dicatur: In metallum te ad tempus esse iudico. *d. l. fine*. Si vero *Temporis* mentio non fiat, vt *d. l. seruus* vbi simpliciter seruus sub pœna vinculorũ domino reddi iubetur, nec apponitur verbũ, *Tempus*, perpetuo vinctus esse debet.

22 Praxis tamen Visitæ, & Tribunalium Vrbis inualuit, vt, *Ad beneplacitum*, intelligatur iniunctum exilium quotiescumque *Tempus* non adijcitur. Quando vero exilium censeatur remissum explicat *Far. in frag. litt. B. num.70. 80 & 81.*

23 Declara V. Vt Beneplacitum declaretur non solum à Iudice, qui exilium iniunxit, sed & à Visita, etiam pro existentibus extra carceres; & quod maius est, etiam remittatur. 1562.12. Nouemb. Nonæ. *Franciscus Faber Lignarius bannitus, Attenta iuuenili ætate, & quod pars fuit concordata, eo quod seruauit bannum vltra duos annos, & quod nuper eius pater ab humanis decessit, vt possit reliquæ familiæ suo labore subuenire Domini remiserunt bannum ex gratia.* * 1573. 30. Iulij. Capit. *Cæsar alias bannitus per acta D. Gubernatoris. Remiserunt ei bannum.*

24 Declara VI. Vt sicut facilius remittitur bãnum parte concordata, ita etiam leuius bannum iniungatur, si pars fuerit concordata; vel delictum sit leue; vel personæ non sint suspectæ; & victum sibi quærant ex operibus rusticanis. 1562.24 Septemb. Capit. *Iacobus de Mariconio. Attenta concordia partis relaxetur gratis; banniatur ab Vrbe, & suburbijs per quinque milliaria ad beneplacitum Domini Senatoris sub pœna triremium.*

25 Declara VII. vt pęnæ, quæ iniungitur in casu contrauentionis exilij, soleat esse adæquata qualitati delicti, pro quo exilium imponitur; videlicet, illa, in qua exiliatus esset condemnandus, si delictũ fuisset sufficienter probatum. Ita videtur conijci ex infrascriptis decretis: Licet in eis causæ carcerationis non exprimantur. 1554. 28. Iun. Nonæ. *Benedicta de Ciuitate Vetula. Banniatur ab Vrbe, & Ciuitate Vetula perpetuò sub pœna ignis; & relaxetur gratis, quia bannita cum termino octo dierum ad discedendum.* * *Ioannes Romanus. Banniatur ab Vrbe sub pœna incisionis aurium. Quod bannum fuit ei intimatum per Visitatores, & relaxetur gratis.* * 1562. 4. Iun. Nonæ. *Cæsar de Prete Iniuncto sibi exilio ab Vrbe, & illius districtu sub pœna furcarũ, ita ut si in illa, seu districtu præfato deprehendatur, eo ipso suspendi possit; & data cautione sub pœna scutorum quingentorum de seruando huiusmodi exilium, relaxetur.*

26 Declara VIII. Vt loco alterius maioris pœnæ, concurrentibus causis, relaxetur carceratus cum solo exilio. 1565. 24. Mart. Nonæ. *Andreas. Attenta pace, & minori ætate, & quod fuit prouocatus, ex voto totius Visitæ banniatur ab Vrbe, ac toto Statu Ecclesiastico sub pœna triremium; & relaxetur.*

27 Declara IX. Vt vltra exilium aliquando aliæ pœnæ imponantur, præsertim in delictis, in quibus ad exemplum aliorum bono publico congruit aliquam apparentem pœnam imponi. 1558. 22. Nouemb. Non. *In libro Visitæ Secretorum Carcerum Gubernat. Calistus Custos Carceris Turris Nonæ; pro extorsionibus. Torqueatur publicè tribus ictibus funis, & banniatur ab Vrbe sub pœna triremium.*

28 Declara X. vt Forma exilij infligendi Otiosis, seu Vagabũdis sit ex more Visitæ huiusmodi. 1620. 1. Octob. Nonæ. *Matthæus de Leonissa. Relaxetur gratis, & nisi infra octo docuerit se applicasse alicui exercitio ex nunc pro tunc relaxetur cum exilio, prout fuit sibi iniunctum, sub pœna fustigationis.* Alia decreta similia habes infra circa prouisiones captas in Visita contra Vagabundos. *lib.2. §.2. cap.12.*

29 Declara XI. Vt non valentibus pręstare cautionem, vel partem concordare, fuerit iniunctum exilium; vel simpliciter, vel donec cauerint, seu cõ-

co rdauerint respectiuè. 1554. 18. Aug Nonæ. *Nicolaus Nouariensis. Aut bauniatur ab Vrbe, & eius districtu ad ben. placitum D. Gubernatoris, aut caueat de vlterius non laborando saponem sub pœna centum; salua pœna apposita in Capitulis Cameræ cum Appaltatore.* * 165 1. 30 Mart. Sab. *Ioannes Antonius. Iniuncto exitio à toto Statu, donec concordauerit partem; & deinde ad beneplacitum D. Gubernatoris sub pœna triremium, prout fuit iniunctum in plena Visita, relaxetur gratis.*

30 Declara XII. Vt secundum laudabilem Vrbis consuetudinem, de qua testatur *Farin. In fragm. ver. bannitus. num. 91.* non exigatur pœna regulariter pro prima contrauentione; sed renouetur exilium, nisi fuisset iniunctum pro furtis. Tunc enim etiam prima vice pœna contrauentionis commi-nata infligitur.

31 Declara XIII. Licet de iure non possit Iudex condemnare in pœnam exilij à locis non subd tis. *l. relegatorum. ff. de interd. & releg. Farin. plures allegans Fragm. Crim. par. 5. in ver. nu 69. per totum. Et alij relati per Vermig. consi. 360. num. 8.* Contrarium tamen seruetur de consuetudine. *Bald. in l. executorem. nu. 29. vers. respondeo. C. de execut. rei iudic.*

Pro Corollario omnium præmissorum non existimaui reticendum contingere aliquando casus, in quibus pro bono publico, & ad euitandum maius malum non est imponenda pœna exilij; quotiescumque delictum est tale, vt non possit imponi pœna triremium, sed alia, videlicet, vel trium ictuum funis; vel carceratio magis diuturna, quæ loco pœnæ succedat; vel id genus aliqua.

Vnus ex his casibus est, si puniendi sint *Quæstuantes*. Hi enim potius in propriam patria n sunt relegandi, vt dicam infra *lib. 2. c. 1 2. cap. 3.* Alter casus est, si agatur de puniendis Neophytis. Hi enim non consueuerunt exilio mulctari, ne hac occasione ad Sectam damnatam, cui abrenunt arunt, reuertantur. Tertius est, quotiescumque carceratus est grauatus familia, & præsertim, si immineat periculum circa honestatem vxoris, aut filiarum. Quartus, vt alios omittam, contigit tempore, quo ego eram Procurator Caritatis in quadam Maria Magdalena Flandra, quæ affectata sanctitate in Castellis prope Vrbem, & fictis miraculis decipiebat rudes & indoctos. Cum post diuturnos carceres, (ad quos vt fieri solet, remissa fuerat à Iudicibus Sancti Officij, & eius expeditio Vicarij Vrbis commissa) agerem ad eius libertatem, nonnulli ex Visitatoribus sentiebant esse cum exilio dimittendam. Maior tamen pars in eam sententiam ibat, vt iniungeretur præceptum de non discedendo ab Vrbe. Timebatur enim videbatur, ne si relaxaretur cū exilio, facil ùs in Vicis, & Castris reperiret multos, quos deciperet. Atque hæc de exilio generatim dixisse sat s sit. Nunc de qualitate pœnæ exilij, & quo animo perferenda sit, dicamus.

32 Nulla frequentior pœna in Vrbe exilio. Habet in suis facultatibus Gubernator, vt possit quemcumque libuerit, etiam absq; e processu hac pœna mulctare. De qualitate h ius pœnæ dicam, vt homines edocti abstineāt à delictis, ob quæ huiusmodi pœna venit imponenda; & vt Iudices non tam facile illam iniungant, nec tam difficulter remittāt.

33 Hæc pœna vt dixi, corporalis censetur ab effectu. Affligit enim corpus; inopiam, & miseriam affert; 34 homines adeo excruciat, vt exilium perpetuum capitalis pœna haberi possit. Quam opinionem communem esse dicunt Emanuel Suarez *in suo Libell. recep. opin. ver capitalis. num. 8. Quem refert, & sequitur Bonacos com. opin crim. par. 1. vers. capitalis pœna fol. 18. Par. q. 19. num. 19. in fin.* Hæc ig tur pœna, cum sit grauior, quo nos maiori bono priuat: quis nescit, quam dulcis sit amor Patriæ, qua quis in exilium pulsus priuatur. Exilium dici-35 tur Exterminatio, cum extra fines patriæ iubetur; quod Cicero *A finibus expelli* dixit. Neque hoc latuit P. Ouid. qui exilium expertus cecinit:

,, *Nescio qua natali solum dulcedine cunctos*
,, *Ducit, & immemores non sinit esse sui.*
,, *Quid melius Roma? scythico quid frigore peius?*
,, *Huc tamen ex illa Barbarus Vrbe fugit.*

In eandem sententiam Cassiodorus *var. lib. 1. cap. 21.* dixit; *Aues ipsæ per aerea vagantes proprios nidos amant; erratiles feræ ad cubilia dumosa festinant, voluptuosi pisces campos liquidos transeuntes cauernas suas studiosa indagatione perquirūt; cunctaque animalia, ubi se norunt refugere, ubi longissima cupiunt ætate constare, quid iam de Roma debemus dicere, quam fas est ab ipsis liberis plus amari?* nisi tamen quis sit ex genere Loto-37 phagorum, qui Populi sic dicti sunt, eo quod vescērentur Loto, quem obliuionem patriæ inducere 38 tradit *Homerus Odyss. 9.*

Rursus quis nō intimis sensibus angatur dū ani-39 mo versat calamitatem eorum, qui à parentibus separantur inulti. Est textus *l. possessor 7 ff comm. diuid. & ibi DD. Et arg. text. in l plerumq. ff. de adil. edict.* Sanè incredibile dictum est, quam durum sit, ac luctuosum separari à Domo, ab vxore, à liberis. Hæc omnia, quæ sibi in exilium profecturo acciderunt, pulcherrimè describit Ouidius *lib. 1. Trist. elegia 3.* adeo vt putem me rem gratam Lectoribus facturum, si reuocem in memoriam illius versus.

,, *Vxor amans flentem fleus acrius ipsa tenebat,*
,, *Imbre per indignas vsque cadente genas.*
,, *Quocumque aspiceres, luctus, gemitusq sonabant:*
,, *Formaq. non taciti funeris intus erat.*
,, *Fœmina, virq. meo, pueri quoq. funere marent;*
,, *Inq. domo lacrymas angulus omnis habet.*
,, *Ter limen tetigi, ter sum reuocatus, & ipse*
,, *Indulgens animo pes mihi tardus erat.*
,, *Vxor in æternum viuo mihi viua negatur,*
,, *Et domus, & fida dulcia membra domus.*
,, *Diuidor haud aliter, quā si mea mēbra relinquā,*
,, *Vt pars abrumpi corpore visa suo est.*
,, *Tunc vero exoritur clamor, gemitusq. meorum:*
,, *Et feriunt mœsta pectora nuda manus.*
,, *Tunc vero coniunx humeris abeuntis inhærens,*
,, *Miscuit hæc lacrymis tristia dicta meis:*
,, *Non potes auelli: simul hinc, simul ibimus ambo:*
,, *Te sequar, & coniux exulis exul ero.*

40 Si vxores exulum essent similes huic, leuius redderetur exilium, & longè minus sentirentur eius incommoda ab ijs, qui exulare coguntur. Tales sanè essent omnes vxores, si viros eo modo, quo debent, amarent. Talis fuit Ipsicratea, de qua Val. Max. *lib. 4. cap. 6.* Mithridatem Coniugem victum

a Cn.

à Cn. Pompeio, per efferatas gentes fugientem animo pariter, & corpore indefesso secuta est. Cuius tanta fidea inter tot calamitates Mithridati maximum solatium, & iucundissimum lenimentum fuit. Domo enim, & penatibus vix se abesse credidit vxore simul exulante. Quæ cum ita sint, Iudices valde circumspectè se gerant in exilij pœna infligenda; quam ex ijs, quæ diximus, constat nō pro leui causa esse imponendam, nec facile ijs, qui grauantur vxore, liberis, seu inutili familia, ad quam alēdam, ipsorum labores, atque operæ necessariæ sunt.

41 Hæc de calamitate exilij; quo, vno tantum casu, optare debent nocentes mulctari, & curare, atque agere etiam gratias, si concedatur; quotiescumq. videlicet, succedit loco grauioris pœnæ; quæ ratione delicti, & probationum de rigore iuris imponi deberet. Quæ solatio esse poterunt ijs, qui pœna 42 exilij mulctandi sunt, recensui supra; De ærumnis carcerum, facta illatione à maiori ad minus, cum durius sustineatur carceris pœna, quam exilij.

Vt autem proprius ad pœnam exilij accedam, eamq. veluti manu contrectatam rationibus proprijs, tanquam applicatis remedijs, mitiorem, & leuiorem reddam, opportunum existimaui ex multis, quæ dici possunt, pauca in medium afferre. Vnde autem melius incipere possum, quam à Francisco 43 Petrarcha, cuius verba *lib.2. dialog cap.67.* cum admiratione referenda sunt. Piaculum enim esset illa immutare: *Exilio damnatus sum? Multos ho-44 nestauit exilium, & illustres reddidit. Quid te vetat illis inseri, qui, quasi ignem de silice, claram famam collisionibus quæsiere? Habes in historijs magnos rei huius socios, quorum speciosissimus comitatus, non sensum modo doloris imminuat, sed obliuionem afferat. Exilium breue esto te patriæ 45 tuæ reddet: longum verò aliam tibi patriam dabit; vnde exulent, qui te forte inimici tui exulem voluere; dedissetq. nunc, si ad naturam rerum, non ad opiniones hominum aspiceres. Valde enim angustus est animus, qui sic ad vnum terræ angulū 46 se applicat, vt quicquid extra sit, id exilium putet. Multum abest exilij deplorator ab illa animi magnitudine, cui totus orbis carcer videtur: Interro-47 gatus Socrates; Cuias esset? Mundanus, inquit, ille. Atheniensem se alius respondisset: Socrati autem patria mundus erat, non hic solum, quem vulgo mundum dicitis, cum pars vltima mundi sit; sed cœlum ipsum, quod hac rectiùs appellatione comprehenditur. Illi patria destinati estis, ad quam si suspirat animus, qualibet in parte terrarum peregrinum, atque exulem se nouerit. Natura autem lex est data mortalibus, atque præscripti fines, dum hic viuitur, terra omnis patria vestra est, intra quam, qui se exulem facit, non tam rei, quam animi vitio laborat.* Non habemus hic manentem Ciuitatem; *dixit Paulus*. Omne solum forti patria *inquit Naso*. Omne homini natale solum; *ait Statius. Istis te vocibus armatum velim, quibus vbique 48 vnus; & vel nunquam, vel semper in patria tua sis. I sponte in exilium, peregrinatia erit: & memento quibusdam reditum pro exilio fuisse. Sunt, 49 quibus nunquam peius, quam in patria sua. Cupiendo, quod cogeris, efficies ne cogaris. Omne violentum patientia vincitur, & desinit esse violen-50 tum, quod volenti fit. Forsitan in requiem, non in exilium ibis. Sub obtentu falsæ miseriæ vera felicitas. Iam saltem ab inuidia tutus eris. Propterea tutam mistamque cum gloria securitatem arripe. Tutis, & honestis laboribus nihil dulcius: nulla his conferri possunt Vrbium platea. Depelleris è patria? pulsum te pessimis, optimis infere. Neque te patria, sed patriam te indignam rebus proba. Sentiat illa, quid perdidit; tu nihil perdidisse te sentias. Mali Ciues tui odio, simulq. præsentis odio ac suspicione careant; boni autem amore absentis, ac desiderio teneantur, sequanturq. oculis, atque animis abeuntem. Illi se solos linqui doleant, tu te comitatum gaudeas proficisci. Neque in tergum respicias, neque reditum cogites; neque eum illos esse cupias, qui te cupiunt abesse; neque demum, quod à te fieri debuit, ab alio factum ægrè feras. Debuisti cedere Ciuium inuidia, vtque illam fugeres vltrò in exilium ire. Huius ergo consilij dux eram, nec exempli duces deerant clarissimi. Nam in primis tres magnas Scipiades ad fecisse noueras, tanquam perseueranter, vt patriam sua præsentia, qua nihil charius habebant, spoliatam, indignam quoque cineribus defunctorum, quidam insuper famoso dignam Epigramate, iudicarent. Nomina sunt immortali memoria, quæ tibi per famam, perq. omnis historiæ 51 fidem ignota esse non poterant; Affricanus, Nasica, Lentulus. Mitteris non in exilium, sed in experimentum tui. Videris, quem te in exilio præbeas, si succumbis, exul verus: si car sistis, exilio clarus, vt multi olim, qui inuicti, & fulgidi per asperitates incesserunt, vt sequentibus rectum iter ostenderent. Pergè alacer: Sis securus. Nescis, quam longa sint brachia tui Regis: nihil illi longe est. vbique te proteget, qui te protexit in patria.* Huc vsque Petrarcha.

Eius verbis paucula quædam aliorum dicta ad 52 maius exulum solatium adiungam. Dixit Q. Curtius: *Patriam esse vbicumque vir fortis sedem elegerit*. Dixit Horatius *epistol. lib.1.*

,, *Cœlum non animū mutant, qui trans mare currūt.*

Dixit Seneca epistol 24. *Exul fiam: Ibi me na-53 tum putabo; quo mittar*. Ita exul viuat, vt dicere possit cū Rutilio ex Seneca lib.6. de benef. cap.37. *Malo, vt patria mea exilio meo erubescat, quam reditum mæreat. Nulla terra exilium est, sed altera patria*, inquit idem Seneca *de remed. Fort.* qui etiam ante Petrarcham *epist.28.* præclaram illam vocem protulit: *Non sum vni angulo natus. Patria mea totus hic mundus est*. Et longè melius. *Epist.103.* scripsit: *Generosus animus humilem non accipit Patriam; non Ephesum, aut Alexandriam: aut si quod est etiamnum frequentius, oculis latius, vectis solum. Illi patria est, quodcumque superne vniuersa circuitu suo cingit*. Ita oportet se gerere prudentem virum considerantem, quod D. 54 Basilius, vt refert Gregorius Nazianzenus. *In orat. in laudem Basilij*. Modesto præfecto exilium minitanti respondit: *Exilium nullum cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum: at neque terram sané, quam nunc incolo, meam habeo, & eam omnem, in quam proiectus fuero, pro mea duca: Imò, vt rectius loquar, vniuersam terram Dei esse scio, cuius aduena ego sum, & peregrinus.*

55 Quid plura? Dionysius Syracusanus, docet qua patientia incommoda exilij sint perferenda. Hic

enim

enim à Dionysio Tyranno in exilium pulsus, Megaram petijt; vbi cum Theodorum eius Vrbis Principem conuenire vellet, neque admitteretur, mul-
56 tum, diùq. ante fores detentus, comiti suo, Patienter hoc ferendum est, ait; Forsitan enim, & nos, cũ in gradu dignitatis essemus, aliquid tale fecimus. Qua tranquillitate consilij ipse sibi conditionem exilij placidiorem reddidit *Val. Max. lib. 4. cap. 1.* Aristides quoque, quo totius Græciæ iustitia censetur, Patria excedere iussus continentiæ eximiæ specimen dedit; teste eodem Valerio Maximo *lib. 5. cap. 3.* vbi exclamat: *Felices Athenas, quæ post Aristidis exilium inuenire aliquem, aut virum, aut amantem sui potuerunt, cum quo tunc ipsa sanctitas migrauit.*

Non me latet ea, quæ retuli ex ipsorum Authorum sententia locum habere in ijs qui sine omni
57 culpa (quandoq. etiam propter honestatem) è Patria expelluntur. Hoc solatium erat maximum M. Tullio, qui antequam iret in exilium se ipsum solabatur his verbis: *Non turpitudinis vitæ, non per magnitudine scelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam pœnas has, & iure persoluo.* Cæterum si spectemus hoc, quod est, solum vertere, atque alia exilij incommoda, eadem prorsus sunt, siue quis propter res præclare gestas, siue propter flagitia exulet. Si propter res præclarè gestas, non est prudentis viri, si exptis aduersetur euentus, cũ quem si propter flagitia, non leue præmium consequetur, si lubens pœnam ob culpam à se cõmissam amplectatur. Solabatur se aliquando Seneca *epist. 24.* Dum ait: *Leuis est pœna, si ferre possum breuis est, si ferre non possum.* Plura de hac re dicerem, si de Exilio tractare instituti mei esset. Concludam propterea cum Seneca *Ad Polyb. 32,*
58 qui fœlicem Cæsaris elementiam appellat, sub qua melius viuebant exules, quam sub Caio Principes. Dicamus nos quoque, ò fœlicem, beatamque clementiam Summorum Pontificum, per quam vitã magis quietam agunt hic exules, quam sub nonnullis Principibus Ciues. Non trepidant, nec per singulas horas bonorum direptionem, lictorem, triremes, gladium expectant. Hæc iusto iudicio reseruata sunt facinorosis hominibus, de quibus iam diximus, & infra dicturi sumus.

CAP. IV.

De pœna tonsionis Comæ.

SVMMARIVM.

1 *Tonsionis Comæ pœna legitur imposita à Visita.*
2 *Tonsionis Comæ pœna non virorum, sed mulierũ, quas tonderi turpe, & apud Gentiles ignominiosissimum, teste Apuleio.*
3 *Tonsione Comæ affecta S. Faustina ab Ethnicis.*
4 *Tonsionis Comæ pœna, etiam apud Christianos in vsu.*
5 *Mulieres in fornicationem lapsæ decaluabantur apud Francos.*
6 *Tonsionis Comæ pœna cur imponitur à Visita.*
7 *Comam nutrire apud Romanos permissum impuberi, ex Martiale colligitur.*
8 *Comæ præscindebantur iuuenibus post annum pubertatis apud Romanos; Ex Martiale, & Persio.*
9 *Coma tempore pubertatis detonsa, aræ alicuius Dei apud Romanos consecrabantur.*
10 *Barbam magnam, si quis alteri obijciat, vtrum iniuriam inferat, disputat Petrus de Bellapert.*
11 *Barbam tanti fecerunt veteres Romani, vt Iouem semper figurauerint barbatum.*
12 *Barba, quam gerebant Romani Senatores, dignitat. Senonibus Romam irrumpentibus magnam admirationem incussit.*
13 *Barba est genarum Vestimentum.*
14 *Impuberes dicebantur inuestes.*
15 *Barbam viris auferre, non minus deforme, quam Leoni iubas detondere, Luciani Cynici sententia.*
16 *Barbas sacerdotum speciali libello defendit Pierius Valerius.*
17 *Barbæ laus ex Artemidoro.*
18 *Comam magnam, si quis alteri exprobret, videtur inferre iniuriam.*
19 *Comam quidam adeo studiose nutriunt, vt eius abscissionem maximam pœnam existiment.*
20 *Comæ cultũ neglexit Semiramis capta Babylone.*
21 *Comam, seu Capillos submittere solebant veteres in carceres contecto, etiam inimico.*
22 *Comam, seu Capillos submittere solebant Rei, eorumq. affines, cognati, liberti.*
23 *Vestis, quam Rei, Reorumq. Amici putabant dicta est sordida.*
24 *Comam submittere, & Vestem sordidam assumere lege prohibitum, nisi affinitate coniunctis, cur.*
25 *Barbam in luctu radebant quædam nationes, cur.*
26 *Barbam radebant, & capillos à tergo promittebant Lacedæmonij, cur.*
27 *Comam qui nutriunt nostro sæculo vituperantur, nisi recepta Prouinciarum, quibus oriundi sunt, vel in quibus degunt, consuetudo excuset.*

1 Pœna tondendi Comam in Visita legitur imposita. 1625. 23. Octob Sab. *Ioannes Paulus. Scis-*
2 *sa Coma relaxetur gratis.* Pœna hęc non virorum, sed mulierum est. Turpe enim esse mulierem tonderi, aut decaluari significat *D. Paul. ad Cor. cap. 11.*

Pęnes Gentiles etiam fuisse ignominiosissimum satis docet Apuleius. *de Asin. Aur. lib. 2.* dum ait: *At vero, quod nefas est dicere, ne quod sit huius rei tam diri exemplum, si cuiuslibet eximiæ pulcherrimæq. fœminæ caput Capillo spoliaueris, & faciem natiua specie nudaueris, licet de cœlo ciecta, mari edita, fluctibus educata; licet, inquam, Venus ipsa fuerit; licet Gratiarum choro stipata, & toto cupidinum populo comitata, & baltheo cincta, cinnama fragrans, & balsama rorans, si calua processerit, placere non poterit nec Vulcano quidem suo. Tanta deni que est capillamenti dignitas, vt quamuis auro, veste, gẽmis, omniq. cætero mundo muliebri ornata incedat, tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri.*

3 Non igitur mirum est, si in Martyrologio legamus hac die 20. Septembris, qua ista scribo, Faustinam decaluatam, & ad turpitudinem rasam. Huiusmodi enim ludibrijs tanquam grauioribus afficiebantur Christianę fœminæ, vt demonstrant etiam Acta Sanctæ Catherinæ. *Surius tom. 5.*

4 Per-

4 Perseuerauit istius pœnæ genus nonnullis in locis etiam apud Christianos. Apud Francos mulieres, quæ in fornicationis crimen lapsæ erant, decalua- 5 bantur. *Franc.cap.2.pag.217.qua refert.Baron.ad Martyr.dicta die 20. Septemb.* Cur itaque pœna 6 hæc scissionis Comæ, vt in præfato Visitæ decreto, homini imponatur in promptu est ratio. Qui enim induit animum, & mores fœminæ fœminarum pœ- 7 nis se subijcit. Quare non improbandus est mos antiquorum Romanorum, qui impuberes, donec aspectu à fœminis non differebant Comas nutrire permittebant, vt testatur Martialis.

„ *Et Padagogorum iubente lasciui*
„ *Parere gaudent villico capillati.*

8 Tempore verò pubertatis, hoc est, elapso quatuordecim annorum spatio, Comæ in signum pubertatis pueris præcidebantur. Idquè satis iudicat idem Martialis *Epig.lib.6.*

„ *Hic iacet in tumulo raptus puerilibus annis.*
„ *Panthagathus Domini cura, dolorque sui,*
„ *Vix tangente vagos ferro resecare Capillos.*
„ *Doctus. & hirsutas excoluisse genas.*

Eodem spectat, quod Persius *Satyra 3.* scribit.

——— *Quibus idetonsa iuuentus*
Inuigilat filiquis, & grandi pasta polenta.

9 Impuberes siue dubio *Indetonsam* appellans *Iuuentutem.*

Scribit etiam in *Virgilium Iulius Sabinus* atis alicuius Dei detonsas tempore pubertatis Comas fuisse consecratas.

10 Dubitauit aliquando præclarissimum illud Iuris Consultorum lumen Petrus de Bellapert. An dicere alicui; *Tu defers magnam barbam*, Esset iniuria. Respondit; Cum huiusmodi verba trahi possint in iniuriam, & in non iniuriam; in dubio præsumendum esse proferri sine malo animo. *l.si non conuicij.col. 1. in fin. ver. vt si aliquis deferat magnam barbam. C.de iniur.*

11 Hoc dubium non propusuisset Petr. de Bellapert tempore antiquorum Romanorum, qui barbæ cultum tanto sunt honore prosequuti, vt Iouem ipsum 12 nunquam nisi barbatum figurarint. Ipsis verò Quiritibus quantum grauitatis, & Auctoritatis barbæ attulerint manifestum est. Cum enim capta à Senonibus Roma, hostes ingressi essent; Patres præ foribus suarum quisque ædium sedentes, barbata illa dignitate tantam hostibus, & quidem feris, admirationem incussere, vt illi totidem se numina conspicere, quot Ciues Romani erant, arbitrarentur; donec vnus aliquis, cæteris insolentior, cuiusdam ex Senatoribus barbam demulcere aggressus, ab eo virga percussus, prohibitusque fuit. Quarè indignati Barbari Romanos ad vnum omnes, & ætate, & habitu venerabiles trucidarunt. Ita illi, quos Romanorum gladiorum vis non edomuerat, barbarum erant reuerentia mitigati, hi verò, nè oris maiestas læderetur, vitam pro barbis pacisci valuerunt. Facit ad hoc adagium, cum summum contemptum, ac ludibrium significare volumus, dicimus *Barbam vellere*. Et de eo, qui non habet sapientiam, quam præsefert barba, dicimus: *Barba tenus sapientem.*

13 Imò neque vllo tempore hoc dubium Petri de Bellapert, si spectemus longitudinem barbæ, videtur proponendum, cum barba sit virilium genarum Vestimentum à natura ornamenti, & bonæ valetudinis causa productum. Vndè Latini *vestem* 14 eam appellauere; & impuberes plærumque dixerunt, *Inuestes*; quos proindè *Genas vestire Lanugine*, passim apud Auctores legimus. Huc pertinet, quod Diogenes, qui abrasos omnes insectabatur; barbaro, nescio cui, respondit, Barbam se ideò gestare, vt se virum esse subinde recordaretur.

15 Addi quoque hoc loco potest Lucianum Cynicum putasse tam deforme esse ornatum barbæ viris auferre, quam si quis leoni iubas attondere aggrediatur; vt refert Pierius Valerius *In Tract.* 16 quem edidit, *Pro Sacerdotum barba*. Qui etiam scribit Artemidorum, vt doceret filios esse Patribus ornamento, comparasse eos cum Barba; dixis- 17 seque tantum Genitoribus afferre decoris, quanta ori barba venustatis addit. Erat quoque sapientiæ inditium, vt colligitur ex ijs quæ iam dixi *numer.12.*

Quare si dubium iniuriæ cadit secundũ Petrũ de 18 Bellapert. respectu barbæ, qualis Iniuria æstimanda erit, si alicui dicatur: *Tu defers magnã comam*, cum hæc in hominibus sit vitiosa? etiamsi eo deuentum sit, vt reperiantur homines, qui fœmina- 19 rum more comam nutriant, & poliant; ita vt inter maximas pœnas computent, si illis scindatur; illamque tanti faciant, vt cæteris quibusque rebus præferant. Non ita Semiramis Assyriorum Regi- 20 na, cui circa cultum capitis occupatæ, cum nunciatum esset Babylonem defecisse, altera parte crinium adhuc soluta protinus ad eam expugnandam excurrit, nec prius capillos in ordinem, quam Vrbem in potestatem suam redegit. Erubescere sanè 21 deberent isti Comæ cultores id pro ornamento gerere, quo vtebantur antiqui pro iniuria inferenda. Coniecto in carceres etiam inimico, veste lugubri, aut squallida vtebantur, vel Capillum submittebant. *l. item apud §.generaliter. de Iniur.* Scien- 22 dum est enim olim consueuisse Romanos, vt non Rei dumtaxat, sed etiam affines, cognati, liberti, & familiares omnes vestem mutarent, capillumque submitterent. Quem morem Liuius lib. 6. de Manlio scribens indicat: *Coniecto in carcerem Manlio satis constat magnam partem plebis vestem mutasse; multos mortales capillum, ac barbam promisisse, obseruatamque vestibulo carceris mastam turbam.*

24 Quoniam verò mos iste euaserat cõmunis etiam inimicis Rei, qui ijs insignibus ad inimicum iniuria afficiendum abutebantur, vt aparet ex Liuio loco supracitato; ibi: *Appio Claudio in vincula ducto, Claudium inimicum Claudio, atque omnem gentem sordidatam fuisse*: ideò emanauit *l. vestem. de iniur.* vbi dicitur *Vestem sordidam Rei nomine in publico habere, capillum submittere nemini liceat, nisi ita coniunctus est affinitate, vt inuitus in reum Testimonium dicere cogi non possit*. Et glossa ibi: *in verb.Testimonium*; dicit id ea de causa permitti prædictis, quia ratio sanguinis tollit præsumptionem inferendæ iniuriæ, de qua in *d.l.item apud. §.generaliter.de Iniur.*

25 De nonnullis autem nationibus vice versa legimus, quæ Barbam in luctu ponebant tanquam mæstitiæ signum, eò quod effœminatum esset frangi calamitatibus, atque lugere virili habitu indecorum indi-

iudicarent. Et si laude non careat vetus consue-
26 tudo Lacedæmoniorum, qui Barbam abradi, & nō, vt de occasione dicitur, *Fronte capillata, Occipitio calua*, sed è contra, capillum à tergo demissum nutriri iusserunt, vt in bello tutiores essent; cum hoc pacto adimeretur hosti facultas in pugna mentum apprehendendi; & si fugam meditarentur, vinculum, atque ansam, quo capi possent, sibi à tergo pendere cogitarent; adeoque nè in hostium potestatem venirent obstinato animo consisterent, aduersique dimicarent.

27 At verò nostro sæculo in quibusdam, qui comam nutriunt alia omnia cernuntur. Id enim agunt, vel quia effæminati sunt, vel quia facinorosi, vt obducta capillis facie incogniti, & quasi personati impunè grassentur. Sed de his satis.

Ad alias pœnas infligi solitas properemus, nedum capillorum longitudinem prolixè nimis reprehendimus, ipsi notam nimis prolixi sermonis super hac materia incurramus. Cæterum quæ diximus aduersus nonnullos, qui comam instructiorem, capillosque cultiores gestant, nolumus intelligi de illis, qui ex communi, receptoque Prouinciarum, in quibus degunt, vsu capillos promittunt.

CAPVT V.

De Laborerio ad opus publicum. De Pœnitentijs Salutaribus. De Expositione causæ pœnarum.

SVMMARIVM.

1 *Opus publicum imponi pro pœna non est nouum.*
2 *Pœnitentiæ salutares pro pœna etiam in Vrbe imponuntur.*
3 *Opus publicum imponentia decreta Visitæ.*
4 *Pœnitentias salutares imponentia decreta Visitæ.*
5 *Pœnarum causas inscribi interdum exempli etiam ex Visitæ decreto.*
6 *Pœnarum causas exponebant veteres.*
7 *Pœnarum causas exponebant veteres Titulis, vel voce Præconis.*
8 *Pœna causa exponebatur titulis, quando causa inscribebatur: quod duobus exēplis comprobatur.*
9 *Pœnæ causam exponi iussit Caligula, ita, vt fur vltra titulum appensas è collo manus obtruncatas gestaret ex Suetonio.*
10 *Pœnæ causa exponebatur voce præconis, quando præco publicè causam supplicij superindicebat.*
11 *Pœnæ causam exponendi vsus non est in vrbe: viget Neapoli, & Vlissipone: apud veteres vsitatissimus erat.*
12 *Pœnæ causam exponendi per Præconem modos legitimos apud Spartianum, Quintilianum, Tacitum, & S. Ambrosium.*
13 *Pœnæ causam exponendi per Præconem ab Atheniensibus ad Romanos peruenit.*
14 *Templi Apollinis violatores à Pisistrato apud Athenienses morte mulctati.*
15 *Pœnæ causam exponi in supplicio fumi venditoris, quo modo iussit Alexander Seuerus.*
16 *Fumo necati Martyres Christi: inter cæteros Zoe vxor B. Nicostrati.*

1 NON nouum in Ciuitatibus benè constitutis, & gubernatis imponi pro pœna *Opus publicum*. In vrbe iniunguntur aliæ pœnæ, quas vocant *Pœnitentias salutares*. Vtrumque apparebit ex quampluribus Visitæ Decretis, quæ subijciemus; primo concernentia *Opus publicum*, tum *Pœnitentias salutares*: vt Iudices possint, quando modica pœna erit imponenda, non minus publicæ vtilitati & exemplo, quam animabus carceratorum
2 consulere. 1558 22. Ian. Nonæ. *Ioannes Facchinus. Relaxetur, & interueniat ad expurgandam Rotundam per octo dies; & soluat expensas in forma pauperum.* * 1543. 20. Iul. Sabell. *Ambrosius. Data cautione de laborando per quindecim dies ad Baluardum, & si non habet cautionem, laboret in Castro Sancti Angeli, & relaxetur.* * 1544. 2. Octob. Capit. *Ioannes. Data cautione per Antonium de laborando ad Cisternā vsque ad summam quinque scutorum; relaxetur, qui Antonius se obligauit.* * 1565. 10. Maij. Capit. *Bernardinus, & Ioseph. Facta obligatione per eos de laborando ad Ciuitatem Vetulam per duos menses recuperata sanitate, prout promiserunt; relaxentur gratis.* * 1589. 14. Septemb. Nonæ. *Lucas. Facta obligatione per eum de inseruiendo Fabricæ Pontis Vtriculi. prout se obligauit, sub præcepto de inseruiendo sub pœna triremium; relaxetur gratis.* * 1589. 12. Octob. Nonæ. *Gaspar de Viterbio. Attenta illius minoritate, & inhabilitate, iniuncto eidem, vt interueniat fabricæ Pontis Burgetti, vsque ad confectionem ipsius Pontis sub pœna triremium duplicata quoad tempus, relaxetur.* * 1590. 8. Feb. Sabell. *Bartholomæus, Alterius, Ioannes Pisanus, & Antonius Gregorij. Facta obligatione per eos de interueniendo per mensem pro qualibet fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe sub pœna publicæ fustigationis, prout se obligarunt; relaxentur gratis.* * 1567. 20. Mar. Capit. *Andreas de Sartiano. Attenta pace habita, & quod tempore delicti erat in minori ætate data fide per Capitaneum Cencium Guasconem, quod per triennium inseruiat Religioni Hierosolymitanæ in Insula Melita dato sibi tamen stipendio, & quod si indè recedat sine licentia Capitanei, incurrat pœnam triremium per triennium concordato executore; relaxetur gratis.* * 1543. 21. Iun. Sabell. *Lucas. Data cautione de inseruiendo Hospitali Consolationis per triennium; relaxetur.* * 1567. 18. Decemb. Capit. *Don Franciscus Cappellanus Sanctæ Mariæ in Porticu. Attento longo carcere; relaxetur gratis: & D. Vicarius iniungat salutarem pœnitentiam.*

4 1550. 9. Octob. Sabell. *Sancles Aurifex. Stet in carceribus per vnum diem, ieiunet in pane, & aqua, & liberetur.* * 1545. 8. Ianuar. Capit. *Bartholomæus. Iniuncto sibi ieiunio in pane & aqua singulis diebus Veneris per sex menses; relaxetur.* * 1568. 10. Maij, Nonæ. *Gaspar. Data cautione* de

de inseruiendo infirmis carceratis per annum sub pœna quinquaginta scutorum, relaxetur. Quia verò Gaspar suprascriptus non inuenit cautionem fuit factum ad eius fauorem aliud decretum infrascriptum. * 1568. 5. Iun. Nonæ. *Gaspar. Facta obligatione per eum de inseruiendo pauperibus infirmis carceratis per annum sub pœna fustigationis, prout promisit, relaxetur gratis*. * 1571. 24. Octob. Sabell. *Laurentia. Attento quod non plenè probatur se commisisse delictum, de quo imputabatur, iniuncto ei quod accedat per totum præsentem mensem per tres vices ad septem Ecclesias; relaxetur gratis*. * 1568. 20. Maij. Capit. *Iacobus de Luca, & Nobilis de Villetrio. Facta obligatione per eos, videlicet per Iacobum, sub pœna triremium, & per Nobilem sub pœna fustigationis de nõ conuersando ad inuicem, prout promiserunt, & iniuncto eis pro pœnitentia, quod accedant ad septem Ecclesias; relaxetur gratis*. * 1568. 22. Iun. Sabel. *Sebastianus de Visso. Facta obligatione per eum de accedendo ad septem Ecclesias pedibus denudatis sub pœna scutorum centum, prout promisit; relaxetur gratis*. * 1599. 24. Iul. Nonæ. *Magdalena Florentina. Iniuncta eidem pœnitentia salutari; prout fuit iniucta, de saliendo deuotè scalas Sanctas per tres vices diuersis tribus diebus in hebdomada sequenti; & iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum, de se abstinendo in posterum à blasphemia sub pœna fustigationis; relaxetur in forma pauperum*.

5 Non omittendum videtur antequam absoluamus materiam pœnarum particularium, cõsuetum fuisse etiam in Visita, vel apponere Inscriptionem, vel Instrumentum ad collum pœna mulctati. * 1557. 20. Nouemb. Sabell. *Baptista Lactarolus. Nisi infra decem dies soluerit scuta triginta, in quibus est condemnatus per Curiam Vicarij, fustigetur publicè per Vrbem, & eius districtu sub pœna triremium*. * 1537. 16. Iul. Sabell. *Ioannes de Turino. Fustigetur cum clauibus ad collum, vel alias Dominus Gubernator expediat*.

6 Vt hæc melius intelligantur sciendum veteres, cum de Reo supplicium sumebatur, causam pœnæ exponere solitos, vt Populus eo exemplo à simili facinore perpetrando auocaretur. *l. si duo §. fin. ff. de* 7 *Iur. Iur.* vbi habetur: *Fustibus castigandum, qui iurauerit per genium Principis peierauerit, & ita ei super indici* petulanter ne iurato. Idque fieri, vel *Titulis*; vel *Præconijs, elogioue* solebat.

8 Titulis quidem, quando causa inscribebatur. *dicta l. si duo. §. fin. de Iur. Iur.* Suetonius in Domitiano sic habet: *Patrem familias, quod Thræcem mirmillioni parem numerario imparem dixerat detractum è spectaculis in arenam canibus obiecit cum hoc titulo: Impiè loquutus Parmularius*. Cruci quoque Saluatoris Nostri Iesù Christi *Titulum* impositũ fuisse *in Euangelio Matthæi, & Lucæ*, scriptum est.

9 Atrocius longè illud, quod scribit Suetonius in Caligula: Qui vltra Titulum etiam appensas collo manus obtruncatas gestare fecit. *Romæ publico Epulo seruum ob detractam lectis argenteam laminam Carnifici confestim tradidit, vt manibus abscissis, atque ante pectus è collo pendentibus, præcedente titulo, qui causam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circumduceretur*.

10 Præconis elogio aliquando sine Epigraphe superindicebatur, cum Præco publicè causam supplicij proclamaret. *l. fustibus cæsum. C. ex quibus caus. infam. irrogetur*.

11 Mos iste non est modo receptus in Vrbe; an lio tamen esse in alijs Ciuitatibus; præsertim Neapoli, & Vlissipone. Erat autem frequens apud antiquos, vt ex ijs quæ diximus, & ex ijs quæ dicemus palam fiet. Apud Spartianum *in Seuero* legitur: *fustibus eum sub elogio eiusdem Præconis cecidit: Legatum Populi Romani homo plebeius temerè amplecti noli*. Apud Quintilianum *declamat* 274. habemus: *Omnis pœna, non tam ad delictum, quam ad exemplum pertineat*: Aut certè, cum pleræquè pœnæ ad exemplum olim infligerentur, ideò ad supplicij spectaculum per Cornicinem, Tubicinemuè aduocabatur populus, fiebatque à Præcone silentium. Quod licet colligere ex illo loco Cornelij Taciti, *lib. 2 annal.* in quo *P. Martium*, inquit. *Consules extra portam Exquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco animaduertere*. D. Ambr. *serm.* 90. in hanc sententiam ait: *Ad* 12 *hæc insanus Iudex iussit eam expoliari; & nudam ad lupanar duci sub voces præconis dicentis, Agnam Sacrilegam, Virginem Dijs blasphemiam Inferentem, scortum lupanaribus datam*.

13 Hanc superindicendi rationem ab Atheniensibus videntur Romani accepisse. Suidas enim Auctor est, cum Athenienses quidam Apollinem contemnerent; & in eius fano ventrem exonerarent Pisystratum id facinus capite sancientem, Custodes constituisse, & quam illi deprehenderant, eum vinctum iussisse in via flagris cædi, præcone proclamante, *Hic homo, qui punitur mor te mulctabitur*. 14 *quia contempsit edictum*. Lampridius etiam *in Alexandro Seuero* scribit: *Clamabat, sæpius, quod à quibusdam, siue Iudæis, siuè Christianis audierat, & tenebat, idque per Præconem, cũ aliquem emendaret, dici iubebat*. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Idem Lampridius magis ad rem, de qua agimus de eodem Alexandro refert, Vetronium Turinum, quem ille familiarem habebat, ita omnia, fingendo vendidisse, vt Alexandri, quasi stulti hominis, & quẽ ipse in potestate haberet, & cui omnia persuaderet, infamaret Imperium; sicque omnibus per- 15 suasisse, ipsũ ad nutũ suum omnia facere: Demum hac illum arte deprehensum ab Alexandro fuisse. Quidam immissus, qui ab Alexandro quiddam peteret, a Vetronio autem occultè quasi præsidium postularet, vt pro eo Alexandro suggereret, Turinus suffragium promittit. Mox ait se cum Imperatore egisse, in eoque pendere, vt adhuc impetraret. Euentum vendit. Iubet iterum Alexander interpellari hominem. Neque tamen interim quicquam dicit. Impetratum tum autem est, quod petebatur. Turinus fumi venditor ingentia præmia percepit à cliente, Accusari eum Alexander iubet, probatisque per Testes omnibus, & quibus præsentibus, quid accepisset, & quibus audientibus, quid promisisset in foro Transitorio ad stipitem illum ligari præcipit, vt fumo apposito, qui ex stipulis, & humidis lignis excitatus est, necaretur præcone dicente: *Fumo punitur, qui fumum vendidit*. Longum

gunt sanè, & dolore plenissimum genus mortis, quod etiam nonnulli ex Sanctis nostris Martyribus perpessi sunt: inter cæteros Zoe vxor B. Nicostrati, 16 cuius festiuitatem die. 5. Iulij celebramus. Cum enim iussa fuisset Martis statuæ thura incendere; respondit, Mulierem Marti sacrificare compellis, vt ostendas Martem vestrum fœminis delectari: at verò si ille impudicæ Veneri potuit pudorem eripere, mihi trophæum fidei in fronte gestanti non poterit præualere. Quo responso iratus Præfectus iussit eam post terminum quinque dierum, & obscurissimum Carcerem, sine cibo, & potu collo, & capillis in arbore excelsa suspendi, & sub ea fumo ex sterquilinio excitato necari. *Surius in vita Sancti Sebastiani.*

De pœna autem imponi solita vendentibus fumum, postquam de hac materia incidit sermo, posuimus cap. particulari infra. *§. 13. cap. 6.*

---

§. XIII.

RELAXATIO CVM POENA Pro certis delictis.

CAP. I.

De pœna pro maledictis in Deum: In Sanctos: In Principes. Et *Pro libellis famosis.*

SVMMARIVM.

1. *Iniuriosum in Deum esse magnum, crimen est.*
2. *Iniuriosum in Deum, ipsum vocare incuriosum, & negligentem.*
3. *Blaphemia punitur perforatione linguæ.*
4. *Blaphemia leuius punita in mulieribus quam viris propter leuitatem, & sexus fragilitatem.*
5. *Imaginis Sacræ percussor mitius punitus à Visita ob certas causas.*
6. *Imaginum Sacrarum percussionem Deo maximè displicere miraculis comprobatum.*
7. *Imago Christi à Iudæis crucifixa vberrimè sanguinem emisit.*
8. *Imaginem Beatæ Virginis saxo percutiens viuus à terra absorptus.*
9. *Imaginem Beatæ Virginis, aleator dum amissis pecunijs impeteret taxillis, bracchium exaruit.*
10. *Imago Beatæ Virginis in facie vulnere accepto emisit sanguinem.*
11. *Imagines Sacras percutientes morte puniendi.*
12. *Imaginis Sacræ percussori primo manus, deindè caput amputatum.*
13. *Imaginum Sacrarum percussores, quia suspecti de heresi remittuntur ad Tribunal Sacræ Inquisitionis.*
14. *Imaginum Sacrarum percussio à quibusdam censetur causa mixti fori, sed non rectè.*
15. *Voluntas facto, sicut dicto declaratur.*
16. *Blaphemans puer quinquennis è gremio matris aufertur à Dæmone.*
17. *Blaphemans Simeon de Tornaco euersis oculis epilepsia correptus, ac mutus redditus.*
18. *Blaphemans contra Euangelium gladio per os instar fulminis transfixus.*
19. *Blaphemans contra Sacras Litanias morte subitanea extinctus.*
20. *Blaphemias contra se prolatas, licet Deus interdum dissimulet, tamen contra Beatam Virginem prolatas non semper ita dissimulat.*
21. *Maledictis procax lingua impetit etiam Principes.*
22. *Augusti responsum de maledictis.*
23. *Maledicta Princeps quo modo ferre debet.*
24. *Maledictorum varia genera ex Theodosio Imp.*
25. *Maledicis temulentis Pyrrhus Rex omnem pœnam remisit.*
26. *Maledicos milites, qua clementia tractauit Antigonus.*
27. *Maledicum Xenijs, ac donis sibi obstrinxit Philippus Macedo, & in laudatorem mutauit.*
28. *A Principe pendet benè, vel male audire ex sententia Philippi Macedonis.*
29. *Maledicta in Principes proferre subditis non licet.*
30. *Principes quæcumque faciunt, iusta præsumi debent.*
31. *Princeps qualis eligendus ex sententia* Diui *Hieronymi.*
32. *Maledicentes Principi grauiter puniendi.*
33. *Maledicentes sibi duo Adolescentes ita tractauit* Dionysius, *vt alterum liberum dimitti, alterum interfici iusserit.*
34. Principum *Imagines irreuerenter tractantes puniendi.*
35. *Principis per genium iurantes si peierarent, fustibus castigandi ex Rescripto* Imp.
36. *Augusti nomen periurio violatu* Crimini *datum Rubio apud Tacitum.*
37. Periurium *veteres nota censoria, siue dedecore puniebant.*
38. *Laudare frigidè peius est, quam grauiter vituperare.*
39. *Vituperatio mixta cum laude ingenuitas videtur, non contumelia.*
40. *Maledicta, si quis prouocetur, leuiora iudicanda.*
41. *Maledicus si post maledicentiam pœniteat, aut retractet, venia dignus.*
42. *Maledictum, quod haberi potest pro ioco liberali, & ingenioso venia dignum.*
43. *Maledicta in Principem ab ipso punienda, cur?*
44. *Libellos famosos componentes alia pœna puniuntur, quam proferentes maledicta.*
45. *Libellos famosos componentes puniuntur confiscatione bonorum.*
46. *Libellum famosum componens contra Pontificem demortuum capite plexus.*
47. *Libellorum famosorum materiam quinam explicarunt.*

Subia-

SVBIACENT calumniæ quęcumque mortales agunt siue priuatim, siue publicè. Nec diuinis operibus maledica 1 lingua parcit. Tantum sibi arrogat animus humanus. Suntque aliquando homines maledici, & malorum imprecatores plus iis, qui cuminū serunt, de quo, Theophrastes doctissimus Philosophus *lib.8.de Plantarum historia.* Inquit: *Peculiare est, quod de eo memorant; Ferunt namq; imprecatio nibus, & maledictis opus esse, si qui serunt il-* 2 *lud, copiosum pulcrumq prouenire velint.* Eleganter more suo Salulanus *lib.7.de prouid. Din.* scribit: *Si Illustrem, aut praepotentem nequaquam exhonorari à quoquam licet, & si quisquam exhonorauerit, decretis legalibus, reus existit, & iniuriarum auctor iure damnatur.* Quanto itaque maius crimen est iniuriosum in Deum quemquam esse &c. Idem *lib seq.* ait: *Deum, homo. iniuriosum & negligentem vocas; si quemlibet ingenuorum hominū hac contumelia laederes, iniuriarum insolentium reus esses. Certè si illum morem quempiam, aut sublimiorem etiam censuram Iuris publici sustineres. Pupillis enim, vel maximè prodigis, hac obijciuntur opprobria; Perditorum hoc adolescentium speciale conuitium est, vt abusores, scilicet incuriosi & negligentes rerum suarum esse dicantur.*

3 Sed quoniam, vt diximus, nec Sanctis, nec ipsimet Deo parcit hominis procax lingua, hanc causa blasphemiæ mandauit S. Visita perforari, vt quæ peccauit, ipsa puniretur. 1534. 10.Ian. Capit. *Ioannes Iacobus de Ostia; Pro blasphemia: perforetur lingua, & fustigetur per totum bodie.* Mitius 4 egit Visita cum muliere propter leuitatem, & sexus fragilitatem. 1530.2. Iun. Sabel. *Sancta. Pro blasphemia. Banniatur ad libitum D.Gubernatoris,* 5 *attento longo carcere, & inconstantia mulierbri, relaxetur.* Mitius quoque egit cum percussore Imaginis Sacræ ex causis, de quibus infra. 1530. 30. April.Sabell. *Bartholomeus. Quia percussit lapidibus Imaginem B. Virginis Mariæ: attento quod dolore motus deliquit; & fuit per Dominum loci ad preces Populi liberatus propter familiam inutilem, & quia etiam pœnituit, ex misericordia, & propter extremam inopiam suam, relaxetur.*

Propter hæc, in mundo patiuntur hi, & cæteri delinquentes, congruum est, quemadmodum dicebat Metellus Censor, vt à Deo exhæredentur. Verba illius relata ab A. Gellio *lib.1.cap.6.* hæc sunt: *Dij immortales plurimum possunt, sed nō plus velle debent nobis, quam Parentes. At parentes si pergunt liberi errare, bonis exhæredant. Quid ergo nos à Dijs immortalibus diutius expectemus, nisi malis rationibus finem facimus?*

6 Neque hoc solum, sed frequenter etiam docuit Deus diuersis miraculis, quam grauiter ferat huiusmodi percussiones, & iniuriam, præsertim in Imaginibus Christi, & Deiparæ Virginis. De Christo notū est illud, quod legitur in Martyrol. 9.Nouembris: *Beryti in Syria. Commemoratio Imaginis Saluatoris, quæ à Iudæis crucifixa tam copiosum emisit sanguinem, vt Orientales, & Occidētales Ecclesia ex eo vbertim acceperint.* De Imagine B.Virginis sunt quamplurima. Tribus contenti erimus. Primum in Vrbe Lucana adhuc remanent vestigia diuinæ iustitiæ contra lusorem, qui saxis Imaginem B. Mariæ Virginis impetiuit. Illico terra aperta 8 miser ad inferos viuus raptus. Vsque ad hodiernum diem cernitur fouea, qua hominem vix capere potest in sacello B. Virginis, Vocatæ *del Sasso*, à DD. de Bocellis ornato, in Ecclesia S Augustini. Imago ea parte, qua percussa fuit, sanguinem emisit: guttæ aliquæ modo extant. Altera diuina blasphematorum punitio. Aleator miles ad portam eiusdem 9 Ciuitatis, post nummos amissos, taxillos iecit in parietem, vbi erat Imago Deiparæ: Brachium exaruit. Facti pœnitens à Virgine sanatus est. Ideo translata Imagine in Ecclesiam S. Petri, quæ hodie vocatur *S. Maria miraculorum.* In memoriam miraculi quotannis solemnis fit supplicatio in honorem Virginis *Franciot.in Histor admir. Imag. & Sanctorum Ciuitatis Lucanæ.*

10 Cathedralis Fori Liuij, & in marmore eiusdem Cathedralis de Imagine B. Virginis ibi existentis legitur: *Hac Beata Virginis Imago in facie vulnere impiè accepto, mirè emisit sanguinem, & adhuc cruentum vulnus apparet.* AN.M.CD.XC.XV.Apr.

11 Cæterum Imaginum sacratum percussores puniendos esse pœna mortis voluit *Ang. l ex senatus consulto. ff ad l.Corn. de sicar. & in sua dispnt. incip. inter fulgenti delitiarum: quem secuti sunt Marsil. in prax. crim. §. & quia. nu.25. Boer. decis.301. num.18* vbi attestatur quemdam pro hoc crimine 12 fuisse condemnatum vt ei amputaretur manus, & postea caput. *Far. q 20.nu.68.* Qui tamen *num.71.* limitat vt non semper veniat imponenda pœna vltimi supplicij; sed tunc demum, si facti qualitas id suadeat; aliàs secus, per plures, quos allegat.

Quia verò percutientes, vel deturpantes Imagines, sunt regulariter suspecti de hæresi circa vene-13 rationem Imaginum. *Alph. de Castr. de iusta hæret. punit. cap.15. Simanc. in Enchirid. viol. Relig. Tit.10.de effract. Imagin.* ideo eueniente delicto similicausa erit remittenda ad Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, vt dixi supra *§.10. cap.2.* Licet enim hanc causam dicat mixti fori. *Marsil in prax.crim.vt §.& quia.nu.25 Simanc. tit. de cath.* 14 *instit. Tit.35. Clar.§. fin.q.68. & alij;* nihilominus contrarium fuisse seruatum in supremo Regio Cōsilio Hispaniarum dicit *Oued.lib.10.Regiar.constit. Hisp.Tit.1.lib.3.* cum nuuiter conuerso, qui Imaginem Beatæ Virginis Mariæ fregerat. Fuit namque remissus processus cum delinquente ad DD. 15 Inquisitores. Idque optimè ratione. Scimus enim facto, sicut dicto, voluntatem declarari. *l.reprehendenda. & ibi DD. C.de inst. & subst. l. Paulo Callimacho. ff. de leg. 3.* Nam nihil refert voluntatem factis, vel verbis declarari. *Spec. de success. ab intest. §. 4.* Fractione autem sanctæ imaginis non ne patet frangentem malitiosè, & irreuerenter, velle fateri Imaginum vsum non esse necessarium, neque seruandum. Quod si dicto id assereretur nonnè hæresis esset? *ex Concilio Niceno, & Tridentino sess.25.* Ergo & hæresis erit facto hæc perpetrari; licet expressis verbis non declaretur Ex quo fit, vt causa cognoscenda sit per Inquisitores priuatiuè quoad alios.

Huiusmodi maledicos Deus ipse impunitos non

P relin-

relinquit, sed in præsenti vita grauiter plerumque, & subitanea morte castigat. In hanc rem quàplura circumferuntur exempla, quorum aliquot recensebimus, vt qui pietate non mouentur, timore Diuinæ vltionis à malis abstineant. D. Gregor. *lib. 4. Dialog. cap. 18.* scribit puerum quinquennem in hac 16 Vrbe propter impias execrationes, quibus Deum lacessere erat assuetus, à diabolo è gremio patris auulsum ad tartara deiectum. Thomas Cantipratensis. *lib. 2. Apum.* De blasphemo sic scribit: *Simon de Tornaco Theologiæ Doctor. & Professor Parisijs disputatione habita de humilitate doctrina Christi, in reprobum sensum datus, dixit tres esse, qui suis sectis mundum subiugassent; Moysen, Christum, & Mahometem: Moysen infatuasse Iudæos, Christum Christianos; Mahometem Gentiles. Nec mora: euersis oculis humana voce mugitum emisit; & epilepsia statim elisus in terram, die tertia eiusdem morbi vindictam accepit; mutusq. remansit non nominans, nisi Alcidem suam concubinam.* Petrus Damianus in epistola ad Desiderium Abbatem Cassinensem commmemorat in Burgūdiæ partibus Clericum quemdam in bello cum dixisset sententiam Euangelicam Christi, *Omnis, qui se humiliat exaltabitur*, falsum esse, repente gladio per os ad instar fulminis transfixum.

19 Aurelia à Gothis obsessa Anianus Vrbis Episcopus cum Sacerdotibus extra mœnia Litanias cantabat: audiens hæc Sacerdos apud Gothos captiuus: Frustra, inquit, Aniane; si putas hostem cantibus arcere; hæc eadem nec alijs Vrbibus quicquam profuerunt. Has voces miser morte subitanea luit. *Turon. lib. 2. cap. 17.* Duo ludebant. Alter, vbi aduertit inauspicatum sibi lusum, contumeliosam lin-20 guam in Deum soluit. Alter spiritu malignior, ioco compellans; Sile inquit, ignare huius artis, & velut voce præiret, Deum, Deique Matrem horrendis blasphemijs incessit. Illicò audita vox est iniuriam meam dissimulaui, Matris vlciscar: Repente miser ad mensam lethali vulnere afflictus animam infeliciter euomuit. Cæsarius *Hiesterbac. hist. lib. 7. cap. 44.* Nec omitto subnectere, quod si esset statutum remittens medietatem pœnæ habentibus pacem, vt est Romæ. *cap. 20. lib. 2.* Idemq. statutum pro blasphemia pœnam imponat. *eodem lib. 2. c. 42.* si blasphemans pęnituerit est ei remittenda. *Io. de Anan. in cap. 2. de maled. quem refert Pel. in suo Repert. non impresso. in ver. pax. & in cap. de his. vers. fallit 3. de accus.* Sufficiant hæc quæ diximus, ne instituti nostri fines prætergrediamur. Ad alia deueniamus.

21 Sicut diximus, Deo lingua procax non parcit, Principibus fortè parcet? nò sanè. Immo hos acriùs impetit, quam priuatos; Vnde Seneca 3. *de ira* ait: *Faciebant quod homines, & periculosissimè, & libentissimè faciunt, qui de Rege suo malè existimant.*

Quomodo autem se gerere debeat Princeps cōtra obloquentes non minus clementer, quam pru-22 denter rescripsit Augustus Tiberio conquerenti quod plurimi de ipso Augusto petulanter loquerētur. *Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hoc indulgere, & nimium indignari cuiquam, qui de me male loquatur; satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis* 23 *malefaciat.* Bene nouerat Augustus conuitia spreta obsolescere; agnita videri, si irascare. Conuenit Principem omni altiorem esse iniuria; & neq. ipsū id in animū inducere, neque alijs eam opinionem subijcere, extare, qui in se contumeliosus esse ausit.

24 Post Augustum legalius Theodosius Imp. qui *l. 1. C. si quis Imp. maled.* rescripsit: *Si quis temulenta turbolentus obtrectator temporum nostrorum fuerit, eum pœnæ nolumus subiugari; neque durum aliquid, nec asperum volumus sustinere. quoniam si ex leuitate, contemnendum; si ex insania, miseratione dignissimum; si ab iniuria, remittendum; Vnde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur, vt ex personis hominum dicta pensemus, & vtrum prætermitti, an exquiri debeat censeamus.* Per quem textum probat Menoch. *de arbit. cas 377.* esse arbitrio Principis in omnibus casibus prædictis puniendos, etiamsi temulentia, seu ebrietate, quæ mentis exilium inducit. *cap. à crapula. de vit. & honest. Cleric.* peccauerint. Pyr-25 rhus Epeirotarum Rex tumulentis omnem pęnam remisit. Cum enim audisset quosdam Iuuenes Tarentinorum parum honorificum sermonem inter epulas de se habuisse: interrogauit an ea, quæ ad eius aures peruenerunt, dixissent? Vnus ex illis; nisi, inquit, nobis vinum defuisset, ista, quæ tibi relata sunt, præ ijs, quæ de te loquuturi eramus, lusus, & iocus fuissent. Iram Rex conuertit in risum, & assecutus est clementer ignoscendo, vt, & sobrij Tarentini gratias agerent, & ebrij bene precarentur.

26 Plutarchus. *In eius vita.* Ecce quam verum sit plęrumque maximas difficultates causarum, quæ nullis argumentis dissolui queant, ioco eludi. Quintilianus. *in Instit.* vbi de prouerbijs, & risu tractat: Clementius Antigonus, licet nec causa ad irascendum, nec ad vlciscendum potestas defuisset; Quadam nocte cum nonnullos ex militibus exaudisset omnia mala imprecantes Regi, qui ipsos in illud iter, & inextricabilem locum deduxisset; accessit ad eos, qui maximè laborabant; & cum ignorātes, à quo liberarentur, explicuisset. Nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius vitio in has miserias incidistis, ei autem benè optate, qui vos ex hac voragine educit. *Seneca lib. 3. de ira. cap. 22.* Liberalius 27 demum Philippus Macedo qui rogatus ab Amicis, vt Archadionem de se loquentem puniret; ipse humaniter eum allocutus, etiam xenijs, ac donis missis. Cognito postea quod illius mirus laudator euasisset: Ego igitur, inquit Philippus amicis, sui melior medicus quā vos. Idem propterea dicere solebat esse 28 in Principum potestate benè vel malè audire. *Plut. loc. cit. & in lib. de cohib. ira.* Sed quidquid sit de gestis ab his, & alijs Principibus in casibus particularibus, vt virtutes morales exercerent;

29 Conclusio prima sit non licere subditis proferre maledicta in Principes à Deo sibi datos, sed eos tāquam Dei Locumtenentes venerari. Sunt enim, 30 quorum solum proprium est, vt quæcumque faciunt, iusta præsumi debeant, licet Populis sibi subiectis aliter videantur; ijsq. conuenit illud M. Terentij quod Tacitus. *lib. 6. Annal.* refert. *Non est nostrum æstimare quem supra cæteros, & quibus causis extollas; tibi summum rerum iudicium Dij* 31 *dedere, nobis obsequij gloria relicta est.* Quare sapienter D. Hieronymus *ad Occan.* scribit: *Res pene contra naturam est vt sine peccato aliquis sit, sed*

talis

talis eligatur Princeps, vt eius comparatione cateri grex dici possint.

32 Conclusio secunda, quæ ad priorem consequitur, est delinquentes etiam verbis in Principe grauiter puniendos. Linguæ enim peccatum grauius puniri debet, vt dixit Q. Curtius *lib.4.* quam vllum probrum: *Cum non magnam rem sustinere posse credendum sit ab eo, cui tacere graue fuit; quod omnium facillimum voluit esse natura.*

Hanc maledicorum hominum punitionem lex ipsa Diuina, & Pontificia imperat. Scriptum est Exodi. 22. *Dijs non detrahes, & Principi Populi non maledices.* Idem habetur *cap. primo de maled.* Lex verò ciuilis dum illatam iniuriam priuato vlciscitur. *§. at rex. instit. de iniur.* Quid, si fiat Princi-

33 pi, quod est longe grauius? Iure igitur Principes maledicos castigarunt, quoties occasio se obtulit. Vnum referam de Dionysio Seniore Syracusanorum Principe, quod apud Plutarchũ *in Apophtheg.* extat. Is cum audisset duos adolescentes inter potandum multa de se turpia detestandaque locutos, vtrosque ad cœnam inuitauit; eumq. alterum quidem ebriosum, multaque nugantem animaduertisset (quod enim in animo sobrij, idest, in lingua ebrij) alterum verò raro, & cautè bibentem. Illum quidem vt natura, & vino feruentem dimisit; hunc consulto maleuolum, & hostem interfecit. Quod iudicium est ex eo genere, de quo diximus supra. *§. 11. cap. 2. num. 26. & seqq.*

34 Amplia primo vt etiam punirentur irreuerenter tractantes Imagines Principum. *l. qui Statuas. l. famosi. §. fin. ad l. Iul. maiest.* Refert Spartianus de quodam, qui sub Antonino Caracalla damnatus est, quod eo loco vrinam fecisset, in quo Statuę, & imagines Principis essent. Xyphilinus quoque narrat sub Domitiano mulierem interfectam, quod ante statuam Principis vestem exuisset.

35 Amplia secundo vt non solum obloquentes contra Principem, seu eorũ imagines irreuerenter tractantes grauiter punirentur, sed etiam ij, qui iurantes per genium Principis, peierarent, fustibus castigandos rescripserit Imperator *l. si duo patroni in fin. de iur. iur.* Et sic grauius multo ijs qui per iocũ peierauerant, puniebatur quemadmodum *In Octauio* Minutius Fęlix auctor est: *Sic eorum*, inquit, *numen inuocant, ad Imagines supplicant, genium, hoc est, dæmonem eorum implorant, & est eis*

36 *tutius per Iouis genium peierare, quam Regis.* Item *Tacitus Annal. lib. 1.* narrat crimini datum fuisse Rubro violatum periurio nomen Augusti. Ita refert Ræuardus *var. siue de Iur. ambig. lib. 1. c. 7.* Vtinam idem mos grauiùs puniendi peccantes in Principem, quam in Deum, ad nostra vsque tempora in aliquibus Prouincijs non peruenisset.

37 Declara primo, vt aliter procederent antiqui in reliquos homines periuros. In istos enim censoria nota animaduertebatur. Siquidem, vt scribit M. Tullius, Censores nulla de re diligentiùs quam de periurio iudicabant. Huc etiam visus est respexisse idem Auctor, cum in suis legibus periurij pœnam diuinam exitium humanam dedecus statueret. Per *Dedecus* enim, quin notam censoriam intellexerit, minimè dubium est. Huiusque extat apud A. Gellium elegans exemplum *lib. 6 cap. 8.* Scribit cum decem captiuos Annibal Romam iureiurando ab eis accepto misisset, vt de permutatione agerent, permutatioq. Romanis non placuisset, ex his captiuis octo ad Annibalem reuersos, reliquos reuerti recusantes à Censoribus notatos, quasi periuros. Hæc eorum fraudulenta calliditas tàm esse turpis existimata est, vt contempti vulgò, discerptiq. sint. Censoresque eos postea omnium notarum & damnis, & ignominiis affecerint, quoniam, quod se facturos iurauerunt, non fecissent.

38 Declara secundo *turpius esse* (ex sententia Phauorini Philosophi, quam Gellius *Noct. Attic. lib. 19. cap. 3.* recenset his verbis: *Exigue, atque frigide laudari, quam insectanter, & grauiter vituperari. Quoniam qui maledicit & vituperat, quãto id, acerbius facit tã maxima mole pro iniquo, & inimico ducitur, & plerumq. propterea fidem non capit. Sed qui infecunde, atque ieiune laudat, destitui à causa videtur, & Amicus quidem creditur eius. quem laudare vult, sed nihil posse reperiri, quod iure laudat.*

39 Limita primo dictam conclusionem non procedere secundum Plutarchum *in Politic.* si mixta sit vituperatio cum laude, quæ ingenuitatem, non cõtumeliam videtur prætendere, neque iram suscitare debet, cum veluti res obsequiosa pœnitentem veluti morsum indicare videatur.

40 Limita secundo in prouocato. Excusabiliora enim sunt, sicut probabiliora vt ait Cicer. *de Orat.* quæ lacessiti dicimus, quam, quæ priores; & sicut ingenij celeritas maior est, quæ apparet in respondendo, sic humanitatis dicenda est responsio. Videremur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti. Duo referam, quæ ad hoc negotium videntur propriè spectare. Primum extat apud Plinium *lib. 7. cap. 12.* de illo, qui vultu similis erat Proconsuli Siciliæ & eodem Proconsule dicente, mirari se quapropter tam similis sibi esset, cum ipsius pater in eam Prouinciam nunquam accessisset: At meus, inquit, Romam frequenter accessit. Ioco namque lacessitam Matris suæ pudicitiam inuicem suspicione in Matrem eius reiecta, audacius quàm virgis & securibus subiecto conueniebat, impune vsus est. Quamquam Macrobius *in Saturnal.* hoc tribuat Augusto, teste *Grat. discep. 567. num. 41.* Alterum narrat Macrobius *lib. 7. Satur. cap. 3.* de Aridice Philosopho. Est autem huiusmodi. Regis libertus ad nouas diuitias nuper euectus Philosophos ad conuiuium congregauit, & irridendo eorum minutulas quæstiones, scire se velle dixit, cur ex nigra, & alba faba pulmentum vnius coloris datur? quam interrogationem indignè ferens Aridices; Tu nobis, inquit, absolue, cur de albis, & nigris loris similes maculæ gignantur.

41 Limita tertio in eo, quem post maledicentiam pęnituit, & se ipsum accusauit. Videtur enim vti apud Deum; ita & apud homines venia dignus, & à carceribus liberandus, vt de Næuio Poeta refertur *in Theatro vitæ humanæ. ver. carcer. fol 84. in fin. ex Gell. lib. 3. cap. 3* Is cum ob maledicentiam Romæ à Triumuiris in carcerum coniectus fuisset, vbi fabulas Ariolum, & Leonticulum composuit vt petulantiam suam, qua plęrosque ante læserat, dilueret, à Tribuno Plebis, vinculis liberatus est. Hæc tamen tertia limitatio, si tractetur de Infamatorijs compositionibus non facile admittitur in

Curia iuxta ea quæ paulò infra dicturi sumus.

42 Limita quarto in eo, qui dubiam iniuriam apta responsione diluisset; etiam si id factum sit mediante aliqua facetia, quæ dicitur, *Iocus liberalis, Ingeniosus, Vrbanus*, non petulans, quo audientium animi languentes concitantur, seu prolixæ orationis tædio oppressi subleuantur. Ne pariam fastidium vnicum huius rei exemplum subijciam. Incidit quidam in Prætorem, qui eum interrogauit, quo iret? Quod cum se negasset scire, existimans Prætor se derisum, & interrogationem suam flocci pendi in carcerem abduci iussit. Cum adduceretur, clamauit: Vides, ô Prætor, quemadmodum rectè responderim; quod enim non expectaui, occurrit mihi, & in carcerem iam trahor; Prætor admiratus responsi promptitudinem, iussit dimitti.

43 Conclusio tertia ex prioribus elicitur: Principem nisi hos maledicos puniat se nõ solum humanæ, sed Diuinæ legis violatorem ostendere, & maximum bono gubernio damnum inferre. Primo, quia factus est à Deo Princeps, vt bonos præmijs inuitet, malos verò meritis pœnis coerceat. *gloss. in cap. omnes. de maior & obed.* Secundo, quia cũ Princeps imperandi munus à Deo habeat; certũ est, quemadmodũ Aristotelis scriptũ *Polit. lib. 1. c. 7.* reliquit, imperia duplici modo regi amore, & timore; Vbi ergo dicacitas, & maledicentia impunita relinquitur, Princeps amittit amorem, & timorem. Nam se non amari intelligit, cum maledicorum voces audit; non metui cognoscit, cum si timerent, non illi maledicerent. Si igitur administratione sua Populorum amorem conciliare nequit, timorem saltem, quo imperij munus sustineat, omni conatu pœnis inflictis retinere debet. Quod D. Gregorius *Ezech. hom. 8.* his verbis explicat: *Hi quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt detrahentium verba compescere, ne eorum prædicationem audiant, qui audire poterunt, & ita in prauis moribus remanentes, benè viuere contemnant.* Itaque Principes in coercendis maledicorum linguis ita se gerant, vt ipsis conueniat, quod ille de se ipso apud Salustium *De bell. Iugurth.* dixit: *Cum omnibus locis me maledictis lacesserent, non placuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret. Me quidem ex animi mei sententia lædere nulla oratio potest. Quippe vera necesse est bene prædicet, falsam mores mei superãt.*

Sed, & hic quæri potest de pœnis libellorum famosorum. Non eodem modo proceditur contra componentes, scribentes, recipientes, exemplantes, seu publicãtes scripturas in infamiam alterius, & præsertim Principis, hoc est, libellos famosos seu, vt in Vrbe loquuntur, *Pasquillos*, quo proceditur in

44 proferentes verba maledica. Hoc enim casu pœna, vt diximus, est arbitraria, illo capitalis, tum de iure per tex. *in l. 1. C. de libell. fam.* tum ex Constitutione Pij V. 155. *in Bullar. fol* 358. & ex bannimentis Gubernatoris. Est etiam confiscationis bonorum, vt latè comprobat Far. *conf.* 145. *per tot.* in casu retentionis, ac publicationis scripturarum maledicarum, necnon libelli famosi compositi Se

45 de vacante contra Pontificem demortuum. De huiusmodi delinquẽtibus in mortuos dixit Plinius *in præfat. hist. mund.* cum mortuis, non nisi laruas luctari. Plato vero *in Polit.* dixit illos videri similes catellis, qui lapides iactos morderent, ipsos, qui læsissent, non attingerent, vt refert Manut. Adag. *Cum laruis luctari.* Propterea quidam ob huiusmodi libellum, etiamsi esset Doctor, & nobilis, fuit capite plexus, & bona Fisco addicta: Licet ea po-

46 stea Pontifex quatuor eius filijs pro maiori parte ex gratia condonauerit, stante dispositione Tex. *in l. cum ratio. §. si plures. ff de portionibus, quæ liberis damnat. conced. seu de bonis damni. cum alijs adductis per Honded conf.* 110. *lib. 1. & ante eum. Rol. conf.* 97. *nu.* 32. *& seq. lib.* 2. *Zob. Hon. conf.* 95. *num.* 12. *& seq. & conf.* 97. *num.* 8. *& seq. Farin.*

47 *conf.* 145. *n.* 15. *&* 16. apud quem habes latè tractatam hãc materiam libellorum famosorum. *conf.* 30. vbi etiam nonnulla aliorum Aduocatorum consilia impressa leguntur. *& conf.* 123. vberius; *quæst.* 105. *insp.* 11. *num.* 421. *& seq.* Ad quem Lectorem remittimus.

Non omittentes addere huiusmodi maledicentiam viguisse tempore Romanorum inter Poetas, propter quod lata fuit lex de carminibus infamibus. Cum enim Poetæ cæpissent abuti licentiùs stylo, & passim lædere ex libidine plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret lege lata sancitum. Vnde Horatius *lib. de Arte.*

——— Lex est accepta, chorusque.
Turpiter obticuit: sublato iure nocendi.

Vide Donatum *ad prologum Andriæ.*

CAPVT II.

De pœna vendentium Agnus Dei.

SVMMARIVM.

1 *Agnus Dei ex qua materia.*
2 *Agnus Dei vnde nomen acceperint.*
3 *Agnus Dei licet ratione materiæ, ex qua fiunt vendi possint, eorum tamen in Vrbe venditio prohibita cur?*
4 *Agnus Dei vendere prohibuit Visita sub pœna fustigationis publicæ.*
5 *Agnus Dei à Summo Pontifice benedicti depingi, miniari, venales exponi, teneri non possunt ex Constit. peculiari Greg. XIII.*
6 *Agnus Dei albos vendere non prohibuit Gregorius XIII.*
7 *Agnus Dei quas virtutes habeant explicauit Vrbanus V.*
8 *Agnus Dei aduersus incendia virtus ex Gregorio Turonensi.*
9 *Agnus Dei ad collum gestari cur soliti?*
10 *Agnus Dei hodie ante benedictionem Pontificiam vendi possunt, post non.*

1 Consueuerunt Summi Pontifices ex ceris illis, quæ ex cereo acceptæ Paschali, alijsque puris admixtæ, & sacro Chrismate delibutæ, ac benedictione ab ipsis sanctificatæ essent, bullas quasdam facere, quæ ex eo, quod Agni Christi typum præferentis habeant impressam Imaginem, Agnus Dei,

2 nuncupantur. *Baron. annal. tom. 1. ann.* 58. *fol.* 522. Et licet huiusmodi Agnus Dei ratione materiæ vendi possint. *Suarez. de reliq. cap.* 14. *num.* 10. *lib.* 4. *tom.* 1.

tom. 1. Nihilominus ad tollendas fraudes fuit prohibita aliàs in Visita illorum venditio. 1569.13.Octob.Cap. *Catherina Perusina. Relaxetur gratis facta sibi prius comminatione per Dominos, ne in posterum audeat aliquo modo vendere Agnus Dei, nec veros, nec adulterinos sub pœna fustigationis publica per Vrbem.* Nuper anno 1651. detectum est furtum Agnus Dei factum in magna quantitate in Palatio Apostolico, & dubitatum, An esset locus Vigiliæ contra inditiatos de dicto furto; resolutumque non esse; cum non sit ex atrocissimis delictis. Quare qui furati sunt, ac vendiderunt, pœna extraordinaria absque vllo genere tormenti fuerunt mense Octobris ad triremes per decennium destinati videlicet, Dominicus de Sanctis, & alter pro eodem delicto processatus.

5 Quia vero captum fuit postmodum huiusmodi Agnus Dei ex cera alba, vt supra, confectos pingere, &, vt dicunt, miniare, illosque venales exponere; fel.rec.Gregorius XIII.*anno* 1572. Constitutione particulari, quæ est secunda. *Omni certe studio, in Bullario fol.*363. prohibuit Agnus Dei per Sūmum Pontificem benedictos depingi, miniari, aut venales proponi, vel teneri, sed eos albos, ac mundos decenter deferri, ac detineri mandauit, & vltrá excommunicationis pęnam ipso facto incurrendam, alias etiam pœnas arbitrio Ordinariorum imponendas incurri voluit.

6 Declara primo pœnas in Constitutione præfata contentas non esse intelligendas de Agnus Dei albis, sed depictis, quia de illis tunc publicè venditio fieri solebat. Ita communiter d.constit intellectam, & à consuetudine interpretatam scribit *Suarez.de relig.lib.*4.*de Simon.cap.*14.*num.*10.*tom.*1. *Sanchez ad præcept.Decalog.lib.*2.*cap.*43.*num.*19. *& alij* quos citat Ricciul. *Eccles.cap.*9. *nu.*8. *vers. secunda conclusio.*

Declara secundo, circa materiam, & virtutes Cereorum Agnus Dei, vt in Cæremoniali *lib.*1. *Tit.*7. quæ hic recenseri opportunum existimauimus, in gratiam carceratorum, cum inter alias virtutes, quas habent, connumeretur, quod de hoste

7 victoria reportatur. Vrbanus V. ad Carolum Ioannem Imperatorem Græcorū transmisit tres Agnos cereos, vna cum vndecim versibus, licet in Cęremoniali octo primi tantum legantur:

,, *Balsamum, & munda cera cum chrismatis vnda*
,, *Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum*
,, *Fonte velut natum per mystica sanctificatum.*
,, *Fulgura desursum depellit, & omne malignum.*
,, *Peccatum frangit, vt Christi sanguis, & angit.*
,, *Prægnans seruatur, simul & partus liberatur.*
,, *Munera fert dignis, virtutem destruit ignis.*
,, *Portatus mundè de fluctibus eripit vnda.*

8 Hos omnes versus refert F. Vincentius Bonard. Ordinis Prædicator. Episcopus Hieracensis. *in libello de origine, & antiquitate Agnus Dei*; Vbi insuper affert Ianum Vitalem, & Andream Frusium è Societate Iesu, qui de his omnibus tractarunt. Dū autem in dd. versibus legitur, *Virtutem destruit ignis.* Sciendum est referri à Gregorio Turonensi inter miracula Sancti Martini; *cap.*2.*prope finem.* particulam huiusmodi ceræ à templo delatam, & igni iniectam magnum incendium extinxisse, nouoque miraculo ceram, quæ ignem alere est solita, violentias ignis vi sanctitatis opressisse.

9 Neque omittendum huiusmodi Agnus Dei ad collum gestari, vt exemplo Agni discant homines esse mites, & humiles corde, vt monet Baron. *in annal.ann.*58.*fol.*510. tum etiam ad abolendas superstitiones Gentilium, qui infantibus bullas ad auertendas fascinationes re turpicula consignatas, vel alijs superstitionibus anctas ad collum appendebant. *Varro. de ling. lat. lib* 6. *Macrob. Saturn. lib.*1. *cap.*6. *Ricciul. cit. cap* 9. *num.*3. *vers. iosdem decenter.*

Quæ omnia consentiunt ijs, quæ Martinus del Rio. *lib.*2. *q.*21. scribit: *Narrauit*, inquit, *mihi de puellula strigatrice, quæ nullum sensit ex quibuscumque tormentis dolorem, donec Sacerdotis cuiusdam monitu illi Agni benedicti ceream Imaginem in collum iniecere; & statim vi sacri amuleti vim doloris cœpit persentiscere.*

10 Declara tertio vt nostris quoque temporibus quamuis licitum sit Agnus Dei ante acceptam Pontificalem benedictionem vendere, idque sine scrupulo; tamen postquam sunt benedicti illorum venditio etiam ratione materiæ prohibita sit vigore Edicti Vicarij Vrbis ad tollendas fraudes, quæ fieri poterant, & scandala, quæ in dies oriebantur. *Valenz.tom.*6.*quæst.*17 *Bonac.de simon.q.*4 *§* 2.*nu.*6. *Ricciul.cap.*9.*num* 8 *lib.*1.

CAPVT III.

De pœna pro furtis.

SVMMARIVM.

1 *Furti definitiones variæ ex varijs Auctoribus.*
2 *Furti definitio continet aliquid materiale, aliquid formale.*
3 *Furtum duplex conceptum, & oblatum.*
4 *Furtum vt fiat, requiritur contrectatio.*
5 *Furtum rerum immobilium secundum quosdam non datur.*
6 *Furtum non committit, qui vendit rem alienam existentem penes Emptorem tempore venditionis, nisi Emptor constituat se precario possidere.*
7 *Trufa verbum quot modis scribatur.*
8 *Trufa significat delicias, & luxum.*
9 *Trufa significat iocos, & dolos.*
10 *Trufa significat dolum, artem deceptionis.*
11 *Trufare est idem, quod decipere ad suum commodum.*
12 *Trufator est, qui fingens se bonum decipit.*
13 *Trufator dicitur etiam impostor, seu derisor.*
14 *Trufa significat dictum, aut factum licentiosum.*
15 *Trufa significat fictionem, & mendacium.*
16 *Trufare accipitur pro hoc quod est loco ioci habere, seu irridere.*
17 *Trufa est in frequenti vsu apud practicos in Italico sermone.*
18 *Trufa significat latius fraudem, deceptionem, dolosum gestum.*
19 *Trufa latine vtuntur Legistæ pro fallaci responsione & inepta, seu dicto non concludente.*
20 *Trufa apud Legistas est furtum improprium.*
21 *Furtū impropriū est, cui non conuenit definitio.*

22 *Trusa significat apud Legistas infitiationem illius ad quem iusto titulo res peruenit.*

23 *Trusa est quando quis rem sibi ad aliquem vsum datam conuertit, vel distrahit in proprium commodum.*

24 *Furtum committit, qui rem depositam contrectat, vel habere pro sua destinauit.*

25 *Depositum infitiari, sicuti & non reddere, crimen.*

26 *Furtum nemo dicitur committere ex sola infitiatione rei furatæ; licet infitiatio propè furtum fit.*

27 *Furtum aliquo modo impropriè committit, qui pecuniam Domini contrectat etiam ad vtilitatem ipsius nolentis approbare.*

28 *Furtum non committit depositarius in vtilitatem Domini contrectans pecuniam ipsius nolentis approbare, si absit dolus.*

29 *Dolus in materia furti consistit in clam faciendo: vndè dicitur: Dolus velatus.*

30 *Furtum non committit Depositarius in vtilitatem Domini contrectans pecuniam Domini nolentis approbare, si absit lata culpa.*

31 *Depositum reddendum duobus vni tantum reddi non debet.*

32 *Furtum committit, qui id, quod in via publica inuenit, sibi retinet sinè denunciatione.*

33 *Furti, quod antea factum est, hæres rectè potest agere.*

34 *Furtum adeò exosum vt omni Iure prohibitum legatur. Et in eius odium recessum fuit à communibus regulis.*

35 *Fures priuatorum furtorum in neruo, & compedibus: fures publici in auro degunt.*

36 *Furti damnatus quidam quod equo vltra locum, ad quem equi vsus commodatus erat, vectus fit.*

37 *Furto pœna, quæ imposita lege XII. Tab. & bannimentis Gubernatoris Vrbis.*

38 *Furta, quibus certa pœna imponitur in bannimentis Gubernatoris Vrbis, sunt furta propriè dicta.*

39 *Fures & si interdum pœnas effugiant; haud tamen semper.*

40 *Rapina est furtum cum violentia, ac proindè grauius furto, & grauius puniendum.*

41 *Rapina dicitur furtum improbissimum.*

42 *Rapina non comprehenditur statuto loquente de furtis.*

43 *Fur condemnatus de furto, siuè manifesto, siuè non manifesto, præter pœnas corporales redditur infamis ipso Iure.*

44 *Furtum manifestum dicitur quando fur deprehenditur cum re furto ablata.*

45 *Furta apud Laccdæmones digna potius laude quam infamia habebantur, è contra apud Scythas cur?*

DIsputatio de furtis tractata fuit à multis: inter cæteros à *Mosc at. pract. crim. tit. de furt. Damoud. pract. crim. cap. 112. Farin. de furt.* Quando pœnam frequentiorem esse fustigationem diximus supra. *§. 11. cap. 1. num. 12.* pauca pro huius frequentissimi delicti notitia attigimus. Qui plura vult, recurrat ad prædictos authores.

1 Declara primo vt furtum secundum definitionem *text. in l. 1. de furtis:* Sit contrectatio rei alienæ inuito Domino fraudolenter facta. Vel ex D. Thoma. 22. *q. 66. ar. 13.* Furtum est occulta acceptio rei alienæ. Molina verò *in Tract. de delict. disp. 681. numer. 16.* affert definitionem ampliorem, dum ait: Furtum est acceptatio iniusta boni externi, & absque vllo consensu illius, qui est eius Dominus, saltem quoad legitimam detentionem: ponens in fur-
2 to aliquid materialiter, & aliquid formaliter se habere. Furtorum autem duo sunt genera manife-
3 stum, & non manifestum. Conceptum verò, & oblatū species potius actionis furto cohærentis, quam genera furtorum. Verba sunt *§. furtorum. instit. de oblig. quæ ex delic. nas.* vbi habes singulos prædictos terminos declaratos. Qui verò cupit eruditam explicationem furti oblati: de quo habetur in l. XII. Tab. per lancem, & licium quærere rem suam, videat Galuan. *var. dissert. de vsuf. cap. 15 numer. 6.* vbi profitetur se rem Platonicis numeris obscuriorem, multisque sæculis ignoratam illustrare prout tenera egregiè illustrat, furtum videlicet conceptum, & oblatum.

4 Declara secundo vt contractatio sit substantialis in furto, quemadmodū in allata definitione. Vnde Iason. *in §. si rem apud. num. 2. Instit. de acq. poss.*
5 dixit non dari rerum immobilium furtum, quia in illis non cadit contrectatio; sicut neque et à fit fur-
6 tum. si quis vendat rem alienam mobilem, quæ ante venditionem iam reperiebatur penes Emptorem; nisi tamen Emptor se constituat precario possidere, quia constitutum vim habet traditionis. Ità Ias. *in § si rem. instit. de acq. re. dom num. 3. & 4.*

Declara tertio, vt. quod Ital. co sermone nuncupatur Truffa non dicatur Furtum. Quoniam verò nec leges, nec Doctores vsi sunt latinè prædicto verbo, operæpretium duximus in medium afferre
7 quid de illo apud alios Auctores scriptum inuenimus. Triplici modo scribitur dictum verbum. Trusa, Truffa, Trupha. Significatus est multiplex,
8 sed in idem ferè tendens. Si à græco τρυφὴ deducatur delicias, luxum, ludibrium notat. Significat quoque iocos, & dolos planorum, siuè lusus, ac nequitias eorum, qui vulgaribus magis animis placere studens, quam Viris pijs, & grauibus. Cæsa-
10 rius *lib. 2. mem. cap. 25.* vtitur hoc verbo quatenus dolum, & artem, seù decipiendi modum denotat. ibi: *Ille diligentissimè cogitans qualiter liberaret puellam huiusmod truffam inuenit.* In eodem si-
11 gnificatu vtitur verbo truffare *lib. 5. cap. 29 circà finem* vbi ait. *Ego etiam in Verbaco fui, & fatis ibi truffaui.* Verba sunt Dæmonis gloriantis, quod artibus solitis conuersos concitasset aduersus Ordinem Cistercienscm. Similiter Trufatorem
12 *lib. 6. cap. 21.* appellat quemdam, qui finxit se bonum, & simplicem virum, & posteà pecuniam Hospitalis, cui præpositus fuerat, clam aufugiens secum asportauit. Postquā enim narrasset quod euenerat, subiungit: *De huiusmodi Truffatoribus plurima deceptionum genera temporibus nostris gesta tibi dicere possem, sed non sunt ædificatoria.* Truf-
13 fatores esse idem quod Impostores, & derisores apud legistas dicit Ioseph Lauren. *In sua Amalt. Onomast.* apud quos tamen non inueni vsitarum hoc verbum, nisi apud solum Decianum *cons. 93. num. 30. lib. 2.* vbi ait: Fur, & Trufator sunt infames,

mes. Et allegat solum Speculatorem, qui de furibus tantum, non autem de Truphatoribus loquitur. Idem Ioseph Lauren. exposuit verbum Tru-
14 pha, vt sit dictum, aut factum licentiosum. In alio sensu ponitur ab Arnoldo Ordinis S. Francisci *in vita B. vidua Angela de Fulgineo. cap. 6.* dum refert Christum ei dixisse *Ego non te amaui per Tru-*
15 *pham*. Quibus verbis auditis, Angela, subiunxit: *Videbam, quæ sustinuit in vita, & in morte iste Deus homo passionatus pro isto indicibili, & euiscerato amore vt intelligebam prædictum verbum esse verissimum, quod scilicèt me non amauit per Truffam, sed verissimo, & euiscerato amore me dilexit.* Ex quo constitetur hoc loco Truffam accipi pro fictione, simulatione, & mendacio. Truffare etiam
19 verbo vsus est idem Arnoldus *cap. 23.* ibi: *Dico vobis quod plus recepit anima mea, quando plorani, & dolorani peccata proximi, quam mea, & mundus truffat de hoc &c.* Quo loco videtur accipiendum hoc verbum pro ioci loco habere, vel irridere. Hæc habentur apud *Gerard. Voss. de Vitijs sermon. & glosematis Latin. barbar. lib 2.*

17 Vox truffa Italico sermone frequens est apud practicos criminales in Curia; non est tamen aliquis auctor Iurisconsultus, vel praxis criminalis, qui ea vtatur ex multis, quos perlegi. Sciendum autem est, quod ferè sonat idem apud nos Italico sermo-
18 ne prolata Truffa, quod deceptio, fraus, dolosè
19 gestum. Vsus est eodem verbo latinè Bart. & alij contra adducentes responsionem alicui dubio ineptam, & non concludentē, seù dictū continens fallaciam. Dixerunt enim tali casu, *Hæc Trupha est*

Propriè autem, prout nos accipimus Italicè
20 verbum Truffa, significat apud practicos furtum imprŏprium; illud videlicet, cui non conuenit
21 quoad omnes suas partes furti definitio; in quo præsertim non concurrit contrectatio rei alienæ inuito Domino, sed est propè furtum, vt ex text in *l. inficiando. in princ. ff. de fur. Ias. in l. rem, qua nobis. vbi num. 11.* loquens de Depositario, & com-
22 modatario dicit inficiando non committitur furtum: *Inficiatio* inquit, *Depositary licèt non sit furtum, est tamen propè furtum, d. l. inficiando:* Cum enim contrectatio non concurrit, non potest propriè conuenire nomen furti. *l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. Luc. de Penn. l. fin.* C. *de deter.* vbi quamplura ponit genera furtorum. *col 3. circa fin. vers. tertio casu quando adiectio dat formam lib. 12.*
23 Significat itaque Truffa, quantum ad rem nostram attinet, Inficiationem illius, qui ex aliquo legitimo contractu rem habuit ab initio, vel alias ad eius manus peruenit non inuito Domino, & negat habuisse, aut in proprios vsus conuertit, aut ad sui commodum distraxit. Vnde Sanfelicius dicit quod committitur Truffa in nō restituendo id quod fuit consignatum ad aliquem finem. *decis 42. nu. 1. lib. 1.* & pœna truffatorum est fustigatio. *Baiard. quæst. 70. num. 3.* Sed pro truffis huiusmodi consuenit à Visita fieri decretum relaxationis, concordata parte, & carceratio succedit loco pœnæ. Si autem non valeant illam in carceribus concordare, relaxantur præstita cautione de concordando infrà certū tempus. Si post aliquod tempus non inueniant fideiussorem, relaxantur cum exilio, donèc concordauerint, maximè si sint incolæ Vrbis, & alicui arti applicati. 1651. 7. Aug. Sab. *Pater Antonius. Relaxetur cum exilio donec partem concordauerit.* Eodem modo furtum improprium dicendum erit id, quod duabus infrascriptis proximis declarationibus subijcimus.

24 Declara quarto, vt furti teneatur quicumque rem depositam, vltrà inficiationem, etiam contrectat, vel habere pro sua destinauit. *l. inficiando ff de fur. l. 1. § sola cogitatio. ff. de Iur.* Ità declarat *Ias. in l. rem qua nobis. num. 10. & seq. ff. de acq. poss. Menoch. de arb. cas. 258. in princ. Cyril in sum crim. par. 2. in rub. de priu. de lic. § 3. num. 1. in fin. Aym. cons. 287. nu. 2. & alij; quos citat, & sequitur Far.*
25 *q. 168. num. 5.* Immò, & Infamis dicitur. Vndè non minus prudenter, quam piè Iosephus apud Egesippum *de excid. Hierosol. Vrbis lib. 3. cap. 17. post med.* ita loquitur. Quid autem attexam violati depositi Religionem! Deus omnipotens thesaurum nobis optimum dedit, atque inclusum in hoc vase fictili, & consignatum commisit nobis custodiendum, quoad ipsi placeat reposcere. Nonnè in vtroque crimen est, vel reijcere depositum non reposcente, qui dederit; vel reposcenti negare. Si hominis depositum violare pœna infa-
26 miæ est, quanto magis violare depositum Dei? Ex sola autem inficiatione rei furatæ nemo furtum facere dicitur. *l. inficiatio de Iur.* licèt ipsa inficiatio propè furtum sit. *l. 3 § si rem. ff. de acq poss.* Quod adeò certum est, vt si quis contrectet pecuniam
27 Domini ad vtilitatem ipsius Domini, si Dominus nolit approbare, committat furtum. *Ias. in l si ex pecunia. num 6 C. de fur.* Quamquam hæc contrectatio, quam exercet depositarius, non dicatur propriè furtum, cum ei non adaptetur diffinitio furti; quæ est contrectatio rei alienæ inuito Domino. Hinc fit vt in hoc genere furti locum non habeant pœnæ pro furto propriè sumpto impositæ ex vulgari regula; Pœnæ tanquam odiosæ restrigendæ sunt.

28 Quod diximus de Depositario, non procedit, si esset dolus, & lata culpa in Depositario. Quoad casum cessationis doli est tex. *in §. si is apud quem. instit. de oblig. quæ ex dolo nascunt. vbi glos. in figuratione casus. & in verb. dolo. Aret. ibi in sum.* Est etiā tex. *in l. eū qui, § is autem. ff de furt. Gomez. resol. crim. tom. 2. cap. 7. rub. de commod. nu. 2. vers. item adde. & nu. 3. in fin. vers. item adde. Viu. opin. 192. Gabr. lib 3. de reb. cred. conclus. 2. n 4 Grat. cons. 95.*
29 *num. 3. lib. 2. Far. q. 169. nu. 14.* Dolus autem prædictus in hac materia furti consistit in clam faciendo, & propterea appellatur *Dolus velatus* à Baldo, *in l. quæ fortuitis. num. 9. C. de pignor.* Lata verò culpa si cesset, cessat quoque furtum. *l. quod Nerua. ff. depos. glos. in l. eum qui §. is autem. in ver. dumtaxat. ff. de furt. Aret. in d § sed si apud quem. instit. de oblig. quæ ex dol. nasc. Grat. resp. 94. n. 30. d. lib. 2. Gomez. & Viu. loc. cit.*

31 Quare in casu quo cessabat dolus, & lata culpa, quem refert Valerius Maximus *lib. 7. cap. 3:* Fuit miri prudentia succursum ancillæ, quæ pecuniam depositi nòmine à duobus hospitibus acceperat ea conditione, vt illam simul vtrisquè redderet; Alter interiecto tempore tanquam mortuo socio, squalore obsitus, decepta muliere omnes nummos abstulit. Superuenit deindè alter: depositum petere cœpit. Hærebat misera in maximo pariter,

& pe-

& pecuniæ, & defensionis penuria; Iamquè de laqueo, & suspendio cogitabat. Sed opportunè Demosthenes ei patronus adfulsit, qui vt in aduocationem venit; Mulier, inquit, parata est depositū fideliter soluere, sed nisi socium adduxeritis id facere non potest: quoniam, vt ipse vociferaris, hec dicta est lex, nè pecunia alteri sinè altero numeretur.

Contingit idem casus nostris temporibus, qui post verbosam contentionem, vt refert Iulianus Aboetius. *in suis orationibus. lib. 1. fol.* 40 fuit à Senatu Sabaudiæ decisus. Claudius Paschalius Præses tribus contentus verbis Senatorij decreti sententiam exactè, & plausibiliter aperuit in hunc modum: Vterquè, ait, credendi Reus, & coniunctim, & præsens deposuit, vterque depositum coniunctim inhibuit reddi. Quod semel placuit, non displiceat; stetur pactis, quæ ex conuentione, & mutuo consensu Partium legem accipiunt. Patiatur legem petitor, quam cum socio volens ipse tulerit. Quis aspernabitur, ait Vlpianus, idem Ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, vel dici curauit. Huius decreti æquitate elusa est nebulonum conspiratio, qui hoc egerant, vt eamdem dolo malo pecuniam bis acciperent.

32 Declara quinto eum quoquè furtum committere; qui id, quod in via publica inuenit, sibi retinet: Furti autem euitandi causa libellus proponi consueuit continens inuentionem rei, & offerens redditionem. *l. falsus creditor. §. proindè videmus. ff de fur.* quod enim tuum non est, scias ad alium pertinere.

33 Declara sexto, vt pro furto hæres etiam possit agere. Textus est *l. 1. ff. de priu. delic.* vbi Vlpianus ait *Hæredem furti agere æquè constat*. An autem ante Vlpiani tempora vsu receptum fuerit, incertum facit, quod scribit M. Tull. *ad Trebat. Epist. famil. lib.* 7. vbi dicit: *Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram controuersiam, possent ne hæres, quod furtum antè factum esset, rectè furti agere. Itaque etsi domum benè potus, seroque redieram; tamen id caput, vbi controuersia hæc est, notaui, & descriptum tibi misi, vt scires id, quod tu neminem sensisse dicebas, S. Aelium, M. Manilium, M. Brutum sensisse, ego tamen Scæuolæ, & Testæ assentior.* Hæc Cicero. Desideratur quid S. Aelius Manilius, & Brutus contra Scæuolam, Testamque senserint. Neque id exposuit Cicero. Credendum tamen est existimasse hæredem furti agere posse; illudquè Scæuolam, & Testam negasse, vt etiam suspicatur Ræuar. *Var. siuè de iur. ambig. lib* 3. *cap.* 8. Post vero dictam *l. 1. de priu. delic.* id nemo negat, vt probant Mysing. 6. *ex maleficijs instit. de actio. num.* 14 *Io de Platea. §. fin. instit. eod. Far de fur. q.* 165. *num.* 27. *circa fin. vers. ibi etiam Mysing.*

34 Declara septimo delictum hoc furti adeò esse exosum, vt omni iure prohibitum legatur quemadmodum scribit *Catal. de indul. cap.* 35. *num.* 12. *Burg. de mod. proced. ex. abrup q.* 23. *num.* 88.

De eodem crimine Rabanus *super Matth.* 16. *illis verbis: Esuriui, & non dedisti mihi manducare;* dixit: *Quid recipiet, qui aliena tulit si semper ardebit, qui sua non dedit?* In huius delicti odium recessum fuit etiam à communibus regulis. Textus *est in l. si quis seruo. C. de fur. & ser. corrup.* Iustinianus ait: *Si quis seruo alieno suaserit, vt aliquam rem Domini sui surriperet, & ad se deferret; seruus autem hoc Domino manifestauerit, & Domino concedente, res eius ad iniquum huiusmodi suasionis auctorem pertulerit, & ipse inuentus fuerit non detinens, quali teneatur actione is, qui res suscepit, vtrumnè pro occasione furti, an pro seruo corrupto, quia eum corrumpere voluerit; Annon solum furti, sed etiam serui corrupti is obligetur, veteres dubitauerunt. Nobis itaque eorum altercationes decidentibus placuit non solum furti actionem, sed etiam serui corrupti contra eum dari.*

35 De furti licentia, quæ suo æuo grassabatur conquestus est Cato: In Orat. de præda militibus diuidanda; in qua dixit fures priuatorum furtorum in neruo, atq. compedibus ætatem agere, fures publicos in auro. Ita refert *Gellius Noct. Attic. lib.* 11. *cap. fin.* Huc respexit ille, qui Syllæ iactanti sese, dixisse legitur: Qui vir bonus esse potes, qui tantas possideas opes, cum à Patre tibi nihil sit relictum? vt refert Plutarchus *In eius vita*. Dixit quoque Plato. *de leg lib* 5. verum esse quod vulgò dicimus; Admodum diuites non esse bonos. Hinc est, quod plerumquè formatur processus contra eos, qui ex nihilo citò cumularunt diuitias, præsertim si gesserint officium, in quo per sordes, vel malas arte vitijs, & diuitijs incùbentes, potuerint eas acquirere.

E contra verò Valerius Maximus *lib.* 8. *cap* 2. *in*
36 *fin.* laudat seueritatem sui sæculi, quo minima quoque in eo genere sic puniebantur, vt quidam furti damnatus fuerit, quod equo, cuius vsus illi Ariciam concessus fuerat, vlterius eius municipij cliuo vsus esset. Quod etiam conforme est text. *in §. furtum autem in fin. Instit. de oblig. quæ ex delicto nasc. & l. qui iumenta. & ibi glos. ff. de fur.* vbi dicitur: *Qui iumenta sibi commodata longius duxerit, aliouè modo inuito Domino vsus fuerit, furtum facit. Far. q.* 169. *nu.* 6.

Declara octauo, quoad pœnas impositas pro furto illas varias fuisse pro varietate gentium, & locorum, vt habetur apud A. Gellium *lib.* 11. *cap. fin.* Et apud Doctores de hac materia scribentes. Quænam fuerint imposita à lege XII Tabul. dicturi sumus infra. *Tit. de Relaxat. gratios. §.* 15. *cap.* 3. *num.* 10. Quæ verò impositæ sint Romæ, legitur in bannimentis Gubernatoris. *cap.* 35. 36. 37. 38. 45. & 48.

Bannimenta Gubernatoris imponentis certam
38 pœnam pro furtis; intelliguntur de proprijs. Quod fuit seruatum in Curia eiusdem D. Gubernatoris anno 1648. in causa cuiusdam Panarelli qui iteratis vicibus petierat à quamplurimis commodari bona nomine amici, vel propinqui illorum, à quibus petebat, & postmodum illa in vsus proprios conuertebat. Licet autem ex multiplicitate, & summa furtorum intraret vigore dictorum bannimentorum pœna mortis; fuit tamen transmissus ad triremes, quia dicta furta non erant propriè furta, sed impropriè. Sciant fures illi, præsertim qui Hydragyro sunt furatiores, licet quandoque effugerint pœnas, non tamen eodem modo semper illis successurum. *Nulli enim,* vt rectè Seneca. *epist.* 75.
39 monet *cui rapina fœliciter, successit gaudium rapti durauit imposterum*. Inspexit, etsi serò Iuppiter

Dipthe-

Diptheram, & reperit Deus nocentem.

40 Quoniam verò de rapina facta est mentio, non omittam Rapinam esse furtum cum violentia, ac proinde maiorem furto, & grauius puniri. *Bald in l.3.num.* 10. *C. de Sacros. Eccles.* vnde appellatur Furtum improbissimum. *glos. in l. lite. C ex quibus*

41 *caus. infam. irrog.* Nec reticendum est statutum loquens de furtis, locum non habere in rapina.

42 *Dec. conf. 669. num. 9. vbi citat Bald in d. l lite C ex quib. caus. inf. irrog.*

43 Declara nono, vt præter pœnas corporales de quibus supra, condemnatus de furto, siue manifesto, siue non manifesto, efficiatur ipso Iure Infamis, licet condemnatus de facto appellauerit.

44 *l furti. & ibi Castr. nu. 1. ff. de infam.* manifestum autem dicitur furtum non ratione furti, quod fit occultè, inscio, & inuito domino, sed ratione furis, qui deprehenditur cũ re furata, *Bald. in l. non ideò minus. num. 11. vers. non obstat. C. de accus. l si quis in seruitute. & l. quamvis. ff de fur.*

45 Eccè quàm dispares sunt nationum mores: diximus condemnatum de furto effici ipso iure infamem. Apud Lacedæmones sobrios illos & bellica gloria florentes viros, non pauci, qui de ipsorum moribus scripserunt, ius fuisse furandi dicunt, eoque vsam iuuentutem, non ob turpia lucra, neque vt sumptus vel opes pararent, sed ad exercitium, & ad disciplinam militarem, eo quod furandi furto non manifesto sollertia & assuetudo acueret obfirmaretque animos Adolescentium, & ad insidiarum astus, & ad vigiliarum tolerantiam, & obrependi celeritatem. *Leoncill. in tract. in scrip. Paupertatis opes. par. 2. princ. 362. num. 69.* vbi dicit è contra apud Scythas, quibus non fuit vllum scelus furto grauius. Quid enim inter syluas superesset, si furari liceret, inquit Petrar. *de remed. vtriusque fort. dial.* 60.

Hæc de latissima furtorum materia perstrinxi. Ad aliud furto proximum eiusque pœnam procedo,

CAPVT IV.

De pœna lusoribus imposita.

SVMMARIVM.

1 *Ludus res ambigua.*
2 *Ludus malum damnosum.*
3 *Ludi materiam, quinam tractarunt, damnaque ex eo prouenientia explicarunt.*
4 *Ludi origo tribuitur militi Troiano.*
5 *Ludi mentio videtur extare Exodi 34. & Genesi 16.*
6 *Aleatores, & latrones inter illiberales ab Aristotele censentur. Eorum, conuenientia, & differentia ex eodem.*
7 *Alearum lusum Cato Censorius interdixit Pueris, cur.*
8 *Ludi mala, vultus iracundia, ac mærore obsitus, lingua confusis clamoribus efferata.*
9 *Ludum sectantes inopes, egeni, ac nudi.*
10 *Lusoribus nulla conceditur à legibus potestas vindicandi iniurias mutuo illatas neque damna reparandi.*
11 *Lusores abhominabiles habentur iuxta leges etiam si iustis, & idoneis aleis vtantur.*
12 *Lusores, vt abhominationem legibus inductam vitarent, vocabantur Tessararij.*
13 *Lusorum Contractus facti inter ludendum nulli.*
14 *Lusor vendens in ludo non tenetur de euictione, nec perdens tenetur soluere*
15 *Lusores fraude vtentes, & aleis falsis puniuntur de furto, & falso: & quod acquirant, tenentur restituere.*
16 *Lusores fraude vtentes, & falsis aleis dicuntur teneri crimine stellionatus, cur.*
17 *Alearum lusus non solum vetitus, sed omnis etiam alius, in quo non potest deesse Cupiditas.*
18 *Lusus alius, quam alearum extraordinarie, & ad arbitrium Iudicis puniendus. cur?*
19 *Pecunia nè malè insumantur in suo territorio Iudicis est curare.*
20 *Ludi vetiti actio, & punitio durat perpetuo, vel certè ad quinquaginta annos.*
21 *Pecuniæ deperdita in lusu, quando in pauperes distribuenda.*
22 *Lusor à fisco potest ex officio conueniri pro pecunijs malè partis in ludo.*
23 *Lusoribus suadendum, non iniungendum, nisi fraus interuenerit, vt pecunias ludo acquisitas victo restituant.*
24 *Lusoribus suppeditantes aleas puniendi.*
25 *Ludum domi habens, non potest pecuniam in alearum ludo mutuò datam reposcere, cur.*
26 *Ludo, qui domum accommodauerit, pœna amissionis domus punitur.*
27 *Lusoribus pœnæ imposita in Vrbe bannimentis Gubernatoris, & decretis Visita.*
28 *Lusoribus imposita a Visita pœna triremium, amissio pecuniarum, carceratio, comminatio fustigationis.*
29 *Ludus probibitus carceratis ante relaxationem à Visita.*
30 *Lusus, qui probibiti Bannimentis Gubernatoris.*
31 *Ludum, seu Baretteriam tenens mulier, An comprehendatur in bannimentis Gubernatoris.*
32 *Lusoribus pœna comminata sæpè exilium, & merito.*
33 *Lusus omnibus probibuit Carolus Septimus Rex Francorum.*
34 *Lusus adeò abhominabilis, vt spectantes, & astantes puniendi ex varijs legibus, & bannimentis Gubernatoris, cur?*
35 *Carcerati pro lusu facile excarcerantur, & gratis quoad executores, nec sunt ponendi in secretis.*
36 *Lusus, quando vtilis, & permittendus.*
37 *Lusus otium industriæ & studio contrarium.*
38 *Scipio, & Lelius varias in littoribus Conchas legebant.*
39 *Scæuola optimè pila lusisse traditur: aleuo quoque & calculis vacauit.*
40 *Socrates in arundine cum filiolis lusit.*
41 *Homerus Achillis manibus fides aptauit; cur.*
42 *Lusu Theodoricus Rex ad recreandum animum quomodo vsus.*
43 *Alearum fabricatio Romæ rectè permittitur.*
44 *Gabellam septem millium scutorum impositam*

pro

pro alsis lusorijs assignauit Sixtus Quintus, partim ad alendos Pauperes, partim ad redimendos captiuos apud Infideles.

45 *Aleas alibi factas Romam portare vanales vetitum.*

46 *Aleas alibi fabricatas Romam portantes tempore Scâis Vacantis Visita liberauit.*

47 *Alearum, & taxillorum lusus etiam animi gratia probibitus carceratis.*

48 *Lusum, cuique, etiam carceratis licitum Petrarcha docet.*

1 AMbigua res est ludus: si bénè vtaris, vtile; si malè, perniciosum. Quæ damna pariat, deinde quibus pœnis castigetur, postremo quando vtilis, & legibus permissum videndum est.

2 Si quis animo diligenter reuoluat, non inueniet fortasse damnosius malum inter varias & reprobatas illecebras Ludo, præsertim alearum, &
3 taxillorum. De hac materia *cap. Clerici. de vit. & honest Cleric. & ibi glos. in ver. ad aleas. l. alearum vsus. C. de relig. & sump. funer.* De ea scripserunt *Angel. Aret. de malef. in glos. super ver. mettlore de malidati Troil. Maluet. de sortibus num. 6. fol. 143. Paris à Put in suo aureo tract. in materia ludi. Caccialup. de lud. & alea lus. Steph. Constant. de lud.* Hos poterit legere, qui voluerit exactè, accurateque de damnis ludi edoceri. Non abs re nos facturos existimamus, si paulo diffusius disseramus: cum hoc vitio, plærique hominum, maximè adolescentes, illaqueari consueuerint. Quam enim vorax sit alea, ac alij quamplures ludi, bonisque moribus inimica multorum id proditum est testimonijs, & nos, proh dolor! ipsis oculis intuemur.

4 Ludi origo tribuitur militi Troiano, vt testatur Constitutio Græca, quæ ante Romam conditam fuisse traditur. Imò vt refert Vgosius, fuit tempore belli Troiani. Quanto autem antiquius, tanto est detestabilis, omnique conatu enitendum, vt tollatur, cum difficilius euellantur, quæ iam altiores radices egerunt.

5 De malo ludi habetur *Exod. 34.* vbi dicitur: *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* De hoc etiam potest intelligi, quod habetur *Genes. 16.* vidit Sara Ismaelem *ludentem cum Isaac, & eum decipientem.* Hoc ingens ludi ma-
6 lum detestatus Aristoteles 4. *Ethic. cap. . prop. fin.* dicit Aleatorem, & furem esse inter illiberales censendos, eo quod turpi lucro dediti sint, cum hoc tamen discrimine, quod latrones ab externis etiam cum vitæ periculo, lusores ab amicis, quibus dare deberent, absque omni formidine accipiant. Certè illa tria præcepta legis, & iustitiæ non obseruant; scilicet honestè viuere, alterum non lædere, & ius suum vnicuique tribuere, vt refert Iodocus, *In sua praxi crim. cap. 128. num 20. 21. & 23.*

7 Incommoda, quæ ex huiusmodi lusibus nascuntur, antiqui Romani præuiderunt, atquè inter cæteros Cato Censorius; qui legitur Pueris alearum vsum interdixisse, sperans ipsos in virili ætate à corruptis moribus longius abfuturos, si iuuentutem aleis nunquam contaminassent.

8 Quis enim ingenuus, imo etiam quis homo, delectari queat eo genere ludi, in quo nihil humanum sit: vultus iracundia, ac mærore oblitus, lingua confusis clamoribus efferata, nec iam humana; nullius decor morum, nulla modestia verborum, nulla erga homines reuerentia, nulla ergà Deum pietas, sed iurgia, rancores, doli, periuria, rapina, vulnera homicidia? *l. alearum vsus. C. de relig. & sump fun.* vnde Horatius *Epist. ad Mæcenat.*

,, *Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram.*
,, *Ira truces inimicitias, & lugubre bellum.*

9 Postea quid magis mirandum, quam, quod veteri prouerbio dicitur, verumque esse quotidiana experientia compertum est, omnes huiusmodi Ludi magistros nudos, inopes, & egenos esse? quæ omnia perstrinxit *Ouidius lib. 3. de Art. amandi.*

,, *Sed minimus labor est sapienter ictibus vti,*
,, *Maius opus mores composuisse suos.*
,, *Tunc sumus incauti, studioque aperimur in ipso,*
,, *Nudaque per lusus pectora nostra patent.*
,, *Ira subit (deforme malum) lucrique cupido,*
,, *Iurgiaque, & rixæ, solicitusque dolor.*
,, *Crimina dicuntur, resonat clamoribus æther,*
,, *Inuocat iratos & sibi quisque Deos.*

Quod mirum igitur, si iura omnia contra lusores tàm Reipublicæ perniciosos clament, eosque tot afficiant pœnis? quod est alterum Caput, de quo dicere proposui. Itaque exponendæ sunt multiplices pœnæ, quibus puniuntur; eas, certis declarationibus comprehensas repræsentabimus.

10 Declara primo, vt nullam potestatem lusoribus faciant leges ab se mutuò iniuriarum illatarū, aut quorumuis etiam damnorum vindictam, aut reparationem requirendi. *l. 1. ff. de alea lus & aleator.* Imò abhominabiles habeantur, etiamsi iustis aleis, ac idoneis vtantur. *l. alearum vsus. & ibi notatur. C. de Epis. & Cler. Auth. de Sanct. Epis §. interdicimus. col. 9. Constit. fin.* quam abhominationem
12 nunnulli declinare cupientes, *non aleatores* se vocari, sed *Tessararios* volebant, vt refert Ammianus Marcellinus, quos ipse inter se tantum differre existimat, quantum *fures, & latrones.*

13 Declara secundo, vt etiam de iure communi omnes contractus in ludo, venditionis, emptionis, locationis, conductionis, mutui, permutationis, transactionis, & similes nulli sint, irriti, & inualidi. *Bart. in l. si quis cum sciret, in fin. ff. de vsu cap. pro emp.*

14 Declara tertio, vt lusor vendens in ludo multo minus teneatur Emptori de euictione; nec etiam perdens victori teneatur soluere; quia ambo simul delinquunt. *l. si filio familias. §. si in alea. ff. quar. rer. act. non dat. DD. in cit. l. si quis cum sciret. ff. de vsu cap. pro emp.*

15 Declara quarto, vt quæ dicta sunt, locum habeant dum taxat, si in ludo non interueniant dolus, seu fraus. Nam in fraudulentis lusoribus, seù in eis, qui falsis aleis ludunt, res aliter se habet. Hi enim, qui ludunt, & fallunt, duplex crimen committunt, Furti, & Falsi: Falsi; quia re falsa vtuntur. *arg. l. arbitrio. §. de eo, & quod ibi notatur per DD. ff de dol.* Furti; quia nihil interest inter lucrum dolosum, & lucrum furtiuum. In neutro enim licet pecuniam acquisitam, & lucratam sibi tenere & reseruare. *l. falsus. in princ. ff de fur.* dolosū est etiam, si semper iudicat in ludo contra extraneum cum ipsis ludentem. *Odofred. in l. 2. ff. de alea lus. & aleat. & Hostien. cap. quorundam. 34. distinct.* Quo

circa

circa talis falsus, seu dolosus lusor duplici quoque pœna plectendus est, & vt Falsarius, & vt Fur, ad 16 arbitrium Iudicis, semper eum restitutione eiusdem falsi lucri aleis falsis comparati, quod vincentis semper sit turpitudo. Bar. *in l. quod exta'di. C. de condit. ob turp. caus.* teneturque crimine Stellionatus, cum certum criminis nomen non sit constitutum. *l. 3. ff. de crim. Stellion.*

17 Declara quinto, vt non solum lusus alearum, sed omnis alius lusus sit vetitus, in quo non potest deesse cupiditas. Ex quo videmus multos ex rerum omnium affluentia ad summam egestatem, ex lætitia ad luctum, & squallorem, ex gloria ad ignominiam, ex pietate ad flagitia, ex fide, & iustitia ad 18 furta, & rapinas prolabi. Vnde sit vt omnis eiusmodi lusus puniendus sit extraordinariè, aut aliter, secundum Iudicis arbitrium prouidendum, vbi de iure pœna ordinaria expressa non legatur. Iudicis enim est curare, ne in suo territorio sint, qui pecuniam, qua Reipub. prodesse possent, malè insumãt, 19 & profundant, aut certè inutiliter abutantur. *l. illicitas. ff. de offic. præsid. l. si cum dotem. §. si vero dotem ita eum dissipare. ff. sol. mat.*

20 Declara sexto, vt actio, & punitio prædicta de vetito ludo duret perpetuo saltem vsque ad quinquaginta annos, & quando scitur, cui facienda sit restitutio, illi fieri conueniat. *l. alearum vsus. C. de relig. & sump. fun. & ibi not. per Bald.*

21 Declara septimo, vt si nec lusor, nec hæredes illius noti essent, vel repetere nollent pecunias deperditas, sint distribuendæ in pauperes. *cap. qui habetit. & cap. non sane. 14. quæst. 5.* nisi tamen Fiscus 22 eas prætendat sibi adiudicari debere. Cum enim in omni crimine malè partarum opum hæredem se constituat, contra aleatorem ex officio agere poterit, & perditas opes cum mulcta debita reposcere. *d. l. alearum vsus.* ibi: *In opus publicum conuertatur. C. de relig. & sump. fun.*

23 Declara octauo, vt propterea expediat persuadere præfatis lusoribus, qui tamen rarò ludo ditari solent, vt pecunias ludo acquisitas victo restituant, vel saltem largas faciant eleemosynas. Non est tamen id eis iniungendum, quasi de necessitate salutis. Peccant enim contra Caritatem, non contra iustitiam, quotiescumque cessat dolus, & fraus. Si enim hæc interuenerint, restituere tenentur, nisi velint æternæ salutis iacturam pati.

24 Declara nono, vt etiam puniendi sint, quicumque ad ludos vetitos homines pelliciunt, suppeditando illis abacos, aleas, cæteraq. ad id negotium facientia, quibus homines, præsertim iuuenes, ad hoc, vt ad alia mala, proni, citò perducuntur. *l. fin. §. melius enim. C. de bon. quæ liber.* Ludum enim tenentes, & lusores suscipientes, causa sunt multorum scelerum inde emergentium, blasphemiæ, periurij, furti, sacrilegij, homicidij, depauperationũ, necnon complurium, de quibus, & supra egimus, & dicta *l. alearum vsus. C. de relig. & sump. fun.* mentionem facit, & ipsamet experientia docet.

25 Declara decimo, vt hinc consequatur non solum ludentem, sed etiam ludum retinentem pecuniam in alearum ludo mutuatam reposcere non posse, eo quod mutuando alteri criminis occasionem dederit. *Glos. ordin. in l. 1. in princ. & in l. fin. in glos. ver. acceperit pecuniam. ff. de alea lut. & aleat.* Habetur enim, tam ludens, quam receptator ludi velut hostis, ac pestis Reipublicæ, cum cupiat, ac cooperetur, vt homines ludant, fiantq. pauperes, & mali, vt prudenter aduertit Iodocus *cit. prax. crim. d. cap. 128. sub num. 11.*

26 Declara vndecimo, vt quicumque domum accommodauerit pro ludo, pœna amissionis domus puniatur. *d. l. alearum*, Ibi: *Domibus eorum publicatis. C. de relig. & sumpt. fun.* Cum hac dispositione iuris communis concordant quoque bannimenta generalia Gubernatoris, in quibus inter cætera imponitur pœna amissionis domus, in qua luditur, *num. 69.*

27 Declara duodecimo vltra pœnas à iure communi, & Gubernatore Vrbis constitutas, extare etiam alias municipales Ciuitatum, & locorum proprias, quæ visæ sunt statuentibus conuenire locis sibi subiectis. Nos eas, quæ Romæ impositæ fuerunt, & in vsu sunt sum vigore bannimentorum, tum vigore decretorum ipsius Visitæ referemus.

28 Etenim in ludorum materia etiam emanarunt decreta Visitæ, vt ex ijs, quæ subiungemus, manifestum erit. 1537. 5. Maij. Sab. *Dominica hospitissa ad Pontem Xystum. Quatenus de cætero permiserit ibi fieri barctteriam, vel ludum, cuiuscumque generis, & quatenus prohibere non possit, teneatur statim denunciare Curiæ: & quoad carceratos videlicet N. N. Visita pro hac vice remittit, cum comminatione, quod si vlterius luserint, mittantur ad triremes.* * 1549. 17. Aug. Capit. *Non capiantur lusores, nisi tenentes barctteriam publicam in eorum domibus, alÿs vero auferantur pecunia.* * 1545. 5. Nouemb. Sab. *Benasutus Vascellarius. Restitutis pannis carnifici relaxetur, & sub pœna triremium non ludat amplius.* * 1563. 14. Octob. Nonæ. *Matthæus Bononiensis. Relaxetur gratis cum comminatione sibi facta, quod in posterum nõ debeat tenere ludum, neque ludere in sua habitatione sub pœna triremium, & se obligare ad ita obseruandum, prout se obligauit.* Pro ludo absque baretteria antiquis temporibus deuentum est ad carcerationem lusorum à Iudicibus ordinarijs, vt colligitur ex decretis. 1542. 21. Octob. Sab. *Matthæus Molendinarius, & alÿ pro ludo. Relaxentur attento carcere, & pecunia ablata sint pro executione.* * 1538. 11. Ian. Capit. *Marinus, & Ioannes relaxentur sub comminatione pœna fustigationis, si fuerint vlterius reperti ludere.*

29 Et carceratis ob aliam causam solitis ludere ante relaxationem prohibitus fuit à Visita ludus. 1557. 5. Maij. Sabell. *Raphael Faberlignarius. Quo ad Diamantem Florentinam restituantur bona, aliàs non exeat; quoad alium facta obligatione &c. & si repericatur illum ludere ad ludum cuiuscumque generis, amittat beneficium huius decreti.* * 1548. 12. Iul. Capit. *Ioannes Antonius pro debito exeati. Soluat infra dec. dies, aliàs fustigetur; & si repertus fuerit ludere, mittatur ad triremes ad terrorem.* * 1577. 12. Aug. Nonæ. *Bacius. Domini remiserunt ei bannum data cautione de se abstinendo à ludo chartarum sub pœna sententiam scutorum.*

30 Declara decimotertio, vt nostris temporibus vigeant bannimenta Gubernatoris, quæ *num. 69.* disponunt in hunc modum: *Che nessuno ardisca di giocare à giochi prohibiti, ne tenere alcuna sorte di baret-*

barettaria, giochi, biscaccie publiche, o secrete, ne far giocare in alcun luogo il gioco detto della ventura, o riffa, ne giocare à carte nell'hosterie, piazze, o strade publiche, ne in casa de' meretrici sotto pena di tre tratti di corda per ciascuno, & al biscacciero della Galera per sette anni, Riseruandosi l'arbitrio di dichiarare quale s'intenda Biscaccia, o Barratteria considerata la qualità d'esse persone luogo, e modo di giocare. Occasione prohibitionis tenendi Baretteriam fuit annis proximè elapsis carcerata in carceribus Curiæ de Sabell. Margherita, quæ de partibus longinquis venerat, occasione filij, cuius hæreditate acceptata continuauit ludos domi fieri solitos viuente filio. Illius Procuratores allegabant ignorantiam bannimentorum in muliere, & quod ad peius non comprehendebant fœminas, cum in pœnalibus masculinum non concipiat fęmininum. Procurator tamen Fiscalis obtinuit condemnari in pœnam scutorum vigintiquinque, quia prohibitum est de iure tenere lusores domi, *l. fin. comodis. C. de Religiosis*, & quia indebitè ex ludo acquisita spectãt ad Fiscum, vt supra diximus.

31 Decimoquarto, vt frequentior pœna, quæ comminatur lusoribus, sit exilium. 1612. 20. Mart. Sab. *Paulus. Iniuncto precepto de amplius non ludendo, prout fuit iniunctum, relaxetur gratis.* Digna sa-32 nè pœna lusoribus exilium. Sunt huiusmodi homines, quantum in arte meliores, tanto, vt dixit Seneca, nequiores, inutilia pondera terræ, quos Romana seueritas nunquam passa est Rempublicam suam inquinare, sed eos absq; dissimulatione è Ciuitatibus, vt membra inutilia, immo perniciosa expulit. Hoc Romanorum exemplum imitatus 33 Rex Francorum Carolus VII. *in suis diplomatib. anni* 1539. omne genus ludorum prohibuit, quod nulli corporali exercitio, vel ad nobilium Palæstrã exercendam, vel ad defensionem Regni est institutum, pœnamq. indixit quadraginta solidorum Parisiensium pro suo fisco, quoties reperti fuissent huiusmodi ludos tractare, vt testatur Iodocus *in sua praxi crim. cap.* 128. *num.* 28. *lib.* 1.

34 Declara decimoquinto adeo abhominabilem existimati ludum, vt etiam astantes, & spectatores, qui non ludunt, sint puniendi tanquam principales lusores. *d. l. alearum. C. de relig. & sump. fun. auth. interdicimus. C. de Episc. & Cler.* Merito enim vetitum est omnibus tempus terere vetitorũ ludorum inspectione. Prætequam quod ex frequenti inspectione, plerique aleatores euadant: Non est itaque nimis rigorosum bãnimentum Gubernatoris, dum impositis pęnis lusoribus *d. num.* 69. subiungit: *Nella qual pena incorrino anco quelli, che staranno à vedere, ancorche potessero allegare, che fossero semplici spettatori, o a caso arriuati in detti giochi.*

35 Declara decimosexto, vt carcerati pro ludo facilè excarcerentur gratis, saltem quoad executores, ad quos spectant pecuniæ ablatæ in ludo; vt fit cum captis pro ense, quia ensis spectat pariter ad executores, & sicut hi non ponuntur in secretis carceribus, ita neque illi ponendi sunt.

36 Reliquum iam est, vt explicemus, quando vtile sit & permissum ludere; quod erat postremum, de quo ab initio nos acturos polliciti sumus. Dicendũ itaque est lusus, de quibus egimus turpes censeri ratione effectuum; & malorum ex ipsis prouenientium, quæ sunt quamplurima, vt supra diximus. Imò vero turpes fortassis ideo existimari possunt, quod omnia fortuitò, & ex improuiso accidentia mentem humanam non mediocriter perturbare soleant, præsertim nonnullorum hominum rationis vsu penè carentium: Quapropter è conuerso lusus non prorsus interdicuntur viris honestis, animi gratia, & recreationis causa, si cupiditas, & auaritia absit à ludentibus, nec immisceatur fraus, dolus, maledicta in Deum, vel Sanctos, aut aliud genus peccati; exponaturq; exigua pecunia, secundum qualitatem personarum tempore, & loco solitis, congruis & honestis. *d. l. alearum vsus ver. sed nemini permittimus. C. de relig. & sump. fun. l. solet. §. 1. & l. quod in conuiuio. ff. de aleat. & vtrobique* 37 *per glos. & scribentes.* Hoc est enim otium industrix, & maximè studio contrarium, non quo euanescit virtus, sed quo reparatur, vt viri strenui tempestiua laboris intermissione ad laborandum 38 fiant vegetiores. Ita primi illi se exercebant Scipio, & Lælius: Caietæ & Laurenti vagas littoribus conchulas, & vmblicos lectitasse referunt M. Tull. *de Orat. lib* 2. *Horat. lib.* 2. *sat.* 1. *Valer. Max. lib.* 8. *cap.* 8. idque se L. Crassus ex socero suo. Q. Scæuola, qui gener Lælij fuit, audiuisse sæpenumero prædicauit. Scęuola autem quietæ remissionis 39 eorum certissimus testis optimè pila lusisse traditur; ad quod diuerticulum animum suum forẽsibus ministerijs fatigatum transferre solebat. Aluco quoque, & calculis vacasse interdum dicitur cum benè ac diu iura Ciuium, ac ceremonias Deorum ordinasset. Vt enim in rebus serijs Scæuolam ita, & in leuiseulis, ac ludicris hominem agebat, quẽ rerum natura continui laboris patientem esse non sinit, vt Valerius Maximus scribit. Idque prospexit etiam ille, cui nulla pars sapientiæ obscura fuit, Socrates, qui in arundine cum filiolis ludens ab Al-40 cibiade visus est. Homerus quoque summi ingenij 41 poeta non aliud sensit vehementissimis Achillis manibus fides aptando, nisi, vt earum militare robur leni pacis studio relaxandum esse doceret.

Sed missis antiquis vnum referamus pro cunctis desumptum ex Sidonio Apollinari. *lib.* 1 *epist.* 2. 42 *ad Agricolam.* de Theodorico Rege Gothorum ex quo habebunt singuli, prout quoslibet tangit, quod in ludo imitentur. Verba ipsius Sidonij afferam, eo quod plus nescio quid insinuent, quam exprimant. *Quibus horis viro*, de Rege Theodorico loquitur, *tabula cordi est, tesseras colligit rapidè, inspicit sollicitè, voluit argute, mittit instanter, ioculariter compellat, patienter expectat. In bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutris irascitur, in vtrisque philosophatur. Secundas fastidit, vel timere, vel facere, quarũ opportunitates spernit oblatas, transit oppositas, sine motu euaditur, sine colludio euadit. Putes illum, & in calculis arma tractare, sola est illi cura vincendi: Cum ludendum est regiam sequestrat, tantisper seueritatem, hortatur ad ludendum libertatem, communionemq. Dicam, quod sentio, timet timeri, denique oblectatur commotione superati, & tunc demum sibi credit cessisse collegam, cum fidem fecerit victoria sua bilis aliena. Quodque mirere, sæpe illa lætitia minimis occasionibus veniens ingentium negociorum merita* for-

fortunat. Tue petitionibus diu ante per Patronorũ naufragia iactatis absolutionis subita portus aperitur. Tunc ego etiam aliquid obsecraturus faeliciter vincor, quando mihi ad hoc tabula perit, vt causa saluetur.

43 Non est ergo mirum, si Romæ, & in Statu Ecclesiastico permittatur fabricatio alearum, sed potius laudanda pietas digna fæl. record. Sixto V. qui Gabellam, seu Datium super aleis lusorijs imposuit ad scuta septem millia monetæ circiter annuatim ascendens, quod pro rata scutorum quatuor millium assignauit in partem victus pauperum mendicantium Hospitalis Sancti Sixti ab eo erecti, vt vt in eius Bulla. *Postulat ratio. edita anno* 1588. *octauo Idus Septembris.* Et aliam partem scutorum trium millium concessit Venerabili Archiconfraternitati Confalonis nuncupatæ, vt deseruiret, præter alios eiusdem Archicõfraternitas redditus pro Redemptione Captiuorum, ditioni S.R.E. subiectorũ, è manibus Infidelium.

44

45 Præfatæ Gabellæ, seu Datij occasione prohibitũ est aleas alibi confectas Romam introducere, ac multo magis vendere, & pęnæ particulares constitutæ contra inobedientes, qui proinde frequenter ad instantiam conductorum Gabellæ prædictæ carceribus mancipantur.

46 Quia vero tempore Sedis Vacãtis propter multitudinem militum, etiam exterorum, & aliarum diuersarum nationum, ignorantium Vrbis bannimenta & prohibitionem, frequẽtes contrauentiones succedunt, visi fuerunt Sacræ Visitæ contrauenientes, quoad aleas, venia digni, ideoque emanauit generale Sacræ Visitæ decretum. 1591. 14. Mart. Sab. *Omnes, qui vendiderunt aleas tempore Sedis Vacantis Domini mandarunt non molestari pro pœnis per eos incursis, restitui pignora in executione capta, necnon impensas per executores ablatas pro eorum mercede executionis, & intimari Appaltatoribus in vim memorialis Domino Gubernatori directi, & ad eumdem Dominum Gubernatorem.*

47 Limita vt ludendi licentia etiam animi relaxãdi gratia non procedat quoad carceratos. Simpliciter enim illis prohibẽtur ludi, tũ ratione loci, qui habetur tanquam sacer; tum ratione personarũ, plerumque facinorosarum, super quo emanauit antiquitus decretum Visitæ. 1574. 24. Ian. Nonæ. *Domini decreuerunt, quod carcerati in quibuscumque carceribus, tam de præsenti, quam in futurum carcerandi, non audeant, nec præsumant aliquo quouis tempore ludere chartis, nec taxillis, nec alijs quibusuis ludis illicitis sub trium ictuum, & alijs arbitrio Domini Gubernatoris pœnis imponendis, quodque Capitanei, seu Custodes teneantur notificare id Gubernatori, seu Iudicibus sub eisdem pœnis.* Emanarunt postmodum etiam Constitutiones, bannimenta, & decreta particularia super eadem materia, de quibus supra.

48 Prohibet l. Cornelia *de lusu*, ne quis in pecuniam ludat, sponsionemue in ludo, nisi qui corporis exercendi causa susceptus esset, faceret, veluti hastam, iaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando. *ff. de aleat.* Petrarcha autem *l. 1. dial. 26.* modum docet ludendi, quo omnes etiam carcerati pro cuiusque ingenio vti poterunt. *Ostendam tibi*, inquit, *si consilio vti voles, generosam, atque honestam aleam, qua olim Authores docti homines vsi sunt, vt festis scilicet diebus in Concilio amicorum quisque de litteris in medium aliquid proferat, non sophisma lubricum, vt isti; sed solidum pro ingenio proferentis ad virtutem, aut beatam vitam pertinens. Dehinc collatione facta sine inuidia, sine ira, qui inferiores doctiorum consilio visi erant, facili quadam mulctentur pecunia. Hæc in philosophicas vertatur cœnas: sic res vna conuiuio sumptum, exercitijs studio, calcare ingenio ministrabit, quod hinc victos excitet, hinc victores. Hoc alea genere, quo antiqui Saturnalia, vos pia festa, & quo illi Atticas, vos Romanas noctes instruere potestis. Habes itaque, Lector, ludum quo & ludere iuuet, & lusisse non pudeat, hoc vtare.*

CAPVT V.

De pœna imponenda solitis delinquere.

SVMMARIVM.

1 *Solitos delinquere quomodo puniendi sint dixerunt plures citati.*
2 *Solitis delinquere pœna grauior imponenda.*
3 *Solitus delinquere, vt quis dicatur, sufficit binus actus.*
4 *Solitus delinquere non dicitur per secundum actũ, qui per triennium à primo actu non deliquit.*
5 *Delinquendi consuetudo nocet reo in condemnando, & in procedendo.*
6 *Solitum delinquere malum esse, est præsumptio Iuris, non Hominis.*
7 *Delinquendi consuetudo si sit circa idem, vel similis generis, delictum nocet Reo, cur.*
8 *Delinquens in pluribus, & diuersis delictis ex interuallo, non est grauius puniendus, sed a pluribus pœnis afficiendus, cur.*
9 *Delinquens in pluribus, & diuersis delictis eodem tempore perpetratis, & ad eumdem finem tendentibus punitur pœna maioris delicti tantum.*
10 *Pœna minor cum maiore confunditur.*
11 *Præsumitur de præterito in præsens, non de præsenti in præteritum, sed oritur tantum suspicio.*
12 *Præsumptio, quæ oritur ex consuetudine delinquendi, non sufficit ad torturam.*
13 *Delinquendi consuetudo adminiculata sufficit pro inferenda tortura.*
14 *Solitus delinquere grauius punitur, si sit maior.*
15 *Minoribus propter iterationem delicti pœna extraordinaria augeri potest.*
16 *Solitus delinquere grauius punitur pro delictis grauibus, & pro furtis etiam non magnis.*
17 *Furtum de sui natura semper reputatur turpe & graue delictum.*
18 *Solitus delinquere præsumitur malus, si sit vel confessus, vel conuictus, vel condemnatus.*
19 *Solitus delinquere punitur grauius, etiam si fuerit punitus ob priora delicta.*
20 *Solitus delinquere punitur grauius, etiamsi ex gratia Principis absolutus fuerit de primo delicto.*

21 *Solitus delinquere punitur grauius etiam si priora delicta fuerint præscripta.*
22 *Solitus delinquere præsumitur malus, etiam si delicta non sint punibilia, vt contra offendentem bannitum.*
23 *Impunitas permissa ex iuris interpretatione offendenti bannitum non facit quin reuera delinquat.*
24 *Impunitas permissa ex statuti dispositione offendendi bannitum operatur, vt non dicatur delinquere, si statutum disponat posse bannitum licitè occidi.*
25 *Delicta non sunt circa ea, quæ licitè fiunt.*
26 *Solitus delinquere punitur grauius, etiam delictis commissis in diuersis Territorijs.*
27 *Delicta extra Territorium commissa cognoscit Iudex non principaliter, sed incidenter.*
28 *Solitus delinquere punitur grauius à Iudice vltimi delicti, non primi.*
29 *Solitus delinquere puniri potest pœna corporali, etiam pro delictis puniendis pœna pecuniaria.*
30 *Potest, dictio affirmatiue prolata non inducit necessitatem.*
31 *Soliti delinquere puniuntur grauius ob iterationem delicti, si pœna ipso iure imponitur.*
32 *Soliti delinquere non semper indigni clementia.*
33 *Soliti delinquere brutis dementiores.*
34 *Solitus delinquere ab Horatio reprehensus.*
35 *Iterum naufragus Neptunum improbe accusat.*
36 *Soliti delinquere grauius puniendi, quia vexatio dat intellectum.*
37 *Insolitos delinquere plarumque sæuiunt Iudices.*

NON est alienum à re nostra, dum tractamus de pœnis imponendis, discutere qua mensura sint infligendę *Solitis delinquere*, qui lutū, vt aiunt, luto purgare non desinunt. Hanc materiam latè examinat Farin, *quæst 23. per tot. Torus vot.93. Danza.tom.2. tit. de frequentia delicti.* Et quia est articulus frequenter contingēs, subiungemus strictim nonnullas conclusiones, quibus adhibitis, poterit etiam is, cui non suppetunt alij libri, reis, prout se offert occasio, patrocinari Multa quidem sunt, ex quibus hæc nobis occurrunt.

2 Conclusio sit, propter reiterationem delicti pœnam esse augendam. *l. 3. C. de Episc. aud. l. capitalium. §. solent. & §. grassatores. iuncto §. famosos. ff de pœn. l. 3. vers. si plures de milit.* Idque communiter à DD. nemine discrepante receptum est. *Spec. §.4. vers. sed pone Iudex. num.5. de contum. Gomez. de delict. Tit. de homicid. cap. 3. num.6. in fin Capoll. in Auth. sed nouo iure. numer 93. de seru. fugit.* vbi dicit, quod ita communiter practicatur: *Et alij, quos allegat, & sequitur Farin. quæst.23. num 1.*

3 Declara primo, quod ad effectum, vt quis dicatur solitus delinquere sufficiat binus actus. *Glos. in cap. ita nos.25.q.2. Bald. nu.5. & Castr. num.7. l. 3. C. de Episc. aud.* Facit, quod dicit Lucas de Pen. *l. 1. C. de super exact. lib. 10. ver. in glos. sæpius. Mascard. de probat. lib.2. conclus.838. num. 11 & 12. Farin. cit. quæst.23. num.16.* vbi hanc dicit communiorem, & quamplures allegat. Si igitur, vt vulgo dicitur, cauendum sit ab eo, qui semel imposuit, quanto magis à solito delinquere? cuius non facile speranda est correctio. Vulpes enim pilum mutant, non mores.

4 Certum tamen est per secundum actum non dici solitum delinquere eum, qui per triennium à primo non commisit delictum. Si enim per dictum tempus benè, & laudabiliter vixit, cessat præsumptio, quod semel malus, iterum præsumitur malus. Textus est *§. sancimus. vers. nequaquam. & ibi Aug. in Auth. de Monac. Ibi.* Triennalis temporis testimonium. *col. 1. cap. insinuatum. de simon. Dyn. de Reg. Iur. semel malus. Et ibi Boer. in add. litter. A, qui allegat plures, & inter cæteros Roman. consil. 235. col.2.* dicentem, quod propter desistentiam ab iniquo viuendi genere, & reuersionem ad bonum, quis fingitur bonus homo. *Alciat. reg.2. præsūpt.7. num. 1. Rolan. cons.63. num.12. & seq. lib. 3. Salyc. l. si minorem. vbi allegat multos post num.2. C. de in Tut. Rest. Clar. §. fin. quæst.21. vers. bene verum est. col.4 num. 1. circa fin. vbi allegat Gram. testantem de communi. Mascard de prob. lib. 1. cōclus.222. num.12. vers. sublimita hanc limitationem.* Nam odor vitæ bonæ triennalis euanescere facit pristinum scandali fætorem. Nec immerito triennium requiritur; sicuti enim nō cito pulli inplumes euolare possunt è nido; ita longo vsu contractæ sordes modico tempore dilui nequaquam possunt.

5 Declara secundo, vt talis delinquendi consuetudo noceat Reo, nedum in condemnando, sed etiam in procedendo. Etenim lex multum præsumit contra eum, qui solitus est delinquere. *l. si cui. § 1. ff. de accus. & in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.* & semel malus semper præsumitur infuturum malus. *Reg. semel malus. vbi glos. & Dyn de reg. Iur. in 6. cap. mādata. & cap. scribam. vbi glos.*
6 *& Doct. de præsumpt. Cacher. decis. Pedem.88. numer.27 Menoch de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 32. num.1. & seqq.* vbi quod hæc est præsumptio iuris, & non hominis. *Farin.* qui multos refert, & dicit communiter receptam. *quæst 23. num.20.*

7 Declara tertio, vt talis delinquendi consuetudo noceat, si sit circa idem, vel similis generis delictū. Eo quod semel malus præsumatur malus in eodem, seu simili genere; secus si sit malus in diuerso genere. *l. si cui. §. 1. de accus. l non omnes. ff de re milit. Ancbar in Reg. semel malus. de reg. iur. in 6. Luc. de Pen l quemadmodū. C. de agri. lib. 11. vers. tertio quæritur. col. pen Bart. in l. Cassius. ff de Senat. circa fin. Gram. decis.25. nu.7. Mascard. de probat. lib.2. conclus. 1003. numer.38. Farin. quæst.23.*
8 *num.39. & seqq.* Hinc est, quod delinquens in pluribus, & diuersis delictis, ex interuallo non sit grauius puniendus, sed bene puniendus pluribus pœnis impositis pro delictis perpetratis. *l. nunquam plura ff. de priuat. delict. Clar. q.84 nu.4. vers. alius est casus. Far. q.22. num.2.* vbi ampliat, & limitat pluribus modis, quia data multiplicatione delictorum, sicut separatim sunt cognoscenda, ne contingat, quod dixit Plinius: *Verebamur, vt ne nos dies, ne nox, ne latera deficerent si tot crimina vno velut fasce complecteremur.* Ita danda est etiam multi-
9 plicatio pœnarum: Secus vero est, si plura delicta fuerint patrata eodem tempore, & ad eumdem finem tendant. Tunc enim delinquens punitur pœna maioris delicti; vt puta si lex, vel statutum punit delationem armorum, insultum,

vulnus

vulnus, singula diuersis pœnis, certè non venit puniendus delinquens omnibus illis pœnis, sed solum pœna, quæ infligi debet pro maiori delicto, scilicet pœna vulneris. *glos. in l. qui de crimine. vers. flumina. C. de accus. Clar. q. 84. numer. 4. & ibi Baiard. num. 26.*

Idem etiam procedit quando plura, & diuersa delicta proueniunt ex diuerso impetu in vna & eadem rixa; tunc non plures pœnæ, sed vna tantum 10 erit infligenda, quæ pro maiori delicto imponitur: minor enim pœna cum maiori confunditur. *l. illud. §. fin. ff. ad l. Aquil. glos. in l. nunquam plura. in ver. ob aliud ad fin. & ibi Ang. in 2. col.* vbi scribit. Ita seruari in toto Orbe. *ff. de priu. del. glos. magna ad fin. l. 1. C. vnde vi. Gomes. in §. ex maleficijs. numer. 12. Instit. de act.* Et optimè probat *Couar. cap. 10 numer. 8. vers. 4. eiusdem actus. & n. vers. 6. bis præmissis. lib. 2. var. Clar. q. 84. num. 5. Farin. q. 22. num. 7. & seq. vbi etiam num. 8.* pro concordia tenentium contrariam opinionem dicit, quod aut lex vel statutum loquitur in personam, imponendo puta simpliciter pœnam vulneranti, vel percutienti; aut loquitur in rem, imponendo puta pœnam pro quolibet vulnere, pro qualibet alapa, pro qualibet percussione. Primo casu currit relata à nobis opinio: Secundo casu procedit contraria, vt imponantur tot pœnæ, quot sunt vulnera. Ita originaliter distinguit Iacobus de Aren. *l. apud. §. conuitium. ff. de iniur.* & communem opinionem dicit Flor. *in l. 4. ad l. Aquil. Couar. var. res. lib. 2. cap. 10. num. 8 vers. 4. præmissa statuto: quos citat & sequitur Farin. cum alijs. num. 8. q. 22.*

11 Declara quarto, vt licet de præterito præsumatur in præsens, vt diximus in præcedenti declaratione, non tamen de præsenti præsumatur fuisse aliquem malum in præteritum, vt bene declarat Alciatus. *de præsum. reg. 2. præsump. 7. num. 30. vers. quarto intellige. Mascard. de prob. lib. 2. conclus. 1003 num. 45. & seq. Far. q. 23. num. 32. vers. lim. 3.* Illud tamen sciendum, quod licet non oriatur præsumptio, oritur tamen aliqua suspicio per text. *in §. fin. in auth. de restit. & ea, quæ parit vndecimo mense. & per l. si qui. C. de adult.* quibus iuribus cauetur quod Vidua fornicatrix præsumatur eadem fuisse marito viuente. *Alciat. reg. 2. præsump. 9 in fin. de præsump. Mascar. concl. 1003. num. 45. Far. q. 23. num. 32. d. vers. 3. limita.*

12 Declara quinto, vt per se sola præsumptio oriens ex consuetudine delinquendi non sit sufficiens ad torturam absque alijs adminiculis *Marsil. in prax. §. diligenter.* qui latè deducit argumenta pro affirmatiua *à num. 99. ad 112. & postea num. 112. vers. contrariam partem credo veriorem. cum pluribus seqq. Blanc. in l. fin. num. 246. vers. difficultas fit. ff. de quæst. Clar. in praxi. § fin. q. 64. nu. 10. vers. sed pone quod res. Mascar. concl. 1003. num. 55. lib. 2.* Vbi infert quod si vnus reperiatur vulneratus à pluri-13 bus in rixa, Iudex poterit deuenire ad torturam contra illum, qui alias simile delictum commisit. Isto enim casu consuetudo delinquendi est adminiculata ab interuentu in rixa. *Far. d. q. 23. num. 22. vers. veritas tamen est.* Vbi dicit ita semper practicari vidisse.

14 Declara sexto ad hoc, vt augeatur pœna, vt supra, requiratur vt delinquens sit maior. In minoribus enim delicta nón aggrauantur ex iteratione, vt sensit Ludon *in dec Lucen. 17. num. 81. Clar. in prax. § fin. q. 60. num. 2.* Isti enim puniri non possunt pœna ordinaria ex quocumque iterato crimine, sed 15 mitius; potest tamen pœna extraordinaria aggrauari propter talem reiterationem. *Hippol. Rim. cõ. sil. 245. num. 3. lib. 3. quem allegat & sequitur Far. q. 23. num. 34. vers. sumus contrarium.*

Declara septimo, vt ita demum procedat grauior pœna in solito delinquere, si delicta sint grauia, non autem leuia, & minima. *Marsil. in sing. 8 in fin. num. 5. Carrer. in pract. crim. tract. de homic. §. circa igitur tertium. Quibus ex quib. pœn. augeatur. num. 11. Far. q. 23. num. 35.* Hæc tamen declaratio 16 non procedit in furtis reiteratis, etiam si minima res furto subtrahatur. Ratio est quia furtum semper de sui natura reputatur turpe, & graue delictũ.

17 *Couar. var. lib 2. cap. 9. nu. 7. Mascar. qui alios adducit concl. 838 num. 6. lib. 2. & alij. quos citat Far. q. 23. num. 4. & num. 35. vers. licet contrarium.*

18 Declara octauo, vt præsumptio hæc, de qua agimus, locum habeat tunc solum, quando quis sit vel confessus vel conuictus, vel condemnatus; alias nõ. *l. ictus fustium. & ibi Bar. & DD. ff. de his, qui not. infam. Carrer. in prax. Tract. de indic. vers. decimũ quartum indicium. nu. 2. & spec. de a duoc. § iuxta. sequitur de Aduocato circa princ.* Pluribus comprobat *Far. q. 23 num 33.*

19 Declara nono procedere etiamsi de primis delictis fuerit punitus. *l. capitalium. §. solent. ff. de pæn. Capol. in authen. sed nouo iure. num. 100. de ser. fug. Clar. § furtum num. 12. vers. quæro etiam.* vbi dicit hoc à consuetudine approbatum. *Mascar. de probat. lib. 4. q. 8 78 num. 13. Far. q. 23. num. 8.*

20 Declara decimo procedere etiãsi quis de primo delicto fuerit ex gratia à Principe absolutus secũdũ communem obseruantiam. *Chassan in consuetud. Burg. rub. 1. §. 5. ver. simplex. numer. 2. Couar. var. lib. 2. cap. 10. num. 2. vers. cæterũ præmissa lege. Menoch. de arb lib. 2. cas. 295. cent. 3. num. 19. Clar. §. furtum. vers. sed quid si. num. 13.* qui DD. licet loquantur in furto, extenditur tamen eorum ratio ad omnia delicta. De omnibus delictis generaliter loquuntur vt supra *Paul. Mercu. cons. crim. diuers. 90. num 2. 31. & seq. vol. 2. Petrus della Porta, & alij quos sequitur Far. q. 23. num. 11.*

21 Declara vndecimo procedere quoque si antiqua delicta sint præscripta. *Bald. in auth. sed nouo iure. col. 2. num. 5. vers. sed dubitatur. vbi etiam Capol. num. 98. in fin. C. de ser. fug. idem Bald. in auth. qui semel. quomodo & quando Iud. vol. 4. num. 18. vers. in glos. paucis. ibi dixerunt. Ias. in l. si idem eum eodem. num. 5. ff. de iurisd. omn. Iud. vers. immo fortius. Clar. in praxi q. 51. vers. unum tamẽ scias.* Vbi testatur de communi *Gomes. de delict. cap. 5. de fur. num. 8. in fin. ver. & idem Far. q. 23. num. 12.*

22 Declara duodecimo procedere præsumptionem etiam si delicta non sint punibilia, vt in offendente bannitum, qui impunè offendi potest. Licet enim iuria interpretatione nõ dicatur delinquere propter impunitatẽ permissam, negari tamẽ nõ potest, quod delinquens non sit. *Bald. in l. 1. num. 3. ver. tertio nota. ff. ne quis cum, qui in ius uocat. Et in l. decuriones. nu. 1. vers. & est argumenta ad quæstionem. vbi etiam Paul. de Castr. num. 4. C. ex quib. caus. in-*

fam. irr og. Oritur enim contra delinquentes spe gratiæ, & impunitatis, non leuis eorum existimationis læsio apud probos viros. *Bal. in l. & 2. ff ne quis eum qui in ius vocan. & in l. decuriones. vbi etiam Paul. de Cast. num. 4. C. ex quib. caus. infam. irrog. Mag. decis. lucen. 41. num. 17 vers. est enim. Et*
24 *num. 18. Far. quæst. 23. num. 15.* Secus tamen est, si statutum non solum diceret posse impunè banni-
25 tum occidi, sed etiam licitè. Quæ enim licitè fiunt, delicta non sunt. *Bal. Castr. & Salic. in dicta l. Decuriones Magon. d. decis. 41. nu. 18 Far. q. 23. nu. 15. vers. vbi in specie.*

26 Declara 13. vt procedat etiamsi delicta commissa fuerint in diuersis Territorijs. Licet enim Iudex non possit congoscere de delictis commissis extra suum territorium principaliter. *l. fin. ff. de iurisd. omn. Iud. Far. quæst. 7. Tit. de inquis.* potest tamen
27 cognoscere incidenter ad aggrauandum pœnam delicti. *Bar. in l. si cui §. fin. in quæst. fin. vbi etiam. Dyn. & Ang num. 4.* qui dicit ita seruari de consuetudine. Et cæteri DD. *ff. de accus. Clar. in praxi. §. fin. quæst. 39. à num. 10 vers. pro complemento. Magon. decis. Lucen. 41. num. 16. par. 1. Gomez. de delic. tit. de fur. cap. 5. num. 8.* vbi etiam, quod hæc declaratio est valde singularis, & notanda in practica. *Far. q. 23. nu. 13.*

28 Porro hæc declaratio procedit solum, quando reus reperitur in manibus Iudicis, in cuius territorio est commissum vltimum delictum, secus si in manibus Iudicis primi delicti. Nam primum delictum non aggrauatur ex subsequentibus secundum communem opinionem. *Gomez. Tit. de fur. cap. 5. nu. 9. vers. sed his non obstantib. paulò ante medium* Decian. *cons. 39. nu 19. & seq. lib. 1.* Cuius contraria defendit Baiard. *in addit. ad Clar. § furtum. nu. 54. & seq. Far. q. 23. nu. 14.*

29 Declara 14. vt in delictis, pro quibus venit imponenda pœna pecuniaria, si sint reiterata, tunc pœna possit augeri ad pœnam corporalem. sed non per hoc torturæ locus est *Farin. q. 42. n. 10.* Considerat tamen Far. *quæst. 23. num. 5.* non necessitatiuè, sed potestatiuè loqui per verbū (*potest*) quod
30 de sua natura affirmat, & probatam necessitatem non inducit. *Bart. in l. 2. §. creditum col. 1. ff. cer. pet. iuncta. l. prætor. in princ. ff. de eden. & l. 1. ff. quod quisq. iur. Fabian. a Monteleone. in pract. arbit. 3. & vlt. par. 4 par. princ. nu. 769. quos citat. & sequitur d. Far. d. num. 5.* Et licet aliqui citati ab eodem dixerint dictam pœnam augeri posse vsque ad mortem: ipse tamen improbat talem opinionem, quam dicit non fuisse ita receptam, & multos concordantes allegat. *nu 7.*

31 Declara 15. notabiliter omnia prædicta vt quotiescumque agitur de pœna, quæ ipso iure imponitur, tunc non augeatur propter reiterationem delictorum. *Car. in pract. crim. vers. circa agitur quibus ex caus. pœn. augeatur: quem citat. & sequitur Far. quæst 23. num. 36.*

32 Pro conclusione non omittemus subiungere solitos delinquere non esse semper indignos aliqua clementia, cum plærumque ex socordia potius, & dementia ad eadem mala redeant, & stolidiores sint ipsismet irrationabilibus animalibus vitantibus illa, à quibus se læsa cognoscunt. Itinera illa
33 non repetunt, vbi in foueam corruerunt.

„ *Qui semel est piscis fallaci læsus ab hamo*
„ *Omnibus vnca cibis æra subesse putat.*

Omnia quæ possunt habere contraria facilis casus absumeret, si curam propriæ solutis non haberent. Horatius amico scribens rectè ait: *lib. 2. sat. 7.*

34 „ *Euasti credo metues, doctusque cauebis.*
„ *Quæres quando iterum paueas, iterumque perire*
„ *Possis, ò toties seruus, quæ bellua ruptis,*
„ *Cum semel effugit, reddit se praua catenis.*

35 Propterea Publianus Philosophus dicere consueuerat: *Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit*; Nolumus tamen hoc loco eos reprehendere, qui ad difficultates redeunt, quibus succubuerunt, videlicet, si bella interdum victi; si naufragi repetant maria. Non enim par ratio est delinquentibus. Nam isti rei licitæ operam dant, & laudabili spe fœlicioris euentus mouentur, vt dixit, Sulpit. Seruer. *in Carmine de spe. inter Epig. & Pœmat.* à P. Perseo edita.

„ *Naufragus hæc cogente natat præfata procellis*
„ *Aequora. cum mersos viderit ante rates.*
„ *Captiuus duras, illa solante, catenas.*
„ *Perfert, & victus vincere posse putat.*

36 Sed ad delinquere solitos redeamus. Non desunt, qui dicant, quod isti etiam socordes, vtcumque sit, grauius veniant puniendi; *quia vexatio dat intellectum*, & secundum D. Thoma. *par. 2. q. 105. art. 2. ad 9.* non facile homines remouentur a peccatis, in quibus assuefacti sunt, absque grauibus pœnis, quibus puniendi videntur, cū licet humanum dicatur peccare, diabolicum tamen sit perseuerare. *glos. in l. consentaneum. in ver. perseuerauit. C. quomod. & quand. Iud.*

37 Caueant itaque omnes a frequentatione delictorum, quia plærumque Iudices ex mala reorum qualitate dilatant arbitrium, & vt dicitur, Tragedias in nugis agunt. Probis exhibuimus naufragium, quod donec è terra spectabunt, ipsis bene erit. Hac monitione non egent milites in bello, quibus non licet bis peccare. Eorum enim delicta emendationem non recipiunt, cum statim pœna sequatur errorem.

CAPVT VI.

De Pœna vendentium fumum.

SVMMARIVM.

1 *Fumum vendere, qui dicebantur.*
2 *Fumum vendebat sub Heliogabalo Zoticus.*
3 *Fumum, & Iudicum sententias, qui vendunt, quam grauiter delinquant, testatur Rescriptum Diocletiani.*
4 *Fumum, & Iudicum sententias, qui vendunt, iniuriam faciunt Iudici, ideoque coercendos docet Vlpian.*
5 *Iudicis Iudicium etiam iustum vendere non licet.*
6 *Fumum vendentes si fuerint ex Comitibus Magistratus, cuius sententiam vendunt l. Iulia repetundarum accusari possunt.*
7 *Fumum vendentes (si non fuerint ex Comiti-*

bus

bus Magistratus, cuius sententiam vendunt) iuxta legem Corneliam de falsis conueniri possunt.

8 *Fumum vendentes (si non fuerint ex Comitibus Magistratus, cuius sententiam vendunt) ratione iniuria Iudici illata fustibus cadi possunt.*

9 *Fumum vendentes, & Principis (non solum inferioris Iudicis) auctoritate abutentes grauissima pœna mulctandos docet supplicium, quod Alexander Seuerus de Vetrouio Turino sumi iussit.*

10 *Fumum vendens tempore fel. recor. Vrbani VIII. deprehensus ad triremes damnatus fuit.*

1 HOC malum in Aulis ac Tribunalibus dominatur. Quinam fuerint, qui fumum vendere dicebantur, licet colligatur Vetrouij Turini suprascripto exemplo. *§. 12. cap. 5. num. 14.* dicamus tamen. Illi fumum vendere dicebantur. à Veteribus, qui cum Magistratibus, siue Iudicibus familiares essent, aut se tales esse mentirentur, simulato commendationis officio, euentum sententiæ, accepta pecunia, vendebant litigatoribus. *l. idem* 2 *apud. §. idem ait. de iniur.* Ad id comprobandum Lampridium in Heliogabulo hic aduocare possumus, vbi ait: *Zoticus sub Heliogabolo tantum valuit, vt ab omnibus officiorum Principibus sic haberetur, quasi Domini maritus esset: & familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta, aut facta venderet, fumis quam maximè diuitias enormes sperans: alijs atque alijs polliceretur; omnes falleret; egrediensque ab illo singulos audiret, dicens, De te hoc locutus sum: De te hoc audiui: Hoc de te futurum est; vt sunt homines huiusmodi, qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem Principum, famam non solum malorum, sed & bonorum Principum vendunt, & qui stultitia, vel innocentia Imperatorum, qui hoc non perspiciunt infami rumigeratione pascuntur.* Hæc Lampridius.

3 Hi sane grauiter delinquunt: etiam ij, qui Iudicũ sententias vendunt, licet Iudicem non corruperint, imo ne tentauerint quidem. Idque Rescripto Diocletiani significatur, cuius hæc sunt verba: *Qui explicandi negotij spem, cuius finis in Iudicis potestate, ac motu situs est, pollicetur, non minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quam qui ad huiusmodi promissionis commercium contra disciplinam publicam aspirat. l. qui explicandi. C. de accus.* 4 Nam & eos iniuriam facere Iudici, cuius sententiam venditant, ideoque coercendos dixit Vulp. *d. l. idem apud. §. idem ait. de iniur.* Sicut nec licet 5 Iudici iudicium, etiam iustum, vendere. *cap. non licet. 1 1. q. 3. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. cap. non casu. 14. q. 5. cap. cum non homine. De vit. & honest. Cler. Bald. & Ang. in l. generaliter. de calum. Et in auth. sed nouo Iure. C. de pan. Iud. qui male iud.* Iuit in prouerbium: *Fumi vmbra*: quod metaphoricè dicitur de re nihili æstimanda. Cum enim vmbra sit quiddam inane, & eodem fumus fere modo, perinde est ac si diceretur Vmbra vmbræ.

6 Quoad pœnam verò imponendam de iure prædictis Fumum vendentibus, si ex Comitibus Magistratuum sunt ij quorum sententias venditarunt, lege Iulia repetundarum poterunt accusari. *l. in Comites. ad l. Iul. repet.* Alioquin ea pœna, qua pe-7 cuniam eis dantes hoc nomine, vel promittentes disponit *d. l. qui explicandi. C. de accusat.* quæ non exprimit, quæ pœna sit imponenda, & propterea circa eam dubitarunt Scriptores. vt paret *ex not. ibi per glos. & Saly.* Quapropter Menoch. *cas. 344. nu. 4. & seq.* refert varios variè punitos. Si sint ex Comitibus puniri possunt, vt si pra, alia pœna extraordinaria arbitrio Iudicis pro qualitate delicti, nisi vel mus dicere, quod imponenda sit pœna, quæ olim fuit legis Corneliæ de falsis, nempè aduersus eum, qui quod in se fuit Iudicem corrupit. *l. 1. l. qui* 8 *dub. ff. ad l. Cornel. de fals.* Respectu verò iniuriæ illatæ Iudici; fustibus cæsos fuisse habetur. *d. l. item apud. §. idem ait. de iniur.*

9 Quod si non Iudicis, sed principis auctoritate quis abusus fuerit, sanè id seuerius atque atrocius vindicandum esse demonstrat allegatum superius exemplum Alexandri Imperatoris; qui tamen ne in vna tantum causa videretur fuisse crudelior, quæsiuit diligentissimè, antequam Turinum damnaret, & inuenit illum sæpè, & in varijs causis ab vtraque parte accepisse, cum euentus venderet, & ab omnibus, qui aut Præposituras, aut Prouincias acceperant.

10 In Curia nos vidimus annis proxime elapsis Franciscum, ex honesta familia ortum, Principis auctoritate abusum, Sabellis Carceratum, damnatumque ad triremes: ad quas transmissus, atque ad turpitudinem more aliorum remigum rasus, remisque addictus fuit: paulo post ex gratia fuisse reuocatum, & ad eosdem Carceres reductum, in quibus permansit vsque ad obitum fel. rec. Vrbani VIII. deinde occasione Sedis vacantis apertis Carceribus pristinæ libertati restitutus est.

Dolet quoque Cabal. *cas. 67.* vbi tractat de hac materia *num. 7.* nostris temporibus non deesse huiusmodi fumi Venditores. dicitque *num. 8.* vidisse eos punitos pœna pecuniaria, exilij temporalis, & officiorum ac dignitatum priuatione, & eorum in futurum consecutione: multisque in locis præsertim in Ducatu Hetruriæ contra hanc pestem speciali lege prouisum fuisse. Aliud est spem pretio emere, cum lucrum incertum, & in euentu situm, certo pretio emitur, vt si quis iactum retium emat in piscando, aut missilium in venatu. Huiusmodi enim contractus est legitimus, & quasi alea tunc emitur, vt est Textus *in l. nec emptio. § aliquando. ff. de contrab. empt.*

CAPVT VII.

De
Pœnis diuersis secundum varietatem delictorum inflictis, seù comminatis.
De
Præceptis iniunctis.
De
Pœnis pecuniarijs, earumque applicatione.

SVMMARIVM.

1 *Pœna delictis commensuranda.*
2 *Pœna leuior pro paruis culpis, grauior infligenda pro maiorib.*
3 *Iudex redditur infamis, qui mitiorem, vel grauiorem pœnam imponit.*
4 *Iudex non debet esse mitior lege, & secundum pœnam à lege impositam iudicare: Vbi de priuilegio salarij Aduocatorum.*
5 *Clericis non obsequiosis erga suum Ordinarium Visita prouidit.*
6 *Incorrigibilibus Visita prouidit.*
7 *Incorrigibili, si sit* Regularis*, aliter quam Laicis prouidet Visita.*
8 *Pœna quam vocant Berlina siuè Catena quando imposita.*
9 *Pœna berlina, siuè catena grauis, & irrogat infamiam.*
10 *Pœna contra peccantes in officio est priuatio illius, vel suspensio ad tempus.*
11 *Pœnas pecuniarias non soluentes alia pœna mulctati iuxta regulam*, Qui non habet in ære, luat in corpore.
12 *Pœna varia constituta contra exercentes opera seruilia diebus festis facilè remittuntur à Visita.*
13 *Pœna carcerationis constituta contra vendentes diebus festis, non habet locum nisi in festis de præcepto.*
14 *Carceratio sola in certis casibus visa est Visita pœna sufficiens.*
15 *Quæstuantibus Visita quomodo prouidit.*
16 *Quæstus est, quod ex opere cuiusque descendit.*
17 *Quæstuantium turpis quæstus cur.*
18 *Quæstuantes olim relaxati cum exilio.*
19 *Quæstuosam aut vanalem artem exercere prohibitum Religiosis.*
20 *Pœna leuissima pro leuissimis delictis inflicta a Visita.*
21 *Punitio est illatio pœnæ, & actus Iustitiæ commutatiua, & vindicatiuæ publica.*
22 *Pœnas comminari cur Visita consueuerit.*
23 *Hortacium ne adirent iniunctum quibusdam sub pœna triremium.*
24 *Hortacium quid?*
25 *Tabernas ne adirent vilibus personis iniunctum.*
26 *Viciaorum Domorum accessus, vel ante eas transitus prohibitus.*
27 *Malorum conuersatio prohibita.*
28 *Artificibus, vt in opere incæpto perseuerent iniunctum sub pœna carcerationis.*
29 *Artifices in exercitio publico impedire inhibitum.*
30 *Hominibus inquietis, ne noctu deferant arma inhibitum.*
31 *Arma deferendi prohibitio non obstante licentia signata, vel signanda quomodo intelligitur.*
32 *Ociosis ne vagarentur noctu per Vrbem iniunctum præceptum.*
33 *Pecuniariæ pœnæ lato modo dicuntur pœnæ, & sic in Constitutionibus Pontificijs appellantur.*
34 *Pecuniaria pœna deponenda apud Depositarium Cameræ.*
35 *Pecuniariæ pœnæ modica applicantur a Visita, quomodo.*
36 *Executionem pœnarum pecuniariarum debet curare Iudex.*
37 *Fiscus dicitur sacculus pecuniæ Principis, & illius ærarium.*
38 *Pecuniariarum pœnarum, quas Visitatores* Carcerum *applicant, non debent ipsi curare executionem.*
39 *Pecuniariarum pœnarum applicationem statuentia decreta Visitæ.*
40 *Pecuniaria pœna non excedentes ducatos decem applicanda Caritati.*
41 *Protomedicus, & Aromatarij possunt condemnare ad pœnam scutarum 25. eamque applicare eorum Ecclesiæ S. Laurentij in Miranda.*
42 *Pecuniariarum pœnarũ applicatio* Caritati *quotidie exercetur etiam a Visita.*
43 *Pœnarum, & mulctarum compendia ad fiscum spectare.*
44 *Pœna, & mulcta qua ratione ad* Principem *spectant.*
45 *Pecuniariarum pœnarum pars aliqua merito concessa Caritati.*
46 *Caritas vtitur priuilegijs fisci in exactione pœnarum.*
47 *Pecuniarias pœnas applicantia Caritati decreta Visitæ.*
48 *Pecuniaria pœna inflicta Hebrais, applicata Catechumenis.*
49 *Pecuniaria pœna applicata* Carcerum *fabricis.*

ALias pœnas huc reiecimus. Habebit Lector ex Infrascriptis declarationibus, & decretis diuersas pœnas pro qualitate delictorum, quibus 1 sunt commensurandæ, vt pro modo delicti sit & plagarum modus. *Deuter.* 25. Pro paruis namque culpis leuior pœna, pro maioribus grauior inferri 2 debet. *cap. vt clericorum. de vit. & honest. Cler. cap. filius. de pœn. in 6 l. respiciendum. in prin. ff. de pœn. Hostien. & Panor. in cap. de causis. de off. deleg.* Vbi præterea dicunt, quod efficitur infamis Iudex, 3 qui mitiorem, vel grauiorem pœnam statuit, quam delictum expostulat. *l. seruus. C. ad l. Iul. de vi pu-* 4 *blic. vel priu.* Quia Iudex neque mitior lege esse debet. *§. oportet. in auth. de Iudic. l. Celsus. ff. de arbitr.* nec punire debet aliquem vltra quod deliquit.

quit. *glos. in ver. si vassallus. Tit. si vassallus, qui cōtra constit. Lothar. reg. benef. alien. in vsib. feud.* Quæ intelliguntur quoties lex non statuit certam pœnam pecuniariam, alias secus. Si enim quis v.g. collectas pro stipendijs Doctorum cōuertat etiam pro necessitate communis, tenetur. *l. Iulia. de residuis. glos. in §. pan. & ibi Angel. Aret. in vers. de residuis instit. de pub. Iud.* Hæc autem pœna l. Iuliæ est id quod conuertit, & tertio plus. *glos. in l. Iulia. §. qua lege. vers. tertia parte. ff. ad l. Iul. pecul.* Et dixi supra. §. Aduocatus Pauperum. *sect.* 1. *num.* 18. His ita cōstitutis ad declarationes & decreta veniamus.

5 Declara primo vt in Clericis non obsequiosis erga suum Ordinarium prouiderit Visita. 1618. 20. Decemb. Nonæ. *Ioannes Sardus. Facta humiliatione per ipsum etiam per litteras suo Episcopo, ac etiam obligatione de se repræsentādo coram suo Ordinario, ac parendo suis mandatis sub pœna priuationis beneficiorum, & scutorum quingentorum prout se obligauit, relaxetur.* Deinde Gubernator de consensu Auditoris Cameræ statuit terminum ad comparendum, vt supra, infra duos menses.

6 Declara secundo, vt contra incorrigibilem prouisum fuerit à Visita, vt infra. 1533. 10. Maij. Nonæ. *Simon de Bononia. Attento quod pluries fuit in carceribus pro furtis, & est incorrigibilis, mittatur ad triremes ad beneplacitum D. Gubernatoris.* In infligenda hac pœna triremium, Visita non semper eodem modo processit, vt dicturi sumus infra. *lib.* 2. *§.* 31. *cap. vnic. per tot.*

7 Quoad Religiosum incorrigibilem res aliter se habet, vt supra diximus §. 4. *cap.* 3. Et apud Farin. etiam videri poterit, quādo dicatur incorrigibilis, & quomodo puniatur. *q.* 8. *nu.* 48. vbi quamplures allegat.

8 Declara tertio, vt quandoq. fuerit imposita pœna, quam vocant Catenam, & vulgo, *La berlina*. 1545. 19. Mart. Capit. *Horatius & socij. Stent ad catenam singuli per horam, & liberentur.* Aduerte

9 Hanc nō est leuem pœnam, quia pro delictis turpibus imponitur, & per consequens magnam infamiam irrogat, ita vt æquiparetur pœnæ Mitræ, ac etiam Fustigationis. Far. *q.* 19. *num.* 29.

10 Declara quarto, vt habentes aliquod officium, & peccantes in illius exercitio, suspendantur simpliciter, vel ad tempus ab eius exercitio. 1588. Decemb. *In lib. Visita Secretorum D. Gubernatoris. In causa Iudicis Curiæ de Sabellis, & D. Cæsarij mitius agendo Domini fuerunt in voto, quod condemnentur in pœnam scutorū tercētorum pro quolibet cum suspensione per annum ab exercitio eorū officij.* * 1608. 12. Iun. Nonæ. *Thomas. Iniuncto ei præcepto, vt in posterum se abstineat ab exercitio Procuratoris, & sollicitatoris, prout fuit iniunctū sub pœna triremium arbitrio, relaxetur gratis.* Pœna hæc conformis est iuri communi, iuxta cuius dispositionem priuatur officio, qui in eo delinquit. *l. si aliquid. vbi Doct. C. de suscept. lib.* 10. *Far. qui plures allegat. q.* 19. *num.* 42. *& seqq.*

11 Declara quinto, vt non soluentes pœnas pecuniarias fuerint mulctati alia pœna iuxta regulam tritam; Qui non habet in ære, luat in corpore. *l.* 1. *§. fin. ff. de pan. cum vulg.* 1598. 30. Nouemb. Sabell. *In lib. Secretorum D. Guber. Peregrinus de Ancona. Attento quod non soluerit in tempore pœnam pecuniariam, luat in corpore, & torqueatur tribus ictibus funis pro vulneribus cum debilitatione membri.*

12 Declara sexto, vt cum pro obseruatione festorū emanauerint bannimenta Vicarij Vrbis prohibentia seruilia sub certis pœnis pecuniarijs, alijsque ipsius arbitrio: cūque freqnēter contingant carcerationes non obseruantium dicta festa, ijs facile indulgeat Sacra Visita. 1578. 16. Sept. Capit. *Martinus Ciambellarius. Relaxetur gratis dummodo pro alio non detineatur, quam pro eo quod vendiderit diebus festiuis.* Causa huius indulgentię est maxime multitudo forensium singulis diebus, & horis ad Vrbem, communem patriam, confluentium & discedentium: propter quod necessarium est ministerium artificum etiam diebus festiuis. Propterea non est mirum, si in hac parte nequeāt ab omnibus tam religiose festa obseruari; & quod Sacra Visita non reddatur difficilis in remittenda eis pœna, quotiescumque carcerantur; præsertim cum carceratio succedat loco pœnæ. Porrò Lector ad-

13 uertat carcerationem vendentium diebus festiuis, non procedere quoad festa, quæ non sunt de præcepto, sed ex deuotione. In his enim exerceri possunt quæcumque opera seruilia, stante Constitutione fel. record. Vrbani. VIII. Dat. Idibus *Sept. anno* 1642.

14 Declara septimo, vt in alijs quoque casibus plerūq. DD. Visitatoribus sola carceratio visa sit pœna sufficiēs. Vnde habemus frequens Visitæ decretum, Ex quo satis luit in carceribus relaxetur. 1528. 4. Apr. Nonæ. *Florentius pro armis. Attento quod quod ignorabat bannimenta, & satis luit, relaxetur.* * 1544. 2. Octob. Capit. *M. Antonius. Succedat carcer loco pœnæ cum comminatione, quod pro quolibet minimo furto mittetur ad triremes.*

15 Declara octauo, vt contra Quæstuantes processum fuerit in Visita accuratè, ne quæstuando per Vrbem vagarentur. Hos consueuit aliquando Visita obligare ad cauendum de se repræsentando coram Gubernatore loci, semel qualibet hebdomada, & interdum bis; quod ego vidi ita seruari. Non enim est tutum illos dimittere cum exilio, ne hoc titulo vagentur per orbem, vt docuit experientia.

16 Est autem quæstus id, quod ex opere cuiusque de-

17 scendit. *l. quæstus. pro soc.* In his autem de quibus loquimur turpis est quæstus, cum falsas publicent Indulgentias, & dispensent.

18 Antiquitus tamen subinde cum exilio relaxati fuerunt. 1566. 25. Maij. Sabel. *Zuccarus dell'Arpia: Marius, & Appollonius de* Paterno: *Euangelista de Castro Vitali. Banniantur ab Vrbe, & eius districtu sub pœna triremium, (& quilibet eorum fuit comminatus, quod in posterum se abstineant ab huiusmodi quæstu vbique locorum sub pœna furcarum) & relaxentur gratis.* * 1569. 21. Maij. Nonæ. *Claudius detentus pro publicatione Indulgentiarum. Iniuncto sibi vt de cætero non exerceat artem quæstuariam sub pœna triremiū, attento quod fuit tortus, & eius longo carcere; relaxetur gratis.* Cæterum his temporibus causæ huiusmodi Quæstuantium ad Tribunal S. Officij spectant.

19 Declara nono, vt etiam prohibeantur Religiosi, & Ecclesiastici Vrbis, eiusq. districtus p se, vel alios exercere in suis Conuentibus, vel alibi in quocum-

que

que loco vllã quæstuosam & vęnalem artem; Aromatariam, Pistoriam, Lanificium, Textrinam, aut aliam quamlibet, præterquam pro suis vsibus, vt in decreto S. Congregationis Visit. Apost. sub die 29. Augusti 1637 emanato.

20 Declara decimo vt in leuibus delictis etiam leuissimæ pænæ fuerint in Visita inflictæ, vt dicturi sumus suo loco. Nobis satis erit hic nõnulla decreta, ex quibus id palam fiet, subijcere. 1535. 26. Iun. Sabel. *Ioannes Petrus. Quassetur vno ictu funis, & relaxetur.* * 1537. 5. Maij. *Antonius, Iacobus, & alij octo Tabernarij decreto facto inter Macellarios de donandis trippis & visceribus, vtantur arbitrio suo, de reliquo quilibet Macellarius vendat in sua Apotheca omnibus emere volentibus, & relaxentur gratis.* * 1544 4. Mart. Capit. *Quinque Mutinenses. Soluto bollettino duplicato, relaxentur, & facta obligatione per ipsos de non offendendo sub pæna triremium; relaxentur, prout se obligarunt, & teneantur omnes in solidum, & quoad executionem soluant iulium vnum pro quolibet.* * 1544. 7. Aug. Nonæ. *Georgius. Attento primo furto domestico concordata parte liberetur.* * 1567. 18. Sept. Capit. *Marcus. Relaxetur gratis attenta promissione facta Visitatoribus de reficiendo sepem, sine tamen præiudicio iurium vtriusque partis.* * 1576. 20. Decemb. Sabel. *Ioseph Hebræus. Solutis scutis duobus pro pæna, & facta obligationi per ipsum de se abstinendo in futurum à similibus sub pæna fustigationis, prout promisit, & iurauit tacto calamo; relaxetur.* * 1597. 12. Iun. Sabel. *Innocentius. Facta renunciatione, prout renunciauit appellationi interposita quoad exilium tantum, cum iuramento, prout iurauit, sine præiudicio tamen quoad interesse ciuile partis; relaxetur.*

Declara vndecimo, vt in delictis famulorum puniti fuerint Domini. 1528. 26. Sept. Sabel. *Serena pauper. Missa ad alienas vineas per suam Dominam relaxetur, & ipsa Patrona soluat pænam, expensas carceris, & alia.*

21 Ad pænas comminatas, & præcepta iniuncta deueniendo sciendum est, aliquando Sacram Visitam, vtendo clementia erga carceratos pleniori, consueuisse ante punitionem, (quæ est pænæ illatio, & actus iustitiæ commutatiuæ, & vindicatiuæ publicæ. *D Thom. 2. 2. quæst. 80. art. 7.*) pęnas commi-22 nari: & ad continendos homines in officio, obuiandumq. scandalis, diuersa illis præcepta iniungere secundum qualitatem personarum, & delictorum; ad quæ erat procliuia, vt ex contextu huius operis, & ex particularibus decretis, quæ speciminis gratia subnectere duximus opportunum, manifestũ fiet. Si enim pænam semper ante oculos versari sibi putent qui peccauerunt, vt dixit Cicer. *In Orat. pro Milon.* fugitq. propterea impius nemine prosequente; vtique cõgruens remedium erit, si à malis detereantur ij, qui nondum peccauerunt metu pænæ illis ante oculos propositæ & comminatæ.

23 Declara duodecimo, vt cum delicta carnis fugiendo vincantur; Visita vilibus personis lubricis prohibuerit accessum ad loca mulierum prostitutarum. 1572. 18. Iun. Nonæ. *Ludouicus. Attenta cautione de se repræsentando aliàs præstita, habilitetur à carceribus, & D. Ioannes Maria expediat causam cum comminatione, quod non accedat ad Hortacium, nec deferat arma per Vrbem sub pæna triremium.* Pro cuius decreti intelligentia sciẽ-24 dum est alias in Vrbe fuisse destinata loca particularia, vbi habitarent inhonestæ mulieres; ne pestis hæc honestas mulieres inficeret, vt supra. *§. 3. cap. 4.* & infra. *lib. 3. §. 6* Ex his autem locis destinatis vnus Hortacium appellatus est, de quo in præfato decreto.

25 Declara decimotertio, vt eadem ratione hominibus vilibus deditis crapulæ, & commessationibus in maximam pauperum familiarum suarum perniciem prohibitus fuerit accessus ad tabernas. 1598. 11. Iun. Sabel. *Ioannes Maria. Facta obligatione per ipsum de soluendo scutum vnum quolibet mense, & iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum, de non accedendo in posterum ad tabernas sub pæna trium ictuum funis, relaxetur gratis.*

26 Declara decimoquarto, vt cũ inter vicinos frequenter rixæ etiam ex modica causa oriantur, iniungatur vni ex eis discessus à vicinitate, & aliter etiam prouideatur, vt constat ex quampluribus decretis ad alium effectum allegatis. Et quoties in alija pro rixa carceratis timetur de noua rixa, si sibi obuiam fiant in domo, vel via aliqua particulari, vt prohibeantur minæ, & allocutio, prouidet Visita vt infra. 1592. 20. Febr Sabell. *Dominicus. Iniuncto sibi præcepto de non accedendo ad Domum Fortunij Aromatarij, & non transeundo per viam ante dictam Domum, sub pæna triremium, arbitrio Reuerendiss. data fide de non offendendo; relaxetur, & dictum præceptum sibi iniunctum fuit.* Aliud simile 2. Februarij. 1649. Nonæ. Pro Pellegrino. * 1611. 24. Mart. Nonæ *Volumnius Vincentij. Iniuncto eidem præcepto, prout fuit iniunctum, de non trãseundo ante domum Petri Librarij, & per cannas centum circumcirca sub pæna triremium, relaxetur gratis.* * 1537. 31. Mart. Sabell. *Antonius. Relaxetur cum comminatione, quod si verbo minatus fuerit Hieronymo, mittatur ad triremes, & si dictus Hieronymus locutus fuerit cum Hippolyta eius vxore mittatur ad triremes.* * 1650. 9. Iun. Nonæ. *Petrus. Iniuncto præcepto de non accedendo ad domum quærelantis, & de ea non molestando sub pæna exilij à toto Statu, fuit iniunctum in plena Visita, relaxetur.* * 1650. 9. Iun. Nonæ. *Hippolyta. Iniuncto præcepto de non alloquendo, & de non offendendo; relaxetur gratis.*

27 Declara decimoquinto, quia inter malos bonũ esse magnæ virtutis est, ac propterea non omnibus detur, cum magis ad vitia, quam ad virtutes inclinet humana natura, facilèq. homines cum peruersis hominibus peruertantur iuxta dictũ Dauidis in *Psalmis*, hinc est quod Visita fecerit decreta in hoc prouisionalia. 1599. 17. Iun. Sabell. *Alexander. Quo ad causam criminalem seruetur decretum in Congregatione factum; quo vero ad ciuilem ad D. Diaz etiam auctoritate Visitæ, Iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum, vt se abstineat à conuersatione malorum hominum sub pænis arbitrio; relaxetur.* R. P. D. Diaz, cui fuit commissa causa ciuilis tunc interueniebat in Visita vti Prælatus Pierstis.

28 Declara decimosexto in Artifice carcerato obligato ad factum, prouisum fuisse, vt infra 1597. 14. Aug. Capit. *Io. Antonius. Iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum, quod debeat perseuerare, continuo*

in

in opere incapto usque ad perfectionem operis sub pœna carcerationis; relaxetur.

29 Declara decimoseptimo ut contra impedientes Artifices in ipsorum exercitio publico fuerit facta prouisio. 1610.16.Sept.Capit. *Nuntius de Regno. Iniuncto præcepto sub pœnis arbitrio D.Senatoris, & Conseruatorum de in futuro non amplius sonando tubas in concertu, prout fuit iniunctum præterquam de consensu Tubicinis Sanctissimi & Populi Romani; relaxetur.*

30 Declara decimooctauo, ut hominibus brigosis, & inquietis ad euitãda scãdala, præsertim noctu fuerit factum præceptum. 1637.16.Decemb.Nonæ. *Ioannes Baptista, & alij. Iniuncto eis præcepto de amplius in posterum non deferendo arma de nocte, nec Lanternam prohibitam, etiam cum licentia signata, & signanda sub pœna relegationis: quoad Baptistam Caroli, & quoad alios, trium ictuum*

31 *funis; relaxentur.* Ne mireris dum vides in decreto appositam prohibitionem *etiam licentia signanda.* Hoc enim non fit ad detrahẽdum facultati Gubernatoris Vrbis, qui solus huiusmodi licentias signat; sed cum illius consensu, adeoq. volente ipso, qui est caput Visitæ. Ratio est quia licentiæ prædictæ signantur facile, & frequenter pro personis non notis Gubernatori, qui in gratiam alicuius illas signare solet. Licentia sic extorta, ne aliquo pro ipsis intercedente arbitrarentur se securos, facta fuit prohibitio (*etiam cum licentia signanda.*) Ac propterea si Gubernator sciens & prudens concederet licentiam derogando præfato decreto licentia sustineretur, & esset seruanda. Decretum enim intelligendum est de licentia subreptitie obtinenda.

32 Declara denique ut etiam contra ociosos noctu vagantes deuẽtum fuerit ad prohibitionem 1623. 29.Sept.Sabel. *Sanctuccius Pacifici. Renouato præcepto de non vagando per Vrbem post horam primam noctis sub pœna triremium, prout fuit in plena Visita renouatum, relaxetur gratis.*

Reliquum est, ut de pœnis pecuniarijs dicamus, quæ licet nõ sint pœnæ propriæ dictæ *cap. inter alia. & ibi Panor. in 4. notab. de Immunit. Eccles. glos. in cap. dilecto. de sent. excom. in 6.* dicuntur tamen lato modo pęnæ, atque ita in Cõstitutionibus etiam Pontificum appellantur. Huiusmodi pecuniariæ pœnæ antiquitus diuersis modis applicabantur in Visita, qui mos postea immutatus est, ut patebit ex ijs quæ dicturi sumus.

34 Sciendum itaque est Iul.II. *Constit. edita. anno* 1504. iubere pænas deponi apud Depositarium Cameræ, & ad commodum ipsius Cameræ. Subiungens se per hoc non intendere Potestati Visitatorũ Carcerum præiudicare. vide *d.Const. in fin. in Ap-*

35 *pend.* Non igitur mirum est, si in Visita tam ante, quam post dictam Constitutionem applicatæ pœnæ fuerint à Visita, præsertim modicæ summæ, pro diuersis indigentijs Carcerum, & pro pijs operibus, alijsque causis, ut constat ex diuersis decretis, quorum pauca tantum subiungam, eo quod alia multa in hoc opere ad alium effectum adducta sint.

36 Præmittendum tamen est de iure debere Iudicem sollicitum esse pro pœnarum executione, & curare ut post exactionem deponantur, ut supra, alias de suo illas soluere teneri. *Affl. in tract. Prothom. fol. 155. num.* 11. De qua materia plenè habetur apud Io. Andr. *cap. 1. quæ sint regal.* Est enim

37 Fiscus ille, qui imbursat, & dicitur Sacculus pecuniæ Principis, & illius ærarium. *Peregrin. de iur. Fisc. lib. 1. cap. 1. ubi alia de fisco. Grauat. ad Vestr. in praxi Rom. Cur. lib. 2. cap.* 3. ad quos Lectores remittimus. Addo obligationem curandi exactionem, & depositum ad commodum Fisci, maximè

38 procedere post d. Iul.II. Constitutionem. Limitatur nihilominus quoad Visitatores, cũ pęnæ applicandæ ex facultate Visitæ destinantur pro indigentijs, seu operibus pijs. Et si non exigantur, non tenentur Visitatores, qui nec curare debent, ut in destinatarum usum conuertantur, cum ad Iudicem spectet, qui in executionem decreti Visitæ mandatum concedit de excarcerando.

Sed iam ad decreta, quæ polliciti sumus de-

39 ueniamus. 1528.3.Octob.Nonæ. *Ioannes Franciscus. Stet decretum; & quoad pœnam in euentum contrauentionis Visitatores applicauerunt illam parti obseruanti.* * 1530.11.Ian.Capit. *Franciscus & Ioannes pro falsa moneta. Solutis ducatis duobus auri pro quolibet ad substentationem aliorum carceratorum, relaxentur cum declaratione, quod in illo casu non intelligatur habere locum statutum.* * 1542.8.Aug. Sabel. *Pœnam decem scutorum solutam per Pasquinum hostem pro blasphemia & vino truffato; Domini applicauerunt* Caritati *detracta quarta parte pro executore.* * 1542. 21.Octob.Capit. *Iacobus de Monte Sabino, & Dominicus. Solutis octo scutis inter omnes relaxentur, & applicentur Fabricæ Capitolij.*

40 Superuenit postmodum Motus proprius Pij IV. *editus anno primo sui Pontificatus*, de quo in *Append. §.1. cap.9.* de applicatione pœnarum non excedẽtium ducatos decem ad fauorem Caritatis, cuius vigore tenentur Camerarius Almæ Vrbis, Vicarius, Gubernator, Senator, aliaque omnia Tribunalia ad huiusmodi applicationem faciendam. Nescio quomodo ab huiusmodi applicatione possint aliqui Iudices se subtrahere. Reperio enim so-

41 los Protomedicum, & Aromatarios exceptos, qui habent facultatem condemnandi usque ad pœnam scutorum 25. quam debent applicare suæ Ecclesiæ Sancti Laurentij in Miranda, *ut in Motu proprio* Pauli V. de quo *in Append. §.1. cap.14.*

42 Hæc applicatio pęnarum Caritati ultra eam, quæ fit in Curia Gubernatoris, & alijs in Vrbe quotidie fit in Visita iuxta causarum naturam, & personarum conditionem, ut ex Decretis paulò post recensendis manifestum fiet. Licet enim pœnarum, &

43 mulctarum compendia, fructus iurisdictionis, merique & mixti imperij sint. *l. mulctarum. C. de modo mulct. & cap. 1. quæ sint regal. Capecc. decis. 27. num. 15. Peregr. de iur. Fisc. lib. 4 tit. 8. nu. 1. & 28.* Rosenzal. *de feud. cap. 5. concl. 49. num. 1. Barbat. de diuis. fruct. par. 1. cap. 13. num. 1. 10. & per tot.* ac propterea ad Principem, & ad Fiscum ipsum iurisdictionis, & Imperij spectent; Hoc tamen intelligitur, nisi de ijs Princeps alios inuestiuerit, vel in specie, vel sub titulo & genere Regalium. *Rol consil. 48. num. 26. & seq. lib. 2. Thes. dec. 132. nu. 2. Rosental. de feud. cap. 10. concl. 42. post num. 56.* Spectant autem ad Principem pœnæ prædictæ ea ratione, qua ipse subministrat expensas in persequendis malefactoribus, illisq. in carceribus alimentandis

ac

ac custodiendis. *Clar. in §. fin. q. 46. num. 2.* latè 45 *Cabal. 201. num. 27. & per tot. Guaz. def. 6. cap. 5. num. 3.* Quarum expensarum partem cum subministret Archiconfraternitas Caritatis iure ac meritò Summus Pontifex Pius IV. pęnarum, & mulctarum partem illi assignauit, vt si in vno grauetur in alio releuetur. *l. iure succursum. ff. de iur. dot.* & qui 46 sentit incommodum, commodum vtique sentiet. *l. fin. §. sed cum. C. de fur. Rot. dec. 249. nu. 7. par. 2. recent.* Ideoque dicta Archiconfraternitas vtitur priuilegijs Fisci tanquam ipsius cessionaria, ac donataria. *Couar. var. resol. 16. num. 8. lib. 1. Clar. §. fin q. 78. num. 31. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit 3. numer. 34 Surd. cons. 444.*

47 Decreta, quæ, ex quamplurimis alias factis, subiungo, hæc sunt. 1561. 10. Iun. Capit. *Antonius. Soluat pœnam scutorum decem, ad quam fuit condemnatus à D. Senatore in manibus D. Alphonsi Villanoua Procuratoris Pauperum illa recipientis nomine Caritatis, Domini mandarunt dicta scuta decem solui custodi carcerum in computum expensarum sibi debitarum per eamdem Societatem pro executionibus diuersorum. Quæ scuta decem idem Dominus Alphonsus soluit manualiter Christophoro Custodi carcerum.* * 1625. 9. Octob. Sabel. *Victorius. Solutis scutis duodecim Caritati, & iniuncto exilio à toto Statu Ecclesiastico sub pœna triremium per quinquennium, & in euentum habilitatis sub pœna fustigationis prout fuit iniunctum in plena Visita, relaxetur.* * 1625. 20. Nouemb. Nonæ. *Dominus Pasqualis pro causa in Tribunali Vicarij. Solutis scutis quinquaginta in Camera, & scutis duodecim Caritati, & quo ad arrestum Tribunalis Auditoris Cameræ data cautione sub pœna centum de se repræsentando etiam nouis &c. relaxetur.* * 1625. 18. Decemb. Sabell. *Bartholomæus, & Francisca. Iniuncto præcepto de insimul non conuersando sub pœna triremium per quinquennium, & fustigationis respectiuè, prout fuit iniunctum in plena Visita, & nisi infra decem soluerint scuta decem pro pœna Caritati, & ad suum Iudicem, qui expediat pro iustitia, & in euentum solutionis, relaxentur.* * 1636. 6. Mart. Sabel. *Franciscus Antonij. Docto de consensu, & conualescentia, ac solutis scutis sex Caritati, relaxetur.* * 1645. 3. Octob. Nonæ. *Ioannes. Docto de consensu, & solutis scutis tribus Caritati, relaxetur.*

48 Verum est in pęnis soluendis per Hebræos aliquando æquum visum fuisse Visitatoribus illas loco pro Cathecumenorum applicare. 1570. 14. Decemb. Sab. *Isaac & alij quinque Hebræi carcerati in Curia Capitolij. Solutis scutis duobus Cathecumenis pro quolibet, relaxentur.*

49 Quandoque etiam pro alijs pijs indigentijs applicatæ fuerunt. 157: vlt. Iul. Sabell. *Iulianus. Attenta longa carceratione; & pace, cuius fidem exhibuit, solutis scutis quinque disponendis pro ornamento Capellæ Curiæ de Sabellis, relaxetur gratis.* * 1567. 3. Iul. Sabel. *Iacobus Bergomensis. Solutis scutis 50. in manibus D. Vincentij Tacchini infra decem dies erogandis pro Fabrica Turris Nouæ; relaxetur alias lapso dicto termino fustigetur, & banniatur ab Vrbe, & eius districtu sub pœna triremium, & in euentum solutionis caueat de se repræsentando toties, quoties sub pœna scutorum ducentorum.* * 1567. 23. Decemb. Nonæ. *Horatius de Recineto. Attento longo carcere, tortura passa, sacerdotio, & pauperima vetula matre, solutis in manibus D. Tacchini scutis decem pro Fabrica Turris Nouæ iuncto et exilio à Ciuitate Recinatensi, & tota Prouincia Marchia per decennium, relaxetur.* Prædictus Vincentius Tacchinus, de quo fit mentio, in præfatis duobus decretis erat tunc Procurator pauperum à Caritate deputatus.

---

§. XIIII.

RELAXATIO CVM MOderatione Pœnæ.

CAPVT I.

De relaxatione cum Pœnæ moderatione, seu commutatione in genere.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam statutam excedere vel minuere non potest Iudex.*
2 *Princeps cui omnes pœnæ arbitrariæ sunt, pœnas augere, vel minuere potest.*
3 *Pœnas arbitrio suo moderari, & mutare potest Visita.*
4 *Iudex potest pœnas moderari, quando subest causa.*
5 *Pœnas moderandi sexaginta causas recenset Tiraquell.*
6 *Pœnæ mitigari possunt quæ Fisco applicandæ sunt; non quæ parti.*
7 *Pœnæ moderatio facilius admittitur si intercessioris Religio ita suadet.*
8 *Pœnæ moderatio facilius admittitur; vbi est minus periculum.*
9 *Pœnæ moderatio ad gradũ proximiorem facienda.*
10 *Pœnæ moderatio diuersimodè facta à Visita.*
11 *Pœnam moderans Visita causam expressit.*
12 *Pœnam moderatur facilius à Visita concurrentibus pluribus causis.*
14 *Pœnæ moderatio à Visita ob grauem familiam.*
14 *Liberorum intuitu veniam Ser. Galba impetrauit.*
15 *Pœnæ moderatio atque etiam remissio in delictis ob defensionem honoris.*
16 *Pœnæ moderatio, seu commutatio sæpè fit ex causis bene visis.*
17 *Delinquentes extra propositum, pœna extra iudiciaria puniuntur.*

VT præfatam seueritatem pœnarum mitiora Visitatorum decreta clementiæ suæ mixtura temperent exactæ 1 pœnæ concessa moderatio iungatur: Licet enim non possit Iudex pœnã statutam excedere, vel minuere, secundum communem DD. sententiam, de qua Far. q. 17. num. 5. & 7. *Mart. de Rio. Disquit. Mag. lib. 5.*

lib.5. sect.1. vers. secundo sciendum est. Hoc tamen non procedit in Principe, quem Sacra Visita repræsentat, cui omnes pœnæ arbitrariæ sunt. *l. 1. in fin. ubi Bald. num. 48. C. de Sum. Trin. & fide Cathol. Clar. §. ult. q. 83. num. 11. ubi Baiard num. 38. Bertaz. consf. crim. 321. n. 8. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 86. num 30. Far. q. 17. num. 52. & seq.*

3 Sit igitur prima conclusio Visitam posse arbitrio suo pœnas moderari, & commutare. *l. ad bestias. & l. relegati. de pen. l. rescripta. C. de prec. Imp. offer. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 2. Thes. dec. 21. Farin. q. 6.*

4 Atque hoc multo magis locum habet, quando subest iusta causa: Tunc enim nedum Princeps supremus, & magistratus supremi, sed etiam Iudices ordinarij pœnas possunt augere, & minuere. *glos. in s. gistralem. in l. quod ergo. §. pœna grauior. ver. onerasset ff. de his qui not. infam.* Et quod pœnas leniri possint latè Tiraquell. *de pæn. temper. in præfat.*

5 *num. 16. & seq.* qui sexaginta quatuor causas refert, propter quas pœnæ temperari possunt. *Far. d. q 17. num. 7. & seq. ubi num. 61.* Limitat post sententiam, & causam exprimendam esse affirmat, *nu. 62. & 63.*

6 Declara primo, ut superius dicta procedant, quādo pœnæ Fisco sunt applicandæ, non autem quando parti, cuius ius non ita facile lædi potest. *glos. in l. quicumque. ver. viginti solidis. C. de ser. fug.* Ratio est, quia mitius cum lege, quam cum eius ministro agitur. *l. Celsus de arb. & §. oportet auth. de Iud. Franc. Saler. cons. 4. §. 5. num. 29.*

7 Declara secundo, ut moderatio, seu commutatio facilius procedat, quādo intercessoris Religio ita suadet, ob quam mitius sæpè cum delinquentibus agendum est. *Aug. relat. in cap. prodest. 23. q. 5. Saler. d cons. 4 §. 1. num. 4. & §. 5. nu. 30. ver. atque intercessoris. & num. 31.*

8 Declara tertio, ut mitius agatur, ubi est minus periculum; durius, ubi est grauius periculum. *cap. 3. de elect. in 6.* Sic videmus puniri serius occidentes hominem veneno, quam gladio; quia maius est delictum. *l. 1. C. de malef.* Et rationem, quod sit maius, reddit Arist. *in Ethic.* quia scilicet iniusti magis sūt ij, qui magis occultè procedunt, atq; insidias moliuntur. Hoc indicat etiam Textus *in l. 1. §. occiso-rum. ad Senat. Cons. Sylan.*

9 Declara quarto, ut quotiescumque pœna aliqua à Iudice minui, vel augeri potest, id tantum debeat fieri ad eum gradum, qui proximior est, non vero ad remotum. *Boer. cons. 195. nu. 8. lib. 3. Cart. dec. crim. 66. num. 112.*

10 Conclusio secūda. Visita propter magnam, quam habet facultatem, diuersimodè pœnas moderata est, vel illas commutauit, ut apparebit ex infradicēdis.

11 Declara primo, ut quandoque expresserit causam in decreto. 1534. 20. Iun. Capit. *Bernardinus de quo alias. Attento quod diu stetit in carcere, & quod non venit puniendus pœna corporis afflictiua, docto de eius paupertate, & miseria, relaxetur.* * 1566. 25. Maij. Sabell. *Leopardus de Osimo. Banniatur ab Vrbe, & eius districtu, ac toto Statu Ecclesiastico sub pœna capitis, præcipuè, quia habuit pacem, & probatur etiam quod ad sui necessariam defensionem, & quod diu stetit in carceribus, relaxetur.* * Dicta die. Nicolaus. *Attento quod ad defensionem fratris, & quod ibidem casualiter rixa superuenit; attenta etiam minoritate, & quod diebus proximè elapsis eius frater, qui similiter dictæ rixæ interfuit, fuit interfectus, & alijs rationibus ex processu colligibilibus, banniatur ab Vrbe, & toto Statu Ecclesiastico sub pœna capitis ad beneplacitum Gubernatoris; & relaxetur gratis.* * 1533. 14. Iun. Capit. *Io. Antonius Neapolitanus pro homicidio detentus. Attento quod de uno homicidio est repertus innocens, & quod homicidium fuit factum extra terras, & dominium Ecclesiæ, & ad vindictam patris, & est homicidium antiquum, & diu stetit in carceribus, solutis scutis duodecim fisco, attento, quod habet pacem ab hæredibus occisi, ex benignitate Visita liberetur.* Pœna pecuniaria in hoc decreto imposita scutorum duodecim facta applicata est Cameræ, quia nōdū emanauerat Motus proprius Pij IV. huiusmodi pœnas applicantis Archiconfraternitati Caritatis.

12 Declara secundo, ut facilius Visita concurrentibus pluribus respectibus, utputa ratione uxoris, filiorum carcerati, & alijs inclinet ad moderationem, seu commutationem pœnæ; duæ enim vel plures rationes vincunt unam. *Bal. in l. 1. num. 2. vers. sed contra. C. de legit. hered. Panor. in cap. suggestum. num. 3 vers. in glos. fin. de iure pat.* 1534. 21. Feb. Capit. *Bernardinus. Domini Visitatores audito processu, & disputata causa ipsum volentes cum eo benignè agere ratione uxoris, & filiorum, ipsum perpetuò priuarunt officio extraordinarij, & ab Vrbe bannierunt sub pœna triremium; ac ipsum relaxari, & liberari mandarunt cum obligatione quod infra tres exeat domum.* * 1542. 16. Decemb. Capit. *Io. de Papia. Stantibus precibus uxoris, in honorem festiuitatis mittatur ad triremes Sanctissimi D. N. & Cameræ Apostolicæ ad beneplacitum Sanctissimi D. N.* * 1565. 16. Apr. Sabell. *Franciscus carceratus in Curia Turris Nona. Attenta diuturnitate temporis, & attenta pace, & qualitate personæ, & eius graui familia banniatur ab Vrbe, & eius districtu sub pœna triremium arbitrio Gubernatoris; relaxetur gratis.* Sane grauis familia, præsertim liberorum, causa potissima esse debet non solum moderationis, sed etiam remissionis pœnæ apud S. Visitam, semper ad clementiam propēsam; cum legamus apud Liuium *lib. 49.* & apud Ciceronem *de orat.* quos refert Valerius Maximus *lib. 8. cap. 1.* etiam Pop. Rom. aliquando hac de causa plus iusto placidum fuisse. *Cum enim*, inquit, *à*

14 *Libone Tribuno Plebis Ser. Galba pro rostris vehementer increparetur, quod Lusitanorum magnā manum, interposita fide, Prætor in Hispania intere-misset; actionique Tribuniciæ M. Cato ultima senectutis, oratione sua, quam in origines retulit, subscriberet: Reus pro se iam nihil recusans, paruulos liberos suos, & Galli sanguine sibi coniunctū filium flens commendare cœpit. Eoque facto mitigata concione, qui omnium consensu periturus erat, penè nullum triste suffragium habuit.* Miseratio igitur S. Visitæ propria, Bernardini, de quo supra, quæstionem, non seueritas rexit: quoniam quæ innocentiæ tribui nequierat absolutio, intuitu puerorum data est, & sanè rectè. Habentur enim patētes adeo benemeriti de Repub. ut alias lex emanauerit de tribus filijs, ut quibus tres liberi nati erant, ijs ad alendos pueros sumptus de publi-

co

co suppeditarentur. *Dio. lib.* 3. & habetur circa finem *Indies l.* 1. *Roman. post commen. verb.iuris.* Nec mirum, si Visita frequenter ad miserationem commoueatur. Comparent enim plarumque in Visita matres, vxores, filij, filiæ (etiam nubiles) pueri, nepotes, sorores carceratorum, quæ ærumnas alias suas super alias cumulando, lacrymis vniuersa perfundunt, quæ emollirent etiam corda barbarorum.

15 Declara tertio, vt multo facilius in quibuscumque aliis causis permota sit Visita ad moderationem, ac etiam remissionem pœnæ in delictis ob defensionem honoris commissis. Cum enim causa, in qua de honore agitur, æquiparetur illi, in qua de vita tractatur; quæ conseruandæ vitę gratia agere licet, eadem quoque honoris causa licere debent. *l.isti quidem. ff qui met. cau. l. iusta. ff. ad manum vind. l. quisquis. C. de postul. cap. nullo* 12. *q.* 1. *Bald. cons.* 312. *col.* 1. *vol.* 4. *& cons.* 382. *col.* 2. *vol.* 5. *Crau. cons.* 168. *num.* 2. *vol.* 1.

Quare in Visita, si contingant similes causæ, gratia digni reputantur. 1531. 7. Octob Nonæ. *Robertus Neapolitanus. Quia satis fuit in carcere, & quidquid fit, fuit pro defensione honoris; relaxetur & remittatur ei bannum pro hac vice.*

16 Declara quarto, vt etiam multoties Visita ex causis bene visis; & non expressis deuenerit ad moderationem, seu commutationem pœnæ. 1534. 10. Ian. Capit. *Morellus Perusinus pro furtis & homicidio. Pœna capitalis & vltimi supplicij commutetur in mortem ciuilem, & mittatur ad triremes per triennium.* * 1548. 15. Mart. Capit. *Gregorius de Mutina.* D. *Gubernator expediat citra mortem.* * 1548. 26. Apr. Nonæ. *Nicolaus condemnatus ad triremes perpetuas. Moderetur arbitrio D. Vicarij, & D. Episcopi Torcellan. quia Domini decreuerunt, concordata parte ad primam Visitam triremium relaxetur.* * 1549. 4. Iul. Capit. *Bernardinus. Visita ex gratia reduxit ad medietatem pœnæ.* * 1622 6 Octob. Capit. *Maximilianus. Solutis scutis quinquaginta pro compositione, & commutata relegatione à Ciuitate Vetula ad Ciuitatem Reatinam, vel Veliternam arbitrio ipsius in Actis declarãda ante eius excarcerationem, & data cautione de seruando exilium sub pœna Triremium per quinquennium, relaxetur.* Prædictę sunt causæ moderationis seu commutationis pęnarum, quas strictè hic recensendas duximus, alias duas aliquantò latiùs *cap. seq.* explanabimus.

17 Declara quinto generaliter, vt omnes delinquentes extra propositum puniantur pœna extraordinaria. *Tiraq. de pen. temp. caus.* 6. *num.* 8. *Cabal. cap.* 31. *num.* 8. *Clar. prax. crim.* §. *fin. q.* 60. *num* 18. *&* 24. *Castag. in tract. deduct. ne egeat. q.* 1. *fall.* 2. *num.* 11.

CAPVT II.

De relaxatione cum moderatione pœnæ ob excellentiam Rei in aliqua arte.
Et,
Ex causa Ebrietatis, & somnij.

SVMMARIVM.

1 *Scientia pretiosior pompa, quo rarior.*
2 *Artificis excellentia impetrat pœnæ moderationem, seu commutationem & aliquando remissionem.*
3 *Artificum diuersorum excellentia pœnæ moderationem obtinuit.*
4 *Artifex peritissimus liberandus à pœna Statuti.*
5 *Glossæ opinio Doctoris opinioni præualet, non consuetudini.*
6 *Glossa est iuris Idolum, ex Cyno.*
7 *Glossa ordinaria melius cæteris intellexit.*
8 *Lex* ad bestias *quomodo intelligẽda ex Rauardo.*
9 *Artifex excellens in arte beneficio* l. ad bestias *liberatur à pœna, vel est minuenda.*
10 *Azo ad supplicium ductus alta voce repetebat* Ad bestias.
11 *Pœna moderationem impetrat ingeniosè delinquens.*
12 *Artificis excellentia Principi denuncianda ad mitigandam pœnam post sententiam; ante sententia, mitigari potest à Visita.*
13 *Pœnas etiam post sententiam Visita moderatur.*
14 *Artificis excellentia vt probetur, requiruntur quindecim testes.*
15 *Pœna moderatio, vel commutatio difficilis est in praxi.*
16 *Artifices non mirantur, qui non intelligũt artem.*
17 *Propositum idem operatur in proposito, quod oppositum in opposito, quando verum.*
18 *Ebrietas est appetitus bibendi vltra mensuram.*
19 *Vini commoda, & incommoda recensentur.*
20 *Ebrietas decipit quem Sodoma non decipit.*
21 *Pœna propter ebrietatem minuitur.*
22 *Pœna propter ebrietatem à Visita mitigata atque etiam remissa.*
23 *Ebriorum descriptio, ex S. Ambrosio.*
24 *Pœnam ebrijs remisit Dionysius Syracusanus.*
25 *Sobrietatis descriptio, & encomium ex D. Augustino.*
26 *Dormientes delinquentes, qui possunt præcauere, pœna extraordinaria puniuntur.*

1 NAtura comparatum est, vt in omnibus artibus hoc sit scientiæ pretiosior pompa, quo rarior, vt dixit *Sid. n. Apollin. epist.* 10. *in fin. lib.* 2. Quis namque dubitet quin quo quid difficilius, & rarius est, eo gloriosius, & maius habeatur. Ad inuitandos homines ad excellentiam huiusmodi;
2 non solum fuerunt proposita præmia & honores, cum, vt dicitur: *Honor alat Artes*, & secundum Aristotelem, honor sit præmium virtutis; sed etiam

si

si quando contingat in delinquente huiusmodi raritas & excellentia in arte, pœnæ moderationem seu commutationem, & quandoque plenam impetrat remissionem. Textus est, qui communiter allegatur. *in l. ad bestias ff. de pæn.* & ita communiter receptum esse attestatur Didacus *lib. 2. resol. cap. 9. num. 6. Tiraq. de pæn. temp. caus. 50. per tot. Plac. lib. 1. delict. cap. 33. numer. 1. & seq.* Et refert *Paris. de Put. de Syndic. in ver. pœna cap. in fin.* quod ita semel obtentum fuit in Consilio Regio in

3 quodam Bombarderio ipso Paride patrocinante. Refert etiam *in prax. Carer. fol. 548. num. 27.* quod Dynas liberauit quendam insignem fabrum multandum amputatione manus, cui propter peritiam fuit mitigata pœna. Clarus qui prædictos allegat. *§. fin. q. 60. num. 26.* ait alias fuisse decisum Neapoli ad fauorem cuiusdam artificis, magnæ elegantiæ, & vtilis Reip. qui inciderat in pœnam amputationis manus, vt ei propter elegantiam, & vtilitatem publicam alteraretur pœna, & recederetur à iure communi. *Barbat. de præst. Cardinal. fol. 44. num. 40.* vbi alia habentur cumulata de eadem materia: & quod communiter propter insigne aliquod artificium, aut excellentem virtutem possit delinquens impunitus dimitti attestatur. *Horat. Lut. de priuileg. scholar. cap. 83.*

4 Declara primo, vt propterea artifex peritissimus sit liberandus à pœna statuti secundum glos. singularem. *l. 1. C. de ann. Ciuil. lib. 11.* quæ glossæ opinio Doctoris opinioni est præferenda. *Iacob. Butrig.*

5 *in l. 1. C. qui pro sua iurisd.* Vbi dicit: *Vbicumque glossa firmat pedes, serua eam, nisi consuetudo sit in contrarium.* Nam tunc recedendum est ab ea, quia etiam a lege receditur propter consuetudinem

6 contrariam. Cynus etiam pulcrè dicit *l. 1. C. de act. & oblig.* quod glossa est iuris idolum. Bart. *Cons.*

7 *incipiente Andrutulus. 27. num. 3.* dixit: Do tibi glossam ordinariam, à qua consulendo non est recedendum, cum ipsa melius cæteris intellexerit, vt late *Petr. Lenand. in Tract. de priuil. Doct. q. 421 fol. 171.*

8 Declara secundo, vt secundum multos illa *l. ad bestias ff. de pæn.* non probet, id ad quod allegatur. Legis verba sunt: *Ad bestias damnatos fauore populi Præses dimittere non debet, sed si eius roboris vel artificij sint, vt digne Populo Romano exhiberi possint, Principem consulere debet.* Cuius legis verum intellectum assecutum se esse profitetur Rævardus. *Variar. siue de iur. ambig. lib. 2. cap. 14.* Vbi ait: Sensus *l. ad bestias. ff. de pæn.* est si is, qui ad Bestias damnatus est, belluam aliquam superauerit, non debet fauore Populi Præses illum dimittere, hoc est, vt Gellius interpretatur, pœna soluere; sed si constiterit eximijs viribus aut artificio quodam singulari belluam vnam, aut alteram superatam, & ob id dignum hunc victorem, qui in ludo exhibeatur Populo Romano, Principem, ait Modestinus I.C. a Præside consulendum esse. Nam, vt inquit, Couar. *cit. cap. 9 num. 6. lib. 2.* non poterant illi ad bestias transmitti de vna Prouincia ad aliam. Nihilominus communis intelligentia, *d. l. ad Bestias.* est, vt diximus supra, quod liberetur a pœna ingeniosus artifex, vel saltem moderetur, vel immutetur. Propterquam communem intelligen-

10 tiam fertur, Azonē, dum ad Tribunal Iustitiæ duceretur in Ciuitate Bononiæ, pluries dixisse, & alta voce; *Ad bestias:* Qua voce audita Magistratus Bononiensis eū quantocius ad supplicium duxerunt, credentes se bestias vocari; quod de se ipso propter suam excellentiam dicebat, vt per adden. *ad Car. cit. q. 60. ad vers. pariter etiam.*

11 Amplia, vt non solum procedat in ingenioso artifice, sed etiam in eo, qui se ingeniose gessit in delinquendo, nisi fuerit famosus latro, & seditiosus. *Tiraq de pæn. caus. 50 num. 2* Vbi refert de eo, qui vitrum flexibile composuerat quem Tiberius interimi mandauit. Aliter se res habet in iure non famoso, cuiusmodi erat ille, de quo dicturus sum infra *lib. 2. §. 31. num. 32.* Et faciunt etiam ea, quæ diximus de pœna pro furtis. *§ 12. cap. 2.* de Lacedæmonijs, apud quos non erat dedecori furari, sed in furtis, & rapinis exercebant Iuuentutem, vt magis ingeniosi contra hostes in bello redderetur.

12 Porro gratia in huiusmodi causis non est facienda, nisi consulto Principe, vt in *d. l. ad bestias.* Ita tenent communiter supracitati DD. præsertim *Clarus: & ibi adden.* Negandum tamen non est, quin hæc gratia fieri possit à Visita Principem repræsentante. *Clar. cit. q. 60 num. 26.* vbi dicit gratiam fieri posse a Senatu, qui est loco Principis; *Ibi adden.* De nostra Visita habemus inter cætera decretum infrascriptum. 1532. 23. Mart. Sabell. *Ceccus Gozzonus. Attenta minoritate, & peritia equitandi; & vilitate mulieris, & concordia, & longo carcere; relaxetur in honorem Pascha.*

Cæterum fieri debet hæc diminutio seu commutatio pœnæ ante sententiam inconsulto Principe. Nam post sententiam esse omnino consulendum voluit Clarus *d. q. 60. num. 25. vers. & aliquando.*

13 Visita tamen (quippe quæ habet amplissimas facultates) & post sententiam pœnas moderatur, vt ex pluribus decretis præcedentis capituli apparet, & ex alijs in isto opere ad alium finem allegatis, & præsertim, vbi de facultate Visitæ in damnatos ad triremes. *lib. 2. §. 13. cap. vnic.* tractatur.

14 Illud aduertendum speciale esse, vt in probatione excellentiæ artificis requiratur numerus quindecim testium. *l. Vnicumque. C. de prox. Sac. crim. lib. 12. Ias. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Guglhel. de Bened. in cap. Raynutius ver. adiectis impub. nu. 20. de testam.* De quo tamen conqueri nō debet obligatus ad probationem, cum in Ciuitatibus notoria sit ferè excellentia artificum in qualibet arte. Pro probatione autem rei notoriæ facile est reperire, non solum quindecim testes, sed etiam numerum longe maiorem.

15 Declara tertio, vt in practica reddatur valde difficile huiusmodi gratiā obtinere, etiam, quoad commutationem pęnarum. *Clarus. cit. q. 60. num. 26. vers. scias tamen.* vbi allegat Cæpol. *in l. metus. circa fin. ff. de verb. signif.* dicentem vidisse quandoque viros egregios in aliqua arte decapitari, licet

16 hoc sibi non placeret. Quod inde factum esse credimus, quia plærumque Iudices artem illam, de cuius excellentia agitur non intelligant. Naturali namque vitio fixū est pectoribus humanis vt qui non intelligant artem, non mirentur artifices.

17 Post moderationem pœnæ concedi solitam ob excellentiam intellectus, succedit iure, & meritò illa; quæ conceditur ob defectum eiusdem intelle-

R ctus

ctus (ad tempus videlicet) ex causa Ebrietatis. Quare hoc casu non valet argumentum à contrario sensu; sed militat regula; *Idem operatur propositum in proposito, quod oppositum in opposito*. Ratione

18 igitur ebrietatis merito constitutum est, vt pœna minuatur, quia in ebrio dolus abesse putatur. *l. omne delictum. ff. de re militari. l. respiciendum. ff. de pœna*. Est enim ebrietas appetitus bibendi vltra mensuram; vnde euenit defectus rationis. Imo melius cum Baldo in *l. 1. §. idem Iulianus. ff. de adilit. Edicto*. Ebrietas est vitium animi in corporis passionem disgrediens, & principaliter cõsistit in animo. Nam Ebrius dicitur alienatus a mente. *cap. crapula. de vita & honest. Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. num. 27. in repetit. ff. de his qui not. infam.* Vbi refert Senecam dixisse Ebrietatem voluntariam esse insaniam. Vnde Pittacus temulentos, si quid deliquissent, duplici pœna puniri curauit, vt formidine supplicij à vino abstinerent.

19 Et sane vinum, vt legitur *tom. 9. operum. D. Aug. Tract. 17. de sobriet. & castit.* in multis vitæ mortalium necessarium, debilem stomachum reficit, vires deficientes reparat, algentem frigore calefacit, vulneribus infusum medetur, antidotis etiam diuersisque medicamentis adiunctum salutem operatur, tristitiam remouet, languores omnes animi delet, lætitiam infundit; conuiuas honesta miscere colloquia facit. Si vero immoderatè sumatur quodamodo conuertitur in venenum: neque pes, neque caput officio suo funguntur; & vsque adeo

20 dementat, ac decipit homines ebrietas, vt idem D. Augustinus *super Genes.* dixerit: *Quem Sodoma non decepit, decepit ebrietas*. Minuitur igitur

21 pœna propter ebrietatem. *Clar. §. fin. q. 60. nu. 11. ibique adden. num. 39. & seq. Farin. q. 93. Menoch.*

22 *de arbitr. cas. 404.* Visita etiam aliquando exhibet erga istos clementiã; ne dum minuendo, sed etiam remittendo eis omnem pœnam. 1537. 13. Mart. Capit. *Petrus dictus il Soldato. Attenta ebrietate; relaxetur*.

23 Quis enim ebrijs non misereatur; maxime si expendat effectus ebrietatis, quos egregie describit D. Ambrosius *lib. de Elia & ieiun. cap. 16.* vbi ait: *Hinc vana imagines ebrijs, incerti risus, instabiles gressus, vmbras sæpe transiliunt, scilicet foueas: Nutat his cum facie terra; subito erigi, & inclinari videtur; & quasi vertatur: Timentes in faciem ruunt, & solum manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus sibi videntur includi: murmur in auribus tanquam maris fluctuantis fragor, & resonãtia fluctibus littora; canes si viderint, leones arbitrantur, & fugiunt. Alij risu soluuntur incondito; alij inconsolabili marore deplorant; alij cernunt irrationabiles pauores; vigilantes somniant; litigant.* Hæc D. Ambrosius. Eadem ferè

25 *Plin. lib. 14. cap. 22.* Itaque remisit quamcumque pœnam ebrijs etiam Dionisyus Syracusanus senior, vt diximus supra, dum tractauimus de maledictis in Principem. *§. 12. cap. 1. nu. 33.*

Vt autem homines facilius euitent ebrietatem, & auditis, quæ ex ea proueniunt malis, ad sobrietatem inducantur, placuit quod legitur *cit. tom. 9. operum D. Aug. tract. 17. de sobriet. & cast.* subijcere: *Sobrietas est castitas sensus, & mentis; memborum omnium corporisque Tutela; castitatis pudicitiaque munimen; pudori proxima; amicitia pacisque serua; honestati semper coniuncta, criminum atque vitiorum omnium profuga.* Et alijs enumeratis subiungit paulo inferius. *Temeritatem fugat; pericula cuncta declinat; mutuis officijs obtemperat; superbiam detestatur; domum, familiam cum moderatione gubernat; fidem sibi committentibus seruat; &, vt summatim breuiterque dicam, sobrietatis perseuerantia inæstimabilis. Est animi fortitudo, omnes eam virtutes, & omnes laudum semper tituli concupiscunt, quia sine ipsa ornare, aut placere non possunt. E contra ebrietas &c.* Prosequitur postea Auctor mala ebrietatis longe plura ijs, quæ exposuimus; sed consulto ea omisimus ad euitandam nimiam prolixitatem, cum apud ipsum videri possint. Non multum offenderet homines malum hoc ebrietatis, si seruaretur laudabilis lex illa Romanorum, de qua Aelianus *lib. 2.* vt neque libera neque serua libaret vinum, neque clarorum virorum quispiam à pube vsque ad 35. annum.

26 Dormientes quoque qui surgunt de lecto, & arma capiunt, si aliquem offendant puniendi sunt pœna extraordinaria, dummodo aduertunt se hoc aliquoties facere, quia possunt præcauere, *Far. q. 98. num. 70. post Rom. & alios l. 1. §. adipi scimur. ff. de acquir. poss. Castag. tract. deducto ne egeat. qui alios adducit. q. 1. fol. 2. nu. 10.*

---

§. XV.

RELAXATIO EX GRATIA.

CAP. I.

De Relaxatione ex Gratia in Genere. Et, De Circumspectione adhibenda in relaxatione Gratiosa.

SVMMARIVM.

1. *Gratiam regulariter solus Princeps facere potest.*
2. *Gratia connumeratur inter regalia maiora Principi reseruata.*
3. *Princeps in actionibus suis non procedit more priuatorum.*
4. *Captiuos non pretio remittere, sed gratis donare hostibus regium esse censuit Alexander Magnus.*
5. *Gratiam facere potest Visita saltem in minoribus delictis, & pœnis.*
6. *Gratiam faciens Visita cautè procedit.*
7. *Vitio alterius edoctus sapiens emendat suum.*
8. *Impunitatis spes maxima illecebra peccandi.*
9. *Pœna improbis statuenda*
10. *Gratia non est facienda in delictis quorum frequen-*

quentia, & impunitas publicam quietem turbat.

11 *Correctione malorum placatur Deus, impunitate dei ira prouocatur.*

12 *Delicta in nos facile dimitti possunt, in Deum commissa non sine magna pænitentia.*

13 *Delicta, quæ publicam quietem turbant, sicut vlcera, curanda sunt.*

14 *Vitium nullum finitur ibi, vbi oritur.*

SED abeant pœnę earumque commemoratio. Ad gratiam nostrum conuertamus sermonem. Satius est fauorabili, quam inuisæ rei vacare. Venite igitur in manus gratiosa Visitatorũ decreta, tanquam felicibus auspicijs propagata soboles. Non solum consuenit Visita commutare, & moderari pœnas; sed etiam habita ratione hominum, rei, & temporis vt dixit, Cicer. 2. *de orat.* pœnam remittere, & gratiam liberam facere, vel in executione pœnæ mandare supersederi, vt ex ijs, quæ mox dicturi sumus apparebit.

1 Gratiam regulariter solus Princeps facere potest. *l. ad bestias. l. relegati. de pæn. Thesau. dec. 21. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 2. nu. 2.* Ratio est quia

2 hæc prærogatiua connumeratur inter regalia maiora supremo Principi reseruata. *Boss. de remed. ex sol clem. Princip num. 4 Cyriac. contr. 343. per tot.* Idem firmant Const. XXVII. Pij IV *declar subseq.*

3 Pij V. Const. X. & Clem. VIII. Const. XV. §. 7. Dici quoque potest, quod soli Principi gratiam congruit facere. Quippe qui in actionibus suis non

4 procedit more priuatorum, vt benè confirmatur ex perpulcro responso Alexandri Magni relato a Q. Curtio. *lib. 4.* Is enim Parmenione suadente, restitutionem captiuorum recepto pretio; Respondit: *Ego, inquit, pecuniam, quam gloriam mallem, si Parmenio essem; nunc Alexander de paupertate securus sum; & me non mercatorem memini, sed Regem. Nihil quidem habeo venale, sed fortunam meam vtique non vendo. Captiuos si placet reddi; honestius dono dabimus, quam pretio remittemus.*

5 Ex quibus tamen non videtur sublata facultas Visitæ, in minoribus saltem delictis, & pœnis, gratiam facere. Siquidem, vt pluries dixi, Pontificem

6 repræsentat, & illius vicesgerit. Cautè tamen Visita procedit in gratijs faciendis, exprimereque solet plerumque in Decretis causas propter quas ad faciendam gratiam mouetur. Non enim facilè, & absque causa indulgendum est, ne delicta impunita

7 remaneant. Licet namque sapiens ex vitio alterius emendet suum, vt dixit Seneca; non tamen omnes sunt sapientes, imò stultorum infinitus est nume-

8 rus: maximamque peccandi illecebrã esse impunitatis spem dicebat Demosthenes. *In Orat. aduersus Midiam.* Dulce pomum, cum abest custos, vt aiebant Græci. Cicero *In Lælio* sic scripsit: *Impro-*

9 *bis pæna statuenda est, vt, & quos natura retinere in officio non potest, ij magnitudine pœnæ maleficio submoueantur.* Valdè disciplinæ interest iniuriam vindicari. Metum enim vltionis omnis iniquitas refrænatur. *Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem* habet: *& morte eorum, qui conuicti sunt statim malorum aliquis fuit moderatior; nam in alienis veluti sui quisque discriminis Imaginem cernens, tortorem, & vincula somniat, & diuersoria tenebrarum propter quod accurate præcauet ne punibilia delicta committat.* Ab hac impunitate abstinendum omnino est, cum tractatur de delictis,

10 quorum frequentia, & impunitas publicam quietem turbare possit; vt in psalmo 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ; vt disperderem de Ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Exod. 22. *Maleficos non patiantur viuere.* c. Rex debet. 23. q. 5. ibi; *Rex debet furta cohibere, adulteria punire, parricidas, & periuros non sinere viuere.* Notat singulariter Guglielmus Bened. 2. *par. repet. cap. Raynutius. in fin. lib. 9.* An occidere peccatores liceat. Et Bossius *de Rep. cap. 9.* ait, Sanctius esse malos interfici, quam vniuersam Remp. perturbari: præcipuè quia correctione malo-

11 rum placatur Deus omnipotens. *c. si quos. c. est iniusta. c. si ea. 23. q. 4.* & ad iram prouocatur cum mala differuntur puniri: Hoc enim solum benè agitur, vt vita hominum corrigatur. *c. prodest. 23.*

12 *q. 5.* Hinc est, quod licet ea, quæ contra nos committuntur, facile possimus indulgendo dimittere; ea tamen, quæ in Deum commissa sunt, non nisi cum magna satisfactione, nec sine pænitentia

13 possumus relaxare. *c. si is qui. 23. q. 4.* præsertim; vt dixi, in delictis publicam quietem turbantibus. In istis enim procedendum est, vt in corporibus curandis, in quibus prudentes medici ea vtuntur ratione, vt si quid infectum, parumque sincerum sit, id tandiù tolerent, & quasi dissimulent, quoad illud quietè, & inedia sanari posse confidunt. Vbi verò vim morbi gliscere animaduertunt, latiusque in dies serpere, tum aperto marte obsistunt, ac potentioribus remedijs labem omnem expellere, morbique causas radicitus extirpare conantur; nec turbare paululum dubitant caducam illam, breuique duraturam quietem, vt firmam, ac diuturnam corpori pariant sanitatem. *Petrus Magnus in libro de consil. cap. 7.* Nisi enim ita fieret corpus totum in-

14 ficeretur. Idem in vitijs contingit. Nam nullum finitur vitium ibi, vbi oritur. Non eo inficias melius esse sanare vitiosas partes, quam resecare. *Cicero. epist. 1. ad Attic. lib. 2.* si fomenta medicinæ sentiant; sin minus necesse est resecare, ne totum corpus periclitetur. *c. resecanda. 24. q. 3.*

CAPVT II.

De Relaxatione gratiosa ex diuersis Causis.

SVMMARIVM.

1 *Gratiosa relaxatio, nec a principe, nisi parte concordata, fit.*

2 *Gratia relaxationis facillimè fit in leuibus concordata parte.*

3 *Gratia relaxationis solet carcerato fieri causa seruitij ab ipso Curia præstiti.*

4 *Gratia relaxationis, vt fiat carcerato frequenter*

pro sufficienti causa habita est diuturna carceratio, vel diuturnitas temporis, quo delictum fuit commissum.

5 *Gratia relaxationis vt fiat carcerato, causa potentissima habetur honesti deprecatoris intercessio.*

6 *Gratia relaxationis fit carcerato Intercessione deprecatoris efficacis.*

7 *Gratia relaxationis facilius fit semel delinquenti, vel vitium virtutibus redimenti.*

8 *Delinquere non solitus de iure mitius punitur.*

9 *Delicta punienda habita ratione anteacta vita.*

10 *Gratia relaxationis facilius conceditur concurrentibus pluribus causis.*

11 *Gratia relaxationis concessa quandoque, nulla causa expressa.*

QVæ diximus, non eò tendunt, vt velimus excludere gratias æquas, & rationi consentaneas, quæ, vt diximus, Principem distinguunt à cæteris.

Illas frequenter in Visita factas fuisse constabit ex decretis, quæ proponemus, vt in id genus alijs causis Visitatores vtantur hac facultate, quoties ipsis conueniens, & opportunum videbitur, maximè si considetemua quę Seneca. *lib. 3. de ira. cap. 25.* dixit: *sapientissimi quoque viri multa delinquunt: nemo est tam circumspectus, cuius non diligentia aliquando sibi excidat:* nemo tam timidus offensarum quin in illas, dum vitat, incidat. Rectè in hanc rem Ouidius. *lib. 1. Trist.*

,, *Si quoties peccant homines sua fulmina mittat*
,, *Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

Quare si quid aliquando erratum est, danda est venia lapso ex *Homer. in Odiss.*

,, *Haudquaquam fieri potis est, vt peruigil vsque*
,, *Mortalis durit.* ——————

1 Declara primo, vt Gratiosa Relaxatio non fiat nisi pax intercesserit, & satisfactio partis offensæ (vt dixi supra de Relaxatione cum cautione de non offendendo) quod etiam ab ipso Principe seruari solet. Symmachus *in relatione ad Valentinianum, & Theodosium Impp.* ait: *omnes regitis, sed suum cuique seruatis; plusque apud vos Iustitia, quam licentia valet;* apud D. Gregorium *Epist. 120.* legitur: *Summum in Regibus bonum est Iustitiam colere, & sua cuique iura seruare, & subiectis non sinere, quod potestatis est, fieri, sed quod æquum est custodire.* vide Farin. *q. 6. nu. 18.* vbi latè explicat hanc materiam.

2 Declara secundo, vt gratia fiat facillime concordata parte. 1628. 4. April. Nonæ. *Antonius. Relaxetur attenta concordia, quoniam coactus commisit crimen.* * 1537. 2. Iun. Nonæ. *Vincentius. D. Vicarius auctoritate Visitæ interponat operam suam ad concordandas partes, quibus concordatis fit locus gratiæ; & ex nunc monentur agentes pro detento, & Sebastianus vt vadant quotidie ad D. Vicarium.* * 1537. 21. Iun. Sabell. *Franciscus. Attenta remissione Domini remittatur es pro hac vice, alia vice transmittatur ad Triremes.* * 1540. 23. Octob. Nonæ. *Lilius Perusinus. Attento longo carcere, & quod impetrauit veniam à Dominis de Visita, & à parte offensa genibus flexis, liberetur, & soluat in forma pauperum.* * 1569. 32. Ian. Sabell. *Tarquinius. Attenta concordia, & pace subsequuta, & quod fuit condemnatus in contumaciã, & attenta graui familia, & quod pars aduersa fuit satisfacta, & alijs animum Dominorum mouentibus, & signanter precibus matris: Domini mandarunt cassari processum, & condemnationem, & omnia inde secuta, & relaxari.* Immo tanti facit Visita hanc concordiam partis, vt quandoque nec voluerit cogitare de expeditione, nisi illa præcedente. 1528. 8. Aug. Capit. *Petrus. Concordet cum illis super restitutione rerum oblatarum, & postea cogitabitur de eius relaxatione.*

3 Declara tertio, vt consueuerit gratia Carcerato pro seruitio ab ipso Curiæ præstito. 1566. 4. Iul. Sabell. *Robertus. Attento quod fuit in causa ne carcerati, qui coniurauerant velle frangere Carceres, & aufugere, non aufugerint ex eo, quia tractatum reuelauit Curia, relaxetur gratis, & nihilominus banniatur ab Vrbe, & eius districtu sub pœna Triremium arbitrio D. Gubernatoris.*

4 Declara quarto, vt longa carceratio, vel diuturnitas temporis, quo delictum fuit commissum, frequenter ponatur pro causa gratiæ, prout etiam diximus supra poni pro pœna sufficiente. 1551. 3. Sept. Nonæ. *Anselmus Pedemontanus. Attento longo carcere, non obstante confessione per eum de falsitate, Visitatores mandarunt eum liberari gratis vbique ex gratia.* * 1548. 15. Nouemb. Capit. *Sebastianus Spadarius. Intercedatur apud Dominos Cardinales pro remissione pœna fustigationis: quoad alia Domini Visitatores remiserunt, & quamcumque pœnam attenta paupertate, & longo Carcere.* * 1651. 28. Ian. Sab. in Visit. secr. *Petrus Paulus Eremita carceratus pro prætenso bannito. In causa homicidij Antonij de Fortis commissi à 36. annis citra, asserta diuturnitate temporis, graui senectute, ex gratia Reuerendissimi ad relationem D. Gubernatoris Vrbis iniuncto exilio à Terra, & Territorio Iuliani sub pœna carcerationis arbitrio eiusdem D. Gubernatoris, prout fuit iniunctum in plena Visita, relaxetur gratis.*

5 Declara quinto, vt intercessio Potentis fuerit potissima causa faciendi gratiam. Quod est valdè conueniens, vt dixi ex D. Augustino, *supra de moderatione pœnæ*. Valere enim plurimum debet apud Principem pium, cuius locum tenet Visita, vbicunque clementiã suadet dignitas deprecantis. Nam quemadmodũ scelus est Innocentẽ damnare, vt Agesilaus Lacedæmoniorum Rex ad Hidriensem Carem scripsit: ita humanitatis est admissi sceleris culpam in gratiam honesti deprecatoris, maximè si spes melioris vitæ concurrat, interdum condonare; & a summo illo iure ad æquum, & bonum deflectere: idque magis, si intercessor sit notæ probitatis, benè de Republica meritus, & promittat ipse punitionem, si eum contra quem agitur, deprehendat delinquentem: vti accidit in eo, quod refert Valerius Maximus *lib. 8. cap. 1.* vbi ait: A. Attilium Calatinum, Saranorum Oppidi proditione Reum admodum infamem. Imminentis damnationis periculo Q. Maximi Soceri pauca verba substraxerunt, quibus affirmauit, si in eo crimine sontem illum comperisset, diremptum se fuisse affinitatem. Continuo enim populus pene iam explora-

pluratam sententiam suam vnius iudicio concessit: indignum ratus eius testimonio non credere, cui difficillimis Resp. temporibus bene se exercitus credidisse meminerat. Hocq; præsertim si inter- 6 cessor sit efficax, vt de Liuio Druso scribit Seneca *De breu. vit. cap.5.* quod pupillus adhuc & prætextatus ausus est Iudicibus Reos commendare, & gratiam suam interponere tam efficaciter, vt quædam iudicia constet ab eo rupta. Si vero intercessor sit ex ijs, quibus secundum Aristot. *lib. 6. Ethic.* non potest reddi æquiualens videlicet, Parentibus, & Præceptoribus, imitandum erit exemplum Coriolani, qui, vt ex Tito Liuio refert Valerius Maximus. *lib. 5. cap. 4.* eo tempore, quo patriam erat expugnaturus superueniente Veturia matre, vbi eam filius aspexit: *Expugnasti*, inquit, *& vicisti iram meam*. Vnius parentis aspectus bellum atrox salutari pace mutauit. Est inter cætera decretum Visitæ. 1555. 20. Iun. Nonæ. *Michael Angelus. Intuitu Illustrissimorum DD. Regni Angliæ, relaxetur.*

7 Declara sexto, vt facilius fiat gratia ei, qui semel deliquit. Danda est enim venia lapso; cũ humana sit labi. Aequum igitur est nõ statim post primam culpam adhibere vindictam; sed iussa prius in admonitionem conuertere, ne nimia districtio sequatur, quã leuis patientia præcedat, vt dicebat Rex Theodoricus apud Cassiodorum *lib. 4. var. cap. 29.* Idemque sensit pluries Visita, præsertim, si talis sit, vt redimat vitium virtutibus, & plus habeat, quod laudetur, quam cui ignoscatur. 1528. 27. Aug. Nonæ. *Bartholomæus. Attento longo carcere, & quod semel tantum peccauit, relaxetur.* * 1528. 19. Nouemb. Capit. *Franciscus. Attento quod est primum furtum, & leue, ac restitutum, relaxetur.* * 1553. 17. Aug. Capit. *Iacobus. Liberetur pro hac vice, cum comminatione, quod si delinquerit in futurum mulctetur duplici pœna.* * 1573. 19. Nouemb. Cap. *Marcus Spadorus. Attenta carceratione, & quod semel tantum delinquit, facta obligatione de non contraueniendo in futurum Statutis, sub pœna triremium, prout promisit; relaxetur gratis.* Nam 8 de iure non solitus delinquere mitius punitur *l. non omnes. in princ. ff. de re milit.* Vbi dicitur in puniẽdis delictis habendam esse rationem retroactæ vitæ. 9 *l. desertorem. §. it qui ad hostes. vers. sed, etsi ex improuiso. ibi inspecto eius vita præcedentis actu. ff. eodem. cap. eos qui, 1. quæst. 5.* Vbi remissius agitur cũ Simoniaco, quem alias vita cõmendat. Tiraq. qui pluribus hanc propositionem comprobat. *de pœn. temp. caus. 5. per tot.* vbi etiam respondet contrarijs. *Bertaz. cons. 356. nu. 8. lib. 2.* qui plures refert consentientes, quos cum alijs allegat & sequitur Farin. *q 23. num. 32. vers. amplia* 11.

Atque hoc eo magis faciendum, si compertum fuerit carceratum esse bonæ vitæ, & famæ, quod spectatur præcipuè à DD. Visitatoribus. 1548. 26. Iul. Nonæ. *Presbyter Stephanus Gallus. D. Aduocatus Pauperum, videat processum, & referat in prima Visita, & interim Procurator Pauperum informet se de vita, & moribus à personis cognoscentibus in Vrbe, & prouideatur de victu sufficienti.* Sicuti viceuersa grauius puniuntur illi qui sunt soliti delinquere, vt supra demonstrauimus, & sunt malæ conditionis & famæ.

10 Declara septimo, vt cum vna particulari causa & multo magis concurrẽtibus pluribus causis, Visita prona fuerit ad gratiam concedendam, 1531. 26. Augusti. Nonæ. *Paulus de Ianzano carceratus in Capitolio quia implorauit auxilium DD. Visitatorũ; non torqueatur, & supersedeatur quod omnia contra eum vsque ad primam Visitam in Capitolio, & intimetur.* In Visita postmodum sequenti Capitolina habita 2. Septembris fuit dictum: *Paulus de Ianzano pro homicidio. D. Gubernator videat processum, & vnà cum D. Petro Antonio expediat, & decernat prout eis videbitur etiam authoritate Visitæ.* Dicta die 2. Septembris Capit. *Elisabetha de Gallesio carcerata in Turre Nona. Attenta fragilitate sexus, & carceratione, & quod non fuit secutus effectus, & quod maritus tam instanter petijt vxorem, & attenta paupertate, relaxetur & restituatur viro suo.* * 1535. 26. Ian. Sabell. *Camillus Gallus. Attento longo carcere, & quod fuit tortus, quodque in primo examine dixit veritatem; relaxetur.* * 1562. 22. Ian. Capit. *Sigismundus Siculus. Attento quod venit ex longinquis partibus, & spontè se constituit, facta obligatione per ipsum sub pœna priuationis beneficiorum, & confessatorum criminum, de quibus imputatur, ac perpetua infamia, prout se obligauit; relaxetur gratis.* * 1551. 26. Febr. Capit. *Gabriel de Abbatia S. Saluatoris. Attento quod fuit toleratus, & composita pœna per non habentem potestatem. Domini declararunt ei non suffragari, & reum esse capitis, & propterea bannierunt eum ab Vrbe, & eius districtu, & à loco commissi delicti sub pæna capitis perpetuo, & ex gratia. & solutis expensis in forma pauperum.* * 1532. 6. Feb. Sabell. *Cecus Macellarius detentus pro furtis. Attenta paupertate relaxetur sub comminatione, quod pro primo furto per eum committendo suspendetur.* * 1550. 4. Decemb. Capit. *Camillus Bononiensis constitutus pro homicidio. Intellecto sui prætensi homicidij ad dirimendum quosdam rixantes noctis tempore liberetur etiam ex gratia Visitæ.*

11 Declara octauo, vt etiam quandoque nulla ex causa Visita gratiam fecerit. 1528. 4. Apr. Nonæ. *Anna. Data cautione, quam potest de restituendis bonis in actis confessatis dum peruenerit ad pinguiorem fortunam, relaxetur, prout se obligauit.* * 1546. 6 Octob. Sabell. *Bernardus. Liberetur ipse, & eius fideiussor iustis de causis animum Visitæ mouentibus, quoad processum, qui dicitur fieri in Curia Capitolij: super attẽtatis D. Gubernator iuxta mentem Visitæ prouideat.* * 1555. 31. Ian. Capit. *Ioannes Baptista Firmus, & Benedictus de Matrice. D. Senator expediat, etiam authoritate Visitæ in benigniorem partem.*

Alia quoque decreta gratiosa habẽtur *Infra tit. de facultate Visitæ quoad damnatos ad triremes lib. 2. §. 31. cap. ante.* Sequuntur aliæ causæ propter quas fuerunt factæ gratiæ, quas tanquam vberiores, distincto & particulari capite referẽdas censuimus.

CAPVT III.

De Relaxatione gratiosa ex causis matrimonij, minoris ætatis, credulitatis, Verisimilitudinis, & Spontaneæ constitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium prioritate omnes contractus superat.*
2 *Matrimonium est maritalis viri, & mulieris coniunctio retinens vitam indissolubilem &c.*
3 *Matrimonium est de iure naturali gentium.*
4 *Matrimonij onera etiam dormientem interpellãt.*
5 *Matrimonij causa fit gratia à Visita.*
6 *Matrimonij per coemptionem contrahendi forma.*
7 *Matrimonium factum vt olim in Visita non sustinetur post Cons. Trid.*
8 *Matrimonij causa redditur difficilis liberatio carcerati, præsertim exteri, propter examen coram Ordinarijs faciendum.*
9 *Matrimonij causa remittitur nonsolum pæna triremium, sed etiam mortis.*
10 *Minoris ætatis in puniendis delictis habita ratio iure xij. Tab.*
11 *Ætas pupillaris quidquid videt ignorat.*
12 *Hæredes paruuli nomen hæredum, non authoritatem vsurpant.*
13 *Minori ætati sæpè indulsit Visita.*
14 *Minori ætati in pænalibus iudicijs lege succurritur.*
15 *Minori ætati Indulgentia Visitæ decreta.*
16 *Impuberes quomodo iudicantur ex aspectu.*
17 *Impuberes iudicandos ex inhonesta corporis inspectione Iustiniano suasit Trebonianus.*
18 *Pubertatem in fœmina anno duodecimo, in masculo vero 14. iura publica definiunt.*
19 *Impuberes ex inhonesta corporis inspectione dignoscendos vnde ortum habuit.*
20 *Impuberes interdum castigantur, sed leuiter.*
21 *Minori ætati non indulgetur in continuis delictis, præsertim homicidijs.*
22 *Pubertati proximo non indulgetur.*
23 *Pubertati proximus censetur, qui 13. annum ingressus est.*
24 *Pubertatis annum circumloquens versus Virgilij elucidatus ex Seruio.* (ciendæ.
25 *Pubertatis anni quinam sint capaces iniuriæ fa-*
26 *Regula iuris, ætate, & imprudentia succurritur ferè in omnibus pænalibus iudicijs, cur addita dictio Ferè.*
27 *Minoris ætatis aut imprudentiæ, aut rusticitatis ratio non habebatur, si filius patrem, aut libertus patronum in ius vocasset inuitum.*
28 *Actor vocans in iudicium reum, si nolebat sequi manu conserta, & obtorto collo trahebat l. XII. Tab.*
29 *Filij parentes, aut liberti patronum vocantes in ius puniebantur.*
30 *Liberto vocanti in ius patronum quando erat locus veniæ.*
31 *Verisimilitudine quando ducuntur homines in iudicijs.*
32 *Verisimilitudo dicitur cognata naturæ.*
33 *Probandi onus natura transfert in alium.*
34 *Verisimilitudinis causa cur Visita excusauerit à pæna.*
35 *Adulterium non committit vxor, quæ ob diuturnam mariti absentiam, quem mortuum credebat, cum alio contrahit matrimonium.*
36 *Adulterium non committit vxor fraudulenter decepta in concubitu putans esse maritum.*
37 *Corpus nõ coinquinatur, nisi cum consensu mẽtis.*
38 *Cato ab Hortensio illectus, vt in adulterium vxoris consentiret.*
39 *Verisimile excludit delicti præsumptionem.*
40 *Verisimile est eos, qui cum animi securitate quietem capiunt, non esse puniendos.*
41 *Somnus innoxiæ securitatis certissimus Index, vt in Clodijs fratribus.*
42 *Nocens nemo sine mærore: semper præsumit sana perturbata conscientia.*
43 *Sponte constitutus, si non vrgeant indicia, videtur dignus gratia.*
44 *Spontè, vt quis se constituat, non est facile suadendum.*
45 *Spontanea constitutio tuta, si Reus sit securus de testibus contra se examinandis.*
46 *Seruorum fides erga Dominos contra quos examinabantur.*
47 *Spontanea constitutio tuta, si Reus habeat aduersarium magna animi moderatione præditum.*
48 *Testis in Reum productus Q. Scæuola Religioni sua debitam fidem, & communi vtilitati salubre consilium dedit.*

1 EX causa matrimonij inclinauit facile Visita ad gratiam. Matrimonium enim prioritate omnes contractus mundi superat. *Felix Malcolus* 2 *de matrim. nu. 20. fol.* 102 Estq. matrimonium maritalis coniunctio viri, mulierisque inter legitimas personas retinens vitam indissolubilem. *§. nuptiæ. Instit. de pat. potest.*

Naturalissimum consentire ad coniunctionem vel matrimonium. Ex quo probatur, quod procreatio est iuris naturalis, & matrimonium est de iure 3 naturali gentium; Vnde D. Antoninus *in sua sum. par. 3. tit. 27. cap. 3. dixit, quod onera matrimonij* 4 *etiam dormientem interpellant.*

5 Quare merito propter matrimonium fit gratia à Visita. 1570. 19. Mart. Sabell. *Bernardinus pro percussionibus in personam Amasiæ, quam postea duxit. Attento matrimonio subsecuto, & quod vxor instat, relaxetur remissa pæna.* * 1537. 14. Aug. Sabell. *Camilla. Domini mandarunt, quod seruatis nuptijs propositis per Dominum de Casena intuitu pietatis, & honore festiuitatis remittatur ei delictum.* In decreto antecedente fit gratia carcerato sub conditione futuri matrimonij; in subsequenti vero gratia fit porè, quia carceratus in ipsamet Visitatione, sponsa non despiciente personam, vxorem petit, impetrat, desponsat, osculatur, & conscriptis tabulis nuptialibus duxit vt infra. 1544. 6. Mart. Nonæ. *Bernardinus, & Elisabeth Mediolanen. qui ad interrogationem D. Bernardini de Vrbino ad hoc per Dominos Visitatores deputati, & responsio-*

nem per eos respectiuè factam, vis, & volo, matrimonium ad inuicem per verba de præsenti contraxerit, & idem Bernardinus eidem Elisabethæ anulum in digito immisit, & deinde eam osculatus fuit, & præmissis peractis, Domini mandarunt eos relaxari.

6 Parum ab hoc more differebant nuptiæ quas antiqui vocabant per coemptionem, vt habet *Boet. in Top. Ex Vlp. Inst.* Vir sic stipulabatur: *Vis ne mulier mihi mater familias esse?* illa respondebat, *Volo.* Item mulier interrogabat: *Vis ne vir mihi paterfamilias esse?* ille respondebat, *Volo* Itaque mulier viri conueniebat in manu.

7 Hodie tamen post Sac. Conc. Tridentinum matrimonium, vt supra factum non sustinetur. Vltra quod etiam redditur liberatio ex causa matri-
8 monij valde difficilis, si carcerati sint exteri, vt plerumque contingit, propter examen, quod de ordine Sac. Congregationis Inquisitionis fieri debet coram Ordinarijs iuxta formam præscriptam à Cōgregatione, quam infra imprimi fecimus. *Append. §.3. cap.13.* vt eueniente casu patroni carceratorū possint solliciti esse in procurando huiusmodi examen, ad effectum tamen celebrandi postea matrimonium in facie Ecclesiæ iuxta d. Sac. Cōcilij Tridentini decreta. 1560. 23. Feb. Sabell. *Franciscus Murator, & Io: Bernardinus de Corbaria carcerati in Curia Capitolina. Facto matrimonio cum puellis alias oblatis liberentur à pœna triremium.*

9 Declara tanti fieri istam causam matrimonij, vt non solum propter illud remittatur pœna triremiū, sed etiam mortis, casu quo condemnatus petatur à meretrice in sponsum, vt voluerunt *Pars. de synd. ver. ante Iudex. in fin. Rim. Iun. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 274. de constit.* Quæ opinio tanquā benignior videtur seruanda in Visita, etiam si contrarium alij tenuerint. *Boer. dec. 257. num. 20. Couar. de spons. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 17. Clar. §. fin. q. 98. num 6. Ricciul. de person. reprob. cap. 10 nu. 2. vers. quibus. & per tot. qui alios refert lib. 2.* quæ sanè nuptiæ plerumque Ægisti nuptiæ, videlicet inauspicatæ & infelices, dici possunt.

10 Causa quoque minoris ætatis relaxationem gratiosam fieri valdè conueniens est. Nam ex ipso iure xij. tabularum ratio habita fuit minoris ætatis in delictis. Siquidem Tab. ij. habetur: si luci furtum facit, si aliquis endo ipso capsit, verberator, illique cui furtū factum escit addicitor, seruus virgis cæsus de saxo deicitor, impubes Prætoris arbitratu verberator noxiamque decernito. Rursus Tab. ij. Qui frugem aratro quæsitam furtim nox pauit secuituè suspensus cerere necator, impubes Prætoris arbitratu verberator noxiamue duplione decernito. Ra-
11 tio est quia ista ætas pupillaris quidquid videt, ignorat. *l. 1. de fal. monet. l. fin. ff. de iur. & facti ignor. cum simil.* nec est consilij capax *l. more nostra. ff. de*
12 *acq. hered.* propter quod de illis D. Ambr. ad Clement. *Epistol. lib. 9* dixit: *Paruuli heredes nomen nudum hereditatis, non authoritatem vsurpant, iubendi ius, & vtendi non habent, qui plenitudinem suæ ætatis expectant, vt à curatoribus liberētur.* Digna propterea ætas cui indulgeatur; Et qui-
13 dem præcipuè à S. Visita quæ, vt pluries diximus, ferè semper ad clementiam propendet. Ideoque non mirum si frequenter legantur decreta gratiosa ad fauorem minorum, inhærendo dispositioni. *l. fere. de reg. iur.* vbi Paulus I.C. ait fere in omni-
14 bus pœnalibus iudicijs, & ætati, & imprudentiæ succurritur. Quod etiam ad publica & criminalia iudicia referendum videtur. *l. de minore. de quæst. l. 1. C. si aduer. delict. l. auxilium. de minor. l. neque. ff. de quæst.* & sanè rectissimè ad rem de qua agimus Pruden. *de Martyre Minore. Hym. 10.* cecinit.

Stupuit Tyrannus sub pudore fluctuans;
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre lege; nec loquenti talia
Furor sinebat efferatus parcere.

15 Decreta Visitæ ad hoc negotium spectantia, hæc quæ sequuntur, speciminis gratia subijcimus. 1528. 4. Aug. Nonæ. *Romulus de Podio natiuo. Attenta minoritate ætatis relaxetur gratis vbique.* * 1530. 14. Maij Nonæ. *Bernardinus. Data cautione de non offendendo & concordata parte pro suo interesse, vel stante litis pendentia arbitrio Iudicis, relaxetur. Et quo ad criminalitatem, si quis inest dolus, remittatur pœna, attenta minori ætate.* * 1565. 16. Apr. Capit. *Andreas. Attenta eius minori ætate, & quod est impubes annorum decem vel vndecim liberetur.* 1565. 7. Iul. Nonæ. *Orpheus filius Vrsini Custodis carcerum. Attento quod tēpore commissi homicidij erat annorū decem, & homicidium fuit casuale, & nunc est in ætate vndecim annorum, vel circa cassetur processus, & liberetur.* * 1473. 15. Octub. Sabell. *Ioannes Baptista. Attenta longa carceratione, & quod ex aspectu apparet ipsum esse minorem quindecim annorum, relaxetur gratis.*

16 Dum autem in dd. decretis dicitur impuberem, & ex aspectu minorem quindecim annorum liberandos esse, non ita intelligas, vt intellexisse videtur Iustinianus & Accursius glossator, antiquitus consueuisse dignosci pubertatem ex obscœna corporis indagatione. *§. 1. Instit. quib. mod. tut. fin. & ibi gloss. & l. vlt. C. quand. tut. vel cur.* Profectò quotquot sunt, qui puberes definierunt authores veteres, nusquam huiusce modi improbitatis meminerunt. Sed puberes, vel ex corporis habitu, vel ex certo annorum numero, vel ex vtroque iu-
17 dicandos esse responderunt; non per corporis inhonestam aliquam inspectionem, vt suo Iustiniano persuasit Trebonianus. Hinc Cicero *In orat. pro Cal.* dixit: *Q. Metellum cum floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, ereptus est* &c. Liuius verò *lib. 4.* ait obsita erat squallore ve-
18 stis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie peremptı. Secundum autem iura publica duodecimus annus in fœmina, & decimusquartus in masculo definit pubertatis ætatem. Moribus enim introductum est, ait Vlpian. *vt quis liberis impuberibus testamentum facere possit, donec masculi ad quatuordecim annos peruenerint, fœmina ad duodecim lib. 2. de vulg. & pupill.* In dictæ autem indagationis inhonestæ commentum incidit fortasse Trebo-
19 nianus, quia audierat voluisse Platonem conuenientiam ætatis ad nuptias per Iudicem nudos omnino mares nudasque vsque ad pubem fœminas inspicientem definiri. Hinc cum in Iuris Consultorum libris legisset, *Habitum corporis inspiciendum,* existimauit inspectionem habitudinis corporis inhonestam à Iurisprudentibus præcipi. Sanè nec legitur,

gitur, nec credendum est tantam improbitatem Romanos in sua Rep. tolerasse.

20 Limita primo, vt non semper à pœna totaliter liberentur, sed quandoq. castigentur, quamquam leuiter, prout eorum ætatula patitur. 1536. 4. Nouemb. Sabell. *Octauianus Romanus. Dentur sibi decem verbera more puerorũ, & relaxetur.* 1573. 24. Sept. Sabell. *Sebastianus, & Alexander. Attento quod sunt minores duodecim, fustigentur per Aulam, & banniantur ab Vrbe sub pœna publica fustigationis.* 1595. 5. Octob. Capit *Ioannes Baptista. Iniuncto sibi præcepto, prout fuit iniunctũ, sub pœna staffilationis de obediendo Patri, & de non conuersando cum personis ab eius Patre nominatis, relaxetur.*

21 Limita secundo, quod dictum est ætati impuberi parcendum, non procedere in delictis continuis. *l. 1. § impubes. vbi glos. ff. ad Syllan. cum relatis per Tiraquell. de pœn. temp. caus. 7 Farin. q. 42. num. 4. num. 4. & seqq.* vbi ampliat, & limitat. Præsertim si versemur in homicidio. *Rol. cons. 77. nu. 6. & seqq. lib. 3. Menoch. de arbitr. cas. 329. num. 11. & 12.*

22 Limita tertio in proximo pubertati. Scriptum est enim pupillum, qui proximus pubertati est capacem esse & furandi, & iniuriæ faciendæ. *l. pupillum qui proximus. de reg. iur.* Proximus autem 23 pubertati dicitur qui annum decimumtertium ingressus est. Id quod Virgilius *Eclog.* 8. videtur sensisse.

24 *Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus.* Ad hunc enim locum scripsit Seruius, *idest, decimus tertius. Alter enim de duobus dicitur, vt vnus sit ab Vndecimo, duodecimus; alter, decimus tertius. Nam pubertati vicinum se fuisse significare vult, quod de duodecimo anno procedere non potest.* Hæc Seruius: qui concurrit cum nostris Iure consultis, appellando vicinum pubertati, quem ipsi pubertati proximum, aut propè pubertatem esse dicunt. *l. hæredibus tamen. §. 1. de dol. mal.* nam huiusmodi impuberes fictione quadam pro puberibus in furtis, iniurijs, fraudibusque haberi solent. *l. apud Celsum. § illa etiam. de dol. mal. & met. excep. & l. impuberem. de fur. l. hæredibus. §. 1. de dol. mal.* ea sanè ratione, quã supra diximus, quia pupillus pubertati proximus, & furandi, & iniuriæ faciendæ 25 capax est. Id quod à Cypriano etiam in quadam de Cardinalibus Christi operibus præfatione traditum est his verbis: *Omnino rarum est, & difficile fieri bonum; facile & pronum est esse malum*, & hac sine magistro, sine exemplo doctrina statim pubescentes imbuimur, & docemur. Ab Vlpiano dum dicitur admodum impubes, qui nec dum egressus est duodecimum ætatis annum, statuendũ est ex Seruij sententia, vt supra, quod ad effectum, de quo agitur, anni pubertatis in fœminis quidem vndecimus, & duodecimus sint; in masculis vero decimustertius, & decimusquartus.

26 Limita quarto, vt in regula *d. l. fere. de reg. iur.* vbi habetur *ferè in omnibus pœnalibus iudicijs, & ætati, & imprudentiæ succurritur.* Nam particula illa *(ferè)* addita est, quia si libertus patronũ, aut filius patrem in ius vocasset inuitum, quod fieri manu conserta, aut astricta ceruice solebat, nulla 27 eorum ætas, aut imprudentia veniam merebatur, sed potius à Præfecto Vrbis grauiter erat puniendi. *l. fin. de in ius vocan. lib. 1. de oblig. parent. & patr. præstan.* Vt enim ait eleganter Vlpianus: *liberto, & filio semper honesta, & sancta persona patris, ac patroni videri debet. l liberto. eod. tit.* Atque hinc fit, vt scripserit Imp. Gordianus, nec rusticitati hac in re veniam præberi. *l. 2. C. de in ius vocan.* non obstante, quod alijs edicti partibus succurri soleat. *l. 2. si quis in ius voc. l. si quis id. § doli.* 28 *de iurisd. omn. iud.* Et sanè non solum contemptus, sed temeritas magna est parentem, seu patronum inuitum in ius vocare. Sciendum est enim si reus in ius vocatus sequi actorem nollet; liberum fuisse actori medio attestationis eundem reum manu conserta in vis ducere: et si reluctaretur reus pedemue strueret, etiam ei collum torquere, eumque astricta ceruice in ius rapere. Id enim l. XII. tabularum contineri expressè habemus ex Gellio, Festo, & Porphirione. Atque ita quidem. si vis fieret vocationi, locus erat attestationi, & manu conserta in ius ducebatur ab Aduersario. Eoque visus est D. Hieronymus respexisse in epist. cum ait: *conserta manu in ius vocas, & satyricum scriptorem in prosa arguis:* Quod Liuius *lib. 3* scribit: *Virginij filiam in ius fuisse vocatam auctoribus, qui aderant*, videtur eo in loco attestationis mentionẽ fieri, quam non ita dudum suis legum Tabulis decemuiri promulgauerant. Nec satis erat attestationis medio reos prehendi. Nam si caluerentur, Rapi in ius poterant obtorto collo: idque illud est, quod apud Næuium ait Lucilius: *Si nõ it, capito*, inquit, *eum, etsi caluitur, ergo* . . . . *fer Dominum* . . . male vulgo legitur, *fur Dominum*. Seruius enim & antiqui iuris ratio postulat, vt legatur, *ergo fer Dominum* præsertim cum eidem loco illud quodammodo cõsentaneum sit quod Iuuenalis *Satyr. x.* scribit:

,, *Sed videant serui, ne quis neget, & pauidũ in ius*
,, *Ceruice adstricta Dominum trahat.*

Neq. alio spectat, quod D. Hieronymus *in epist.* scribit: *Obtorto collo me in ius trahis, vt aut præbeam, quod nolo, aut multorum inuidiam subeam.* Dixit Hieronym. *Obtorto collo* pro eo, quod apud Iuuenalem est *ceruice adstricta*. Nam, cum adstringebatur ceruix, ei collum torqueri dicebatur, quemadmodum auctor est Liuius *lib. 4. non longe à fine.* his verbis. *Hoc decreto consul armatus, cum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu cæteri Sacramentum dixere.*

Quod autẽ Paulus *citat. d. l. ferè in omnibus.* Intelligat etiam De in ius vocando patrem, seu patronum deducit *Ranard. ad d. reg. l. ferè.* Quia idem Paulus *in l. 4. ad edictum.* ex quo d. regula sumpta est, de pœnalibus iudicijs prætorijs differit.

29 Eiusque generis esse illud iudicium pœnale, quod aduersus eos datur qui parentem, aut patronum sine venia in ius vocant, probant textus *in l. is quoque. & in l. quamuis. de in ius vocan.* Modestinus enim, & Vlpianus auctores sunt quinquaginta aureorum in eos iudicium dari, aut si inopis dignoscerentur, laborare, à Præfecto Vrbis eos castigari tanquam inofficiosos *l. pæn. & l. fin. de in ius vocan.*

30 Declara, vt quamuis non adiecerit Prætor se causa cognita iudicium daturum, nihilominus tamen benigna interpretatione esse poterat veniæ locus. Nam si permitteret libertum, & actionem remit-

remitteret, quam vel temerario quodam ætatis impetu, vel etiam imprudentia, aduersus patronum sine venia in ius vocatum instituere decreuerat, aut si patronus vocatus non veniret, aut non inuitus vocasset. Paulus ait ad edictum. *lib.* 4. moderandam Prætoris iurisdictionem *d. l. quamuis. de in ius vocan.* & postea subiungitur *in eodem lib.* 4. regula prædicta *l. ferè* in omnibus pœnalibus iudicijs, & ætati, & imprudentiæ succurritur. Ita Ræuardus.

Probabilis etiam credulitas, seu verisimilitudo causam pariter præbent valde congruam gratiosæ

31 relaxationi. In arduo est enim veri exploratio. Imus, qua ducit verisimilitudo. Sic serimus, sic nauigamus, sic militamus, sic vxores ducimus. sic liberos tollimus, cum omnium incertus sit euentus. Ad ea accedimus, de quibus benè sperandum esse credimus. Quis enim pollicetur serenti prouentũ, nauiganti portum, militanti victoriam, marito pudicam vxorem? Sequimur, qua similitudo veri, nõ qua veritas trahit. Ita Senec. 4. *de benef.* 33. Sed in

32 iudicijs quoque vsu venit, in obscuris inspici solere, quod verisimilius, aut quod plerumque fieri solet. *l. in obscuris. ff de reg. iur.* Verisimilitudo, enim dicitur cognata naturæ. *Bald. cons.* 180. *num.* 3. *mortuo filio. lib.* 3. Et sicuti natura transfert

33 onus probandi in alium, ita quoque verisimilitudo. Non mirum propterea, si verisimilitudo etiam

34 in Visita sit potissima causa excusandi à pœna, vt in infrascripto decreto. 1531. 5. Octob. Capit. *Dominicus. Quia capit duas vxores ambas viuentes. Attento longo interuallo a primo matrimonio ad secundum, & quod verisimiliter potuit credere, vt asserit primam uxorem fuisse defunctam, & attenta rusticitate, ac paupertate, & senectute remittatur ei pœna, & remittatur prima vxori instanti, & petenti, consentiente secunda vxore asserta, & quo ad homicidium attenta tolerantia viginti annorum, & præscriptione, bannitur ab Vrbe, & eius districtu ad beneplacitum D. Senatoris sub pœna furcarum.*

35 Conforme est etiam Iuri communi, quo disponitur adulterium non committere vxorem, quando ob diuturnam mariti absentiam, quem mortem obijsse credebat, cum alio marito matrimonium cõtrahit, & consummat. *cap. in præsentia. Et ibidem gloss. Vna; in ver. viris. Altera; in ver. donec certum nuncium. de spons. & matr. & cap. cum per bellica.* 34. *q.* 2. *Iod. in prax. crim. q.* 91. *de adult. numer.* 44.

36 Idem est cum vxor fraudulento concubitu hoc est in persona decepta, adulterium qualecumque committit, putans marito concumbere, & ipsi debitum maritale reddere; cum tamen adultero condormiat, & adulterium iuxta carnem & mundum, non secundum mentem, & spiritum committat;

37 nõ enim coinquinatur corpus nisi de cõsensu mẽtis. *l. si vxor. §. si quis. ver. cæterum. ff. ad l. Iul. de adult. & arg. cap. in lectum.* 34. *q.* 2. Ita *Iodocus cit. q.* 91. *nu.* 43. qui hac occasione proponit aliam non absimilem quæstionem, quæ apud eum videri poterit.

38 Accusari sanè potuisset de consensu in adulteriũ Cato, quem refert Omphal. *in sua Homolog.* vt diximus *sup. §.* 8. *cap.* 6. *sect.* 1. *in fine*, vt infra se gessisse. Hortensius Orator celeberrimus callida insinuatione circumuenit Catonem. Cum Martiam Catonis vxorẽ deperiret, prius Portiam, eius filiam Bibulo nuptá procreandæ ex ea gente sobolis caussa proposuit, cui cũ Cato respondisset omnia in illius voluntate futura esse, sed quod peteret, in generi, cui filiam dedisset, potestate esse; victus cupiditate Hortensius Martiam eius vxorem apertè postulauit, cuius potestatem ipse Cato, qui maritus esset, dare posset. Hac insinuatione illectus Cato inuerecundè concessit, quod recusare antea poterat honestè. Ita Omphalius. Sed erubesco, dum inhonesta hæc scribo, & calamus refugit ea depingere, à quorum cogitatione mens abhorret. Ad honesta sermonem conuertamus.

39 Pari ratione, cum contrariorum eadem sit disciplina, quod, inuerisimile excludit delicti præsumptionem. Habemus perpulcrum Philotæ dictum apud Q. Curtium *lib.* 6. Philotam siue securitate

40 animi, siue fatigatione resolutum somnus oppresserat, cum sopore discusso inijcerentur catenæ, Vicit, inquit, bonitatem tuam Rex inimicorum acerbitas; Graui sopore quiescebam; vnde & parricidæ & proditoris tam alta quies somni? Scelerati con-

41 scientia obstrepẽte cum dormire non possint, agitant eos furiæ. Remissioris hoc; illud aliquantò grauioris materiæ exemplum. Cum parricidij caussam, vt narrat Cicero *pro Sext. Roscio* duo fratres Clœlij dicerent, splẽdido Tarracinæ loco nati, quorum Pater, L. Clodius in cubiculo quiescens, filijs altero lecto cubantibus erat interemptus, neque aut seruus quisquam, aut liber inueniretur, ad quẽ suspicio cædis pertineret; hoc vno nomine absoluti sunt, quia iudicibus planum factum est illos aperto ostio inuentos esse dormientes. Somnus innoxiæ securitatis certissimus index miseris opem tulit. Iudicatum enim est rerum naturam non recipere, vt occiso Patre supra vulnera & cruorem eius quietem capere potuerint.

42 Præclare ad hanc rem Lycurgus. Nemo nocens sine mærore est, sed multa simul eum perturbant; quod adest, sollicitudinis plenum, quod futurum est, formidolosum: lex paratum supplicium ostentans; vitia ex vitijs coacta occasionem arguendi maleficij captans inimicus, quæ quotidie eius animum vehementer excruciant. Timida namque semper est nequitia; habet testimonium condemnationis. Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.

43 Demum, si quis sponte se constituit, & non vrgent indicia, dignus similiter gratia videtur: Magnum sanè signum innocentiæ spontanea constitutio; cum vetus sit adagium, in carcerem nemo non vocatum venire. Quod sponte se constituens præsumatur innocens. *Capol. cons.* 31. *num.* 7. *in fin. vers. decima, & vltima. Marsil. tract. cri §. diligenter. num.* 204. *Gram. cons.* 29. *num.* 32. *& cons.* 61. *nu.* 4. *Decian. cons.* 93. *num.* 114. *& cons.* 18. *num.* 305. *&*

44 *cons.* 83. *nu.* 11. *lib.* 3. Nulla tormenta melius produnt maleficium quam conscientia. Vnde & illud nihil est miserius, quàm animus hominis conscius: & illud

,, *Heu quam difficile est crimen non prodere vultu!*

Propterea de illa dicitur Cõscientia crimen prodit. Facit *l. quæsitum est. ff. qui, & à quib. manum.* vbi conscientia delictorum ius amittit Dominus dandæ liber-

libertatis serue. Quare tantum abest vt Reus criminis sponte se constituat, vt potius si sorex obstrepat, protinus expauescat; muscas prætereuolantes, scarabæi vmbram, immò propriam metuens, fugiat etiam nemine persequente.

Conscientia nihil aliud est, quam secretũ, & quod falli non potest facti nostri iudicium, & mille testes, vt dici solet. De hac agit *Quintilianus lib. 5. instit.* Ego tamen petentibus à me, an deberent se constituere, respondere consueui adagio: Nec per tescolon ipse, nec vlli alij comes ito; vel vt alium quærerent consultorem. Scimus enim ex sponte constitutis quandoq. cõpertos esse reos, & diuersis pœnis mulctatos, vt testatur ēt *Far. q 48. n. 55. in fin.*

45 Nonnullis tamen casibus secura esset spontanea constitutio, primo si volentes se constituere haberent testes pro sua innocentia examinandos omni exceptione maiores, vel non haberent testes contra se examinandos, vt habuerunt duo, quos hoc loco duxi nominandos. Marcus Antonius clarissimus Orator incesti accusatus; cuius in iudicio accusatores seruum in quæstionem perseuerantissimè postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum iret, laternam prælatam contenderent. Erat autem

46 is etiam tum imberbis, & stabat coram, videbatq. rem ad suos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitauit, sed vt domum ventum est, Antonium hoc nomine vehementius confusum, & sollicitum vltrò est hortatus, vt se Iudicibus torquendum traderet, affirmans nullum ore suo verbum exiturum, quo causa eius læderetur. Promissi fidem mira patientia præstitit. Plurimis enim laceratus verberibus, equuleoq impositus, candentibus etiam laminis vstus, omnem vim accusationis, custodita Rei salute, subuertit. *Valer. Max. lib. 6. cap. 8.* Fuluio Flacco pariter causam dicente Philippus seruus eius, in quo tota quæstio nitebatur, octies tortus nullum omnino verbũ, quo Dominus perstringeretur, emisit. *Valer. lib. 8. c* 4 In his mehercle seruis non habet locum id quod vulgo dicitur: Totidem esse hostes quot seruos. De quo apud *Arist. 1. Polit. Macrob. 1. Satural. & Senec. epist* 47. Sed potius argui fortuna potest, quod tam pios, & tam fortes spiritus seruili nomine incluserit. Secundo tuta esset constitutio, si haberent aduersarium

47 similem Platoni, qui sandiens Xenocratẽ discipulum suum de se multa impiè locutum, sine vlla cũctatione criminationem respuit. Instabat certo vultu Iudex causam quærens, cur sibi fides non haberetur. Adiecit non esse credibile, vt quem tantopere amaret, ab eo inuicem non diligeretur. Postremo cum ad iusiurandum inimicitias serẽtis malignitas confugisset ne de periurio disputaret, affirmauit nunquam Xenocratem illa dicturum fuisse, nisi ea dicere expedire sibi indicasset. *Idem Valer. lib. 4 cap. 1. ex Plutarch.* Tertio posset se constituere innocens si incideret in testes contra se examinandos similes Q. Scęuolæ, qui testis in reũ productus, cũ id respondisset, quod salutem periclitantis magnoperè læsurum videbatur, discedens adiecit; Ita sibi credi oportere, si, & alij idem asseuerassent, quoniam vnius testimonio aliquem credere, pessimi esset exempli: & sic religioni suæ debitam fidem, & communi vtilitati salubre consilium reddidit. *Valer. cit. lib. 4. cap. 1.*

CAPVT IV.

De relaxatione ob publicam causam.

SVMMARIVM.

1 *Gratia cõceditur carceratis ob publicam causam.*
2 *Gratia conceditur carceratis ob causam penuriæ.*
3 *Fames acutissimus ensis est.*
4 *Penuria publica mouit Visitam ad dandam dilationem per mensem nonnullis exceptis.*
5 *Principis boni est necessitatibus subditorum subuenire.*
6 *Penuriæ tempore debitoribus pauperibus Moratoria concedi solent.*
7 *Famis descriptio, & incommoda.*
8 *Penuriæ tempore licet indicere onus comparand frumentum.*
9 *Iubilæũ sæpe indicitur causa calamitatis publicæ.*
10 *Iubilæum indictum pro liberatione Regis Franciæ à coniuratione.*
11 *Præcedentia Canonicorum Lateranensium quæ occasione declarata.*
12 *Iubilæi causa decreuit Visita, non grauetur, pro delictis.*
13 *Iubilæum indictum occasione deuolutionis Ducatus Ferrariæ.*
14 *Iubilæi causa decreuit Visita liberationem carceratorum à scutis 20. infra cum obligatione.*
15 *Iubilæi causa decreuit Visita, non grauetur, per 15. dies pro delictis.*
16 *Iubilæi tempore hodie non relaxantur carcerati.*
17 *Gratia ob publicam lætitiam fit etiam criminaliter detentis.*
18 *Festorum ob publicum gaudium indictorum celebrandi mos à quibusdam vsurpatus reprehenditur à Tertulliano.*
19 *Lætitiæ publicæ causa ferias publicas olim Prætor in Vrbe indicebat.*
20 *Feriarum publicarum quatuor sunt genera Imperatiuæ, Conceptiuæ, Nundinæ, Statiuæ.*
21 *Legis.* sed etsi § si feriæ extra ordinem. *sensus manifestius redditur.*
22 *Lætitiæ publicæ causa relaxatio facta appellatur Indulgentia.*
23 *Principes in publica lætitia nõ solum statuunt vt iura sileant, sed crimina abolere, & delinquentibus indulgere solent.*
24 *Relaxatio Imperatiua, quæ dicitur, & in quo consistit.*
25 *Relaxatio Imperatiua à Bononiensibus facta carceratis ob recuperationem Castri Tedaldi.*
26 *Relaxatio concessa mulieri in honorem Victoriæ.*
27 *Relaxatio Imperatiua cõceditur in Natali Principum, Inauguratione, Nuptijs.*
28 *Ob Natalem Crispi Indulgẽtiam concessit Constantinus Imperator.*
29 *Natales dies suos olim celebrabat quilibet priuatus.*
30 *Natalis dies Principum olim in feriatorum dierum ordinem referebantur.*
31 *Natalis dies Augusti Romæ celebratus.*
32 *Natales dies vrbium apud veteres in veneratione.*
33 *Natalem diem Vrbis Romæ olim solemnissime cele-*

celebrabant Romani; hodie in Visita fit aliqua gratia.
34 *Natalis dies Vrbis Romæ in Curia Capitolina vigore statutorum.*
35 *Natalis dies Vrbis Romæ incidit in ij. Kalend. Maij.*
36 *Natalis dies Principum, & dies Inaugurationis.*
37 *Natalem Principum qua letitia, & ornatu celebrent Palatins exprimit Maximus Episcopus.*
38 *Pœna moderata per Visitam in honorem creationis Pontificis: & in eius Coronatione Visita inhibuit executiones ciuiles, & moderata est pœnas.*
39 *Relaxatio Conceptiua correspondet ferijs Conceptiuis: eiusmodi apud nos dici possunt festa Sanctorum.*
40 *Relaxatio Conceptiua facta sæpè à Visita.*
41 *Relaxatio Conceptiua facta à ferijs Rogationum, vt carcerati interessent litanijs.*
42 *Rogationum supplicationes instituit in sua Ecclesia S. Mamertus Episcopus, quas postea vniuersalis Ecclesia comprobauit.*
43 *Relaxatio Conceptiua facta in honorē B. Virginis.*
44 *Relaxatio Conceptiua facta ob dies Quadragesimales, & alios.*
45 *Nundinæ sunt, quibus pagani conueniunt ad negotiandum.*
46 *Relaxatio ob nundinas conueniens est vt carcerato ad illas ituro concedatur.*
47 *Piscatores, si qui in carussprinio carcerati existant, facile relaxantur.*
48 *Relaxatio Statina explicatur.*

PRiuatis causis adijciamus publicas, quibus maior multitudo delectatur. Gratiæ huiusmodi concedi frequenter solent, vel ratione temporis, vel ratione personarum. Nam in omnibus quid tempora petant, aut quid personis dignum sit semper considerandum est. *Cicer. 2. de Inuent.* Conceduntur autem gratiæ carceratis siue sint causæ publicæ mæstitiæ, siue lætitiæ. Nos itaque præmittamus luctuosas: subsequentur hilares.

2 Causa prima est ob penuriam quæ est grauissima.
3 Fames enim est acutissimus ensis. *Bal. in l. pactum. C. de collat. num. 25.* Non igitur mirum, si ad euitandos, quantum fieri potest, huius ensis ictus, diuersæ fieri consueuerint prouisiones. Inter has præclara est illa, quæ fuit facta à Visita. 1591. 4. Apr. Sa-
4 bell. *DD. Visitatores existentes in carceribus de Sabellis, more solito cōgregati, inter alia decreuerūt, quod in posterum, omnes Iudices Vrbis non possint, nec debeant exequi facere quæcunque mandata pro debito ciuili personaliter, contra quascumque personas, & quauis de causa, præterquam pro causis salariorum, & mercedum; necnon alimentorum; & grasciæ venientis ad Vrbem; nisi excedant summam scutorum 25. monetæ; etiam suspicione fugæ, dummodo debitor non sit ditior creditore per totū mensem Iunij proximè futuri, & hoc attenta grādi*
5 *penuria.* Graue enim peccatum est fame laborantibus non succurrere. *cap. satis. & cap. sane. 86. dist.* & Principis boni est, necessitatibus subditorū subuenire. *l. si quis filius. §. sed nos. C. de inoffic. testam. l. Imperialis beneuolentia. C. de nupt.* Hac de
6 causa solēt tēpore penuriæ debitoribus pauperibus moratoriæ concedi *l. vniuersa. C. de precib. Imper. offeren. Cyriac. obser. 10. lib. 2.* qui ex auctoritate Cassiodori affirmat Theodoricum Italiæ Regem illam concessisse. Sequitur Mauz. *de cauſ. exec. in-*
7 *mit. 6. num. 3.* Quippe ingentia mala fames parit, vitalia haurit, præcordia carpit; animi tormentū, corporis tabes est; magistra peccandi; dirissima necessitatum; deformissima malorum. Hæc ad humile corpus manus mittit; hæc alienis pedibus mendicantes prosternit; hæc sæpè sociorum fidem fregit; hæc venena populis publicè dedit; hæc in parricidium pios egit. In fame nemo, in mortibus immunis est. *Luc. de Pen. in l. 1. C. de quib. mun. col. 2. vers. Et nota hic de Pestilentia lib. 10.*

Non est propterea mirum si ob penuriam non solum prædictæ dilationes debitoribus concedantur; sed multa alia, quæ alijs temporibus minimè concedi solent. Inter cætera tempore penuriæ li-
8 cet indicere onus comparationis frumēti Ciuibus, vt vnusquisque pro modico suæ substantiæ frumentum, & alias species annonarias sumat. *Luc. de Pen. in l. 1. col. 1. vers. sed pone. C. de quib. muner. vel præst. lib. 10. Bacz. in l. 1. num. 2. C. vt nemini lic. se in emp. lib. 10. Sola. de edict. annona. gloss. 6. n. 5. & seq.*

9 Causa secunda est propter Iubilæum, quod inducitur plærumque ex causa calamitatis. Mala enim, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Alias ex causa, quam subiungam, Iubilæum indictum fuit, vt annotatur *In Diarijs Pontificijs Firmani magistri Cæremoniarum. Die Sabbati 11. Octob. MDLXVII. venerunt noua ad Vrbem fuisse detectam coniurationem contra Regem Franciæ, qui erat in maximo periculo. Qua de re Sanctissimus Dominus, & tota Curia maximum sensit dolorem; Et dicta de causa mandauit, quod in omnibus Ecclesijs Collegiatis, & Conuentualibus Vrbis post Missam cantatam, dici deberent Litaniæ & preces &c. Concessit etiam causa antedicta Sanctissimus D. N. Pius Papa V. amplissimum Iubileū, vt quisque rogaret Deum pro liberatione Regis, & Regni Franciæ. Die Dominico. 19. Octobris cum stola Sanctissimus iuit ad Basilicam Sancti Petri cum Cardinalibus, Prælatis, & toto Clero Vrbis, & postea ad Ecclesiam B. Mariæ super Mineruam. Canonici Sancti Petri non accesserunt propter differentiam præcedentiæ cum Canonicis Lateranen-*
11 *sibus.* Hucusque Firmanus. Hac forte occasione terminata fuit postea ab eodem san. mem. Pontifice controuersia inter dd. Canonicos, vt legitur in eius Constitutione particulari edita. anno 1569. XCIX. *in Bull. fol. 223.*

12 Decreta in Visita occasione præfati Iubilei facta hæc sunt. 1567. 23. Octob. Nonæ. *Nullus pro debito ciuili molestetur realiter, nec per octo dies.* Die dicta. *Omnes carcerati pro debito ciuili relaxētur; data cautione de se repræsentando in eisdem carceribus, in statu, & terminis, in quibus reperiūtur infra decem dies sub pœna debiti, etiam quo*
13 *ad arresta.* Similiter fuit indictum Iubilæum dum instruebatur exercitus pro recuperatione Ducatus Ferrariæ ad Ecclesiam deuoluti; & emanarunt etiam tunc Visitæ decreta. 1597.
14 19. Iul. Nonæ. *Marcus. Relaxetur iuxta formam decreti cum supersessoria quoad exitium*

pec

per totam hebdomadam sequentem, ad effectum consequendi Iubilaeum Dicta die. *Omnes detenti in quibusque carceribus Vrbis pro debito mere ciuili à scutis 20. infra, facta obligatione per ipsos de se constituendo in eisdē, & loco, & statu, & terminis, in quibus reperiuntur ad psaesens, etiam irrequisiti, post sequentem hebdomadam proximè venturam, in honorem Sanctissimi Iubilai, & à scutis viginti infra data cautione de se constituendo; vt supra, sub pœna debitorum pro quibus detinentur, relaxentur gratis. Et in euentum, quod recipiantur mulieres Visita ex nunc supplet defectus mulierum, & interim ad suos Iudices, qui eos expediant etiam auctoritate Visita.*

15 *Nullus pro debito ciuili realiter, nec personaliter molestetur per totam praesentem, & subsequentem hebdomadam, exceptis pro mandantis suspicionis fuga, quae non possunt exequi, nisi sint signata manu* DD. *Gubernatoris, Auditoris Camerae, Vicarij, & Senatoris. Omnes habentes mandanta, seu decreta de relaxando à Carceribus, relaxentur gratis iuxtà solitum.*

16 Dolent modo Carcerati, quod iste mos ad hæc vsque tempora non perdurauerit; sed patienter ferendum est. Immo gratiæ Summis Pontificibus referendæ quod viam consequendi Indulgentias in ipsis etiam carceribus aperuerint.

17 Causa tertia est propter publicam lætitiam. Porro in publicæ lætitiæ causis liberaliores sunt Visitatores erga carceratos, quam mæstitiæ. Illæ namque, vt vidimus, prosunt solum in ciuiliter, istæ vero criminaliter etiam detentis, vt mox videbimus, succurrunt.

Monitos volumus carceratos ex causa publicæ lætitiæ liberandos, Festiuitatū solemnia conscientias purgando potius, quam lasciua exercendo esse celebranda, ac propterea abstinendum ab illa celebratione, quam nō solum irridet, sed etiam acri-

18 ter reprehendit Tertullianus: *In Apolog. cap. 35.* his verbis: *Grande scilicet officium focos, & choros in publicum educere, vicatim epulari: Ciuitatem taberna habitu adolescere, vino lutum cogere, cateruatim cursitare ad iniurias, ad impudentias, libidinum illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? haeccine solemnes dies publica laetitia decent, qua alios dies non decent.*

19 Lætitiæ publicæ sunt multiplices. In his consuetum fuit ferias indicere, quas antiquitus aduocata concione Prætor in Vrbe indicebat. *l. sed. & si feria extra ordinem. Ex quibus caus. maior.* Si harum feriarum genera, & denominationes inuestigemus, duo assequemur: Primo intellectum citati textus. *in §. si feria extra ordinem* qui est subobscurus. Secundo denominationes Infrascriptarum relaxationum ex causa publicæ lætitiæ.

20 Feriarum publicarum genera sunt quatuor ex Macrobio. *Satur. lib. 1. cap. 16.* Imperatiuæ; quas Consules, vel Prætores indicunt pro arbitrio potestatis: Conceptiuæ, quæ quotannis à magistratibus vel Sacerdotibus concipiuntur, vel in dies certos, vel etiam incertos; vt sunt Latinæ; Paganalia, Sementinæ, Compitalia. Nundinæ sunt paganorum idest rusticorum quibus conueniunt negotijs proprijs, vel mercibus prouisuri. Statiuæ dicuntur, quæ sunt vniuerso Populo cōmunes certis, & constitutis diebus, ac mensibus; & in festis statis obseruationibus annotatę in quibus præcipuè seruantur: *Agonalia, Carmentalia, Lupercalia.*

21 Ex his clara fit intelligentia *cit. text. §. si feria*, in quo habetur, ex Vlpiano: *si feria extra ordinem sint indicta ob res, puta prospere gestas, vel in honorem Principis, & propterea Magistratus ius non dixerit, C. Cassius nominatim edicebat restiturum se, quia per Pratorem videtur factum. Solemnium enim feriarum rationem haberi non debere, quia prospicere eas potuerit, & debuerit Actor, ne in eas incideret, Quod verius est.* Sensus enim est; si Prætor extra ordinem ferias indixerit, & per hoc exempta fit Actori actio temporalis, quod eo die magistratus ius non dixerit, hoc est, quod dies ille nefastus fuerit, Actionem huiusmodi restituendam esse, quod non per actorem, sed per Prætorem, qui extra ordinem ferias indixit, Actio exempta fit: & quia huiusmodi feriæ, quas Imperatiuas appellant, non possunt prouideri, ideò etiam omni carere culpa videtur Actor. Quod vtique non fieret, si solemnibus, hoc est, statiuis ferijs Actio exempta foret: Huiusmodi enim feriæ statis obseruationibus in albo fastorum annotatæ facile potuerunt sine aliqua indictione ab Actore præuideri. Ita declarat Ræuardus *Var. lib. 5. cap. 19.*

22 Ex eadem feriarum distinctione habemus, quomodo appellandæ sint relaxationes, quæ conceduntur ex causa publicæ lætitiæ. Congruè enim applicantur illis, vt infra nomina feriarum supradictarum. Nam sicuti indicuntur litigantibus feriæ ex eadem causa, ita conueniens est, vt etiam gratia fiat iam iudicatis, & carceratis; præsertim si sint ex ijs, quibus facilè sit ignoscendum. Et ita obserua-

23 tur. Solent enim Principes in publica lætitia non solum statuere, vt Iura sileant. *l. omnes. §. nostris etiam diebus. C de fer. l. vnic. C. pub. lat. lib. 12.* Sed etiam crimina abolere; & delinquentibus Indulgere. *Boer. dec. 217. num. 21. & Franc. decis. 713. in Menoch. de arbitr. cas. 302. num. 13. Catal. in tract. de grat. & indult. in prafat. Caualc. de Brach. reg. num. 166. Guaz. defens. 6.* Liuius quoque *lib. 5. Decad. 1.* Iniurijs, & litibus temperatum vinctis quoque dempta in eo die vincula. Relaxatio hæc, *Indulgentia*, appellatur. *Titulo de Indulgentijs criminum lib. 9. C. Theod.*

Sed vt proprius ad singulas Relaxationum huiusmodi species accedamus, offert se nobis primo

24 *Relaxatio Imperatiua*, quam concedit Princeps, seu Magistratus pro arbitrio potestatis. Consistit autem in particularibus relaxationibus ob Rempub. Tyranide liberatam: Legitur concessa. *l. vlt. tim. C. de Indulg. C. Theod.* Eiusdem qualitatis sunt, quæ conceduntur ob victoriam partam: Legitur *in Historia Ciuitatis Bononia conscripta à Cherub.*

25 *Ghirarduccio lib. 17 fol. 171.* quod anno 1513. Prætor, & alij Præsides in vim decreti antea facti in memoriam Victoriæ recuperationis Castri Thedaldi, à Venetis occupati, post elargitas pauperibus virginibus pecunias, omnes carceratos habentes pacem ab aduersario, patefactis carcerum ianuis, liberos dimiserunt; & demum ita mandante Senatu Vgolinum, fratrem Riguui Monachi S. Stephani, Carceratum S. Bartholomæo obtulerunt, & pristina libertate donarunt. Huc quoque tendit decretum

a Vi-

26 a Visita factum. * 1571. 24. Octob. Sabell. *Magdalena. Attento quod fuit torta, in honorem Victoriæ; relaxetur gratis*. Pro notitia Victoriæ, de qua fit mentio in dicto Decreto, sciendum est, anno 1571. 7. eiusdem mensis Octobris contigisse egregium illud diuinæ benignitatis monumentum. S. me. Pij V. ac Catholici Hispaniarum Regis Philippi II. necnon Inclytæ Venetiarum Reip. fœdere coacta classis gloriosam & cunctis sæculis memorabilem de Turcis ad Echinadas Insulas, captis hostium triremibus 180. cæteris dissipatis, reportauit victoriam, dignam triumpho; etiam secundum legem Romanorum, qua cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui hostium 5000. vna acie cecidisset. *Valer. Max. lib. 2. cap. 3. & Dio. lib. 27.* nos in eam spem erexit posse Inimicos nostros, modo Christianorum animi viresque in vnam concurrant, nullo negotio profligari atque deleri; præsertim, si vt in his actum est, præcipuam in Domino, & non in armis spem ponamus; peccatorum sordibus expiatis, puræ ad eum preces offeramus, & Dei genitricis Mariæ auxilium pijs votis sedulo imploremus.

27 Huc pertinent etiam dies Natalis Principum, Inaugurationis, dies Nuptiarum, & similium. Ob

28 Natalem Crispi, indulsit Constantinus *. l. 1. de Indulg. C. Theod.* Natalem sui diē præcipuè quadam

29 Religione, & lætitia priuatim quisque olim prosequebatur. Huius moris infinita propè possent ex veterum libris testimonia proferri, quæ omittimus cum id instituti nostri non sit. Natales pro-

30 pterea dies Principum in feriatorum dierum ordinem referri nemini mirum videri debet. Sanè de

31 Natali die Augusti refert Dio, quod cum, in Apollinares Ludos incidisset, celebrationem illius Senatus in sequentem diem reiecerit, eo quod Sybillinis versibus alij Deo, quam Apollini eum diem festum esse interdictum esset. Narrat propterea Dio. *lib. 53.* Natalem Augusti diem Iulium Antonij F. Prætorem Equestri certamine, & venatione celebrasse, & ex S.C. epulum Augusto & Senatoribus in Capitolio præbuisse.

32 Vrbium quoque Natales dies, quibus videlicet conditæ sunt, in veneratione fuisse certū est, etiam apud Grecos. *Sozom. lib. 5. histor. cap. 17.* Eius verba Cassiodorus *histor. tripat. lib. 6. cap. 30.* refert in hunc modum: *Cum venisset enim tempus, quo Imperialia dona milites accipere (hoc enim agitur plerumque die Kalendarum Ianuarium, & Natali Principum, & Vrbium Regiarum)* Porrò de Vrbe

33 Romæ Capitolinus in Pertinace sic ait: *Sane nullum ex his quos Commodus rebus agendis imposuerat, mutauit expectans Vrbis Natalem, quod eum diem rerum principium volebat esse*. Huncque Natalem Vrbis diē ita Religiosè coluerunt Impp. vt Mamertinus in *Panegyrico Maximini* dixerit: *Tibi piissimum, Imperator Inuicte, laudes canimus, & gratias agimus, quem similitudo ipsa stirpis tua, ac vis tacita natura ad honorandum Natalem Roma tam liberalem facit, vt Vrbem illam colas conditam, quasi ipse condideris*. Itaque digni sunt Natales dies Principum, & Vrbium, vt carceratis quoque in illis indulgeatur.

Sanè Romæ in Visitatione, quæ habetur in Capitolio proximiore eidem Natali Vrbis cū aliqua remissione, vel saltem pœnæ moderatione carcerati dimittuntur; sicut & ille dies in eadem Curia

34 vigore *stat. lib. 1. cap. 58.* nefastus est. Quo autem

35 die Roma sit condita Plutarchus in *Romulo* exponit: *Vrbem*, inquit, *ad vndecimum Kal. Maij conditam esse opinione omnium satis constat, eumque diem festum Romani agunt, Natalem Patriæ nuncupantes*. Zonaras quoque *Tom. 2. annal.* habet: *Vrbis adificatio vndecimo Kal. Maij hoc est, XXI. die Aprilis, est absoluta, qui dies Romanis festus est, & Patriæ Natalis appellatur*. Appian. autem *Lib. 2. de bell ciuil.* inquit: *P. Cornel. Dolabella statim post Cæsaris necem legem tulit, vt deinceps 15. dies Natalis Vrbis haberetur*.

36 Dies Creationis, seu Inaugurationis Principum eadem gaudere debent prærogatiua, sicuti parificantur In Constitutione Impp. *cit. l. omnes. S. nostris. C. de fer.* vbi habetur: *Nostris etiam diebus qui vel lucis auspitia, vel ortus Imperij protulerunt. Et in l. 2. de spect. C. Theod.* Præcipiunt ijdem Imperatores: *Nullum omnino Iudicum, aut Theatralibus, aut Circensibus certaminibus vacare, nisi illis tantum diebus, quibus vel in lucem editi, vel*

37 *Imperij essent sceptra sortiti*. Lætitiam huiusmodi perpulchrè exprimit Maximus Episcopus *Sermone qui inter Ambrosianos est decimusquartus*, vbi ait: *Latitia quanta sit, quantusque concursus cum Imperatoris mundi istius Natalis celebrandus est, benè nostris, quemadmodum Duces eius, & Principes omnes, etiam militantes, accuratè sericis vestibus accincti, operosis singulis, auro fulgente pretiosis, ambiant solito nitidius in conspectu Regis incedere. Credunt enim, maius esse Imperatoris gaudium, si viderit maiorem sua apparitionis ornatum, tantumque illum latum futurum, quanto ipsi fuerint in eius festiuitate deuoti, vt quia Imperator, tanquam homo, corda non conspicit, affectum eorum circa se probet vel habitum contuendo: Ita fit vt splendidius se accuret quisquis Regem fidelius diligit*. Ea-

38 dem figura Lætitiæ conspicimus nos quoque in die Coronationis Summi Pontificis, quam lætitiam placuit S. Visitæ frequenter communem facere etiam carceratis, vt ex duobus decretis, quæ subijcimus. 1555. 21. Feb. Capit. *Ioseph Pictor. In honorem Festiuitatis Coronationis Sanctiss. D. N. transmittatur ad triremes per quinquennium; & deinde ab eisdem triremibus non relaxandus, donec habuerit pacem*. Hic erat grauiori pœna puniendus, sed fuit moderata ob d. Coronationis celebritatem. 1560. 2. Ian. Capit. *Sacra Visita decreuit in honorem Creationis, & Coronationis Summi Pontificis nullas executiones ciuiles fieri, vsque ad dictam futuram Coronationem*: Huius Pontificis Pij IV. coronatio fuit ipso die Epiphaniæ eiusdem anni. Emanauit autem decretum generale suprascriptum, quia mense Decembris præcedentis non fuerat habita ex more Visitatio Gratiosa propter Sedem Vacantem; quam etiam ob causam nec aderant carcerati relaxandi hoc tempore Creationis; quare ob publicā lætitiam fuit prouisum nequis carceraretur.

39 Post Imperatiuas relaxationes Conceptiuæ sequuntur, correspondentes ferijs conceptiuis: quæ, vt diximus, erant illæ quæ quotannis a Magistratibus, seu Sacerdotibus concipiebantur vel in dies certos, vel etiam incertos. His aptè conuenire-

videntur Relaxationes ex Decreto Visitæ factæ tam in festis mobilibus, quam in alijs Festiuitatibus B. Virginis, Sanctorum, vel sacrorum dierum, quæ cum aliqua solemnitate celebrari consueuerunt.

Nonnulla decreta ad hanc rem spectantia addu-
40 cemus. 1549. 20. Aprilis. Sabell. *Alexander, & Petrus constituti pro homicidio. Attenta iusta occasione, & ob reuerentiam Festiuitatis liberētur, & relaxentur ex gratia.* Hæc Festiuitas erat solemnitas Paschatis. 1545. 21. Maij. Capit. *Ioannes Mutinensis. Relaxetur in honorem Festiuitatis, & remittatur ei pœna.* Festiuitas de qua fit mentio erat
41 Festum Pentecostes, quod anno 1545. celebratum fuit, die 24. eiusdem mensis Maij.

Digna quoque celebritas illa Rogationum, videlicet Triduanarum ante diem Admirabilis D. N. Iesu Christi Ascensionis Litaniarum propter quam gratia relaxationis carceratis fiat, vt illis possint
42 interesse. Has solemnitates primus S. Mamertus Episcopus Reuerendissimo exemplo, vtilissimo experimento in sua Ecclesia inuenit, instituit, inuexit, vt testatur Sidonius Appollinaris *epist. 15. lib. 5.* vbi ait: *Erant quidem prius (quod salua fidei pace sit dictum) vaga, tepentes, infrequentesque, oscitabunda supplicationes, quæ sæpè interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur: maxime aut imbres, aut serenitatem deprecatura, ad quas, vt nil amplius dicam, figulo pariter atque hortulano non oportuit conuenire. In his autem, quas suprafatus summus Sacerdos nobis, & protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur, psallitur, fletur.* Hucusque Sidonius: Quem ritum Vniuersalis Ecclesia recipiens comprobauit, vt habetur *in Martyr.* die 11. Maij qua festum eiusdem S. Mamerti celebratur: Ad hæc itaque festa suspiriosa ciuium contubernia, vt loquitur idem Sidonius, transmittendi videntur carcerati saltem illi, qui talia commiserunt, vt facilè parcendum sit. Hos enim sperandum est, tanquam molestijs carcerum eruditos, spiritualem animum imbibisse, ac libentes ad eas accessuros, non velut ad epulas, sed ad lacrymas pro expiatione propriorum & Populi peccatorum effundendas inuitatos.

43 In honorem B. Virginis Relaxationes factæ. 1597. Ian. Capit. *Felix Macellarius. Pro pœna relaxetur reseruato iure mercenarijs quo ad eorum mercedes; & hoc, in honorem Festiuitatis, gratis, & iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum, vt se abstineat imposterum à fraudibus sub pœna fustigationis.* Festiuitas prædicta erat Sanctissimæ Purificationis B. Virginis Mariæ. In subsequentibus duobus decretis erat Assumptionis. 1537. 14. Aug. Sabell. *Sanctes Bartolanus. Eo fustigato in aula, in honorem Festiuitatis remittatur cætera pœna.* * Dicta die. *Camilla. Domini mandauerunt, quod secutis nuptijs propositis per D. de Casena intuitu pietatis, & honore Festiuitatis remittatur ei delictum.* Sequitur aliud decretum in honorem Natiuitatis eiusdem Beatissimæ Virginis. 1531. 2. Sept. Capit. *Rosa. Attenta senectute, & paupertate, & longa carceratione, & fragilitate sexus, & quod non fuit secutus effectus, relaxetur in festo Beatæ Virginis ad eius honorem.*

44 Vltimo loco succedunt decreta ob alios dies solemnes. 1537. 13. Mar. Capit. *Ioannes Baptista, alias Galeottus. Attenta pace, propter dies quadragesimales, relaxetur gratis.* Dicta die. Sabell. *Sebastianus de Ciuitate Ducali. Attenta longa carceratione, & quod pars est concordata, & diebus quadragesimalibus, fiat gratia, & relaxetur.* * 1536. 4. Nouemb. Sabel. *Menicus Calzettarius. Concordata parte relaxetur. Quoad fiscū, fiat gratia pro animabus defunctorum Pontificum, attento, quod est prima Visitatio post commemorationem defunctorum.* * 1537. 31. Mart. Sabell. *Ioannes consignetur Patri gratis, in honorem Festiuitatis, cum comminatione. quod si vlterius peccauerit in eodē delicto, mittatur ad triremes.* * 1640. 25. Octob. Capit. *Lucas Solatius. In honorem Festiuitatis Commemorationis mortuorum, stante consensu partis, relaxetur gratis.*

45 Post ferias Conceptiuas proximum locum habent Nundinæ. Sunt Paganorum, idest, rusticorum, quibus conueniunt negotijs proprijs, vel mercibus
46 prouisuri, vt supra diximus. Sicut in his Nundinis nulla ciuilis executio fieri potest, ita si quando quis iturus ad illas reperiretur carceratus, dignus erit, aliqua gratia pro relaxatione, vt ijsdem possit interuenire. Multoties enim lucrum, & commodum, quod ex ijs homines percipiunt, sufficit ad illorum sustentationem pro integro anno.

47 Simile quid fit etiam à Visita quoad piscium venditores, qui tempore Carnisprivij carcerati reperiuntur. Ad illorum enim excarcerationem facile deueniunt, vt Instante tempore quadragesimæ artem suam possint exercere. Idem circa festiuitatem Paschæ fit cū macellarijs, qui è Carceribus aliqua faciliori prouisione relaxantur.

48 Quarto, & vltimo loco Stationē restant relaxationes, à nobis §. particulari longiori stylo explicandæ, tanquam vniuersitati carceratorū communes certis, & statis diebus constitutæ.

§. XVI.

RELAXATIO IN VISITA Gratiosa.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio Gratiosa in Festiuitatibus Natiuitatis, & Resurrectionis Christi exerceri solita vocatur ab Imp.* Religio anniuersariæ obligationis.
2 *Visitatio Gratiosa exercetur Mediolani, in Hispania, Sabaudia, Pedemontio, Roma.*
3 *Visitatio Gratiosa cur fieri debeat à Principibus.*
4 *Carceres aperiri consueuerunt octo diebus ante Paschatis celebritatem, teste Nicephoro.*
5 *Visitatio Gratiosa cur fiat tempore Festiuitatum Natiuitatis, & Resurrectionis Christi.*
6 *Visitationis Gratiosæ encomium.*
7 *Visitationis Gratiosæ dies non minus lætitiam afferunt*

litis occasione obligationis mulierum.

63 *Mulierum fideiubentium defectus in casibus, qui poterant videri praeiudiciales, Visita suppleuit.*

64 *Mulierum, & minorum fideiubentium defectus supplere potest vnus ex Visitatoribus.*

65 *Subdelegari non solet, quod est magni Imperij.*

66 *Mulieris fideiussio facta etiam per ipsius Procuratorem admissa à Visita.*

67 *Mulierum fideiubentium defectus Visita facilius supplet, quam minorum.*

68 *Aetatis minoris Priuilegium priuilegio sexus praeponderat.*

69 *Priuilegio ex iure speciali facilius, quam priuilegio ex iure communi derogatur.*

70 *Aetatis minoris Priuilegium est in corpore iuris, non priuilegium mulierum, nisi in certis casibus.*

71 *Vxor debet subuenire inopiae mariti, & legitimè se obligat pro illius excarceratione.*

72 *Mulier, & minor obligati pro carcerato iuuantur nullitate principalis obligationis.*

73 *Arresta, & executiones facta tempore feriarum, Visita Gratiosa reuocantur.*

74 *Exequatur, tempore feriarum nullus Iudex concedit praeter Gubernatorem Vrbis, isque solum pauperibus.*

75 *Debitum in diem, eo nondum elapso, exigi potest, quando necessitas & pietas vrget.*

76 *Haeres intra tempus conficiendi Inuentarium à miserabili conueniri potest.*

77 *Fames multa alias illicita, facit licita.*

78 *Captus ante Visitationem Gratiosam in locis viciniis Vrbi, & ad illam ductus post dictam Visitam bene captus censetur.*

79 *Captus in Vrbe post decretum Visitae Gratiosae pro debito relaxandus gratis.*

80 *Captus in Vrbe coepta, & non completa Visita Gratiosa, pro debito ciuili relaxandus.*

81 *Priuilegium in corpore iuris clausum, vt reuocetur, requiritur specialis expressio.*

82 *Durantibus ferijs possessio potest adipisci, non in executionem pro debito ciuili, sed ex capite successionis & simili.*

1 HÆ, quas Statiuas diximus, relaxationes fiunt bis in anno, recurrentibus festiuitatum Paschatis, & Natiuitatis D.N. IESV Christi solemnitatibus, mediante Visita, quam Gratiosam appellant.

Quod Institutum ab Imperatore *(Religio anniuersaria obligationis)* nũcupatur. *l.7.de Indulg.C.Theod.* In omnibus iam Orbis partibus haec laetitia longè latèque diffusa est.

2 Mediolani seruari testatur Clarus *§. fin.q.46.nu.9. & ibi Add. Menoch.de arbitr.cas.303.num.38.* In Hispania *Gomes.de delic. cap. num.7. vers.item adde.* In Sabaudia & Pedemontio. *Sol. in nou. const. Tit. de Visit. carc. glos.1.* Romae, quam demum vnam pro cunctis asserimus. *Farin. q.33. num.76. Guaz.def.6.cap.11.num.38. vltra Bull. Pauli III. Pij V. & nouissimè Const. LXXI. Pauli V. Ioseph*

3 *Vicecomes. obser.Eccles. lib.3. cap.13. fol.234.* vbi ait: *Demum Principes ac rerum Domini, quoscunque carcere detinebant, eos liberali caritate dimittebant, significantes ea residuam vniuersam iniuriarum memoriam exhausturum, sicut ipsi misericordiae Caritatisque munera piè, & sedulo praestabant. Quod & Nicephori Callixti testimonium*

4 *& satis apertè demonstrat, & diu postea in Ecclesia seruatum est more introducto, vt octo diebus qui Paschatis celebritatem praecurrunt propter Sanctissimi temporis obseruantiam carceres aperirentur.*

5 Prouidentissimè sanè tanta res praedictis solum temporibus concessa est, vt gratius mundus acciperet, vnde pro nouitate rerum gauderet. Nam licet nomen Iudicis dicatum esse videatur Iustitiae; cum tamen totius anni orbitam aequitatis ambulet vestigijs, valdè conueniens est praedictis Festiuitatis diebus in pietatis domicilium deflectere; vt ad Redemptorem omnium facilius remissionis itinere peruenire possint carcerati. Ex hac quoque pietatis virtute suauissimos fructus colligunt Iudices,

6 qui remittendo alijs, sibimetipsis parcunt. Gratiae profectò immortales referendae sunt huic Indulgentiae, quae soluit & Iudices. Haec est patrona humani generis, in afflictis rebus medicina singularis; non est, qui illa non egeat, cum sit peccare commune. Ab vniuersis necessario petitur, quando sub ea spes vitae sumitur, quae sub Iustitia non habetur.

7 Digni sanè sunt hi laetitiae dies, qui à carceratis solemnes habeantur, vt alias à Romanis Kal. Ianuarij. Ouidius *Fastor. lib.1.*

,, *Prospera lux oritur, linguisque animisque fauete,*
,, *Nunc dicenda bono sunt bona verba die:*
,, *Lite vacent aures, insanaq. protinus absint*
,, *Iurgia, differ opus liuida turba tuum.*
,, *Salue festa dies, meliorque reuertere semper,*
,, *A Populo rerum digna potente coli.*

8 Salutatis à carceratis his diebus, conuertamus sermonem ad carceres, & carcerum ministros, & ad ipsos carceratos; & cum Cassiodoro *var. lib.11. cap.40.* dicamus: *Iamque noxiam securim Lictor recondat; amet paulisper ferrum splendidum, non cruentum; catenas lacrymis madidas felicior rubigo suscipiat. Atria carcerum vacuitatibus impleantur. Exeant inclusi vicina morte pallentes, redeant ad lucem, quos caligantes tenebrae possidebant. Vosque carcerati, qui exitus delicta reliquistis cum catenis; dierum beneficijs absoluti viuite nunc honestè, qui didicistis superstites mori. Cognoscite, quam beneficialis sit bona conuersatio, altera contulit teterrimum carcerem, haec nouit splẽdidam tribuere libertatem, ista praestabit, vt velitis viuere, illa dedit, vt eligeretis iam perire. Si leges astringerent, vlterius vos nullus includet.*

His praelibatis ad materiam gratiosae Visitationis descendamus, in qua, vt recta Methodo procedamus, videndum est primo, quid ante; quid tempore Visitationis; quid post agatur.

9 Ante Visitationem praemittitur Oratio infrascripta: *Adsumus Domine Sancte Spiritus. Adsumus peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo congregati, veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris; doce nos, quid agamus, quo gradiamur & ostende, quid efficere debeamus, vt te auxiliante tibi in omnibus placere*

&

& valeamus. Esto solus suggestor, & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, & eius Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse Iustitiæ, qui summam diligis æquitatem, non in sinistrum nos ignorantia trahat; non fauor inflectat; non acceptio muneris, vel personæ corrumpat; sed iunge nos efficaciter solito tuæ gratiæ dono, vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, quatenus in nomine tuo collecti. sic in cunctis teneamus cum moderatione pietatis Iustitiam, vt & hic à te in nullo dissentiat sententia nostra; & in futurum pro benè gestis præmia consequamur æterna. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hæc Oratio S. Isidoro attribuitur. Dicitur ante Visitationem à Procuratore Caritatis; à quo dicitur etiam ante Visitationem Hebdomadariam, de qua infra dicturi sumus. Dicitur quoque in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis à Digniori Cardinale, etiam in proprio Palatio; & à Sanctiss. D.N. Papa, quando coram eo habetur Cógregatio; In Signatura Gratiæ à Prælato, qui primus debet proponere Commissiones: In Signatura Iustitiæ à primo Proponente: In Congregatione Cardinalium à Digniori, vt supra: In Camera Apostolica ab vltimo Clerico: In Rota ab Auditoribus alternatim: & initio Synodi, *vt in Pontificali*. De hac oratione tractat *Gomes. in vtriusq. Signat. compēd. fol. 155 vbi alios allegat.*

10 Initium Visitationis retulimus. Quæ in ipsa Visitatione Gratiosa fiunt exponamus. Conclusio itaque fit; quod in Visitatione excarcerandi sunt vincti tam pro criminali, quam pro ciuili causa. *l. omnes. C. de fer. l. nemo. C. de Epis. aud.* Vbi egitur. *Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis imputet; exequantur Iudices, quod indulgere cognouimus, vbi primus dies Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissoluantur.*

11 Declara primo, vt licet Imperator non edicat, relaxatio tamē fieri debeat sub fideiussoribus. *Clar. in §. fin. q. 46. num. 6. Farin. q. 33. num. 76. vers. 6. limit. Guaz. q. 6. cap. 1. num. 38. Germon. de Sacr. immun. lib. 2. cap. 18. num. 13. tit. de fer. Boss. de carcer. fideiuss. committ.*

12 Declara secūdo, vt generali decreto relaxari possint omnes, qui sunt relaxandi, cum cautione de se repræsentando, vt infra dicturi sumus, quoad ciuiles, qui in Curia relaxantur.

13 Declara tertio, vt hæc relaxatiò duret per septem dies ante, & per septem dies post solemnitatem. *l. omnes. §. sacras quoque. C. de fer. gloss. in d. l. nemo. ver. paschalis. C. de epis. aud. & cap. fin. vers. septem diebus. de fer. Sol. in Const. Sabaud. Tit.*

14 *de fer. gloss. 2. nu. 1.* Quot diebus autem duret Romæ, apparebit ex decretis generalibus, quæ paulò post afferemus. Porro sæpe non solum ad octo dies vt supra, fit Relaxatiò; sed etiam liberè, tam pro criminali, quam pro ciuili, carcerati relaxantur. Subijcimus itaque relaxationes fieri solitas in honorem harum Festiuitatum; & præsertim in criminalibus causis, quæ ex subsequentibus innotescent.

15 Interdum relaxātur carcerati cum pœnæ moderatione. * 1529. 18. Decemb. Capit. *Marcus. D. Antonius, & D. Hippolytus moderentur pœnam citra pœnam vltimi supplicij, attento longo carcere, & solemnitatibus Natiuitatis.* * 1537. 31. Mart. Capit. *A viginti ducatis infra onerando conscientiam suam, D. Senator secundum contingentiam casuum etiam authoritate Visita expediat; pœnas moderetur arbitrio suo, non obstantibus statutis; etsi expedire videbitur, faciat verbum cum D. Gubernatore.* * 1542. 16. Decemb. Capit. *Ioannes de Papia. Stantibus precibus vxoris in honorem festiuitatis mittatur ad triremes Sanctiss. D.N. & Camera Apostolica ad beneplacitum Sanctiss. D. N.* * 1560. 23. Decemb. Sabell. *Antonius Bernardi Romanus. Attenta minori ætate in honorem Festiuitatis transmittatur ad triremes per quinquennium.*

16 Quandoque vero relaxati sunt cum oblatione. 1532. 25. Mart. Sabell *Cecchus pro furtis. Offeratur cruci in die Veneris hebdomadæ sanctæ.* * 1532. 30. Mart. Sabell. *Cecchus Relaxetur in honorem Solemnitatis, cum comminatione, quod si furabitur in futurum, furca suspendetur; sine mercede executoris: attento quod recusauit ducere ipsum ad ostium Ecclesiæ, & alias iuxta decretum Visitæ.*

17 Facta quoque fuit Gratia reis absque liberatione à carceribus, seu cum commutatione domus in carcerem. 1536. 23. Decemb. Capit. *Bernardinus. Data cautione sub pœna centum ducatorum de securo carcere, extrahantur compedes, & in honorem Festiuitatis, & propter paupertatem ostendantur copia processus Aduocato, & Procuratori Pauperum in forma pauperum.* * 1561. 5. Apr. Nonæ. *Gregorius. Data cautione de manendo in domo propria. & ab ea non recedendo sine licentia Domini, quæ nunc assignatur ei pro carcere, sub pœna 2000. ducatorum Cameræ Apostolicæ applicandorum, & de redeundo ad præsentes carceres ad omne mandatum ipsius Domini sub eadem pœna; in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur; ita quod si aliquid obtinere tentauerit, pœnam ipsam incurrisse intelligatur, & insuper facta obligatione per eum de prædicta seruando sub Excommunicationis Maioris, pœna, priuationis beneficiorum, in honorem Festiuitatum relaxetur.*

18 Nonnunquam fuit reis restitutum exercitium, quo fuerant priuati, etiam si non essent in carceribus. 1563. 5. Apr. Sab. *Bernardinus de Amelia olim detentus, & relaxatus. Interdicto sibi exercitio Notariatus ad biennīū, prout in decreto alias facto. Attento quod pro maiori parte temporis se abstinuit à dicto exercitio, restituatur in pristinū, & remittatur ei residuum tempus suspensionis prædicta in honorem Festiuitatis.* * 1572. 12. Mart. Nonæ. *Curtius: Ab officio Notariatus suspensus ad beneplacitum, in honorem Festiuitatis, & inibito præcepto &c. intuitu Pop. Romani reuocauerūt beneplacitum; & in integrum restituerunt.*

19 Visitationis Gratiosæ beneficio nonnulli à triremibus reuocati sunt. 1562. 24. Decemb. Nonæ. *Petrus Paeis. In honorem Festiuitatis, intuitu matris, & sororum DD reuocauerunt eum à triremibus, iniuncto ei exilio ab Vrbe, & eius districtu sub pœna earumdem triremium arbitrio D. Gubernatoris.* * 1563. 5. Apr. Sabell. *Annibal alias transmissas ad triremes. Attento quod interuenit in triremibus per annum, & vltra; in honorem Festiuitatis reuocetur à dd. triremibus arbitrio D. Gubernatoris.*

 * 1567.

* 1567. 20. Decemb. Sabell. *Rocchus Cremonensis transmissus ad triremes. DD. iustis de causis animum eorum mouentibus, & præsertim in honorem Festiuitatum reuocauerunt eum a triremibus, solutis tamen scutis quinquaginta auri in contantis pro fabrica Turris Nonæ.*

20 Remissi fuerunt carcerati quandoq; liberi à pœna, vt in casibus infrascriptis. 1530. 9. Apr. Capit. *Dominicus de Aquila pro vulneribus. Data cautione de non offendendo, attenta Festiuitate Paschatis & paupertate, & quod delictum fuit extra territorium, relaxetur.* * 1532. 23. Mart. Sabell. *Cecchus Cozzonus. Attenta minoritate, & peritia equitandi, & vtilitate mulieris, & concordia, & longo carcere, relaxetur in honorem Pascha* * 1532. 3. Mart. Capit. *Pacillus de Regno pro Mariolo. D. Petrus Antonius Iudex maleficiorum elapsis tribus diebus Paschalibus expediat secundum iustitiam, vel interim reperta veritate liberet, & relaxet eum, concordata parte, in honorem Festiuitatis quatenus sit culpabilis.* * 1533. 23. Decemb. Capit. *Antonius Corsus. Attento quod esset furatus propter nuditatem; relaxetur in honorem Festiuitatis gratis.* * 1534 4 Apr. Sabell. *Ioannes Baptista. Data cautione iuratoria de stando iuri, & iudicatum soluendo parti, attento, quod non habet aliam cautionem relaxetur, & pœna criminalis condonetur ei in honorem Festiuitatis Resurrectionis D. N. IESV Christi.* Dicta die. *Florus Gallus. Concordata parte relaxetur in honorem præsentis diei.* * 1537. 22. Octob. Nonæ. *Pro Angelo, qui fuerat factus exul ab Vrbe per tres menses. Propter honorem Festiuitatis remittatur ei bannum.* * 1541. 12. Apr. Capit. *Leonellus. Data cautione quinque millium ducatorum de se repræsentando pro interesse partis quoad crimina, liberetur condemnatione non obstante, gratiosè in honorem Paschatis.* * 1542. 20. Apr. Sabell. *Alexander de Treuisio, & Petrus Gallus constituti pro homicidio in personam Calderarij. Attenta iusta occasione, & ob reuerentiam Festiuitatis liberetur.* * 1560 13. Apr. Nonæ. *Mausotius de Asculo. Facta obligatione per ipsum sub pœna triremium per decennium 500. ducatorum cum cautione Ioannis Francisci filij D. Hieronymi sub eadem pecunia pœna 500. ducatorum, de bene viuendo, de nemine offendendo, & de seruando exilium tam à Ciuitate Asculana, quam à tota Prouincia Marchia per quinquennium; & vlterius ad beneplacitum D. Gubernatoris pro tempore existentis in Ciuitate Asculana, in honorem proximæ Festiuitatis Paschatis liberetur, & huiusmodi Decretum transmittatur ad modernũ Gubernatorem Asculi.*

21 Aduertendum conclusionem de relaxandis carceratis in præfatis solemnitatibus non procedere quoad omnes criminaliter detentos; sicuti procedit quoad omnes pro ære alieno carceratos. Excipiuntur enim Sacrilegi, Adulteri, Rei stupri, vel incęsti, Raptores virginum, sepulchri Violatores, Venefici, Malefici, Monetarij, Parricidæ, Rei maiestatis, ac delinquere assueti. *d. l. omnes. C. de ser. eit. l. nemo. de Epis. aud. & vtrobique DD. & alij supra in hac materia allegati.*

Expeditis ijs, quę ad liberationem carceratorum criminalium pertinet; declarandum restat, quid agi debeat in Visita pro liberatione ciuilium. Iam in-

22 de ab initio Visitationis promiscuè facta fuerunt decreta prouisionalia, tam pro liberatione Criminalium, quam Ciuilium carceratorum. In honorem Festiuitatum prædictorum vsque ad annum 1556. Verum cũ excreuerit numerus carceratorum pro causis criminalibus, quorum causæ erant discutiendæ, & diuersa prouisione terminandæ, singuli separatim vocentur in Visita Gratiosa: è contra vero cum ciuiliũ causarum prouisio esset vniformis, vi-

23 delicet relaxationis cum cautione de se repræsentando; cępta est generali decreto omnium relaxatio. 1556. 31. Mart. Nonæ. *Omnes carcerati pro causa ciuili, data cautione de se repræsentando post festa Paschalia sub pœna debiti, relaxentur, & ad D. de Vitellis, qui expediat arbitrio suo.* Huiusmodi expeditio fuit commissa D. de Vitellis tunc carcerum Præsidi; quia ipse est Executor decretorum Visitæ, vt supra diximus, dum de Præside tractauimus.

24 Hæc Generalia Decreta fuerunt postmodum successiuis temporibus ampliata, prout experientia magistra compertum est opus esse. Quoniam enim non omnes tunc habebant fideiussorem pro sua excarceratione, nec deerant alij modi excarcerandi, propterea fuit demandata facultas Visitæ Iudicibus causarum. 1556. 24. Decemb. Sabell. *Om-*

25 *nes carcerati pro debito ciuili data cautione de se repræsentando post festa Natalitia sub pœna debiti, relaxentur; & qui non habent cautiones recurrant ad Iudices suos, qui possint eos relaxare etiam authoritate Visitæ.*

26 Ad consulendum autem indemnitati creditorũ, additum fuit, *quod etiam irrequisiti se debeant repræsentare;* & ad consulendum debitoribus sicuti demandetur eorum excarceratio, ita prohibita est carceratio, vt infra. 1557. 10. Apr. Nonæ. *Omnes carcerati in quibuscunque Carceribus pro debitis ciuilibus, data cautione de se repræsentando ad primam Visitam, post Festa, in Carceribus, in quibus detinentur, etiam irrequisiti; relaxentur per Iudices suos. Domini Visitatores decreuerunt quod nemo carceretur pro debitis ciuilibus etiam vigore censurarum vsque post octauam Pascha.* Cum

27 autem nõ potuerint in Visitatione prædicta discenti omnium Carceratorũ causæ, fuit facta alia Visitatio Gratiosa in ædibus D. Gubernatoris, & lecta Lista Carceratorũ Turris Nonæ, & Sabellorum, vt ex libris Gubernatoris constat, vbi legitur. 1557. 13. April. *Visitatio omnium Carceratorum Almæ Vrbis. In Palatio D. Gubernatoris, in qua interuenerunt &c.*

At ne hoc exemplo imposterum haberentur Visitationes in domo D. Gubernatoris habita fuit Visitatio Gratiosa in singulis carceribus: Capitolij in qua legebantur pro ciuilibus decreta generalia, postmodum in alijs carceribus absque repetitione dd. decretorum generalium pro ciuilibus, cum tanquam Generalia comprehendant omnes carceratos Vrbis; & captæ prouisiones pro criminalibus. Non autem facta fuit eodem die, sed die 22. Capit. die 23. Sabell. die 24. Decemb. Nonæ. * 1557. 22. Decemb. Capit. *Nemo carceretur, nec fiat executio pro debitis ciuilibus per totam octauam festiuitatis Natalium.*

28 Post hæc captum fuit addi nullitatem capturæ,

&ex-

& extendi decretum generale etiam ad eos, qui nō erant carcerati, sed relaxati antea sub fideiussione de se repræsentādo. 1558. 2. Apr. Capit. *DD. Visitatores carcerum decreuerunt, quod ab hodie vsque per totam octauam Paschatis non fiat aliqua executio pro causis ciuilibus sub pœna nullitatis executionis, expensarum, etiam vigore censurarum, & intimetur Barisello, & alijs carcerib. Vrbis &c.* * 1558. 5. Apr. Sabell. *DD. Visitatores declarauerũt decretũ factũ in Curia Capitolij, quod retrotrahatur ad executiones factas à die decreti, & quod in causis ciuilibus à die Dominico vltimo præterito nō fiant executiones, nec reales, nec personales exceptis causis mercedum: D. Gubernator expediat scilicet per totam octauam.* * 1588. 17. Octob. Capit. *Nemo carceretur pro debito ciuili vsq; post diem Epiphaniæ proximo.* * *Omnes repræsentandi præstitis cautionibus ad primam Visitam post festa liberentur.* * *Omnes carcerati pro debitis ciuilibus in quibusuis carceribus data cautione de se repræsentãdo ad primam Visitam post festa, relaxentur.* * 1559. 18. Mart. Sabell. *Nullus possit capi pro debito ciuili, etiam vigore censurarum, durante octaua Pascha. Omnes detenti in quibusque carceribus pro debito ciuili liberentur data cautione de se repræsentando sub pœna debiti ad primam Visitam existentem in eisdem carceribus, in quibus ad præsens detinentur; & ad D. de Saulis, qui interim studeat concordare partes, & interponat se pro concordia etiam authoritate Visitæ.*

29 Illis vero, qui non habebant cautionem, prouisum est committendo causam Præsidi Carcerum, deinde fuit etiam factum aliud decretũ infrascriptum. 1559. 21. Mart. Capit. *Omnes detenti in quibusque carceribus pro debito ciuili à septem scutis infra; & non possint inuenire cautionem, liberentur facta obligatione per se ipsos de se repræsentando ad primam Visitam, etiam irrequisiti, in eisdem carceribus, in quibus ad præsens reperiuntur.*

30 Hoc anno 1559 à die 12. Augusti, propter Sedem Vacantem, non fuit facta Visitatio vsque ad diem 23. Decemb. quia Nonæ, & Sabellis fuit facta absque decretis generalibus pro ciuilibus, quia forte Sede vacante Pauli IV. non erant carcerati ciuiles, vt plærumque contingit tempore Sedis Vacantis. Cęterum illud sciendum, quod etsi ad

31 annum 1559. obseruatum fuerit in Visitatione Gratiosa, nequis ob debita ciuilia caperetur vi vllius mandati durantibus Solemnitatibus; postea tamen excepta fuisse mandata Suspicionis fugæ. 1560. 8. April. Nonæ. *Nullus pro debito ciuili carceretur tunc, & per totam octauam Paschatis, exceptis suspectis de fuga.* Hoc est etiam conforme iuri communi. *Couar. resol. 20. nu. 14. lib. 2. Farin. q. 27. num.* 107. Postea nono eiusdem mensis Aprilis fuit Visitatio Gratiosa Capitolij, & Sabellis absque repetitione decretorum generalium pro ciuilibus, eodemque modo processum fuit vsque ad an-

32 num 1568. Quo tempore additum fuit Decretum pro Infirmis factum ante Visitationem Gratiosam à scutis 20. infra. 1568. 22. Nouemb. Sabell. *Omnes detenti in quibuscumque Carceribus Vrbis pro debito ciuili, data Cautione de se repræsentando ad primam Visitam in eisdem Carceribus in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, irrequisiti, sub pœna debiti, relaxentur.* * *Omnes Infirmi detenti pro debito ciuili, si non valeant cauere, liberentur facta obligatione de se repræsentando in eisdem carceribus vt supra. quam primum conualuerint sub pœna debiti, relaxentur gratis.* * *Hoc idem seruetur in debitoribus à scutis viginti infra.* In Visitatione secreta sequenti fuit confirmatum d. decretum. 1568. 22. Decemb. Nonæ. *Omnes capti pro debitis ciuilibus. Stet decretum alias factum, etiam quoad captos post factum d. decretũ; quod sortiatur effectum per totam sequentem hebdomadam, & suffragetur etiam alijs relaxatis sub cautionibus; renouatis tamen dd. cautionibus modis & formis, prout in dicto decreto.* * 1568. 22. Decemb. Capit. *Omnes detenti in quibusque carceribus pro debito ciuili, data cautione de se repræsentando in eisdem carceribus post festum Epiphaniæ irrequisiti, sub pœna debiti relaxentur, & detenti à scutis 15. infra facta obligatione per eos de se repræsentando, vt supra, relaxentur gratis* * *Omnes repræsentandi renouatis cautionibus de se repræsentando, vt supra sub pœna debiti non molestentur.*

33 Habemus Decretum generale Visitæ postmodum prohibens Executionem fieri durantibus Festorum Solemnitatibus ampliatum quoad executionem personalem, restrictum quoad realem, & respectu summæ pariter ampliatum. 1574. [illegible] Apr. Sabell. *Nullus pro debito ciuili molestetur personaliter à Dominica Palmarum per totam Octauam Paschatis proximè futuram, nec realiter per totam diem Festiuitatis eiusdem vigore quorumcumque mandatorum, etiam suspicionis, à scutis 40 infra.*

34 Postea fuit purificata executio realis personalis, & excepta denuo mandata suspicionis, ac dilatatũ tempus. 1575. 20 Mart. Sabell. *Nullus pro debito ciuili præterquam pro mãdatis suspicionis fugæ, quæ non concedantur nisi ex vrgentissima causa, capi possit, nec molestari in persona, & in bonis nunc, & per totam Octauã Paschatis Resurrectionis D. N. IESV Christi proximè futuram.* Sub forma prædicta emanarunt decreta generalia pro causis ciuili-

35 bus vsque ad diem 17. Decemb. 1598 Tunc enim fuerunt addita duo. Primum, quod fideiussores debent recipi in eodem officio, à quo mandata prædicta relaxata fuerunt: Secundum excipiuntur credita à scutis 15. infra, quæ non habent originem à Truffa. Iterum 1599. 1. Apr. in Visita Gratiosa, DD. de Visita reduxerunt debitum ad summam scutorum 25. pro quo possit fieri obligatio, & obtineri excarceratio absque alia cautione.

Ita concepta durarunt decreta generalia vsque ad finem anni 1613. Quo tempore stabilita fuit forma amplior, quæ adhuc durat; in eaque non fuerũt excepta credita habentia originem à Truffis, quia in Decreto fuit dictum: *Omnes detenti ex debito merè ciuili.* 1613. 19. Decemb. Nonæ. *Omnes detenti in quibuscunque carceribus ex debito merè ciuili à scutis 25 infra; Facta obligatione per se ipsos de se constituendo in eisdemmet loco, statu, & terminis in quibus ad præsens reperiuntur, etiam irrequisiti, post festum Epiphaniæ proximè venturum, sub pœna debitorum pro quibus detinentur; & à scutis 25. supra; data cautione de se constituendo, vt supra, in honorem Festiuitatis Natiui-*

tatis

*tatis Domini Nostri IESV CHRISTI, relaxetur gratis: interim ad suos Iudices, qui eos expediant etiam auctoritate Visitæ. Et in euentum quod vxores, vel aliæ mulieres recipiantur in fideiussores, Visita ex nunc supplet omnes defectus mulierum. * Nullus imposterum possit nec realiter, nec personaliter molestari, nec carcerari pro debito ciuili hinc, & per totum Festum Epiphaniæ prædicta proximè ventura, exceptis tamen pro mandatis suspicionis fugæ, non relaxandis nisi per Dominum Gubernatorem, Auditorem Cameræ, Senatorem, & Vicarium: Et quoad fideiussores debeant recipi in eiusdemmet officijs, vnde mandata prædicta relaxata fuerunt. Omnes habentes decreta, seu mandata de relaxando in ciuilibus relaxentur gratis iuxta solitum*. Præterea post illa verba decreti generalia (*Pro mandatis suspicionis fugæ*) additæ fuerunt verba (*summam scutorum 25. excedentibus*) quia pro ista summa debitores carcerati, etiam cum mandatis suspitionis fugæ, excarcerari debent, cum ipsorum obligatione tantum, vt supra.

36

37

Quod attinet ad id, quod dictum est *mandata suspitionis fugæ* contra debitores non posse tempore feriarum signati nisi per Gubernatorem, Auditorem Cameræ, Senatorem, & Vicariummet; Nomine Vicarij etiam intelligi Vicesgerentem constat; etiamsi illa verba, *per Vicariummet*, sint personalissima; Tum quia ipse subscribit mandata de ordine Eminentissimi Vicarij; Tum quia redderetur elusoria prouisio Visitæ quoad Tribunal Vicarij, cum ipsemet non consueuerit subscribere mandata, sed eius Vicesgerens. Verba enim ita intelligi debent, vt aliquid operentur. *l. si quando ff. de leg. Surd. cons. 307. num. 15.* lex enim, & natura nil frustra operantur. *l. hac stipulatio §. Diuus. vt legat. nom. Mant. de tac. lib 24. tit. 3. nu. 5. Grat. disc. 400. num.* 12. Tum quia fuit sublata omnia difficultas ex decreto de ordine Sanctissimi. 1618. 22. Decemb. Sabell. Facto in Visitatione Gratiosa secretorum Carcerum. *D. Gubernator de expresso ordine Sanctissimi D. N. Pauli V. voluit, & mandauit mandata*, suspicionis fugæ, *decreta, & relaxata, seù decernenda, & relaxanda tempore feriarum per Dominum Vicesgerentem eiusdem roboris esse, & eundem effectum habere, ac si essent relaxata per D. Vicarium Cardinalemmet, non obstantibus quibuscunque, & ita &c. omni &c.* Idem quoque mandauit obseruari fel. record. Vrbanus VIII. consultus ab Illustrissimo D. Io: Baptista Spada modo Patriarcha Constantinopolitano tunc Gubernatore in casu quo dubitatum erat de captura sequuta tempore feriarum cum mandato Vicegerentia: eo quod decretum Pauli V. proximè relatum, tanquam factum in Visitatione secretorum Carcerum, tunc ipsorum memoriæ non occurreret. Quam capturam validam esse Sanctitas sua declarauit, et præsertim motus ratione, quia Eminentissimus Vicarius non subscribit per se ipsum mandata, sed pro eo illa subscribit eius Vicesgerens, vt diximus.

38

39 Neque mirandum est in antiquo Decreto generali, nullam de Vicegerente factam fuisse mentionem. Nam tunc Vicarius non erat Cardinalis, & propterea mandata per se ipsũ subscribebat. Hinc factum est, quod etiam in eodem Decreto prius nominetur Gubernator, & Auditor Cameræ, quam Vicarius; & in ipsamet Visitatione Locumtenens Auditoris Cameræ præcedit Locumtenentem Vicarij.

40

41 Vigore eiusdem decreti est locus excarcerationi etiamsi Iudex causæ excarcerationem prohiberet. Et cum contigisset casus, quod Iudex inhibuerit Commentariensi excarceratioñe infrascripti Laurentij, Visita fecit ad eius fauorem nominatim Decretum infrascriptum. 1640. 20. Decemb. Sabell. *Laurentius carceratus pro scutis 25. Facta obligatione per ipsum de redeundo ad Carceres in eisdem statu, & terminis, in quibus præsens reperitur, etiam irrequisitus, etiam sub pœna debiti, pro quo detinetur, post festum Epiphaniæ proximè venturæ, prout se obligauit in plena Visita, relaxetur gratis*. Cum enim Sacra Visita Principem repræsentet, vt pluries diximus, nõ possunt Iudices causarum decernere contra eius Decreta, sed est necessarium speciale Papæ mandatum, vt quandoque euenit ex aliqua graui, seù vrgenti causa. 1637. 2. April. *In Visitatione Gratiosa. Ioannes carceratus ciuiliter. Non relaxetur nisi satisfactis creditoribus de ordine Sanctissimi*.

42

43

44 Quæ diximus de prædicta excarceratione pro scutis 25. facienda, cum sola carcerati obligatione, sunt ita intelligenda, vt huiusmodi excarceratio concedatur, etiamsi summa pro qua quis detinetur excedat in modico summam scutorum 25. Ita seruatum est à Visita in diuersis casibus, quorum nonnullos referemus. Nam parum, & nihil æquiparantur. *l. quamuis. de cond. & dem. Surd. cons. 297. num.* 2. & tritum est dictum quod de minimis non curat Prætor. *l. scio. de rest. in integr.*

Primus casus est si summa non excedat scuta viginti sex. 1623. 14. Decemb. Noniæ. *Petrus Romanus. Comprehendatur in Decreto generali, & excarceretur, dummodo non detineatur vltra summam contentam in decreto pro scuto vno*. * 1628. 14. April. *Petrus pro summa scutorum 26. relaxetur cũ obligatione de se repræsentando post festum Octauæ Paschatis, etiam irrequisitus*. * 1639. 15. Decemb. Noniæ. *Pro Paulo*. Aliud decretum simile. 14. Decemb. 1651. Sabell. *Pro Andrea Sanctis*.

Secundus casus est, si mandatum sit relaxatum pro scutis vigintiquinque, & expensis, quia (prætérquam quod summa nõ sit liquida) non potest quis pro expensis retineri. Ita fuit declaratum dicta die in Visitatione Gratiosa habita Sabellis.

Tertius casus fere similis est, si mandatum relaxatum esset pro scutis 25. cũ fructibus. Non enim potest quis pro summa non liquida retineri. 1639. 15. Decemb. Non. *Antonius gaudeat decreto generali Visitæ, etiam quod sit descriptus pro scutis vigintiquinque, fructibus, & expensis*. 1561. 22. Decemb. Sab. in Visita Secretorum carcerum. *Ioannes Baptista carceratus pro scutis 25. sortis principalis debiti, & illius fructibus, vigore mandati suspitionis fugæ D. Senatoris, facta obligatione de se repræsentando post festum Epiphaniæ, relaxetur*.

Quartus casus est, si quis ad instantiam creditoris fuerit carceratus cum duobus mandatis, quæ singula non excederent summam scutorum 25. Ita

fuit

fuit dictum die 27. Martij 1643. in Visitatione habita Sabellis contra Martiam, quæ prætendebat Stephanum eius debitorem, carceratum cum duobus mandatis scutorum 22. cum dimidio pro quolibet pro fructibus, non relaxari. Tum ex dispositione Pauli V. Constit. LXXI. §. 11. *Tit. de Iud. in caus. ciu.* quæ licet loquatur solum de summa, pro qua quis carcerari possit, ex identitate tamen rationis ad casum nostrum extenditur. *l. sed & posteriores. de leg. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 1. nu. 18.*

45 Quando enim legis ratio magis latè patet quam ipsa lex, tunc ratio ipsa tanquam virtus intrinseca legis prædominatur, & magis attendi debet quam lex. *gloss. in l. qua ratione. §. litteræ de acq. rer. dom. bene Rip. obser.* 388. *num.* 10. 11. 12. *& seq.* Tum quia etiam de Iure cōmuni ad Iurisdictionem prorogandam, vel ad alium effectum summarum coacernatio non permittitur. *l. si idem. in princ. de Iurisd. Rip. cit. obseru.* 388. *num* 10. *& per tot. Cyriac. contr.* 66. *num.* 17. *& seq.* Tum quia versamur in odiosis, qualia sunt pænalia, quæ sunt restringenda. *Bart. in l. vbi fideiussor. de solut. Peregr. de Iur. fisc. lib.* 4. *Tit.* 8. *num.* 31. *& seq.* Ad faciliorem autem excarcerationem debitorum supradictæ summæ, introductum est, & si sint præsentes in Visita, vocentur nominatim à Procuratore Caritatis, se obligent de redeundo, & statim dimittantur, antequam euocentur criminales.

46

Illud insuper aduertendum est, quod licet disponatur in dicto decreto generali anni 1613. 19. Decemb. quod Cautiones recipiantur, *Per acta Notarij causæ*, non excludi, quin dum Præses expedire potest mandatum de excarcerando, eius quoque Notarij possint recipere Cautiones; cum id commodius sit carceratis, & officia Notariorum Præsidis sint tanti valoris, vt tuti possint esse Creditores; Ita declarauit obseruantia, vt dixi, dum tractaui de Præside: Quod intelligitur de Cautionibus præstandis à Carceratis pro maiori summa scutorum 25. Non enim est par ratio in obligationibus quæ fiunt à Carceratis pro summa non excedente scuta 25. Cum enim hæc non sit recipienda, *Risico Notarij*, quilibet Notarius potest illas recipere, & Iudex quilibet illos excarcerare, cum creditori innotescere possit vbi rogata sit obligatio sui debitoris ex lectura mandati, cuius vigore fuit relaxatus: cuius mandati notitiam habere potest ex partita libri carcerum in quo adnotatur excarceratio. Nostris vero temporibus, quibus introducta est relaxatio præfatorum debitorum, cum obligatione, quam faciunt in Visita Gratiosa, vt diximus, redditur facilior notitia Creditoris vbi fuerit rogata obligatio debitoris, quam omnes Notarij, qui in Visita interueniunt, receperunt. Sunt autem hi Notarij qui in Visita interueniunt Tribunalium Vicarij, Gubernatoris, Auditoris Cameræ: Præterea in Carceribus Turris Nonæ etiam Notarius Soldani, & Sabellis Marescialli. In Curia vero Capitolina interueniunt Notarij Gubernatoris, & Senatoris tantum. Id tamen, quod diximus, deseruire poterit pro illis carceratis, qui ex aliqua causa non fuerint tunc præsentes in excarceratione facta in Visita.

47

48

49

Quamuis autem Decretum Generale, de quo supra, comprehendit omnes carceratos, vt cauendo possint gaudere beneficio huius Visitationis; quia tamen multi sunt carcerati, qui non habent

50 Cautionem, vel Notarius causæ oblatam personam pro fideiussore recuset approbare, ideò consueuerunt instare in hac Visitatione, vt committatur causa sua Præsidi carcerum auctoritate Visitæ: quod non denegatur ad effectum, vt vel caueant per eius Præsidis Acta, vel ab eo aliud Decretum iuxta solitas Visitæ facultates obtineant, quod fit ad abundantiorem cautelam. Non enim esset opus particulari singulorum debitorum commissione, postquam in Visitatione Gratiosa habita die 17. Decemb 1648. fuerant addita post verba *(& interim ad suos Iudices)* verba; *vel ad Præsidem Carcerum.* Huius autem generalis decreti forma, quoad ciuiles ideo introducta est, quia cum eadem die Iouis mane ante prandium in Carceribus Turris Nonæ, Sabellorum, & Capitolij discutiantur omnes causæ Criminales; non superest tempus agendi de Causis particularibus Ciuilium Carceratorum; non tamen ex hoc ligantur manus Visitatoribus, quin in aliqua causa ciuili, si illis ita æquum videatur, prouideant particulari prouisione, prout causa exigit, & facultates Visitæ permittunt. Sic in decretis. 1557. 22. Decemb. Capit. *Carolus. Facta obligatione per ipsum pro se, suisque bonis iuribus, & actionibus, & data cautione per eius filios, vxorem, ac D. Alexandrum eius generum, de se repræsentando toties quoties ad omne mandatum Dominorum sub pœna debitorum, pro quibus detinetur in honorem Festiuitatis D. N. Iesu Christi, & vt possit prouidere rebus suis, attenta longa carceratione propterquam non potuit satisfacere suis creditoribus, & qualitate personæ; relaxetur, & quoad expensas D. Senator prouideat; firmis interim remanentibus cautionibus datis, ac etiam renouato contractu cum obligatione vxoris, & d. Celsi eius filij, accessione iurium, & actionum quæ habet cum D. Belisario, in fauorem Octauij eius generi.* Nec solum in causis ciuilibus, sed etiam criminalibus quoad interesse partis. 1651. 30. Mart. Sab. *Ioannes Angelus. Facta obligatione de concordando partem, vel de redeundo ad Carceres post Octauam Paschatis proximè sub pœna scutorum* 10. *prout se obligauit; relaxetur gratis.*

51 Quod vero dicitur in prędicto Decreto Generali *(in euentum quod vxores, vel aliæ mulieres recipiantur in fideiussores Visita supplet eorum defectus)* aduertendum est sub verbis illis *(Vel aliæ mulieres)* non posse comprehendi nisi matres, quæ vltra vxores possent obligari pro liberando filio. Quare his temporibus in decretis, quæ fiunt in hebdomadarijs Visitationibus cæptum est dici, *(& quatenus recipiatur vxor vel mater Visita suplet).*

52 Hac occasione censuimus non esse silentio prætereundum hanc facultatem supplendi defectus mulierum, ac minorum Visitæ competijsse vsque à prima Tribunalis erectione, eamque exercuisse in gratiosis, & in alijs quibuscunque Visitationibus, quoties casus euenit, eique huiusmodi facultatem competere constat ex infrascriptis.

53 Primo ex textu in Constitutione Pauli III. 44. §. 21. & in deputatione executoris, quæ subsequitur vbi licet de huiusmodi auctoritate mentionem parti-

particularem non faciat, vtitur tamen Pontifex verbis nō solum indefinitis, sed etiam generalibus, & repetitiuis, *omnium* scilicet, *& singulorum*, quę specificæ expressionis vim habent. *Mant. de tacit. & amb. lib. 4. tit. 30. num. 18. Rota decis. 284 nu. 48. par. 6. recent.* Idem probatur ratione non solum, quia in Visita interueniunt plures, quia cum vti singuli interponendi decreta in contractibus prædictorum facultatem habeant, possunt id multo
54 magis vti. Integrior enim est actus, qui plurium Iudicio præficitur. *cap prudentiam. vers. illa quippe. de offic. deleg. Mant. decis. 344. num. 2.* sed etiam
55 quia sicut Princeps potest minori veniam ætatis concedere. *l. 1. & 2. C. de his qui veniam atat.* & illum ad contrahendum habilitare. *l. 2. C. quando decreto opus non est. Gomez. de contract. c. 14. nu. 12. vers. sed illum intellige. Surd. decis. 268. num. 1. & seq. Rot. decis. 192. num. 3. par. 5. recent.* Ita quoque poterit Visita, quæ Principē repræsentat. *Gloss. & Bart. in l. non ambigitur. de leg. Osasch. in proam. decis. nu. 2. & Thes. in præfat num. 22. Rol. cons. 14. num. 15. & seq. lib. 1. Surd. cons. 166 num. 7.* Et vt signatura, quod repræsentet Papam. *Rot. dec. 102. num. 7. par. 6. rec.* & diximus etiam supra. Neque hac in re nobis deest auctoritas Doctorū Marches. in Vrbe, & in Signatura Gratiæ, & Iustitiæ diu versatus. *de commiss. par. 3. §. 2. num. 88. 89. & 90.* Nec dissensit Rota. *Romana. Fideiussionis de Roncionibus 5 Iulij 1593. coram Arigonio. in dec. 851. par. 4. diuers.*
56 Denique probatur facultas ex obseruantia multorum annorum à die quo Visita viguit, quæ est optima interpres priuilegiorū. *Bertaz. cons. crim. 166. num. 19. vers. decimo, & vltimo Pereg. de iur. fisc. lib. 1. Tit. 2. num. 99.* Et quid, & quomodo intellexerit Princips concedens demonstrat Surdus. *cons. 497 num. 3. Rot. decis. 362. num. 12. part. 5. rec.*
57 Apparent enim quam plurima Decreta diuersis temporibus, & diuersimodè concepta, relata ad alium effectum in hoc opere in diuersis locis. Item infrascripta, quæ declarando materiam referemus.
58 Declara primo, vt antiquitus fierent aliquando Decreta absque verbis, (*Quod Visita supplet defectus*) 1530. 15. Octob. Sabell. *Mons Rotundus Hebraus Macellarius. Facta obligatione per ipsum, & eius vxorem de soluendo Iulios quinque quolibet mense, liberetur; & deficiente in vna solutione capiatur ad omnem requisitionem creditoris sine aliquo mandato; prout statim, & in continenti ibidem personaliter constitutus principalis idem Mons Rotundus, & Sabina eius vxor, qua sponte &c. renuntians &c. eadem Sabina Velleani auxilio, etiam cum iuramento se obligarunt soluere menstruatim Iulios quinque D. Felici de Vellis absenti iurarunt super penna more Hebraorum.*
59 Declara secundo, vt etiam approbatæ fuerint obligationes absque renunciatione Velleiani. 1549. 12. Septemb. Sab. *Dorothea Mater Ioannis Baptista Portionis. Obligata pro excarceratione filij teneatur non obstante quod non renunciauerit Velleiano.*
60 Declara tertio, vt fuerint suppleti defectus etiam post obligationem. 1550. 2. Octob. Capit. *N. Mulier. In quadam obligatione per eam facta deficientibus solemnitatibus suppleat decretum Visita.*
61 Declara quarto, vt tam mulieris, quám minoris suppleat defectus Visita. 1562. 14. Maij. Capit. *Elisabetha Sarsena, & Paulus eius nepos Minor contra haredes q. Iacobi. D. Sfortia assignat tria petia vinea eisdem haredibus insolutum, & interponat decretum tam respectu mulieris, quam minoris, & suppleat omnes defectus, auctoritate Visita.*
62 Declara quinto, vt in euentum Litis occasione obligationis mulierum commissa fuerit causa Præsidi. 1564. 3. Aug. Nonæ. *Clodia. Ad D. Lomellinum, qui vocatis creditoribus, in quorum fauorem est obligata pro marito ne remaneat indotata studeat concordare partes, concedat dilationem eius arbitrio, & inhibeat etiam auctoritate Visita.*
63 Declara sexto, vt in casibus particularibus, qui videbantur valdè præiudiciales mulieri, Visita nihilominus defectus suppleuerit. 1566. 23. Feb. Sabell. *Philibertus, & Catherina eius vxor contra Prosperum, & Paulum filios, & haredes q. Bartholomai. Auditor Camera cogat eosdem haredes ad solutionem scutorum* cxj. *alias penes D. Bartholomaum eorum Patrem depositatorū pro dote d. Catherina, non obstantibus pactis, & conditionibus in Instrumento per Andream Gherardum olim Notarium eiusdem A. C. rogato &c. & in actis Fabritij Galletti producto sub die 10. Nouemb. 1564. vltimo quod dictus q. Batholomaus, & nunc dicti eius haredes nō possint cogi neque conueniri ad restitutionem dd. pecuniarum donec prædictus Philibertus idoneè cauerit de conseruando d. dotem, & de restituendo in euentum restitutionis, aut in aliquo loco stabili collocauerit: attento quod ipsa Catherina coram DD. confessa fuit se de bonis dicti sui mariti fuisse dotatam, & sibi etiam super dd. sui mariti bonis cautum esse, facta tamen obligatione per eos de euacuando domum dd. haredum finita locatione non obstantibus quibuscumque decretis Cameralibus, & priuilegijs in fauorem Inquilinorum emanatis, ac etiam quietantia, & negotium pradictum expediat iuxtà mentem Visita, & admittat vxorem ad se obligandum pro viro, & eius bona, & dotem, attentis promissis pro satisfactione creditorum; attenta quod ipsa sua sponte obtulit se velle obligare pro excarceratione, & liberatione d. sui viri, & reliqua faciat iuxta mentem Visita, &* Vi*sita suppleat omnem defectum, & solemnitates omissas iuxta formam statutorum Vrbis pro faciliori, & celeri negotij expeditione.*
64 Declara septimo, vt seruetur hodie, quod si committatur causa vni ex Visitatoribus, possit, dum mulieres vel minores se obligant, supplere illorum
65 defectus. Licet enim hoc sit magni Imperij, quod non solet subdelegari, dum tamen fit ab vno ex Visitatoribus deputato videtur, fieri ab vniuersa Visita, & ita fuit oretenus dictum in Visita habita 1619. 23. Maij. Capit.
66 Declara octauo, vt etiam admissa sit obligatio Procuratoris mulieris. 1622. 9. Iun. Sab. *Angelus Cima. Stante consensu Partis, quod in fideiussorem de seruando relegatione recipiatur vxor; DD. mandarunt recipi d. vxorem etiā quod obligatio fiat per Angelum Procuratorem, & ad omnem bonū finem, & effectum, Visita ex nunc supplet omnes defectus.*

Declara

67 Declara nono, vt difficilius Visita suppleat Minorum defectus, quam mulierum: idque triplici ra-
68 tione. Primo quia priuilegium ætatis priuilegio sexus præponderat. *l. si apud minorem. de minor. vbi Bart. & Bald. & l. fin. C. ad S.C. Velleian. Bart. Ias. & alij in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Rot. decis. 241. nu. 11. & 13 par. 7. recent.* Secundo, quia
69 priuilegio vxoris prouenienti ex statuto, & sic ex iure speciali facilius derogatur, quam priuilegio minoris prouenienti ex iure communi. *l. cuius milites. §. militia missus. de milit. test. Rom. cons. 327. num. 6. Rot. decis. 24. nu. 7. par. 5. recent.* Tertio quia priuilegium minoris est in corpore iuris clausum in Titulo *de reb. eor. qui sub. cur. vel tutel. sunt.* Priuilegium vero mulieris non, nisi se obliget pro marito, vel pro alio, vel alienet fundum dotalem. *l. 2. cit. C. ad Velleian. & l. contract. C. locat. Rot. decis. 238 num. 13. par. 6. recent.* Quod quidem priuilegium in corpore iuris clausum est potentius. *l. decurionibus. C. de silent. lib. 12.* Quod difficilius tollitur. *Rom. citat. cons. 327. numer. 6. Surd. cons. 325. nu. 8.* vt etiam supra diximus. Quarto posset addi,
71 quod si tractetur de obligatione vxoris ad fauorem mariti inopis, eius inopiæ subuenire debet vxor, & legittime se obligat pro eo liberando a Carceribus, vel pro alijs indigentijs domus; aut si immineat periculum carcerationis, vt firmatur in *Rom. Saluiani. interdicti. 11. Ian. 1616. coram Manzanedo*, de qua alibi. Quod non contingit in minore.

72 Limitarem ramon omnia supradicta vt, non obstante tali obligatione mulieris, seu minoris cum illa suppletione, possent esse tuti, si de nullitate principalis obligationis constaret, nisi tamen se obligassent vti principales, & insolidum; vel nisi expresse dixissent se velle teneri, etiamsi principalis obligatio nulla esset, iuxta ea, quæ diximus super XII. Priuilegio carceratorum.

73 Superest iam examinandum quod promisimus, quid agatur post Gratiosam Visitationem; hocque in vno tantum consistit vltimo, vt si quid actum sit contra disposita à Visita id totum reuocetur, vt colligitur ex infrascriptis Declarationibus, & Decretis.

Declara primo, vt si durantibus Ferijs fiant Arresta, illa sint reuocanda, vt contigit in infrascripto legitime carcerato durantibus Ferijs in vim mandati suspicionis fugæ, qui in vim mandati seruatis seruandis relaxati fuerat arrestatus. 1644. 7. Ian. Capit. *Franciscus. Quoad mandatum suspitionis fugæ præstita cautione de stando iuri cum parte, & se repræsentando pro summa debita, & quo ad allegatam nullitatem arrestorum, ad D. Aduocatum pauperum iuxta mentem Visitæ, quæ est pro nullitate, relaxet; & quatenus mulieres, Visita supplet.*

Declara secundo, vt procedat etiam quoad executionem realem. Nam Decretum generale habet. *Nemo molestetur realiter; nec personaliter;* & propterea eueniente casu factum fuit Decretum: 1644. 7. Ian. Capit. *Franciscus. Restituantur ei equus & Asinus in executionem ablati durantibus Ferijs reseruato iure contra executores pro expensis earumdem bellluarum.*

74 Declara tertio, vt non possint Iudices, excepto D. Gubernatore tantum, durante tempore harum Feriarum, concedere *(exequatur non obstantibus ferijs)* Vnde emanarunt inter cætera decreta. 1557. 13. April. *In Visitatione omnium carceratorum habita in Palatio D. Gubernatoris. Antonius. Relaxetur gratis, quia captus pro causa ciuili contra formam decreti Visitæ.* Visita Gratiosa facta fuerat anno. 1557. die 10. eiusdem Mensis, Nonæ: ibique lectum solitum Decretum Generale, quod nemo carceretur pro debitis ciuilibus. 1640. 12. Ian. Capit. *Angelus. Tanquam nulliter captus relaxetur gratis.* Iste fuerat captus cum mandato Iudicis S. Mariæ Maioris habente *exequatur non obstantibus ferijs.* Et fuit relaxatus, quia d. Iudex non habet facultatẽ concedendi *(exequatur)* 1646. 1. Feb. Capit. *Ventura. Relaxetur tanquã nulliter captus durantibus Ferijs; gratis.* Fuerat captus cũ *exequatur* D. Senatoris. Solus enim Gubernator Vrbis habet oretenus à Sanctissimo facultatem exequi faciendi durantibus Ferijs generalibus sua mandata solum pro pauperibus contra diuites, & pro summa scutorum decem monetæ tantum ipsius arbitrio, & pro reali executione tantum, vt etiam alibi supra diximus, vbi tractatum fuit de Gubernatore.

Quæ specialitas in pauperibus est etiã iuri conformis. Nam causæ pauperum, & miserabilium personarum in iudicio Ferijs, non obstantibus, tractari possunt. *Specul. Tit. de Ferijs. § sequitur videre. num. 1. Act. de infirm. par. 2. vers. festis diebus. Nauarr. de Miserab. person. priuil. 52. num. 5. 6. &*
75 *seq.* Et debitum in diem, eo nondum elapso, exigi potest, quando necessitas & pietas vrget. *l. 1. C. de cond. ex lege. Vbi Doct. Marsil. sing. 355. Surd. de*
76 *alim. Tit. 1. q. 44. num. 25.* Et hæres intra tempus conficiendi Inuentarium à persona miserabili conueniri potest. *Maynard. decis. 51. lib. 3. Adden. ad Gizzarell. dec. 76. num. 1. Giurb. decis. 4. numer. 46. Nouar. de Miserab. person. priuil. 29. à nu. 2. vsque in fin.* neque sine ratione; quia fames acutissimus gladius dicitur. *Bald. in l pactum. in fine C. de collat. Gionagn. resp. 54. num. 21. & alij supra allegati;* vbi tractauimus de Relaxatione ob penuriã, prop-
77 ter quam multa illicita fiunt. *Dec. cons. 555. nu. 12. vers. ea ratione.* cum venter dilationem non patiatur. *Surd. de alim. lib. 1. tit. 44. num. 36. Ciriac. contr. 518. num. 34.*

78 Declara quarto, vt, si quis fuerit in locis vicinis Vrbis ante Visitationem Gratiosam captus, & ad Vrbem peruenerit post Visitationem Gratiosam, iste sit benè captus, cum attendi debeat tempus capturæ.

79 Declara quinto, vt, si quis in Vrbe capiatur post Decretum Visitæ Gratiosæ pro debito, sit relaxandus gratis. 1557. 13. April. in Palatio Gubernatoris. *Antonius. Relaxetur gratis, quia captus pro causa ciuili contra formam decreti Visitæ.* 1567. 24. Mart. Sabell. *Ioannes Baptista. Attento quod fuit captus post decretum; relaxetur gratis.* 1567. 15. April. Sabell. *Petrus. Relaxetur gratis; quia fuit captus contra formam decreti Visitæ videlicet in die Sabbati Sancti; etiam quoad Arresta.* 1630. 21. Mart. Sab. *Ioannes Petrus. Tanquam captus post Decretum Visitæ, relaxetur gratis.*

80 *gratis*. Quod adeo verum est, vt procedat etiamsi sit captus capta & nondum completa Visita Gratiosa; vt contigit in infrascripto Decreto ad Carceres Capitolij, dũ Visitatio fieret in Carceribus Turris Nonæ. 1643. 26. Mart. Capit. *Iacobus. Ciuiliter captus, relaxetur gratis, tanquam captus post principium Visita*. Immo locum habet etiam, si fuisset captus cum mandato Auditoris Cameræ (*ser. ser.*) relaxato, quod vigore memorialis Sanctissimi haberet (exequatur) etiam de Nocte, & in diebus Festiuis. Ita censuerunt DD. Visitatores. 1639. 22. Octob. Sabell. *Pro Cæsare q. Philippi*

81 *de Calcata*. Quia ad tollendum priuilegium in corpore iuris clausulum, quale est hoc, requiritur specialis expressio, vt probat textus, *cum gloss. in l. decurionibus. C. de silent. lib. 12. Surd. cons. 325. num. 8. Cyriac. contr. 530. num. 57. Rota decis. 645. nu. 5. par. 3. recent.*

82 Limita in adeptione possessionis. Non enim iste actus est prohibitus durantibus ferijs Visitæ Gratiosæ, si non fit in executionem pro debito ciuili; sed ex capite successionis, vel simili. *Rota. in Romana de Bombellis. 30. Maij. 1614. impressa per Marches. & post Fenzon. ad Statut. Vrbis decis. 56.* Idem, & multo magis dictum fuit procedere in mandato de manutenendo 1. Feb. 1652. in Visita Capit. Oretenus, in qua Visitatione A. C. testatus fuit ita passim seruari in eius Tribunali.

§. XVII.

RELAXATIO Habito Recursu ad Summum Pontificem.

CAPVT VNICVM.

De Casibus quibus consulendus est Princeps pro Relaxatione Carcerati.

SVMMARIVM.

1 *Recursus ad Summum Pontificem in quibus casibus fiat, & quibus Relatio demandatur à Visita.*
2 *Recursus ad Summum Pontificem etiam priuatis facilis.*
3 *Recursus ad Summum Pontificem fit exprimendo in decreto Visita vtrum ante, vel post concessam à Visita gratiam fieri debeat.*
4 *Legatus Reuerendissimus, qui dicitur in nonnullis Visita decretis.*
5 *Principem consulere debet Magistratus in quæstionibus quæ nec iure, nec Doctorum communi opinione, nec consuetudine determinatæ sunt.*
6 *Principem consulere debemus, quando Iudices minores ex aliqua causa intendant alterare pœnas ordinarias.*
7 *Pœnæ omnes in Principe solo sunt arbitrariæ.*
8 *Princeps propriam conscientiam iudicare potest.*
9 *Princeps sumit arbitrium ex motu diuino, & Iudicat tanquam Deus.*
10 *Iudex facere non potest, quæ in iure non sunt expressa.*
11 *Iudex Ecclesiasticus non potest nisi in casibus in iure expressis degradare Clericum pro homicidio, etiam qualificato, neque tradere Curiæ sæculari.*
12 *Principem consulere debet Iudex, vt possit absoluere bannitum.*
13 *Principem consulere debet Iudex vt minuatur pœna in minore octodecim annorum.*
14 *Princeps consulendus quando dubitatur an ipsius gratia sit surreptitia.*
15 *Princeps consulendus quando agitur de interpretatione legis, vel Constitutionis ab ipso condita, cur.*

1 VALDE congruum est, vt huic libro finem imponat Recursus ad Summum Pontificem, à quo, & initium habuit ac Iurisdictionem S. Visita; cui si visa sunt aliquando negotia ita ardua, vt nec ipsius Facultates ordinariæ, nec illæ quibus vtitur Visita Gratiosa, sufficientes existimarentur, vel ex aliqua rationabili causa referendum esset negotium Summo Pontifici; plerumque talis relatio demandata fuit Gubernatori tanquam Capiti Visitæ: Subinde etiam Iudicibus deputatis in causis, vel alijs de Visita, ad quos spectabat ratione officij. Atque ita hactenus obseruatum est, vt ex decretis olim factis constat. Atque ita fit etiam nostris temporibus.

2 Hic recursus præterquam quod sit ipsismet priuatis facilis propter benignam audientiam, quam præstant Summi Pontifices; super qua etiam alias eorum Constitutiones emanarunt *vt in Append. §. 1. cap. 4.* Officialibus semper qualibet hebdomada semel saltem conceditur Pontificem, distributis inter eos diebus, adire.

3 Quando autem recurrendum ex mente Visitæ ad Sanctissimum, in Decreto exprimitur, an ante, vel post factam à Visita Gratiam recursus ad Sanctissimum haberi debet. * 1528. 4. Apr. Nonæ. *Andreas de Pistorio. Examinetur, & fiat verbum cum Reuerendiss. Legato.* 1528. 6. Aug. Sabell. *Simon Fumarius. Fiat verbum cum Reuerendiss. Legato*, & interim stet in decretis. Dicitur quod

4 (*fiat verbum cum Reuerendiss. Legato*) qui repræsentabat Papam tunc absentem ab Vrbe. * 1528. 29. Octob. Nonæ. *Dominicus*. Relaxetur. *Attento quod ita ordinauit Sãctiss. D. N. viuæ vocis oraculo.* * 1530. 1. Feb. Capit. *Andreas Hispanus. Aut*

sæpe.

expectetur aduentus Sanctiss. D.N. Papæ; aut remittatur ad Sãctitatem Suam pro habendo eius voluntate, arbitrio carcerati; & int rim alatur. * 1546. 15. Apr. Sabell. *Modena. D.Gubernator faciat verbum cum Sanctissimo iuxta mentem Visitæ, quod relaxetur, & habito assensu Suæ Sanctitatis relaxari faciat gratis.* * 1567. 30. Octob. Capit. *Don Franciscus Hispanus. D. Gubernator faciat verbum cum Sanctissimo.* * 1568. 9. Septemb. Nonæ. *Horatius. Stet in carceribus donec D.Gubernator faciat verbum cum Sanctissimo; & interim DD. Inhibuerunt Iudicibus causæ, ne ad vlteriora procedant.* * 1631. 7. Septemb. Nonæ. *D. Prosper de Offedio, de quo alias. D Gubernator, & D. Aduocatus Pauperum alloquantur Sanctissimum.* * 1533. 20. Nou. Sab. *Hieronymus, aliàs Matarazzo, Hospes. Facto verbo cum Reuerendiss. D Legato ipsum D.Gubernator per totum hodie expediat.* * 1543. 28. Maij. Nonæ. *Antonius. Dominus Gubernator expediat facta prius relatione Reuerendiss. Legato.* * 1673. 12. Feb. Sabell. *Ioannes Antonius. Ad D. Vitellium qui prouideat quoad alimenta iuxta decretum Sanctiss. D.N. Et quoad negocium principale, idem D.Vitellus faciat verbum cum Sanctissimo, & referat mentem Visitæ, quæ est, quod possit relaxari facta obligatione per ipsum, & in euentum relaxationis, relaxetur gratis.* * 1532. 8 Feb Capit. *Mar.. lius Commentariensis Capitoli; & Ioannes eius famulus. D. Aduocatus Pauperum supplicet Sanctissimum pro gratia.* Aliquando etiam remissi fuit liberatio Iudicibus extra Visitã. 1546 23. Septemb. Nonæ. *Bernardus Faber lignarius. Alloquatur Reuerendiss. D de Casis; & liberetur arbitrio eiusdem Reuerendiss.*

Declara pro notitia huius materię, vt in pluribus casibus Magistratus Principem consulere debeat, 5 & præter alios forte dictos in opere ad alium effectum, debeat recurrere etiam in infrascriptis. Primo in suis quæstionibus, quæ nec iure, nec Doctorum communi opinione, nec consuetudine determinatæ reperiuntur; iuxta text. *l. sed quia Diuinæ. cum. §. si quid igitur tale. C. de veter. iur. enucle. Sola in nou. Constit. Saband. Tit. de modo obseru.* 6 *decis. caus arbitr. num.* 12 Secundo quando Iudices minores intendunt ex aliqua causa ordinarias pœnas alterare. Num (quidquid aliter statutum sit in maioribus) id inconsulto Principe facere non possunt. *Clar. in §. fin. q. 85. num. 10. vers. ad hæc quidem conclusio. Menoch. de arbitr. lib. 1 q 96 nu-* 7 *mer. 18. & 19. Far. q. 17. num. 67* Ratio est quia in solo Principe omnes pœnæ arbitrariæ sunt. *Farin. d. q. 17. num. 60.* Et propriam conscientiam iu- 8 dicare potest. *Couar. resol. 1 num. 7. vers. tertium etiam*: Ibi, *Princeps tamen. lib. 1.* quia sumit arbi- 9 trium ex diuino motu. *Caball. resol. crim 99. numer. 103. & 104.* & iudicat tanquam Deus loquendo de Iudice, qui est Pontifex Christi Vicarius in Terris. Iudex enim inferior non potest facere. *Becc.* 10 *cons. 47. num. 15. Cyriac. contr. 349. num. 34* ea quæ in iure non sunt expressa. Vnde videmus quod Iudex Ecclesiasticus exceptis casibus à iure ex- 11 pressis, non possit Clericum etiam pro homicidio qualificato degradare, & Curiæ sæculari, non expectata incorrigibilitate, tradere, nisi Pontifice consulto, vt fatetur *Farin. q 81. num. 81. circa finem. vers. ego in hac opinionum.*

12 Neque etiam potest authoritate ordinaria, & inconsulto Pontifice Iudex absoluere bannitum captum etiam quod ipsi de eius innocentia constet. *Decian. Tract. crim. q. 49. num. 50. & seq. lib. 7. Farin. q. 11. num. 12. & per tot.* Debet itaque in hoc casu consulere Summum Pontificem.

13 Debet etiam Iudex pro minore xviij. annorum, qui ordinaria mortis pœna fuit in contumaciam condemnatus, si ad manus iustitiæ perueniat, Principem consulere, vt miseratione ætatis pœnam minui mandet. *Asin. inter cons crim. diuers. cons. 18. num. 12. 13. par. 2. Hond. cons 99 num. 48. lib. 1. Farin. q. 11. num. 33 & q. 92. num. 190.*

14 Ad Principem etiam recurrendum est quando controuertitur an ipsius Gratiæ sit subreptitia, necne. *Couar. Resol. 20. num. 8. ad fin. lib. 1. Farin. consil. 93. num. 6.* Quando agitur de interpretanda lege vel constitutione ab ipso condita. *l. ex facto. de vulg. & cap. de Papa. de priuil. in 6. Dec. consil. 51. num. 3. Surd. cons. 558. num. 6.* Etenim interpreta- 15 tio, & declaratio rescripti nulli magis conuenit, quam Principi concedenti. *cap. maiores. de baptis. cap. vt debitus. de app. Mantic. de tacit. lib. 2. Tit. 1. num. 55. & Cyriac. controu. 141. num 48.*

Atque hæc de vniuersalioribus, quæ ad Visitam spectant dicta sint, reliquum est, vt iuxta Methodũ præscriptam à Philosopho ad minus vniuersalia discendamus, quod duobus sequentibus libris, Deo duce, præstabimus.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS.

DE VISITATIONE CARCERATORVM.

Expediuimus nos de ijs quæ generatim ſpectant ad S. Viſitam; conſequens eſt, vt ad particularia deueniamus. Inter ea tanquam maiora præmittenda ſunt, quæ pertinent ad vitam hominis, Criminalia videlicet, ſuper quæ exſtat Conſtitutio Pauli III. diſtinctè, & clarè diſponens de ſingulis. Qua propter eam ſuſcepimus pro Methodo ad huiuſmodi materiam criminalem explicandam.

P R O OE M I V M

CONSTITVTIONIS PAVLI III.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutionie Pauli III. 44. Procemium.*
2 *Conſtitutionis Pauli III. 44. tenor habetur in Bullar. fol. 560.*
3 *Conſtitutionis Pauli III. 44. admiſſio in Camera anno. 1540.*
4 *Conſtitutionem Pauli III. 44 mandarunt ſeruari Viſitatores anno 1541.*
5 *Caritatis Protector Cardinalis Tranenſis.*
6 *Conſtitutionis Pauli III. 44. mentionem fecit Chartar.*
7 *Conſtitutio Pauli III. 44. diuiditur in triginta ſeptem §§.*
8 *Conſtitutionis Pauli III. 44. cauſa impulſiua, beneficium pauperum.*
9 *Conſtit. Pauli III. 44. cauſa finalie ad tollendas prauas, & illicitas prauorum cupiditatec.*
10 *Procemium Legum, & Conſtitutionum cauſam finalem monſtrat.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 PAVLVS Papa Tertius. Ad futuram rei memoriam. Ad onus Apoſtolicæ Seruitutis ſuperna diſpoſitione vocati, ſi omnium Chriſti fidelium, & præcipuè pauperum, ac miſerabilium perſonarum iura illibata ſeruari, & ab omni grauamine, & diſpendio illæſa fore cupimus, & ad id libenter noſtræ ſollicitudinis ſtudium adhibemus; multò magis equidem pro carceratis, & pauperibus in Alma Vrbe noſtra commorantibus protegendis, ex iniũcti nobis officij debito Apoſtolicæ prouiſionis partes tenemur impendere, ne in debitorum onerum, & grauaminum iniurias ſubeant, & detrimenta patianrur &c.

2 Tenor huius Cõſtitutionis 44. eſt *in Bull. fol. 560.* quam hoc ſecundo Libro declarandum ſuſcepimus.

3 Ac licet eiuſdem Conſtitutionis ſeu Motus proprij approbatio, vt in fine illius legitur, facta fuerit in Camera Apoſtolica anno 1548. multo tamen ante fuit mandatum à S. Viſita ſeruari,

4 1541. 19. Mart. *Reuerendiſſ. D. Cardinalis Tranennſis mandauit ſeruari Motum proprium alias factum in*

fauorem carceratorum ea parte Sanctiss. D. N & DD. Visitatores ad relationem d Reuerendiss. man- 5 *darunt seruari*. Cardinalis Tranensis erat tunc Protector Archi confraternitatis Caritatis, illique à Visitatoribus etiam committebantur causæ. 1541. 7. Maij. Capit. *I tobus. Circa alimenta Reuerendiss. D. Cardinalis Tranensis prouideat arbitrio suo.*

6 De eodem Motu proprio mentionē facit. *Chartar. de interrog reo. lib 3. cap. 3 num 46. 47. & 61. Farin q 39. nu. 99.* Et Visita iterum mandauit obseruari. 1541. 28. Maij. Sabell. *Omnes seruent Motum proprium, & decreta Visitæ sub pœna priuationis officij.*

Prædictam Constitutionem explanabimus hoc Libro secūdo, referemus verba illius; addemus alia, quæ secūdum dispositionem iuris communis, Apostolicarum Constitutionum, Bannimentorum, Decretorum Visitæ, quæ secundū Romanæ Curiæ sty- 7 lum, vel conformia sunt, vel immutata. Eandem Constitutionem diuidemus in triginta septem paragraphos, eo quod tot sint materiæ inter se differentes, quæ in ea tractantur, & paragraphos vberiores in capita particularia, vt singula facilius percipi possint subdiuidemus.

His præmissis, primo loco explicanda se offerunt verba Procœmij paulò ante relata; Procœmij (inquam) in quo vna cum infrascripto paragrapho primo continentur duæ causæ, quibus ad hanc Constitutionem edendam impulsus est Pontifex. Prima 8 ijs verbis: *Ad onus &c.* continetur; quibus profitetur se moueri *ad pauperum iura illibata seruan-* 9 *da*. Altera est, ad quam ordinatur tota Constitutio: *Ad tollendas*, videlicet, *prauas, atque detestabiles, & illicitas hominum cupiditates*, ex quibus pauperibus carceratis dispendia innumerabilia in- 10 dies solent *prouenire*. Ex procemio enim Legum, ac Constitutionum causa finalis, & mens Legislatoris deducitur. *l. fin. vbi Bart. num. 3. de hered. instit. Idem in l. 1. num. 1 ff ad Maced. Decian. cōsil. 3 num. 116. lib. 1. & cons. 25. num. 88. eod. lib. 1. & cons. 30. num. 9. lib. 3.*

§. I.

SERVANDA CONTENTA IN HAC CONSTITVTIONE.

SVMMARIVM.

1 *Constitutionis Pauli III. 44. §. primus.*

2 *Iustitiam colere est summū bonū in Principibus.*

3 *Decretum irritans tollit contrariam consuetudinem.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 PRauas itaque detestabiles, & illicitas improborum cupiditates, ex quibus nostris subditis, & pauperibus damnosa possent prouenire dispendia tollere cupientes, leges, decreta, & statuta infrascripta, quorum aliqua per fel. rec. Clementem prædecessorem nostrum pro eorumdem pauperum, & carceratorum commodo ad perpetuam rei memoriam Motu proprio, ex certa scientia, & potestatis plenitudine prouisa, & salubriter edita fuerunt, motu, scientia, & potestate similibus in omnibus, & per omnia, vt inferius describuntur, obseruari debere hac in perpetuum valitura lege statuimus, & mandamus; decernentes irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, contrarijs etiam Priuilegijs, & Constitutionibus (illorum omnium tenóres pro latissimè expressis habentes) non obstantibus quibuscumque, quæ intimari, & locis publicis appendi volumus.

Iure ac merito mouetur Pontifex ad ita statuendum. Nam; vt ait *D. Greg. lib. 7. Epist.* scribens 2 ad Theodosium, ac Theobertum Reges Gallorum, *Summum in Regibus bonum, est iustitiam colere, & subiectis non finere. quod potestatis est fieri, sed,* 3 *quod aequum est, custodiri*. Addit Pontifex Decretum irritans; cuiusuis est, vt omnem contrariā consuetudinem, & obseruātiam etiam præscriptam tollat. *cap. si eo tempore. de elect. in 6. Gabr. de clauf. concl. 3. num. 39 40. & 44. Gonzal. ad d. regul. Cancell. glos. 67. num. 11. & seq. Monet de commut. vlt. vol. cap. 7. num 9. & 244. Rot decis. 41. nu. 9. par. 1. & dec. 302. num. 13 par. 5. rec.*

§. II.

GRATIS QVI SINT RELAXANDI.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Paul. III. §. secundus qui sint relaxandi gratis.*

2 *Constitutio Pauli III. 44. pœna contra non relaxantes eos, qui gratis relaxandi sunt.*

3 *Visita decretum contra non relaxantes eos, qui sunt gratis relaxandi.*

VER-

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 IN primis, quod quoties aliquis sine mandato officialium, ad quos spectat, capitur, præterquam si in flagranti crimine reperiatur, vel etiam si cum mandato captus culpabilis non sit repertus, vel indicia purgauerit, vel, si iudici, qui eum capi fecit, etiam extra Visitam, aut si Præsidentibus Visitæ ex aliqua causa rationabili videretur, gratis sine aliqua capturæ, & carceris solutione, & sine manu executorum liberè relaxetur.

Examinabimus singillatim infra singulos quatuor prædictos casus, in quibus carcerati gratis sunt relaxandi vigore huius §.2. Cōstitutionis Pauli III. in qua subsequuntur immediatè pœnæ in Adhærentes, Executores, & Custodes contrafacientes: & quid à Iudicibus obseruandum sit, & sub qua pœna subiungitur, vt infra.

VERBA CONSTITVTIONIS. eiusdem §.

2 ETsi ad alicuius instantiam iniustè captus reperiatur, ipsius expensis captura, & carceris solutio fiat, & si à Barisello vel executoribus contra præmissa aliquid exactum fuerit, capto restituatur ad omnem eius petitionem, & in omnibus prædictis casibus Iudices in mandatis de relaxando sub maioris excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, debeant apponere, vt gratis vbique relaxentur. Neque possit à carceratis præfatis aliquid exigi sub prætextu quod ab ijs, qui iniustè eos capi fecerunt, recuperare poterunt; sed executores, & carcerum Custodes debitas sibi mercedes ab illis exigant, qui iniustè carceratos detineri procurarunt, dictique Iudices omnes expensas etiam pro alimentis per præfatos carceratos factas eis etiam manu regia ab eisdem, qui eos indebite capi, & detineri instituerunt, restitui, & resici faciant.

3 Conformia sunt hæc in aliqua parte antiquo decreto generali Visitæ emanato die 4. Aug. 1528. Nonæ, de quo infra lib. 3. §. 5. post 12. declarationem. numer. 23. ibi: *Et Executores non capiant aliquem sine indicijs, nisi repertū in flagrāti crimine*. Antequam ad explanationem casuum eorum qui sunt relaxandi, deueniamus, præmittenda est notitia terminorum, qui in relaxatione mandatorum excarcerationis apponi solent.

CAPVT I.

Declaratio terminorum, qui apponi solent in mandatis de excarcerando.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum simpliciter relaxatum quale sit.*
2 *Mandati, & executionis expensa semel soluta non sunt soluenda pro duplicato.*
3 *Mandati duplicati expensa solui solent in Curia* Capitolina; *& quomodo.*
4 *Mandatum in forma pauperum quale.*
5 *Mandatum in forma pauperum quibus datur.*
6 Pro *Mandatum in forma pauperum habentibus expensæ soluuntur à* Caritate, *&* Pietate, *dummodo tamen sint ex pauperibus nō valentibus soluere.*
7 *Mandatum gratis non relaxatum quale.*
8 Gratis *relaxati tenentur ad expensas victus.*
9 *Mandatum relaxatum cum verbis* Gratis vbique, *quod importet.*
10 *Mandatum* Gratis *signatum importat idem, ac si esset signatum* Gratis vbique.
11 *Mandato* Gratis *relaxato non potest recipi, nec* Iulius *Cancellarij, nec aliud à Custode.*
12 *Mandatum* Gratis *relaxandum est signandum manu Fiscalis, seu Commissarij Cameræ pro qualitate causarum.*
13 *Mandatum quocumque modo relaxatum non requirit manum à Barisello, vt antiquitus.*
14 *Mandatis relaxatis, si recusent apponere manum Fiscalis, seu Commissarius Cameræ, relaxandi sunt Carcerati absque eorum manu.*
15 *Mandatis relaxatis pro carceratis pauperibus ductis de partibus apponenda sunt verba* Gratis etiam quoad conducturam.
16 Gratis quoad conducturam *non apponitur nisi audito Commissario triremium, modo aliunde non constet de paupertate.*

1 IN mandatis de relaxando committitur Relaxatio aliquando *simpliciter*; aliquando *in forma pauperum*; aliquando, *Gratis*. *Simpliciter* dicitur demandari, quando in mandato apponitur solum verbum, *Relaxetur*: & tunc solui debent à carcerato omnes expensæ integraliter, scilicet Decreti, Notario causæ in casibus, in quibus aliquid pro decreto soluendum est; Mandati, quando mandatum debet expediri ab eodem causæ Notario; Executionis, seu capturæ, quæ debentur Birruarijs, & expensæ carcerum, quæ Capitaneo, seu Custodi eorumdem carcerum debentur.

2 Aduerte expensas mandati, & executionis semel solutas, non esse amplius soluendas in casu, quo expediretur duplicatum mandati; vel quod denuo fieret pro eodem debito executio, vt in Taxis executorum in carceribus affixis. Cæterum in 3 Curia Capitolina vigore Taxarum illius Tribunalis soluitur Notario pro duplicato Mandati vsque ad summam scutorum quinquaginta Iulius vnus; & ab hac summa vsque ad quamcumque summam

T 3 Iulij

Iulij duo, qui refici debent à debitore.

4 Pro relaxatione in forma pauperum requiritur, vt vltra verbum, *relaxetur*, addantur in mãdato relaxationis verba, *in forma pauperum*: quibus ea vis subiecta est, vt carceratus teneatur solũ ad medietatem expensarum, decreti, mandati, & capturæ. *Leoncil.de priu.paup.par.2. priuil.229. num.2.* Nam quoad cæteras integræ debentur; videlicet victus præstiti in secretis carceribus, in Infermaria, & pensionis pro locis, quæ vulgo vocãt *la Sala, & il Mezzo,* in quibus degunt illi, qui non sunt diuites.

5 Porro relaxantur *In forma pauperum*, pauperes, in quibus non concurrit aliqua ratio ex supradictis propter quam relaxandi sint *Gratis*. Immo, quotiescumque habentes mandatum relaxationis in forma Pauperum, non valent expensas, nec pro medietate soluere, vt plerumque contingit, illæ soluuntur ab Archiconfraternitate Pietatis, & Caritatis, vt alibi diximus.

7 Rursus relaxandi gratis sunt illi quorum mandatum relaxationis post verbum, *Relaxantur*, habet aliud verbum, *Gratis*. Et hi sunt, de quibus modo est sermo noster cum declarationibus infrascriptis.

8 Declara primo, vt signato mandato cum solo verbo, *Gratis*, sit relaxãdus carceratus absque solutione mandati & capturæ; non autem victus. 1540. 24. Iul. Capit. *DD. Visitatores decreuerunt, quod quando in Visita sit decretum, quod carcerati liberentur* Gratis, *non teneantur soluere, nisi expensas victus.*

9 Declara secundo vt si fuerit signatum cum verbis, *Gratis vbique*, fit idem, ac si diceretur absque alia manu Fiscalis, & Executoris; licet aliquando apponatur etiam alia forma: *Relaxetur absque alia manu*. Aliquando etiam relaxantur apposita manu per Iudicem in Libro Carcerum; vel, mediante schedula, sola manu Iudicis signata. Hanc relaxationem vulgò vocant *per Poliza*. Forma signandi mandata cum verbis, *Gratis vbique*, regulariter obseruatur in relaxatione testium inter cæteros, vt mox dicturi sumus. Comprobatur declaratio ex decreto. 1541. 3. Sept. Nouæ. *Domini mandarunt seruari quod quoad mandata* Gratis vbique, *non apponatur manus Bariselli, neque D. Fiscalis.*

10 Declara tertio vt etiam si signentur mãdata cum solo verbo, *Gratis*, idem fit, ac si diceretur, *Absque alia manu*: & Custodes Carcerum obedire debeãt absque exactione Iulij Cancellarij, & Iulij Protonotarij Capitolij in Carceratis illius Tribunalis. 1556. 19 Nouemb. Sabell. *Pro Carceratis contra quoscumque Executores, & Custodes Carcerum Domini Visitatores decreuerunt, quod in omnibus mandatis, vbi erit appositum* Gratis, *relaxent carceratos illicò sine manu executoris, sub pœna priuationis officij, ac trium ictuum funis, quod mãdarunt intimari omnibus Custodibus.* 1578. 13.

11 Mart. Nouæ. *DD. Visitatores decreuerunt, quod Custodes quorumcumque carcerum nihil penitus à carceratis* Gratis relaxandis *recipiant, videlicet, vt vulgò dicitur* Il giulio del Cancello, o mancia delli detti Guardiani: *etiam à spontè dantibus, vel dare volentibus sub pœna Fustigationis seu Berlina.*

12 Declara quarto vt etiam mandata his temporibus signata cum verbo, *Gratis*, signentur à Procuratore Fiscali, quando tractatur de causa criminali; cum vero continent pecuniarium interesse Cameræ, signentur à Commissario Cameræ. Quo vero

13 ad manum apponendam per Barisellum, non est in vsu illius appositio, nec etiam in mandatis signatis *Simpliciter*; quia Cancellarij singulorum Carcerum exigunt pecunias debitas pro executionibus, & de

14 illis rationem reddunt eidem Barisello. Hæc tamen declaratio non procedit in casu, quo recusarent Procurator Fiscalis, vel Commissarius manum apponere mandatis signatis à Iudicibus, etiam si signata essent *Simpliciter*. Tunc enim absque alia eorum manu relaxandi sunt carcerati, vt disponit *Constitutio LXXI. Pauli V. Tit. de carc. & carcera. vers. & vbi Iudices §.23. num.34. in Bull.208.*

15 Declara quinto, vt in relaxatione Carceratorũ, qui ducti sunt de partibus, si sint pauperes, & relaxandi Gratis, vltra verbum, *Gratis*, addantur verba, *Etiam quoad conducturam.* 1636. 17. Apr. Nouæ. *Aron Ambri. Relaxetur Gratis, etiam quoad conducturam.*

16 Declara sexto, vt in relaxandis ductis ex partibus, audiatur quoad expensas cõducturæ Commissarius Triremium, cui sunt notæ qualitates eorum; & illo annuente fiat relaxatio *Gratis etiam quoad conducturam.* Nisi tamen aliunde constet de paupertate carcerati, & sit relaxandus *Gratis*. Tunc enim absque alia Informatione adduntur verba, *Etiam quoad conducturam*. Si verò dubitetur de paupertate, fit decretum, vt infra. 1624. 4 Sept. Sabell. *Marcus. Relaxetur iuxta formam mandati Gratis, etiam quoad expensas conductura, reseruato tamen iure super bonis.*

CAPVT II.

Gratis relaxandus est captus sine mandato.

SVMMARIVM.

1 *Gratis relaxandus captus sine mandato, etiam de iure communi.*
2 *Carcerationis actus, nisi fiat secundum ordinem Iustitiæ, est illicitus.*
3 *Carcerationis actus impedit vsum membrorum.*
4 *Carceratus absque mandato recuperat expensas, etiam si alias deberentur.*
5 *Carceratus absq; mandato est relaxandus, etiam si causa capturæ possit iustificari.*
6 *Captura de mandato non habentis merum imperium est indebita.*
7 *Capi non debet quis cum mandato Rectorum, seu Consulum.*
8 *Captura à Delegato à non habente merum imperium nulla.*
9 *Captura de mandato Iudicis incompetentis nulla.*
10 *Captura pro causa, pro qua quis capi non poterat, nulla.*
11 *Captura inualida sustinetur, vbi timetur de fuga.*
12 *Iudex incompetens tenetur remittere captum ad competentem.*
13 *Capi potest repertus in flagranti sine mandato, &* ab

ab incompetenti ad effectum remittendi ad competentem Iudicem.

14 *Capi potest repertus in flagranti à quolibet.*
15 *Capi non potest repertus in flagranti crimine pro quo non est imposita pœna corporalis.*
16 *Capi potest à quolibet falsificans monetas.*
17 *Capi possunt absque mandato ij, quibus conceditur legis auctoritate captura absque mandato.*
18 *Capi possunt absque mandato Grassatores, Incendiarij, Violenti fœminarum raptores, Desertores militiæ, Incisores arborum.*

1 PRæmissa Terminorum intelligentia, primo loco offert se nobis Gratis relaxandus, qui captus absq. mandato, idq. sine vlla mora, & absq. vlla impensa ex dispositione *d. §. 2.* Quod est iuri communi conforme. *l. fin. §. nullo. de lib. homine exhib. l. neminem. C. de exhib. reis. l. non solum. §. fin. cum. l. seq. ff. de procur. Boss. de capt. nu. 93. Clar. §. fin. q. 28. num. 2. vers. si enim. Rol. cons. 65. num. 31. & seq. lib. 3. Gabr. de restit. spol. concl. 1. num. 19. Far. q. 27. num. 146. Guaz. def. 5. cap. 3. num. 27. & cap. 4.*
2 *nu. 8.* Ratio est manifesta, quia actus carcerationis, nisi fiat secundum ordinem Iustitiæ, est malus, & illicitus, cum fiat in præiudicium boni corporis, nempè impediendo vsum membrorum, qui non potest impediri, nisi ab eo, qui habet publicam po-
3 testatem. *D. Thomas 2. 2. q. 65. art. 3.* Dixi carcerem *impedire vsum membrorum*. Quale sit istud impedimentum audiamus ab Appollonio Tyaneo, cui tanquam mago facundia non deerit, nec tanquam carceres experto, peritia. Hunc carcerales ærumnas secum lamentantem introducit *in sua Flauia. Act. 1. scen. 2. in princip.* fertile illud ingenium Bernardini Stephonij è Societate Iesu.

,, *Mundi nitentis liberam tandem diem*
,, *Hausi, negatam Cæsaris iussu diu.*
,, *Tandem catenas carcere effracto exui,*
,, *Rigidumque Chalybum pondus excussi, & situm*
,, *Corpore retersi squallidum inuisi specus.*
,, *Quam propè timore maius exitium fuit?*

Et pauló infra.

,, *Vt ecce pallet oris exanguis color,*
,, *Padore macies liuido ambedit genas:*
,, *Florens recessit sanguis: exucta cutis*
,, *Corpore resistit arida, & tactu aspera;*
,, *Tempora lacunis bina subsidunt cauis:*
,, *Introrsus acies abijt: & mæstis putres*
,, *Oculi cauernis penitus abstrusi latent.*
,, *Creuere digiti: pectoris Cratis loco*
,, *Emergit omnis: tubere immodico artium*
,, *Structura surgit: prominent supra modum*
,, *Nexus latentes antè: compago ossium*
,, *Artus per omnes carne subducta patet:*
,, *Mensura nulli iusta membrorum manet.*

4 Ecce quæ mala secum fert carcer, & quam propterea iustum est, vt, qui in illum impingitur absque mandato, liber sit ab omnibus expensis; recuperet damna, & pœnis afficiatur, qui illum carcerari facit. 1528. 27. Iun. Nonæ. *Ioannes Pedemontanus. Quia captus sine mandato relaxetur.* * 1537. 21. Iun. Capit. *Ioannes Dominicus de Regno. Quia sine mandato captus relaxetur gratis.*

5 Amplia primo conclusionem, vt procedat etiam si aliàs expensæ deberentur à carcerato. Et ita seruat Visita. 1620. 27. Sept. Sabell. *Balthasar. Pro expensis carcerum relaxetur; facta tamen intimatione Curatori ipsius, quod nisi ad primam diem soluerit expensas prædictas, relaxabitur mandatum cum intimatione; & interim pro executione ad D. Præsidem etiam auctoritate Visita...*

6 Amplia secundò, vt procedat non obstante quod causa capturæ possit iustificari. *Paris. cons. 101. n. 7. vol. 3. Gabr. de rest. spol. concl. 1. num. 20.*

7 Amplia tertio, vt procedat in captura facta de mandato Iudicis non habentis merum imperium,
8 & non existentis in maiori magistratu, vt sunt Rectores Vniuersitatis, Consules Mercatorum, & similes. Nam illa captura iniusta est, & indebita, eo, quod illi non habeat nisi simplicem iurisdictionem. *Paul. de Castr. in l. enim proponas. C. de bon. auct. iud. poss. num. 3.* quem cum alijs pluribus allegat, & sequitur *Far. q. 27. num. 6. tit. de carcer. & carcerat.* Et solis Magistratibus habentibus merum imperium competit iubere in carcerem duci. *l. 2. ff. de in ius voc. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 10. nu. 23.* Atque hanc praxim seruauit S. Visita prout ex infrascriptis decretis. 1528. 30. Apr. Capit. *Martinus, Factor Hospitalis S. Ioannis. Ad instantiam Guardianorum Hospitalis; relaxetur, tamquam de facto retentus, & sine mandato; gratis.* * 1622. 20. Febr. Nonę. In Visita Secretorum carcerum. *Ioannes carceratus ad instantiam magistri Portarum. Ponatur ad Largam; & nisi Notarius exhibuerit quidquid habet contra ipsum in Actis D. Gubernatoris per totum cras, relaxetur gratis.* Deinde supradictum decretum fuit intimatum Fælici de Totis Notario.

9 Amplia quarto, vt procedat in Delegato à non habente merum imperium. Captura enim facta de eius mandato dicitur nulla ex defectu iurisdictionis. *gloss. in l. consentaneum. C. quom. & quand. Index. Far. d. q. 27. num. 7.* vbi multos allegat.

10 Amplia quinto in captura facta de mandato Iudicis incompetentis. Quod innuunt etiam verba ipsius Constitutionis Pauli III. d. §. 2. ibi: *sine mandato officialium, ad quos spectat.* Hæc enim est ipso iure nulla *Far. q. 27. num. 48. & q. 30. num. 135. Guaz. def. 5. cap. 1. num. 4. & seq. vsque ad num. 9.*

11 Amplia sexto in carcerato pro quacumque causa, pro qua capi nō poterat, vt in capto pro pugnis, & verbis, quos disponit Cōstitutio LXXI. Pauli V. carcerari non posse. Et propterea si carcerentur, gratis veniunt relaxandi. *Tit. de Iud. crim. Vrb. vers. similiter pro pugnis. §. 10. in Bull. fol. 197.*

12 Hæc Conclusio non procedit quotiescumque timetur de fuga. *Far. q. 27. num. 7. circa fin. vers. vbi limitat, nisi timeatur de fuga,* & allegat *Bonacurs. com. opin par. 1. fol. 18. à tergo. vers. 2. incipien. capi non potest.* Et ratio est, quia contra suspectum de fuga quilibet Iudex etiam incōpetens potest mandare capturam fieri. *Ias. in l. plerique. num. 26. ff. de in ius voc. & in l. cui iurisdictio à num. 15. ad nu-*
13 *mer. 21. ff. de iurisd. omn. iud.* Illud tamen obseruandum hoc fieri posse, dummodo Iudex incompetens remittat carceratum ad Iudicem competentem intra viginti horas. *l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adult.* alias committeret priuatū carcerem. *d. l. cap. quinto. vbi Bar. nu. 3. Gomes. de delict. cap. 9. num. 3 ante vers. item adde. Guaz. def. 5. cap. 1. numer. 16.*

mer. 16. Ita etiam disponit Constitutio Paul. V. LXXI. *Tit. de Iud. crim.* §. 10. *vers. captus ab incompetenti. Et Tit. de Baronc. & execut.* §. 22. *vers. Barroncelli autem. in Bull. fol.* 197. & 207.

14 Neque etiã prædicta Conclusio procedit quoad repertum in flagranti crimine, qui potest sine mandato, & ab incompetenti Iudice (ad effectum tamen remittendi ad competentem, vt supra proxime dixi) capi. *arg. text. in Auth. de defens. Ciuit.* §. *audient. coll.* 3. & *in l. si quid. de off. pro cons. & seq.*

15 *Guaz. def.* 5. *cap.* 1. *num.* 14. Quod adeò verum est, vt repertum in flagranti crimine capere, & ad Iudicium ducere liceat propria auctoritate, non solum parti offensæ, & eius interest. *arg. tex. in l. capite quinto. de adult. l. interdum.* §. *qui furem. ff. de fur.* sed etiam cuilibet alteri priuatæ personæ de populo idem licere notant. *Bar. in l. cum eo. num.* 2. *ibi; à quocumque priuato. ff. ad l. Iul. pecul. Bal. de feud. in* §. *si quis verò. l.* 1. *col.* 2. *nu.* 6. *de pac. iuram. firman.* Nisi delictum foret eiusmodi, vt non veniret imponenda pœna corporalis. *Guaz. def.* 5. *cap.* 3. *n.* 28. vbi citat *Caual. de brach. Reg par.* 2. *num.* 15. referentem alios casus, in quibus capi potest quis sine mandato, apud quem videri poterunt.

16 Sed neque procedit conclusio præfata in captura falsificantis monetas. *l.* 1. *C. de fals. monet.* ibi: *cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi, vt inuestigati tradantur Iudici.*

17 Tandem non procedit in omnibus alijs casibus, in quibus aliquis legis auctoritate capi potest sine mandato Iudicis, vt sunt illi, qui publico latroci-

18 nio grassantur. *l. capitalium.* §. *famosos ff. de pœnis.* Incendiarij. *d. l. capitalium.* §. *incendiarij.* Violenti fœminarum raptores. *l. raptores.*; *C. de epis. & Cler. l. vnic. C. de rap. Virg.* Deprædatores, & incisores arborum, & vinearum. *l.* 2 *ff arb. furtim. cæsarum*; Fures cum sarcina furti deprehensi. *l. si quis in seruitute. l. interdum.* §. *qui furem. ff. de fur.*

CAPVT III.

Gratis sunt relaxandi capti sine Indicijs; qui indicia purgarunt; & ex alia rationabili causa; & Pauperes.

SVMMARIVM.

1 *Capti sine indicijs sunt Gratis relaxandi.*
2 *Carceratis sine indicijs debentur cibaria ab Instigatoribus.*
3 *Carceratorum sine indicijs expensæ soluenda vel ex compositione a Reis facta, vel aliunde.*
4 *Carcerato sine indicijs restituenda sunt pecunia ablata.*
5 *Gratis relaxandus carceratus etiam in dubio, cum quis præsumatur Innocens.*
6 *Etiam si relaxetur sub fideiussione.*
7 *Gratis relaxandus tam qui non est repertus culpabilis, quam qui est repertus non culpabilis.*
8 *Gratis relaxandus est, qui purgauit indicia.*
9 *Tortura purgat omnia indicia, etiam indubitata.*
10 *Tortura succedit loco testium.*
11 *Tortura fragilis, nec ei facile credendum ex Riminaldo.*
12 *Tortura tormento, si quis fateatur, dubitandum de veritate.*
13 *Gratis non est relaxandus de iure purgans indicia.*
14 *Gratis relaxandi, in quibus concurrit rationabilis causa.*
15 *Prudentia est recta agibilium ratio ex Aristotele.*
16 *Prudentia versatur circa operabilia, in quibus electio est & fuga.*
17 *Expensas non debet soluere condemnatus in vniuersali bonorum publicatione.*
18 *Gratis relaxandus carceratus, tanquam processatus, seu condemnatus, si intra breue tempus non doceatur de causa carcerationis.*
19 *Gratis aliquando decernitur relaxandum esse aliquem ante tempus excarcerationis.*

1 GRatis secundo loco relaxandi sunt ij, contra quos indicia ad inquirendum in specie non extant. *cit.* §. 2. *Constit. Paul. III vers. vel etiam. Et infra in eadem constit.* §. 12. vbi agitur de innocente. *in const. LXXI. Paul V. de Iud. crim.* §. 10. *in Bull. fol.* 197. *vers. nec quicquam capiatur. In Visita.* 1547. 21. April. Capit. *Camillus. Nisi infra biduum superuenerint noua indicia, relaxetur arbitrio Domini Senatoris, etiam auctoritate Visita.* Est id quoque conforme iuri communi, quo disponitur, vt nemo sine indicijs capiatur. *Hond. cons.* 108. *num.* 3 *lib.* 1. & *cons.* 94. *num.* 7. *lib.* 2. *Surd. cons.* 182. *num.* 2. *Far. q.* 27. *num.* 112. Propterea cit. §. 12. Const. Paul. III. dicitur, vt nihil *à reperto innocente exigatur in aliqua causa etiam occasione cuiusuis assettamenti.* Hinc inoleuit praxis tam Visitæ, quam Iudicum, vt in eorum relaxationibus dicatur, *Quia nihil releuans*; vel, *Quia innocens, relaxetur gratis.* 1528. 22. Decemb. Sab. *Paosolius de Collesipuli. Quia pauper, & innocens; relaxetur gratis vbique.* 1537. 21. Iun. Capit. *Ioannes Relaxetur; Quia innocens: & restituantur sibi pecunia ablata pro captura.*

2 Declara primo, vt cibaria ab accusatoribus exigi possint; & si ea soluerunt, repetere. *Auth. quia in Prouincia. C. vbi de crim. Clar. in* §. *fin q.* 62. *n.* 4. *vbi add. Menoch. de arb cas.* 321. *num.* 34. *Far q.* 16. *num.* 8. *vers. tenetur insuper. Guaz. def.* 3. *cap.* 13. *num.* 8.

3 Declara secundo, vt si quid soluendum remaneat, solui debeat vel ex compositione facta a Reis, vel ab alijs dimisso gratia innocente. 1528. 2. Aug. Capit. *Iacobus Britannus. Relaxetur etiam gratis vbique: quia non fuit repertus culpabilis; Et Caritas soluat expensas duabus partibus, & Procurator pauperum pro vna tertia parte.*

4 Declara tertio, vt si fuissent, carcerato non reperto culpabili, ablatæ pecuniæ vel ab eo solutæ, sint restituendæ, vt in decreto paulo supra relato, Et 1529. 12. Octob. Sab. *Presbyter Cataldus extra carceres. Attento quod fuit repertus innocens, & habuit mandatum gratis de relaxando, restituantur sibi pecunia per officiales.*

5 Declara quarto, vt etiamsi simus in aliquali dubio,

bio, videatur relaxandus gratis carceratus. Cum dubio, semper quis præsumatur innocens. *l. non omnes §. a barbaris. ff. de re mil.* Bar. *in l. sicut §. ijsdem. ff. de accusat.* latè Ghirlan. *de relaxat. carcer. Tit de fideiuss. reor. §. iuxta. num. 2. fol.* 234. Quod diximus, locum habet, etiamsi carceratus relaxetur 6 sub fideiussione. *Clar. § fin. q. 46. num. 11. vers. in dubio autem*. Et sanè dignus est innocens omni auxilio. Et maximè benignitate Visitæ.

7 Declara quinto, vt, licet apud criminalistas differant, hæc duo, nimirum quod quis non sit repertus culpabilis, & quod sit repertus non culpabilis (hoc enim significat repertum fuisse innocentem, illud non repertum fuisse nocentem) & hæc distinctio habeat locum ad alios effectus; ad effectum tamen relaxationis concedendæ cum mandato gratis parificentur, vt apparet ex decretis Visitæ supra adductis, & ex alijs alibi allegatis.

8 Gratis etiam secundum Textum Constitutionis, quam explanamus, relaxandi sunt, qui purga- 9 runt indicia per torturam. Tanta est enim vis in tortura, vt purget omnia indicia, etiam indubita- 10 ta, plenasque probationes; cum succedat loco testium. *Capol. cons. 32. num. 18. Dec. cons. 363. nu 6. vers. Et si dictus Antonius. Bartaz. cons. crim. 408. num 16.*

11 Non me latet contrarium sensisse. Rim. *Iun. cons. 175. nu. 13. & 14. & per totum. vol. 2. & inter cons. crim. diuer. vol. 2. cons. 84. num. 12. & seqq.* quod tortura sit fragilis; eique facile non credendum. Vnde Vlpian. *in l. 1. §. quæstioni fidem ff. de quæst.* ait plerosque ita tormenta cõtemnere, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. *Berard. ad* 12 *Clar. in § fin. q. 64. num. 118.* Ego verò conuersa in eos ac detorta teli huius acie interrogo, cur non magis dubitandum sit de veritate confessionis illorum, qui fatentur in tormentis? Magis enim verisimile est ob vim tormentorum fateri, quod quis non commisit, quam negare, quod fecit; cum fatendo per mendacium à tormentis liberetur, negando minime, vt de Philota tormentis subiecto, & confesso refert Curtius. *lib. 6. circa fin.* vt infra: *Philotas vero an mendacio liberare se a cruciatu voluerit anceps coniectura est. Quoniam & vera confessis, & falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur*. Et quia pluries cruciatibus Philotas, antequam fateretur, fuit suppositus, subiungit; *Dum inficiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur: post confessionem, ne amicorum quidem misericordiam meruit*. Quod his quoque temporibus contingit, quibus, dum carcerati tormentis subiecti non fatentur crimina, de quibus accusantur, videntur indebitè grauari; Quod si persistant in negatione redeuntes à tormentis hilariter, & magno cum plausu à carceratis excipiuntur. Si verò fassi fuerint delicta, pertranseunt dimissis oculis, confusi, absque eo, quod a quoquam, etiam beneuolo, salutentur.

Sed quicquid sit, sanè in controuersiam vocari non potest inconcussa apud omnes Iuris professo- 13 res conclusio purgari indicia per torturam. Cæterum Indubitatum est, quod si Constitutio Paul. III. huiusmodi reos ab expensis non eximeret, ad eas de iure teneri. *Bertaz. cons. 212. Thes. quæst. 45. numer. 6. 7. 8. lib. 1. Cabal. resol. 205. num. 9. Farin. q. 16. num. 55. & 62. Guaz. def. 3. cap. 13. num. 17. & 38.*

14 Tandem Gratis sunt relaxandi ij, in quibus concurrit rationabilis causa arbitrio Iudicis, seu Visitæ. Prudentia est recta agendi ratio ex *Arist. 6.* 15 *Ethic.* quæ secundum Macrobium dirigit ad normam rationis omnia cogitata, & facta: & secundum 16 eumdem Arist. *Ethic. loco citato*. versatur circa eligibilia. in quibus electio est, & fuga. Hac virtu- 17 te duce debent Iudices, seu Visita arbitrari, quinam sint ex rationabili causa relaxandi. Exempli gratia, quis non dicant condemnatum in vniuersali bonorum publicatione non debere ad alias expensas astringi, ne addatur afflictio afflicto. *Bald. in l. 3. C. de fruct. & lit. exp. Baiard. ad Clar. § fin. q. 62.* 18 *num. 10.* Etsi detineatur quis tanquam processatus, & condemnatus, & de hoc non doceatur per breue tempus, non ne est gratis dimittendus? sanè ita in Visita fuit dictum, 1597. 18. Sept. Nunz. *Donatus de Castiglione. Facta diligentia per tres dies de reperiendo processu, vel sententia, & quatenus nihil reperiatur, relaxetur gratis*; Et cui dubium quin relaxandi sint omnes nulliter capti, vt dicemus *lib. 3. §. 10. per totum*.

De testibus autem dimittendis quis est, qui pos- 19 sit ambigere, vt dicemus. *§. sequenti*. Immo etiam antè tempus relaxationis decernit quandoque Visita, vt gratis fiat relaxatio, 1573. 26. Febr. Cap. *Augustinus. Ad D. de Vitelis, qui terminet causas ciuiles, & criminales arbitrio suo auctoritate Visita, & in euentum relaxationis; relaxetur gratis*.

Succedit vltimo loco Relaxatio, quæ fieri debet Gratis ad fauorẽ carcerati quotiescumque est pauper. Præmittendum propterea duximus aliquid de paupertate; ex qua materia tria dumtaxat attingemus, ne instituti nostri modum excedamus. Primum cui incumbat onus probandi Paupertatem. Alterum quomodo probetur; Tertium quæ sint priuilegia paupertatis.

CAPVT IV.

Paupertas à quo probanda.

SVMMARIVM.

1 *Pauper, mendicus, inops vndè dicti, & in quo differant.*

2 *Qualitas est prædicamentum, quo res, Quales esse dicuntur.*

3 *Qualitas naturalis in quocumque esse præsumitur.*

4 *Diuitiæ non conueniunt homini ex natura, cum quilibet nascatur nudus.*

5 *Diuitiæ, nisi probentur; intrabit præsumptio paupertatis.*

6 *Accidentalia potius præsumuntur non esse, quam esse.*

7 *Paupertatem allegans pro suo fundamento, illam debet probare.*

8 *Diuitias allegans pro suo fundamento illas debet probare.*

Pun-

1 PAuper à *paruo*; Mendicus à *minus*, cui, cum opus est, minus nullo est; inops, quod opis eget: opulentus *ab ope* dicitur, vt ex Varrone docet D. Augustinus *de Ciuit. Dei. cap.* 17. *circa med.* vbi subdit: *super omnes opulentos ille inops erectus est de illo stercore, vt sedeat cum Principibus Populi. Paulo plus videtur esse inops in indigentia, quam pauper. Nam inops, cum ob ope vimas, idest, auxilio, non tam dicitur, qui caret pecunia, quam qui opibus, in quibus est auxilium. Sic à Virgilio Senectus dicitur inops; primo Georg. quasi ex se minimum habens, quo tuetur* Hæc *Augustinus*. Præ-2 terea qualitas secundum *Aristotelem in prædicamentis, & D. Thomam par.* 2. *q.* 49. *ar.* 2. est 3 prædicamentum, quo res quales esse dicuntur. Qualitas, quando est naturalis, in quocumque esse præsumitur. *Alex. in l. ex persona. C. de probat.* His præcognitis ad propositam quæstionem veniamus.

4 Prima facie videretur dicendum probandam non esse paupertatem, veluti naturalem qualitatem. Non enim qualitas diuitiarum conuenit homini ex natura. Nam qualibet nascitur pauper. *c. sicut. vers. sed ait.* 47. *dist.* & dixit Cato.

,, *Infantem nudum cum te natura creauit.*

5 Vndè, nisi probentur diuitiæ, habebit locum præsumptio paupertatis. *l. si verò. §. qui pro rei, qui satisd. cog. & ibi DD.* Sunt enim ea, de quibus dici-6 tur, quod quæ ex accidenti habentur, non ex natura, potius præsumuntur non esse, quam esse. Ità videtur sentire *Monal cons.* 47. *num.* 11. & 12. & *Gurb. dec.* 18. *num.* 12. quod videlicet præfatus sit modus sufficiens probandi paupertatem, cum excipiens de paupertate præsumptionem habeat pro se. Tu tamen verius constituas conclusionem infrascriptam.

7 Qui se fundat in paupertate, debet illam probare, qui se fundat in diuitijs, debet pariter diuitiarum probationem facere. gloss. elegantissima in *l. si verò. §. qui pro rei. in ver. dubitetur. ff. qui satisd. cog.* Vbi tradit, quod qui vult admitti ad aliquid obtinendum, tanquam diues, probet diuitias; & qui vult excusari tamquam pauper, debet probare paupertatem. Per quam glossam dixit ibi Bart. 8 num. 6. Quod quando diuitiæ sunt causa intentionis alicuius, tunc ille debet probare se diuitem; sicut è conuerso, quando paupertas est fundamentum intentionis alicuius, ille debet probare se pauperem. Hoc idem notat Angelus *in l.* 3. *in fin. vers. sed tu dic quod ratio. C. de probat. ac alij quàmplures, quos citat, & sequitur Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 10. *Glossam prædictam egregiè comprobat Textus in l. fin. ff. de lib. agnosc.* Vbi habetur, Patronus, qui petit a libertis suis alimenta, debere paupertatem suam probare, sicut pariter Tutor excusans se à tutela propter paupertatem. *§. sed & propter. inst. de excus. tut. Pacian. cit. n.* 13. *& seq. vbi alia cumulat.*

Ratio præfatæ conclusionis duplex est; vna gene-9 ralis; altera particularis; Generalis fundata est in illa trita regula, quod, qui se fundat in aliqua qualitate, illam probare debet, & aliter quam præsumptiuè. *l. incumbit. ff. de prob.* Et ex latè relatis pluries per Rotam. *dec.* 10. *num.* 9. *coram bon. mem. Remboldo. dec.* 88. *num.* 10. *coram bon. mem. Merlino. decis.* 576. *num.* 24. *coram Eminentiss. Macchiauello. par.* 4. *rec.* Et in specie de fundante se in paupertate multa adducuntur. *in dec.* 782. *nu.* 4. *par.* 3. 10 *rec.* Particularis vero ratio est, quia, cū diuitiæ, & paupertas sint qualitates accidentales & extrinsecæ non præsumuntur. *Iacob. de Aren. in l. actor. in fin. vers. si autem est qualitas extrinseca. C. de probat.* Vbi ait, nullum non habere præsumptionem, quod quis sit diues, vel pauper. Idem confirmauit ibidem latius *Salyc. num.* 12. *vers. ex prædict. habes. col. pen.* Vbi notat quod alio non probato, neque diues quis præsumitur, neque pauper.

11 Ratio vlterior huius rei est, quia, licet quis nascatur nudus, non tamen potest præsumi paupertas, cum natura fecerit homines industrios, & laboriosos. ex quo lex præsumit eos lucrari posse. Vndè excluditur præsumptio paupertatis, non tamen inducitur diuitiarum. Quamquam enim homo præsumatur lucrari, vel acquirere, cum tamen non sit instar chamaleontis, vt ex aere viuere possit; sed expensæ victus, & vestitus pro se ipso, & multoties pro familia, sint de necessitate parandæ; non ità facilè diuitiæ cumulantur: Hinc ortum habuit Italicum illud prouerbium *Denari, senno, e fede, ce n'è men di quel che l'huomo crede.*

Præterea aliud est præsumi ex industria lucrum, vt supra; aliud præsumi diuitias; Quare non potest 12 quis ex huiusmodi lucro diues præsumi, etiamsi sit mercator, in quo lucrum maius præsumi voluit Socin. *cons.* 24. *num.* 41. *col. antep. vol.* 1. Itaque verum erit semper diuitias, & paupertatem probandas esse ab eo, qui in eis se fundat. Hoc idem tenuit *Angel. in l.* 3. *in fin. C. de probat. & alij cit. per Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *nu.* 17. *&* 34. Licet 13 enim dicens aliquem esse pauperem intelligatur negare, vt ait Bart: *in l. si vero. §. qui pro rei. in fin. ff. qui satisd. cog.* Vbi aduertit paupertatem esse meram negatiuam. Nihilominus asserere aliquem pauperem, perindè est ac dicere eum nihil habere. *Bal in l.* 3. *num.* 7. *col. fin. C. de probat. Et alij quos citat. & sequitur Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 54. Hic intrat regula: Quod ei, qui dicit, incumbit onus probandi, Iur. vulg.

13 Amplia conclusionem præfatam, vt procedat etiam siquis de præterito fuisset pauper. Nam adhuc tenetur probare se talem de præsenti. *Bart. in l. in confirmando. num.* 1. *ff. de confirm. tut.* Vbi

sit

ait quod licet probetur quis semel dines, vel pauper, non præsumitur hodie de necessitate talis, eo quod diminutio facultatum, vel morum facilè obueniat. *Bar. sequuntur Falin. in cap. scribam. col. 2. vers. adde etiam. Bart. de præsumpt. & in cap. ad aures. col. fin. num. 17. vers. limita 2. de rescript. & alij quos citat, & sequitur Pacian. de probat. lib. 1. cap. 54. num. 21. vers. in contrarium verò*. Vbi adductis contrariam opinionem tenentibus dicit opinionem Bartoli veriorem videri. *num. 29. vers. ergo non est verum Surd. de alim Tit. 7 q. 8. numer. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 25. numer. 6. & 14. Rot. dec. 170. num. 3. par. 4. rec.* Et fuit decisum in Soannen. Præpositure. 20. Maij. 1622. coram Remboldo. Ratio est, enim quæ ex accidenti adueniunt, potius præsumuntur non esse, quam esse; præsertim dinitiæ, quæ sæpe impetu quodam fortunę acquiruntur & amittuntur. *l. 4. ff. in possess. leg. l. in confirmando. ff. de confir. Tut.* Propter quod Seneca *lib. 1. Epist.* dixit: *Tutum non est, quod fortuna fecit tuum.* Quippe vt idem *lib. 1. Controuers.* affirmauit: *Mutantur vices felicitatis humanæ. Ludit de suis fortuna muneribus, & quæ dedit, aufert, & quæ abstulit, reddit.* Præfata ampliatio duas patitur limitationes.

15 Prima est non procedere in modico tempore. *Si* enim modicum tempus inter præteritum, & presens intercesserit, præsumitur etiam in his rebus mutationi obnoxijs de præterito in præsens. *Cuman. in l. in confirmando. num. 1. ff. de conf. tut.*

16 Altera est non procedere in eo, qui notoriè esset pauper. Quippe notoria non indigent probatione. *Alber. per illum Text. in l. si vero §. qui pro rei. n. 5. vers. quid dicemus. col. 2. ff. qui satisd. cog.*

17 Non tamen semper, quod existimatur notorium, notorium est; si credimus auctori libri, qui inscribitur *Innocenza colpeuole* ijs verbis: *Ricordateui, che ciò, che si pensa souente esser il più notorio, s'imbroglia talmente ne termini, che rasomiglia ad vn ruscello, che chiaro nel principio, diuiene torbido, e fangoso nel corso.* Quapropter quomodo intelli-

18 genda sit conclusio, Notoria non indigere probatione, remitto lectorem ad Iasonem. *in d. §. qui pro rei. num. 8.* & ad Clarum *in prax. crim q. 9.* vt celerius ad secundum propositum deueniam.

CAPVT V.

De Paupertatis probatione ab effectu.

SVMMARIVM.

1 *Probatio est actus educens rem dubiam in lucem.*
2 *Probatio ab effectu efficax, cum sit sensibilis.*
3 *Probatio per euidentiam facti est omnium Regina.*
4 *Paupertas probatur, Si quis incedit male vestitus,*
5 *Si nihil habet in domo;*
6 *Si testis vidit eum petere elemosynam,*
7 *Probationes in Criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*
8 *Paupertatis probatio sufficit probabilis.*
9 *Paupertas in Mercatoribus probatur per cessationem, & fugam.*
10 *Mercatores fraudulenti decoctores, dicuntur Latrones, remissiue.*
11 *Pauper dicitur, qui bonis cessit.*
12 *Pauper dicitur, qui cogitur latere domi, vel vendere sibi necessaria.*
13 *Pauper dicitur, qui in summis notabilibus pro alijs fideiubet.*
14 *Fideiubens facile dicitur substantia sua abuti.*
15 *Fideiubere pro alijs ars magis omnibus damnosa.*

1 PRobatio est actus educens rem dubiam in lucem *C. de probat. in rub. Et ibi Bald.* pluribus autem modis paupertas in lucem educitur. Primo

2 ab effectu. Cuius quidem probationis species valdè efficax est, cum sit sensibilis. Nam quærere rationem, vbi sensum habemus, infirmitas est intellectus. *Bald. in rub. ff. de rerum diuis. col. fin. num. 32. Et in l. 1. col. 2. C. qui accus. non poss. nu.* 11. Nequè maior probatio afferri potest, quam ea, quæ dedu-

3 citur per euidentiam facti, cum sit omnium probationum Regina, & cuicumque alij generi probationum præferatur. *Bal. in l. contra negantem. ad fin. C. ad l. Aquil. Mascard. de probat. p. 1. q. 8. numer. 1. late Tiraq. de retract. lignag. §. 4. glos. 1. numer. 36. Greg. decis. 575. nu. 6.* Cum alijs allegatis in causa S. Angeli Lombardorum, seu nullius iurisdictionis 26. Aprilis, & 2. Iulij. 1641. coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo tunc Rotæ Auditore:

4 Huiusmodi autem effectus, ex quibus probatio deducitur paupertatis, sunt quam plures.

Primus est, quando testes dicunt, quod ille talis incedat malè vestitus, & discalceatus. *Bal in l. si verò §. qui pro rei ff. qui satisd. cog. Ias. in l. si constante. num. 146. ff. sol. matr. cum alijs copiose adductis per Benic. de pauper. q. 6. num. 8.* Quodquè nihil

5 habet in domo, in quam neque bladam, neque vinum portare poterat, quin ipsi Testes vidissent;

6 cum sint ipsius vicini. Vel quando dicunt, quod viderunt eum petere eleemosynam, vel ostiatim quærere victum. *Butrig. in l. actor. in fin. C. de pro-*

7 *bat.* Quamuis antè probationes debeant esse concludentes, &, in criminalibus luce meridiana clariores. *l. sciant cuncti. C. de probat. cum vulg.* Vbi tamen non potest haberi probatio concludens sufficit probabilis; Hac de causa vt firmat idem Bu-

8 trig. licet paupertatis probatio fieri non possit concludenter, quia potest esse vt nihil habeat ille talis in domo, habeat tamen alibi in abscondito ipsis testibus inscijs, sufficiet probatio secundum modum supradictum. Idem confirmauit Alber. *in l. si verò. §. qui pro rei. num. 6. ff. qui satisd. cog & Florian. in l. 2. num 3. vers. nec obstat huic doctrina. col. 2. de probat. & Rom. cons. 245. ad primũ. in fine. & Alex. in l. si constante. num. 13. vers. item in quantum. col. 7. ff. sol. matrim. & Ias. col. 21. vers. ab effectu illa dicitur. num. 145. vers. item qui vadunt discalceati. col 23. & Rip. num. 28. ver. redeundo ad conclusionem col. 8. & Alex. in cons. 37. consultus. in fin. lib. 7.*

9 Alter effectus est, quando probatur cessatio, & fuga in mercatoribus, qui, & *Fallits*, vulgò nuncupã-

tur

tur. *Angel.in l.in feudo.num.2.vers.nota meliorem ff.de rei vind.* qui hunc Textũ reputat singularem. *Dec.cons.120.pro tenui facultate.num.3.col.2.Roman cons.163.num.* Canonista,in cap.Odoardus. *de sol.Ias.in l.si co.stante.num.146.vers. item viuentes.col.21.& ibi Alex num.13.Ripa.numer.28. vers.similiter Mercatores.col.8. Rota in Rom. alimentorum. 30.Iulij. 1642.* coram Reuerendissimo D. meo Bichio tam candore suo, quam Patrui, fratrisque Purpura in Ecclesia conspicuo.

10 Nisi sint de fraudulentis decoctoribus; qui plenis marsupijs fugiunt, & dicuntur latrones, contra quos omnia iura clamant, vt dicturi sumus infra. *lib.3.§.9. cap.6.*

11 Praeterea si quis bonis cessit, etiam ab hoc effectu probatur paupertas. *Alex.in d.l.si constante. num 13.vers.item si quis bonis.col.7.ff.sol. matr. & ibi Ias.num.147.vers.sicut etiam si quis.col. 1. & Ripa. numer. 28. vers. redeundo ad conclusionem. col.8.*

12 Deindè ille secundum *Bal. l. in fundo. ff. de re vindic.* existimatur pauper, qui propter nimia onera debet in proprio domicilio latere, vel qui non potest soluere debita, nisi vendat domum sibi necessariam ad habitandum, & similia, quae non consueuerunt vendi, nisi ex necessitate praecisa.

13 Rursus secundum *Angelum* probatur paupertas ex eo, quod quis pro summis notabilibus solitus sit pro alijs fideiubere. *in l. si personam. §. qui pecuniam.num.2 ff.de pact.* vbi propter hoc dicit cauendum esse a fideiussionibus. Siquidem multi fideiubendo ad inopiam peruenerunt, vt quotidiana

14 experientia testatur. Hinc DD. quamplures scriptum reliquerunt eum, qui facilè fideiubet, substantia sua abuti. *Rot. in Romana. Nullitatis obligationis quae est decis.1.numer.9 par.5.recent.*

15 Vndè merito dicitur, licet iocosè, Nullam esse artem magis damnosam addiscenti, vel exercenti, quam pro alijs fideiubere. *Bertazol. de Claus. Instrum.claus.39 glos.1.num.19 Sforz.de restit. in integrum.q.54.art.2.& seq.Giurb.decis.Sicilian.4. nu 12.* Praemonet ergo nos sapientissimus Regum omnium Salomon *prouer. cap. 11.* dicens: *Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo.*

Alij quoque similes effectus adduci possunt ad probandam paupertatem, quos consulto omittimus, cum sufficiant speciminis gratia suprascripti.

CAPVT VI.

Modi probandi paupertatem aliter quam ab effectu.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas probatur à qualitate loci, vt si moretur in Hospitali.*
2 *Paupertas probatur; si quis sit infirmus, & victum quaerat.*
3 *Paupertas probatur; si quis manducet vilem panem, & aquam bibat, nisi sint rustici, qui etiam si sint diuites, huiusmodi panem edunt.*
4 *Paupertas probatur per famam vicinorum, vel per publicam vulgi opinionem.*
5 *Paupertatis famam, vt probent testes, debent coniungere credulitatem suam.*
6 *Testes secundum antiquos tenebantur addere, Se ità arbitrari.*
7 *Probatio per famam operatur in ijs, quae sunt modici praeiudicij.*
8 *Paupertas probatur per discussionem bonorum.*
9 *Paupertatis probatio per discussionem dicitur praesumptiua.*
10 *Exploratores, seu Nuntij probant, si dicant diligenter perquisiuisse, in casu affirmatiuo.*
11 *Explorator non debet habere tantam certitudinem, quantam Testis.*
12 *Explorator in casu negatiuo quomodo debeat probare.*
13 *Exploratoris, seu Nuntij relatio requirit Iudicis interlocutoriam.*
14 *Paupertas probatur per publica Edicta, seu Proclamationes.*
15 *Proclamata, seu Edicta fieri debent secundum locorum consuetudinem.*

1 PRobatur paupertas à qualitate loci, veluti quando testes dicunt quod moratur in Hospitali. Textus *in l. si quis ad declinandam. & ibi Bald.C. de Epis. & cler.* Qui textus a tenem nem pauperiorem esse illo, qui inopia tentus, & languens in Hospitali necessarium sibi victum non potest adferre. *Dec.cons.120.col.2.Ias. in l.si constante.num 145 vers.item qui stant.col.21.& alij DD.sol.matr.Capbal.cons.216 num 9 vol. 2.facit dec.in causa Romana. fideicommissi. de Casarinis. 11. Decembris. 1642.coram R. P. D. Carillo,* vbi dicitur agentem benè fundasse intentionem suam circa paupertatem, dum docuit Patrem suũ obijsse in Hospitali Sancti Spiritus; matrem tanquam miserabilem personam sepultam fuisse per Archiconfraternitatem S. Mariae de Morte; fratrem decessisse in Hospitali Terrae Tulphae, & sorores in Hospitali Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum.

2 Probatur pariter paupertas ex corporis debilitate, velùti quando quis est infirmus, nec potest sibi quaerere victum, vt ait *Bal. in d. l. si quis ad declinandam.vers.item probatur.col.2.C.de epis & cler.* Que omnia eleganter prosequitur *Ang in l.si vero. §.qui pro rei.num.6.vers.qualiter autem probetur col.fin.ff.qui satid.cog.* Vbi dicit paupertatem probari, quando quis ad Hospitalia refugit, vel ad ostia ciuium, panem quaerendo & victum quotidianum. *Bal in d.l.ad declinandum.nu. 5.* Paupertatis enim magnum est signum viuere ex eleemosynis. *Ang. cit num.6.Rot.dec.250.nu.4.par.4.diu. & in dicta Romana bonorũ.de Cesarinis.11. Decembris 1642. coram R.P.D.Carillo vers.quod vero.* Ibi: *signum maxime paupertatis est viuere ex eleemosynis.*

3 Ex eo quoque probata dicitur paupertas, dum quis solummodo manducat panem milij, vel alium vilem panem, & bibit aquam. *Bal.in cap.ad aures. num.7. de rescrip.gloss in l.seruis vrbanis. in verb. cibarijs.ff.de leg.3.* Nisi tamen essent rustici, qui, etiamsi sint diuites, ex consuetudine diuersarum regio-

regionum non solum panem milij, sed & castanearum, fabarum, & aliarum segetum manducant; frumenti autem numquam, vel rarissimè.

4 Insuper probatur paupertas per famam vicinorum, vel per communem vulgi opinionem, quando quis pro tali habetur, vel reputatur. Quo casu meliores sunt testes vicini, quam alij. *Bal. in l. si verò. §. qui pro rei. num. 4. in fin. & ibid. Ang. num. 6. vers. qualiter autem. col fin ff. qui satisd. cog. Florian. in l. 2. col. 2. vers. item probatur ex vulgi. ff. de probat. Dec. cons. 120 col 2. & Iacob. de Aren. & Bal. in l paupertas. ff. de excus. tut. Anchar. in cap. veniens. col. pen. vers. ego etiam dico de verb. signif. in 6.* Verum huiusmodi testes cum fama coniungere debent

5 credulitatem suam, idest, dicere, quod credũt idem, quod dicunt, vt consuluit *Bal. in cons. 222. statuto cauetur nu. 2. vers. subsequenter quaerebatur. vol. 1. Rip. in l. si constante. num. 37. vers. circa tertiam quaestionem. col. 9 ff. sol. matr.*

6 Immo antiquorum talis fuit in quibuscumque testibus diligentia, vt voluerint eos, qui testimoniũ dicerent de quauis re, addere ita se arbitrari, etiam si ipsimet vidissent. *Cicer. Academ. 2. & pro Fonteo* his verbis: *Primum illud verbum cõsideratissimum nostrae consuetudinis arbitror, quo nos etiam tunc vtimur, cum ea dicimus Iurati, quae comperta habemus, quae ipsi vidimus, ex toto testimonio sustulit.*

7 Praefata verò probatio per famam operatur in his, quae sunt modici praeiudicij. In alijs enim requiritur plena probatio. *Bal. in l. vbi adhuc. nu. 24. vers. quaerit hic. glos. col. antep. C. de iur. dot. Bar. in l. si constante. in q. 1. num. 3. vers. sed substinendo. col. 2. & in q. 2. num. 14. vers. quid dicemus. col. 3. ff. sol. matrim. & ibi Ias. num. 147. vers. alibi quando quis dicatur. col. 21.* Optimè Abbas *in cap. 1. nu. 11. vers. & conclude. col. pen. de accus.* Egregièque Baldus *in §. item propter litem. nu. 4. inst. de excus. tut.*

8 Adhuc probatur per discussionem bonorum. *Ang. in l si verò. §. pro rei. in fin. ff. qui satisd. cog.* vbi dicit optimè probatum iri paupertatem, si facta discussione bonorum, discussores retulerint se non inuenisse quicquam in bonis illius, qui se dicit pauperem. Quem modum tradit esse valdè tutum, subiungens, quod in facti contingentia ex praedictis modis eligere poteris, qui tibi videtur habilior; vel tutius erit omnia simul coniungere. Quã discussionem tradit etiam *Couar. in cap. 6. vers. item satis probantur. col. pen. lib. 2. var. resol.*

9 Haec autem probatio, quae per discussionem fit, non dicitur necessaria, & perfectè concludens; sed solum coniecturalis, & praesumptiua, ideoque probationem admitti in contrarium. *Bal. in l. 2. nu. 9. vers. sed hic dubitatur. C. quando fisc. vel. priu.* vbi dicit relationi exploratorum ita demum credẽdum esse, nisi illi, in quorum praeiudicium relatio tendit, contrarium ostenderint; quod facere possunt; quia huiusmodi summariae cognitionis admittunt probationem in contrarium, sicut dicimus de probatione aetatis, quae fit ex aspectu corporis. *l. de aetate. & l. minor 25. la 32. ff. de minor.* Idem notauit Iason. *in l. in illa. num. 17. ff. de verb. oblig. & Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 87. de caus. poss. & prop.*

10 Declara tamen vt praedicta probatio sufficiat in casu affirmatiuo; si Nuncij, seu exploratores referant se diligenter perquisiuisse ab omnibus, qui hoc verisimiliter scire debebant; & se comperisse, quod talis non soluit, & caetera huius generis. *Bar. in l. eam qui duobus. §. filius familias. num. 2. vers. ita diligenter. ff. de acq. hered.* Vbi dicit, non esse

11 necesse exploratorem habere tantam certitudinem, quantum testis, qui debet de necessitate probare. Sequitur Florian. *in l. 2. num. 6. col. pen. ff. de prob. Bal. in Auth. sed hodie. num. 2. vers. 2. quaero. C. de & oblig. Ant. de Butr. in cap. super his. nu 32. vers. sed praesupposito de accus. & Ias. in d l. in illa. nu. 17. vers. 2. conclusio. col. fin. verb. oblig.* In casu quoque

12 negatiuo sufficit secundũ Bart. supracitatum, quando exploratores, vel Nuntij referunt se diligenter inuestigasse, & perquisiuisse ab his, qui verisimiliter illud scire debebant, tamen se non potuisse reddi certos, vel nihil certi potuisse scire: tum quia praesumendum est pro negante. *l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb.* tum quia in his, quae sunt difficilis probationis, ad informationem Iudicis sufficit vehemens opinio. Quam Regulam exornat latè *Iason. in l. in illa. num. col. fin. de verb. oblig. & in l. cum ea num. 5. vers. secundo adduco. C. de transact. Marsil. in prax. crim. §. principium. num. 13. vers. sed vbi tractatur.* Contrarium tamen tenuit Alex. *in l. in illa. in fin. & ibi Ias. num. 17. vers. & si est vera. col. fin. ff. de verb. oblig.* Illud tamen circa ea, quae diximus, aduertendum est, vltra Nuncij relationem

13 requiri Iudicis interloquentis declarationem. *Bar. in l. stipulatio. §. habet autem. nu. 4. ff. de oper. nou. nũciat.* cuius opinionem attestatur esse communem Iason. *ibi num. 6. vers. quaerit. Bart. col. 2.* sequitur *Castr. in l. pen. §. cum autem. num. 4. C. ad Treb.* Iason. omninò videndus *in l. decem. nu. 28. col. 6. Alex. col. 7. in princ. ff. de verb. oblig.*

14 Demum probatur paupertas per publica edicta & proclamata. Si enim in probando quem non esse soluendo (quod est idem, quod esse pauperem, vt ait Saly. *in Auth. praeterea. in quaest. 4. C. vnde vir. & vxor. Alban. in cons. 69. num. 6. col. 3.*) noluerit Iudex procedere per viam exploratorum, de quibus supra; sed ipsemet ad petitionem creditorũ inquirere de bonis debitoris, si quae sint, quae sine quaestione peti possint, ne postea eius processus impediatur, debebit ipse citatis, contra quos agitur, requirere duos, vel tres testes de propinquis, vel vicinis, vel alijs, quos verisimile est veritatem scire; & nihilominus generalem facere proclamationem, si quis scit de bonis, de quibus non sit aliqua controuersia, veniat, & indicet Iudici. *Bal. in l. 2. num. 9. vers. si Iudex. C. quando fisc. vel priu.* Sicuti diximus, quod quando carcerari faciens nescitur, vel non reperitur, debent fieri bannimenta: Si quis habuerit causam, quare non debeat relaxari compareat. *Bar. in l. si quis vxori. §. fugitiuum. nu. 3. ff de fur. Bal. in l. si quis. §. fin. ff. de cõdit. inst. Paris. in tract. de synd. vers. captura. ver. licet dicatur.*

15 Huiusmodi vero proclamationes secundum consuetudinem locorum, vel tuba, vel alio instrumento consueto fieri debent. *Bar. in l. hac autem. §. non defendi. num. 4. ff. quibus ex causis possess.* Quando vero generale edictum sufficiat, & quando non statim citatio debeat fieri, habes apud eumdem Bart. *in l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. Bal. in l. si curatoris. in princ. C. de iur. delib. & ibi Saly. col. 1. &*

Iaſ. in l.decem. num.37. cum ſeq. verſ. ſucceſſiuè quærit.col.9 ff.de verb.oblig. & in d.l.ſi curatoris. in princ.de iur.delib.

CAPVT VII.

In probatione paupertatis quando ſtetur arbitrio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Pauper an quis ſit ſtandum eſt arbitrio Iudicis.*
2 *Paupertas arbitranda eſt à Iudice ſecundum perſonarum qualitatem.*
3 *Paupertas arbitranda eſt à Iudice ſecundum qualitatem factorum.*
4 *Paupertatem arbitrari debet Iudex, ſi probetur in ſpecie.*
5 *Paupertatem arbitrari debet Iudex, ſi probetur de tempore præſenti.*
6 *Paupertatem arbitrari debet Iudex benè ponderando dicta teſtium.*
7 *Paupertatem arbitrari debet Iudex, ſi ſit indecorum pauperem ſibi ex aliquo exercitio victum quærere.*
8 *Paupertatis priuilegia an intrent ſtandum eſt arbitrio Iudicis.*
9 *Iudicis arbitrio ſtandum eſt in his, quæ in iure non ſunt determinata.*
10 *Iudices in ſententijs ſolebant ponere,* Si quid mei iudicij eſt.
11 *Iudicis arbitrium non intrat in quibus caſibus à iure expreſſis.*
12 *Pauper quis ſit ad effectum repellendi ab accuſando certum eſt in iure.*
13 *Pauper non repellitur ab accuſando, ſi ſit perſona honeſta.*
14 *Iudicis arbitrio non ſtatur circa paupertatem, ſi ſecundum vſum loquendi, vel conſuetudinem ſit determinatum quis ſit pauper.*
15 *Paupertas ſi probanda ſit, teſtes ſunt gratis examinandi, & ſtatur arbitrio Iudicis ex Conſtitut.LXXI. Pauli V.*

1 SCiendum quod, cum plærumque ob diuerſitatem regionum, perſonarum & temporum, circa probationem paupertatis certum quid ſtatui nō poſſit, arbitrio Iudicis ſtandum ſit, an quis ſit pauper. *gloſ. in Auth.præterea.in verb locuples. C.vnde vir.& vxor.Bar.in l.ſi conſtante.num.14. in q.2. col.3.ff.ſol. matr.& in §.hinc nobis. num.18. Auth.de hæred.& Falcid.* Et optimè *Bal.in §.item in fin. Inſt.de excuſ.Tut.* Dec. qui dicit *hanc eſſe communem, in conſ.162. in cauſa.num.7.verſ.nam quis dicitur. col.4. & in d.Auth.præterea.num.15. verſ.in gloſ.in ver.locuples.col.9. Alban.in conſ.69. proponitur.num.4. vbi dicit hanc eſſe communem opinionē. Menoch.qui plures allegat. de arbitr.Iud. lib.1.cap.63.nu.7. Maſcard. de probat. concl.1154. num.8.*

2 Declara primo, vt Iudex arbitrari debeat diuerſimodè ſecundum perſonarum qualitatem. Etenim nobilis, licet habeat mille in bonis, erit pauper; ruſticus, licet minus habeat, erit diues. *Bar.in l.ſi cōſtante.in q.2 n.14.verſ.arbitrabitur autem.col.4. ff.ſol.matr.Dec.conſ.162. nu.7. col.4.& Abb. in cap.1.num.11.col.fin. de accuſ.*

3 Declara ſecundo, vt Iudex etiam ex qualitate factorum diuerſimodè arbitrari debeat. Nam conſiderabit onus iniunctum, & grauamina ordinaria perſonæ, quæ vocatur ad onus, & conſiderabit, an ſit ſufficiens, an non; & hoc eſt illud, quod voluit intelligere gloſſ. *in §.ſed & propter paupertatem. Inſt. de excuſ.Tut.* vbi ait: *Eum eſſe pauperem, & imparem oneri tutelæ, qui ſic laboribus ſuis eſt implicitus propter paupertatem, vt tutelæ ſupereſſe non poſſit.* Idem confirmauit alia *gloſſ in l.paupertas.ff.eod.*Bar.*in l.ſi conſtante.num.14 verſ.item ex qualitate. ff. ſol.matr.& ibi* Iaſ.*nu.145. verſ.alibi dicetur pauper. col.21.*

4 Declara tertio vt Iudex animaduertere debeat non ſufficere paupertatem in genere probari, niſi in ſpecie quoque probetur paupertas talis, ob quam non poſſit quis ſe alere, vt notant DD. *in l fin.C.de ordin. cognit. & coram Seraph. dec.426. num.1.* Cum ſimul iſta non repugnent, quod quis habeatur pro paupere, & nihilominus poſſit ſe alere. *Rot.in Viterbien.*Tranſ*actionis. 20.Februarij.1615. coram Veroſpio.* Eſt etiam probanda in ſpecie ad quemcumq; alium effectum agatur. *Bald. in Auth. præterea. num.4. C.vnd. vir & vxor. Afflict.dec.179.num.3. Rot.dec.48 num.2. & 2.par.2. diuerſ. Menoch.de præſump.lib.3. præſum.pt.15.numer.18.*

5 Declara quarto, vt etiam animaduertere debeat Iudex, an paupertas ſit probata pro tempore, quo petuntur alimenta. Nam pauper olim non præſumitur pauper de præſenti ad effectum conſequendi alimenta; cum de tempore præciſo ſit probanda, vt diximus. *ſupra cap.4. num.14.*

6 Declara quinto, vt Iudex ponderare debeat dicta teſtium, an illi ſint benè informati de ſtatu, & qualitate bonorum. Si enim id ignorent, tanquam neſcientes ſuper quo deponunt, ſunt reijciendi, vt in his terminis ponderauit Rota *in cauſa Æſina. bonorum.11.Maij 1609.coram Marquemontio; Et in eadem.1.Iulij 1616. coram Andrea: quæ eſt deciſ.84. inter eius impreſſas. num.5. verſ. reſponderunt ignorare, quæ bona ipſe poſſideret.*

7 Declara ſexto, vt etiā Iudex conſiderare debeat vtrū ſit indecorū necne, pauperē ſua opera, & artificio ſibi victū quærere; ſicut in illū vſq; diem ſibi parauit. Si indecorū non eſſet, alimenta non ſunt præſtanda. *Abb.in cap.tuam nobis.n.10.verſ.ſi vero deſunt. de ſimon. Bart.in Tract. de alim.num.12. & in l. ſi quis à liberis.§.ſed ſi.nu.1.ff.de liber.agnoſ. Gutierez.de Iuram.par.3.cap.15.num.7.Rota in terminis. dec.470.num.5.par.2.& dec.170.num.4. recent.* Et fuit dictum in *Romana. fideicommiſſi.de Zuccaris. 10.Iunij 1637. coram* R.P.D.*Dunozzeto.* Ibi: *Cum iſtis non ſit indecorum eorum opera, & artificio ſibi victum quærere, non ſunt alimenta præſtanda; quando verò id eſſet indecorum tunc alimenta ſine dubio ſunt eis decernenda: cum non liceat vilia vnicuique exercere*, vt in terminis fuit deciſum *in Romana. Alimentorum.28. Iunij 1613. coram Sacrato.*

8 In quibuſcumque autem caſibus, in quibus pauperi priuilegia conceduntur, ſi quis tam-

tamquam pauper prætendat huiusmodi priuilegijs gaudere, stãdum est arbitrio Iudicis, vt dictum est; & notat Rip. *in l. si constante.num.36. vers.in istis casibus.col.9. ff. sol. matr. & Felin.in cap.si qui testium.in fine.de testib.Rota coram* Buratto.*dec.15. num.2. & ibi addentes, littera B.num.9.qui plura cumulant.* Et nouissimè ita decisum fuit in *Romana. matrimonij.1.Iulij 1643.coram R.P.D.Bichio.*

9 *vers.quando dicatur probata paupertas.* Nam hoc est generale, vt in omnibus his, quæ à iure non sunt determinata, Iudicis arbitrio standum sit. *l.1.in fin. ff.de iur. delib. cap.de causis. §.fin.de off.iud.deleg. glos.in cap.pen.in vers.competenti.de temp.ordin.& pulchra gloss.in cap.finem litib. in ver. & si soluendo de dol. & contum. Rip.in l.si constante.num.31. vers. & generaliter. col.8. ff. sol. matr. Et ibi Ias.*

10 *num.148. vers.item in his. col.21.* Hinc est, quod antiquitus consueuerant Iudices in sententijs ponere hæc verba, *Si quid mei iudicij est*, vt habet *Cicero lib.3.de finibus.* vbi ait: *Priuatarum litium Iudices sumus. Nihil enim possumus iudicare, nisi, quod est nostri iudicij, in quo frustra Iudices solēt, cum sententiam pronunciant, addere,* Si quid mei iudicij est. *Si enim non fuit eorum iudicij; nihilo magis hoc non addito illud est iudicatum.* Ex qua determinatione proueniunt hæ, quæ sequuntur, limitationes respectu arbitrij Iudicis

11 Limita primo nõ procedere in casibus à iure expressis. Tunc enim non habet locũ arbitriũ, sed standũ est legis dispositioni. *l.in fundo.& ibi Bal. in 2. lect. ff.de rei vindic.* & tradit *Ang. in l. si vero.§.qui pro rei. n.5. vers. & quis intelligatur. col. fin. ff qui satisd.cog. & Bart. in l.si constante. num.14. vers. quid dicemus.col 4 ff. sol.matr.* Nam vbi est casus legis, ibi nulla dubitatio est. *l.ancilla.C.de fur.cum simil.*

12 Limita secundo non procedere in eo, qui tanquam pauper repellitur ab accusando. Nam est determinatum in iure, vt pauper dicatur ad istum effectum, qui minus, quam quinquaginta aureos habet. *l.nonnulli. ff.de accus.* Quorum septuaginta faciunt libram auri. *Ruin.in cons.149. nu.33. vers. nec obstat, quod satis.vol.5.* de qua materia videndendus. *Rip. in l. si constante. num 28. ff. s.l. matr.* Vbi refert differentiam, quam ponit Alciatus inter aureos, & solidos. Hæc tamen limitatio patitur

13 exceptionem, videlicet, *Nisi talis pauper sit persona honesta*; quia tunc non repellitur ab accusando, licet non habeat quinquaginta aureos in bonis. *gloss.in nonnulli.ff.de accus.Marsil.in l.1. §.ad quæstionem. num.9.vers item pro prædictis. ff.de quæst. Bero.in cap.1.num.54.vers.tandem fit conclusio.de accusat.* vbi dicit communem, nec in practica ab ea recedendum, licet contraria opinio de iure stricto sit verior. *Et Clar.in prax.crim. q.14. nu.21. vers. sed hic etiam quæro.& in q.24.num.11.vers.quæro etiam.*

14 Limita tertio quando à communi vsu loquendi, vel à consuetudine esset determinatum, quis dicatur pauper. *Bero.in cap.1.num.55. vers. vnde forte melius est. col.antepen. de accus.* Quod enim est cõsuetum fieri, non dicitur arbitrarium. *Bal.in l.quicumque.num.17.circa fin.vers. scias autem. C de ser.fug.* Consuetudo enim est actus practicus, qui debet ad vnguem seruari. De qua materia vide omnino *Felinum in cap.inter cæteras.nu.11. vers. quinta restrictio.de rescrip.*

15 Vt facilior euadat probatio paupertatis disponit Constitutio LXXI. Pauli V. §.20. *tit. de regist. & extractibus*, vt infra. *Si quando contigerit probandum esse paupertatem, testes similiter gratis, & sũmariè examinentur, & de paupertate stetur arbitrio Iudicis.* Ante hanc Constitutionem ipsimet Notarij Cameræ se promptos exhibebant ad præfata in fauorem carceratorum vt in Edicto Archiconfraternitatis Pietatis alias impresso, cuius tenorem posuimus. *Append. cap.19.* vt hoc exemplo facilius moderni Notarij disposita desuper adimpleant.

In eadem Constitutione alia dicuntur circa hãc materiam paupertatis, de quibus dicturi sumus infra *Tit.quæ requiritur pro obtinendo decreto alimentorum. §.5 cap.1.lib.3.* Et infra. *cap. seq. post 8. priuil.paup.cap.9.*

CAPVT VIII.

Paupertatis, & Pauperum Priuilegia de iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Pauperum dies mali sunt, & pauperum multa sunt incommoda.*
2 *Pauperes digni sunt miseratione, & quod illis succurratur.*
3 *Pauper litigans liber est à salario Aduocatorum, & Procuratorum.*
4 *Pauper litigãs liber et à mercede Notarij pro actis, & Instrumentis debita.*
5 *Aduocatis, & Notario debetur merces de publico pro pauperibus.*
6 *Pauper immunis est à solutione sportularum.*
7 *Pauperi subministrandi sunt sumptus litis, si proceditur ex inquisitione.*
8 *Pauperi, si ciuiliter proceditur, subministrandi sunt sumptus litis, si habeat primam sententiam pro se.*
9 *Pauperi etiam ante primam sententiam subministrandi sunt sumptus litis à diuite secundum sententiam nonnullorum. Contrariam sententiam tenent alij.*
10 *Pauperi condemnato non currunt fatalia.*
11 *Pauper excusatur, si propter paupertatem non est protestatus.*
12 *Pauper non potest excommunicari ob non solutionem.*
13 *Paupertas pro iusto impedimento habitur.*
14 *Pauperi dicenti non inuenire Procuratorem creditur.*
15 *Pauper excusatur à periurio, si in tempore non satisfacit.*
16 *Pauperis testi minor fides adhibetur quam diuiti.*
17 *Ex præsumptione, quia plerumque non sunt tam bonæ conditionis.*
18 *Pauperi bonæ conditionis magis creditur quam diuiti malæ: & quomodo intelligatur Iason asserens Clericum pauperem nõ esse idoneum testem.*

1 CVm pauperum dies semper mali sint. *Prou. cap.15.vers.15.* & quam plura sint paupertatis incommoda, quæ vsque ad septem & decem enumerat Lucas de Pen. *in l. fin. C. qui num. fil. se excus. lib.10. Rebuff. super* Constit. *Reg. tom.1. de sent. prouis art. tertio. glos. vlt. num.1. Gonzal. de mens. & alter. gl.2. per totum. Gnaz. def.6. cap.1. Gizzarel. dec.87. vbi addentes per totum.* Magna digni sunt miseratione, & quod illis diuersis subsidijs, ac priuilegijs succurratur. *Thes. dec.10. Gurb. dec.18. num.2.* De priuilegijs carceratorum diximus super lib.1. §.5. cap.1. & seqq. quorum multa communia sunt etiam pauperibus non carceratis. Hic subiungimus alia competentia ratione solius paupertatis, quæ adaptari poterunt etiam carceratis, quotiescunque contingit illos pauperes esse. Qui plura vult videre, consulat Leonel. qui nuper, postquam hæc ego composui, copiosè edidit tractatum *de priuil. paup.* doctrina, & eruditione non vulgari refertum, in quo cumulauit priuilegia pauperum 425.

3 Priuilegium primum est, quod pauper litigans liber sit ab expensis infrascriptis. Non tenetur præstare salaria Aduocatis & Procuratoribus. *Bal. in l. si furiosi. num 3. ibi, sed gratis. C. de nuptijs. & Dec. in cap.1. num.46. circa med. vers. restringitur hæc prima limitatio de probat.* Parum tamen quandoque fouentur ab ijs, qui, vt loquitur Seacc. *de appell. q.15. num.45.* litibus patrocinandis attendūt, siue latrocinandis. *& Fontanel. dec.107. num.2.*

4 Nec est obligatus soluere Notarijs mercedem Actorum, & instrumentorum. Debent enim Notarij gratis explicare Instrumentum pauperibus. *Rip. in l. si constante. num.35. ff. sol. matrim. Felin. in cap. si quis testium. num.10. circa med. col. fin. de testib. & Dec. in cap.1. num.46 de probat.* Et ex Constitutione LXXI. *Paul V.* & int. dicetur *cap. seq.*

5 Declara tamen, vt Aduocatis, & Notario solui debeat merces de publico. Non enim cogitur quis inuitus facere eleemosynam, nisi in casu extremæ necessitatis. *Dec. in cap.1. d. num.46. in fin. vers. videtur tamen. de probat.* Vide tamen *Couar. in cap. cap.6 pract. q.9. num.4.* vltra dicta superius lib.1. de Aduocato, & Procuratoribus pauperum, & dicenda inferius *cap.xj.*

6 Immunis etiam est à solutione sportularum Iudicibus debitarum. *§. sit tibi quoq; tertium. Auth. de mand. princip. gloss. in cap. cum ab omni specie. in verb præter expensas. de vita & honest. cler. Rip. in l. si constante. nu.35. vers. vltra scribentes. col.9.*

7 *ff sol. matrim.* Nec debet subiacere sumptibus litis, sed ei sunt subministrandi, quando Iudex contra eum procedit ex inquisitione: licet secus sit, vbi iudicium ciuiliter intentatum est: quia tunc

8 pauperi sumptus litis non debentur, nisi quando præsumptio est pro eo; veluti quando primam sententiam habuit ad suum fauorem, vt egregiè notat *Aret. in cap. si quis testium num.14. in 2.3.4. Concl. col. pen. de testibus. & ibi Felin. num.9. vers. duobus tamen casibus. vid. Barz. dec.325. per totum.* Immo

9 quod in ciuilibus etiam ante primam sententiam debeat sumptus litis, & alimenta subministrare Actor diues pauperi reo tenuit Guidopap. *dec.561. Afflict. dec.10. num.11. Crauet. cons 164. Couar. in in cap.6. nu.6. pract. quæst. Alciat. præsumpt.9. n.9. reg.3. & Cephal. in cons.127. proponitur. num.6. vol.1. Petr. Duen. reg.365. num.4. de reg. iuris. latè Menoch. in q.35. num.4. lib.1. d. præsumpt.*

10 Contrarium, quod nō teneatur sumptus litis subministrare, *l. Imperatores. ff. de tut. & rat. distr.* Ibi: *Cum hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus, & curatoribus debeatur, non habet rationem postulatio tua volentis in sumptus litis ab his litis pecuniam subministrari &c.* per illum Textum ita constituit regulam Boss. *in prax. Tit. de alimentis præstand. num.2.* Vt quis aduersario collitiganti non teneatur sumptus litis, nec aliud subministrare; vbi fortius dicitur procedere etiam si actor egestate premeretur, & reus diues esset. Sequitur Ann. *In sua prax. Iudic. §.32. ampl.30.* Ita quoque tenet per illum Textum Aret. *in cap. ex parte per vestras. in 2. notab. ampl.18. nu.39.* vbi inquit creditorem litigantem cum debitore, vel alium agentem contra alium pro re sua non consequi alimenta; quamuis sit impotens, & pauper, aduersariumque habeat diuitem.

11 Priuilegium secundum est, quod pauperi condemnato non currant fatalia, si appellauerit; & propter paupertatem non potuerit prosequi appellationem. *Bal. in l. acceptam. num.35. vers. hic tamen restat. col.9. C. de vsur. & Felin. in cap. si qui testiū. num.10. vers extra. glos. col. fin.* & ibi *Bal. in fin. de testibus. Dec. in cap.1. num.46. post med. latè Gail. pract. obseru.142. lib.1.*

12 Priuilegium tertium est, quod excusetur, si propter paupertatem non sit protestatus. Non enim negligens ille censetur, nec cursu temporis lædi potest, qui negligens non fuit. Vltra annum tamen numquam expectatur. *Bald. in cap.3. num.2. vers. adde quod si propter. de rescrip.*

13 Priuilegium quartum: Non potest excommunicari pauper & inhabilis ad soluendum. Nam aut excommunicatio non valet. *Felin. cap. ad aures in princ. de simon.* aut, si valet, facile est absoluendus. *Bal. in l. acceptam. num 31. vers. vigesimo quæritur. col. penult. C. de vsur.*

14 Priuilegium quintum: Paupertas pro iusto impedimento habetur. *Bal. in l.2. § si quis in iudicio. ff. si quis caut. specul. in §. nunc breuiter. num.3. de appell.*

15 Priuilegium sextum: Pauperi dicenti se non inuenire Procuratorem, credendum est, licet secus sit in diuite. *Abb. in cap. cum dilecti. num.14. vers. sed dices tu. col.5. de dol. & contum. Pacian. de probat. lib.2. cap.60.*

16 Priuilegium septimum: Excusatur pauper à periurio, si in tempore non satisfacit. *Felin. cap. nihil. in fin. de præscrip. & not. in cap. breui, & in cap. querelam. de iur. iur. Bal. in cap.1. de non. for. fidel. & in cap.1. §. porro quæ fuit prim. caus. benef. amit. & in cap. licet si. de feud. fuer. controu. & Afflict. in tract. de iur. protom.* vbi distinguit. *fol.149. nu.16.*

17 Nec putet quispiam præiudicium aliquod inferri priuilegijs paupertatis, ex eo quod dicitur pauperi testi minorem adhiberi fidem, quam diuiti. *l.3. ff. de test. circa princ. Auth. de test. gloss. in §. si vero absunt. ver. substantiam. de feud. & Falcid. Pacian. de probat. lib.1.* qui quam plures citat *cap.44. nu.54.*

18 *& seq.* Nam id non est in odium paupertatis, sed ex præsūptione huiusmodi testem posse facilè corrumpi, quia plærumque pauperes non sunt adeò honestæ

honestæ conditionis, vel ita bene morigerati ac sunt diuites qui fuerunt liberaliter educati *Alber. in l.3.num.5. vers.minus tamen fides ff.de testib. & alij adducti à Fasian.loco cit. nu.54. de probat.*

19 Id verò ex eo facilè colligitur, quod testis pauper, qui est honesta persona, quoad fidem æquiparatur diuiti. *Alber.cit.& Bal.in l.humilem.C.de incest.nup.Rip.in l si constante num.34. vers.nam si pauper.col 9.ff.sol.matr Dec.in auth. præterea num.15 vers poterit Iudex arbitrari. col.fin. C. vir.& uxor.* doctrina verò *Iasonis cons.13.num 22.*

20 *col.3.* de Clerico paupere, quod non sit idoneus testis, non procedit in clerico bonæ opinionis & famæ; cum pauper hoc casu dicatur, qui malis moribus laborat. *Bal. in l.humilem. C.de incest. nup.* Licet autem, si cætera paria sint, diues præferatur pauperi, & potens impotenti, id non est in odium paupertatis; sed vt per diuitias & potentiam Ecclesia subleuetur. *gloss.& Panorm.in cap.constitutio. de appell.*

CAPVT IX.

Pauperum Priuilegia ex Constitutionibus Pontificum & Visitæ Decretis.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes ad iuramentum paupertatis admittuntur etiam per Procuratorem. Nisi euidens sit, quod iurare volens paupertatem, sit diues.*

2 *Pauperibus dantur gratis scripturæ; & originalia ostenduntur pauperum Aduocato, & Procuratori.*

3 *Pauperibus expeditiones in forma pauperum, miserabilibus vero gratis dandæ sunt.*

4 *De paupertate statur relationi Aduocati.seu Procuratoris Pauperum.*

5 *Pauperibus quoad visionem scripturarum prouidetur à Visita.*

6 *Pauperibus, si prætendant Notarij non tradere gratis scripturas sub prætextu quod sint diuites, datur illis mandatum.*

7 *Pauperibus Hebræis alias fuit consultum respectu scripturarum; nostris temporibus nequaquam.*

8 *Paupertatis priuilegijs non gaudet, qui culpa sua incidit in paupertatem.*

9 *Paupertatis priuilegijs non gaudet, qui habet artem, ex qua se potest alere.*

PRiuilegium primum est circa ea, quæ pauperibus conceduntur vi Constitutionum Pontificiarum, præsertim Cōstitutionis Pauli V. cuius dispositionem hic referemus, quæ est Constit.LXXI.

In primis, §.19.tit de Notar.Trib.Vrb.circa fin.

1 in Bull.fol.204. *Pauperes omnes, qui iuxta formā constitutionum admitti debent ad iuramētum paupertatis tam in beneficialibus, quam in prophanis, etiam per Procuratorem admittant Notarij, & si ille, pro quo iuratur, præsens non erit, vltra Notarij, vel Procuratoris assertionem per duos testes de paupertate doceri debeat, ita tamen, vt quicumque fuerit admittendus, non sine iuramento, & obligatione pinguioris fortunæ, vt moris est, admittatur, & hoc nisi euidens sit, atque notorium, quod paupertatem iurare volens sit opulentus, quo casu illum admittere non teneantur.* Et in declaratione eiusdem Constitut. habetur *verb. pro pauperibus.* in hūc modum: *Declaramus, & volumus seruari eamdem taxam fel. recor. Greg. XIII. vt admissi ad iuramentum paupertatis iuxta formam dictæ taxæ soluant, quod est pro medietate eiusdem taxæ, vbi tractatur de interesse Archiuij Romanæ Curiæ.* Quam taxam vt innotescat, apposuimus *in Append. § 2.cap.4.* cum in Bull. non legatur. Et in eadem Constitutione.§.20.*tit.de regist. fol.*205.habetur:

2 *Pauperibus dentur gratis extractus, registra, instrumenta etiam publica, copiæ, & alia quæcumque expeditiones, & scripturæ tam ciuiles, quam criminales, & ostendantur etiam originalia Pauperum Aduocato, & procuratori similiter gratis, et absque vlla impensa si quando contigerit probandam esse paupertatem, testes similiter gratis, & summariè examinentur, & de paupertate stetur arbitrio Iudicis.*

3 Rursus Tit. Taxa Notariorum Auditoris Cameræ. vers pauperibus *in Bulla fol.*213 sic legitur. *Pauperibus expeditiones in forma pauperum, miserabilibus vero gratis omnino tradant etiā scripturæ mercedem, distinctio vero istarum personarum Iudicis arbitrio remittitur.*

Item Tit. Taxa Notariorum Crim. §. 6. ver. in omnibus.circa finem Tituli, in Bull.fol.215 habe-

4 tur: *In omnibus casibus prædictis, & alijs quomodolibet contingentibus pro paupere nihil penitus recipiatur; & de paupertate stetur relationi D. Aduocati, vel Procuratoris pauperum, & , vbi opus fuerit, loco copiæ iudiciorum, vel iurium ostendantur originalia ipsi D. Aduocato, vel Procuratori dictorum pauperum gratis.*

5 Demum corollarij loco, Decreta nonnulla in hac materia diuersis temporibus à Visitatoribus facta subijciendi censuimus, ne quid in hoc genere omittatur. 1568. 13. Apr. Nonæ. *Domini Iudices attenta paupertate prouideant arbitrio suo quoad visionem scripturarum.* * 1573.9 Iul. Capit. *Vincentius Vascellarius. Ad D. Camerarium Riparū, qui expediat, & restituantur ei bona, vt possit se defendere, & faciat defensiones in forma pauperū.* * 1580.14.Iul. Sabell. *Ostendantur originalia gratis D. Aduocato Pauperum pro Margerita.* * 1584.13.Iun.Capit. *Marsilius. Ostendantur originalia D.Aduocato Pauperū loco copiarum gratis.*

6 Recusantibus verò Notarijs tradere scripturas gratis sub prætextu, quod carcerati non sint pauperes, solet illis Visita consulere vt infra. 1637.2. Apr. Nonæ. *Dominicus. Præstito consensu, prout præstitit relaxationi mandati contra bona propria pro satisfactione mercedis Notarij processus tradatur Aduocato pauperum.* Inoleuit nuper stylus dicendi in decreto. *Ostendatur processus, & detur mandatum Notario contra bona.* 1650 28. Iul. Nonæ. *Petrus. Accommodetur processus Proc. Pauperum, & detur mandatum Notario pro mercede.* In casu verò, quo penes Notarium reperiantur pecuniæ carcerati procedendum est ordine in-

frascripto. 1630. 24. Nouemb. Sab. *Marcus Antonius. Notario, qui satisfactis expensis cibarijs carcerum secretorum; residuum pecuniarum penes se ipsum retineatur ad computum processus, qui detur Procuratori Pauperum.*

7 Hoc priuilegio vsi sũt aliàs etiam Hebræi. 1529. 10. Ian, Sab. *Salomon Hebræus. Deferatur registrũ ad Iudicem, & constito de paupertate tractet eundem pro paupere, & non relaxetur nisi concordata muliere.* His tamen temporibus non vidi Hebræos huiusmodi priuilegio gaudere, eadem fortè ratione, qua non gaudent priuilegio alimentorum; quia habent, vltra defensores particulares etiam deputatos ab eorum vniuersitate, qui colligunt stipem tam pro alimentis, quam pro alijs expensis necessarijs pro expeditione causarum, & eorum excarceratione, vt dicemus latius infra. *lib. 3. §. 5. cap. 7.*

Limita primo totam istam materiam priuilegio-8 rum paupertatis; vt illis non gaudeat, qui re sua abusus est, propter quod factus est pauper. *gloss. in cap. qua in Ecclesiarum. ver. ad inopiam. de constit. Coler. de alim. lib. 2. cap. 7. num. 48. Giurb. in suis obseru. obseru. 22. num. 24.* ita sensit, dicitq. diuersum esse, si absque culpa sua in paupertatem quis incidat.

9 Limita secundo in eo, qui haberet artem, & ex ea se posset alere. *Giurb. d. obseru. 22. num. 2.* & nos dicturi sumus infra de alimentis præstandis à creditore pauperi carcerato, *lib. 3. §. cap. 6.*

Consilium erat plura de paupertate referre. Verum quia committendum non est, vt fastidium Lectorum potius, quam iudicium Scriptoris lectioni modum ponat, placet hanc paupertatis materiam concludere, & ad effectus, qui ex ipsa proueniunt carceratis, quod fuit nobis ab initio propositum, sermonem connectere.

CAPVT X.

Gratis Pauperes relaxandi.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes gratis sunt relaxandi de iure communi.*
2 *Pauperes gratis sunt relaxandi ex Constitutionibus Pontificum.*
3 *Pauperes, si in causa criminali reperiantur grauati aliqua culpa, relaxantur in forma pauperum, & soluit Caritas & Pietas.*
4 *Gratis relaxandi sunt qui non acceperunt copiam processus.*
5 *Pro pauperibus ostenditur originale Aduocato, seu Procuratori, qui teneatur eis gratis seruire.*
6 *Pauperes absoluti nihil soluunt Notarijs, Iudicibus, Fisco ex Constit. LXXI. Paul. V. sicut Diuites condemnati.*
7 *Sententia moderatoria pœna lata debentur expensa Notario.*
8 *Pauper difficulter gratis expeditur.*
9 *Ad carcerationem facile, difficulter ad excarcerationem deuenitur.*
10 *Mundum destruunt fœmina Turcarum vsura Hebræorũ, processus Christianorũ inquit Iodocus*

1 PAuperes gratis sunt relaxandi tum de iure cõmuni. *l. tam dementis. C. de Episc. aud. Fontanell. de pact. nupt. claus. q. 18. par. 1. num. 85. Capiblanc. de off. Baron. prag. 29 num. 15.* Tum ex Const. 2 Pij IV. 58. §. 83. & ex Const. LXXI. Paul V. §. 23. *in Bullar. fol. 208. de car. & carcerat. vers. pauperes carcerati. cum seqq.* Ibi: *Pauperes carcerati, quando sunt in casu liberationis, liberentur, & relaxentur gratis vbique, quoad Iudices, Notarios, Executores, Carcerum Custodes, & alios omnes; nec vnquam pro nota sententiæ, vel decreti, Iudicum propinis, aut quibusuis iuribus Fiscalibus soluere te-3 neantur.* Quæ tamen sic intelligenda sunt, vt quando grauati reperiantur aliqua culpa, relaxentur plerumque in forma pauperum, & ipsas expensas soluant partim Caritas, partim Pietas, vt supra diximus. Prius disposuerat *Constitutio Pauli III. 44. §. 34. in Bull. fol. 561.* vt infra: *Carcerati, qui non acceperunt copiam processuum, non teneantur 5 aliquid pro carceribus soluere.* Isti enim præsumũtur pauperes, pro quibus dantur originalia Procuratori, & Aduocato Pauperum, qui ipsis gratis patrocinantur. Idem d. Constitutione LXXI. Paul. V. disponitur. *Tit. de not. §. pauperibus gratis. & Tit. de registr. & extrat. §. pauperibus dentur.* Idem etiam est de iure. *l. nulli. §. post vnius. de Episc. & Cler. Fontanell de pact. nupt. claus. 4. glos. 18 par. 4. num. 95. & seq. Nouarius*, qui de prædicta Constitutione 71. Pauli V. mentionem facit. *de priuil. miserab. person. cap. 77. num. 3. Guidop. dec. 561. Grat. discep. 55. num. 46.*

Quod ad Aduocatos, & Procuratores, vt ipsi quoque teneantur inseruire pauperibus gratis voluit extendi. Cou. *pract. quæst. 5. cap. 6. num. 4. Sol. tit. de tabell. in decr. Pedem. dec. Præsenti. gloss. 1. num. 9.* & Nos etiam diximus supra *lib. 1. de priuil. paup.*

6 Præterea in §. 36. eiusdem Cõstitutionis LXXI. habetur: *Pauperes qui per sententiam absoluuntur; & diuites, qui condemnati fuerint, pro nota sententiæ, nec pro Iudicum propinis, nec quibusuis iuribus Fiscalibus aliquid soluere teneantur.*

7 Rursus quoad expensas soluendas Notario habemus decretum. 1640. 22. Nouemb. *In Congregatione super obseruatione Reformationis Pauli V. Pro Francisco Nona carcerato, qui obtinuerat sententiam in gradu appellationis moderatoriam pœnæ triremium in pœnam relegationis. fuit decretum, quod teneretur ad solutionẽ expensarum Notario pro publicatione sententiæ, decreto, mandato &c.* Quia licet Constitutio LXXI. Pauli V. dicat non teneri reum ad tales expensas, nisi pro absolutorijs sententijs; nihilominus stylus erat in contrarium, prout fuit facta fides. Præterquam quod talis sententia moderatoria aliqua ratione dici potest absolutoria; licet in Visitatione Nonæ antea habita fuisset decretum in contrarium propter verba d. Constit. LXXI. *Tit. de carcer. & carcerat.* Ibi: *Pauperes, Carcerati, quando sunt in casu liberationis, liberentur, & relaxentur gratis vbique quoad Iudices, Notarios, Executores, Carcerum Custodes, & alios omnes, nec quidquam pro nota sententiæ, vel decreto Iudicum propinis, aut quibusuis iuribus Fiscalibus, soluere teneantur.* Cum quibus concordat *Guidop. d. dec. 561. Fontan. de pact. nupt. clausula. 4. glos. 18. par. 4. num. 85. Nouar. de priuil. miserab. person. priuil. 77.*

nil. 77. A quo Visitæ decreto visũ fuit potuisse recedi, quia nõ constabat de paupertate Francisci Carcerati; de qua si constitisset, dimittendus erat gratis. Quis enim à morteno prætendat exigere latinas, vt est in adagio.

8 Sed proh dolor! quam difficulter pauperes gratis expediuntur, Deus nouit, ac testatur Rebuff. *de sent. prouis. art. 3. glos. vlt. nu. 1. vers. & quidem.* Nihil enim deplorabilius, quam videre pauperes per annos in carceribus marcescere, vxore, & filijs, vt plurimum in Patria fame pereuntibus, & de fama periclitantibus, non alia de causa quam quod

9 Iudices, Exploratores, Birrarij, & Notarij sunt faciles, & veloces ad carcerandum: pigri, & tardi ad excarcerandum. *Gail. obseru. 78. numer 3. lib. 1. Scacc. de appell. cap. 14. 15. art. 3. num. 45. Fontanell. dist. 107. num. 2. & 3.* de hac sorte familiarum

10 ruina locutus est Iodocus. *in select. sent. in fin. prax. crim. vers. Mundum.* dum dixit; Mundum tria destruunt, fœminę Turcarum, vsuræ Iudęorum, processus Christianorum.

Ne autem Constitutiones Pontificum, & S. Visitæ decreta super huiusmodi Iudicum, & Notariorum expensis aliquibus fortasse videantur exorbitantia, subijciemus caput particulare continens id, ad quod ijdem Iudices, & Notarij de iure communi in hac materia tenentur.

CAPVT XI.

De pauperibus gratis expediendis quoad Iudices, & Notarios secundum ius comune.

SVMMARIVM.

1 *A pauperibus Iudex non debet habere, nec salarium, nec sportulas.*
2 *Pauper vt gratis expediatur à Iudice, & Notario debet esse in extrema necessitate.*
3 *Erga pauperes Iudex debet esse misericors de suo, non de alieno.*
4 *Pauperi debet Iudex iudicare.*
5 *Pauperum causæ gratis quoad omnia à Iudicibus, & Notarijs sunt dirimendæ.*
6 *A paupere sponte dante non potest Iudex accipere propinas.*
7 *A paupere Iudex peregrè proficiscens non recipit expensas.*
8 *Pauperibus tenetur Not. dare scripturas gratis.*
9 *Pauperi, vt tradendæ sint scripturæ gratis à Notario, debet esse in necessitate.*
10 *Pauper tenetur Notario promittere solutionem scripturarum, cum poterit.*
11 *Pauperi pro consecutione scripturarum gratis à Notario non competit actio, sed officiũ Iudicis.*
12 *Notarius debet cogi ad tradendum scripturas gratis pauperi.*
13 *Pauperi dandæ gratis scripturæ à Notario instrumentante, & ab Actuario.*
14 *Pauperi dandæ sunt copiæ gratis, & à Notario Criminali, & Ciuili.*
15 *Pauperi danda gratis scriptura etiam à Notario, qui emit officium.*

1 Conclusio constitui potest huiusmodi: Iudex de iure non debet habere Salarium, neque sportulas in causis pauperum & miserabilium personarum. *Text. in l. nulli. C. de Epis. & Cler. in §. post vnius verò anni.* Ibi: *Gratis, & sine vllo dispendio prædicta gesta conficiant, ne humanitatis obtentu rebcta pecunia iudiciorum dispendio erogentur. § sit tibi quoque tertium studium. Auth. de mand. princ. glos. in § ne autem. vers. quibusdam. in fine Auth. de Iudicibus. Marant. de ordin. Iudic. par. 4. dist. 9. n. 77. & 80. Rolan. cons. 20. nu. 13. & latius cons. 87. num. 23. lib. 2. Rot. decis. 2. de consti. in antiq. latè Tiraq. de Nobil. cap. 29. n. 40. Nouar. in praxi miserab. priuil. 77. nu. 1. Grat. discept. forens. lib. 1. cap. 55. num. 46. & alij, quos citat & sequitur Leoncel. de priuil. pauperum par. 2. priu. 197. num. 1.*

2 Declara primo, vt procedat conclusio, quando pauper est in extrema necessitate, adeò vt si causa eius gratis non expediatur, sit in periculo, ne fame pereat, alias Iudex non tenetur gratis expedire. *cap. statutum. §. insuper. in fine. de rescript. in 6.* Ibi: *Si notabiliter sint pauperes litigantes, nihil ab eis exigat. Leoncel. de priu. pauper. par. 2. priuil. 197. num. 6. qui allegat. Rim. cons. 329. num. 20. lib. 3. Et diximus supra de Aduocato, & Procuratoribus Pauperum. lib. 1. & proximè hoc. §. cap. 8.*

3 Declara secundo, vt secundum *Gram. decis. 5. numer. 40.* Iudex debeat esse misericors erga pauperes de suo, nihil recipiendo, non de spectante ad aliam personam. Nam quoad interesse partis debet seruare illud Exod. 13. *Pauperis quoque non misereberis in iudicio. Leoncell. cit. priuil. 197. numer. 3. & 10.*

4 Declara tertio, vt Iudex obseruare debeat, quod ei præcipitur. Psal. 81. *Iudicare egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificare.* Et alibi pluries in sacris litteris; cum idem facere non dedignetur ipsemet Deus. Psal. 39. *Faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. Qui enim iudicat iustitias.* vt dicitur psal. 139. etiam Iudices iudicabit, & nisi rectè iudicent pauperes, *turbabuntur à facie eius patris orphanorum, & Iudicis viduarum.* Psalm. 67. *Leoncel. de priu. pauper. par. 2. priuil. 197. nu. 7.*

5 Amplia primo, vt non solum quoad propinas, sed generaliter lites & causæ pauperum gratis sint dirimendæ. *l. 2. § sit tibi. C. de mand. Princip. Marant. de ord. Iud. dist. 9. nu. 8. Leoncel. cit. priu. 197. num. 2.*

6 Amplia secundo, vt nec etiam à sponte dantibus pauperibus possit iudex propinas accipere. *Text. in l fin. § vt autem. C. de re milit. lib. 12. & in cap. Romana § penult. de censib. in 6. Archid. Io. Andr. & Domin. in cap. statutum. § insuper de rescriptis in 6. Bald. in Auth. hodie. C. de epis. & Cler. Tiraq. de Nobil. cap. 29 nu. 40. Caroc. de lor. par. 1. q. 7. num. 50. quos citat, & sequitur Leoncel. de priuil. pauper. par. 2. priuil. 197. nu. 5.*

7 Amplia tertio, vt etiam Iudex quando peregrè proficiscitur, adhuc à paupere impotente recipere non debeat expensas. *text. est in dicto cap. statutum.*

tum. §. insuper. de rescriptis. in 6. qui loquitur de expensis Iudici debitis ad proficiscendum extra domicilium; & disponit, quod si notabiliter pauperes fuerint litigantes, non debentur. Ita etiam docet *Tiraq. de nobilit. cap. 29. num. 4. Leoncel. de priuil. paup. par. 2. priuil. 197. nu. 4.*

Succedit modo alia discussio circa, id ad quod tenetur erga pauperes Notarius; cuius obligatio ad plura se extendit, quam supradicta Iudicis.

8 Conclusio statui potest, teneri Notarios de iure communi pauperibus gratis scribere, scripturas exhibere, & tradere. *l. prouidendum. §. 1. C. de postul. l. tam dementis. in fine. iuncta glos. C. de Epis. aud. vbi etiã Bald. Foller in praxi criminali 2. 2. par. vers. recipiantur defensiones reorum. nu. 27. Couar. pract. q. cap. 6. num. 4. Rol. cons. 87. num. 31. & seq. lib. 2. & alij plures, quos citat. & sequitur Leoncel. de priu. paup. par. 2. priu. 287. nu. 1.*

9 Declara primo conclusionem, vt procedat, quando pauper est in extrema necessitate, adeo vt si causa moreret, posset fame perire, alias non tenetur. *Fel in cap. 1. de off. Iud. quem refert* Tiraq. *de nobil. cap 29 nu. 46. in fin. Gig. ad Decr. in cap. 1. num. 54 de Probat. Rim. Iun. cons. 329. nu. 20. lib. 3.* Ratio est, quia Artifex non tenetur eleemosynam facere de suo artificio, nisi quando diues tenetur de sua pecunia. *Nouar. in Manual. cap. 24. num 5.* vbi explicat, quibus casibus sit de præcepto eleemosynam dare. *Rot. dec. 2. de Constit in antiq.* quæ dicit procedere conclusionem in ijs, qui verè sunt pauperes. *Leoncel. cit. priuil. 287. num. 6.* & diximus supra de Aduocato, & Procuratoribus pauperum lib. 1. & paulò ante de Iudicibus.

10 Declara secundo, vt à paupere de quo speratur futurum vt euadat diues, promittenda sit solutio, cum poterit. *Rota cit. dec. 2. de Constit. in antiq. vbi quod ita seruatur in Rota, Cherub. in comp. Bullar. ad Bullam. 106. Pij V. schol. 2.* Hinc dixit Couar. *in reg. peccatum. par. 1. §. 1. nu. 4. vers. quod tamen. post medium:* debitores pauperes Notariorum, & aliorum ministrorum ex Regio edicto debere promittere stipendiorum solutionem, cum ad pinguorem fortunam deuenerint. *Leonc de priuil. paup. par. 2. priu. 288. nu. 2.* Et quod Notarius possit sibi reseruare ius petendi, quando cesset paupertas, dixit Nauar. *in Man. cap. 25. nu. 53. Leonc. cit. par. 2. priu. 287. nu. 8.*

11 Declara tertio, vt pauperi aduersus Notarium non competat actio, sed solum Iudicis officium. *glos in cap. sicut. 47. dist. verbo. experientium.* Et in his terminis *Felin. in cap. 1. de Iudic. Tiraq. de nobilit. cap. 29. num. 46. Leoncell. de priu. paup. part. 2. priuil. 287. nu. 9.*

12 Declara quarto, vt renuente Notario tradere scripturas pauperi, possit & debeat Iudex illum cogere ad tradendum, etiam sub pœna priuationis officij. *vt in annot. ad stat. Panorma. in tit. de ration. bum. redden. miserab. person. Nouar. in prax. priu. miserabilium personarum 77. num. 4. & alij allegandi infra in 1 Ampl.* Tanto autem magis opus est hac Iudicis coactione, cum male seruetur hoc priuilegium pauperum: *Ias. in §. triplici. col. 2. instit. de act. Neuiz cons. 44. num. 13. Leoncell. cit. priuil. 287. nu. 4 & 10.*

13 Amplia primo, vt procedat tam in Notario instrumentante, quàm in actitante, seu conficiente acta. *Afflict. in Constit. Regni Appellationum tempore. in 5. not. vers. rursus quæro. Rol. cons. 87. n 35. lib. 2.* vbi quod Iudex ad quem potest compellere Notarium Iudicis à quo ad tradendũ copiam processus sine salario. *Afflict. & Neuiz. cons. 44. nu. 13. Leoncel. cit. priu. 287 nu. 3 par. 2.*

14 Amplia secundo, vt procedat tam in actis ciuilibus, quam criminalibus. Et quod debeat dari gratis copia indiciorum dixit Foller. *in pract. crimin. vers. recipiantur defensiones reorum. num. 27. Batard. ad Clar. q. 49. n. 27. & 29. Leoncel. de priuil. paup. par. 2. priuil. 287. nu. 5.*

15 Amplia tertio, vt procedat etiam in Notario qui emit officium Notariatus à *Principe*, vt sunt ferè omnes Notarij Vrbis. *Frater Michael Sal. ad D. Thom. 2. 2. q 17. art. 1. in fine. conclus. vlt. quem ita refert & sequitur Scacc. de appell. q. 15. num. 51. in fine. Leoncel. cit. pril. 287. num. 2.* nam imputare sibi debet Notarius, qui officium emit, quod habet de iure onus istud adiunctum.

Hæc satis de pauperibus, quibus est miserendum, vltra alia quamplura; quæ in toto opere dicuntur. Vagabundos, contra quos omnia iura clamant, nos modo persequamur.

CAPVT XII.

Vagabundi qui nam dicantur, & quomodo dignoscantur à cæleris.

SVMMARIVM.

1 *Vagabundus est, qui nullibi certum domicilium habet.*
2 *Vagabundus est, qui nulla necessitate, aut vtilitate vagatur.*
3 *Vagabundus est, qui nullo impedimento tenetur quin laboret.*
4 *Piger sanus febriente est nequior.*
5 *Otium emollit vires, vt rubigo ferrum.*
6 *Otium hostis est omnium virtutum.*
7 *Otium peruersos facit homines.*
8 *Segnities est fuga operationis ex timore laboris.*
9 *Otiosus M. Lepidus, qui alijs se in campo exercentibus, decũbens in herba, vellem, inquit, hoc esset laborare.*
10 *Qui non inuenit laborandi occasionem, nõ est ejciendus tanquam vagabundus.*
11 *Roma communis Patria.*
12 *Romæ sunt necessarij multi sine actuali seruitio, qui possint inseruire quotidie ad Vrbem venientibus.*
13 *Vagabundi sunt qui propter delicta commissa vagantur.*
14 *In vagabundis habet locum præuentio.*
15 *Vagabundi remittendi sunt ad locum delicti, si petantur.*
16 *Vagabundi sunt, qui licet sint sani, vagantur fingentes se agros.*
17 *Vagabundi exemplum, qui relicta sibi hereditate* illam

Vagabundi quoq. sũt ex iis qui gratis veniunt relaxandi. Ad illos sermo noster conuertitur: quod supra polliciti sumus. Hanc materiam frequentissimè in Vrbe contingentem paulo latius solito, cum nemo nos insequatur, explanabimus. In primis autem videndum est, quinam dicendi sint vagabundi.

1 Nomen istud Vagabundus, nihil aliud designare videtur, quam hominem, qui nullibi certum domicilium, in quo moretur; neque propriam habitationem, quam incolat, habet, sed sine propria sede ac domicillo per orbem vagatur. *gl. in l. eius qui. §. Celsus. ver. puto ff. de mancip. glos. in l. dies cautioni. §. prætor ait. ver. habitationem. ff. de dam. inf. Ibidemque Bar. num. 24. & not. DD. in cap. fin. de for. comp. & in l. hæres. absens. ff. de Iud. Clar. in §. fin. q. 39. num. 8. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 13. nu. 1. tit. de forens. & vagab. Mascar. de prob. concl.* 1395. *num. 2. vol. 3. pag. 411. Clar. pract. crim. q. 39. vers. sed hic quæro. Menoch. de arb. cas. 531. num. 1. vers. nos proprie. Far. q. 7. num. 15. latè Ricciul. de person. quæ in stat. reprob. lib. 9. cap. 1. nu. 8. sequentibus.* Vltra prædictam designationem nonnulla rursus sunt addenda, quæ debent concurrere: Ex quibus etiam diuersa vagabundorum genera dignoscentur.

2 Addendum primo est, vagabundos esse homines nulla necessitate, commoditate, aut vtilitate vagantes; alias non esset, vt reuera est, nomen *Vagabundi*, infame, ociosos homines denotans, qui conantur illudere adagio; Ni purges, & molas, non comedes. Nam qui ratione artis exercendæ, negotiationis, aut alterius necessitatis, siue vtilitatis, è patriis finibus egrediuntur, non ob id vituperantur, neque proinde famoso vagationis nomine insigniuntur.

3 Addendum secundo, vagabundos eos esse, qui neque proprium habent peculium: aut opes, vt a seruilibus operibus procul sint; neque debilitate corporis, aut quouis alio impedimento legittime tenentur, quominus labores seruiles subire possint; quique aliquam artem callent, sed ob otium illam non exercent; aut etiam, qui sunt soliti inseruire, sed amplius nolunt, eo quod placeat ipsis otium, &

4 otiose vagari. Recte Ausonius Poeta Gallicus, dixit Sanum qui est piger febriente multo nequiorem

5 esse. Atque hoc est illud otium, quod emollit vires,

6 vt rubigo ferrum, vt Seneca loquitur: quodque

7 D. Hieronymus hostem omnium virtutum appellat. Peruersos nos fieri ab hoc otio testatur *D. Ioãnes Chrysost. in Ioan.* Verum etiam illud, quod *Ecclesiast.* 38. habetur: *Multam malitiam docuit otiositas.* Dicendi igitur sunt vagabundi, qui segnitiei

8 dediti sunt. Est enim segnities fuga operationis ex timore laboris. *D. Thom. 1. 2. q. 41. art. 4. in respons. ad 2. arg.* Huiusmodi erat, si desiderium, ac vo-

9 tum spectemus, M. Lepidus; de quo Cicero *lib. 2. de Orat.* qui cũ, cæteris in campo se exercentibus, in herba ipse recubuisset; vellem, hoc esset, inquit,

10 laborare: Inter hos censeri minime debent qui faciunt quantum possunt, vt exerceant artem, quam callent, & vt seruiant aliis; sed nullam occasionem idoneam inueniunt. Nam si isti etiam essent expellendi ab Vrbe, non haberent, quo se recipere

11 possent, & expellerentur a patria sua, quia quod non inueniunt in Vrbe, quæ est Patria Communis, *l. Roma. ff. de muncip.* multo minus inuenient alibi; adeoque latrocinari & grassari cogerentur, vt sæ-

12 pius vsu venit. Addo huiusmodi homines, qui non seruiunt aliis, vel non laborant, quia nemo eos conducit, excusari etiam in Euangelio. Immo ad seruitium publicum sunt necessarii in ciuitate, in quam assiduè confluunt exteri, quibus necesse est vti opera seruorum, qui peritiam habeant viarum Vrbis, sermonis, & vsus viuendi, quos nisi reperiant vacantes, non possent conducere.

13 Addendum est tertio dici posse vagabundum qui non solum ratione pigritiæ, & ociositatis, sed etiam delictorum commissorum per incertas vagatur ciuitates, & pagos; qui propterea vbique locorum conueniri potest; & puniri. *per Bar. & omnes. in l. 1. C. vbi de crim. ag. opor. Bal. in l. cum in longi. C. de præscript. long. temp. 10. vel. 20. an. Decian. trac.*

14 *crim. lib. 4. cap. 13. num. 5. tom. 1.* Habet propterea locum in his præuentio. Facit textus in. *l. cum quadam. ff. de Iurisd. omn. Iud. gloss. in cap. 1. de oblig. ad*

15 *ratic. ver. ratiocinia.* Hoc tamen quod diximus de præuentione, locum sibi vendicat, quando à Iudice loci delicti non petitur remissio; alias secus. Debet enim delinquens remitti, si petatur. *Decian. cit. cap. 13. nu. 7. & seq.*

16 Addendum quarto est illos multo magis dici vagabundos, qui non solum sedem firmam ac permanentem non habent; sed etiam, cum animi robore, & corporis sanitate polleant, se egenos, & vlceratos falso simulant, ostiatimque stipem & eleemosynam verè pauperibus & languidis subfurantur, mendicique validi vocantur, de quibus in. *l. unic. C. de mendicant. valid. lib. 11.* vbi potestas cuique fit homines huiusmodi, si serui sint, vsucapiendi; si verò sint liberi, perpetuo, inquit textus, colonatu subiiciantur. Idem fere *in auth. d. quæst.* Caue-

tur,

tur, videlicet, vt quæstori cura sit aduenas, qui in Vrbem produxerit; eorum causas, quo facilius expediantur, procurare; si manere velint, valentesque sint, ad laborem compellere; si serui possessoribus transmittere. Hos vagabundos mendicos validos vocant fures. *Iodoc. in prax. crim. cap. 110. num. 55. 56. & seq. & cap. 151. num. 10. & 11. Rol. in decret. Sabaud. tit. de mend. valid. gloss. vn. num. 5. Peguer. dec. crim. cap. 4. num. 6. Menoch. cas. 532. de arbitr. num. 6. lib. 2.* vbi dicit, quod volunt ex alieno viuere. *& cas. 531. num.* 12. quod possumus suspicari de ipsis, quod vt otiosi viuant, furta committant. *Faciunt etiam tradita à Cabal. resol. 178. nu. 5. 6. & per tot.*

17 Narrat *Iodoc. in sua prax. crim. cap. 151. num. 36.* de Iuuene qui relicta Patria magnam florentis ætatis partem in misera atque calamitosa mendicitate consumpsit; cumque pauper, & inops per quamplurimos terræ angulos peruagatus diù oberrasset, tandem in relicta patria opimam satis hæreditatem adeptus fuit. Accitus itaque ab ijs, quibus à defuncto testamenti executio demandata fuerat, atque in patriam reuersus, honestisque continuo, pro mutatæ fortunæ facultatibus, indutus vestibus, ad proborum virorum consortia perductus, in tanto fortunæ splendore triumphans dominũ cœpit agere locupletissimum, conuiuia instituere, alea ludere, strenue potare, scortari: omnique voluptatum genere se se contaminare non destitit, donec totum patrimonium abligurriendo absumpsisset. Rebus itaque suis ad hunc modum intra annum turpiter dilapidatis ad pãnosas suas vestes priores, & ad intermissam suam mendicitatem rediens, lætus cantillabat, nullaque non hilaritatis signa exhibebat, quod sibi tanta libertas, atque copia data esset redeundi ad pristinas solitæ suæ vitæ sordes, & miserias, à quibus diuitiarum pondere grauatus, fuerat abductus, & præpeditus. Cum autem hoc ipsius stolidum factum multi probi, atque honesti viri grauiter culparent, & reprehenderent, præser-

18 tim qui cum conocauerant, hilari admodum facie incunctanter respondit fæliciorem potius, atque beatiorem tunc se esse existimandum, qui vitæ genus longè securius, atque commodius (nempe curis, ærumnisque huius vitæ maxime vacuum) elegisset; cum quo non sit aliud vllum viuendi institutum conferendum: In quo, inquit, mendicitatis sectatores totum terrarum orbem læti, securi, atquè nullo suo sumptu perlustrant, quique contenti modo in hoc, modo in illud Xenodochium se conijciunt, vbi gratis delicate nutriuntur; vbi etiam ad omnem explendam libidinem omnis generis scorta reperiunt, adeo vt nihil eis desit, quod ad voluptatem (in qua summum huius vitæ bonum constituunt) pertinere videatur. Qui quidem iuuenis postquam tali encomio vitæ suæ genus, eiusque sectatores extulisset atque beasset, ad eamdem mendicitatem redijt, non secus ac canis ad vomitum, aut sus ad volutabrum. Dignus sane, qui grauissima pœna punitus fuisset.

19 Huius generis vagabundos, quis nescit, grauiter peccare, quando paupertas, & mala valetudo est causa finalis, cur erogentur eleemosynæ. *Nauarr. in manual. cap. 17. num. 107. Medin. de restit. q. 23. Azor. lib. 4. cap. 21. par. 5.* Secus, si sit motiua, & impulsiua tantum. *Diana. de eleemos. tract. 8. resol. 21. Sol. cit. tit. de mendic. num. 5.* Sed an restitutio huiusmodi facienda sit danti vel pauperibus? *Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 18. dub. vlt. nu. 132.* esse faciendam danti tenet: Alij pauperibus faciendam esse docent. *Nauarr. Caetan. Molin. de Iust. & Iur. tom. 1. tract. 2. disp. 210. lit. B. Diana de eleemos. tract. 8. resol. 22. part. 5.*

21 Alias species vagabundorum recenset Iodoc. *in sua prax. crim. cap. 161. num. 27. & seq.* quas apud

22 eum videre quilibet poterit. Quando autem semel quem esse vagabundum probatum fuerit, semper talis præsumitur; ideoque ipsi contrarium asserenti incumbit onus probandi. *Rimin. senior. cons. 446. num. 55 vol. 3.*

Dubitatum fuit, an contra hos Ribaldos habeat locum pœna *l. 1. C. de mend. valid. lib. 11.* de qua meminit etiam Hostien. *In summ. tit. de natis ex libero ventre. Abb. in cap. indicatum. de immunit. Eccles.* Latè explicat hunc articulum ad partes *Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius. in verf. vxorem nomine Adel. num. 462. pag. mihi.* 130. Quæstionem definit, vt videlicet præfata pœna nõ intret, vbi agitur de mendicantibus; qui ostiatim mendicant, domos singulorum discurrendo, & sic non publicas, sed priuatas fraudant eleemosynas. Nam lex citata, vt pœnalis restringi debet. *l. interpretatione. ff. de pœnis.* satisque est, si ij expellantur; secus vero in fraudantibus publicas eleemosynas; Quippe publica eleemosyna singularia quædam habet priuilegia, quæ non habet priuata. *l. priuilegia. vbi Bart. C. de Sacrosanct. Eccles.* Quæ distinctio placet, sed non consuetudo, quam nititur idem Guglielmus defendere sui Regni, vbi præfati mendicantes validi nequaquam expelluntur: quam existimat fundatam super auctoritatem D. Gregorij dicentis, quod omnes admittendi sunt, ne boni repellantur: cum plures interdum appareant sani, qui sunt intrinsecus debiles, nec laborem sustinere possunt. Præfatorum enim rationabilis expulsio satis comprobatur ex lege Moysis in Deuteronomio his verbis: *Et omnino indigens, & mendicus non erit inter vos,* intelligens de his mendicis validis; qui ita in prouerbijs increpantur; *Vsquequo Piger dormis?* & alibi: *Valde ad formicam ò Piger, & considera vias eius.* Huiusmodi enim validi mendicantes ita odio prosequuntur laborem, vt instar Aristogitonis, qui, ne in albo Militiæ Phocionis Atheniensis, si credimus Plutarcho, adscriberetur, se finxit claudum, claudicare & cæcutire volũt, potius quam victum labore sibi comparare. Quorum versutiæ habentur apud Gulielmũ *ibidem post gloss. in ver. plenitudine. l. prima. C. de mend. valid.* adducentem modum, quem tenent fricandi tibias quadam herba, vt appareant vlceratæ.

Cum iam constet ex prædictis qui nam dicantur Vagabundi, videndum est quomodo dignoscantur: apparent enim plærumque personati. Si igitur quæratur, quomodo possint dignosci veri Vagabundi ab ijs, qui ex defectu occasionis laborandi, vel seruiendi alijs nihil agunt, Vrbemque perambulant;

23 respondeo onus huiusmodi iniungi vigore Statuti Vrbis *cap. 87. lib. 2.* Senatori, Conseruatoribus, & Pacerijs, quibus designatur etiam mo-

24 dus illos dignoscendi. Hodie tamen hoc munus frequentius exercetur ab ipso Vrbis Gubernatore,

& pro

& pro eius arbitrio, ac prudentia. Qui si non potest per se ipsum prædicta inuestigare, vtatur ministerio Baroncelli, qui, obseruatis moribus & actionibus personarum suspectarum, referat quidquid in hoc genere culpabile repererit. De facto autem 25 ita obseruatur. Ad dignoscendos vagabundos Birruarij accedunt tempore æstatis, præsertim noctu, ad Plateam Agonis, vulgò, *Piazza Nauona*, vbi consueuerunt similes Vagabundi sub dio dormire: & contrectatis singulorum manibus, quos repeririunt callosas manus habere, dimittunt; alios capiunt tanquam ociosos, & vagabundos, & ad carceres ducunt. Etenim nostris etiam temporibus in pretio est habere manus opere obduratas, vt erat 26 tempore antiquorum Romanorum. Cato Censorius oblatas Reorum manus primo loco inspiciebat, & cum illis, qui callosas habebant manus, mitius agebat, quando aliquo delicto obstricti 27 detegebantur. Immò tantum displicuit, quod dixit Scipio Nasica cuidam, quem, apprehensa more candidatorum manu opere rustico durata, ioci causa interrogauit, an manibus ambularet, vt tale dictum à circumstantibus exceptum ad populum manauerit, causamque repulsæ Scipioni attulerit. *Valer. Max. lib. 7. cap. 5.* Omnes namque rusticæ tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes iram suam aduersus contumeliosam eius vrbanitatem distrinxerunt. Refert etiam 28 Eusebius Pamphilus *lib. 3. histor. Ecclesiast. cap. 15.* ex Hegesippo, nonnullos ex genere Seruatoris ortos, tanquam ex Dauidica stirpe genus suum deriuantes à quodam Locato tanquam otio deditos, & criminosos delatos fuisse Domitiano, qui illos interrogauit de vita, & facultatibus; cui responderunt vitam in terris proprio labore, & industria colendis sustentare. suas deinde manus, quæ pro ipsis laborum suorum testimonium dicerent, ostendere cœperunt; corporis itidem duritiam, & callum ab opere assiduo, & diligentia contractum, qui in ipsorum manibus tāquam vestigia laborum susceptorum impresserat, demonstrarunt. Itaque illorum callosæ manus atque exercitiò interfectæ de ipsorum innocentia rarum testimonium reddiderunt, & pro liberatione eorumdem postularunt, atque exauditæ fuerunt.

CAPVT XIII.

Vagabundi quam perniciosi, qualiter peccent, & quibus pœnis puniantur.

SVMMARIVM.

1. *Otiositas multam malitiam docuit.*
2. *Vagus ad militiam non admittebatur, nec scholaris vagus fiebat magister.*
3. *Otiositas mortalium pestilentia secundùm Platonē.*
4. *Otiosum nunquam diabolus inueniat.*
5. *Otium ruina Sodomæ secundum Ezechielem.*
6. *Otium operatur, vt agri vacent laboratoribus, & inducit artificum inopiam, quo nihil Reipublicæ damnosius.*
7. *Vagari prohibentur homines à lege diuina.*
8. *Homo natus ad laborem, sicut auis ad volandum.*
9. *Vagari non debent homines secundum rationem naturalem.*
10. *Deus, & natura nihil faciunt frustra.*
11. *Otiosi perinde sunt, ac si non essent.*
12. *Otiosos mare mortuum Demetrius appellauit.*
13. *Superioribus dantur vectigalia ob laborem in regendo.*
14. *Vagabundis nulla certa pœna à iure imponitur.*
15. *Otiosam vitam prohibuit in Rep. Plato.*
16. *Otium Aristoteles in sua Rep. prohibuit.*
17. *Otium vt tollerent Lacedæmonij, se armis exercebant.*
18. *Otium vt tolleret Numa ingentem sacrificiorum multitudinem instituit.*
19. *Vagabundi eijciendi de iure Cod.*
20. *Vagabundi non sunt testes idonei.*
21. *Vagabundi in Hispania velut hostes habentur.*
22. *Vagabundi diuersis pœnis à diuersis nationibus, quæ enumerantur, puniuntur.*
23. *Otiosis nihil damnosius publico.*
24. *Vagabundi vbi inueniuntur, iudicantur.*
25. *Vagabundorum Parochus dicitur ille, vbi contingit illos morari, Paschatis, matrimonij, & mortis tempore.*
26. *Vagabundum pater potest eijcere, & non alere.*
27. *Vagabundi ex bannimentis Vrbis quomodo puniantur.*
28. *Vagabundæ mulieres etiam exprimuntur in bannimentis Vrbis.*
29. *Vagabundos Visita consueuit aliquando relaxare cum præcepto de non vagando.*
30. *Vagabundos præsertim non subditos Visita exilio mulctauit.*
31. *Vagabundis Visita iniungit, vt se applicent alicui exercitio sub pæna exilij.*

1 OTiositas, vt est apud Salomonem, *multam malitiam docuit.* Hanc vtinam vitarent homines, vt ille Drusus, quem refert Seneca *de breuit. vit. cap. 5.* vni sibi nec puero quidem vnquam ferias contigisse. Sed ex his paucos habemus; ociosos innumeros, qui nihil agendo discunt male facere. Nam cum desiderijs semper sint prægnantes, quid demum aliud quam malitiam pariunt, & iniquitatem? Primum omnium consuetudini aliena petendi annexa confestim est adulatio, mox verecundia deponitur, qua tanquam fræno homines à vitiorum præcipitio retinentur; deinde caro ad libidinem emollescit; vt scriptum reliquit Ouidius.

„ *Cernis, vt ignauum corrumpant otia corpus?*
Et alibi.
„ *Otia si tollas, periere cupidinis arcus.*

Adhæc mendicitas simulati Paupetis furandi 2 magistra est. Hinc est, quod vagus ad militiam non fuerit admissus. *l. 1. C. de tyronibus. lib. 12.* neque Scholaris vagus fiebat magister. *glossibi in ver. nullus:* nam cum huic generi perditorum hominum nulla cum hominibus melioris frugis, quorum bonis moribus imbuantur, necessitudo intercedat, aut commercium, fit, vt facilè etiam Christianæ Religionis obliuiscantur, atque adeo, quibus ipsi coloribus simul infecti sunt, inquinare alios, & 3 contaminare pergant. Hanc ob causam Plato *lib. 8. de*

de Rep. ociositatem mortalium pestilentiam esse asseuerare non dubitauit. Inter nostros Sanctos Theologos Hieronymus *ad Rust.* (quod *dist.* 5. 4 *cap. nunquam. de consec.* refertur) *Hoc nos clypeo aduersus arma diaboli protectos commonefecit, si nunquam nos otiosos aduersarius ille inueniat.* Et 5 propheta Ezechiel post longam Hierosolymorum increpationem, vt tandem malorum omnium semina patefaceret: *Ecce*, inquit, *hac fuit iniquitas Sodomæ, Sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiorum eius, & manum egeno, & pauperi non porrigebat.*

6 Notum est & aliud detrimentum præter ea, quæ superius commemorauimus, nec sane leue, grauari Resp. à Vagabundis, dum propter otiosorum hominum turbã, terræ inutile põdus, & fruges consumere natam, agri vacant cultoribus, & artificum inopia Respublica laborat: quo nihil sanè in Ciuitatibus damnosius. Quam congruè his vagabundis adaptari possunt illa *Isaiæ* 23. verba: *Erubesce Sidon*, ait mare: *Fatigati elementi sunt*, verba ista dicentis, *Erubesce Sidon*, hoc est, *erubesce ò homo natus ad laborem, otio deditus considerans fluctus meos continuo motu agitatos, & quod vnda mea versatur sub remige, quando quiescit à flumine*, vt dicit Ambrosius *de Elia, & ieiunio. cap.* 19.

7 Quod vero non debeant homines impunè circumuagari, desumitur primum argumentum à lege Diuina. Cum enim homo ex Paradiso terrestri culpa sua eiectus fuerit, & à Deo his verbis admonitus: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, vtiq; si otiosè viuat, & vagetur diuinæ ordinationi resistit. Rursus Paulus *Ep. 2. ad Thessalon.* quosdã acerbè redarguit, quod cum ab omni se eximerent opere & labore, eleemosynas à populo nihilominus reciperent; concluditque quod, *qui non laborat, ne-* 8 *que manducet.* Sicut enim auis ad volandum, ita homo ab origine mundi natus est ad laborem. *Peguer. in suis dec. cap.* 3. *n.* 1. *Caball. res. crim.* 178 *n.* 1.

9 Alterum argumentum innititur rationi naturali, ex cuius præscripto non debẽt homines otiosè vagari. Qui in bonis non habent, vnde viuant, neque habent vllum ius aliena petendi, nisi arte sua, aut alio labore, aut negotio alijs vicissim seruiant: Vtraq. enim ratione Deus humanis rebus prospexit in statu naturæ lapsæ, dũ & diuites esse, & pauperes sapienter disposuit. Sanè voluit, vt diuites essent velut anima, quæ corpus regit; pauperes verò, vt corpus, quod animæ seruit. Deus enim, 10 & natura, vt author est Aristoteles *de histor. animal. lib.* 10. & alibi sæpè nihil frustrà fecit. Quare q. otiosum degunt vitam, præter legem naturæ viuũt. 11 Vnde etiam Cicer. 2. *de nat. Deor.* asseruit Otiosos 12 homines perinde esse, ac si non essent. Demetrius Philosophus otiosos homines Mare mortuum ap- 13 pellauit. Quinimmò neque Magistratus, qui à subditis vectigalia exigunt alio iure possent accipere, nisi ob industriam, solertiam, ac si opus est, sudores, quos in subditis gubernandis obire tenentur. Ius habẽt ad tributa, quæ sibi à subditis persoluuntur, vt tot tantaque negotia sustineant, Remp. armis tueantur, moribus ornent, ac legibus emendent.

14 Porro vix dici potest quam perniciosi sint Reipublicæ vagabundi; contra quos licet verum sit nullam extare pœnam à iure statutam. *Menoch. de arb. cas* 531. *num.* 12. cum non omne illicitum sit punibile. *l. Prætor ait. § Diuus tamen. ff de sepul. viol. Bal cons.* 15. *num.* 2 *lib.* 1. *vers. quod non omne. Menoch. de arb. cas.* 276 *num.* 1. vbi dicit, quod pœnis locus non est, nisi in casibus à iure expressis. *Surd. cons* 386. *num.* 29. *lib.* 3. *Far. q.* 18. *nu.* 6. *Grat. discep.* 833. *nu.* 2. Damna tamen ab ipsis vagabundis illata Reip. (quorum paulò ante meminimus) expendentes quotquot Rempub. aut scriptis præceptionibus instituerunt, aut rebus rectè administratis gubernarunt, otiosos homines de medio 15 Reip. sublatos esse voluerunt. Plato cauit, vt nemo esset in Rep. qui ociosam viueret vitam. Ari- 16 stoteles 7 *Polit.* Remp. in otiũ partitur & negotiũ. Homines ingenio præstantes (quos liberos vocat) in otio esse præcipit, hoc est, à Mechanicis artibus, alijsq. id genus corporeis laboribus exẽptos, vt soli ad clauum Reipub. sedeant, vel rei militari præficiantur, vel in litterarum studia incumbant, vel denique diuino cultui mancipentur. Ijs verò qui corporis potius robore, quam ingenio valent, videlicet seruili vulgo, nullum, inquit, otium dandum est, sed in opere semper, & negotio teneãtur opor- 17 tet. Hac de causa Lacedæmonij bellis assueti, vt idem Philosophus memorat, plus forte iusto armis, & rebus bellicis iuuentutem exercebant. Nu- 18 ma Pompilius secundus Romanorum Rex, vir suopte ingenio religiosus, ac paci deditus, non solum, vt Liuius refert, propter Deorum cultum tantam sacrificiorum, & cæremoniarum multitudinem instituit, sed ad hoc præterea, ne qui armis fuerant assueti, luxuriarentur otio animi.

19 Vt descendamus ad leges proprias contra vagabundos; in omnibus ferè locis, constitutæ sunt, quibus non solum tempore famis, pestis, & belli; verum alijs etiam temporibus eijciuntur. De iure Cod. *l. vnic. C. de mendic. Valid. lib.* 11. *& in Auth. de quæst. col.* 6. statuitur pœna, vt dixi superius. 20 Pro pœna quoque assignari potest, vagabundos nõ esse idoneos testes, neque in ciuilibus, neque in cri- 21 minalibus. *Decian. cons* 83. *ver. delictum, de quo imputatur. nu.* 14. *vol.* 3. *qui allegat Bald. in l. mulier. C. de iur. dot. Hipol. Marsil. cons.* 28. *col.* 1. In Hispania inter leges quas Partitarum vocãt *par.* 2. *tit.* 20. Edictum legitur De mend. validis, quod huiusmodi Sobetani (verbum legis est) & vagabundi à Rep. veluti hostes profligentur. Id quoque lege alia inter eas, quas *Ordinamenta*, appellant, tametsi pluribus verbis sancitum est: Lex pri- 22 ma est. *Tit.* 14. *lib.* 8. Beruiscæ anno 387. promulgata. Ab alijs vero nationibus etiam ergastulis, publicisque operibus addicuntur, & quandoque pœna catenæ, infamis fustigationis, & remigum coercentur. Vt in Belgio. *Iodoc in pract. crim. cap.* 151. *num.* 49. *& seq.* & quod contra hos lata esset à Carolo V pœna furcarum habetur *cit. cap. num.* 9. *& seq.* In Sabaudia. *Sol in decret. antiq. Tit de mendicant valid. Glos. vnica.* In Catalonia. *Peguer. in suis dec. cap.* 3. *num.* 12. In Etruria, & alibi. *Caball. d. resol. crim.* 178. *num.* 3. Romæ. *Ricciul. d. q. de vagab cap.* 2. *& seq.* Hoc enim genus hominum, pœnis corporalibus & carcere est castigandum, vel à Ciuitatibus expellendum. *Simanch. de Rep. lib.* 8. *cap.* 28. *num.* 17. *Sol. cit. gloss. vnica. de mend. Valid.*

23 *Valid.num.*8. Nihil enim magis nocet rebus publicis, tantumq. damni affert prouincijs, quam, vt in eis otiosi nutriantur; cauendumq. à Gubernatoribus Ciuitatum, nec fucis huiusmodi faueant, qui nihil aliud quærunt, quam, vt impunè sibi liceat ex rapinis alienorum bonorum, nihil agẽdo viuere.

24 Præterea vagabundi sunt adeo exosi, vt de iure communi, ne ipsorum delicta remaneant impunita, post contractum æs alienum, vel patratum crimen, etiam extra illius locum, tam ciuiliter, quam criminaliter conueniri possint, vt dixi supra; in ijsq. habet locum vulgare axioma: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. *gloss. & scribb. in l.*1. *vbi de crim. agi oport. vers. reperiuntur. Clar. §. fin. d.q.*39. *num.*7. *vbi Baiard. num.*10. Far. post multos prællegatos. *d.q.*7. *num.*13. *& seq. Ricciul. d.lib.*9. *cap.*3.

25 Hinc fit etiam, vt respectu Sacramenti Pœnitentiæ matrimonij, & sepulturæ, illorum proprius Parochus dicatur ille, vbi contingit ipsos morari tempore Paschatis, matrimonij, & mortis. *Sanchez. de matr. lib*3 *disput.*25. *nu.*5.6.7. Vbi ait quod possint confiteri cuilibet Parocho. *Et num.*11. quod quilibet Parochus potest interesse matrimonio vagabundi, sed præmissa diligenti inuestigatione, & obtenta licentia ab Episcopo vigore Concilij Tridentini *cap. de matrim. sess.*24.

26 Quid plura? ipsemet pater extra naturali dilectione, & obligatione filium sanum, & robustum si non laboret à se eijcere potest. *Bar. in l. vnic. C. de mend. valid. num.*7. illique alimenta denegare. *l. si quis à liberis. §. si vel parent. ff. de liber. agnosc. Sol. ad cõsuet. Sabaud. de mẽd. valid. glos. vnic. n.*3.

Hinc est, quod ad Vrbem rectè gubernandam emanarint frequenter bannimenta Gubernatorum disponentia, quomodo, & qua ratione Vrbs sit ab hac peste hominum liberanda in quibus inter cæ-
27 tera habetur. *Che tutti quelli, che si trouano in Roma senza essercitio, e senza padrone, i quali non possono viuer da loro, e tutti li vagabondi otiosi di qualsiuoglia sorte debbiano accomodarsi al seruitio, ò altri essercitij, ouero sfrattare, & effettualmente partire da Roma &c.* Quæ verba non sunt intelligenda simpliciter, & secundum corticem. Esset enim nimis rigorosum bannimentum. Ideoque videtur intelligendum secundum rationem, quæ est anima legis, prout hactenus intellectum fuit, idest, de vagabundis otiosis; prout etiam indicant illa verba. Ibi: *E li vagabondi otiosi*. Estq. etiam de iore per ea quæ tradit *Peguer. dec.*3. *num.*1. *cum pluribus seqq.* & nos etiam supra proximè demonstrauimus.

28 Præterea cum his temporibus frequens esset cõcursus vagabundorum ad vrbem, emanarunt bannimenta prohibentia etiam mulieres vagabundas in Vrbe habitare. 15. Iulij 1642. vltra ea, quæ habentur in bannimentis Generalibus Gubernatorum Vrbis.

29 Ad tollenda mala, quæ Reip. inferuntur à Vagabũdis Visita quoque partes suas interponit, quotiescumque casus euenit, relaxando eos gratis, vel iniuncto præcepto, vt infra. *Claudius Christophori. Iniuncto præcepto, prout fuit iniunctum, vt se abstineat imposterum ab euagatione per Vrbem sub*
30 *pœna arbitrio Iudicis; relaxetur gratis.* vel illos banniendo præsertim, quando non sunt de Statu Ecclesiastico. 1566. 25. Maij Sab. *Ioannes de Anezzano. Banniatur ab Vrbe, & eius districtu sub pœna triremium tanquam vagabundus, & relaxetur gratis, vel iniungendo eis, vt se applicet alicui*
31 *exercitio.* * 1545. 19. Febr. Sabel. *Ioãnes Thomas. Nisi infra octo dies posuerit se ad seruitia alicuius Nobilis banniatur ab Vrbe, relaxetur gratis.* * 164. 3. Octob. Nonæ. *Angelus. Nisi infra quindecim dies se applicuerit alicui exercitio, & fidem reportauerit, seruet exilium ab Vrbe, & districtu, prout fuit iniunctum in plena Visita; relaxetur gratis.* * 1636. 18. Decemb. Nonæ. *Andreas. Iniuncto præcepto de se applicando alicui exercitio, & reportãdo fidem infra decem, sub pœna exilij ab Vrbe, & districtu; relaxetur gratis.* Dimittamus iam vagabundos, qui nolunt vllibi consistere, & veniamus ad eos, qui non possunt consistere vbi volunt; hoc est exules, & ad eos, qui stare certo loco coguntur, nempè relegatos; & ad alios, de quibus sequenti Capitulo.

CAPVT XIIII.

Gratis relaxandi pœnis corporalibus affecti, ac etiam ex alijs causis, vbi incidenter, quando quis ad interesse partis possit condemnari.

SVMMARIVM.

1 *Exiliati grauantur pœna primo peccato actuali imposita Caim.*
2 *Exiliati tanquam putrida membra resecandi.*
3 *Exiliatus pauper gratis est relaxandus.*
4 *Exiliatus pauper nec expensas victus, seu Infirmariæ soluit.*
5 *Exiliato pauperi non est signandum mandatum in forma pauperum, sed gratis.*
6 *Exiliati pauperes in Visita gratis fuerunt relaxati.*
7 *Exiliato conceditur terminus ad colligendas sarcinulas.*
8 *Exiliatus à propria Patria, si sit pauper, gratis relaxandus.*
9 *Lex generalis, & indefinita generaliter est intelligenda.*
10 *Exul dicitur propriè, qui extra propriam patriam confinatur.*
11 *Causa finalis in concursu causarum dispositionem regulat.*
12 *Exiliati pauperes, siue in pœnam, siue ad expurgandam ciuitatem, siue ad euitanda scandala, gratis sunt relaxandi.*
13 *Exiliati antiquitus ad expurgandam Ciuitatem non relaxabantur gratis.*
14 *Exiliatus gratis relaxandus, si dubitetur, an sit pauper, & datur mandatum pro expensis Notario, & Custodi.*
15 *Exiliatus, donec cauerit, etiamsi sit pauper non est relaxandus gratis.*

16 *Exiliatus data cautione de seruando exilium, non relaxatur gratis, etiam si sit pauper.*
17 *Exiliatus associandus extra Vrbem gratis est relaxandus.*
18 *Exiliati associandi consignantur executoribus.*
19 *Exiliatus sub conditione ab eius voluntate dependente, non est relaxandus gratis.*
20 *Exiliatus habēs patrem diuitem non est relaxandus gratis.*
21 *Exiliatus captus pro contrauentione exilij, vt denuo relaxatur renouato exilio non est dimittendus gratis.*
22 *Exiliatus pro contrauentione exilij, non est ponendus in secretis carceribus.*
23 *Exiliatus, si relaxetur cum remissione exilij, tenetur ad expensas.*
24 *Exiliato relaxato gratis non esset facienda remissio, nisi solutis expensis carcerum.*
25 *Exiliati, & relegati aquiparantur quoad relaxationem gratis.*
26 *Exilium, & relegatio ad tempus incipiunt currere à die decreti, nisi per ipsos stet.*
27 *Exilium dicitur casus fortuitus.*
28 *Exiliatus cum condemnatione ad interesse est relaxandus instante Fisco, etiam non satisfacto interesse.*
29 *Ad interesse ciuilis actio datur in factum, quotiescumque criminalis datur ad pœnam.*
30 *Iudex Criminalis incidenter de ciuili interesse potest exercere ciuilem iurisdictionem.*
31 *Iudex Criminalis incidenter de ciuili interesse cognoscit.*
32 *Ad interesse potest condemnare Iudex Criminalis, si Reus sit confessus, vel conuictus.*
33 *Ad interesse potest condemnare Iudex criminalis reum confessum, vel conuictū, si petatur a parte.*
34 *Ad interesse potest Iudex criminalis condemnare confessum vel conuictum, si petatur ante sententiam.*
35 *Iudex criminalis potest non condemnando, neque absoluendo reum pronunciare super ciuili interesse, si reus sit in periculo maioris pœna.*
36 *Iudex criminalis non potest cōdemnare reum, qui est in statu absolutionis, vel absolutus ad interesse partis.*
37 *Iudex criminalis potest ferre sententiam super crimine non condemnato, neque absoluto Reo.*
38 *Iudex criminalis potest ferre sententiam super crimine etiam Reo absoluto.*
39 *Iudex criminalis non potest pronunciare super nullitate instrumenti ex defectu solemnitatum non adhibitarum.*
40 *Gratis sunt relaxandi pœnis corporalibus affecti.*
41 *Gratis sunt relaxandi, qui Iudicis arbitrio ex aliqua causa non videntur grauandi expensis.*

1 POst Vagabundos succedunt exiliati, quam pœnam ipsemet Deus imposuit Caim, qui propter fratricidium eiectus è domo propria, effectus est profugus super vniuersam terram. Hac pœna puniri solent homines Ciuitatibus perniciosi, &
2 tanquam membra putrida resecari, ne velut morbidæ pecudes alios corrumpant. Etenim, si vt dixit Lucretius.

,, *Vuaq. conspecta liuorem ducit ab vua.*

Quanto magis timendum est, ne isti deprauatis moribus conciues suus inficiant. De exiliatis ab Vrbe, & districtu, seu à toto Statu Ecclesiast co. siue etiam relegari in aliquo loco, quia in Sacra Visita agitur, dubitari quandoque contingit, qui nam gratis dimittendi sint à carceribus; ideo his super verba faciemus, cum alia ad materiam exilij spectantia latè deduxerimus supra. *Tit. de pœna exilij, lib. 1. §. 12. cap 12.*

3 Conclusio igitur sit, carceratum pauperem ha-
4 bentem decretum cum exilio, gratis esse relaxandus. Hæc relaxatio gratis facienda magis latè patet, quam relaxationes aliorum pauperum carceratorum, quæ gratis fiunt. Alij enim soluunt expensas victus in secretis carceribus, & in valetudinario præstitas; necnon Salæ, & Cameræ vt dicitur *del Mezzo*; Exiliati verò nequaquam, sed ipsorum expensæ cedunt damno Capitaneorum, nisi sibi consuluerint in Instrumento conductionis (prout quandoque fit) de eisdem exiliatorum, & aliorum punitorum expensis in affictibus excomputandis.

Probatur conclusio ex dispositione Cōstitutionis LXXI. Pauli V. *Tit. de carcer. & carcerat. §. 23. num. 19.* vbi habetur. *Et si cum exilio relaxentur, conseruentur insolita exemptione non soluendi Custodibus Carcerum expensas victus habitas in carceribus, sed iuxta formam mādatorum statim, ac liberè dimittantur.* Quæ verba sunt intelligenda de pauperibus carceratis cum exilio dimissis; de quibus supra proximè egerat, illis verbis: *Pauperes carcerati quando sunt in casu liberationis &c.* Et clariùs in eadem Const. *Tit. ordini & tasse da osseruarsi da Capitani &c.* ibi: *li poueri relassati con l'esilio non paghino cos'alcuna manco di spese secondo il solito.* Quæ verba dictæ constitutionis sunt desūpta ex Visitæ Decreto antea facto. 1594. 28. Apr. Sabell. *Domini mandarunt manuteneri pauperes carceratos, qui pro tempore relaxantur cū exilio in eorum exemptione non soluendi expensas victus ab eis habiti in carceribus, sed ab eis statim liberi iuxta formam mandatorum de excarcerando salue iure &c. relaxentur.*

5 Sciant propterea Iudices, quod nullatenus satisfit Constitutioni, & Decreto suprascriptis, si signetur mandatum *In forma pauperum*. Licet enim pro alijs pauperibus non exiliatis mandata frequenter signentur, *In forma pauperum*, hoc tamen ideo contingit, quia soluunt expensas pro ipsis loca Pia Caritatis, & Pietatis (*vt diximus*) quas pro exiliatis non soluunt. Qua de causa illis inutile esset tale mandatum, *In forma pauperum*, signatum, quod importat, vt medietas expensarum, seu mercedis soluatur Notario, & Executori, & omnes expensæ pro victu habito, vel in secretis carceribus, vel in Infirmaria, vt etiam alibi supra diximus, ijdem & pauperes habentes decretum relaxationis cum exilio & mandatum *In forma pauperum* signatum cogerentur marcescere in carceribus, in maximum ipsorum, & inutilis familiæ, qua plerū-
6 que grauati reperiuntur, præiudicium. Hinc est, quod semper tam extra Visitam, quam in Visita exiliati pauperes fuerint gratis expediti, quando casus euenit absque aliqua expensarum solutione, vt in decretis, quæ speciminis gratia subijcimus, & ex multis alijs ad alium effectum allegatis in hoc opere

opere. 1552. 12.Iun. Sabell. *Paulus Corsus*. *Facta tregua, relaxetur gratis, attento banno.* 1554. 28.Iun. Nonæ. *Benedicta de Ciuitate Vetula. Banniatur ab Vrbe, & Ciuitate Vetula perpetuò sub pœna ignis, & relaxetur gratis, quia bannita cum termino octo dierum ad discedendum.*

7 Fuit etiam frequenter à suo Iudice, vel in Visita concessus terminus ad colligendas sarcinulas, qui etiam competit illis de iure ex textu *l.2. C. de exhib.reis.Franc.dec.407.num.1. & seq.* Estque huiusmodi terminus vnius mensis aliquando plus, vel minus arbitrio Iudicis. *Ad not. per DD. & præcipuè. Guaz.des.12.cap.vnic. post num.58. circa fin. vers. Sed in proposito.* Vbi latè; & nos etiam diximus supra. *lib.1.§.12. cap.3.* Qui terminus est seruandus etiam casu, quo exiliatus egrediatur è finibus, & redeat durante termino dato. *Vermig.cōsil.64.* De dicto termino in Visita dato habemus Decretum, præter plura alia similia. 1610. 4.Febr. Sabell. *N. Detur ei terminus sex dierum ad colligendas sarcinulas, & interim non exeat de domo.*

8 Amplia primo conclusionem, vt procedat etiam in exiliatis solum à Patria.

Retroactis temporibus sæpè contingebat dubitari; An dispositio relaxandi exiliatos, *Gratis vbique*, habeat locum etiam in bannimentis, & exiliatis non ab Vrbe, sed à propria patria, vel à loco delicti. Fuit igitur occasione Dominici Vincentij de Nursia, Nonæ carcerati, & relaxati cum exilio à Præfectura Nursiæ in Visita 14.Mart. 1641. hoc negotium remissum Congregationi super obseruatione reformationis, quæ fuit habita mense Augusti sequentis, & ab ea resolutum, non teneri ad expen-

9 sas huiusmodi exiliatum: idque propter complures rationes: Tum quia Constit. LXXI. Paul. V. indifferenter, & indefinitè loquitur, ideoque generaliter intelligi debet de omnibus exiliatis. *l. de pretio. de public.in rem act.Surd.decis.77. num.4. cum vulg.*

10 tum quia exul propriè dicitur, qui extra propriam patriam confinatur. *Menoch.de arbitr.cas.330. numer.4. & seq.* & qui à propria exulat, etiam ab Vrbe communi patria exiliatus dicitur *l.relegatorũ. §. si cui planè. ff.de interdict. & relegat. Guaz.def. 33.cap.27. num.20. Far. in frag. ver.bannitus, numer.73 vers.quod bannitus,* vbi dicit, quod bannitus à loco delicti censetur bannitus à sua patria, & ab Vrbe Roma communi patria; aliosque allegat:

11 Tum quia causa finalis istius excarcerationis est paupertas, exilium verò impulsiua, & accidentalis; certi autem iuris est, quod in concursu causarũ finalis est quæ dispositionem regulat, & per consequens præualet. *Crau.consil.192.num.21.vers.quinto illa dicitur*

12 Amplia secundo vt procedat, siue exilium sit in pœnam, siue ad expurgandam Ciuitatem à prauis

13 hominibus, siue ad euitanda scandala, quæ contingere possunt, etiam absque culpa exiliati; vti euenit alias in sutore, contra quem in propria officina exploso ter diuersis temporibus sclopo inani ictu, quem cum illæsus euasisset, annis præteritis Gubernator Vrbis exulare mandauit. Alias enim loca pia Caritatis, & Pietatis persoluebant expensas exiliatorum ad expurgandam Ciuitatem.

Quare ad dignoscendum, à quo expensæ essent persoluendæ exprimebatur in decreto, an exilium esset ad expurgandum, vel in pœnam. In his enim in quibus erat in pœnam, apponebatur verbum, *Gratis, quia in pœnam.* Et cedebat damno Capitaneorum carcerum. 1624.24.Octob. Nonæ. *Franciscus. Relaxetur iuxta formam mandati etiam quoad expensas Carcerum gratis, quia exilium in pœnam.* Nihilominus à quampluribus iam annis hæc distinctio recessit à carceribus, & à curijs; adeoque sufficit, quocumque modo quis relaxetur cum exilio, ad effectum, vt locum habeat nostra conclusio. Inoleuit enim stylus; vt absque vlla differentia relaxentur gratis exiliati pauperes, etiã quoad expensas carcerum, siue in pœnam, siue ad expurgandam Ciuitatem, exilium iniungatur, quodque id cedat damno ipsorum Capitaneorum carcerum, nisi sibi consuluerint particulari conuentione cum Dominis ipsorum carcerum, vt diximus.

Nec immeritò stylus ille eadem, qua paulò ante introductus fuerat, facilitate recessit ab aula. Tum quia Constitutio LXXI. Pauli V. simpliciter loquitur citatis verbis: *Et si cum exilio relaxentur, conseruentur in solita exemptione non soluendi custodibus expensas.* Vbi autem lex non distinguit; nec nos distinguere debemus: Tum quia experientia (quæ est rerum magistra) docuit difficillimè distingui posse in multis casibus, an exilium sit in pœnam; vel ad expurgandam Ciuitatem. Et ferè semper, cum interrogabantur Iudices, qui illud, in sententijs, seu decretis iniunxerant, hæsitabant, timentes grauari conscientiam suam, si non rectè respondissent. Si enim fuisset in pœnam, damno Capitaneorum cedebant; sin ad expurgandam, expensæ à locis pijs, vt diximus, erant persoluendæ.

14 Amplia tertio etiam si dubitetur, an exiliatus habeat in bonis: Hoc enim alleganti, & non probanti, commentariensi datur mandatum contra bona Carcerati; sicuti etiam Notario, si illud petant. 1637.16.Iul. Nonæ. *Dominicus. Stante exilio ei in plena Visita iniuncto ab Vrbe, & eius districtu sub pœna triremium per septennium, relaxetur gratis. Et quoad expensas carcerum relaxetur mandatum contra eius bona ad fauorem Capitanei carcerum.* Qui districtus extenditur ad quadraginta milliaria. *Put.dec.24.lib.3.* etiam comprehensis Tibure, & alijs locis de quibus *Rota dec.551 par.4. diuer. nu.2. & 3.* Quæ ad alium effectum non comprehenduntur in districtu; in quo cõprehendi etiã loca, quæ non soluunt sal focaticum fuit resolutum *coram Pamph.in Balneoregien. bonorum.30. Octobris 1589.inter impressas post Statil.de salu. interd. dec. 133.* Adest quoque Stat. Vrbis. *lib 1.cap.195.* vbi habetur: *Districtus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaque finitur.* Quid autem sit districtus habes apud *Abb.consil.20. num.2. lib.1. Dec.in cap.licet causam.num. 3.de prob.Luc.Pet.in prax lib.1. cap.6.*

Alia duo decreta ad supradictam mandatorum materiam facientia Visitæ speciminis gratia subijciam. 1648. 6.Aug. Sab. *Franciscus. Relaxetur cum exilio &c. gratis; & detur mandatum Capitaneo Carcerum pro expensis secretorum carcerũ.* Iste fuit relaxatus cum exilio à loco particulari, nõ autem ab Vrbe. Similiter si penes Curiam sint bona exiliati reseruantur super illis iura pro expensis. 1624. 4.Septemb. Sabell. *Dalmatius. Relaxetur*

iuxta formam mandati reseruatis iuribus super bonis pro satisfactione expensarum in manibus Curia existentibus, & stante exilio ei iniuncto, relaxetur.

15 Limita primo in exule, donec cauerit. Ita fuit dictum in Visita 6. Iun. 1641. Pro Porfirio paupere; pro quo fuit dictum expensas persolui debere a locis Pijs Caritatis, & Pietatis, prout etiam videtur antiquitus obseruatum. In infrascripto enim decreto non legitur verbum, *Gratis*. 1540. 15. Nouemb. Nonæ. *Lacrimanus Sanctes*. qui habet decretum cum exilio à Patria. *Data cautione de seruando, relaxetur cum exilio a toto Statu, donec cauerit*.

16 Limita secundo, in exiliato, qui, cum dubitetur, an exilium seruaturus sit, habet decretum data cautione de seruando. Qui enim reperit cautionem, præsumitur posse soluere expensas; nisi constaret de notoria paupertate, vel dimitteretur cum obligatione, vel pœnali præcepto de seruando dicto exilio. 1567. 4. Mart. Sabel. *Ioannes. Data cautione sub pœna 300. de non accedendo ad Ciuitatem Portuensem; nec ad eius districtum circumcirca per duo milliaria, relaxetur*. * 1642. 4. Iun. Sabell. *Angelus Cima. Stante consensu Patris, quod in fideiussorem de seruanda relegatione recipiatur uxor; DD. mandarunt recipi d. uxorem, & quod obligatio fiat per Angelum Procuratorem, & ad omnem bonum finem, & effectum Visita ex nunc supplet omnes defectus*.

17 Cæterum illud obseruandum est circa hanc secundam limitationem Visitam in hominibus malæ conditionis, ac famæ non habentibus cautionem de seruando exilium, consueuisse mandare associari extra Vrbem, & tunc sunt relaxandi Gratis vbique. 1560. 24. Aug. Nonæ, *Petrus. Iniuncto sibi exilio sub pœna furcarum a Castro Plebis, & ab Vrbe ac toto statu Ecclesiastico, relaxetur gratis, & conducatur extra Vrbem per Executores*. * 1562. 19. Sept. Nonæ. *Octauius. Banniatur ab Vrbe, & illius districtu perpetuo sub pœna furcarum, ita quod si in ea deprehensus fuerit suspendi possit absque alio processu, relaxetur, & conducatur per executores extra mœnia Vrbis*. In his autem exiliatis, qui

18 sunt associandi ab executoribus non est opus apponere verbum, *Gratis*; quia non relaxantur a carceribus liberi, sed consignantur per custodes executoribus qui eos extra Vrbem conducant pro complemento Iustitiæ. 1563. 9. Decemb. Nonæ. *Baptista. Banniatur ab Vrbe, & eius districtu, ac toto statu Ecclesiastico sub pœna furcarum, & exequutores associent eum extra mœnia, relaxetur Gratis, quia bannitus*.

19 Limita tertio in exiliatis sub conditione ab ipsorum voluntate dependente. 1540. 1. Iul. Sabell. *Georgius Sclauonius. Banniatur ab Vrbe ipse, & Aduersarius, donec se concordauerint ad inuicem sub pœna triremium*. Crederem tamen in casu huius decreti, si constaret non stetisse, nec stare per vnum ex ipsis carceratis, quin se concordet, esse dimittendum Gratis, si esset pauper. 1567. 11. Mar. Nonæ *Franciscus. Data cautione vel fide de non offendendo Chirurgum; relaxetur gratis: & in defectum non præstita dictæ cautionis, vel fidei, banniatur ab Vrbe, & eius districtu sub pœna triremium*.

20 Limita quarto in filio habente patrem diuitem. Non enim ipse tali casu dicitur pauper. *Ceph. cons. 216. num. 16. vers. & ne dum pauper*. Huc faciunt dicta per *Surd. de alimentis. tit. 1. q. 54. nu. 16. Grat. discept. 166. num 9 & seq.* Atque in hoc casu non retinetur filius, sed reseruatur ius contra patrem, siue cum exilio, siue sine exilio relaxandus sit filius, vt alias decreuit Visita. 1569. vlt. Iun. Sab. *Nicolaus puer. Relaxetur gratis; & quoad expensas reseruato iure parti realiter agendi contra patrem dicti Nicolai*. * 1649. 1. Iul. Nonæ. *Thomas. Ex quo publice tortus, & exilio iniuncto in plena Visita ab Vrbe, & districtu sub pœna fustigationis relaxetur gratis; & pro expensis carcerum detur mandatum contra Patrem*.

21 Limita quinto in eo, qui fuit captus pro contrauentione exilij, & postea relaxatus renouato exilio. Tunc enim licet relaxetur Gratis quoad alias expensas; expensæ tamen victus vel soluuntur a locis Pijs, vt si pauper; vel reseruatur actio contra principales in causa, si sit locus huiusmodi reseruationi, vt alias fuit factum a Visita. 1619. 7. Mart. Sab. *Horatius Victorij, & Nicolaus Francisci. Renouato exilio, prout fuit renouatum, relaxentur Gratis, etiam quoad expensas Carcerum; reseruato tamen Iure custodi Carcerum pro dd. expensis contra eum, qui conduxit ipsos ad cauandum in Cæ-*

22 *meterium*. Quod dictum est de expensis reficiendis a locis Pijs pro eo qui fuit relaxatus cum decreto, renouato exilio; intelligitur solum de illis expensis, quæ factæ fuissent in Infirmaria; quatenus tales prius exiliati, dum fuerunt carcerati pro contrauentione exilij, infirmi permansissent in Infirmaria carcerum: istæ enim debent, si sint pauperes, persolui ab Archiconfraternitate Caritatis; Expensæ vero secretorum Carcerum, quatenus in secretis carceribus stetissent, non sunt reficiendæ. Quia carcerati pro contrauentione exilij, non ponuntur, nec poni debent in secretis carceribus, nisi tamen vltra contrauentionem fuissent processati pro aliqua causa, pro qua in secretis fuissent detinendi. Alias si huiusmodi carcerati pro contrauentione exilij tantùm ponerentur a custodibus in secretis carceribus absquè ordine executoris, ipsorum Custodum damno cedere deberent expensæ; vti etiam, si executor præfatum ordinem dedisset ex se absque mandato Iudicis, teneretur ipse ad easdem expensas reficiendas.

23 Limita sexto in eo, qui obtinuit gratiam exilij. Hic enim debet soluere decreti & mandati expensas Notario, & alias expensas Carcerum, etiam si sit pauper. Atque hoc casu illas soluunt solum quoad medietatem: Pietas pro expensis, quæ ad ipsam spectant, quatenus habeat mandatum subscriptum *In forma pauperum*: Caritas vero expensas ipsam tangentes soluit integras. 1640. 8. Nouemb. Sabel. *Vincentius. Data cautione de stando iuri cum parte vsque ad summam scutorum 200. & facta obligatione per ipsum de se repræsentando pro causa &c. toties &c. etiam nouis &c. sub pœna scutorum 50. prout se obligauit in publica Visita, relaxetur, & ex gratia remittatur ei exilium*.

24 Quia vero ad euadendas expensas aliquando carcerati relaxantur cum exilio; immò exilium aliquando affectant sub spe remissionis post excarceratio-

rationem; hanc remissionem si deneget Gubernator, prout scio factum ab alijs eius Antecessoribus, nisi soluant expensas carcerum, iustè & laudabiliter faciet.

25 Quo vero ad relegatos omnia prædicta procedunt, cum ipsi exiliatis in omnibus, & per omnia æquiparantur. *l. exilium. & l. relegatorum. ff. de interd. & releg. Far. q. 19. num. 16. Guaz. def. 12. num. 58. vers. sed in proposito.* Apparet etiam ex dictis supra. *lib. 1. §. 12. cap. 3.*

26 Declara primo omnia, quæ diximus quoad exiliatos, & relegatos ad tempus; vt à tempore decreti, seu sententiæ incipiat currere tempus, etiamsi tunc non exeant de carceribus. *Text. in l. omnes. C. de pæn. vbi Bal. Saly. & cæteri DD.* Quia nempe per Iudicem detinentur carcerati. Hoc autem ideo est, ne duplici pœna carcerationis & exilij detineantur. *Fran. dec. 317. num. 4. part. 2. & Cabal. cas. 142.* per totum, & præcipue *num. 1. & 5.* Nisi tamen facto suo carceratus, vel alias de iure, vt puta pro ære alieno retineretur. *Franc. cit. decis. num. 1. & Cabal. cit. cas. num. 6. Baiard. ad Clar. q. 7. num. 6. Guaz. def. 6. num. 50.* Quam tamen declarationem intellige secundum distinctionem acutissimè factã ab eruditissimo, & celeberrimo Iurisconsulto, Illustrissimo D. meo Petro Francisco de Rubeis Reu. Cam. & Fisci Aduocato, in eius consilio, quod posuimus in *Append. d. §. 3 nu. 32.*

27 Declara secundo, vt exilium dicatur casus fortuitus. *Bald. in l. si cum dotem. §. si maritus. nu. 1. vers. ista enim. Et ibi Imol. num. 17. vers. quamquam id sit. ff. solut. matrim. Marsil. de bannit. ver. exules. nu. 12.*

28 Declara tertio, pariter omnia prædicta, vt etiam si vltrà exilium, seu relegationem carcerati condemnati fuerint ad interesse partis, nihilominus sint relaxandi instante Fisco, vel si pro bono publico expediens videatur Dominis Visitatoribus. Carcer enim deseruit ad illorum Custodiam pro priuato interesse, executio autem pœnæ ad vindictam pro bono publico. *Clar. §. fin. q. 97. num. 1. Franch. dec. 317. num. 6. par. 6.* Ita pluries decreuit Visita. 1558. 8. Octob. Nonæ. *Ioannes Baptista. Facta obligatione per eum de seruando exilium iuxta formam sententiæ &c. relaxetur non obstantibus protestationibus ex aduerso factis.* * 1637. 3. Septemb. Nonæ. *Gaspar. Stante instantia facta per procuratorem fiscalem, iniuncto exilio ab Vrbe, & districtu sub pœna triremium per septennium, prout fuit iniunctum in Visita, relaxetur in forma pauperum.* Verum non facile Procurator fiscalis deuenire debet ad huiusmodi instantiam in præiudicium creditorum, nisi casu, quo constet de miserabilitate, & impotentia carcerati, & concurrat longa carceratio, vel facinorosus sit carceratus, & tali pœna pro publico bono puniendus: vel ex alia conuenienti causa. Quandoque etiam S. Visita non expectat Procuratoris fiscalis instantiã, vt latius dicturi sumus infrà *lib. 3. in proœmio. cap. 5.* In fustigatis vero aliter proceditur. Isti enim nullis refectis expensis, nec habita ratione ad partis adhærentis, seu creditorum (qui eos ante arrestum criminale carcerari ciuiliter fecissent ob priuatum interesse) statim cum exilio dimittuntur. Nec ad carceres reducuntur: immò cum redductus fuisset ad instantiam creditorum fustigatus, fuit die 27. Maij. 1649 Nonæ relaxatus à Visitatoribus, & dictum: detur mandatũ contra bona parti. Quoniam Mentionem fecimus de condemnatis ad interesse partis, dicamus breuiter, quando hoc possit à Iudice fieri.

29 Dico igitur quod vbicumque lex dat actionem criminalem ad pœnam, dat etiam ciuilem in factum ad interesse. *l. qui nomine. ff. ad l. Corn. de fals. Bald. cons. 249. num. 2. vers. nam vbicumque. lib. 3 Gomes. de homicid. cap. 5. num. 37. tom. 3. Franc. decis. 460. num. 2. & 3. part. 2. Surd dec. 89. num. 7.* Quia verò

30 iudicia ciuilia, & criminalia sunt in Vrbe distincta. *l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expens.* Iudex criminalis non potest se intromittere in exercitio iurisdictionis ciuilis. *l. solemus. §. latrunculator. ff. de Iud.* Nec etiam partibus consentientibus. *l. testamenta omnia vbi Bal. C. de testam. nu. 2. vers. & ideo si quis.*

31 Declara primo, vt hoc intelligatur, quando Ciuilis & Criminalis actio æquè principaliter intentarentur; secus autem, si Iudex criminalis incidenter de ciuili interesse cognoscat. Hoc enim facere potest. *l. sed & loci §. si dicantur. ff. fin. regun. Crau. cons. 14. num. 1. & 2. Rol. cons. 30. num. 2. & 3. lib. 2. Surd. cons. 266. num. 3. vers. tamen non impeditur. lib. 2. Far. q. 1. num. 62. & 63. & q. 100. numer. 52.*

32 Declara secundo, vt cognoscens Iudex Criminalis incidenter de ciuili interesse, tunc solum condemnare possit ad interesse, quando Reus de delicto, pro quo intrat interesse, est conuictus vel confessus. *Bartaz. cons. 232. nu. 3. & 7. Far q. 1. nu. 66. Vermig. cons. crim. 322. num. 5.* Secus verò, si solum ex indicijs etiam indubitatis in extraordinariam pœnam condemnetur. *Clar. d. § fin. q. 2. nu 2. vers. vnum tamen Roland. d. cons. 30. nu. 18. & 19. lib. 2.*

33 Declara tertio, vt ita demum procedat in Reo confesso, vel conuicto, si à parte hoc interesse petatur. Fatuus enim esset Iudex impertiens officium suum non petenti. *Rol. cons. 30 num. 13. & 17. lib. 2. Surd. cons. 266. numer. 18. lib. 2. Far. q. 1. numer. 67.*

34 Declara quarto, vt procedat, si petatur antè latam sententiam. Non enim lata iam sententia condemnatoria contra confessum, aut conuictum in pœnam ordinariam, non facta mentione de interesse, poterit pars obtinere in separata sententia coram eodẽ Iudice Criminali ad interesse partis fieri condemnationem. *Crau. cons. 14. num. 3. Caball. resol. crim. cas. 82. num. 12. Merlin. d. controu. 20. num. 1. & per tot.* vbi latè comprobat prædicta.

35 Declara quinto, vt Iudex Criminalis non absoluendo, neque condemnando Reum possit pronunciare super ciuili interesse. *Text. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. Sanfelic decis. 226. n. 2 in fin. Menoch. de retin. poss. rem. 3. n. 549. Carolus de Graff. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 115.* Sufficit enim, quod Reus sit in periculo maioris pœnæ: *Sim. de Pret. cons. 49. nu. 2. vers. sed veritas lib. 2 diuers. in parnis.* Si

36 verò Reus esset in statu absolutionis, aut absolutus, tunc Iudex non posset ad interesse condemnare. Ratio est, quia tunc Iudex principaliter assumeret officium Iudicis ciuilis, quod ei non licet eiusmodi-

miratam habeat iurisdictionem ad causas Criminales tantum, non ad ciuiles, ad quas non se extendit nisi incidenter. *Bart. in d. l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. Farin. q. 1. nu. 63. vers. possunt tamen incidenter*,

37 Declara sexto, vt Iudex Criminalis possit ferre sententiam super crimine putà declarare Instrumentum esse falsum, absque eo quod Reum condemnet, vel absoluat, prout in facti contingentia fecit Farinac. vt ipse asserit. *cons. 69. num* 8. quod videtur iure conforme iuxta Textum. *l. eius qui delatorem. vers. nec enim. ff. de iur. fisc.* ibi: *verum oportet constare prius, & de crimine pronunciari. Bald. in l. 1. num. 5. ff. de his, qui not. infam. & in l. 1. C. vbi causa fiscales*. Hoc enim quotidie Iudices tacitè faciunt dum receptis probationibus super delicto, seù, vt dicitur, super corpore delicti procedunt ad Indicia capienda contra delinquentem, contra quem procedere non possent, nisi sibi de delicto plenè constaret. *Per dictum Text. in l. eius qui delatorem. Et in l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan.*

38 Amplia procedere etiamsi Reum absolueret, vt docet *Guazz. in defens. 1. cap. 12. num. 19. vers. nec obstat, quod si absoluatur, &c.* quia tunc Iudex dicitur irrogare pœnam Criminalem, & Criminaliter procedere. *Boer. decis. 1. num. 17 per Text. in l. turpia. & ibi DD. & præcipuè Ias. num 2. ff. de leg. 1. l. Senatus. ff de contrahen. empt. late Lancellott. de attent. in 3. par. cap. 31. rub. de pœnis attent. num. 9.*

39 Hæc non procedunt, quando Iudex pronunciat super nullitate Instrumenti ex defectu solemnitatum non adhibitarum in dicto Instrumento, quæ non sonant in delictum. *Guaz. d. defens. 1. cap. 12. numer.* 20. quia licet annullatio hoc modo facta sit largo modo pœna. *Curt. Iun. cons. 8. num.* 1. tamen si prædicta annullatio non fuerit facta in odium personarum, quæ dicto Instrumento vsæ fuerint; tunc, sicut verè non irrogat pœnam, ita nō dicitur Iudex pronunciasse super delicto, sed super ciuili. *Farin. q. 1. num. 65. Natt. cons. 407. num.* 14. quod ipsi permissum nullatenus est.

40 Hac materia explicata; oratio nostra conuertatur ad alios gratis relaxandos; videlicet; Ad Fustigatos, damnatos ad triremes, vltimo supplicio affectos.

Habemus super his antiquum Visitæ decretum. 1541. 25. Octob. Capit. *Transmissis ad triremes, fustigatis, & alijs quomodolibet in personam damnatis, seruentur decreta solita circa expensas*. Verba. §. 36. *huius Constitutionis Paul. III.* videntur huic sententiæ suffragari.

Demum superuenit *Constitutio LXXI. Pauli V.* satis clarè disponens in Taxis Custodū Carcerum, & Executorum, cuius hæc sunt verba. *Ordini, e tasse da osseruarsi da Guardiani &c.* in Bull. fol. 223. *Alli condennati à morte, Galera, & altra pena non possono sotto pena di tre tratti di Corda, frusta, e berlina leuar panni, ò robba alcuna, che detti condannati hauessero, ò attorno, ò in prigione; ma tutto debbono consegnare, ò notificare al Giudice della causa, accio ne possa far quel tanto sarà di giustitia.*

Succesiue subsequenti Tit. *Ordini, e tasse per li Barigelli &c. Item dalli decapitati, ò altramente morti, ò puniti per giustitia, ò da qualsiuoglia altro condannato à morte, galera, ò altra pena, ancorche vi fosse de beni loro, non possino pigliare ne panni, ne cos' alcuna per loro essecutione, ò altro conto, mà detti beni si consegnino à chi di ragione, sotto le sudette pene.*

41 Demum sunt relaxandi omnes illi qui Iudici causæ, vel Visitatoribus ex aliqua rationabili causa non videntur grauandi in expensis; & hoc vigore verborum ipsius Constitutionis Pauli III. ibi: *Vel si Iudici, qui eum capi fecit etiam extra Visitam, vel Præsidi Visitæ ex aliqua causa rationabili videretur &c.*

CAPVT XV.

De diuersis Carcerum Expensis.

SVMMARIVM.

1 *Expensarum appellatione quid veniat remissiuè.*
2 *Expensa debita Notarijs, Executoribus, Custodibus quæ?*
3 *Expensarum moderatio ex Decretis Visitæ.*
4 *Expensæ carcerum antiquitus soluebantur iuxta taxam Capitolij.*
5 *Expensa tantum, & non vltra etiam à sponte dantibus recipienda.*
6 *Expensæ Carcerum Custodibus debentur.*
7 *Alimenta inter expensas primum locum obtinent.*
8 *Alere se debet carceratus de proprio, si habeat, sin minus ab instigatore, seu a Fisco.*
9 *Alimenta recuperat ab Accusatore carceratus innocens.*
10 *Alimenta non recuperat absolutus ob defectum probationum.*
11 *Expensas litis recuperat absolutus ob defectum probationum.*
12 *Alimenta pauperum Carceratorum soluuntur Custodi à locis Pijs, Caritatis, & Pietatis loco Cameræ remissiuè.*
13 *Alimenta in publicis Carceribus quando ex decretis Visitæ præstanda.*
14 *Alimenta præstare grauatur à Visita instigator.*
15 *Alimenta, & expensæ pro pauperibus qui composuerunt, non sunt præstanda a locis Pijs.*
16 *Alimenta, & expensæ soluuntur pro paupere carcerato, etiamsi composuerit, si constet de illius impotentia.*
17 *Alimenta non soluuntur a locis Pijs pro habente patrem diuitem.*
18 *Alimentorum causa præfertur in concursu aliorum.*
19 *Alimentorum causa præfertur, si sint præstita in secretis.*
20 *Alimenta in secretis præstita ad quam rationem fuerint antiquis temporibus.*
21 *Alimenta in secretis tempore penuriæ ad quam rationem præstita.*
22 *Alimenta in secretis cessante penuria fuerunt moderata.*

23 *Ali-*

23 *Alimenta in secretis denuo adueniente penuria fuerunt aucta.*
24 *Alimenta in secretis soluenda ex* Constit. *LXXI. Paul. V. ad rationem Carolenorum duorum pro quolibet die.*
25 *Expensa (Passeggium nuncupata) est Iulij diurni.*
26 *Passegij expensa dedit causam non nullis Visita decretis.*
27 *Passegij expensa vltra Iulios quinque non debetur Custodi.*
28 *Passegio excepto alias expensas possunt recuperare Custodes à carcerato, qui nō potest retineri pro expensis.*
29 *Passegium non tenetur soluere mulieres.*
30 *Passegium, seu Cameram soluunt Nona mulieres non pauperes.*
31 *Captura soluenda etiam à Capto intra Carceres.*
32 *Executori dantur salarium ad ratam summa, non laboris.*
33 *Capturam soluere debet contumax captus intra annum.*
34 *Expensa a Carceratis persoluenda sunt annotata in taxis Paul. V. Constit. LXXI.*

ANteqnam ad expositionem contentorum in 2. §. Constitutionis Pauli III. quam præ manibus habemus, deueniamus, opus est præno-scere quid expensarum nomen significet, & cuius qualitatis sint expensæ ipsæ: postea agemus de his quattuor. I. De alimentis Carceratorum Criminalium. II. Ad quam rationem præstanda sint in secretis carceribus. III. De expensa, quam appellant, *Il Passeggio*. IV. De alijs expensis.

1 Ordiamur ab eo quod primo loco proposuimus. Apud *Thes. dec. 867 per tot. Grat. discept. 56. & 57.* reperiri potest, quid expensarum appellatione veniat, quarum cognitionem generalem, quæ, cum non sit nobis necessaria, omittamus. Qualitas verò

2 expensarum debitarum custodibus reperitur annotata in Taxis affixis in carceribus: Quæ autem spectant ad Notarios, sunt occasione processuum Iurium, decretorum, sententiarum, gratiarū, mandatorum, & his similium: Quæ ad exequutores, sunt occasione Exequutionis pro carceratione, seu conductura de partibus: Quæ ad Custodes carcerum sunt pro victu in secretis carceribus, & publicis; seu in Infirmaria præstito; necnon pro Camera, Sala, & Medio, de quibus etiam supra diximus. *cap. proximo: & lib. 1. §. 6. cap. 1. & 2.* &, vt diximus, leguntur affixæ in eisdem carceribus.

3 De expensis Carcerum moderandis habemus decreta Visitæ. 1552. 4. Aug. Sabell. *Visitatores decreuerunt, quod D. de Cincijs, & Procurator pauperum moderentur expensas pauperum carceratorum.* * 1569. 26. Maij. Capit. *D. Senator vna cum DD. Conseruatoribus quoad expensas Carceratorum existentium in publicis carceribus, & quoad Custodes eorumdem carcerum prouideant eorum arbitrio, etiam auctoritate Visitæ.*

4 Huiusmodi expensæ carcerum antiquitus soluebantur iuxta Taxam Capitolij. 1529. 10. Iun. Sab. Damianus. *Pro captura soluat iuxta tabulam Capitolij, & de nouo caueat.* Immò vero neque

5 vel à sponte dantibus voluerunt Visitatores aliquid accipi posse vltra Taxas desuper factas. vt apparet ex nonnullis decretis supra adductis, & alijs infra ponendis. 1541. 4. Aug. *Capitanei, & Guardiani Carcerum moneantur sub pæna priuationis quoad Capitaneos; quo vero ad alios Custodes, & Guardianos sub pæna fustigationis, vt nihil recipiant à Carceratis, etiam sponte offerentibus, vltra mercedem pro carceribus.* Constitutio LXXI. quoque Pauli V. Tit. de Notar. Tribunal. Vrb. vers. *Constitutionem à nobis. §. 19. num. 26. & c.* mandat nihil recipi in relaxatione Carceratorum etiam a sponte dantibus, pro notula sententiæ, vel decreti, aut cassationis processus; nisi quando Reus ipse fabricato processu, & praecedente plena causæ cognitione, & discussione, fisco, & parte, si aderit, citatis in ipsa sententia, vel decreto vim diffinitiuæ habente, & à Iudice subscripto fuerit absolutus. Et in eadem Constitutione *Tit. Ordini, e tasse da osseruarsi dalli Guardiani. §. 12 num.* 30. habetur: *Ne li detti Capitani, o Guardiani possano pigliare più delle tasse sopradette, ancorche se gli dasse spontaneamente.*

6 His præmissis deueniendum est modo ad singulos articulos supra propositos, quibus applicatur generalis conclusio: Expensas carcerum custodibus deberi. Hoc enim & de iure communi, & secundum Summorum Pontificum constitutiones notissimum.

7 Itaque ex quatuor supradictis, primum nobis offertur, De alimentis carceratorum criminalium. Siquidem primo inter expensas sunt alimenta præstanda carceratis, inter quos primum locum dabimus carceratis criminalibus; dicturi postea de illis, quæ sunt præstanda Carceratis ciuilibus infra *lib. 3. §. 5.* De ijs vero quæ præstanda sunt testibus carceratis habetur. *§ seq. cap. 2.*

8 Si igitur prima conclusio. De Iure carceratus se ipsum alit, si habeat in bonis; si verò sit pauper, alitur ab accusatore, & instigatore, si extat; si non adest, vel egenus sit, ali debet a Camera. *Paris. de Put. de syndicat. in c. an Carcerarius teneatur. num. 2. & 3. Afflict. dec. 71. vbi Adden. Benincas. de paup. q. 7. in secundo speciali Iudic. num. 6. Surd. de alim. Tit. 1. quæst. 72. Baiard. ad Clar. q. 46. num. 15.*

9 *Guaz. def. 6. c. 1. num. 1. & seq.* Quod si Carceratus hæc alimenta sibi ipse de proprio præstiterit, ab Accusatore in pœnam calumniæ recuperabit, quotiescumque tanquam innocens absolutus fuit. *l. fin. vbi Bar. C. de fruct. & lit. expens. num. 6 vers. 1. in hac. Couar. pract. quæst. c. 17. num. 2. Clar. in §. fin. q. 62. num. 4. vers. sed nunquid. vbi Baiard. num. 15. Menoch. de arbitr. cas. 321. nu. 34 Far. q. 16. num. 8. cum seqq.*

10 Hoc tamen locum non habet, quando absolutoria fuit lata ob defectum probationum, quo casu Calumnia accusatoris est solum præsumpta in qua ratio accusator condemnatur in expensis. *Clarus quæst. 62. vers. sed numquid.* Ita suadet etiam textus. *l. 1. §. Calumniatoribus. cum §. seq ff. ad. Turp.* & de generali consuetudine ita seruatur, ne delicta impunita remaneant. *Bertaz. cons. 212. num. 1. Honded. cons. 112. num 43. lib. 1. cum adductis per*

11 *Farin. ad q 16. num. 2.* Quapropter quoad pœnas Calumniæ deficiens in probatione accusationis excusatur, non tamen, quoad expensas litis, ad quas

semper

semper instigator succumbens condemnari debet, tam ex dispositione Pauli III. Constitutione 44. §. 2. quam Iuris communis *Boss. de accusat. n. 19. in fin, & num 27 Claud. ad Bertaz. cons. 212. littera A. vers. rursus. Far. q. 16. numer. 13. vers. sed vt ingenue.*

12 Conclusio II. Expensæ alimentorum hodie præstantur pauperibus carceratis pro Curia, & Fisco ab Archiconfraternitatibus Caritatis, & Pietatis, vt diximus supra. *lib. 1. §. 6. cap. 1. & 2.* Multa decreta fuerunt facta respectu alimentorum præstandorũ ijs, qui sunt in publicis carceribus etiam non pauperibus. 1541. 25. Octob. Capit. *Existentibus in publica non detur pro victu vltra vnum grossum quolibet die, alias nõ soluatur illud vltra, quod dabitur.* * 1543. 23. Apr. Sab. *Cum incidisset sermo de solutione expensarum ab ijs, qui adducuntur expensas ex domo sua, non cogi quemquam, nisi pro eo, quod recipit iuxta formam Taxæ, & intimetur alijs Capitaneis Curiarũ, ne propterea possint denegare Carceratis locum superiorem secundum condecentiam personarũ.* * 1547. 5. Maij. Nonæ. *Visitatores decreuerunt, quod de cæterò tam in Curia de Sabell. quam Turris Nonæ non soluantur nisi Iulij duo pro singula die naturali, & integro pro quolibet carcerato. Item quod pacta de consensu partis facta, vel facienda sint ipso facto, & iure nulla, & nullius roboris, & momenti, & hoc pro victu illorum, qui manent desuper.* Ex hoc decreto apparet non disponi de pauperibus, cum ipsi non maneant desuper, sed in loco inferio-

14 ri, qui dicitur, *da Basso*. Quandoquè tamen grauabatur ad hærens fisco victum præstare; imò etiam fiscus de iure ad id tenebatur, antequam inciperent illum præstare Archiconfraternitas Caritatis, & Pietatis, vt alibi diximus. 1529. 24 Decemb. Nonæ. *Petrus. Nisi aduersarius præstiterit alimenta, & dederit indicia per totum hodie, relaxetur eum intimatione, & nihilominus D. Nicolaus expediat.*

15 Limita primo, vt pro Pauperibus Carceratis non soluantur expensæ à dd. locis pijs, si cum Fisco composuerunt. Eodem enim modo, quo pecunias inuenerunt pro compositione, pro qua multo maior summa requiritur, ità etiam reperire debent pro eisdem expensis, & alimentis sibi datis à Com-

16 mentariensi. Verum quidem est, quod si per aliquod tempus post obtentum mandatum steterint in Carceribus, tunc datur mandatum Notario contra bona, & ipsi relaxantur. Et si constet de paupertate, & longa carceratione, etiam gratis relaxantur, nec pro expensis, & alimentis retinentur, vt fuit dictum Nonæ. 30 Aug. 1640. *Pro Nicolao Christophori gratis relaxato, non obstante, quod composuisset.* Tali enim casu solum soluuntur expensæ secretorum carcerum, & Infirmariæ à Caritate.

17 Limita secundo, vt nec subministrentur alimenta Carcerato Pauperi, qui habet Patrem diuitem. Tunc enim non dicitur pauper. *Cephal. cons. 216. nu. 16. vers. & nedum pauper. Cuman in cons. 132.* Ita etiam per Visitam practicatum fuit, vt in decreto posito supra, vbi fuit tractatum de exiliatis gratis relaxandis; fuitque dictum Nonæ. 16. Iun. 1641. in causa Ioannis Baptistæ de Sancto Elpidio carcerato pro homicidio, qui petebat accomodari processum gratis Procuratori Pauperum; Illique denegatum, quia pater tenetur ad omnes expensas pro filio, stante præsertim Constitutione Marchiæ obligante legitimam filiorum pro delictis. Quod est etiam conforme decreto Visitæ. 1558. 30. Nou. Nonæ. *Scipio. Fiat præceptum Patri de subministrando expensas videlicet vnum Iulium quolibet die, donec expediatur, alias fiat executio*

18 *contra Patrem.* Quod si adsint pecuniæ Carcerati, sed ea non sufficiant pro omnibus expensis, præferri debet in concursu causa alimentorum, ita vt pro illis prius fit satisfaciendũ, quam pro mercede Notarij, & alijs. Ita fuit dictum oretenus in Visitatione circa pecunias repertas penes quendam Eremitam gratis, vt infra, relaxatum, & penes Notarium causæ depositatas. 1642. 22. Maij. Non. *Frater Antonius Eremita. Relaxetur iuxta for-*

19 *mam decreti sui Iudicis gratis* Quod tamen est intelligendum de alimentis præstitis a Capitaneo in secretis carceribus, quæ ipse præstare tenetur; non autẽ positus in carceratus positus fuit *ad largam*, quia tunc Capitaneus non tenetur illum alimentare, & imputandum est ipsi Capitaneo, si victum præstet absque securitate solutionis, pro qua sibi consulere debet etiam ex dispositione Constitutionis LXXI. Paul V. Vnde fuit dictum Sab. mense Maij. 1641. in causa Petri Matthæi, vt solutis expensis secretorum carcerum de residuo satisfieret prius Notario, qui ostenderat originalem Processum Procuratori pauperum.

Sequitur secundum, qua mensura præstanda sint alimenta in secretis carceribus. De his loquitur Statutum Vrbis *lib. 3. cap 99.* Ibi: *habeat carcerarius Carolenum vnum pro prandio, & tantundem pro cæna, vel alias iuxta taxam faciendam per eos, ad quas spectabit, teneatur dare bonum panem, & bonum vinum in sufficienti quantitate, & saltem libram vnam carnis cum ferculo pro singulis carceratis quolibet die, & diebus, quibus à carnibus abstinetur, oua, aut pisces iuxta dierum, ac temporum qualitatem. Vinum autem à Procuratoribus pauperum approbari debeat si contrafecerit, & quoties, panam decem aureorum incurrat.* Licet autem obligatio præstandi alimenta durauerit semper in eadem quantitate, merces tamen custodis diuersimode iuxta qualitatem temporum ta-

20 xata fuit antiquioribus temporibus. 1520. 4 Iul. in Cam. Apostolica fuit determinatum, quod solum habeant Carolenum vnum quolibet die pro cibatione honesta carcerati. Append. §. 2. cap. 1. num. 6. 1530. 10 Apt. Sab. *Visitatores decreuerunt quod Capitanei carcerum non capiant vltra duos Carolenos pro carcerato pro quolibet die, qui steterit in secretis, & a nobilibus, & qualificatis personis volentibus lautius viuere, nõ possint cape-*

21 *re vltra duos Iulios.* Postea ex causa penuriæ fuit prouisum. 1531 14. Iul. Nonæ. *Pro Custodibus, & Carceratis. DD. Visitatores attenta præsenti penuria omnium rerum ad victum necessariarum, quod possint conuenire, vt soluant quolibet die ad summam trium carolenorum.* * 1549. 22. Ian. Nonæ. *Antonius, alias Sanctinus de Foroliuio, solutis expensis ad rationem Iuliorum duorum quo-*

22 *libet die, liberetur.* Quia verò continuata fuit etiam

etiam post penuriam talis exactio, emanauit decretum. 1540. 24. Apr. Cap. *Pro Carceratis, Mandatur Custodibus Carcerum vt, sub pœna priuationis officij, non audeant in futurum exigere vltra duos Carolenos, & de præterito reddant rationem D. Senatori, & restituant.* Cessante postmodum paulatim penuria deuentum fuit ad infrascripta decreta. 1541. 2. Iun. Nou. *Omnes Custodes carcerum non exigant vltra duos Carolenos pro secretis, & publicis quolibet die.* * 1456. 16. Sept. Sabell. *Visitatores decreuerunt, quod in omnibus carceribus seruetur in futurum pro secreta Iulius vnus quolibet die, videlicet dimidium pro qualibet cibatione, & pro ijs, qui manent in publica supra, soluantur duo Carolens qualibet die, videlicet vnum Carolenum pro qualibet cibatione, & intimetur omnibus.* * 1547. 3. Febr. Capit. *Visitatores decreuerunt, quod omnes detenti in secretis non soluant pro alimentis, nisi Iulium vnum.* * 1552. 8. Octob. Nonæ. *Visitatores decreuerunt, quod imposterum carcerati, carceribus secretis soluant qualibet die tantum Carolenos duos, & non vltra, & nihilominus bene tractentur sub pœna scutorum decem pro qualibet vice in euen-*

23 *tum contrauentionis.* Iterum vero ingrauescente rerum penuria fuit decretum in causa expensarum. 1560 2. Iul. Sabel. *Custodes Carcerum Curiæ de Sabell. & Turris Nonæ non exigant etiam à sponte dantibus vltra tres Iulios pro qualibet die, & pro secreta vltra duos; & à carceratis facientibus sibi deferri cibaria vltra medium Iulium, nec possint in pignus accipere vestimenta aliqua, quæ deferantur ab ipsis carceratis pro illorum vestitu, & si plus exegerint, vel in pignus acceperint, transmittantur ad triremes, vel fustigentur arbitrio D. Guber. & Sfortiæ, vel aliorum pro ipsis deputatis à Visitatoribus Carcerum.*

24 Superuenit demum Constitutio LXXI. Pauli V. in qua *Tit de Carcer.* habetur: *Pro expensis, quando eas subministrant, non excedant duos carolenos pro qualibet die. Et tit. Ordini è tasse da osseruarsi da Guardiani &c. in Bull. fol. 223.* disponitur vt infra: *Per le spese, che fanno alli prigioni in secreta non possino pigliare più d'vn carlino per pasto, e siano obligati à darli buon pane, e buon vino à bastanza, & vna libra almeno di carne il giorno con la minestra, e quando non si mangia carne, darli oua, e pesce secondo li tempi honestamente.*

25 Succedit tertium de expensa Carcerum, *Passeggio*, nuncupata. Hæc expensa, quam vocant, *Passeggium*, est vnius Iulij quolibet die, qui est soluendus ab ijs, quibus conceditur particulare cubiculum habitandum cum alijs paucis carceratis iuxta capacitatem ipsius cubiculi, vt in Constitutione LXXI. Pauli V. *in Taxis Custodum.* Ibi: *Vn giulio solo per persona per le Camere.* Quæ expensa retinuit hoc nomen *di Passeggio*, quia primum etiam *pro Passeggio* soluebatur, quod legitur sublatum in eadem Taxa. Ibi: *Per la Sala della Visita, cortile, corridori non si paghi, & l'abuso, e nome di passeggio, s'intenda leuato affatto.* Habent tamen facultatem huiusmodi carcerati, qui habitant in cubiculis particularibus deambulandi per omnia loca supradicta.

26 Super hoc passeggio fuerunt facta pluries Decreta in Visita: ex quibus duo infrascripta habentur impressa, alia in libris manuscriptis decretorum Visitæ. 1529. 28. Octob. Nonæ. *DD. Visitatores, authoritate qua funguntur, omni meliori modo decreuerunt, quod imposterum Capitanei, seu Custodes, vel Commentarienses, tam Curiæ de Sabell. quam Turris Nonæ, exigant tantum Iulium vnum quolibet die pro quolibet carcerato existente in publica superiori, quando carceratus non Capitaneorum sumptibus viuit, nec plus etiam à sponte dantibus exigere possint, sub prætextu, quod vni seu pluribus carceratis supradictis in publica superiori existentibus assignauerunt habitaculum, seu Cameram particularem; sub pœna priuationis officij, & trium ictuum funis; nec prætextu alicuius conuentionis cum carceratis prædictis initæ, aliquo pacto excusare, vel tueri possint, cum dicti Visitatores pacta seu conuentiones huiusmodi, & quæ huic saluberrimo decreto directè, vel indirectè aduersentur, omnino interdicant, & expressè prohibeant.* * 1529. 19. Nou. Nonæ. *Visitatores auctoritate, qua funguntur, omni meliori modo declarando aliud decretum iam factum, decreuerunt, quod imposterum Capitanei, & Custodes tam Curiæ de Sabellis, quam Turris Nonæ exigant tãtum Iulium vnum pro quolibet carcerato existente in publica superiori, quando carceratus non Capitaneorum sumptibus viuit, nec plus etiam à sponte dantibus exigere possint, præterquam ab illis, qui voluerint Cubiculum seu Cameram particularem, à quibus possint etiam absque victu exigere Iulios duos cum dimidio, ita tamen, quod, si illi voluerint aliquem sibi in socium assumere, & ipse carceratus existere, non possit ab illo socio exigere nisi vnum Iulium, prout si ipse maneret in publica superiori, sub pœna priuationis officij, & trium ictuum funis; nec prætextu alicuius conuentionis cum carceratis prædictis initæ, se aliquo pacto excusare, vel tueri possint; cum Visitatores pacta seu conuentiones huiusmodi, & quæ huic saluberrimo decreto directè, vel per indirectum aduersentur, omnino interdicant, & expressè prohibeant.* * 1574. 21. Ian. Sab. *Domini decreuerunt, quod Capitaneus, & Custodes quorumcumque Carcerum Vrbis non possint retinere carceratos superius proprijs expensis vsque ad Iulium vnum pro qualibet die vltra quinque dies, nec in medio ad vnum Grossum vltra decem dies: & in euentum contrauentionis carcerati pro dictis expensis non possint retineri in carceribus, nec post liberationem carcerari.* * 1579. 30. Iul. *Gabriel detentus pro viatico, &, vt dicitur, per il Passeggio. Data cautione de soluendo infra mensem relaxetur.* * 1580. 1. Decemb. Nonæ. *Angelus detentus pro pensione Carcerum, &, vt dicitur, per il Passeggio, solutis in totum scutis quindecim monetæ, videlicet decem per ipsum Angelum, residuum vero per Caritatem, relaxetur gratis iuxta formam decreti.* * 1584. 14. Iun. Capit. *Marcus Antonius. Solutis expensis victus, & quoad passeggium reseruata actione Custodi agendi contra eum, relaxetur.*

27 Declara primo vt ante Constitut. LXXI. Pauli V. reseruarentur (quemadmodum in suprascripto decreto) expensæ Capitaneo *pro Passeggio*; post dictam autem Constitutionem nullatenus reseruantur, sed solum permittitur exactio vsque ad Iulios quinque. Imputatur enim eidem Capitaneo, si sibi

cautum

cautum non fecit pignore, vel fideiussione, vt diximus supra. Pro alijs verò expensis carceratus non retinetur, sed reseruantur iura Capitaneo. 1623. 28. Sept. Sabel *Thomas. Quoad expēsas carcerum depositatis Iulijs quinque pro passeggio, in reliquis reseruato iure Custodi carcerum contra eum agendi, relaxetur iuxta formam sui mandati in forma pauperum*. Nam in Constitutione LXXI. Pauli V. *Tit. de carcer.* habetur: *A Carceratis ad Largam existentibus nihil pro Camera, passeggio, vel etiam alimētis vltra quinque dies petere possint.*

28 Quæ verba sunt intelligenda, vt in Taxa Custodū inferius in eadem Constit. LXXI. Ita videlicet, vt respiciant solum expensas *Passegij*, seu *Cameræ*. Idem enim est quod in Taxa dicitur, quòd non possint retineri prò expensis, etiam victus, carcerati postquam habuerunt mandatum, vt dicetur inferius. Non autem Custodibus prohibetur quin possint consequi à carceratis alias expensas, excepto *Passeggio*, seu *Camera*, illos conueniendo post excarcerationem ad soluēdum. Ita obseruatur in praxi. Ideoq emanauit à Visita decretum proximè relatum; non tamen datur executio personalis, sed solum realis pro huiusmodi expensis reseruatis, vt etiam alibi diximus.

29 Declara secundo vt ab hac solutione *Passegij*, seu *Cameræ*, etiam pro quinque diebus eximatur mulieres vigore decreti. 1578. 13. Mart. Nonæ: *Domini Carcerū Visitatores Vrbis decreuerunt, quod Capitanei, seu Custodes quorumcumque Carcerum nihil exigant à mulieribus carceratis pro quibusuis carceribus, sed pro alimentis tantum per eos illis præstitis, tam in publicis, quam in secretis carceribus, & non aliàs sub pœna fustigationis, seu berlinæ.* Concordat Constitutio LXXI. Paul. V. quæ superuenit vbi in Taxis habetur: *La publica da basso*

30 *e delle dōne; Gratis.* Dicitur: *la publica delle Donne.* Quia in omnibus alijs carceribus Vrbis vnicus locus est, in quo degunt mulieres, qui appellatur *la publica*: in carceribus vero Turris Nonæ vltrà hūc locum nuncupatum, *la publica delle Donne*, sunt & mãsiones superiores, quæ deseruiunt pro mulieribus non pauperibus à quibus soluitur Iulius vnus quolibet die, prout dictū est supra de cubiculis virorū.

Restat quartum, & vltimum de quo proposuimus hoc Capite agere, spectant ad alias expensas præter supra expressas. Circa quas subiungemus id, quod statutum fuit in Visita, quodque constitutum legitur in d. Bulla LXXI. Pauli V.

31 Declarā primo mercedem executoris deberi nō ratione magni aut parui laboris in capiēdo, sed ratione summæ in mandato contentæ, vt in casu infrascripto. Dominicus captus ab exequutore intra carceres; dum ibi pro negotijs alloquebatur carceratum, prætendebat absq; solutione capturæ excarcerari. Sed fuit illi denegatum: non enim dicitur carceratus, qui ad suū libitum exire potest. *gloss. in l. succurritur. vers. putat. in fin. vers. ex quibus. ff. quibus ex causis maior.* Isq. dicitur carceratus, in cuius potestate non est exire. *Far. q. 30. num. 46. & seq.* Nec salarium debetur exequutori ad ratam

32 laboris, sed ad ratam summæ contentæ in mãdato; adeo vt siue longius à carceribus, siue propriùs captura fiat, idem stipendium consequatur, eo quod non semper detur salarium pro labore, sed pro probitate. *Surd. cons. 42. num. 2.*

33 Declara secundo vt nec sint relaxandi gratis contumaces capti infra annum. Hi non possunt allegare nullitatem capturæ. Debent enim spontè comparere, vel Principem adire: per Pium V. *in Constitutione IX. Bull. incipien. dudum. §. 2. Far. q. 11. num. 14. vers. & propterea. & per tot.*

34 Declara tertio vt in Const. LXXI. Pauli V. fuerint moderatæ multæ ex præfatis expensis capturæ: alijs, vt in Taxis; positis in tabulis appensis in carceribus. Ex quibus etiam apparet, quid pro expēsis, de quibus agimus, nostris temporibus sit persoluendum, ac propterea nō insistemus in singulis.

CAPVT XVI.

De Viaticis Commissariorum.

SVMMARIVM.

1 *Commissariorum expensa plerumque à carceratis soluendæ.*
2 *Viatica Commissarijs pro fabricatione processus, seu testium repetitione de iure debentur.*
3 *Viatica Commissarij comprehendunt alimenta, & vecturas personarum, & rerum.*
4 *Viaticorum Taxa.*
5 *Commissarij destinantur expensis instigatoris, seu Fisci animo repetendi à Reo.*
6 *Viatica Commissarij exigere non possunt nisi à sufficienter indicatis, & si exigant, tenentur restituere.*
7 *Viatica non debentur nisi iustificata querela, & secuta condemnatione.*
8 *Viatica potest repetere reus absolutus.*
9 *Viaticis exactis ante indicia cauere debet accusator de illis reficiendis.*
10 *Viatica exigens debet excomputare exacta à correis, & tempus excessiuum.*
11 *Viatica restituere debet* Commissarius *pro excessu in numero Birruariorum.*
12 *Commissarius debet exhibere litteras patentes facultatis sibi concessa.*
13 *Commissarius excedens facultatem potest carcerari per Præsidem Prouinciæ.*
14 *Commissario grauante potest appellari ad Præsidem Prouinciæ.*
15 *Legati à Latere possunt ea, quæ potest Papa, & quæ non sunt expressè illi reseruata.*
16 *Commissarius quocumque modo abutens facultate potest puniri à Præside Prouinciæ.*
17 *Ab expensis absoluto reo, & viaticis, nec instigator, nec Fiscus appellant.*
18 *Appellante Fisco non auditur instigator, nisi quādo ipsius interest.*
19 *Appellare non potest instigator absoluto reo respectu expensarum factarum in transmissione Commissarij.*
20 *Commissarij concessio fauorabilior, quā remissoria.*
21 *Commissarius concedendus reo petenti pro processu defensiuo.*
22 *Commissariorum expensa in foro Ecclesiastico soluuntur ab Episcopis, quod tamen non seruatur in Curia Vicarij Vrbis.*

Post-

POstquam sermo est de expensis Carcerum, non erit alienum subiungere aliquid de expensis, quas nostrates viatica Commissariorum appellant. Licet enim non dicantur propriæ expensæ carce-1 rum; fiunt tamen occasione carceratorum, & carcerandorum, & ab ipsis plerumque persoluendæ sunt. In medium itaque afferemus ea, quæ possunt sufficere, ne in huiusmodi expensis persoluendis carcerati indebitè grauentur.

2 Opus est frequenter pro seruitio causarum criminalium transmittere ad partes Notarios, seu Iudices pro fabricatione processus offensiui, seu testium repetitione. His viatica debentur, scilicet mercedes & expēsæ pro itinere. *arg. text in l. Titio. ff. ad municip. l. sed sciendum. ff. ad Trebell. l. 1. § si pupillis. ff. de Tutel.* Quæ expensæ, mercedes, seu 3 sumptus, comprehendunt alimenta Commissarij, victus iumentorum, mercedes pro vecturis Commissarij, eiusq. sarcinarum. *l. si fratres. §. si quis ex socijs. ff. pro socio.* Quia vero difficulter Commissarij se continēt intra terminos vetæ quantitatis huiusmodi expensarum. *Intrighiol. sing. 168. num. 1. & seq. lib. 1.* hinc factum est, vt in Curia ad certam sum-4 mam fuerint Taxata, videlicet Commissario, (qui solet esse vnus ex substitutis Iudicibus Tribunalis) pro suo viatico diurno aurea scuta duo ad rationem Iuliorum duodecim pro scuto: Notario, quem secū ducit, scutum vnum simile; pro eibarijs Iulij sex pro quolibet, totidem pro vecturis: birruarijs autem, quos secum pariter ducit iuxta qualitatem causarum, & ad minus quinque; in districtu, Iulij septem cum dimidio; extra districtū, nouem; & Caporali Iulij duo cum dimidio plus, quam Birruarijs qualibet die. Si verò transmittatur Notarius loco Commissarij, illi debentur pro viatico scuta duo auri; vt supra diximus de substituto Locumtenente 5 Tribunalis. Commissarij sumptibus Instigatoris, vel accusatoris, vbi adest, destinantur; alias sumptibus Fisci cum clausula: *Animo repetendi ab inquisitis* dūmodo fuerit indiciati. *Guaz. def. 13. cap. 1. num. 4. Vermigl. cons. 383. num. 3.* certam summam ad quam taxantur sumptus prædicti, excedat Commissarius, vel exigat à non indiciatis, cogitur restituere indebitè exactum vsque ad obolum.

6 Declara primo, vt huiusmodi expensæ nō possint exigi nisi a sufficienter indiciatis indicijs sufficientibus ad transmittendum monitorium, seu inquisitionem. *Guaz. def. 13. num. 14. vers. tamen veritas est. Far. q. 11. num. 16. ante fin. vers. aduerte secundo. Vermigl. cons. 383. num. 4.* vbi *num. 5.* etiam adducit quædam indicia leuia non sufficientia. Et si exigantur, cogendi sunt Commissarij ad restituendum, vt anno 1652. coactus fuit Commissarius ad restituendum scuta sexaginta exacta a Flamminio Glandarello de Monte Rotundo in causa recaptus vigore mandati cōtra eum ab Illustrissimo Gubernatore Iudice relaxati, non obstante quod offerret cessionem iurium contra Communitatem Rotundi a qua poterat exigere.

7 Declara secundo, vt propterea expensæ prædictæ non debeantur, nisi liquidata querela, & secuta condemnatione. *Ioan. de Plat. in l. fin. ante fin. vers. quando recuperabis postea. C. de erog. milit. Ann. lib. 12. Et ita etiam exponit text. in l. Circensium. C. de diuor. lib. 10. Paris. de Put. de Synd. tit. de carcer. in cap. incip. an Carcerarius. nu. 3. ante mediū vers. & hæc donec.* vbi præcisè firma. cōclusionem, quod expensæ non debent recuperari, donec in fine appareat, an Reus sit nocens in crimine. *Couar. pract. quæst. cap. 11. num. 11. Vermig. qui prædictos & alios adducit: & præsertim Franc. de Ponte in Tractatu de Potest. Proreg. tit. 10. Rubr. de donis & expens. vniuers. nu. 6. ver. de Commissarijs. cons. 383. num. 1. & 2.*

8 Declara tertio, vt si Reus soluerit viatica, & postea fuerit absolutus, ea repetere possit. *Boer. decis. 303. num. 1. ante fin. vers. & pariter debitor, aut inquisitus. Vermig. cons. 383 num. 7.*

9 Declara quarto, vt si exigantur viatica antequā certum sit, an Inquisitus sit sufficienter indiciatus, sit præstanda cautio ab instigatore, seu accusatore de illis restituendis in casu absolutionis; vel quod indicia non iudicentur sufficientia, ne indicium recuperationis reddatur elusorium. *text. l. in omnibus. ff. de iud. Vermigl. cons. 383. num. 8.*

10 Declara quinto, vt in viaticorū solutione sit habenda ratio solutorum per alios correos: sicut etiā detrahendæ sunt expensæ temporis excessiui, tam in itinere, quam in loco commissionis. *Guaz. def. 13. cap. 1. num. 5. vers. ego dum fui. Vermigl. cons. 383. num. 10. vers. in omnem autem casum.*

11 Declara sexto, vt idem procedit si Commissarius excedat in numero Birruariorum, seu militum; nisi constet, quod habuerit hanc facultatem. *Guaz. defens. 13. cap. 1. num. 3. Vermigl. cons. 383. nu. 12.*

12 Declara septimo, vt non possit Commissarius exercere suam Iurisdictionem, nisi exhibitis litteris patentibus suæ commissionis. *Rot. decis. 6. num. 1. vers. & Domini censuerunt. & decis. 9. nu. 1. 2. & 4. par. 4 recent. Vermigl. cons. 148. num. 19.*

13 Declara octauo, vt in casu, quo ex litterarum suarum petentium exhibitione cōstaret illum abuti facultate sibi concessa; & indebitè grauaret homines, & familias ipsas (vt frequenter euenit) tūc possit carcerari per Præsidem Prouinciæ *argum. text. in l. Præsides. C. de off. Rect. Prou.*

14 Declara nono, vt grauatus a Cōmissario ad Præsidē prouinciæ appellare possit omisso medio. *Abb. cons. 77. in fin. lib. 2. Tusc. litt. P. concl. 607. num. 20.*

15 Quod multo magis procedit in Legatis à Latere, quia possunt omnia, quæ potest Papa in ijs, quæ nō reperiuntur expresse reseruata Papæ secundum communem. *Io. de Anan. cons. 94. Visis & ponderatis. num. 2. Abb. cons. 109. Inuocato diuino suffragio. num. 2. lib. 1. Bart. cons. 18. Reuerēdissimus. numer. 3. vers. quinto quod Legatus. lib. 2. quos citat Tusc. litt. L. concl. 163. num. 10.*

16 Declara decimo, vt præmissa procedant in quocumque abusu, eo quod Commissarijs præfatis de iure nullus abusus permittatur in exercitio Commissionis. *Ioan. de Plat. in l. fin. ante fin. C. de erog. mil. annon. lib. 12. ex text. in l. Diuus. iuxta fin. in ver. abuti,* vbi etiam *glos. ff. de bon. damn.*

17 Declara vndecimo, vt si Fisco adhærens inquisito absoluto, & sic libero, & exempto à solutione expensarum, appellet, in hac secunda instantia audiri minimè possit, quia Fiscus, tam de laudabili consuetudine, quam Motus proprij Pij V. non appellat. Adhærens autem Fisco non potest esse melioris conditionis quam ipse Fiscus. *Anton. var. resol. 42.*

fol.41.seu 31.num.2.vers.quo vero. lib.3. Vermigl. cons.384.;num.5. & seqq.

18 Declara duodecimo, vt nec etiam appellante, & prosequente Fisco appellationem in casibus, in quibus id ei liceet, audiatur instigator, seu accusator, nisi quando sua intersit, vt declarando *Constit.* LXXI.*Pauli V.* §.17.*nu.*15.*Tit.de Fisc.Proc.* firmat *Scacc.de appell.lib.*3.*cap* 2.*q.*17.*lim.*49. *nu.* 11. *post med.vers.& quod si pro suo interesse. Vermigl. cons.*385.*num* 7.

19 Declara decimotertio, vt non sit sufficiens interesse ad audiendum instigatorem absoluto processu in negocio principali expensarum in transmissione Commissarij factarum. Nam hoc non operatur, vt sententia lata in criminalibus sit appellabilis, vt in fortioribus terminis probat *Cabal. res.crim. cas.* 208. *nu.*1.*& seq.& per tot. Vermigl.cons.*385.*n.*8.

20 Declara decimoquarto, vt fauorabilior sit concessio Commissarij, quam remissoriæ. Nam hac denegata, ille conceditur. Aliud enim est committere examen, aliud remittere. *Far.attestãs id passim in praxi obseruari. q.*77. *n.*114.*Verm. cons.*17.*n.*8.

21 Declara decimoquinto, vt quemadmodum conceditur Fisco, seu accusatori Commissarius pro processu offensiuo ita concedendus reo pro defensiuo ad seruandam æqualitatem in iudicio. *l.fin. C.de fruct.& lit.exp.Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.*§.1. *in annot.num.*73.*vers.vel si pro forma. ex Rota.* Auxim.*Tutela.*16.*Febr.*1599.*coram Penia.Vermigl. cons.*17.*num.*9. *vsque ad fin.*

22 Declara decimosexto, vt in foro Ecclesiæ expensæ Commissariorum persoluendæ sint ab Episcopis iuxta dispositionem *cap.cum nõ ab homine. de stat. cler.* quod communiter practicari in Curijs Episcoporum de partibus audiui à Secretario Congregationis Episcoporum, & Regularium; non tamen vidi seruari in Curia Eminentiss. Vicarij Vrbis, à qua, quotiescumque transmittuntur Commissarij, seruantur quoad expensas, quę dicta sunt de foro sæculari; fortè propter eminẽtiam dignitatis, & amplissimas facultates a Summis Pontificibus concessas: Certe stylus, & obseruancia omnem sustulerunt ansam dubitandi. De materia vide prouisionea Camerarij. *in Append.*§.2.*num.*13.& Constit. Paul. V. LXXI. §.14. in Bull. fol. 200.

CAPVT XVII.

De modis diuersis soluendi expensas pauperum carceratorum, & de non retinendis carceratis pro expensis.

SVMMARIVM.

1 *Expensa Carceratorum ex decretis Visita quomodo antiquitus fuerunt persoluta.*
2 *Sancti Leonardi expensa seu pecunia qua dicãtur.*
3 *Expensas Carceratorum concernentia Visita decreta referuntur.*
4 *Eleemosyna, qua colliguntur per Vrbem pro carceratis spectant ad Archiconfraternitatem Caritatis, & Pietatis, qui eos sustentant.*
5 *Eleemosynas carceratis subministrabat Pontifex, antequam locus pius Caritatis haberet redditus sufficientes.*
6 *Expensa Iulij pro quolibet carcerato solũda Baroncello danda est Cancellario eius, & dimidium pro mandatis relaxatis in forma pauperum.*
7 *Carcerati habent facultatem eligendi Nuntium pro citationibus.*
8 *Merces pro decretis, & fide remissionis causa, & litis pendentia, est ex decreto Visita antiqua Bon.1.*
9 *Taxa affigantur in Carceribus circa expensas soluendas.*
10 *Mores mali Custodum affigendi parietibus potius quam taxa.*
11 *Pro causis non excedentibus vnum scutum, nihil soluatur ex decreto Visita.*
12 *Merces soluenda est Notario Camera pro copia Instrumenti secundum Taxam A.C. in Constit. LXXI.Paul.V. insertam.*
13 *Mercedem pro explanatione Instrumenti an possint petere Notarij, allegantur DD. pro vtraque parte.*
14 *Mercedem pro explanatione non potest pratendere Notarius ex praxi Vrbis & stylo.*
15 *Merces Rogitus semel soluta ad valorem, alijs vicibus soluitur ad laborem.*
16 *Merces Rogitus vltra primam vicem soluitur in Curia iuxta Taxas; pro deputato exemplificationis medietas taxa.*
17 *Merces debetur* Notario *pro tota summa in contractu contenta, non autem pro summa tantum in iudicium deducta.*
18 *Taxa mercedem habentur affixa in Carceribus.*
19 *Taxa Notariorum, si non adsint, Iudices debent taxare.*
20 *Notarij sunt inhumani in exigendis mercedibus.*
21 *Notariorum merces duplex; pro rogitu, & pro exemplari.*
22 *Merces Notariorum si deducatur in controuersiam, recurritur in Vrbe ad Congregationem super Reformatione Tribunalium Vrbis.*
23 *Pro alimentis de iure non potest detineri carceratus.*
24 Pro *alimentis de consuetudine potest detineri carceratus.*
25 Pro *exp̃sis in Vrbe detineri nõ potest carceratus.*
26 *Vestes carcerati non possunt detineri.*
27 *Expensas potest Custos consequi in bonis carcerati.*
28 *Expensarum debitum dat Custodi actionem realem, non personalem.*
29 *Expensa Custodi aliquando persoluta ante excarcerationem saltem pro parte, vel cautum ex decreto Visita.*
30 Pro *alimentis seu expensis prastitis in carceribus, seu in Infirmaria potest carceratus retineri.*

1 EXpensæ secundum varios casus pro pauperibus Carceratis persolutæ fuerunt, vt constat ex decretis Visitæ, quæ subijcienda censuimus, ad integram rationem etiam antiquorum temporum; licet quamplura illorum ob temporum mutationem non possint frequenter hodie vsui esse. 1533. 18. Ian. Sabel. *Gismundus Gallus. Concordato Ca-*

pitaneo

pitaneo de expensis pro medietate à Carcerato, & pro alia medietate de pecunijs Sancti Leonardi relaxetur. Pecuniæ Sancti Leonardi sunt illæ, quas

2 exigit Custos Carcerum a Carceratis in eorum relaxatione habentibus mandata relaxationis signata simpliciter, vel in forma pauperum, hoc modo: Iulium vnum, si signentur simpliciter, & bononenos quinque, si subscribant additis verbis: In forma pauperum. Si vero addatur verbum, Gratis, nihil soluatur. Hæ pecuniæ hodie spectant ad Archiconfraternitatem Caritatis, & appellantur pecuniæ Sancti Leonardi.

3 Sequuntur alia decreta expensas concernentia, quæ plærumque, vt ex illis apparet, a Fisco de bonis reorum persolutæ fuerunt, sicuti persoluendum est præmium, quod iuxta formam Statutorum Vrbis lib.2.cap.83. datur accusatoribus. Ang. in l.lex. §.si quis libellum. ff.de iniur. 1535.27 Feb.Capit. Franciscus Pizzicarolus. Relaxetur auctoritate Visitæ concordato Exequutore, & Carcere.* 1536. 17.Octob. Sabel. Andreas de Sancto Gemini pro represalijs. Constito, quod pars sit concordata, & data cautione infra decem dies de satisfaciendo viginti Iulios Bariccello, relaxetur *Dicta die. Nonæ. Bartholomæus Mantuanus. In forma pauperum

4 captura, & expensæ soluantur pro medietate ex capsetta. Capsetta erat illa, in qua ponebantur pecuniæ eleemosynarum, quæ à pijs viris fiebant carceratis. Hodie sicuti est onus Archiconfraternitatis Caritatis, & Pietatis expensas, vt diximus pluries, pro pauperibus persoluere, ita ad ipsas spectant eleemosynæ, quæ per Vrbem colliguntur pro iisdem pauperibus carceratis à Ministris Caritatis, & Pietatis ad hoc deputatis. 1540.9.Iul.Sab. Michael de Ciuitate Vetula. Soluto Medico, & Aromatario, vel data cautione de soluendo, liberetur. * 1543.3 Febr.Sabel. Andreas. DD. Iudices prouideant arbitrio ipsorum tam de expensis victus, quam etiam litis. * 1543.23. Maij. Sabel. Andreas de Bononia. DD.Iudices expediant, & prouideant pro expensis remissoria pro carcerato.* 1545.3.Decemb.Nonæ. Ioannes Vignarolus. Relaxetur attenta pœna, quam luit; Camera soluat expensas. * 1546.6.Oct. Sabel. Berardinus. Relaxetur, & expensæ soluantur de bonis delinquentium, & D. Gubernator prouideat arbitrio suo secundum mentem Visitæ. * 1548.19.Apr.Sabel. Auditor Cameræ mandet satisfieri Capitaneo Carcerum de Sabel. de expensis factis in causa Terracinen. excessuum de primis pœnis venientibus ad suum Tribunal.* 1549. 14.Mart.Capit. Nicolaus de Brixia. Caritas soluat scuta duo, & D.Soderinus Clericus vnum, & residuum soluat ipse, & relaxetur. * 1549.4.Apr.Cap. Dominicus de Vitorchiano. Relaxetur, & Visitatores soluant expensas victus tantum, in reliquis gratis. * 1550. 2.Octob. Capit. Margutto. Solutis expensis victus liberetur. 1553.9. Mart. Nonæ. Ioannes Franciscus. D.Iulius Locumtenens Auditoris Cameræ de primis pœnis soluat pro expensis scuta tredecim, & D. Gubernator duodecim de pecunijs pœnarum, & interim D.Commissarius faciat verbum cum Sanctissimo iuxta mentem Visitæ, & audita voluntate Principis relaxetur. 1553.23. Oct. Nonæ. Angelica de Vrbe Veteri. Visitatores reduxerunt expensas victus, & carceris ad scuta triginta sex, de quibus tertiam partem soluat Caritas, & alias duas tertias partes soluat fiscus de pœnis maleficiorum, & in reliquis, relaxetur gratis. 1554.20.Sept. Nonæ. Andreas de Bertinoro. Solutis Capitaneo Turris Nonæ pro expensis scuta 40. auri in auro, videlicet 30. per Caritatem pro eleemosyna, & alia decem per ipsum Andream, relaxetur, & banniatur ab Vrbe, & toto Statu Ecclesiastico perpetuo sub pœna furcarum.* 1557.20.Nouemb. Sabel. Andreas. Confiscatis pecunijs, relaxetur, & banniatur ab Vrbe, & eius districtu, sub pœna triremium, & de pecunijs confiscatis soluatur exequutio Bariccelli. 1557.23. Dec.Sab. Paulus Data cautione in forma depositi de deponendo in manibus D.Claudij Valle Notarij expensas debitas occasione carcerum pro Antonio Capitaneo infra mensem, relaxetur. 1559.21.Ian.Nonæ. Ioannes. Fiscus soluat de pœnis medietatem expensarum. * 1559.13.Maij.Nonæ. DD. decreuerunt, quod de primis pœnis in Curijs Gubernatoris, Regentis, & D Vicarij satisfiat Capitaneo Turris Nonæ, vt possit satisfacere Dominis. 1566.24 Octob.Nonæ. Cæsar. Facta obligatione per eum de soluendo infra octo dies expensas victus sibi facti extra Carceres secretos, prout promisit, & se obligauit; Relaxetur gratis, & quoad alias expensas soluat Caritas. 1566. 9. Nou Sab. Persichina. Solutis scutis tribus per D. Laurentium Procuratorem pauperum de pecunijs Sanctissimi, & tribus per Caritatem, relaxetur gratis.

5 Apparebat pietas Summi Pontificis in subministrando pecunias pro liberatione Carceratorum; quando loca pia Caritatis, & Pietatis non habebāt tot redditus ad soluendum expensas pauperum carceratorum; & propterea ea tempestate supplebat Summus Pontifex maxima ex parte. Hodie etiam nō deest liberalis Pōtificum subuentio quotiescunque causæ, & qualitas personarum id postulant, præsertim ex pecunijs, quæ proueniunt a dispensationibus matrimonialibus, quæ in his, & alijs pijs operibus erogantur. 1570. 19.Ian.Sabel. Arminia, & Angela. Relaxentur gratis iuxta formam mandati, & Fiscus soluat expensas victus de pecunijs compositionis facta per Vincentium principalem.* 1577.9.Decemb.Sabel. Stephanus. Relaxetur data cautione prius de non offendendo arbitrio, quo vero ad expēsas factas in carceribus, videlicet in carceribus secretis, soluantur integre ex pecunijs redactis ex eius bonis venditis; quo vero ad expensas factas in carceribus publicis superioribus soluat medietatē tātūmodo idem Stephanus.* 1583. 17.Mart. Nonæ Nicolaus. Carceratus pro debito carceris, stante fide Infirmitatis solutis in præsenti scutis duobus Capitaneo Carcerum; pro residuo vero facta obligatione per se ipsum de soluendo scutū vnum quolibet mēse vsque ad integram satisfactionem, relaxetur iuxta formam mandati.* 1597.18. Sept. Nonæ. Marcellus, Fabius, & Dionysius. Facta obligatione in solidum, relaxetur maior natu videlicet Dionysius, Marcello remanente, donec satisfiat integraliter, prout promiserunt satisfacere intra quatuor mēses quoad expensas Custodis carcerum. * 1615 11.Iul.Nonæ. Laurentius. Facta obligatione per ipsum de soluendo Custodibus, quidquid debet pro expensis carcerum, prout ad præsens

si obligauit; Relaxetur *gratis*. 1616. 22. Sept. Sabell. *Thomas*. *A die, quo fuerunt data defensiones in Carceribus, soluat Caritas expensas carcerum, & etiam expensas Infermariæ; & relaxetur iuxta formam mandati sui Iudicis*. * 1616. 15. Dec. Nonæ. *Alexander*. *Relaxetur iuxta formam decreti gratis, & quo ad expensas Carcerum relaxetur etiam, & factis per Custodem diligentijs contra ipsum pro satisfactione soluat Caritas*.

6 Circa personas quoque, & circa materiam à Visita suit variatum vt in alijs decretis, quæ pariter subijciuntur. 1601. 19. Iul. Nonæ. *DD. decreuerunt, quod Iulius dari solitus Cancellario Baroncelli pro quolibet Carcerato relaxando, persoluatur Cancellario Baroncelli D. Gubernatoris, & non alijs Cancellarijs cuiusuis alterius Tribunalis iuxta decretum factum per DD. de Visita sub die 25. Iulij 1592. Addendo quod, quando mandatum erit signatum in forma pauperum, tunc ipse Cancellarius Baroncelli Gubernatoris non possit, nec debeat exigere dictum Iulium, nisi pro medietate sub pœna arbitrio DD. Visitatorum*; Hoc etiam est conforme Constitutioni Pauli V. LXXI. tit. de carceribus, & Carceratis. *§. Iulius dari solitus*.

7 Præterea fuit quoque per eosdem Visitatores dispositum etiam circa expensas, non concernentes Carceres. Nam in decretis Cameralibus impressis anno 1529. fuit dictum dari facultatem carceratis eligendi vnum Nuntium qui possit ad eorum instantiam citare coram quocumque Tribunali ad euitandum expensas Cursorum. *In Append. §. 2. cap. 1. nu. 12.*

8 Rursus prouisum fuit per eosdem Visitatores etiam respectu expensarum concernentium non solum carceratos, sed alios extra carceres existentes, 1555. 21. Febr. Capit. *Ad subleuandum partes litigantes ab expensis præsertim pauperes, ac in minimo, & breuioribus causis Visitatores decreuerunt, quod de cætero nullus Notariorum cuiuscumque Curiæ Vrbis pro decreto, & fide remissionis quarumcumque causarum tàm ciuilium, quam criminalium, quas ab vno Tribunali ad aliud Tribunal eiusdem Curiæ remitti contingit, et pro fide litis pendentiæ vltra vnum bononenum ab ipsis partibus, sub pœna quinque ducatorum auri Cameræ Apostolicæ, vel Capitolinæ applicandorum pro qualibet vice, qua contrauenerint, incurrenda exigere, vel etiam à sponte dantibus recipere præsumant, et ne quispiam de huiusmodi decreto ignorantiam prætendere valeat, illud ad valuas earumdem curiarum affigi, et à die affixionis vnumquemque arctari mandarunt, et voluerunt.* Salu-

9 bre sanè mandatum, quod decretum istud affigatur. Idem statutum postmodum fuit de omnibus taxis in Constitutioni LXXI. Pauli V. Tit. *Ordini, et tasse per li Barigelli, qui est vltimus, in fine*: his verbis. *Et accio che ogn'vno possa hauer notitia delli dd. ordini, e tasse tanto li Barigelli, & Essecutori, quanto li Capitani delle Carceri siano obligati tener continuamente detti decreti stampati in vna tauola affissa nel muro in parte che ogn'vno possa vederli, eleggerli d'ogn'hora.* Fuerunt in cau-

10 sa, vt taxæ huiusmodi affigi mandarentur, executorum, & custodum mali mores, quos æquius esset (ne dicam ipsos custodes) clauis affigi parietibus, quam taxas, vt dixit *Plaut. in Trinummo. Act. IV. scen. 3* his verbis.

—— —— —— —— mores
„ *Leges perduxerunt iam in potestatem suam, magis qui sunt*
„ *Obnoxij, quam parentes liberis, ea misera etiam*
„ *Ad parietē sunt fixa clauis ferreis, vbi malos mores*
„ *Affigi nimio fuerat æquius —— ——*

Sequitur aliud decretum pertinens ad commodum pauperum litigantium, etiam si non sint carcerati respectu expensarum. 1562. 19. Feb Sabell. *DD. Visitatores prouidendo indemnitati pauperum litigantium ordinarunt, quod Notarij alicuius Curiæ in causis non excedentibus vnum scutum, nihil penitus recipiant à partibus; ab vno vero scuto vsque ad duo, nihil recipiant similiter, nisi quod fuerit eis concessum ab eorum Iudice sub pœna furti, & intimetur præsens decretum ipsis Notarijs.* Nuper

12 etiam mota quæstione in Congregatione, quæ habetur super obseruatione Reformationis *Pauli V.* *de qua in eius Constit. LXXI.* ad quam rationem essent soluendæ copiæ Instrumenti in Tribunali Cameræ rogati: fuit dictum esse soluendum Iulium vnum pro quolibet folio iuxta dispositionem *Constit. LXXI. Pauli V. in Taxa Auditoris Cameræ in fin.* quæ seruatur à Notarijs Camerariatus. An

13 autem possint Notarij compellere contrahentes ad soluendum mercedem pro exemplatione Instrumenti. Pro parte affirmatiua stant. *Bart. in l. argentarius. nu. 3. vers. possemus forte dicere. ff. de edendo. Castrens. in §. edi autem. vers.* Barto. *tamen num. 3. Angel. num. 2. vers. sed quia tacitè. Iason. numer. 1. vers. ita tenent* Bart. *Alex. num. 5. vers. sed eis competit. & cæteri scribentes eadem l. argentarius de eden. Angelus Aretinus post Salicetu n. in §. cum autem num. 3. instit. de adop. Dec. cap. 1. de probat. num. 46. vers. prædicta conclusio. Rom. cons. 25. viso facto. num. 2. Io. Bertaz. tit. de Episcop. par. 2. cap. dicamus nunc. vers. & nota numer. 42. Vinc. Caroc. de locat. quæst. 8. de fruct. & lit. expens. numer. 35. vers. similiter ad propositum. & alij ab eisdem citati asserentes* competere Notario vtilem actionem ex locato pro exemplatione Instrumenti; & quod possit petere pro extractione. *Idem Carocius ibidem. numer.* 40. quæ est magis communis opinio.

14 Negatiuam verò tenent, *Io. Plat. in l. fin. C. de Princ. agen. in reb. lib. 12. nu. 4. Cagnol. in l. si librarius. num. 49. ff. de reg. iur.* cum dicat, quod pars compelli non possit, nisi mandauerit, non video cur citari non debeat pro negatiua. Nam valet argumentum à contrario sensu: ergo Notarius non requisitus non potest compellere partem. *Asin. in sua pract. iudiciorum §. 14 cap. 22. num. 3. & 4.* qui tamen loquitur de quibuscumque actibus iudicialibus. *Surd. cons. 66. num. 4.* Quam negatiuam opinionē in Vrbe obseruari semper vidi; Soluitur enim solum merces rogitus. Inter vtramque stat *Surd. cons. 66. num. 4.*

15 Declara mercedem rogitus semel soluta ad valorem, alijs vicibus soluendum esse ad laborem tantum, ne res in infinitum trahatur. Tex. est in *l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. Sol. decret. præsenti. glos. vnica. nu. 6. & 7. Tit. de Tabell.* Prout dicitur de gabella, quæ pro vnico contractu iterato solui non debet. *Alex. cons. 143. num. 5. vers. quod*

non

non est dicendum.lib.6.Corn.cons.106 nu.4. lib.4. Bertaz.cons.crim.336.nu.11.Cabal cons. 24. nu.9. lib.1.Surd.dec.305 num.21.& dec.321. num 1. 2. & 3.Cyriac.contr.qq à num.2.Bart.in l. interdum. §.quoties.ff.de public.& Vect.num. 4. vers. & ista lex.Bald in l.cum dotem.C.de iur.dot.num. 4. vers. modo extra quaro. & vers.item quia in l. cum per eos.num.3.vers sed pone.C.si quis alteri vel sibi Tiraquell.de retract.lignag §.29 glos 1.num. 3 vers. quod ex vno contractu & de retract. conuen in fine num.41.vers.vbi ex hoc dicunt.Bertaz.in tract. de gabel.par.1.q.3.& p.8.in 3.parte. quast.13. Iul. Ferret in tract.de gabell.nu.367.

16 Limita declarationem nisi aliter disponatur vigore Statuti,vel Taxarum particularium,vt in Curia Capitolina;in cuius taxia ponitur merces mandatorum duplicatorũ Iulij vnius vsque ad summam scutorum quinquagiura; indè verò vsque ad quamcumque summam Iuliorum duorum. In alijs autem curijs nihil soluitur pro duplicato mandati. In omnibus vero curijs Notario pro mercede duplicati exemplificationis Instrumenti soluitur medietas ipsius taxæ mercedis.

17 Quæri hoc loco potest,an merces huiusmodi debeatur pro tota summa in contractu contenta, an verò pro ea tantum parte, quæ peti potest, & quæ fuit in iudicium deducta. Videtur quod *instar decimæ* litis solui solitæ pro tota quantitate solui debeat. *Neuiz.cons.15.num.3.* Alias esset in potestate petentis exemplationem eludere Notarios,fingendo velle vti Instrumento in minima parte, vt in terminis lex rationibus tuetur *Surd.cons.66.n.4. vers.difficultas est vtrum. in fine:* In legatario tamen prædicta non procedunt; eo quod solũ debeat soluere pro quantitate, & valore legati; non autem pro tota summa hæreditatis, per ea quæ scribit *Angel.in l.argentarius.§.edi autem.num.1. ff. de eden. Surd.cons.65.num.10.circa finem.* Et ità etiam de consuetudine seruatur.

Limita secundo in paupere,vel aliter afflicto,qui non tenetur soluere salarium Notario pro copia Instrumenti. *Alex. in l. argentarius. numer. 6. Rebus.tractat.de priuileg.schol priuil 90. numer. 4. Ant.Sol.Decret.præsen.glos.vnic.num.9.tit.de Tabell.*

18 In hac taxarum materia, vt de illis haberi possit notitia, tenentur,vt etiam alibi dicitur, affixæ in carceribus, in vim Bannimenti D.Gubernatoris *in* 19 *Append.§.1.cap.6.* Quando verò taxæ à iure,Constitutione, seu Statuto determinatæ non sunt,& super his inter partes discordia oritur, per Iudicem taxari, & moderari debent,cum,vt plurimum,No- 20 tarij inhumani sint in illis exigendis. *Specul. Tit. de salar.Procur.& Tabell num.4.* vbi *num 5.vers. & nos dum essemus.* affirmat in Vrbe fuisse satis bene ordinatas. *Bal.in l.argentarius nu. 1.ff.de eden. Dec.cons.654.num.2.Becc.cons.27.num. 3. Sol. in Decret.antiq.Pedemont.tit.de Tabellion.glos. vnic. num 5.Surd cons.66. nu. 1.* & cæteri scribentes in 21 l. argentarius. cit. Merces autem Notariorum prædicta duplex est: vna pro rogitu; altera pro exemplatione Instrumenti, quod parti traditur. *glos.in l.vlt.verb. exemplaria. C. de priuat. agen.in reb.lib.12.glos.Bart.& alij in d. l.argentarius. de eden.Roma.cons.25.vers.vbi Tabellio.& sing. 575. vers.an Tabellioni. & ibi Mandos.ver.exemplaria. litt.D.Dec.cons.654 num.1 Sol. glos. vnic. num.2. in fin.vers merces.& nu.4 tit.de Tabell Becc. dicto cons 27.nu.1.Surd.cons.66 nu 1.Thes.q 17.lib. 2.*
Ex his duabus mercedibus in curia non potest cogi pars ad solutionem nisi vnius solius,nempe rogitus, non autem ad recipiendum Instrumentum 22 exemplatum, vt dixi supra. Quod si contingat casus controuersiæ circa huiusmodi mercedes in curia,recurritur ad Congregationem super obseruatione Reformationis Pauli V. de qua in eius Constit. LXXI. quæ fit in Palatio D. Gubernatoris. Multa sunt quæ disposuerunt Summi Pontifices ad refrenanda quæcumque Notariorũ in partes litigantes aggrauia.Pro is quia impressis remittimus lectorem ad bullarium. Quæ verò ibi non leguntur posuimus *Append. §. 1. cap. 11. 13. & 23.* vbi videri poterunt aggrauia.

23. His ita expositis accedamus ad alteram partem tituli,quem huic capiti præfiximus, nimirũ de iure carceratum non posse retineri pro alimentis. *Damoud.in prax.crim.c.17.nu.23.Rouit. in pragmat.* 24 *19.de Baron.num. 8.* De consuetudine seruari contrarium testatur. *Hieron.de Laur. dec. Auenionen. 212.numer.5.Guidop.decis.448 Iodoc.in sua pract. rerum crim.cap.17.num.21. vers verũ hodie. Ant. Sol.in const.Pedem.Tit.de capt.debit.glos.3. num 6.* vbi probat retentionem competere etiam de iure. *num.7.Clar.pract.crim.§ fin.quæst.62 nu.11.vers. sed hic incidenter.Surd.de alim.Tit.1.ad finem q.71. num.5.& 6.Caball.resol.crim.cas.221.num. 6.& 7. vbi tradit de communi.Guaz.defens.5.cap. 1.num.5. Muscul.ad capit.decis.v1.ad finem.*

25 Declara primo, vt Romæ retineri non possint carcerati pro expensis vigore Const. LXXI. Pauli V. in tit *Ordini, e tasse:* Ibi: *E quando li prigioni haueranno hauuto il mandato di rilasso, non li possano il Guardiano, ò Capitano ritenere, ne leuarli alcun vestito per il debito, che haueranno fatto etiam per causa di vitto, ò altro, mà si debbano subbito relassare, imputando a se stessi, se l'haueranno tenuti di sopra senza farsi pagare, ò assicurarsi con sicurtà, ò pegno, Guaz.def.5.c.1.num. 5. vers. sed ego.*

Quod est etiam conforme generalibus decretis Visitæ alias factis. 1594. 3. Non. Nonæ. *Visitatores Carcerum Vrbis decreuerunt, quod Capitanei, seu Custodes Carcerum imposterum non possint retinere, nec auferre vestimenta carceratorum sub prætextu alimentorum,sub pœna priuationis officy, & alijs arbitrio supradictorũ DD* 1596.22. Dec. Capit. *In visitatione secreta fuit ordinatum quod Guardiani Carcerum non possint retinere aliquem carceratum pro alimentis nisi per octo dies, præterquam si existant in carceribus de mandato Iudicis, quia sibi mandatur, quod debeant transmittere ad loca publica, & inferiora nõ soluentes per octo dies, & si fidem voluerint haberi de maiori tempore, ad* 26 *risicum, & periculum suum.* Immo, si aliquando fuerint ablatæ vestes, decreta fuit restitutio. 1548. 19. Iul. Sab. *Margarita vxor mandatarij, Restituatur vestis, & Capitaneo satisfiat de pœnis huius Curiæ in computum damnorum, pro quo debito satisfaciendo ex nunc decernitur sequestrum penes receptorem pœnarum.*

27 Declara secundo, vt etiam si non soluantur alimenta ante excarcerationem, non per hoc perdat Custos Carcerum actionem; sed possit illa recuperare in bonis Carcerati, vt diximus supra, & dicit esse de iure. *Abanus de reatu.q.14.numer.23.vers. immo debent illi*. *Guaz.defens.6.c.1.num.5.in fin. vers. & idea carceratos relaxant*. Eodem modo etiam decernit Visita. 1560.24. Aug. Non. Cecchinus de Prato. *Solutis expensis pro tribus diebus tantum, relaxetur salua actione Custodi Carcerum agendi contra eum.*

28 Declara quarto, vt nec possint Carcerati, qui fuerant relaxati non obstante debito expensarum, denuo pro eisdem expensis carcerari. 1643.26. Nou. Cap. *Ioannes. Firmo manente mandato quoad bona, relaxetur gratis*. Iste Ioannes in carceribus subscripserat apochæ obligationis de soluendo scuta decem Capitaneo pro expensis Carcerum, pro quibus retineri non poterat, & se obligauerat in forma Cameræ soluere infra certum tempus. Elapso tempore Capitaneus obtento mandato illum fecerat carcerari: fuit dictum quoad obligationem personalem, quæ Capitaneo non competebat, executionem tanquam nullam non sustineri, quia promissio facta fuerat in Carceribus, & propterea emanauit decretum supradictum.

Conforme est quod disponitur à Stat. Vrbis cap.99.lib.3. Ibi: *pro expensis carceratorum non in secretis non liceat carcerario vltrà quantitatem sibi debitam pro decem diebus præteritis tempore relaxationis ipsos retinere, vel eorum vestes ab eis auferre, salua tamen, & reseruata actione ad non solutum petendum*. Post Const. vero LXXI. Pauli V. nec pro alimentis decem dierum præstitis carcerati ad largam existentes retineri possunt, sed sunt relaxandi.

29 Declara quinto, vt quandoque illas expensas pro quibus Carceratus retineri non potest, fuerit decretum, ante excarcerationem persolui saltem pro parte, vel dari cautionem. 1620. 12. Sept. Nonæ. *Catherina, Paris, & Margherita eius mater. Facta obligatione per ipsas de soluendo Custodi Carcerum expensas infra tres menses, prout qualibet ipsarum se se obligauit. relaxetur gratis, & Visita suppleat.* * 1621. 26. Aug. Capit. *Septimius. Facta obligatione per ipsum, & data cautione etiam per Ioannem Baptistam de soluendo expensas Carcerum Capitaneo Sabellorum, & Capitaneo Turris Nonæ infrà mensem in totum scutorum octo, & b.50. prout se obligauit, relaxetur gratis.* * 1576. 7. Aug. Nonæ. *Raymundus Carceratus Sabel. Soluta dimidia expensarum, seu pensionis Carceris Custodi, & data cautione pro alia dimidia de soluendo scutum vnù qualibet mense dicto Custodi vsque ad integram satisfactionem d. dimidiæ, relaxetur gratis.* * 1616. 19. Maij. Sab. *Fuluius. Facta obligatione per se ipsum de soluendo infra mensē scuta quinquaginta Custodi Carcerum, prout se obligauit, relaxetur gratis, & interim relaxetur mandatum super bonis communibus.*

30 Quod dictum est non posse retineri carceratum pro expensis, seu alimentis à custode, non procedit quãdo alimẽta præstita sunt in secretis carceribus, vel infirmaria, seu valetudinario. Prohibitum enim tantum, licet Custodi retinere carceratum, donec soluantur vel à carcerato, vel à Caritate, vt etiam alibi diximus.

CAPVT XVIII.

De reficiendis, & restituendis expensis ab Instigatore, & alijs respectiuè.

SVMMARIVM.

1 *Accusatores si se noscerent, alios non insectarentur.*
2 *Accusatores si saperent, offensas remitterent.*
3 *Accusatorum violentia quandoque veniam reis impetrauit.*
4 *Accusator rigidus fuit in causa vt etiam culpabilis absolueretur.*
5 *Accusatore recusante præstare consensum, suppletur per fidem Capitanei ex decreto Visitæ.*
6 *Accusator reo absoluto ad expensas tenetur, & Rea bona capta restituuntur.*
7 *Accusator cogitur cauere pro expensis, si non potest cauere Reus de se repræsentando.*
8 *Accusatore non soluente expensas mitius agitur cum Reo.*
9 *Accusatori soluenti expensas pro Innocente reseruantur iura contra culpabiles.*
10 *Accusator non intelligitur facere partem in Iudicio.*
11 *Accusator, si in probatione deficiat, tenetur ad expensas.*
12 *Accusatore incerto existente relaxetur carceratus solutis expensis victus.*
13 *Accusator obligatur aliquando pro solutione expensarum.*
14 *Accusator aliquando coactus fideiubere pro expensis.*
15 *Accusatore differente probare, Reus relaxatur cum cautione.*
16 *Accusatore differente solutionem mercedis reus relaxatur.*
17 *Accusatore non subministrante alimenta reus relaxandus.*
18 *Accusatori aliquid demandatum fuit pro complemento Iustitiæ.*
19 *Expensa carcerato reficienda per quemcumque, cuius culpa indebite fuerunt exactæ, ex decretis Visitæ.*

1 SI se ipsos noscerent, qui accusatoris personam assumunt, nõ tam facilè reos insectarentur animo ferociori gladiatorio. Gladiatori enim ad certamẽ parato hæc pugnæ proposita sors est, aut occidere, si occupauerit, aut occumbere, & si cessauerit: quam audaciam, cũ propriæ salutis contemptu coniunctam, Aristoteles appellat Celticam. Instigatores verò non curant plerumque animæ salutem, dummodo corpus pereat inimici, non aduertentes sibi parere damnum, qui alteri parat. Quis est ex accusatoribus, qui interrogari non possit cum Horatio *Serm. lib.1. Satyr.3.*

quid

——— *quid tu?*

,, *Nulla ne habet vitia? immo alia haud fortaße minora*

,, *Mauius absentem Neuium cum carperet: heus tu*

,, *Quidam, ait, ignoras te? an vt ignotus, dare nobis*

,, *Verba putas? egomet, mi ignosco, Maius inquit.*

2 Sanè si saperent, audirent consilium Senecę. *In Agamem. Act.2. Scen.2.*

,, *Det ille veniam facile, cui venia est opus.*

,, *Ita est; pacisci mutuam veniam licet.*

3 Nec desunt exempla Reorum, qui ob vitia, & violentiam Accusatorum suorum fuerunt absoluti: Subijciam duo. illud primo Valerij Valentini relatum à *Valerio Maximo lib.8.cap.1.* C. *Cosconium*, inquit, *Seruilia lege reum propter plurima, & euidentissima facinora, sine vlla dubitatione nocentem Valerij Valentini accusatoris eius recitatum in Iudicio carmen, quo puerum prætextatum, & ingenuam virginem a se corruptam poetico ioco significauerat, erexit: Siquidem Iudices iniquum rati sunt eum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur. Magis ergo Valerius in Cosconij absolutione damnatus, quam Cosconius in causa sua liberatus est.* Alterum est C. Valerij à *Liuio lib.* 8. narratum, & à *Valerio Maximo* relatum loco citato: *Plauius augur à C. Valerio ædile ad populum Reus actus, cum quatuordecim tribuum suffragijs damnatus esset, proclamauit se innocentē opprimi. Cui Valerius æque clara voce respondit, nihil sua interesse nocens ne, an innoxius periret, dummodo periret. Qua violentia dicti reliquas tribus aduersario donauit. Abiecerat inimicum; eumdem, dū pro certo pessundatum credidit, erexit, victoriamque in ipsa victoria perdidit.* Reus autem ex inimico suo salutem consecutus est.

Lex erat apud Romanos, vt qui ciuem ab hoste seruasset, ab Imperatore quercea corona donaretur. Ea est aliquando Instigatorum feritas, vt dum patroni innocentem ab eorū insidijs liberantes, non quercea (quæ modo in nullo est pretio) sed aurea Corona digni reddantur. Nec mirandū est, si dum fiet victus, pereat iusto Dei iudicio victor, vt qui vindictam, Deo scilicet reseruatam, voluit sibi vindicare, propriam vitam amittat.

4 Est itaque valdè conueniens, vt instigator, quando non reperitur in culpa accusatus, grauetur etiam ad alias expensas vltra alimenta, de quibus diximus supra capitibus præcedentibus. Apud rectos enim Iudices, & innocentia perfugiū habere, & calumniatores seuere castigari debent: Sicuti non erit inconueniens etiam, quotiescumque carceratus in aliqua reperiretur culpa, si nimis sit rigidus instigator, aliquid de pœna Reo remittere. Neque id nouum erit: Habemus inter cætera exemplum, quo in causa capitali tota pœna remissa fuit, quod solum sufficere credimus. Cicero *ad Attic.4.ad Q.frat.3.Ep.1.* & Valerius Maximus *lib.8. cap.1.* referunt de A. Habito *qui, in maximo infamiæ suæ ardore suffragijs populi C. Memmio accusatore subiectus, abrupta esse spei videbatur, quoniam & accusatio partes suas plene exhibebat, & defensionis præsidia inualida fide nitebantur, & qui iudicabant ira præcipiti pœnam hominis cupidè expetebant. Lictor igitur, & Carcer ante oculos obuersabantur, cum interim ista omnia propitiæ fortunæ interuentu dispulsa sunt. Filius namque Gabinij Sisenna consternationis impulsu ad pedes se Memmij supplex prostrauit, indè aliquod fomentum procellæ petens, vndè totus impetus tempestatis eruperat, quem truci vultu a se victor insolens repulsum, excusso è manu annulo, aliquandiù iacere passus est. Quod spectaculum fecit, vt Lælius Tribunus Plebis, approbantibus cunctis, Gabinium dimitti iuberet; ac documentum daret, neque secundarum rerum prouentu insolenter abuti, neque aduersis proprie quemquam debilitari oportere.*

5 Huc tendit S. Visitæ benignitas, quæ multoties consueuit decernere reorum relaxationem habito instigatoris consensu, & in euentum recusationis, data fide de non offendendo; vt constat ex quamplurimis decretis, alibi in hoc opere relatis, inter quæ apparent etiam nonnulla, quibus importunam instigatoris rabiem multoties ipsa Visita compescuit.

6 Respectu autem expensarum reficiendarū carcerato ab instigatore, de quo principaliter est sermo noster, eæ non veniunt persoluendæ, nisi quatenus reus absoluatur, vt diximus. Circa hoc diuersa facta fuerunt à Visita decreta; quæ referam declarationibus infrascriptis.

Declara primo, vt aliquando fuerit decreta simpliciter solutio expensarum. 1537. 14. April. Capit. *Paulus Ianuensis. Attenta contumacia, & attestatione, quod est in possessione domus, relaxetur, & expensa soluantur per Aduersariū.* * 1544. 14. Maij. Sabell. *Ioannes Andreas. Facta obligatione per ipsum de se repræsentando ad primam Visitam relaxetur. Aduersarius soluat expensas, attenta securitate data per litteras recognitas per Ioannem Narium de Parma.* * 1545. 3. Dec. Nonæ. *Bernardinus faber lignarius. Nisi aduersarius per totum cras repeti fecerit testes coram Domino, relaxetur expensis aduersarij.* 1540. 29. Iul. Sab. *Oliuerius de Eugubio. D. Gubernator expediat, & nisi Instigator dederit noua indicia, facta intimatione relaxetur, & instigator soluat expensas.* Hæc declaratio procedit, etiam si capta fuissent bona carcerati, quia veniunt restituenda. * 1551. 16. Iul. Sabell. *Petrus Corsus. Restituatur illi equa, & alia bona, & instigator soluat expensas victus.* Procedit quoque, & multo magis, si pro fisco, & adhærenti quis steterit carceratus. * 1652. 29. Feb. Sabel. *Franciscus Dominici. Facta obligatione de se repræsentando pro causa &c. etiā nonis &c sub pœna scutorum centum &c. relaxetur gratis, & detur mandatum contra adhærentes ad fauorem Capitanei carcerum, pro expensis cibarijs secretorum.*

7 Declara secundo, vt non valente carcerato cauere de se repræsentando adstrictus fuerit instigator ad cauendū pro expensis. 1554. 24. Decemb. Nonæ. *Paulus de Regno. Data cautione de se repræsentando sub pœna ducentorum; relaxetur: & in euentum, quod non reperiat cautionem, Cæsar instigator caueat idoneè de reficiendo omnes expensas tam factas in Curia Capitolina, quam in præsentibus carceribus, & in futurum per totum hodie, & cras, & interim præfigatur terminus fisco infra mensem, ad probandum, deducendum, & produ-*

cendum quidquid vult , & potest.

8 Declara tertio, vt non solutis expensis ab instigatore mitius actum sit cum Reo. 1622. 21. Mar. Nonæ. *Franciscus Burgi Carceratus. Relaxetur cum exilio à toto statu, quatenus per totum hodie soluantur expensæ carcerum per Crisippum adhærentem fisco, sub pæna triremium per quinquennium donec cauerit de non offendendo, & se repræsentando pro ipsa causa sub pæna scutorum 200. & quatenus non soluantur data fide de non offendendo d. D. Crisippum, & cum obligatione de se repræsentando toties &c. sub pæna scut. 200. relaxetur gratis.*

9 Declara quarto, vt in solutione expensarum facienda ab Instigatore pro Innocente carcerato reseruatum sit ius se reualendi contra bona nocentum. 1636. 4. Dec. Capit. *In causa vertente inter Capitaneum Carcerum Vrbis ex vna, & Eliam Toscanum Hebræum fisco adhærentem super solutione expensarum ab eisdem Capit. in eorum carceribus subministratarum Deodato de Præneste, & alijs Hebræis ad instantiam dicti Eliæ carceratis, & exilsatis &c. Visitatores Carcerum, auditis partibus, & visis Iuribus hinc inde deductis, iustis de causis pro hac vice tantum, adeo, vt non possit allegari in exemplum, decreuerunt, & relaxauerunt mandatum contra bona supradicti Eliæ Instigatoris, reseruato tamen eidem Iure, se reualendi super bonis dd. Hebræorum exilsatorum, contra quæ ex nunc mandarunt exequi mandatum, alias ad fauorem dd. Capitaneorum relaxatum.*

10 Quamuis enim Instigator per solam sollicitationem, & inflammationem in Iudicio partem facere non intelligatur. *Foller. in pract. crim. vers. audiantur exceptiones. num. 2. Baiard. ad Clar. in § fin. q. 10. num. 6. vers. quæro numquid Instigatorem.*

11 Succumbens tamē in probatione tenetur ad damna, expensas, & interesse. *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. l. si postulauerit. §. si Reus. ff. de adulter. Bart. in auth. de mandat. Princip. §. deinde. num. 3. & in l. 1. in principio. circa finem. ff. ad Turpil. asserens de communi. Aret. in §. hæc autem omnia Inst. de pæn. tem. litig. Socin Iun. cons. 36. num. 14. vol. 3 Marsil. in pract. crim. §. superest. num. 1. & sequen. & in l. Patre, vel marito. ff. de quæst. num. 14 & sequen. & in cons. 36. num. 3. vers. nam quando Index. & sequen Gram. decis. 39. num. 3. & 9. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 62. num. 4. Riminal. cons. 303 nu. 5. 6. 7. & sequen. & alij plures adducti per Farin. quæst. 16. num. 14.* Quæ conclusio procedit non solum de iure ciuili; sed etiam de iure canonico. *gloss. in cap. finem litibus. de dolo, & contum. & ibi Abbas post alios. num. 24.* asserens esse communem opinionem Canonistarum. *vers. & hoc videtur.* Facit etiam *gloss. cap. cum dilecti. tit. eodem.*

12 Declara quinto, vt si aliquando dubitatum fuerit an adesset Instigator, decreta sit solutio expensarum vt infrà. 1540. 4. Maij. Nonæ. *Iosephus Barcarolus. Data cautione de stando iuri, & solutis expensis victus, relaxetur, & instigator, si quis est, soluat expensas.*

13 Declara sexto, vt etiam ad reddendum securiorem Carceratum pro recuperatione expensarum obligauerit se aliquando expresse, & spontè in Visita Instigator. 1542. 6. Iul. Nonæ. *Ioannes Baptista faber lignarius. Horzolinus accusauit ipsum de fraudibus, & homicidio, & declarauit se instigatorem apertum, & obligauit se ad omnia damna, expensas, & interesse, pro quibus obligauit &c.*

14 Declara septimo, aliquando fuisse decretum, vt instigator fideiuberet pro expensis. 1637. 19. Iul. Sab. *Lucas de Auersa. D. Auditor ordinet fiscali, vt capiat fideiussionem pro expensis ab Instigatore factis, & faciendis infra biduum, & perficiatur processus; alias relaxetur.*

15 Declara octauo, vt differente probationes Instigatore Reum cum cautione relaxandum esse decretum fuerit in Visita. 1550. 7. Aug. Nonæ. *Ioannes Antonius. Data cautione de non discedendo, & de repræsentando toties quoties sub pæna duorum millium ducatorum applicandorū Cameræ, relaxetur, & facta obligatione per ipsum sub pæna confessatorum criminum, vel remaneat carceratus, si Instigator conducat Testes infra mensem, & per totum mensem Augusti, alias liberetur, protestante Procuratore fiscali, quod non accipiatur in fideiussorem aliquis Prælatus, attento quod in causis criminalibus non solent Prælati recipi in fideiussores, neque expedit ratione etiam dignitatis eorum.*

Declara nono, vt si quis ad instantiam Instigatoris capiatur sine sufficientibus indicijs prouidendum sit, vt dicetur *infra §. 5.*

16 Declara decimo, vt relaxatio fuerit decreta differente Instigatore solutionem mercedis pro expeditione causæ. 1637. 5. Septemb. Nonæ. *Hieronymus. Nisi infra octo Michael Gasparinus aduersarius depositet mercedem Copistæ pro extractu, relaxetur, d. Gasparino præsente, & audiente.*

17 Declara vndecimo, vt non subministrante Instigatore alimenta prouisum fuerit, vt infra. 1528. 6. Iul. Sabel. *Soror Hieronima Hispana. Instigatores nutriant ipsam in Carceribus, & deficientibus facta obligatione iuratoria de se repræsentando relaxetur.*

18 Declara duodecimo, vt pro complemento iustitiæ Instigatori fuerit aliquando aliquid demandatum. 1560. 24. Aug. Nonæ. *Borsus. D. Gubernator expediat, & Agapitus instigator præsens conducat Testes examinatos pro Informatione Curiæ, vel reproducat monitorium alias contra dictos Testes decretum, executum infra octo dies, & nihilominus infra dictum terminum probet, quicquid vult, & potest contra dictum carceratum, & detur sibi denuò aliud monitorium, quod teneatur reportare executum infra d. terminum.*

19 Porrò expensæ faciendæ restituendæ, seu reficiendæ sunt interdum ab alijs quam ab instigatore pro indebitè carcerato, seu processato. Quandocumque igitur Visitatoribus constitit de indebita exactione expensarum, tunc fuit decreta restitutio, vt colligitur ex varijs decretis. 1529. 19. Octob. Capit. *Altobellus. Relaxetur expensis executoris, qui captiuauit præter formam mandati.* * 1542. 3. Febr. *Francisca Curialis. Restituantur pecunia per Executorem, Iudicem, & Notarium per totū hodie sub pæna mandati exequntiui, quod DD. ex nunc pro tunc decreuerunt.* * 1542. 4. Febr.

Capit.

Capit. *Iacobo restituantur per Indice Iulij quindecim*. * 1545. 13. Maij. Nonæ. *Ioannes Bernardus Germani. Restituantur eis per Notarium Curia Turris Nona, & alios officiales iulij 18. cum dimidio sub pana Triremiũ*. * 1549. 11. Apr. Sab. *Paulus, & Iordanus. relaxentur gratis vbique, & D. Gubernator Neptuni reficiat expensas, & restituat pecunias exactas, & omne interesse etiam quoad Capitaneum Triremium, & interdicatur ei officium iudicandi*. * 1548. 1. Iun. Sabel. *Angelus Senensis. Relaxetur gratis, & Iudex soluat mercedem exequutoribus*. dicta die. *Ioannes Parmensis. Relaxetur gratis, & Iudex soluat exequutionem*. 1565. 4. Aug. Capit. *Nicolaus. Notarius restituat pecunias, quas recepit contra decretum Visita, & imposterum examinentur testes propter eius paupertatem*. * 1601. 12. Apr. Nonæ. *Christophorus Albergator. Ad Iudicem Burgi, qui faciat ei restituere expensas, & damna passa occasione carcerationis super pratenso furto cum Rinaldo Gallo, & Francisco Scrimitore, & processus fabricatus contra dictum Christophorum, Laurentium eius filium, & Matthaam eius Vxorem tam in Curia Vicarij, quam Burgi Cassetur gratis*. * 1603. 20 Febr. Non. *Franciscus. Relaxetur gratis sine praiudicio recuperandi expensas, damna, & interesse sua capture, & excarcerationis à Domino ad cuius instantiam fuit captus*. Nec mirum, quod pro huiusmodi expensarũ restitutione recurrẽdum sit ad summum Tribunal Visitæ. Multoties enim inanis est recursus ad Iudices ordinarios. Facilius est ex ore lupi prædam eripere, quam ex aliquorum manibus pecunias indebitè extortas.

De hac eadem materia aliquid dicturi sumus infra *lib. 3. §. 10.* vbi tractabimus de nulliter carceratis pro causa Ciuili.

§. III.

TESTES EXAMINENTVR CELERITER, ET DIMITTANTVR.

SVMMARIVM.

1 *Super Testium examine referuntur verba Paul. III.*

2 *Super Testium examine referuntur verba Paul. V. Const. LXXI.*

3 *Testium expensa ab Accusatore, seu Fisco persoluenda.*

4 *Testes non carcerandi, sed in continenti examinandi.*

5 *Testes repetendi prius sunt examinandi super interrogatorijs postea super eorũ depositionibus ix Constit. LXXI. Paul. V.*

6 *Testes, si carcerentur, alendi sunt, & gratis dimittendi.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 CAPTI etiam pro Informatione Curiæ tanquam Testes, nihil capientibus soluant, nec in carceribus publicis, aut secretis aliquo modo ponantur; sed incontinenti per Iudices examinentur, examinati ad sua negotia facienda relaxentur, alioquin Iudices pro qualibet vice, pęna duodecim ducatorum pro subuentione Carceratorum tantum applicandorum mulctentur, nisi Gubernatori, Auditori, Vicario, vel Senatori eos carcerandos fore videretur ex causa, quam Visitatoribus iustificare teneantur, & prædictis alimenta necessaria, quandiu in carceribus detinebuntur, ab Instigatore, vel Fisco præstentur.

2 Disponit I. Pontifex, vt nihil pro captura soluãt Testes. Concordat Constitutio LXXI. Paul. V. *Tit. de Iudicibus crim. §. testes.* vbi dicitur. *Testes pro Informatione Curia non nisi in grauioribus carcerentur, & gratis in totum relaxentur*. Et inferius. *Tit. de Carcer. & Carcerat. vers. carcerati*, sic habetur: *Carcerati pro testibus, pro quibus, ab Instigatore, vel fisco prastari debent alimenta necessaria, quamdiu ibi detinebuntur, expediti statim relaxentur gratis vbiquè, nec pro dictis alimentis, siue expensis vllatenus retineantur, sed carcerum Custodes illa exigant ab Instigatoribus, vel Fisco*. Eadem Constit. LXXI. in taxis. *Tit. Ordini è Tasse &c.* extant verba infrascripta: *E quando nel rilasso de' Testimony semplici, o altri ci sarà, gratis vbiquè, s'intenda etiam quanto alla prigionia di qualsiuoglia stanza, e dalli Testimonij semplici non habbino manco le spese, ma le recuperino dall' Instigatore, o dal Fisco*. Propterea in mandato de excarcerando dici consueuit, *Relaxetur gratis, quia Testis*. Verba supradictæ Constitutionis LXXI. Pauli V. disponunt, vt relaxentur testes gratis vbique.

3 Quia vero vt supra diximus *§. 2. c. 7.* pauperes etiã debent relaxari gratis; sed debẽt soluere in totũ expensas secretorũ Carcerũ, Infirmariæ, & Salæ, seu medij; ideo in eorum relaxatione non additur post verbum, *Gratis*, aliud verbum, *vbiquè*, vt in relaxatione testium. Bene verum est, quod pro eisdem pauperibus, vt diximus alibi, satisfacere consueuerunt Caritas & Pietas; secus tamen est in testibus. Hi enim nihil omnino soluere debent, sed relaxandi

di sunt *Gratis vbiquè*, nec pro illis satisfaciunt loca pia prædicta; sed vel Instigator, vel Fiscus, vt inferius dicemus.

4 Disponit II. quod non carcerentur; sed incontinenti per Iudices examinentur. In Const. LXXI.

5 Pauli V. *Tit. de Iudic. crim.* additur: *Ac testes contra Reum repetendi prius examinentur super interrogatorijs pro eius parte datis, deinde super eorum depositionibus repetantur.* Hoc enim alibi non fuerat, & est de iure dispositum: *Honded. cons. 101. num. 28. lib. 1. Cabal. 9. crim. cas. 269. nu. 19. cent. 3. Ambros. in pract. lib. 3. cap. 2. num. 1. & alij, quos citat. & sequitur Guaz. def. 25. cap. 1. num. 11. & seqq.*

In eadem Const. LXXI. pariter additum fuit inferius. *Insuper abstineant omnino à verbis, & factis iniuriosis in Reos, ac Testes.* A quibus verbis, & factis debere Iudices omninò abstinere dicturi sumus infra *§. 9. cap. 2.*

6 Disponit III. Motus proprius Paul. III. vt quando sunt carcerandi, illis alimenta præstentur, & postea Gratis dimittantur. Cum quo concordat etiam Const. LXXI. Paul. V. vt ex verbis supra relatis apparet.

Præmissis verbis vtriusque Constitut. *Pauli III. & Pauli V.* in hac materia testium duo se nobis offerunt examinanda: Primum quod testes absque carceratione sunt celeriter examinandi, & dimittendi. Alterum, quod in casibus, in quibus possunt carcerari, sunt alendi à Fisco, vel Instigatore, & *Gratis vbiquè* relaxandi. Addemus tertio quid sit seruandum in impunitis, qui sunt testes pro Fisco, quæ tribus sequentibus capitibus enucleabimus.

CAPVT I.

Testes celeriter extra Carceres examinentur, & dimittantur.

SVMMARIVM.

1 *Carcer est species Torturæ.*
2 *Contra Testes ad Torturam Iudex deuenire non debet.*
3 *Testes etiam inhabiles probant innocentiam.*
4 *Testibus probis viris maximè deferendum ad defensam.*
5 *Iudices in ferenda sententia antiquitus iurare debebant ex Cicerone & alijs, qui adducuntur, & declarantur.*
6 *Iudices iurare consueuerant etiam ex Iustiniano.*
7 *Iudices ad aram iurare solebant ex Symmacho, & D. Ambrosio, quorum auctoritates adducuntur, & diuersorum Iuramenta, Ad aras præstita.*
8 *Testium facilis carceratio reprobatur.*
9 *Testium facilis carceratio non est Romæ in vsu.*

VErba Cõstitutionis supra allatæ sunt adeo claræ, vt non egeant explicatione, suntque adeo iuri conformia, vt non possint vllo artificio eludi.

1 Nam carcer est species torturæ. *l. item apud Labeonem. §. quæstionis verbo. ff. de iniurijs. Farin. q. 27. num. 2.* ad quam Iudex contra Testes deuenire nō debet. *glos. in l. 1. §. si seruus ad hoc. ver. ne torqueatur. ff. de quæst. Bart. in l. ex libero. nu. 1. & sequen. Ibi etiam Mars. num. 2. vers. quidam sunt testes. Bald in l. non solum. vers. in gloss. & non manumittendos. C. ad l. Iul. de adult. Salycet. in l. fin. num. 6. vers. aut productus in testem. C. de quæst. Hostien. in cap. cum in contemplatione. num. 4. vbi etiam Abb. num. 10 vers. si vero non est vilis. de reg. iur.*

2 *& alij quos congerit Farin. quæst. 79. numer. 1. & 2. Guaz. def. 19. cap. 1. cum seq.*

Quod si hoc est seruandum in Testibus pro Informatione Curiæ examinandis, de quibus dd. duæ constitutiones loquuntur; multo magis in testibus ad defensam; cum innocentia ex particulari priui-

3 legio testibus etiam inhabilibus probari possit. *Farin. quæst. 86. numer. 76. Specul. Tit. de inquisit. §. 1. vers. sed numquid. num. 22. Crauet. cons. 2. numer. 6. & cons. 119. num. 9. Dec. in l. & si nihil nu. 3. ff. de reg. iur. Alex. cons. 24. num. 45. lib. 2. Rimenal. cons. 299. num. 39. & sequen. lib. 3. Cephal. cons. 140. num. 3. Menoch. præsumpt. 48. nu. 8. & sequen. lib. 5. Mascard. de probat. concl. 904. per totum, & præcipuè num. 14. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 24. vers. item scias. lib. 5. Eugen. cons. 31. nu. 70. vers. ac etiam Hond. cons. 87. num. 134. & cons. 112. num. 28. lib. 2. Farin. quæst. 86. num. 76. prope finem. Vermig. cons.*

4 *crim. 263. num. 6.* pro qua innocentia probanda plerumque probi viri, & inculpatæ vitæ (cum sit actus maximè Deo gratus) se subijciunt examini, qui mererētur plerumque, vt ipsis tribueretur quod alias recenset *Cicero* pro *L. Cornelio Balbo* tributum fuisse Xenocrati, Athenis sapientia pariter, ac probitate claro, qui, testimoniū dixisset, ad aramque accessisset, vt more Ciuitatis iuraret cū se omnia verè retulisse, vniuersi Iudices consurrexeruntproclamaruntq. ne iusiurandum diceret, quodque sibimetipsis postmodum dicendæ sententiæ loco remissuri non erant, sinceritati eius concedendum existimarunt.

5 Quod autem à Cicerone dicitur *Remisisse testi Iudices iuramentum, quod sibimetipsi dicenda sententia loco remissuri non erant*; ideo dictum est, quia antiquitus nō solum testes, sed etiam Iudices iurare solebant, vt ex eodem Cicerone constat, qui *Actione 1. in Verrem* scribit; *Hoc factum esse in hac Ciuitate, cum Senatorius ordo iudicaret, vt discoloribus signis iuratorum hominum sententia notarentur.* In quem locum Asconius: *Iuratorum hominum*, inquit, *Iudicum, qui in leges antequam iudicarent, iurare consueuerant.* Idem Asconius celebrata reiectione, & sortitione perfecta Iudices in leges iurasse, vt obstricti religione iudicarent alio in loco testatus est; addiditq. Prætorem non iurasse Ciceronis auctoritate motus, qui sic *in eadem Actione 1.* de M. Metello scribit: *Nunc tamen eo animosum, vt eo Iudice, quam Prætore hanc rem transigi mallem, & iurato suam, quā iniurato aliorum sententias committere:* Nimirum quia, si index esset Metellus, tabellam iudiciariam iuratus acciperet, sin Prætor iniuratus tabellas omnium Iudicum haberet in potestate. Eoq. pertinet, quod ad hūc modū de Tiberio scripsit: *Annal. lib. 1.* Tacitus: *Ad quod exarsit adeo, vt rupta taciturnitate proclamaret se quoque in ea causa laturum sententiam palam, & iuratum.* Atque de huiusmodi iuramento

vo sentire visus est Iustinianus, cum *Item non novam in princ. C. de iudic.* ita scriberet: *Cui enim non erat cognitum antiquos Iudices non aliter iudicialem calculum accepisse, nisi prius Sacramentum praestitissent omni modo se se cum veritate, & legum observatione iudicium esse dispositures?* & Auth. seq. dicit: *Hodie iurant se facturos, quod eis visum fuerit.* Iustius & melius sanè iuramētū istud

7 quod ad aram praestari solitū testātur Florus *lib. 2. cap. 6.* *Aemilius Probus in vita Hannibal. Appian. Alexand. in Iberico, & Lybico. Livius lib. 31. & 35.* vbi ait: *Pater Amilcar, Antiochè, paruum admodū me, cum sacrificaret altaribus, admotum iure iurando adegit nunquam amicum fore Populi Romani.* Cicero pro L. Flacco, *Ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo. per Epistolam, quod vellet, iniuriatus probabit.* de hoc more iuris iurādi ad aras etiā Virgilius. *lib. 4 Aeneidos* meminit.

,, *Talibus orantem dictis arasq. tenentem.*

Et lib 12.

,, *Tango aras, mediosq. ignes, & numina testor:*

Quod desumptum esse ex Homero 3. *Iliad.* arbitror. Nam in Sacramento Priami, & Agamenonis pro singulari certamine ineundo inter Paridem, & Menelaum agnos sacrificeât: ex quo coniicitur mos iuramentum ad aras praestandi; Notissimū enim est sacrificia ad aras fieri solita fuisse. Virgilius 2. Aeneidos.

,, *Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.*

Et in 4.

,, *Principio delubra adeunt, pacemq. per aras*
,, *Exquirunt, mactant lectas de more bidentes.*

Idem apud quamplures auctores inveniri licet. Sed non est opus pluribus probationibus, quam quae extant apud Virgilium, apud quem etiam habemus Iuramenta Aeneae, & Latini *Aeneidos. 12.* vt supra annotavimus: & apud *Symachum, & D. Ambrosium.* Cum enim Gratianus Imp. aram, ad quam iurari solebat, everti & solo aequari iussisset, huius arae Symachus ab Imperatoribus Valentiniano, Theodosio, & Arcadio restitutionem obnixè postulans *lib. 1. Epist.* scribit: *Vbi in leges vestras, & verba iurabimus? qua religione mens falsa terrebitur, ne in testimonijs mentiatur? omnia quidem Deo plena sunt, nec vllus perfidis tutus est locus; sed plurimum valet ad metum delinquendi, etiam praesentia religionis vrgeri. Illa ara concordiam tenet omnium; illa ara fidem convenit singulorum, neque aliud magis auctoritatem facit sententijs nostris, quam quod omnia iuratus ordo decernit.* Haec Symachus. Divus autem Ambrosius simul atque hanc aram ab Imperatoribus restitutionem intellexit Symachum cum suis vehementer postulare, id ne fieret, impedire sedulo conatus est; Valentiniano ad hunc modum scribens: *Si hodie Gentilis aliquis Imperator, quod absit, aram statueret simulacbris, & eo convenire cogeret Christianos, vt sacrificantibus interessent, vt oppleret anhelitus & ora fideliū cinis ex ara, favilla de sacrilegio, fumus ex busto, & in ea Curia sententiam diceret, vbi iurati ad aram simulacri in sententiam cogerentur, propterea enim interpretantur aram locatā, vt eius Sacramento (vt ipsi putant) vnusquisque conventus consuleret in medium, cum Curia maiore iam Christianorum numero sit refecta, persecutionem esse crederet Christianus, qui cogeretur tali optione ad Senatum venire, quod fit plerumque. Nam etiam iniurijs convenire coguntur. Te igitur Imperatore Christiano in aram iurare cogentur? quid est iurare, nisi eius quem testare fides tua praesidem, divinam potentiam confitens? Te Imperatore hoc petitur, & postulatur, vt aram iubeas elevari, sumptus sacrificijs profanis dari? sed hoc non potest sine sacrilegio decerni. Vnde rogo te, ne id decernas, statuas, vel in huiusmodi decreta subscribas.* Haec Ambrosius, quae omnia eruditè cumulavit. *Ranardus. Variar. sive de Iur. ambig. lib. 5. cap. 8.* ad comprobandum, quod per Iudices quoque iuramentum praestabatur: Quae hic nos referenda censuimus, vt videant Iudices, edocti ab ipsismet Gentilibus, qua religione in sententijs ferendis vti debeant.

8 Modo, vnde aberravit, oratio redeat. Proh dolor! quam facilè ad indebitam multorum testium carcerationem devenitur! Demus, committi aliquod delictum; trahuntur ad carceres ij, apud quos delinquentes biberunt, vel ederunt, vel dormierunt; triplo saepe plures, quam ij, qui in culpa sunt; ignari eorum, de quibus accusantur; quique neque grave quidquam ipsi admiserunt, neque eorum, quae admissa sunt, conscij vel participes fuerunt. Hi omnes, & multi praeterea alij; alijs modis capti vitam degunt in vinculis: qui vero tradiderunt, saepè in commessationibus versantur, imò in omni voluptatum genere. De quo conqueritur Libanius Ethnicus Graecus Orator etiam suo tempore contigisse. *Oratione pro vinctis*, vt etiam supra diximus. Hae tamen querelae potius habent locum alibi terrarū. Hic enim summa vigilantia Iudicum, ac ipsorum Visitatorum providetur, ne indebitè testes carcerentur, neuè plus aequo in carceribus detineantur. Quod autem quamplures pro vno delicto carcerētur, non est imputandum Iudicibus, sed Vrbi; quae congesta est ex forensibus diversarum nationum, qui se non cognoscunt ad invicem. Quapropter admisso delicto necesse est quamprimum eos ducere ad examen, & quandoque ad carceres, qui probabiliter aliquam possunt habere notitiam delinquentium, ne delicta maneant impunita.

Praeterea ad refraenandam quamcumque carcerandi testes facilitatem statutum est, quod secundo loco proposuimus supra, & Sequenti capite perstringemus.

CAPVT II.

Testes in carcere alendi, & gratis relaxandi.

SVMMARIVM.

1 *Testis carcerari potest, si sit verisimiliter informatus, & neget.*
2 *Testis torqueri potest verisimiliter informatus, & in negativa perseverans.*
3 *Testis culpa sua carceratus non gaudet privilegijs Testium, praesertim circa expensas carceris.*
4 *Testis carceratio iustificanda est à Iudicibus in Visita ex Constit. Paul. III.*

5 *Testis*

5 *Testis carceratio in grauioribus causis non est iustificanda à Iudicibus in Visita ex Const.LXXI. Paul.V.*

6 *Testis ad defensam carcerari potest suspectus de falso.*

7 *Testis ad defensam carcerari potest super negatiua coarctata examinatus, si Fiscus instet.*

8 *Testis ad defensam carcerari non potest examinandus super negatiua ad breue tempus, nisi alias suspectus sit de falso.*

9 *Testes ad defensam examinandi super negatiua sunt prius nominandi instante Fisco.*

10 *Testibus ad offensam alimenta subministranda sunt ab Instigatore, sin minus à Fisco.*

11 *Testium alimenta declarari solent iuxta qualitatem eorum.*

12 *Testibus vltra alimenta sunt reficienda damna & interesse.*

13 *Testibus ad defensam alimenta, & expensa soluenda.*

14 *Testibus pro victu, & si de longinquo pro vecturis, etiam pro reditu, prouidendum, etiam ex decretis Visita.*

15 *Testis seruus licet ab accusatore non possit induci ad defensam; tamen examinari potest.*

16 *Testes qui dicantur, De domo, quos probibetur accusator inducere. Vbi etiam aliqua referuntur de Græca fide. Item declaratur adagium, Mutuare testimonium.*

17 *Testes carcerati ad offensam relaxãdi statim gratis ex decreto particulari Visita conformi Const. Paul III.*

18 *Testium expensas recuperare potest Instigator à Reo culpabili reperto.*

AD notitiam eorum, quæ dicturi sumus, præmittendi sunt casus, in quibus de Iure deueniri potest ad Testium carcerationem. Regulariter enim carcerandi non sunt, vt ex deductis supra constat.

Primus est, qui exprimitur in *Motu proprio* Pauli III. illis verbis: *Nisi Gubernatori, Auditori, Vicario, vel Senatori,* eos videlicet *Testes carcerãdos fore videretur*; puta in teste verisimiliter infor-
1 mato de delicto, quem interuenisse constat, ipse
2 tamen nihil vidisse, & audiuisse affirmet. Hic non solum carcerari potest, sed si persistat in negatiua, etiam torqueri; per *textum in l.vnius. §.testes. Et ibi gloss.ver.cum facto.ff.de quæst Bertaz.cons 153. num.1.vbi adden.Far.quæst.79 num.16.17.& 55. Guaz.defens.19.cap.1.nu.8.vers vbi dicitur. Bald. in l.3.vers.& sic ego noto. C.ad l.Iuliam. de adult. & in l.milites.num.5.vers.sed vt torqueantur. C.de quæst. Aretin. de malef.rub. de quæst. & tormen. Gram.cons.crim.31.nu.21.Boss.in sua pract. crim. tit.de tortura test.num 39. Clar pract. crim. §.fin.*
3 *quæst.25.lib.5.& ibi Baiard. num.40.* Vnde consequitur, vt non gaudeat beneficijs & priuilegijs testibus concessis; cum eius pertinacia sit causa carcerationis, & expensarum. Quod locum habebit in omnibus testibus, qui culpa ipsorum propria intra carceres detinentur. Propterea habemus in Const. LXXI. Pauli V. *in taxis Commentariensium.* verba infrascripta: *E dalli testimony semplici non si pigliano ne anco le spese del vitto.* Isti enim pertinaces, vel culpa sua carcerati, dici non possunt simplices testes.

4 Declara, vt ijdem Gubernator, Auditor Cameræ, Vicarius, & Senator causam teneantur iustificare in Visita, propter quam moti fuerunt ad faciendum carcerari testes, vt etiam dicitur in hoc
5 *Motu proprio*. Quod, quia reddebatur valdè difficile, nec vsu fuerat receptum, Paul.V. in Constit. LXXI. disposuit, vt liceret testes in grauioribus causis carcerari facere; quæ licet loquatur indistinctè in omnibus Iudicibus, non est tamen intelligenda, nisi de Iudicibus, qui grauiores causas cognoscũt; ita vt hæc facultas non videatur concessa alijs Iudicibus inferioribus.

6 Secundus casus est, si testis ad defensam examinandus, qui regulariter carcerari non debet, sit de falso suspectus. Tunc enim de circumstantijs, an esset tempus clarum, vel nubilosum, quibus vestibus erat indutus ille, de quo deponunt, quid haberet in capite, & similia diligenter interrogari debet.
7 *Guaz. def. 14. cap. 2. num. 2.* Et deponere debet
8 super negatiua coarctata, & Fiscus instet exami-
9 nari in, carceribus de stylo Romanæ Curiæ. Instante quoque Fisco huiusmodi testes sunt prius nominandi à Reo, vt in decreto Visitæ. 1640.15. Nou.Nonæ. *Sebastianus. Nisi nominauerit testes examinandos super negatiua coarctata per totum cras, examinentur super alijs articulis, omissis articulis super negatiua prædicta præsente supradicto carcerato & audiente.*

10 In casibus præfatis sunt testibus carceratis ad offensam præstanda alimenta ab Instigatore, si adsit, & sit soluendo; in eius autem defectum à Fisco de pecunijs Cameræ Principis. Quod est etiam de Iure. *l testium fides.§.Gabinio.* Ibi: *Tecum ergo delibera, vt si retinere eos velis, des eis impendia.ff.de test.* Perspicua quoque sunt verba supradictarum
11 Constitutionum idem disponentium. At licet non dicatur, ad quam rationem sint præstanda alimenta, consueuerunt tamen declarari per Sac.Visitam iuxta qualitatem personarum, & vt plurimum non minora vno Iulio pro quolibet die. 1579.26.Mar. Nonæ. *Baptista, & alij de Mandulpho carcerati in causa Anconitana falsitatis. Soluantur eisdem baiocch. quinque pro quolibet singulo die pro expẽsis victus, dum in carceribus remanserint per Guidonem Fisco adhærentem pro suo interesse.* 1640. 15.Non. Nonæ. *Petrus, Angelus, & Vincentius Subministrentur eisdem per Fiscum alimenta ad rationem vnius Iulij cum dimidio pro quolibet quolibet die.*

12 Vltra vero alimenta fuerunt etiam refecta damna, expensæ, & interesse. 1597.20. Mar.Sab.*Petrus Furnarius. Attenta fide, de qua in actis, relaxetur gratis, & condemnetur in damnis, expensis, & interesse Hebræus. Aduersarius etiam quoad arrestũ, facta restitutione pecuniarum habitarum per Curiam ad d. Petrum spectantium, & pecunia Hebræi retineantur penes Curiam, ex quibus reficiãtur expensa d.Petro. Residuum vero, quod superrerit, Cameræ Apostolicæ applicetur facta obligatione per ipsum, prout se obligauit, sub pœna ducentorum de se repræsentando ad effectum, vt possit haberi veritas ab ipso tanquam teste.*

13 Declara primo, vt non solum, quod supra diximus,

mus, ab Instigatore, seu Fisco testes ad offensam, sed etiam illi, qui sunt ad defensam ab eo, pro quo examinantur, sint alendi, & soluendæ expensæ; & statim ipsi Testes sint gratis liberandi à carceribus, dato mandato contra eum, qui tenetur soluere ex-14 pensas. Nam testes etiã, qui à longinquo euocantur, à producente ali debent. *l. quoniam liberi. C. de testib. Felin. in cap. 1. num. 2. de testib. Foll. in pract. par. 2. tit. capit informationem. num. 33. Surd. post alios. tit. 1. quæst. 62. de alim. num. 1. & sequen. & præcipuè num. 6. Vermig. cons. crim. 460. num. 11.* a Fisco examinati ad offensam, quando non adest Instigator, vt si per Inquisitionẽ procedatur. *Bald. & Surd. de alim. tit. 1. q. 62. num. 3. vers. vbi quod testis. & num. 9.* Atque hoc procedit non solum de victu, quando stant, sed etiam pro vecturis, quãdo veniunt, & redeunt. *Surd d. tit quæst. 62. num. 9.* Fit quoque clarum, quod diximus, ex decretis quãplurimis S. Visitæ, quorum nonnulla solum referemus. 1559. 22. Mart. In lib. Visit. Sec. Gubernatoris. *Annibal Senensis. Attento quod pro teste, liberetur gratis, & delinquentes soluant expensas.* * 1597. 22. Iun. Nonæ. *Dominicus de Turri. Facta obligatione per ipsum de se repræsentãdo toties quoties sub pœna centum, prout se obligauit, relaxetur gratis, quia Testis, & Nicolaus de Turri, cuius occasione detinebatur, soluat expẽsas.* * 1625. 30. Oct. Nonæ. *Antonius. Facta obligatione per ipsum de se repræsentando sub pœna scut. 50. prout se obligauit, iurauit tactis &c. relaxetur gratis, & quoad expensas, relaxetur mandatum contra bona Antonij, ad cuius instantiam se subiecit examini.* * 1643. 3. Decemb. Sabell. *Ioannes. Relaxetur gratis. & pro expensis carcerum detur mandatum exequutiuum contra adhærentes.* * 1597 2. Octob. Sabell. *Fabius Florentinus. Attento quod Testis in causa Domini sui, soluat expensas Dominus, alias manda-15 tum executiuum relaxetur contra Dominum.* Nec repugnat quod disponit tex. *in l. testes. ff. de testib.* Vbi dicitur: *Testes eos, quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit.* Nam ibi loquitur de testibus inductis ab accusatore ad offensam; in decreto autem nostro inductus erat seruus ad defensam vt pluribus comprobat *Far. de testib. q. 55. num. 70.*

16 Non prætermittendum existimo postquam se obtulit occasio quod adnotauit *Reuardus. Variar. siue de iuris ambiguit. lib. 2. cap. 8. ad d. l. testes*, quod verba, *Testes, quos accusator de domo produxerit*; non ita latè sunt intelligenda, vt domesticus testis dicatur non solum, qui in eadem domo habitat, sed etiam, qui eiusdem familiæ, gentis, & agnationis est, vt interpretatus est impius quidam Iurisconsultus, qui non meretur nominari. Eorum enim, quæ producebantur testimonia, non vsquequaque fuisse neglecta docet Cicero *Act. 3. post mediũ in C. Verrem.* Vbi Verrem Malleoli tutorẽ sic alloquitur: *Cur Sodalis* (erat hic Malleoli pater) *vxorem, sodalis socrum, domum denique totam sodalis mortui contra te testimonium dicere? cur prudentissimas, lectissimasque fœminas in tantum virorũ conuentum insolitas, inuitasq. prodire cogis?* Ideoque verisimilius est eos dumtaxat testes de domo productos à Iurisconsulto dici, qui in accusatoris sunt potestate; sicque testimonium domesticum Græci interpretantur. Ac propterea valde approbanda est Theodori Balsamonis sententia, qui Canonem Synodi Carthaginensis interpretatus, quo testes, quos de domo producit accusator, non esse audiendos traditum est; domesticos testes accusaris ait appellari, qui cum eo habitant, & quibus ipse potest imperare; ea nimirum ratione, quæ furta, quæ serui faciunt Dominis, liberti patronis, & mercenarij ijs, apud quos degunt domestica dicuntur. *l. perspiciendum. seu l. 11. prospiciendum. §. 1. ff. de pœn.* Ad domesticum Testimonium spectare videtur, quod *Apuleius* scribit in Apologia prima: *Cupio. enim produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum.* Huiusmodi enim pueros de domo productos rectè dici ex Vlpiano probari euidenter potest. *l. 1. §. ad quæstionem. & l. de minore. §. nec debet. ff. de quæstion.*

Nec inconueniens esset dicere, nec interrogandos esse illos testes ab accusatore productos, à quibus constaret ipsum petijsse mutuum testimonium, hoc est, da mihi tuum testimonium recepturus itidem meum, si quando desiderabis, vt exponit Manut. In adagio: *Da mihi mutuum testimonium.* Repellendi sunt enim, qui ad gratiam testificantur neglecta religione, vt dixit Tullius *pro Flacco.* repudians Græcorum fidem, eosq. in cæteris extollẽs: *Verum tamen*, Inquit, *hoc dico de toto genere Græcorum, Tribuo vel litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorem acumen, dicendi copiam; deinde si qua sibi alia sumunt, non repugno; testimoniorum religionem, & fidem nunquam ista natio coluit, totiusque huius rei, quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus ignorauit, vnde illud est,* Da mihi testimonium mutuum. Num Gallorum, num Hispanorum putatur? Totum istud Græcorum est. E contra de Atheniensibus scribit Velleius Paterculus his verbis: *Si quis hoc rebellandi tempus, quo Athenæ à Sylla captæ sunt, imputat Atheniensibus, nimirum veri, vetustatisque ignarus est. Adeò enim certa in Romanos fides fuit, vt semper & in omni re, quicquid sincera fide gereretur, id Romani.* Attica fide fieri prædicarent, Vnde vulgatum illud, *Attica fide*, dictum de minime vanis, minimèque periuris.

17 Declara secundo, quia relaxatio testium aliquãdo differebatur speciali decreto ante Constitutionem LXXI. Pauli V. prouisum fuisse in Visita à DD. Visitatoribus. 1601. 19. Iul. Nonæ. *Visitatores habita relatione, quod sæpè euenit, quod carcerati pro testibus, quibus debent præstari alimenta necessaria, quamdiù in carceribus detinebantur ab Instigatore, vel Fisco iuxta Motum proprium fel. rec. Pauli III. pro dictis expensis soluendis in carceribus retinentur, mandarunt imposterum seruari Motum proprium prædictum, & iuxta illius tenorem statim expeditos relaxari gratis, & carcerũ Custodes exigant expensas victus ab Instigatoribus, seu Fisco.*

18 Declara tertio, vt huiusmodi expensas, atque etiam alias factas in accusando, & processum fabricando contra reum ipse accusator soluat; animo tamen repetendi ab Ipso Reo, si culpabilis fuerit repertus. Tex. *in l. in fraudem. §. qui pro alio, ff. de iure fisci. Guaz. def. 6. cap. 5. post numerum primũ.*

vers.

vers. quo vero ad expensas. Far. cons. 144. num. 21. & 22. idem alias fuit dispositum à Visita, vt in decreto infrascripto, præter alia quamplura relata supra. 1624. 12. Febr Sabell. *Ioannes. Relaxetur iuxta formam sui mandati, & expensas carcerum soluant Samuel. & Moyses de Palliano Hebræi Instigatores, reseruato eisdem iure agendi contra principales delinquentes prout de iure.* Contingit aliquando retentio testium in carceribus; quia Fiscus, seu adhærens instant retineri pro repetitione facienda cum interrogatorijs Rei, quæ aliquando differtur, quia non est completus processus. Hoc casu dimittuntur cum cautione de se repræsentando, si illam habent; sin minus, ne marcescant sine culpa in carceribus, & plerumque cum maximo familiarum suarum damno, & mulierum, quæ domi sunt periculo, inoleuit praxis, instante ipsorum Procuratore, seu pauperum, si sint pauperes publicandi Reo dicta ipsorum testium tantum, & præfigendi terminum ad dandum interrogatoria pro repetitione cum protestatione, quod fiet repetitio termino elapso, absque eius interrogatorijs, & & testes è carceribus dimittentur.

CAPVT III.

De impunitis, & impunitate.

SVMMARIVM.

1 *Impunito à die impunitatis debentur expensæ ab Accusatore, seu Fisco.*
2 *Impunitatis formula concedi solita in Vrbe.*
3 *Impunitas an concedi possit à Iudice cõtrouersum est, promissa tamen, est seruanda.*
4 *Impunitas Principis auctoritate promissa absque dubio seruanda.*
5 *Gubernator Vrbis viuæ vocis oraculum habet remissiuè.*
6 *Impunitas libera, & franca promissa importat liberationem ab omni pœna.*
7 *Impunitatis verba* circa l'homicidio, *non includunt Assasinium.*
8 *Impunitus non tenetur nominare Fratrem.*
9 *Etiamsi verba sint indefinitè prolata.*
10 *Fratris persona sub generali sermone non venit.*
11 *Frater cogi non potest ad ferendum testimonium criminale contra fratrem.*
12 *Priuilegio in corpore iuris clauso nõ censetur derogatum, n. si de eo fiat mentio specialis.*
13 *Impunitus contra se ipsum tenetur proferre testimonium.*
14 *Argumentum à maioritate rationis in pœnalibus, & odiosis non recipitur.*
15 *Impuniti depositio contra se non dicitur odiosa.*
16 *Impunitus debet subministrare indicia ad torturam.*
17 *Impunitus torqueri potest ad purgandam maculã.*
18 *Impunitas principali delinquenti non est concedenda.*
19 *Impunitas data à Principe se ipsum reuelanti.*
20 *Impunitas non danda socio reuelanti socium indiciatum.*
21 *Impunitatis rationes, vt Fiscus, qui releuatur ab onere probandi, in alio grauetur, & quia parcitur vni, vt cæteri puniantur.*
22 *Impunitis monitio facienda, ne redeant ad vomitum.*

1 QVÆ supra diximus de testibus locum habent etiam in impunitis. Idem enim seruandum est, quando fuit data impunitas vni ex reis, quia pro ipso, cum sit testis Fisci, tenetur Fiscus à die impunitatis, vel Instigator subministrare expensas, vt etiam fuit decretum in Visitatione. 1616. 1. Sept. Nonæ. *Maria. A die, quo habuit defensiones in secretis carceribus, pro medietate expensarum soluat caritas, & pro alia medietate Camera Apostolica, & relaxetur iuxta formam decreti Iudicis sui.* Medietas fuit persoluta à caritate, quia tunc temporis non habuerat impunitatem.

Quodque impunitis alimenta sint, vt supra, præstanda fuit iterum dictum. 1632. 1. Iun. *In causa Menelai.* Et rursus 1640. 16. Febr. *Pro Carolo debitore pro secretis scutorum* 14. Necnon alias semper, quotiescumque casus euenit. Præstanda sunt etiam medicamenta habita in carceribus. 1624. 4. Sept. Sabel. *Laurentius. Stante fide infirmitatis, relaxetur gratis etiam quoad expensas, ex quo habuit impunitatem.*

Sed vt facilius hæc materia de impunitis intelligatur, operæ pretium existimauimus hic subiungere modum, quo Impunitas conceditur; & breuiter referre, quæ huic materiæ ad rem, de qua agi-
2 mus, congruunt. Primo subijciam, quomodo concipiantur in Vrbe regulariter verba concessionis impunitatis; postea ex eisdem verbis, nonnulla, quæ litteris maiusculis sunt designata, explanabimus.

N.N. di Roma, e suo distretto General Gouernatore, e ViceCamerlengo. *Col tenore della presente, per l'auttorità del nostr'offitio, e d'ordine della Santità di N. Sig.* Papa *NN. datoci à bocca concediamo Libera è franca impunità, e perdono à N. sopra l'Homicidio commesso in persona di N. & altri delitti da reuelarsi da lui, e nelli quali esso in qualunque modo hauesse, o potesse hauere partecipatione, e complicità alcuna, Purche egli liberamente, e senza repugnanza giuditialmẽte deponga la pura, e mera verità circa detti delitti, tanto contro se medesimo, quanto altri delinquenti, complici, e partecipi con l'espressione delle douute è necessarie qualità, e circonstanze di luogo, tempo, causa, e contesti. A segno tale, che si possa venire alla giustificatione di delitti, & alla punitione d'essi delinquenti per giustitia, altrimente vogliamo, che la presente non gli suffraghi. Per l'Auttorità del nostro offitio.*

3 Scio valde controuersam esse quæstionem, an Iudex impunitatem delinquenti promittere possit. Quidquid tamen sit, certi iuris est teneri promissam seruare, ne quis sub fide publica decipiatur. *Gomes. de probat. delict. num. 7. Couar. var. resol. cap. 2. num. 16. in fin. vers. rursus. lib. 1. Farin. q. 81. num. 276. 280. & seq. Martin. del Rio. Mag. Disquis. lib. 5. sect. 10. non longe à princ. vers. sanè fateor.* Vbi subijcit, an vti possit Iudex verbis æquiuocis, & quando, & quomodo. *Iacobus Beluis. in pract. crim. rub. de quæst. Dec. in l. ea est natura. num. 7. ff. de reg. iur. Vbi Cagnol. num. 24. Imol. cons. 109.*

mei-

incipiente, Visa inquisitione. Marsil.in pract.crim. §. postquam.num.15.& in l.1.§.quaestioni. nu.12. ff.de quaest. vers.modo redeundo. Et latissimè in singul.177. incipien. Malitijs hominum. item singulari201. incipien. In confessum item cons.14. ad finem, & cons.32.nu.22.Hieron. Gig.tract.de crim. laesa Maiest.lib.2. tit.quomodo, & per quos crimen laesa Maiestatis probatur.quaest.1. nu.21. Lud.Caner.in pract.crim.in princ.num.173. ad finem. Remig.Gonnins in tract.de immunit.Eccles.fallen.26. Boss.in pract.tit.de confessis per torturam. num.14. Bertaz.cons.crim.95. num.4.

E d'ordine della Santità di N. Sig.

4 Declara, absque vllo dubio seruandam esse impunitatem, quando Iudex Principis Autoritate illam concedit. *Clar.§.fin.q.55.nu.9.vers.ego certe. Far.d.q.81.nu.281.*

Datoci à bocca.

5 Declara verba praefata posse apponi ab ijs solum Iudicibus, qui habent viuae vocis oraculum. vt inter caeteros est Gubernator Vrbis in vim Constitut. CVII. Pij V. §. 2. vt etiam diximus, cum de Gubernatore verba fecimus.

Libera è franca impunità, e perdono.

6 Declara, vt huiusmodi verba omnem paenam sublatã arguant. *arg. l.Impunitas.C. de poen. Thes. q.58.nu 9.lib.2.Giurb.cons 22.nu.1.& 2. Cart.dec. prima Crim.nu.132.*

Sopra l'Homicidio.

7 Declata, vt sub homicidij nomine, etiamsi impunitas sit latè interpretanda, Assassinium non veniat. *Catal.de abolit.l.42.num.7.* Rouit. *de abolit. prag.5.nu.25.* Late tuetur *Giurb.cons.22.à nu. 15. vsque ad 19.*

Purche egli liberamente, e senza repugnanza deponga la pura, e mera verità tanto contro di se medesimo quãto altri delinquenti, complici, e partecipi.

8 Limita, vt non teneatur nominare fratrem, quia
9 sub generali sermone persona fratris non comprehenditur. *Caguol.in l.frater a fratre. nu.106. ff de cond.indeb.* Praeferrim in paenalibus, & odiosis. *Tiraq.de poen.caus.51.nu.79.* abhorreur enim leges, vt quis proprij fratris sanguinem perdat. *l.lege Iul. ff.de Test.Far.q.54.nu.97.post alios, quos congerit.* Ac propterea promissio illa supradicta strictè, & ad iuris terminos est intelligenda. Facit *Textus in l.2.ff.de noxal. act. ad tradita per Hond. cons.103.*
10 *num.38.lib.1.Far.cons.45.num.55.* Neque refert quod praedictae formulae verba sint indefinitè prolata, quae aequipollent vniuersalibus. *Dyn. in rub. de reg.iur.in 6.num.8.l.si pluribus. vbi Bart. & scribentes. ff.de legat.2. & in l.si ita relictum.& l.omnes Populi. num.57. & in l.si seruitus. ff. de seruit. Vrbanorum Praediorum. Angel. Castren. & Bald. in d l.si seruitus. Salycetus, & Iacob Beluis. in l.si necessarias. §.si annua.ff. de pignor.act.gloss.in cap. vt circa.ver.aliorum.de elect.in 6.Innoc.in cap.auditis.ver.exceptionem. Et ibi Abb.num.16.extra de praescrip. Alberic. in l.si ita scriptum.§.si pluribus. ff.de legatis.2.& in l.Caesar.num.14.& seq.ff. de public.Bart.in l.qui aedificium. ff. de seruit. Vrb. praed.Et in l.1.ff.de reg.iur.Bald in l.stipulatio ista. ff.de verb oblig.Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloss. 13.num.1.Surd.cons.470.num.6.Siluan cons.3.numer.35.Ciriac.Contr.523.num.12.* Ratio est, quia in odiosis indefinita nõ aequipollet vniuersali. *Dec. cons.343 num.2. Surd.cons.470. num.23. Rot.decis. 274.num.11.in fin.par.2. crim. & omnes citati au-*
11 *ctores.* Atque hoc multo magis verum est respectu fratris, qui non solum est priuilegiatus in genere, ita vt in odiosis sub generali loquutione non veniat, verum etiam in specie, vt aduersus fratrem ad ferendum testimonium in causa criminali frater cogi non possit. *cap si testis. §. L.Iulia.4 q.3. Bart in l.qui testamento §.quacumque. num.6. vers.sed verior.gloss.a ff.de testam.gloss.in l. foemina. ver.iniuriam. C. ad Turpil. Alberic. de Ros. in l.parentes. num.2.ad medium.Et ibi Salic. num.6. C.de testib. Io.de Imol.in cap.dilectionem.de testib. cogen. Abb. litteras num.8. Et ibi Felin. num.16. de praesumpt. Hier.Gig.de crim.laesa maiest.lib.2 in part.quomodo, & per quos. quaest.9. num.1. Boss.in pract.crim. tit.de opposit. contra Testes. num.65. & praesertim 109.Clar.in pract. crim. §.fin.quaest 54 vers.sciat tamen.lib.4.vbi de communi testatur Farin. & alij per ipsum allegati quaest.54.n.97.* vnde intrat regu-
12 la, Quod priuilegio particulari in corpore iuris clauso oratione quantumuis generali, nisi facta specifica mentione, nunquam censeatur derogatum. *Gabr. de leg.concl.1. nu.1.3. & per tot. Grat.discept.710. num.26.Rot.dec.24.num.7.par.5.rec.*

13 Neque his quae diximus obstat, quod impunitus contra seipsum tenetur proferre testimonium, quod maius videtur, cum caritas incipiat à se ipso *l.praeses.C.de ser.& aqua. l.qui seruandarum. ff. de praescrip. verb.Surd.dec.236.num.21.* Nam argumen-
14 tum à maioritate rationis in poenalibus, & odiosis non recipitur. *Hond.cons 95. num.99. lib.1.* Maximè quando agitur de extendenda dispositione de vna persona ad aliam. *l.patri. ff.ad leg.Iul.de adult. Alex.cons.113.num.9.lib.2.Eugen.cons.45. num.4. lib.1. Far.in frag.verb.extensio.num.277. & 284.*
15 Preterea hoc casu argumentum à maioritate rationis non applicatur, quia licet teneatur proferre sermonem contra seipsum, id respectu illius non dicitur odiosum, quia stante promissione impunitatis, nullum contra se ipsum damnum parere potest.

A segno, che si possa venire alla giustificatione di detti delitti.

16 Declara primo, vt verba praedicta non importẽt, quod sit plenè probandum delictum, quidquid dixerit *Surd.cons.54. num.8.* sed satis sit, si indicia ad torturam sufficientia subministrentur. Conferunt dicta per *Abb.in cap.inter purg. can. num.3. cons.22 num.21.vers.posterior.cum seqq.*

17 Declara secundo vt non obstante impunitate impunitus tanquam socius criminis ad purgandam maculam, & ad afficiendos consocios nominatos in eadem, vt est in adagio, *valetudinario iacentes,*

torqueri possit. Est textus *in l.quisquis. §.fin. C.ad l.Iul.maiest.iuncto text.in l.3. C.eodem Tit. Paris. de Put.in tract. de syndicat. vbi de indicijs, & torturis.vers.pone.num.1.Franc.dec.459 num.2.& 3. vol.3 Baiard. ad Clar. quaest.21. num 25.*Contra praedicta facit, quod isti consocio per gratiam Principis est remissa pœna, & ideo laesio inferri non debet. arg. *l.1. C.de his veni. aetat. impet.* & gratiae Principum latè debent interpretari. *l.fin. ff.de cōstit.Princip.cap.cum dilecti,de donat.cap.olim. de de verb.signif.* sed tortura est pœna. *Auth. vt nulli iudic. §. fin. & ex Parid. de Put. de syndicat. ver. tortura.* vbi, quod sit plus, quam manus amputatio. *Bald. in l. interpositus. ad finem.C.de transact.* ergo non videtur torquendus impunitus &c. Respondetur ad minorem, quod licet tortura sit pęna, tamen non semper datur ad pœnam; sed ad eruendam veritatem. *l.edictum. Et ibi Bart. ff.de quaest. Et est tex. in l.nullam.C de infam.* Vbi dicit gloss.quod fit, vt veritas eruatur per confessionem siue principaliter inculpatur, siue secundario cōtra alium.*l.1.C.de infam.*Et gratia Principis habet locū quoad pęnam delicti, non quod impunitus non debeat pro bono publico detegere delicta consociorum; maximè quādo ageretur de praeiudicio tertij.

Dices nil turpius quam fidem publicam violare. *l.conuentionem.ff.de pactis.* Respondeo quod promissio Principis non cadit super hunc casum, vt satis constat ex verbis ipsius impunitatis supra recensitis; immò sunt valde improbandi Principes, qui sub fide publica struunt proditiones. Hinc Hannibal, qui militi Romano,si se cum Elephante committeret, impunitatem promisit;& tamen Victorem cum manubijs domū redeuntem per equites intercepit, rem egit non imperatoriam, & ab humanis legibus aberrantem. Simile quid circumfertur de Otthone Moguntiaci Antistite;Promissa Francorum Comiti Alberto Ludouici, Caesaris hosti, si se adueniret, reconciliatione cum Principe irato, vel ea non obtenta, ipsum hospitem in praesidium sistere; fidem fefellit. Egressum enim, cum occasione prādij rursus in arcem duxisset, quasi tū iureiurando defunctus, hosti amicum, fidemque suam prodidit. Alphonsus Tarraconensis etiam odio prosequens quemdam ex Regni Proceribus, licet illi fide publica, & iurisiurādi religione spopōderit impunitatem, si ad se venitaret, tandem miserum recedendo à promissis cruci affixit hoc Catullo: Cum tu saepe fidem mihi fefelleris, iniquo animo pati non debes, si semel, & nunc tantum, quod tecum pactus sum, nec ipse obseruem. Vide Alciatum *lib.de singul.certam.cap.117.num.40. & sequen.mihi fol.120.Farin.q 6. num.1. in fin.* Habemus decretum infrascriptum Visitae. 1560.24. Aug. Nonae. *Ioannes Bernardinus. Attenta fide sibi data, & saluo conductu oretenus concesso etiam de ordine Sanctissimi, dummodo veritatem diceret, & quod fuit tortus in faciem Philippi Salae, relaxetur,& banniatur ab Vrbe, & toto Statu Ecclesiastico sub pœna furcarum, & relaxetur gratis.*

Declara tertio vt quandoque etiam confrontetur cum ipsis reis, qui frequenter impunito respōdent; Ego de te nullam habeo notitiam, albus esses, an ater; nesciebam; immò nec natum nouerā consecutus es miser, quod volebas, notus factus es ex scelere. Sed incauti non animaduertunt, quod sibi ipsis struunt calamitatem more turdorum. Huiusmodi enim negationes,& mendacia suggerūt Fisco materiam indiciorum, & velut tela subministrant, dum ea negant, in quibus facilè de mendacio conueniri possunt.

18 Circa hanc materiam impunitatis, sciendum est impunitatem principali delinquenti dandam nō esse.*Bart.in l.idem fi.§ si tibi. de cond.ob turp.caus. Bal.in l.3. C.eod. Baiard. ad Clar. q.27. num.10. Guaz.def.18.cap.2.nu.12.* Et propterea nunquam conceditur, nisi quando sunt plures delinquentes,

19 esset nihilominus res digna summo Principe pœnam remittere parti se ipsum reuelanti;vt de Caesare Augusto legimus apud Bodinū *de Repub.lib.1.cap.2. fol.2. in fin.relat.à Baiard.cit.q.27.num11.*qui decies sestertium promiserat illi, qui Coracoram Hispanum Ducem Latronum ad se deduceret. Coracoras re intellecta se ipsum Augusto spontè obtulit; cui Caesar praemium promissum dari iussit, ne aut mercede promissa vitam eripuisse, aut publicam securitatem violasse videretur aduersus eum, qui in iudicio spontè se ipsum praesentauerat; tametsi iure damnare, ac supplicio latronem afficere potuisset. Immò, nec socio criminis reuelanti consocium apud Curiam iam indiciatum danda est impupunitas. *Tex.in l.quisquis. §.vlt.* ibi, incognita tamen adhuc consiliorum arcana patefecerit. *C.ad leg.Iul.maiest.& cap si quis. § sane. Vbi Praeposit. 6.q.1.Gyg. de crim.laes.maiest. lib.3. tit. qui accus. poss.q.16.num.3.* cum alijs adductis à Far.*quaest.51.*

21 *num.91.* Quando enim contra certam personam indicia extant, cessant rationes huiusmodi impunitatis. Quae duae sunt. Prima quia congruum est, vt Fiscus, qui per reuelationem à probandi onere releuatur, in altero in impunitate reuelantis grauetur. *Tex. in l.eum qui. vers.abundè enim. Vbi glos. verb.probādi.de iniur.Vbi ita in specie notat.Rom. & Corn.num.4.Cabal.resol.crim.56. nu.12. & 13. Bart. in l.eum qui. num 2. vers.secunda particula. Et ibi Alex.num.6.vers.item per istum tex. & Iason.num.8.ff.de iur.iuran.& caeteri scribentes.* Facit *Bal.in l.1. num.24. vers.qui natus. C.de fur.& ser.comp.& in l.contra negantem.num.1.vers.tunc enim est triplex ratio. C.ad l.Aquil. Clar. in pract. §.fin.quaest.81.num.9. in fine.vers.stante statuto. & & ibi addentes. Bursatt cons.79. num.7. Roland. à Valle.cons.88.num.18. lib.4.*

Altera vero est, quia in occultis melius est vni parcere, vt caeteri puniantur, quam omnes reos ignorando impunitos dimittere. *Boss. de remed.ex sol.clem.princ.num.32. Ludouic.dec. Luc.15. nu.72. & 73. Caual.de brach. reg.par.3. num.351. Guaz. def.18.cap.2.num.13 Giurb.cons.22. num.10. vers. in occultis enim.*

22 Quia vero impuniti euadunt peiores, vt plurimum,non emendati, partes Procuratoris erunt in monendis illis; Verissimum esse. Nullam feram esse ad bonos mores viam: Vt resipiscant, longum valere iubeant vitia, & sciant, quia licet hac vice laqueum euaserint, nihilominus si ad vomitum redierint, & in terris punientur, & post mortem aeternas inferni pœnas non euadent. Idem agendum erit cum illis, qui ob defectum probationum, vel quia tormenta sustinuerunt, liberi dimittuntur.

Inter

Inter quos, si adessent nobiles, non tam metu pœnarum sunt perterrefaciendi, quam virtutis, & honoris stimulis incitandi. Generosus equus vmbra quoque virgæ regitur: ignauus ne calcaribus quidem concitari potest. Equidem multos vidi, & audiui non modo qui primoribus labijs gustarant genus huiusmodi vitæ, & extremis, vt dicitur, digitis attigerant; sed qui totam adolescentiam voluptatibus dederant, vexatione carcerum, quæ dat intellectum, & suasionibus bonorum emersisse aliquando, & se ad frugem bonam recepisse. Et si rari fuerint.

§. IIII.

CARCERATI INFRA TRIDVVM EXAMINENTVR ET DIMITTANTVR, VEL AD LARGAM PONANTVR.

SVMMARIVM.

1 *Carceratos in secretis infra triduum examinent, & dimittant, vel ad Largam ponant Iudices ex Constit. Pauli III.*
2 *Terminus Fisco statuitur in Visita ad producendum processum.*
3 *Carceratum curent Iudices, ne detineant in carceribus vltra triduum, antequam examinetur, nisi aliud suadeat causa, ex Const. LXXI. Paul. V.*
4 *Visitatoris secretorum carcerum munus.*
5 *Carceratorum notam in secretis existentium dent Custodes post publicam Visitationem Aduocato pauperum ex Const. LXXI. Paul. V.*
6 *Carceratos aut pœna subducat, aut diuturna custodia non maceret.*
7 *Carcerati allargatio fieri debet assignato competenti termino ad faciendum defensiones.*
8 *Executioni qui demandet debet esse.*
9 *Carceratos non ponentes ad Largam Iudices debẽt manifestari Visita à Visitatore, & Custode.*
10 *Carceratus non ponendus ad Largam, si defensiones sint danda in secretis carceribus, de quo consulendus est Princeps.*
11 *Defensiones tollere in totum non potest Princeps.*
12 *Defensiones modificare, & illarum modum mutare potest Princeps, & an id possit etiam Statutũ.*
13 *Iudices non crimina Principi, sed vindictam referre debent.*
14 *Iudices non deferant Principi crimina, vt sibi ipsis ab initio sunt relata.*
15 *Principes difficillimè opinionem imbibitã deponũt.*
16 *Iudices grande malũ operantur deferẽdo Principi delictorum imputationes, antequã verificantur.*
17 *Vindicta infertur post compilatum processum.*
18 *Princeps æquitatem præ oculis habere debet.*
19 *Ad puniendum laneos pedes habent Dij.*
20 *Ad puniendum lentè procedendum.*
21 *Princeps pronior esse debet ad minuendas pœnas.*
22 *Principem debere esse tardum ad vindictam comprobatur ex historia B. Cyrilli Carmelitæ.*
23 *Sub Principibus Pijs mala est causa Fisci.*
24 *Fiscus à Traiano æquiparabatur Lieni.*
25 *Fiscus est Saccus sine conscientia imbursans malè quæsita.*
26 *Iudices habentes viuæ vocis oraculum non tenentur docere de mandato Principis.*
27 *Iudicibus habentibus viuæ vocis oraculum non credendum in ijs, quæ sunt contra ius, seu vtilitatem publicam.*
28 *Principi demandanti aliquid contra ius non est parendum, sed rescribendum.*
29 *Iudices possunt differre allargationem Rei ex causa coram Visitatoribus iustificanda.*
30 *Lex nec syllabam debet habere superfluam.*
31 *Carceratum detinendi in secretis quæ causa dicatur iusta.*
32 *Carcerati Iudicum Sabellorũ, Ripettæ, & Soldani non detineantur in secretis vltra triduum ex decreto Visitæ.*
33 *Carcerati in secretis citò expediendi ex decretis Visitæ.*
34 *Carceratis in secretis danda commoditas confitendi peccata tempore Paschatis.*
35 *Carcerato in secretis sufficit contritio, si non habeat commoditatem confitendi.*
36 *Carcerato in secretis non de facili danda commoditas confitendi, & cur.*
37 *Carcerati in secretis non ponuntur de mandato Magistrorum Viarum ex decreto Visitæ.*
38 *Carcerati in secretis non ponuntur de mandato Iudicum Sabellorũ, & Nonæ, ex decreto Visitæ.*
39 *Carceratos de mandato Magistrorum Viarum Turris Nonæ & Sabell. non prohibuit poni in secretis Const. LXXI. Paul. V.*
40 *Carcerati expediendi etiam ex Constitut. LVII. Pij IV.*
41 *Secreta causarum Criminalium in præiudicium iustitiæ pandentes grauiter puniendi ex Constit. LXVII. Pij V.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 DICTIQVE Iudices captum pro quouis crimine in secretis carceribus vltra triduum, antequam examinetur, retinere nullo modo possint; sed infra triduum Carceratum huiusmodi examinent, & iuxta iuris dispositionem aut relaxent, si innocens reperiatur, vel ponant ad Largam, vel in dictis secretis carceribus, prout facti qualitas expostulat, retineant, alioquin Custos in prima Visita id Visi-

tatoribus manifestate teneatur sub pœna decem ducatorum applicandorum, vt supra dictum est, nisi de mandato nostro aliter fuerit ordinatum, de quo mandato ipsi Iudices Visitatoribus fidem facere teneãtur; vel si dd. Iudices ex aliqua iusta causa aliter faciendum Visitatoribus notificauerint.

Hæc dispositio est ex parte conformis decreto antiquo Visitæ. 4. Aug. 1528. *relato infra §. 5. cap. 1. lib. 3.* Ibi: *Detenti autem ratione delictorum expediantur per Iudices infra 10. dies secundum* 2 *quod Iudices commodè poterunt*. Idem disponit Pius IV. In Ref. Tribunalis Auditoris Cameræ. Propterea præfigi terminus Fisco consueuit etiam in Visita. 1566. 4. Octob. Sab. *Ioannes Antonius. Fuit statutus terminus quindecim dierũ fisco præsenti ad producendum processum, & dicto termino elapso, & processu non producto decreuerunt, quod data cautione per d. Ioannem Antonium de non discedendo ab Vrbe, & se repræsentando toties, quoties, & qualibet hebdomada vna vice irrequisitus sub pena 500. relaxetur*.

3 Postmodum verò superuenit Constitut. LXXI. Paul. V. *Tit. de Iud. Crim.* vbi habetur: *Curent autem Iudices quicunque, ne Rei detineantur in secretis vltra triduum, antequam examinentur, nisi causa materia aliud suadeat*. Et inferius. Tit de Carcer. *Visitator verò carcerum, qui nunc a Socie-* 4 *tate Pietatis Carceratorum eligitur, & deputatur, quolibet die post carcerum Visitationem ad Aduocatum Pauperum accedere, & sibi nomina eorum, qui in dies carcerantur, in scriptis, & pariter etiam* 5 *Iudicibus deferre teneatur*. Et paulo infra: *Teneantur etiam dicti Custodes post publicã Visitationem Carcerum à Visitatoribus seu Aduocato Pauperum requisiti dare notam Carceratorum Criminalium in secretis existentium, cum expressione temporis, & Iudicis illorum*.

6 Conclusio ex hoc §. elicitur: Carceratos in secretis carceribus infra triduum debere examinari, & ad Largam poni. Etenim Impp. Gratian. Valent. & Theodos. *l. fin. C. de custod. Reor.* ita statuunt: *De ys quos tenet inclusos Carcer, id aperta definitione Sancimus, vt aut conuictos pœna subducat, aut liberandos custodia diutuena non maceret*. Damoud. *in prax. crim. cap. 17. num. 17.* Huc etiam facit Decretum alias à Visita factum; quod in fine sequenti capituli referemus. Cæterum hæc allarga- 7 tio (vt ita dixerim) seu ampliatio carceris debet fieri congruo, & competenti termino assignato Reo ad faciendas suas defensiones, & cum facultate alloquendi, & consulendi, summotis arbitris, Aduocatos, & Procuratores. *l. vnius. §. cognitu-rum. de quæst. Foller. in prax. crim. ver. Facta litis contestatione, num. 10. Cart. de inter. reorum. c. 3. num. 68. lib. 3. Far. q. 39. nu. 13. cum seqq. Lucatell. in Prax. torquendi reos. 5. Inspect. num. 43.* Et quis 8 non satis est benè disponere, nisi etiam benè disposita exequutioni demandentur. *l. mandata. ff. de off. eius cui mand. est iurisd.* Idem Paulus III. *in eodem. §. 4. vers. alioqui Custos &c.* præscribit mo- 9 dum, quo facilius carcerati possint expediri, vt videlicet Carcerum Custos in prima Visita Iudices contrafacientes, Visitatoribus manifestet; Quod onus legitur etiam in Const. LXXI. Paul. V. *Tit. de Car. & Carcerat.* iniunctum Visitatori Carcerum, & Commentariens., vt dixi supra; Cum quibus Constitutionibus concordat dispositio Iuris communis. *d. l. vltima. §. Iubemus. C. de Custod. reor.* vbi custos debet singulis mensibus causas, & carceratorum numerum Iudicibus nunciare.

10 Porro ex eodem Textu in vers. *nisi de mandato nostro*. conclusio prædicta restringenda est; Quando *Principi aliter videretur*; quia videlicet propter grauitatem causæ defensiones ante torturam in secretis carceribus dandæ essent. Quo casu certiorandus erit Princeps de indicijs probatis contra reum. Licet enim defensiones in totum tollere 11 possit Princeps *Clem. Pastoralis. vers. cum illa circa fin. de sent. & re iud. Et ibi gloss. in ver. licuerit gloss. §. sed naturalia. Instit. de iur. nat. gent. in ciu.* Vbi omnes scribentes testantes de communi. *Rol. cons. 12. num 45. 46. 62. 64. & per tot lib. 3. Far.* 12 *q. 39. num. 18.* Illas tamen potest modificare, & illarum modum immutare. *Affl. dec. 391. post. n. 26.* Et colligitur ex dictis supra circa facultates Gubernatoris Vrbis in Criminalibus. *lib. 1. §. 8. ver. Gubernator sect. 1. & 2.* & quod statutũ possit immutare defensionum modum probat *Asin. in sua prax. Iudicior. §. 31. cap. 34. num. 6. vers. In contrarium autem vbi plures refert*.

13 Declara primo, vt Iudices non crimina, sed vindictam Principi referre debeant. *l. si quos Iudices. in fin. C. de off. Præf. Præ. Orient. & Illyric. in fine.* Ibi: *Ad nostræ mansuetudinis scientiam non* 14 *crimina, sed vindicta referatur*. Ratio est, quia crimina per offensos, delatores, & similes veritatis parum amatores, vt plurimum deferuntur, quibus parum confidere possunt Iudices, & valde periculosum esset, si eadem relatione ad aures Principis 15 deferrentur. Sunt enim Principes ferè omnes huius conditionis, vt cum opinionem aliquam imbiberunt, magnis sit opus arte ad eos à sententia di- 16 mouendos. *Aeneas Syluius. Epist. 2.* Quod & vsu compertum est ab ijs, qui cũ illis tractant. Itaque 17 cogitent. Vindicta verò, & pœna nunquam infligitur; nisi post compilatum, & legitimatum processum, post defensiones factas, causamque plene instructam, & postquam reus confessus, vel conuictus est, ita vt princeps decipi non possit. *l. qui sententiam. C. de pœnis. c. nos in quemque. c. prohibentur. in fine. Et c. multi ad finem. 2. quæst. 1. C. Lotharius. 31. q. 2. l. qui accusatore. C. de eden. l. actor. C. de probat. & l. 1. C. de confess. Mars. con. 15. numer. 2. Gomez. de prob. delict. num. 3. Bertaz. cons. 516 num. 1.*

18 Declara secundo, vt Princeps, sicut tenetur supremam potestatem seruare, ita etiam soleat summam honestatem, & æquitatem præ oculis habere. *Bal. cons. 19. nu. 3. vers. nam priuilegia. lib. 4. Crau. cons. 135. num. 44. vers. Et Princeps qui tenet. Surd. cons. 431. nu. 59. & 60.* qui idcirco esse debet tar- 19 dus ad pœnas. Hinc illud, Dij plumbeos pedes habent ad puniendũ. Ad quod refertur *Plutarch.* 20 *in Problem.* dicens Tyrijs fuisse morem, Deorum statuis vincula inijcere, vt indicarent ad vltionem illos lente procedere. Vnde Valerius Maximus

lento

lento gradu ad sui vindictam diuina procedit ira. Quæ de ijs dicuntur, bene aptantur Principibus, qui in iure nostro Diui, & Diuini appellantur, eorumque Domus, Diuina *l. ad institutiones. & inde gloss. & Fulgosius. C. de sacrosanct. Eccles. Peregr. de iure fisci lib. 1. tit. 4. num. 3.* propterea proclinis semper 21 ad præmia Princeps esse debet, nec mæstis casibus exultare, iuxta illud Ouidij *lib. 1. de Ponto.*

„ *Est piger ad pœnas Princeps ad præmia velox;*
„ *Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.*

Et Seneca *in Octauia.*

„ *Consulere Patriæ, parcere afflictis, fera*
„ *Cæde abstinere tempus atque iræ dare,*
„ *Orbi quietem, sæculo pacem suo,*
„ *Hæc summa virtus.*

Proniorque esse debet ad minorandas pœnas. *l. perspiciendum ff. de pœnis. Thes. q. 13. lib. 3. Giurb. cons. 34. num. 35. Tap. decis. 55. nu. 1.* Circumfertur 22 ex græco auctore, *Inuitus Iuppiter nocet.* Sed quid loquor de Ioue? Habemus diuinum oraculum. Historia scitu digna, non omnibus nota legitur in gestis B. Cyrilli Presbyteri, & Monachi Montis Carmeli, & ex *Trithem. in eius Actis.* & in lectionibus *Breuiarij fratrum Carmelitarum, die 6. Martij,* in quem incidit eiusdem Sancti Festum: Habetur quoque copiosius ab ipsomet Cyrillo narrata antè initium eiusdem oraculi, quod inter Codd. M. S. seruatur in Bibliotheca Vat. Codice cui numerus est 3816. vna cũ paraphrasi, seu Commentariolo Abbatis Ioachimi, ad quem ab ipso Cyrillo ad hũc effectum transmissum fuerat idem oraculũ. Est autem historia huiusmodi, *Cum ego Cyrillus pro venerãda celebritate B. Hilarionis Coeremitæ nostri Sacrarum Missarum solemnia incboassem cũ fratre Eusebio Comite meo Carissimo, & ad illũ locum Canonis peruenissem,* Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, *nubecula densa cærulea mihi astitit stupescenti. Protinus Angelus aspectus Virginei distans binis cubitis, & semisse in ipsa nubecula visus est capillis flauis, & crispis, geminis alis ornatus ab humeris vsque ad talos alba lata, talarique amictus labijs rubicundis, Coccineo strophio cinctus, Sandalibus aureis, rubeisque pedalibus calceatus, afferens virgam liliatam, & tabulam argenteam tenens in dextera, & aliam tabulam argenteam in sinistra litteris græcis descriptas, & dixit; Cum Sacra compleueris, has scripturas transcribens membrana, & conflans tabellas conformabis in calicem, & thuribulum ad libanda, & adolenda in hora sacrificij matutini. Mansit autem Angelus in Ara vsque ad gratias Postmissales: descendens verò ad mensa posterius pauimentum tabellas deposuit. & in ictu disparuit. Continebat autem scriptura vndecim capita, quibus grauis persecutio Ecclesiæ denunciabatur.* Modo ad rem nostram. in oraculo prædicto inter cetera leguntur in Capitulo vltimo, quod est vndecimus, verba infrascripta: *Donec fætor sanguinis occisorum ascendat ad aures Iudicis impragnati.* Quæ verba exponit Abbas Ioachimus dicens: *Iudex impragnatus potest dici Deus æternus qui more mulieris prægnantis portat vindictas impiorum in corde, vt ab erroribus conuertantur, qui tandem parturiens clamat, vt mulier, cum dolens ipsos condemnat impios supplicijs atrocibus gehennalibus.*

23 Sub talibus, quales supra diximus esse debere Principes, non mirum, si semper causa fisci solet esse mala, vt post *Victor. refert. Bellon. de re milit. par. 1. tit. 23. in fin. moral. resp. 8. num. 64. Surd.* 24 *decis. 138. num. 10. vers. fuit responsum.* Vt enim dicebat Traianus Fiscus æquiparatur Lieni, quo, 25 plus iusto crescente, cætera omnia membra contabescunt.

26 Quod dicitur in Const. Pauli III vt de mandato Principis Iudices Visitatoribus fidem facere teneantur; non militat in Eminentissimis Cardinalibus, & Officialibus maioribus in proprijs officijs viuæ vocis oraculum habentibus. ad not. *in c. nobilissimus. 97. dist. Gab. de Prob. col. 3. num. 20. Far. q. 63. num. 41. & seq. Rot. dec. 339. num. 1. par. 2. rec.*

27 Non tamen istis creditur, quando contra ius, vel vtilitatem publicam aliquid sibi à Principe demandarum testarentur. Tunc enim ab ipsis Princeps censetur circumuentus. *Panzirol. cons. 119.* 28 *num. 8. Ciriac. contr. 310 num. 66 & 67.* Immò si à Principe aliquid tale demandaretur, illi minimè est parendum, sed rescribendum. *cap. si quando. de rescript. Gram. vot. 32. num. 11. & 15 Farin. q. 97. num. 25. Cyriac. controu. 19. nu 13. Cart d. Canon.* 29 *num. 96.* Addo prædicta verba Constit. Paul. III. Ibi: *Vel si dd. Iudices ex causa, quam Visitatoribus notificare teneantur, aliter faciendum existimauerint;* debere intelligi de causa iusta; vt exempli causa, si capiendi essent correi, ne positus reus ad largam præmoneret venatum, & correus aufugeret. Non enim possunt hæc facere ex inordinato animi impetu, vt colligitur ex ijs verbis; *Quam Visitatoribus notificare teneantur.* Quę notificatio esset superflua, si Visitatorum cognitio præce-30 dere non deberet, cum tamen nihil in lege debeat esse superfluum, & absque effectu operandi. *Surd.* 31 *cons. 127. num. 9.* Dicitur autem iusta causa, quando versamur in causis arduis, & delictis atrocissimis; & contra Reum indicia vrgent grauissima, in quibus solum, & non ad libitum detrusiones assignari possunt ante torturam in secretis; semper tamen cum facultate alloquendi Procuratores & Aduocatos. *Cart. de inter. reor. lib. 3. cap. 3. nu. 47. Far. q. 39. nu. 14. & 112. Lucatell. de mod. torquen. reos. Inspect. 3. nu 44.*

Cumque de Reis in secretis existentibus sit sermo, subijciam diuersas prouisiones, quas pro illis fecit, iuxta casuum contingentiam, Visita, vltra eas, quas superius posuimus, dum de diuersis carcerum prouisionibus tractatum fuit *lib. 1.* Etenim absque huiusmodi prouisionibus, & secretorum carcerum visitatione, de qua mox dicturi sumus, facile pauperes carcerati obliuioni traderentur, ità vt celerius Elephanti partus ad lucem veniret, quam ipsi ad Largam ponerentur. 1519. 29. Oct. 32 Nonæ. *Visitatores decreuerunt, quod carcerati in quibuscumque carceribus ad instantiam seu de mandato Iudicis Curiæ de Sabellis Ripetta, vel Soldani Turris Nonæ, nõ detineantur in secretis carceribus vltra triduum; quo transacto, si præfati Iudices non commiserint dd. carceratos poni ad Largam, Capitanei, seu Custodes absque aliquo ordine, seu mandato teneantur illos ponere ad Largam sub eisdem pœnis, scilicet priuationis officij, & triumtractum funis, dummodo aliter visum non fuerit*

D. Gubernatori, & Auditori Cameræ, qui faciant obseruare decretum. Decretum supradictum non legitur in libris aliorum decretorum. Nam ista, vt diximus, initium suum ducunt ab anno 1528. sed circumfertur impressum in folio separato, quod

33 propterea, prout iacet, sic posuimus. 1528. 12. Decemb. Sab. *Detenti in Secretis. Examinentur infra duos dies, & expediantur.* * 1540. 23. Dec. Nonæ. *Existentes in secretis nisi per totum eras expediantur, relaxentur*. 1562. 14. Apr. *A Visita-*

34 *toribus existentibus in Camera fuit dictum: Detur commoditas Carceratis in secretis confitendi sua peccata, & Sacramentum Eucharistiæ sumendi.*

35 Declara primo, vt Carcerato in secretis sufficiat contritio secundum veriorem, & magis communem opinionem, de qua *Graff. lib. 1. aurearum dec. par. 1. c. 24. num. 32. & seq. & in Append. lib. 1. c. 5. nu 3.* Vbi vrgentes rationes adducit; Hæc tamen doctrina procedit, quando carceratus non habet commoditatem confitendi, quæ quotiescumque fieri potest ipsis danda est.

36 Declara secundo, vt decretum præfatum emanauerit occasione festiuitatis Sanctissimi Paschatis. Tunc enim ratione præcepti Ecclesiæ datur commoditas Carceratis confessionis, & Communionis; alijs temporibus non facile conceditur ijs, qui detinentur in secretis, propter suspicionem, ne fiat præiudicium causis, pro quibus detinentur. Adde, quod nec ipsimet carcerati sunt faciles ad petendum Confessionem, antequam sint positi ad Largam. Nam cum debeant se subijcere examini, etiam plærumque rigoroso, & vt plurimum, in animo habeant negare medio iuramento delicta, quæ perpetrarunt, & alia, quæ vera sunt ac legitimis indicijs comprobata, non possunt partes confessionis sacramentalis adimplere, inter quas vna est propositũ non delinquendi; ipsi vero habent plęrumque propositũ positiuũ peccandi, negando medio iuramento veritatẽ eo casu, quo tenentur illam fateri.

Sequuntur alia decreta Visitæ ad fauorem carceratorum de quibus agimus. 1589. 28. Sept.

37 Cap. *Quod Custodes Carcerum nullo modo ponant carceratos in carceribus secretis captos de mandato Magistrorũ Iustitiariorum sub pœna expensarum, & aliarum pœnarum arbitrio Gubernatoris.* *

38 1598. 8. Feb. Sab. *DD. Visitatores decreuerunt, vt infra, videlicet: Nullus imposterum ad Instantiam Curiæ Turris Nonæ, & Iudicis de Sabellis captus ponatur in secretis carceribus.*

39 Superuenit postmodum Const. LXXI. Pauli V. quæ declarauit Iurisdictionem criminalem præfatorum Tribunalium, & pro delictis ipsorum Tribunalium Carceratus, poni in secretis carceribus non prohibuit, vt supra apparet. *lib. 1. §. 8. cap. 7.*

40 Concordat cum Const. Paul. III. in hac materia, circa carceratos in secretis, etiam Pius IV. qui *Const. LVIII. cum ab ipso nostri Pontificatus initio. §. 11.* habet: *Et quoad expeditionem carceratorũ, obseruent in omnibus, & per omnia Motum proprium fœl. rec. Paul. III. circa eorumdem carceratorum expeditionem editum.*

Demum non omittam addere seuerè puniendos esse eos, qui secreta causarum criminalium in præiudicium Iustitiæ quoquo modo proderent. Quod, vt omnibus clarius innotescat, opportunum censui hic subijcere Constit. san. mem. Pij V. desuper anno 1568. editam, etiamsi legatur impressa in Bullar. num. 67. *Licet contra Notarios* fol. 199. *§. 1. Et vt pœnarum certitudo omnibus hic in Alma Vrbe nostra innotescat, statuimus, decernimus,*

41 *& declaramus omnes, & singulos Notarios tam principales, quam substitutos, executoresque quoque, ac carcerum Custodes, cæterosque, quibus tam vigore sui officij, quam alias quomodocumque, reos, dum in secretis carceribus detinentur, facultas alloquendi conceditur, qui reorum responsiones, ac testium in dictis causis depositiones propalare in totum vel in parte, dicto, aut facto quibusuis personis, cuiuscumque conditionis, prærogatiuæ, & dignitatis tam mundanæ, quam Ecclesiasticæ existant absque Iudicis, coram quo causa vertitur, & Procuratoris Fiscalis licentia ausi fuerint, aut eisdem reis, & testibus, donec in secretis retinentur, etiam quarumuis personarum, vt supra, quomodolibet qualificatarum, vel nomine eorumdem reorum, & testium, vel aliorum etiam extra carceres existentium nomine, eorumdem carceratorum nuncium, epistolam, litteras, vel (vt vulgo dicitur) Ambasciata, ferre absque eiusdem Iudicis, & Procuratoris Fiscalis licentia, vltra pœnas eis à iure, vel statuto inflictas, pœnam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad triremes, & si qualitas facti id exigerit, & Iudici videbitur, etiam vltimi supplicij, incurrere, & puniri debere præcipimus, & mandamus: Sicque per quoscumque Iudices, quauis auctoritate fungentes puniri, & condemnari; & non aliter; declaramus, irritum quoque inuane &c. decernimus non obstantibus &c.*

CAPVT I.

De Visitatione Secretorum Carcerum.

SVMMARIVM.

1 *Carceratos Custos tenetur de Iure denunciare Iudicibus.*
2 *Carceratos in secretis, & publicis Carceribus quolibet mense Visitat Gubernator, & alij Visitatores.*
3 *Carceratorum in secretis olim fiebat Visitatio in Palatio Gubernatoris.*
4 *Iudices Criminales Gubernatoris olim appellabantur Rotæ Auditores.*
4 *Visitationis Carcerum officium, quod exercebat D. Vrbinus.*
6 *Carceratis in secretis pijssimè subuenitur in Vrbe.*
7 *Visitatio Carceratorũ in secretis hodiè fit in Carceribus.*
8 *Ocularis inspectio magis mouet.*
9 *Carceratorum in secretis miseria ex Cicerone.*
10 *Carceratorum in secretis fætor ex halitu secundũ Martialem.*
11 *Visitationis secretorum carcerum dies.*
12 *Visitationis secretorum inopinata debet esse dies, & cur.*

13 *In*

13 *In Visitatione menstrua secretorum carcerum quid sit agendum.*
14 *Carcerati inferiorum Tribunalium non examinati infra triduum, ponendi ad Largam a Custodibus ex decreto Visita.*

OPportunè hic incidit tractare de visitatione secretorum carcerum, postquam de carceratis 1 in secretis dictum fuit. Ad impediendum, ne diutius quam oportet, detineantur in carceribus carcerati, ex dispositione iuris obligatur Custos carcerum ad denunciandũ iudicibus singulis mensibus omnes carceratos cum nominibus, cognominibus, causis carcerationis, & quanto tempore sint carcerati sub pœna 20. librarum auri; & si Iudex fuerit negligens, puniatur in decem libris auri. *l. fin. C.de Custod.reor.Clar.in § fin.q.46.nu.4.*

2 Romæ vero fit salubrior Visitatio quolibet mense; quæ licet appellatur secretorum carcerum; comprehendit tamen & publicos; & habet supremam Principis Authoritatẽ excarcerãdi, cõdemnandi, & liberandi, de qua nouissime in Constitut. LXXI. Paul. V. *Tit.de Carcer.& carcerat.* statuitur in hęc verba: *Gubernator Vrbis semel in mense vna cum Pauperũ & Fisci Aduocatis, & Procuratoribus, & deputatis a Societate Caritatis, & Pietatis (vltra Visitationem ordinariam semel in hebdomada fieri solitam, quam omnino fieri volumus & mandamus) visitet Carceres tam secretos, quam publicos per se ipsos. ne carcerati indebitè à Custodibus Carcerum malè tractentur, atque vt tabula nouissime edita, & in ipsis Carceribus affixa tenenda, obseruetur, prouideat.* Idem disposuerat prius Pius IV. *Constit LXIII. Cum ab ipso.* In qua de deputatis Pietatis mentionem non fecit, eo quod eorum deputatio emanauerit, vt diximus alibi, sub Sixto V. & in fine adhibet Pius IV. eadem verba cum prædicta Pauli V. videlicet; *Et vt tabula nouissime à dilecto filio Guidone Ascanio S. R. E. Cardinale, & Camerario nostro edita, & in ipsis carceribus tenenda affixa obseruetur, prouideat:* in Bullar. fol. 60 quam tabulam, ne quid ignoretur nos posuimus, *In Append.§.2.cap.1.*

3 Antiquitus hæc Visitatio Carcerum in Palatio Gubernatoris fieri solebat coram ipsomet Gubernatore, & suæ Rotæ Auditoribus, vt Colligitur ex annotatis in libro eiusdem Visitationis secretorum carcerum, qui incipit:

Liber Decretorum, & Ordinationum secretorum.
D. Saluatoris Pacini Guber.
D. Petri Belli: Antonij Paganelli: & Marcelli Bentiuenga Rotæ Gubernatoris Auditorum:
Factorum in Palatio eorumdem die 1. Maij. M.D.LVIII. vsque ad diem Mercurij XXII. Maij. M.D.LX.
Rogatorum per Claudium de Valle Not. Act. Caus. Crim. Cur. D.Gub. pro Venerab. Soc. Caritatis.

In primis.

M.D LVIII. III. Maij. Visitatio secretorum Carceratarum facta coram D. Gubernatore præfato in eius Palatio, & Camera, in qua interuenerunt infrascripti:

D. Saluator: Gubernator
D. Sebastianus Autebasius.
Procurator Fiscalis S.D.N.
Petrus Bellus.
Magnifici DD. Antonius Paganellus } *Auditores Rotæ:*
Marcellus Bentiuenga. }
Franciscus Agatonius } *Substituti Fiscales.*
Paulus Zautusinus. }
Magnifici DD. Alphonsus Villanoua } *Procur. Pauperum.*
Franciscus Persicus. }

Nona. in primis Stephanus. ponatur ad largam Sequuntur successiue alij carcerati Nonæ. & Sabbell.

4 Non mireris, dum legis in hac Visitatione interuenisse Rotæ Auditores. Hoc enim nomine tunc appellabantur Iudices Criminales Gubernatoris. quos hodie nominamus Locumtenentes criminales.

Hanc Visitationem secretorum, prout in Constit. LXXI. Pauli V. disponitur, describit *Hieron. Buccaron. de different.inter Iud. ciu. & crim. diff. 151.num.22.* vbi subiungit: *Et Visitator principalis secretorum carcerum est hodie D. Dominicus* 5 *Vrbinas, qui qualibet hebdomada visitat carceratos in secretis carceribus existentes, à quibus diligenter exquirit, & enixè expostulat, an bene vel male*

male tractentur a Custodibus super victu, qui qualibet die post carcerum Visitationem tenetur accedere ad Aduocatum Pauperum; & sibi nomina eorum, qui in dies carcerantur in scriptis, & pari- 6 *ter etiam Iudicibus deferre tenetur*. Ex quibus apparet hic In Vrbe pijssime agi cum Carceratis, præsertim in secretis carceribus detentis, ne ipsis necessaria ad victum, vestitum, & ad spirituale commodum deficiant; ne opera Instigatorum, à Iudicibus protrahantur causæ, & exitus earum retardetur; ne carcer de iure inuentus ad Custodiam, vertatur in pœnam.

7 Hodie Visitatio secretorum carcerũ fit In loco loci: & hæc est fructuosior: teste enim Horatio *in lib. de Arte Poetica.*

,, *Segnius irritant animos demissa per aures,*
,, *Quamque sunt oculis subiecta fidelibus.*

8 Nam visorum maior est effectus, vt refert Cicero *De senect.* & quando oculus non videt, iudicare non potest. *l. Testium. C. de test. & l. qui testamenta. § fin. ff. de Testam. Corn. cons. 283. nu. 4. ver. & etiam quia potuit contingere. lib. 3 Farin. q. 127. num. 125. Plaut. in Trucul. Act. 2 scen. 6.*

,, *Pluris est oculatus testis vnus quam auriti.*
,, *Decem.*
,, *Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.*

Estque vetus adagium; Quod oculus non videt, 9 cor non dolet; Quis enim non maxime moueatur inspectione vinctorum ex illis secretis ergastulis (licet ingressi sint paullo saniores) prodeuntium tanquam coagulum omnium malorum, extenuato, gracilique corpore, de quibus iure dixit antiquus Poeta relatus à Cicerone *Tuscul. 3.*

,, *Refugere oculi, corpus macie extabuit.*
,, *Lacrymæ peredere humore exangues genas,*
,, *Situ nidoris barba pedore horrida,*
,, *Atque intonsa infuscat pectus illuuie scabrum.*
,, *Scindens dolore identidem intonsam comam.*

10 Hinc fit, vt Martialis cum vellet denotare rem fætentem dixerit *Epig. 4. lib. 4.*

,, *Quod sicca redolet palus lacunæ,*
,, *Maestorum quod anhelitus reorum.*

Qui anhelitus fætor prouenit non solum ab Insalubritate carceris, & mala ciborum qualitate, sed etiam ab assidua cura, & sollicitudine reorum, à qua stomachi calor auocatur, ità vt cibum concoquere non possit.

Est quidem horribilis locus carcer tum ratione squaloris, & miseriarum, quas ibi conclusi patiuntur, tum ratione Societatis hominum perniciosorum, vt furum, latronum, homicidarum, & id genus aliorum, qui ibi asseruantur, quibus innocentia facilè corrumpitur; & mali peiores fiunt. Et accedit ad seruitutem, quæ morti comparatur, non posse a loco discedere. *Petrus Gregorius Tolosanus. Syntag. Iuris vniuersi. part. 3. de actionibus. lib. 31. cap. 33. num. 5. & 6. citans Leonem. lib. 10. Epistolarum. Epist. 2. ad Alphonsum.* Vbi esse in carcere per se miserrimum scribit; & *numer. 8.* subdens ait: *Itaque carceres omnes quantumuis speciosi sint, pœnam sua natura habent, & libertatem minuunt, & consequenter tristem animum reddunt: non secus ac aues quadam libera cauea inclusa canendi voluptatem amittunt.* Vt non miret, quod ait Liuius carcerem interiorem ad Terrorem crescentis audaciæ media in Vrbe ædificatum, & foro iunctum. Incommoda carcerum eiusmodi sunt, quando sunt nimia diuturni, vt reperiantur, qui potius velint appetere mortem, quam ibi detineri. Si enim carcer perpetuus morti æquiparatur, quod ex Cicerone *In Catil. 4.* colligere licet ex his verbis: *Intelligit Cæsar mortem a Diis immortalibus non esse supplicij causa constitutam. Itaque eam sapientes numquam inuiti, fortes sæpe etiam appetierunt. Vincula vero & ea sempiterna certe ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt.* Hæc ille. Ex Dionysio Halicarnasæo *in prima antiquit.* circumferuntur illa: *sunt qui censeant eam necatam puellam tradant; nec desunt qui malint coniectam in occultum carcerem eumque perpetuum; vnde necatam esse vulgo traditum est.*

11 Dies, quo fieri consueuit huiusmodi Visitatio secretorum Carcerum non est determinatus; sed plærumque fit die Dominico, vel alio die Festo, vt non sint impediti, qui debent interuenire, sicut Lunæ, & Iouis, quando incidit aliquod festum, quo non fiat Visitatio hebdomadaria; vel Veneris post prandium Rarò tamen post prandium habenda erit, ne innotescat Custodibus; qui tempus habeant ad instruendos carceratos, vt dicant se ab ipsis benè tractari. Vt verò euitetur, quantum fieri poterit, hæc precedens notitia, huiusmodi Visitatio intimanda erit noctu in sequentem diem mane, quo tempore etiam minus offenduntur fætore carcerum Visitatores. Ab anno autem 1617. ad annum 1643. vidi fere semper hanc Visitationem 12 fieri alio tempore, quam post Visitationem hebdo- 13 madariam, quæ fit die Iouis: Ea, vt opinor, ratione, quia hæc Visitatio requirit multas horas temporis. Non enim sunt inuisendi solum carcerati in secretis, seu audiendi sunt etiam omnes alij, vt habent verba Const. LXXI. Pauli V. Ibi: *Visitet Carceres tam secretos, quam publicos*; Audiendi propterea sunt Religiosi; adeunda eorum cubicula. Illi pariter, qui sunt *In sala*, & in loco nuncupato *Il mezzo*; necnon alij, qui sunt reclusi, tempore Visitationis in Cubiculis particularibus, & dicuntur stare, *al passeggio*. Introspiciendum est, quot in quolibet cubiculo habitent, ne auaritia Commentariensium excedatur numerus descriptus supra Portam cuiuslibet cubiculi, supra quam adnotati dictum numerum mandat Constit. LXXI. Pauli V. Tit. *Tasse, & ordini da osseruarsi da Guardiani*. Ibi: *Non possino mettere maggior numero de persone di quello, che sarà scritto da Superiori delle Camere, à quali però si ordina che lo scriuino quanto prima sopra dette Camere.* Interrogandi sunt ijdem carcerati, qui stant, vt vulgo dicitur, *al passeggio*, circa modum quo tractantur a commentariensibus, & custodibus, & circa alia quæcumque ad commodum carceratorum spectantia tamquam melius informari propter libertatem, quam habent eundi intra carceres, quocumque volunt, & omnia, quæ ibi fiunt, perlustrandi. Inuisendum valetudinarium, & infirmi; qui etiam interrogandi sunt super ipsorũ indigentijs; prouidendũ, ne quid illis desit. Loca mulierum adeunda, audiendæque sunt. Intrandum in coquinam, inspiciendi cibi, præsertim pro infirmis, & pro carcera-

tis

tis in secretis carceribus existentibus parati; Panis, & illius qualitas; Gustandum vinum, præsertim, quæ dantur Infirmis, & carceratis in secretis. Visitandi Carceres secreti, & publici; An purgati ab immunditija, & fætore; An Latrinæ expurgatæ sint. Demum non sunt obliuioni mandandi pauperes carcerati degentes in inferiori parte, qui dicuntur: *stare da basso*, sed illuc transmittendi Procuratores Pauperum, vt exquirant, an aliqui velint audiri à Visitatoribus; & volentes audiri educi, & ad ipsos Visitatores adduci faciant. Aduertendum tamen est vt Carcerati audiantur seorsum a Custodibus (ne ab ipsis percipi possint) super tractatu, præsertim in Infirmaria, & in secretis respectu panis, vini, & ciborum, quæ ab illis subministrantur. Quæ omnia, si fiant ex caritate, & non perfunctoriè, vix expediri poterunt a summo mane vsque ad meridiem. Atque ita facilius fiet, vt carcerati ab indebitis grauaminibus, & ærumnis viuant immunes, maxime ab ijs, quæ tempore suo deplorat *Amian. Marcell. lib.* 30. *fol.* 453. vbi loquens de carceratis, dicit: *flagitantium ministrorum amaritudine quadam oppressi, cum non suppeteret, quod daretur, erant perpetui carcerum inquilini, e quibus aliquos, cum vita iam taderet, & lucis, suspendiorum exoptata remedia consumpserunt.*

Diuersæ in hac Visitatione factæ fuerunt, & fiunt Prouisiones, prout apparet in diuersis locis huius operis, inter cæteras fuit alias facta infrascripta.

14 1595. 14. Dec. Capit. *Fuit iniunctum Custodibus Carcerum, vt ponant ad largam omnes carceratos detentos ad instantiam Iustitiariorum, Magistrorum Viarum, Protomedici, Ripæ, Ripettæ, & Soldani, & Dogbaneriorum, necnon Iudicis Curiæ de Sabellis, & quorumcumque aliorum non transmittentium listam Sanctiss. D. N. qualibet die Veneris, & infra triduum à die carcerationis non fuerint examinati, & infra quinque, quando non fuerint expediti sub pœna amissionis expensarum.* In quo decreto, cum fiat mentio de Magistris Viarum, Iustitiarijs: & Protomedico aliquid dicemus de eorum Tribunalibus, & primum de Tribunali Agriculturæ; licet de eo non fiat expressa mentio in Decreto; fit tamen in genere. Est enim de illis, qui non transmittunt listam S. D. N. Papæ qualibet die Veneris, vt supra.

CAPVT II.

De Agriculturæ Consulibus.

SVMMARIVM.

1 *Agricultura necessitas, & vtilitas.*
2 *Agricultura Magistratum C. Iulius Cæsar instituit.*
3 *Agricultura Magistratus a Pontificibus renouatus.*
4 *Agricultura laudes, & priuilegia remissiuè.*
5 *Agricultura exercitium quando detrahat, vel non Nobilitati.*
6 *Agricultura boues, & Instrumenta capi in executionem non possunt.*
7 *Agricola ad obsequia euocari non possunt.*
8 *Agricola pro debito detineri non possunt.*
9 *Agricola temporibus messium, vindemiarum, & seminum sunt exempti ab oneribus personalibus extraordinarijs.*
10 *Agricola, & eorum Instrumenta pro bello diuerti non possunt.*
11 *Agricola ab iniurijs & oppressionibus sunt defendendi.*
12 *Agricola pro debitis Dominorum non possunt inquietari.*
13 *Agricola tempore messium incolentes Vrbem possunt cogi rura petere.*
14 *Agricolarum boues, & pecora non possunt in executione capere eorum Creditores pro frumento mutuato.*
15 *Agricolarum creditores quid capere possint pro vsuris.*
16 *Agricola portantes grasciam ad Vrbem possunt cogi rura repetere, si non inueniant emptorem.*
17 *Agricola conuenti sunt celeriter & summariè expediendi.*
18 *Agricultura fauore contra agrorum depopulatores licet singulis absque Iudice se vindicare.*
19 *Agricola messium tempore, & alij circa rem rusticam occupati non possunt ad Iudicium trahi.*
20 *Agricultura inuitu non potest quis prædium vendere, & censitos Agricolas retinere.*
21 *Agricola deserta cultura accedentes ad militiam sunt reuocandi.*
22 *Agricola etiam in die feriata absque peccato opera ruralia exercent.*
23 *Agricola vti miserabiles persona fori priuilegio gaudent.*
24 *Agricola excusantur si per rusticitatem album Prætoris deleuerint.*
25 *Agricola excusantur à præsumpta fraude vsurarum.*
26 *Agricola excusantur à vera contumacia.*
27 *Agricola excusantur etiam à mulcta.*
28 *Agricolis admittitur appellatio.*
29 *Agricola excusantur a pœna per legem.* si quis in tantum C. vnde si imposita.
30 *Agricola non præsumuntur contraxisse contra leges pænales positiuas.*
31 *Agricola excusantur a præsumpta falsitate.*
32 *Agricola possunt reuocare scripturas contrarias a se productas in iudicio.*
33 *Agricola deferentes solita arma non puniuntur.*
34 *Agricola excusantur à pœna* l. si quia in princ. ff. ad S.C. Syll.
35 *Agricola excusantur à pœna si non obtemperauerint præcepto Iudicis.*
36 *Agricola contrauenientes dispositioni.* l. si quia maior. C. de transact. *excusantur.*
37 *Agricola in dubio non præsumuntur auctores rixarum.*
38 *Agricola excusantur si per errorem iuris in fiscum detulerint.*
39 *Agricola possunt facere testamentum coram quinque testibus.*
40 *Agricola restituuntur in integrum etiam vbi succurri ipsis prohibitum est.*
41 *Agricola excusantur si non ediderint id quod edere debebant.*

42 *Agri-*

42 *Agricolæ releuantur ab onere probandi se indebitum soluisse.*

43 *Agricolæ scienter alienantes rem propriam iuuantur remedio* l.2. C.de rescind. vend.

44 *Agricolæ si permiserint dotē Genero, & se obligauerint ad soluenda alimenta, non tenentur ad solutionem vsurarum dotis, etiam si ad id se obligauerint. Non currit tempus contra Agricolas, etiam si sit statutum à lege pro petenda bonorum possessione hæreditate delata.*

46 *Agricolæ excusantur, si non opposuerint exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam.*

47 *Agricolæ non reuocantes illico erroneam confessionem Aduocati, præsumitur ob iuris ignorantiam fecisse.*

48 *Rustica mulier quomodo & quando excusetur à pœna priuationis hæreditatis filij.*

49 *Agricolæ possunt litigare apud defensorem* Ciuitatis.

50 *Agricolæ non certiorati de valore clausularum non censentur iure suo renunciasse.*

51 *Agricolæ debent habere copiam positionum, quibus est respondendum.*

52 *Agricolarum obsequia præstita etiā Dominis alicuius Castri non inducunt obligationem in Dominorum fauorem.*

53 *Agricultura statuta varijs priuilegijs decorata habentur in Vrbe.*

54 *Ab Agricultura Consulibus auocatur causa, & committitur Præsidi.*

55 *Agricultura differentia cum Iustitiarijs ex decreto Visita remissiuè.*

56 *Agricultura exercitium quale antiquitus apud Germanos.*

57 *Agriculturam Heluetij discessuri ad bella non solū negligunt, sed omnia etiā ædificia succīdunt.*

1 NOn minus oportet Principem curam gerere Agrorum; quam Ciuitatum. Immò vero Agrorum magis, quam Ciuitatum. Illi harum fundamentum sunt, iureque dixerit quis in agris consistere Ciuitates, à quibus triticum, ordeum, vinum, oleum, alimenta hominibus, cæterisque animalibus percipiuntur. Si non essent boues aratra, semina, plantæ, greges, & id genus alia, non cōditæ fuissent ab initio Ciuitates. Conditæ vero ab illorum fortuna pendent, quodq. bene, vel male se habeant, inde est. Quicūq. igitur Agricolarū rebus aduersatur, qui terrā colunt, is etiam aduersatur Ciuitatibus quibus opus est rebus, quæ à terra proueniūt. Iure igitur C. Iulius Cæsar omniū primus, Magistratus Agriculturæ constituit, quos ædiles Cereales, à Cerere rei frumentariæ Præside, olim nuncupaunt, Pōponius *in l.2. §. deinde Caius Iulius Cæsar. ff. de orig. iur. Ottom. in tract. magist. Ram. verb. ædi-*

3 *les*. Magistratus Agriculturę postmodū renouauit Sixtus IV. quē refert Clem. VII. *Const. V. §.* 1. Ibi, *Dūmodo Iudicū tunc desuper deputatorū, seu alicuius eorum auctoritas interueniret*. Et clarius Pius V. *Const. XVI. &* XIX. Clemen. *VIII. Const. LXII* & Paul. V. *Const. LXX. in Bull. fol.*292.

4 Agriculturæ laudes, & priuilegia refert Arist. 1. *Oeconomicorum. cap.2. & Polit. lib.6. cap.4. Cicero. de off. lib.1. & alij, quos memorat. Hor. Barbat. de diu. fruct. par.2. cap.7. ex num.29.* Dignitatem vero commemorat Cassan. *in Catalog. glor. mund. par.11. consid.47 Tiraquell. de nobilit. cap.32. nu.2. Barbat. cap.7. num.32. 33. & seq.* Quando verò

5 exercitium Agriculturæ detrahat nobilitati, & quando non, latè Rota. *in Melevitana. Habitus. 7. Febr. 1631. coram Durano in impress. decis.294.* Nos quamplura ex ipsis priuilegijs ad propositam materiam, de qua agimus, facientia prolixius solito enumerabimus; vt facilius omnes, quantum in ipsis erit, huic nobili Arti, eiusq. Professoribus, & operarijs faueant; & ne in aliquo grauentur opportune ij, ad quos spectat, prospiciunt.

6 Itaque primum priuilegium est, quod boues aratorij, & instrumenta Agriculturæ destinata, etiam in exequutionem rei iudicatæ pignore capi non possint. *l. exequutores. & l. sequenti cum Auth. seq. C. quæ res pignor. Negus. de pignor. 3. 3. memb. 2. par. num.40. Menoch. de arbitr. cas.378. num.1. & 2. lib.2. Salycet. post Petrum, & Cynum in d. l. executores. num.1. & 3. vbi resoluit contra gloss.* quod dicta pignora capi non possint, etiam si spontè darentur creditori. *Rip. in tract. de remed. præser. contra pestem. num.224. vers. item Boues. Specul. de pri. & sec decr. §. restat videre. ver. & scias. & infra ver. bos num.8. Mant. singul.497. ver. contentio in foro. & singul.632. in fine. Cassan. in Catal glor. mund. par.11. consid.37. cit. ver. bouis, & aratra. Negus. tract. de pign. par.2. membr.3. num.49.* qui ampliat conclusionem, etiam si non adsint alia bona, vbi executio consummari possit; ac etiam si colonus talia pignora offerret: sed dicit, quod de cōsuetudine id non seruatur *Tusch. tom.1. lit. A. in ver. Agricultura. concl 247. num.1. & 2. Ioan Bertaz. p.1. sui Reper. lit. A. ver. Agricola non patitur.*

7 Priuilegium secundum est, quod Agricolæ, vt rusticanis operibus intendere valeant, ad alia obsequia euocari non possint. *l.1. & 2. C. ne rustic. ad vllum obseq. lib.11. & ibi Luc. de Penna. Rip. de re. præseruat. contra pestem. num 208. Gulielm. de Bened. in cap. Raynucius ver & vxorem nomine Adelasiam. vers successio ab intestato. num.345. de test. Barbat. diuis. fruct. par 2. cap.7. num.44. Cassan. loc. cit. col.2. fol.139. vers propterea cum Agricultura. & num.9. vers. ob officia publica*

8 Priuilegium tertium. Non possunt Agricultores, ne deterioris conditionis sint, quam boues, qui absque Agricultoribus arare nesciunt, pro debito detineri. *Auth. Agricultores. C. quæ res pign. Rip. post Bald. de remed. præser. contra pestem. nu.224. Guliel. de Bened. vbi supra. num.344. Barbat. cit. num 42. & 45.*

9 Priuilegium quartum. Eximuntur Agricolæ tēpore seminum messium, & vendemiarum ab omnibus oneribus extraordinarijs personalibus, vtpotè angarijs, perangarijs, & ab exercitio, vt vulgo dicitur, Gualstatorum. *l.1. C. de Agric. & Cēs. lib.11. Rip. loc. cit. num.216. & sequen. Manzon. de caus. exec. limit.17. nu.16. & 17. Barbat. de diuis. fruct. par.2. cap.7. num.46.*

10 Priuilegium quintum. Personæ Agricolarum, & ipsorum instrumenta, etiam pro bello, diuerti, & occupari nequaquam possunt. *Benedic. num.338. & 339. Barbat. nu.47.* vbi subdit; quod Principes hoc malè obseruent.

11 Pri-

11 Priuilegium sextum. Agricolæ ab omnibus iniurijs, & oppressionibus defendendi sunt. Vnde malè faciunt exactores, Cômissarij, & Barisselli, qui, dum malefactores perquirunt, rusticos pro se ipsis alendis granant. Ad not. in l.2. C. de lucr. aduocat. lib. 12. Rip. n. 211. Barbat. n. 48. Addentes ad Bertaz. conf. 116. litt. B. Ioannes de Plat. in l.2. C. de lucr. Aduoc.

12 Priuilegium septimum. Non possunt Agricolæ etiam pro debitis fiscalibus, quibus eorum Domini tenentur, inquietari. l. Colonos. C. de agricol. & censit. lib. 11. Et ibi Lucas de Penna. Rip. Tract. cit. num. 118. Gugliel. de Benedict. vbi supra num. 344. Barbat. num. 49.

13 Priuilegium octauum. Immò tempore messium possunt Agricolæ incolentes Vrbē, cogi rura petere ad bladas secandum. l. 1. vbi Ioannes de Plat. C. de agric. & censit. lib. 11. Barbat. d. cap. 7. num. 50.

14 Priuilegium nonum. Creditores pro frumento, quod Agricolis dant mutuum ipsorū terrulas, boues, aut pecora, sub pœna priuationis crediti in exequutionem capere non possunt. Auth. ad hæc. C. de vsur. Rip. d. tract. num. 219. Cassan. in Cathal. glor. mund. d. consid. 37. n. 4. par. 11. Barbat. de diuis. fruct. par. 2. cap. 7. num. 51.

15 Priuilegium decimum. Non possunt ijdem creditores accipere vltra octauam modij pro singulo modio, nomine vsurarum, nec vltra siliquam pro aureo sub eadem pœna. Auth. null. cred. agricol. per tot. Rip. num. 220. Cassan. d. consid. 37. num. 4. Barbat. num. 52. vbi declarat, quid sit siliqua. Gaspar Rodericus de ann. redditib. q. 4. num. 47. & sequen. lib. 3. vbi pariter declaratur, quid sit siliqua, & cætera eo spectantia latè habentur.

16 Priuilegium vndecimū. Quando Agricolæ portant Grasciam ad Vrbem, si illicò Emptores non reperiant, possunt cogi ad opera rustica relictis rebus portatis penes aliquem vrbanum, qui illas vendat. l. 2. ff. de nundin. Rip. qui hoc declarat d. tract. num. 225. nempe si portant iussu superioris; secus si spontè. Barbat. num. 55. & 56.

17 Priuilegium duodecimum. Quando conueniuntur coram Iudicibus Ciuitatum, sunt celeriter, & summariè expediendi. §. si vero aliqui sunt agricolæ. Auth. de quæst. Luc. de Penn. in l. 1. C. de agricol. & censit. lib. 11. Barbat. num. 57. 58. 59.

18 Priuilegium tertiumdecimū. Fauore Agricolturæ contra agrorum depopulatores vnicuique absque iudice se vindicare licet. l. 1. C. quando liceat vnicuique sin. iud. Rip. ac noct. temp. c. 70. & illi Ecclesiæ immunitate non gaudent. Bull. Greg. XIV. num. 7. §. 3. de qua Ambros. de libert. Eccl. cap. 4. Barbat. num. 60. & 62.

19 Priuilegium decimumquartum. Tempore messium circa rem rusticam occupati non possunt inuiti ad iudicium trahi. l. 1. de fer. & l. omnes dies. C. eodem tit. Niger. sup. cap. Regni pridem. n. 18. Barbat. num. 62.

20 Priuilegium decimumquintum. Intuitu Agricolturæ non potest quis vendere prædium, & ipsius censitos agricolas retinere. l. si quis. Bart. C. de agricol. & censit. lib. 11. Niger. super c. Regni enim. num. 20. de diuis. fruct. par. 2. cap. 7. num. 63.

21 Priuilegium decimumsextum. Agricultores deserentes terrarum culturam ad militiam accedentes, reuocandi sunt. l. super. C. de mancip. & colon. patr. lib. 11. Assi. non quis. num. 3. Barbat. num. 64.

22 Priuilegium decimumseptimum. Agricolæ etiam in die feriata opera ruralia, quæ dilationem non patiuntur, sine peccato exercere possunt. l. 3. c. de fer. cuius dispositionem canonizarunt etiam Cardinales super Concilio. Barbos. cap. 7. num. 65. cum seqq. par. 2.

23 Priuilegium decimumoctauum. Enumerantur Agricolæ inter miserabiles personas, quæ fori priuilegio gaudent. Menoch. de arbitr. cas. 66. nu. 22. post Soc. cap. cum sit generale. num. 25. in fin. de for. compet. Mauzon. de caus. exec. limit. 17. n. 14. & 15. Thom. Carneual. de for. comp. disput. 2. q. 6. sect. 7. num. 572.

24 Priuilegium decimumnonum est, quod excusantur q. per rusticitatem albū Prætoris deleuerint. in l. si quis id quod. Ibi Bart. in §. serui. num. 7. ff. de iurisd. omn. Iud. Cassan. in Catal. glor. mūd. par. 11. consid. 37. nu. 2. Menoch. de arbitr. cas. 194. num. 3. lib. 2. Odd. de rest. in integ. par. 1. q. 9. art. 6. nu. 30.

25 Priuilegium vigesimum est, quod excusantur à præsumpta fraude vsurarum. Iason. in d. l. si quis id, quod. num. 32. vbi alios citat. ff. de iurisd. omn. iud. vers. similiter Rusticus. Rip. in tract. de remed. præser. contra pestem. num. 233. Natta. cons. 497. nu. 7. 8. & 9. vbi dicit procedere in rustico simplici, non autem sagaci. Menoch. d. cas. 194. num. 47. Odd. cit. quæst. 9. art. 6. num. 35.

26 Priuilegium vigesimumprimum, quod excusantur à vera contumacia. l. 2. §. vltimo. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Alex. in l. ex quacumque. nu. 4. tit. eod. Rip. tract. de remed. contra pest. num. 229. Cassan. loc. cit. nu. 3. Menoch. cas. 194. nu. 49. & 50. vbi subdit, quod vera contumacia dolum requirit, qui in rustico non præsumitur. Odd. post alios. quæst. & art. cit. num. 32.

27 Priuilegium vigesimumsecundum est, quod excusantur etiam à mulcta, quæ contumaciam subsequitur. arg. l. 1. §. 1. si quis iusd. non obtempt. Bart. in l. 2. num. 13. ff. si in ius vocat. non ierit. vers. item nota, quod parcitur rusticitati. Rip. in d. tract. num. 230. Menoch. cit. cas. num. 51. qui ex mente Curtij Iunioris dicit eam huius rei rationem esse; quia mulcta non indicitur nisi ob veram contumaciam. Odd. loc. cit. num. 32.

28 Priuilegium vigesimumtertium est, quod eis admittitur appellatio à sententia contra ipsos lata ob veram contumaciam. Alex. post alios. d. l. ex quacumque. num. 4. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Ibi Socin. sen. num. 9. & sequen. Dec. cons. 34. num. 5. vers. vltimo. Ias. in l. si quis id quod. num. 32. ff. de iur. omn. iud. vers. considerandum est. Rip. tract. de remed. præser. num. 231. Natta. cons. 586. nu. 4. Menoch. cas. 194. num. 52. Odd. quæst. 9. art. 6. num. 33. Adde quod adeo vera sit hæc conclusio vt licet Apostolorum petitio in appellatione sit necessaria, sicut appellatio, iure non subsistat non petitis Apostolis. Clem. quamuis rigor. de appell. Bart. in l. eos. §. apostolos. C. de appell. Iun. cap. cordi. num 4. & 5. Tit. eod. Lancell. de att. lim. 50. num. 195. fol. 313. Id tamen non habeat locum in rustico, arg. l. quoties. C. famil. hercisc. Cornelius Brederodius. de appell. part. 2. de apost. tit. 4. vers. rustici appellatio valida est. Scacc. de appell. quæst. 13. lib. 3. cap. 2. num. 33. & 41.

29 Pri-

29 Priuilegium vigesimumquartum est, quod si rem suam violenter occupauerit ignorans pœnam. *l. si quis in tantum. C. unde vi.* excusetur à pœna per dictam legem imposita, probatis tamen præsumptionibus ad sui fauorem facientibus. *Bart. in d. l. num.6.* motus ex eo, quod hæc sit tantum iuris ciuilis prohibitio, quia ante dictam constitutionem occupantes rem propriam non puniebantur. *§. pen. Instit. vi bonor. raptor. Menoch. recuperand. possess. remed.9. num.24. & 25.* licet multos etiam allegat pro contraria sententia. *Odd. de rest. in integ. quæst. & art. cit. num. 34.* sublimat tamen si ita Iudici visum fuerit, vbi quatuor limitationes, quas ipse adducit, videre poteris.

30 Priuilegium vigesimumquintum est, quod non præsumitur contra leges pœnales positiuas contraxisse. Quod quidem procedit, quando non potuerũt animaduertere contrauentionem ob simplicitatem rusticanam, vbi mala fides præsumi non debet intercessisse in contractu, si regulariter non sit prohibitus, neque de genere prohibitorum *gloss. in l. unica. in ver. hoc tantum reddetur. in fine. C. non lic. hab. metro. lib. 11. Corn. cons. 147. num. 11. & 15. & per totum lib. 2. Cassan. in Catal. glor. mund. consid. 37. part. 11. num. 8. Menoch. cas. 194. num. 53. Odd. de rest. in integ. q. 9.*

31 Priuilegium vigesimumsextum est, quod excusantur à præsumpta falsitate, cum v.g. deponentes testimonium non dolosè, sed per fatuitatem sunt sibi ipsis contrarij. *Ias. in l. si quis id quod. num. 32. ff. de iurisd. omn. iud. vers. item si rusticus. Mars. post Angelum. cons. 4. num 29 & cons. 7. num. 18. Socin. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. cred. Alciat. tract. præsumpt. reg. 2. præsump. 31. num. 5. Gramm. cons. 23. num 6. Menoch. cas. 194. num. 57.* qui dissentiens à multis pro contraria sententia allegatis dicit hoc esse Iudici arbitrarium. *Odd. d. quæst. 9. artic. 7. num. 55. 56. & 57. vers. in testimonij igitur contrarietate de restit. in integ.* Vbi videtur sentire, quod si non disposuerit malitiosè, veniat excusandus. Hi omnes ea sunt suffulti ratione, quia falsum sine dolo non committitur. *l. 1. in fine. ff. ad l. Cornel. de falsis. l. nec exemplum. C. de probat.* Licet, vt dixi, plures sint DD. contrarium sentientes, tamen quando non præciso dolo testimonium ferũt ad tradita superius, credo q veniant excusandi. Amplia, vt quæ diximus de falsitate, habeant etiam locum in periurio, quod non committitur sine dolo. *Castren. in l. fin. num. 4. ff. qui satisd. cog. & in l. qui iurasse. num. 7. ff. de iur. iur. Alex. cons. 92. num. 13. lib. 1. Gram. cons. 23. num. 7.*

32 Priuilegium vigesimumseptimum est, quod possunt reuocare scripturas contrarias à se productas in iudicio. *Iason. post Bald. in d. l. si quis id quod. num. 23 in fine. Menoch* qui id dicit Iudici arbitrarium. *cas. 194. num. 60. Odd. cit. quæst. 9 art. 7. numer. 55 56. 57* vbi: Quod si ex tali contrarietate veniat imponenda pœna, non debebunt condemnari quoad pœnę solutionem, nisi probetur, quod malitiosè in contradictionem inciderint.

33 Priuilegium vigesimumoctauum est, quod si deferant arma sua solita, non puniatur pœna capitis. *§. si quis rusticos. vt per Bald. ibi Cepoll. cons. 32. num. 5. Iac. Nouell. in tract. ad defens. in tit. de indicijs pro reo dandis. num. 70. Menoch. d. cas. 194. num. 75 Odd. cit. quæst. 9 art. 6. num. 48.*

34 Priuilegium vigesimumnonum est, quod excusantur à pœna. *l. si quis in graui. ff. ad l. Sillan.* si in illam inciderit ob non habitam quæstionem homicidarum testatoris, & sumptam de illis vindictam ante apertas tabulas illius contra Prætoris edictũ. *Menoch. post alios. cas. 194. num. 46. Odd. quæst. 9. art. 6 num. 40.*

35 Priuilegium trigesimum est, quod excusantur à pœna, si non obtemperauerint præcepto Iudicis. *Odd. post Natt. & Zilett. d. quæst 9. artic. 6. numer. 42.*

36 Priuilegium trigesimũprimum est, quod, si contrauenerint dispositioni *l. si quis maior. C. de transact.* vbi veniens contra transactionem iuratam per Deũ, vel per Principem, infamis efficitur, ab actione cadit, & pœnam soluit, data restituit, & applicantur parti transactionem obseruanti, excusabuntur à pœna dictæ Cõstitutionis. *Cagnol. in d. l. si quis maior. num. 16. 24. & 25. Odd. præallegata quæst. 9. art. 6. num. 44.*

37 Priuilegium trigesimumsecundum est, quod in dubio Rustici non præsumuntur Auctores rixarum, sed innocentes, & quieti. *Cassan. in Catal. glor. mund. par. 11. consid. 37. num. 10.* qui id comprobat multis rationibus. *Menoch. cas. 194. in fin. num. 83.* Vbi, quod sit eis fauendum, si non ex iure, saltem ex æquitate. *Odd quæst. 9. art. 8. num. 59. & 60.* qui plures allegat, licet contrarium teneat.

38 Priuilegium trigesimumtertium est *ex l. 2. §. vltimo. ff. de iur. fisci.* qua constitutum est Rusticos propria confessione deferentes in fiscum excusari, si per errorem iuris, & ignorantiam detulisse, & ob id eã reuocare possunt delatores. *Menoch. cas. 194. num. 72. Odd. quæst. 9. art. 6. num. 29.*

Attulimus supra priuilegia rusticis competentia ad euitãdas pœnas, & sic ad actionem criminalem. Recenseamus modo nonnulla priuilegia competẽtia Rusticis quoad actionem ciuilem.

39 Priuilegium trigesimumquartum est, quod Agricola potest facere testamentum coram quinque testibus, si septem habere non possint. *l. fin. C. de testam. Et ibi Salycet. Bart. Bald. Ias. & reliqui scribentes.* Immò *Castren. num. 4.* asserit contra Bartolum, quod si in Villa sint etiam sex testes, testamentum valet etiam adhibitis quinque; quia de numerario senario non fit mentio in iure in materia de testamẽtis; sed tantum de duobus, tribus, quinque, & septem. Quod quidem Castrens. dicit notandum. Cassan. in Catalog. *glor. mund. consid. 37. part. 11. num. 5. Mantua. cons. 25. num. 4. par. 1.* vbi *supra num. 7.* quod rusticorum gratia iuris regulæ exorbitant dixit *Menoch. de arbitr. cas. 194. nu. 70. lib. 2.*

40 Priuilegium trigesimumquintum est, quod in casibus etiam, in quibus ipso iure succurri rusticis specialiter prohibitum est, ijsdem succurratur, saltem ope restitutionis in integrum, propter iustam iuris ignorantiam. *Ant. de Butr. cons. 72. num. 1. 2. Ias. in l. de pupillo. §. nunciatorem. num. 7. in fine. ff. de oper. nou. nunci. Et ibi Crottus, post concordantes, de quibus per eum. Iacob. de Sancto Georg. in l. oi-ris. num. 6. C. qui admit. Corn. ibi col. 2. vers. secũdo videtur velle. Bald. Odd. de rest. in integr. par. 1. quæst. 9. art. 5.* Quæ tamen limitat, nisi potuerit con-

consulere peritiores, vt ibi post alios *num.27. & art.9. num.61. in fin* Vbi quod succurritur ope restitutionis, etiamsi non ipso iure succurratur Rusticis in casibus nō expressis: Limita tamen prædicta non habere locum in rustico sagaci, & quando actus istius sunt clandestinè celebrati, & malitiosè, seu per supinam negligentiam, vel quando potuerunt consulere peritiores. *Odd. quæst. cit.*

41 Priuilegium trigesimumsextum est *in l.1. in fine. ff. de eden.* vbi excusatur, si non ediderit id, quod edere debebat; sed ope restitutionis in integrum. *Menoch. d. cas. nu.39. & 40. Odd. quæst. 9. artic. 6. nu.31.*

42 Priuilegium trigesimumseptimum est *in l. cum de indebito. §. fin autem is. ff. de probat.* vbi releuatur ab onere probandi se indebitum soluisse, & transfundit onus probandi in Aduersarium, dummodo Aduersarius non laboret eadem simplicitate. Menoch. *cas.194. num.41. quæst.9 art.6. nu.37.*

43 Priuilegium trigesimumoctauum est, quod, si scienter alienet rem propriam, iuuatur remedio *l.2. C. de rescind. vend. ad tradita ibi per Bald.* Quod tamen intelligendum est cum aliqua limitatione, nempe cum dubium est, an Rusticus sciuerit rei suæ valorem, an non. Nam in dubio ignorare præsumitur. *Menoch post. Alex. & Cagnol. cas. 194. num.45.* vbi dicit quando procedit sententia opposita Salyceti, & aliorum *Odd. quæst. 9. art. 6. n. 47. post multos præallegatos ibi.*

44 Priuilegium trigesimumnonum est *in l. vltima. in principio. ff. de doli mali & excep.* Si enim Rusticus promittat dotem Genero, & vltra dotem alimenta; si deinde se obliget ad solutionem vsurarum decursarum dotis, non tenebitur. *Menoch. cas.194. num.54.55.56.* Vbi desumit rationem non tam à priuilegio Rustici, quam ex inualiditate contractus, qui tanquam vsurarius sustineri non potest. Ideo enim vsuræ ob dotem non solutam præstantur, quia vir in alenda vxore facit impensas, quibus cessantibus omnibus ob alimenta præstita, seu præstanda per socerum, non est locus solutioni vsurarum. *l. in insulam. §. vsuras. ff. solut. matrim. omnes. in cap. salubriter. de vsuris. Menoch. loco citato.*

45 Priuilegium quadragesimū est, quod nō sibi præiudicet, si intra statuta tempora non petat bonorum possessionem pro consequenda hæreditate alicuius sui parentis vel proximi. *l. pen. C. qui admit. ad bon. poss. Cassan. in Catal. glo. mun. par. 11. consid. 37. num.1. Menoch post Ripam. & Alciat. præallegatos. cas.194. num.61. Odd. cit. quæst 9. art.6. num.45. vbi num.45.* limitat in casu quo non poterit consulere peritiores. Vide ibi latius.

46 Priuilegium quadragesimumprimū est, in opponendo exceptionem dilatoriam ante litis cōtestationem, vel declinatoriam ante consensum in Iudicem. Quia si non opposuit, præsumitur per ignorantiam iuris omisisse, & ab hac ignorantia excusatur. *Cassan. cit. consuetud. 37. num.6. Menoch. cas. num.63.* post alios quos refert tam pro affirmatiua, quam pro negatiua sententia. *Odd. quæst. cit. art.6. num.38.*

47 Priuilegium quadragesimumsecundum est, si nō reuocauerit illico erroneam cōfessionem Aduocati, præsumitur ob iuris ignorātiā fecisse, & quandocunque lubet reuocare potest; licet regulariter de iure, incontinenti reuocari debeat. *l. error. C. de iur. & fact. ignor. l.1. & 2. C. de errore Aduocat. vide Menoch. post Bald. & Rip. præallegatos in cas.194. nu. 64.65. Odd. d. quæst. 9 art.6. num.39.*

48 Priuilegiū quadragesimumtertiū est, quod mulier rustica excusatur à pœna priuationis hæreditatis filij, quando transiens ad secunda vota, antequā exeat a domo primi viri, non curauit tutorem filio datum inuentarium conficere. vide Menoch. qui refert circa hoc duas opiniones, & tamen distinguit, & conciliat cum Ripa *in tract. de remed. cōt. pestem. pluries cit. num.242.* Aut enim, dicit ille, solum agitur respectu eorum, qui ab intestato successuri sunt, & tunc excusatur Rusticus; cum venientes illi ab intestato solum de lucro agant: aut agitur respectu creditorum; & tunc Rusticitas non excusatur; cum agant creditores de damno vitādo. *Odd. d. quæst. 9. art.6. num.41. post alios.*

49 Priuilegium quadragesimumquartum est *ex l.3. C. de defens. Ciuit.* ob quam tribuitur Rustico posse litigare apud defensorem Ciuitatis. *Menoch. cas.194. num.75. & 74.* Vbi intelligentia huius priuilegij.

50 Priuilegium quadragesimūquintum est, non certioratus de importantia, seu valore clausularū non censetur iuri suo renunciasse. *Menoch. post. Mat. & concordantes per ipsum. cas.194. num.76. Odd. post Tiraquell. quæst.9. art.6. num.43.*

51 Priuilegium quadragesimumsextū est, quod rusticus excusetur in casu, quo debeat respondere positionibus, quibus regulariter ex iure municipali respondendum est, non data copia earum prius, nec præsente Aduocato. Nam id non procedit in Rustico, qui potest, & debet habere copiam earum, vel respondere Aduocato præsente, ne decipiatur. *Hostien. cap. dilectis de Iudic. Soc. senior. in l.1 numero 8. in fine ff. de vulg.* Qui alios recenset: Et subdit admittendam etiam esse responsionem qualificatam ipsius Rustici. Vide Menoch. *cas. cit. 194. à num.77. vsque ad 80.* qui prædicta dicit procedere in casu, quo Rusticus est ita rerum ignarus, vt falli facile possit. Porro prædicta adeo vera sunt vt nedum procedant in actione ciuili; verum etiam in Criminali. Si enim Rusticus Reus sit accusatus, potest comparere in iudicio cum suo Procuratore, qui Procurator licet regulariter non possit interuenire, & respondere pro Reo in iudicio; potest tamen, quando Reus est Rusticus. Vide Menoch. *cas.194. num.80. in fine.* Sed ego in hoc me remitterem consuetudini Tribunalium, & iudicum arbitrijs.

52 Priuilegium quadragesimumseptimū est, quod quando Rustici spontè, & ex quadam liberalitate per longissimum tempus cōsueuerunt præstare seruitia, operas, obsequia, & similia, etiam Dominis alicuius Castri, non propterea ipsis Dominis acquiritur aliquod ius compellēdi eos in futurum ad idem faciendum. *Bertrand. cons. 91. num.1. lib.1. Socin. iun. cons 98. num.33. & sequen. lib.3. Bertaz. cons. crim. 420. num 4.*

Hæc de priuilegijs Agriculturæ dicta sufficiant;
53 inter quæ possunt, & respectu Vrbis computari statuta particularia super hac nobili Arte Agriculturæ; cuius sunt Consules Patritij Romani; & est

varijs gratijs & prærogatiuis à Summis Pontificibus mediantibus eorum Cõstitutionibus decorata.

54 Decreta etiam in Visita quandoque facta fuerũt circa Consules Agriculturæ. 1617. 14. Sept. Capit. *Causa Francisci. Præuia auocatione à Consulibus Agricultura, committatur D. Præsidi cũ omnibus annexis, & connexis iuxta mentem & auctoritatẽ Visita, cum facultatibus necessarijs.* Frequenter autem quando huius Tribunalis carcerati reperiuntur in secretis decernunt Visitatores poni *Ad largam.* Et si dubitetur de eorum iurisdictione arrestantur à Gubernatore, donec ille ab eorum Notario informetur. 1651. 25. Nouemb. Sabel. *Dionysius de Podio Mirteto carceratus ad instantiam Iudicis Agricultura. Ponatur Ad largam, & arrestetur*

55 *ad instantiam D. Gubernatoris Vrbis.* Aliud decretum super differentijs istius Tribunalis cum Iustitiarijs fuit allas factum, de quo in *Append. §. 3. cap. 15.*

56 Lõgè autem dispar olim fuit mos Germanorum circa hanc artem Agriculturæ, vt refert Cæsar *in suis Comment. de bell. Gall. lib. 6. circa medium.* Vbi ait: *Germani Agricultura non student, maiorque pars victus eorum in lacte, & caseo consistit, neque quisquam agri modũ certum, aut fines proprios habet; sed Magistratus, ac Principes in annos singulos gentibus, cognationibus hominum, qui vna coierunt tantum, quantum eis, & quo loco videtur, attribuunt agri; atque anno post alio transire cogunt: idque propter multas rationes, ne videlicet assidua consuetudine capti studium belli gerendi agricultura commutent; ne latos fines parare studeant; potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora, atq; astus vitandos ædificent, ne qua pecunia oriatur cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; vtque animi æquitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis æquari videat. Ciuitatibus maxime laus est, quam latissimas circum se vastitatis finibus solitudines habere; hoc proprium virtutis existimant expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam propè se audere consistere: simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentina incursionis sublato timore, cum bellum Ciuitas aut illatum defendit, aut infert.*

57 Vide, Lector, quid illi facerent, & paterentur, vt ad bella essent promptiores. Maiora tamen egerunt Heluetij, qui *ex eodem Cæsare de bell. Gall. circa principium*, vbi iam se paratos arbitrati sunt ad exeundum è finibus suis, *oppida sua omnia, & reliqua priuata ædificia incendunt, frumentum omne præter id, quod secum portaturi sunt, comburunt, vt domum reditionis spe sublata, ad omnia pericula subeunda sint paratiores.* De Agricultura satis: ad alia properemus.

CAPVT III.

De iurisdictione Magistrorum Viarum, Iustitiariorum, Protomedici, & Aromatariorum.

SVMMARIVM.

1 *Viarum Magistri ædiles curules vocabantur.*
2 *Viarum Magistrorum mentio in iure, & apud DD. habetur.*
3 *Viarum Magistrorum mentio in statutis, & Bullis Pontificibus.*
4 *Viarum Magistrorum carceratos de facili relaxat Visita.*
5 *Iustitiariorum officium, & iurisdictio versatur circa priuata itinera.*
6 *Iustitiariorum iurisdictio ex Statuto Vrbis, cuius verba referuntur.*
7 *Circa Iustitiarios referuntur tria decreta Visita.*
8 *Iustitiariorum differentia cum Consulibus Agricultura fuerunt terminata per Visitam remissiuè.*
9 *Protomedicus & Aromatarij ipsorum carceratos non possunt ponere in secretis carceribus.*
10 *Aromatarij non habent iurisdictionem criminalẽ.*
11 *Protomedicus habet iurisdictionem pro delictis pro quibus veniat imponenda pœna vsque ad scuta 25.*
12 *Aromatarij possunt ex Constit. Clem. VIII. res medicinales visitare, & culpabiles punire pecuniaria pœna.*

1 Viarum Magistros Romana Respublica, & deinde Cæsares, *Aediles Curules* vocabant; quos posteri, *Curatores Viarum*, Regionumque Vrbis,
2 & publicorum operum nuncuparunt. De his mentio habetur. *l. 2. §. ijsdem temporibus. vers. itemque, qui ædibus præessent. ff. de orig. iur.* de quibus post Liuium, Suetonium, Tacitum, Plutarchum, & alios tractat *Marc. Anton. Bard. de iurisd. Magistr. Curat. viar. cap. 1. littera B. in fin. Pancir. de Ciuit. Roman. Tit. de magistr.* Vbi etiam *Franc. not. in pr. ver. ædiles Plebis. Tholos.*
3 *in Syntag. iur. lib. 46. cap. 31. num. 8. & sequenti.* De his etiam loquitur Statutum Vrbis. *lib. 3. cap. 39.* Mart. V. *Constit. IX.* Alex. VI. *Constit. VIII.* Sixt. V. *Constit. XV.* Leo X. *Const. XIX.* Pius IV. *Const. CII.* Pius V. *Constit. CXXVI.* Greg. XIII. *Const. XXII* vbi ijsdem iurisdictionem cum Cardinali Camerario circa ædificia Vrbis ad ornatum concessit. *Grat. discept. 947. num. 13. & Rot. post alios dec. 339. num. 8. & 9. par. 5. recent.*

4 Quoad Carceratos de mandato Magistrorum Viarum in Visita, quotiescumque se offert occasio, facili negotio relaxantur gratis, cum huiusmodi causæ leues possint modica carceris pœna purgari; in grauioribus relaxantur, vt 1588. 10. Dec. Nonn. *Muratores carcerati in Tur. Non. ad instantiam Magistrorum Viarum. Data cautione de parendo mandatis Magistrorum Stratarum sub pœna scutorum 50. pro quolibet, relaxentur.*

5 Iustitiariorum officium, & iurisdictio versatur præ-

præcipuè circa itinera priuata, de quibus in *l. 1. ff. de itin. actuq. priu. Capoll. de seruit. rustic. præd.* Et circa damna data in prædijs rusticis, de quibus *in l. si seruus seruum. §. si oliuam. cum seqq. ff. ad l. Aquil.* In Regno, quos nos *Iustitiarios* appellamus, vocantur *Baiuli*, & ibi quoque separatim Tribunal constituunt. *Io. Dom. Tasson. de antefat. vers. 3. obseru. Trib. 11. num. 292.*

6 De nostrorum Iustitiariorum iurisdictione, & officio tractant Statuta Vrbis. *lib. 3. cap. 40.* cuius verba sunt: *Magistrorum Iustitiariorum iurisdictio sit circa lites, quæ inter vicinos oriuntur de sepibus, fonteis, siue fossatis, vijs vicinalibus, seruitutibus actus itineris, vel via Vinearum, & arundinetorum existentium intra, vel extra Vrbem cum annexis, & dependentibus à prædictis, & non alias, nec de alijs rebus.*

7 Sacra Visita circa Iustitiarios diuersa fecit decreta, prout occasio se obtulit. 1528. 26. Sept. Sabell. *Augustinus. Nisi Magistri Iustitiarij infra duos dies expediuerint pro Iustitia, vel data cautione de soluendo ad statim quindecim Iulios pro pœna & carceribus, relaxentur.* * 1547. 1. Dec. Capit. *Hieronymus, & Augustinus. Non molestentur per DD. Magistros Iustitiarios super Vasche Sabi de Gallicano, & turbata possessione dictæ Vasche, & inhibeatur sub pœna 500. dd. Magistris, ne vlterius in dicta causa intromittant.* * 1589. 28. Sept. Capit. *Quod Custodes Carcerum nullo modo ponant Carceratos in carceribus secretis captos de mandato Magistrorum Iustitiario-*
8 *rum sub pœna expensarum arbitrio D. Gubernatoris.* Adest etiam circa differentias inter eos, & Agriculturæ Consules, alias vertentes, decretum particulare, de quo supra proximè fecimus mentionem, dum tractauimus de Consulibus Agriculturæ circa finem, & ponitur *in Append. §. 1. cap. 15.*

9 Ad Protomedici, & Aromatariorum pariter instantiam, seu de eorum mandato non possunt poni in secretis Carcerati, vt legitur in Constit. LXXI. Pauli V. *cap. fin. vers. atque in puniendis.* Et *vers.*
10 *vltimo: Aromatarij nullam prorsus audeant in quemcumque exercere sub quouis prætextu criminalem iurisdictionem. Protomedicus autem non*
11 *nisi pro delictis, pro quibus veniat imponenda pœna pecuniaria vsque ad aureos vigintiquinque.* De-
12 clarauit tamen postmodum quoad Aromatarios *Paulus V. in suo Motu proprio.* intentionis suæ nõ esse adimere eis facultatem aliàs per Clem. VIII. res medicinales ad eorum artem spectantes visitandi, culpabiles pœnis, non tamen corporis afflictiuis, coercendi, vt latius in d. *Motu proprio*, de quo *in Bullar. Constit. 47. §. 6. fol. 47.*

§. V.

NEMO CAPIATVR SINE INDICIIS.

SVMMARIVM.

1 *Si non adsint indicia quomodo procedendum contra accusatum ex Const. Paul. III.*
2 *Captura sine indicijs fieri potest à Gubernatore ex Const. Paul. III.*
3 *Captura sine indicijs fieri potest à Iudicibus in grauibus causis ex Const. LXXI. Paul. V.*
4 *Captura si fiat sine indicijs, instigator debet cauere de reficiendis expensis ex Constitut. LXXI. Paul. V.*
5 *Captura de iure fieri non potest, nisi de delicto constet in genere; & præcedant contra accusatum particularia indicia.*
7 *Captura ad instantiam solius offensi non debet fieri.*
8 *Captura ex dicto solius exploratoris nõ debet fieri.*
9 *Captura ex dicto primi testis post denuntiam secreti Instigatoris fieri non debet.*
10 *Innocentes de facili propter malitiam, seu inuidiam accusantur. Refertur exemplum ex Plinio.*
11 *Accusatores leuibus indicijs aliquem deferentes sunt, tanquam Garritores, repellendi. Refertur exemplum ex Amiano.*
12 *Purpura, ac muricis vsus Augusto tantum conueniebat.*
13 *Purpura vsus sub grauissimis pœnis priuato interdictus.*
14 *Purpura vsa matrona fuit cunctis exuta bonis.*
15 *Captura sine indicijs præbet actionem iniuriarū.*
16 *Occidens delinquentem occultum iniustè agit.*
17 *Captus sine indicijs gratis est relaxandus.*
18 *Captus ad querelam non habentis ius querelandi est gratis relaxandus.*
19 *Viduam posse querelare est magis cõmunis opinio.*
20 *Captura, si indebitè fiat, tenetur Iudex in syndicatu.*
21 *Carcerato detento in carceribus, qui erat relaxandus, datur actio contra Iudicem in syndicatu.*
22 *Captura facta sine indicijs datur terminus ad deducendum indicia in causa graui.*
23 *Captura fit sine indicijs, si offensus offerat cautionem de reficiendis expensis.*
24 *Captura fit sine indicijs pro delicto graui, quando periculum est in mora.*
25 *Captura sine indicijs pro delicto graui, quando offertur cautio, vel periculum est in mora, sustinetur, si statim indicia superueniant.*
26 *Capi potest absque indicijs repertus in flagranti crimine.*
27 *Captus in flagranti crimine ducendus est ad præsentiam Iudicis.*
28 *De captura sine indicijs remissiuè.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 IVDICES prædicti sine legitimis indicijs præcedentibus neminem capi mandent, nisi Gubernatori ex legitima Causa aliter visum fuerit, & tunc, si capiendus sine indicijs sit aliquis, ducatur ad præsentiam eiusdem, qui Gubernator Instigatorem faciat cauere de damnis, iniurijs, & interesse; & prout qualitas personæ carcerandæ expostulat, vel cogat eum ad cauendum de se repræsentando, vel mittat ad Carceres arbitrio suo. Verum si infra biduum indicia non superuenerint, relaxetur.

Indicium est duplex, videlicet facti, & Iuris. Ex indicio facti Iudex dirigitur ad perscrutationem; ac tale indicium potest per quemcumque fieri. Indiciũ vero Iuris est pariter duplex. Vnum, quod iudicem dirigit ad quæstionem habendam: aliud est, quod Iudicem instruit cum alijs adminiculis ad sententiam & condemnationem. *Bald. in l. si seruos. vers. & adde quod indicium.* C. *de testib.*

2 Sit ergo conclusio: Neminem capi posse sine indicijs. Limita ex verbis ipsius Constitutionis, vt non procedat in Gubernatore, de cuius mandato potest deueniri ad capturam sine indicijs, vt supra, 3 quæ facultas Gubernatoris etiam ad alios Iudices extenditur. in Const. LXXI. Pauli V. *Tit. de Iudicibus Crim.* §. 10. *num.* 5. Ibi: *Nec quisquam capiatur sine indicijs ad instantiam cuiusque Instigato-* 4 *ris, & tunc non nisi data cautione per Instigatorem de reficiendo expensas, & interesse, necnon etiam (si Iudici visum fuerit) de se repræsentando. Gloss. &* Bald. *in l. si quis aliquis ff. ad l. Iul. Maiest. Mars in pract.* §. *constante. nu.* 1. *post* DD. *in Clem.* 1. *de homicid & in l.* 1. *in princip. ff. de quæst.* Foller. *in princ sua practica crim. num.* 58. Vbi quod debeat capere diligentem informationem. *Ang. Aret. in Tract. de malef. in ver. fama publica præcedente num.* 4. *Roland. cons.* 17. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 3. *Eugen. cons* 64. *à num.* 14 *vsque ad* 20. *Purpur. cons.* 446. *num.* 3. *lib.* 2. *Bald. in l. quod euitandi. in fine.* C. *de condit. ob turp caus. Salycet. in l. nullus. num.* 1. C. *de exhibendis Reis. Boss. in tit. de captura. num.* 3. *Surd. cons.* 182. *num* 2. *Hond. cons.* 108. *num.* 23. *Farin. quæst.* 27. *num.* 112. *&* 113. *Guaz. defens.* 5. *cap.* 3. *num.* 15. *Vermig. cons. crim.* 358. *nu.* 3.

Prædicta procedunt etiam in Criminibus atrocissimis, vt puta in crimine læsæ maiestatis. *Bald. in l. si quis aliquis. Grat. cons.* 74. *numer.* 11. *Roland. cons.* 17. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 3. *Hond. cons.* 108. *nu.* 24. *Farin. post alios quæst.* 27. *nu.* 114. *Guaz. defens.* 5. *ext. c.* 3. *n.* 15. *vers. quod procedit. cap.* 3. super hoc tamen sunt satis clara verba præfatæ Constit. LXXI. Pauli V. Romæ regulariter seruatur.

5 Declara, vt ex dispositione Iuris, antequam quis pro delicto capiatur, debeant infrascripta præcedere. 1. debet de delicto constare in genere, siue de ipsiua corpore, vt alij dicunt; Quod scilicet quis ex vulnere, vel veneno fuerit mortuus: Furtum factum in apotheca: Instrumentum falsu fabricatum, & similia, quæ notant. *Boss. in pract. tit. de delicto. num.* 53. *Clar. quæst.* 4. *vers. quando vero. Farin. quæst.* 2. *& præsertim num.* 4. *Guaz. defens.* 5. *cap.* 3. *num.* 26. Sed ità distinguendum est vt debeat constare de corpore delicti, quando remanent vestigia delictorum; secus autem quando delicta solo animo perficiuntur vt hæresis, vel quando non remanent vestigia, vt in adulterio.

Amplia primo, vt neque delictum, cuius remanẽt vestigia, probetur, nisi liquido constet de ipsius corpore. *Gabriel. de crim. concl.* 17. *num.* 13. *vers. contrarium. Boss. tit de delicto. num.* 18. *Hond cons.* 106. *numer.* 19. *& sequen. Vermigl. cons. crim.* 281. *num.* 5.

Amplia secundo, vt neque sufficiant præsumptiones, & fama delicti, quando delictum est tale, vt eius regulariter remaneant vestigia. *Farin. quæst.* 2. *num.* 27. *post medium. Vermig. cons. crim.* 286. *nu.* 7. 6 Nam in dd. casibus requiritur ocularis inspectio. *Idem cons. crim.* 282 *num* 2. Et debent præcedere contra personam capiendam particularia indicia de crimine ab eo perpetrato. *Hond. cons.* 108. *nu.* 23. *& seq. lib.* 1. *Surd. cons.* 182. *nu* 2. *Far. q.* 27. *nu.* 112. *Guaz. def.* 5. *c.* 3. *nu.* 15.

7 Vnde fit, quod malè agant Iudices, qui, vel ad denunciationem solius offensi aliquem capiunt. *l. si quis ingraui.* §. *si quis monens. ff. ad Syl. Gomes. delict. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 16. *Couar. resol.* 13. *numer.* 8. *lib.* 2. *Hond. Consil.* 107. *num.* 15. *lib.* 1. *Far. q.* 46. 8 *num* 7. 10. 11. *q.* 3. 96. *& per tot.* Vel qui ex dicto solius Exploratoris prætensum Reum capi faciunt. *Adnot. in l singuli. de accus. Baiard. ad Clar.* §. *fin. q.* 28 *à nu.* 11. *Farinac q.* 27 *nu.* 132.

9 Præterea etiam primus Testis qui post denuntiam secreti Instigatoris immediatè deponit, explorator, qui detulit, præsumitur. *Bertaz. Consil.* 251. *num.* 103. *lib.* 2. *Guaz. def.* 29. *c.* 2. *nu.* 28. Facilè 10 enim contingit, vt propter malitiam, seu inuidiam probi homines deferantur Iudici tanquam nocentes. Constat de hoc perpulchrum exemplum relatum à Plinio secundo. *De Hist. mund. cap.* 6 *lib.* 18. cuius hæc sunt verba: C. *Furius Cresinus è seruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores multo fructus, perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in inuidia magna erat, seu fruges alienas pelliceret veneficijs. Quamobrem à Sp. Albino Curule die dicta metuens damnationem cum in suffragium tribus oporteret ire; Instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque, vt ait Piso, bene curatam, & vestitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos. Postea dixit, veneficia mea, Quirites, hæc sunt; nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasque, & sudores & cætera. Vnde fuit tanquam Innocens dimissus.* Hic erat ex iis, cuius manum rustico opere duratam, si Scipio Nasica apprehendisset, cum interrogasset, num manibus solitus esset ambulare, prout alium habentem eiusmodi manus interrogauit.

Itaque

11 Itaque homines, qui, aliàm defectum nullis, vel leuibus indicijs moti, tanquam Garritores, sunt repellendi; Exemplo illius Imperatoris, de quo *Amian. Marcell. lib. 22. fol.* 217. his verbis: *Inimicum quidam suum, cũ quo discordabat asperrimè, dixisse in maiestatem turbulentius deferebat; Imperatoreque dissimulante, eadem diebus continuis replicans; interrogatus ad vltimum, qui esset, & quem argueret, respondit: Municipem locupletem. Quo audito Princeps renidens quibus indicijs, vir, ad hoc peruenisti. Et ille: Purpureum, inquit, sibi indumentum, ex serico pallio parat; iussusque post hac, vt vilis, ardua rei vilem incusans abire tacitus, & innoxius. Nihilominus instabat, quo tadio Imperator defatigatus ad Largitionum Comitem visum propius; Iube, inquit, periculoso garritu pedum tegmina dari purpurea ad Aduersarium perferenda, quem, vt datur intelligi chlamidem huius coloris memorat sibi consarcinasse, vt sciri possit sine viribus maximis quid pannuli proficiant leuet.* Quæ sanè laudanda sunt, & a bonis moderatoribus æmulanda: Eoque magis, quod non inter lenia de-

12 licta fuerit vsurpatio purpuræ. Erat enim fastus Imperatorum Romanorum, vt purpuræ, ac moricis vsum Augusto tantum, & Principali cultui con-

13 uenire putarent. Hinc factum, vt, nullus priuatus propria auctoritate purpuram vsurparet. Quippe quod Tyrannidis affectationem indicaret seuerissimis legibus interdictum fuit. *l. 4. C. de vesti-*

14 *bus. Holob. lib.* 11. Vnde *Sueton. in Nerone*. scribit matronam quandam, quod purpura vsa esset, non veste tantum, sed bonis cunctis exotam fuisse; Cum enim huiusmodi tegmina purpurea solo Imperatori conuenirent, ideò imminutæ maiestatis reus erat, quisquis illam propria auctoritate vsurpasset, vt in *Obseruat. ad Amian. supra citatum pag.* 113.

Aduersus delatores huiusmodi seuerior extitit Callipho *apud Plaut. in Pseudolo. Act.* 3. dum ait.

„ *Homines qui gestant, quique auscultant crimina;*

„ *Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant;*

„ *Gestores linguis, auditores auribus.*

15 Sed vt eo, vndè discessit oratio nostra reuertatur; haud sine causa deduximus nõ esse præbendas aures leuibus maleuolorum susurris pro carceratione hominum. Qui enim capi faciunt aliquem sine indicijs, illum iniuria afficiunt: Immo, & si

16 aliquid admissum sit, etiam morte dignum, si tamen id occultum sit, qui delinquentem occidit, iniustè agit pœnam ante probationem sumens.

Non omittenda est Senecæ Querimonia. *in Lib. 3. de benef. cap.* 26. contra delatores, qui Tiberio Imperatore itã ciuitati infesti erant, vt nihil tutum existimaretur. Sub Tiberio, inquit Cęsare fuit accusandi frequens, & penè publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius; togatam Ciuitatem confecit, excipiebatur sermo, simplicitas iocantium, nihil erat tutum, omnis sæuiendi placebat occasio. Nec non Reorum expectabatur euentus. Hæc ille: Ex quo conijcere licet, quod ex nimia quorundam Principum indulgentia erga huius farinæ homunciones, quibus pro bono publico blandiuntur, nisi inspiciant, ac bene perpendant malas ipsorum qualitates, votis contraria omnino eueniunt.

17 Hinc est etiam quod ij, qui fuerunt absque indicijs carcerati, gratis debeant relaxari, vt diximus supra, & habemus etiam præter alia decreta Visitę alibi relata, infrascriptum. 1534. 5. Dec. Capit. *Gentilis Hebræa. Decernatur copia indiciorum, & præfixo termino duorum dierum parti Aduersa ad dandum indicia, D. Nicolaus expediat; quo verò ad Consulam filiam, ex quo non constant indicia, relaxetur gratis.*

18 Relaxandus esset etiam ille, qui captus est ad querelam illius, qui non habet ius querelandi; vt di-

19 xerunt aliqui in Vidua; eam non posse querelare, nisi in defectu hæredis sanguinis, & in hoc non gaudere priuilegio fori. Alij tamen, & magis communiter Viduam admitti ad vindicandum mortem viri, dummodo id agat publico iudicio docent. *Deciam. lib. 3. c. 17. num. 10. Baiard. q.* 58. *nu.* 61. immò quod in concursu, hæredibus etiam sanguinis præferatur affirmant. *Boer. dec. 33. nu. 2. & seq. Gomez. de delict. c. 3 num. 61. Far q. 13. num. 14. 15. cum sequen.*

20 Quare Iudex carcerans aliquem indebitè, tenetur in syndicatu. *Clar. § fin. q. 28 nu. 2. Iodoc. in prax. crim. de citat. reali, idest, captura. cap. 15.*

21 *nu. 8. Far. q. 27. nu.* 134. Item si carceratum non detinendum minimè relaxat, tenetur in Syndicatu. *Ang. de Malef. verf. pro quibus, & quolibet eorum. num. 9.*

Declara primo, vt indiciorum probatio fieri debeat de iure expensis delinquentiom, si sint soluendo, sin minus Cameræ. Ita quoque decreuit Visita. 1650. 30. Iun. Sab. *Dominicus de Carpineto. Committatur Gubernatori fabricatio processus sumptibus delinquentis, & indiciatorum; quatenus &c. sin minus sumptibus Camera Apostolicæ.*

22 Declara secundo, vt detur terminus ad deducendum indicia sufficientia; præsertim si tractetur de causa graui. 1528. 6. Aug. Sab. *Hieronymus Theutonicus captus pro suspicione depradationis Vrbis. Nisi superuenerint noua indicia post tres dies, dat a cautione de se repræsentando; relaxetur.* Quod procedit etiam quoad Instigatorem. 1528. 6. Aug. Sabell. *Petrus. Nisi Instigator infra duos dies det sufficientia indicia; relaxetur gratis, & Instigator soluat expensas.* * Dicta die. *Martinus. Assignetur terminus Instigatori per Locumtenentem Gubernatoris, videlicet trium dierum cum Intimatione.* 1520. 10. Nou. Nonæ. *Petrus Philippus. Præfigatur terminus peremptorius quinque dierum fisco, ac omnibus Instigatoribus ad probandum quidquid volunt, & possunt, quo elapso, & non probante, relaxetur sub idonea cautione de se repræsentando.* * 1529. 20. Mart. Capit. *Ioannes Franciscus. Moneatur Instigator per totã bodie ad iustificandum allegata, alias relaxetur.* * 1559. 14. Iun. Sabell. *Marcus. Nisi per totum bodie superuenerint indicia contra ipsum, relaxetur gratis, & ablata restituantur.* * Dicta die &c. *Bocalis de Luca. Nisi per totum superuenerint indicia, relaxetur gratis.*

23 Limita primo Conclusionem, quando offensus, & denunciator offerret cautionem de reficiendis expensis, prout innuit textus noster, si præsertim

24 sit bonæ existimationis, & famæ accusator, vel facto decreto de se obligando ad reficiendum expensas se obligaret. 1651. 22. Dec. Visita decreuit

Gratiosa. Nonæ. *Franciscus. Facta obligatione per adhærentē fisci de soluendo expensas carcerum tam factas, quam faciendas continuetur retentio eius in carceribus secretis, sin minus ponatur ad largam.*

Limita secundo, si agatur de graui delicto, & periculum sit in mora, eo quod fortè reus sit fugam arrepturus. *Clar. cit. quæst.* 28 *num.* 2. *Far. d. q.* 27. *nu.* 120. *&* 121. *cum sequen. Guaz. def.* 5. *c.* 3. *nu.* 23.

25 Quæ tamen limitationes procedunt, si statim indicia superueniant, & concurrant ea, de quibus. *Far. q.* 27. *nu.* 131 *Guaz. def.* 5. *c.* 3. *nu.* 19.

26 Limita tertio, nisi reus captus sit in flagranti crimine, & in ipso facto; tunc enim etiam absque indicijs capi potest. *Clar. d. §. fin. q.* 28. *nu.* 7. *vers. Hæc tamen conclusio.* Vbi *Baiard. num.* 27. *vers. hæc* 27 *tamen*. Hoc, inquam, casu Reus capi potest ad effectum dumtaxat ducendi ad præsentiam Iudicis. *Baiard. cit. n.* 28. Late *Far. q.* 21. *nu.* 137. 138. *& seq. Guaz. post alios, def.* 5. *c.* 3. *nu.* 18.

28 Præter prædicta de materia huius Capituli, vide etiam, quæ dicentur infra §§. 7. & 8.

§. VI.

INDICIORVM COPIA DETVR ANTE TORTVRAM.

SVMMARIVM.

1 *Carcerato ante torturam detur* Copia *indiciorum ex Constitut. Paul. III.*
2 *Carcerato quomodo danda sit tortura ex Const. Paul. III.*
3 *Carcerato detur copia indiciorum cum facultate alloquendi Procuratores, nisi qualitas causæ aliud suadeat ex Constitut. Pij IV. & LXXI. Paul. V.*
4 *Carceratus non cogatur declarare se habere testes pro rite examinatos ex Constitut. LXXI. Paul. V.*
5 *In Tortura non detineatur Carceratus vltra horam ex Const. LXXI. Paul. V.*
6 *Carcerato quantum opus est examinato contestanda est lis.*
7 *Litis contestatio vnde dicta.*
8 *Ad defensiones faciendas est assignandus terminus carcerato; ponendus ad largam; danda copia indiciorum.*
9 *Torturæ solum locus est, quando indicia non purgantur.*
10 *Defensiones a nullo Iudice denegari possunt.*
11 *Defensionibus denegatis quando procedere possit Gubernator remissiuè.*
12 *Indiciorum copia danda sunt carceratis condemnatis in contumaciam, si petant, etiamsi non sint admissi ad nouas defensiones.*
13 *Condemnati in Contumaciam non audiuntur, nisi se constituant.*
14 *Copia testium, etiam quibus Fiscus vti se nolle dicit, tradenda sunt.*
15 *Innocentiam Rei etiam non requisitus Iudex inuestigare debet.*
16 *Indiciorum copia cum nominibus Testium reo danda est etiam si Princeps rescripsisset procedendum esse ex processu informatiuo, & si Reus etiã fuerit tortura alligatus.*
17 *Indiciorum copia in crimine hæresis solum danda est absquè expressione nominum Testium.*
18 *Indiciorum copia danda, absque tamen Interrogatorijs Fisci.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 CAPTVM vero quemcũque ante torturam, seu antequam Torturæ subijciant, ad purgandum indicia contra eum laborantia legitime admittant, data indiciorum copia in forma boni extractus, & non registri, cum expressione nominum Testium, ad hoc vt inquisitus possit se defendere, præterquam in Crimine hæresis, & alijs criminibus à Iure exceptis, iuxta tamen Iuris 2 dispositionem. Et si Indicia purgata non fuerint, super quo tamen prius audiatur Aduocatus pauperum, vel alius quicunque ad libitum ipsius rei, tunc torquendum continuato actu torturæ, non autem in tortura per longum temporis spatium vnius aut plurium horarum, aut ad extraneos actus, etiam prandij, aut cenæ diuertendo detineant, sed prout facti, aut torquendæ personæ qualitas expostulat incontinenti expediant, & examinatores claris verbis vtantur ad reperiendam veritatem, non ad implicandum constituti intellectum.

3 Pius IV. postea in *Ref. Tribunalis Auditoris Cameræ. Constit. LVI. §.* 28. subiunxit: *Insuper præfatus Auditor seu eius Locumtenens in Criminalibus faciat semper dari copiam indiciorum Reo, vel petentibus pro eo ante torturam, & pendente termino ad faciendas defensiones, detur commoditas Carceratis liberè loquendi cum eorum Aduocatis, & Procuratoribus, etiam remotis Arbitris, nisi tamen qualitas causæ aliud necessario suadeat: quæ quidem indiciorum copiæ dentur pauperibus gratis, & absque aliqua pecuniarum exactione*

Demum Paul. V. in *Const. LXXI.* disposuit ad hoc propositum. *de Iud. Crimin. Vrb.* vt infra: *Et in quocumque crimine quantumuis grauissimo, antequam torturæ subijciant, etiam non petentes admittant ad purgandum Indicia, data eis indiciorum*

rum Copia, pro ea tantum parte processus, quam petierunt in forma boni extractus, & non registri, cum expressione Testium, & competenti termino ad faciendas defensiones, & eo pendente detur commoditas Carceratis libere loquendi cum eorum Aduocatis, & Procuratoribus, etiam semotis arbitris, nisi tamen qualitas causæ aliud necessarium suadeat, & dicta copia Indiciorum detur pauperibus gratis, vel ostendantur originalia Aduocato, & Procuratori Pauperum similiter gratis, & absque vlla impensa.

4 Addita fuerunt præterea in dicta Constit. LXXI. Pauli V. *eod. tit. de crim. Neque cogantur Rei declarare se habere Testes Curiæ pro rite, & recte examinatis, & quatenus voluerint illos sic habere, præter absentes, & mortuos, & saluis exceptionibus contra personas, & Testium dicta, saluoque Iure repetendi, talis protestatio admittatur, minime-*
5 *que rejciatur.* Et inferius dicitur: *Nec in tormento funis quemcumque vltra horã pro quolibet vice detineant.* De contentis in hoc §. Constitut. Pauli III. tractat *Cart. de inter. reorum. lib. 3. c. 3 nu. 52.* Ad constitutiones supradictas infrascriptæ declarationes adiungendæ videntur.

6 Declara primo, quod Reo constituto, & quantum opus est examinato in secretis carceribus, contestanda est lis per lecturam indiciorum contra ipsum ex processu resultantium. Indè dicta est *litis Contestatio*, quia vtraque pars ordinato iudicio dicere solebat; *Testes estote*: Festus. *lib.* 3. Nam dato per Prætorem Iudice, & in litia verba Iure composito in perendinum diem (si Ascanio credimus) vt ad Iudicium, hoc est; ad datum Iudicem veniret vtraque pars, inuicem sibi denunciabant, & à Prætore decedens ad eos, qui ad tribunal assistebant, hæc quoque solemnia verba pronunciabat, *Testes estote*, vt diximus: ijsque verbis dicebantur Actor, & Reus litem contestari. Eoque sensu accipiendum est, quod de lite contestata, ordinatoque Iudicio passim apud prudentes Iuris obuium est.
8 Contestata itaque reo per Iudicem lite, vt supra, assignat illi terminum ad faciendas suas defensiones, & ad Largam ponitur ad effectum, vt infra dictum tempus sibi per Iudicem statutum, indicia contra ipsum resultantia consultis suis Aduocatis, & Procuratoribus purgare, seque defendere possit. Quorum propterea indiciorum copiæ ipsi Reo antè torturam danda est. *Clar. in § fin. q. 49. nu. 1. & seq. Vbi Baiard an. 3. cart. de inter. reorum. lib. 3. c. 3. nu. 47. & 69. Far q. 39. num. 12. & seqq. Guaz. def. 23. cap. 1. per totum. Volpell. cons. 21. per totum, & præsertim. num. 2.* vbi testatur de consuetudine Romæ. *Boss. tit. de indicijs, & consid. ante torturam. num. 74. & 75. Rimin. al. Iun. cons. 88. num. 56. lib. 1 cons. 290 num. 19. lib. 4. Bursatt. cons. 201. nu. 70. & cons. 311. num. 7. Decian. cons. 8. nu. 102. lib. 1. & cons. 93. nu. 131. lib. 2. Simon. de Pratis. cons. 36. num. 6 & cons. 202. num. 16. Lud. concl. 38. vers. infertur nonagesimo octauo. Addentes ad Bertaz. cons. 130 num. 1. Farin. q. 38. num. 3. & quæst. 39. num. 12.*

Amplia primo, quod procedit conclusio in toto statu Ecclesiastico, etiam si copiæ petitæ nõ fuerint per *Motus proprios* Paul. III. in fauorem Pauperum: & Pij IV. *Super reformatione officij Auditoris Cameræ*, vt contra Cartarium scribit Baiard. *ad Clarum. quæst. 49. nu. 22. & 23.*

Amplia secundo, quod d. copia indiciorũ danda sit mulieribus, pupillis, pauperibus, & alijs Personis miserabilibus, etiam si non petant. *Mars. cons. 56. nu. 14. & 15. Simon. de Pratis. cons. 202. nu. 15. Volpell. cons. 34. num. 6.* non obstante statuto disponente quod copiæ dentur si petantur *Baiard. ad Clar. quæst. 49. num. 9. vers. & hæc quidem Concl.*

Amplia tertio, vt procedat in Episcopis, & alijs Prælatis maioribus, in quibus maius imminet scandalum. Item in Doctoribus; *vt post alios Addentes ad Bertaz. cons.* 130. apud quos sunt aliæ ampliationes. *Baiard. Clar. quæst. cit. nu. 12. post Bossium.*
9 *tit. de indicijs.* Nam sufficientibus extantibus indicijs torturæ locus est, si illa vel contrarijs probationibus falsa non ostendantur, vel fortioribus innocentiæ indicijs penitus non diluantur; aut saltem taliter non offuscentur, & debilitentur, vt semiplenam probationem non constituant. *Rol. consil. 7. num. 38. & seq. lib. 1. Hond. cons. 93. num. 83. lib. 2. Far. q. 38. à num. 110. Guaz. defens. 29. c. 2. nu. 6. per tot.* Nam si ex probationibus factis indicia debilitentur, vel de sua natura debilia sint, Torturæ locus non est. *Bertaz. cons. 226 num. 5. Guaz. def. 29. c. 2. num. 6. Crau. cons. 6. num. 4. Far. q. 38. num. 112. vers. quod quando.*

10 Declara secundo, vt hæ defensiones tanquam à iure naturali procedentes. *Clem. Pastoralis de sent. & re iudic.* à quocumque Iudice, liberum etiam arbitrium habente denegari nullo modo possint. *gloss. in Clem. sepè §. non sic. verb. defensiones. de verb. signif. Rol. cons. 12. nu. 45. & 58. lib. 3 Vermig. cons. 184. nu. 3.* Qui affert narrata per Guaz. nempè prudentes, & circumspectos Iudices Gubernatoris in grauissima causa subreptionis annuli Piscatoris defensiones denegare erubuisse: vbi quod hoc procedat tam de iure communi, quam vigo-
11 re Bullarum Pontificum. Quod liberum arbitrium in Vrbe habet Vrbis Gubernator; qua ratione procedere possit denegatis defensionibus, seu ex abrupto, & contra quos late supra diximus. verbo Gubernator Vrbis. *lib. 1. §. 8. cap. 1. sect. 1. & 2.*

12 Declara tertio, vt copiæ processus sint dandæ etiam condemnatis in contumaciam, si ipsi petant, licet admissi non sint ad nouas defensiones. d. Constitut. LXXI. Paul. V. tit. de *Iudic. in vers. Reis in contumaciam condemnatis. §. 10. num. 34.* Quod
13 tamen sic intelligendum est, vt nequaquam audiantur, nisi in carceribus constituti, ex Constitut. LII. Pij IV. *Et si cuncta in bull. fol. 50. & in Constitut. LXXI.* Paul. V. *loc. cit.* ijs verbis: *Condemnatis, & captis.*

14 Declara quarto, vt si quandoquè fiscus reddatur difficilis in tradendo copiam omnium Testium pro Informatione Curiæ examinatorum, eo quod pro ipso non faciant, dicendo, ijs se vti nolle (quod posse fieri dixit *Volpell. resp. 102. num. 3.* ad illam tamen tradendam cogendus sit, vt verius docet *Cart. de interr. Reor. lib. 3. c. 3. num. 69. Far. q. 39. num. 154. vers. verum quicquid præfati. Guaz. def. 24. c. 3. per*
15 *tot.* latè disputat, & tuetur. *Senat. Catal. dec. 129. num. 10. penes Io. Petr. Fontanell.* Iudex enim ne

dum

dum requisitus, sed etiam ex officio tenetur innocentiam rei inuestigare. *Farin. q.* 11. *num.* 10. vt etiam dicturi sumus paulo infra. *§.* 10. *de copijs indiciorum dandorum Reo post torturam*.

16 Declara quinto, vt Reo non solum danda sit copia indiciorum; sed etiam nomina Testium eidem exprimi debeant, vt appareant, à quo sit dictum: nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ; ne per suppressionem nominum infamandi per exceptionum vero exclusionem deponendi falsum audacia præbeatur. *cap. qualiter, & quando. §. debet igitur. de accusat. Clar. § fin. q.* 49. *num.* 2. *Far. d. q.* 39. *nn.* 85. 87. 88.

Amplia primo, quod Iudex teneatur dare copiam indiciorum Reo, etiam si Princeps rescripsisset contra inquisitum procedendum esse ex processu informatiuo. *Paris. cons.* 2. *nu.* 157. *addentes ad Bertaz. cons.* 130 *Baiard. ad Clar. quæst.* 49. *num.* 17. Vbi quod hoc procedat, etiam si Iudex ex forma statuti habeat liberum arbitrium. Menoch. de *arbitr. quæst.* 78. *in fine*.

Amplia secundo, quod d. copia indiciorum danda sit Reo, etiam si fuerit torturæ allegatus, quia in eo casu est supersedendum. *Vulpell. cons.* 21. *n.* 2. Vbi testatur, quod ita in praxi seruatur Romæ. *Baiard. ad Clar. quæst.* 49. *nu.* 24. Excipitur in crimine hæresis; in quo solo crimine Testium nomina non publicantur, vt in textu huius Const. Pauli III. & *Far. q.* 39. *num.* 88. & *seq. Guaz. def.* 24. *c.* 3. *nu.* 8. &

18 *seq.* Neque etiam sunt dandæ copiæ interrogatoriorum fisci, super quibus interrogandi sint Testes; quorum si copia darentur parti, præberetur occasio subornandi testes. *gloss. not. in cap.* 2. *vers. Interrogatoria. de Testib.*

CAPVT I.

De agendis à patrono causæ initio defensionis Rei.

SVMMARIVM.

1 *Defensor Rei debet exquirere circumstantias facto cohærentes.*
2 *Defensor exquiret Rei præcedentem Vitam, famam, mores.*
3 *Fama bona Metello Victoriam causa tribuit.*
4 *Fama bona quantum Portio Catoni tribuerit.*
5 *Fama bona non sinit credere nuntiatam subitam.*
6 *Defensor Rei parricidij ab atrocitate deducat defensiones, exemplo adducto ex Cicerone.*
7 *Defensor Rei ex eius, & Accusatoris qualitatibus defensiones deducat, vt Cicero pro Roscio Amerino.*

CVM tam graue sit negotium, vbi tractatur de pœna corporali, Patronus causæ Rei defensionem aggressurus, ea, quæ subiungimus, pro viribus exequatur. Imprimis Ioannem Vincentium Hondedeum, Clarissimum Iuris lumen, in eis, quod ad ipsum spectat, imitetur, de quo legi rogare solitum amicos, vt si quos pauperes, viduasque litigantium iniquitate vexari intelligerent, eos ad se, vt venirent, hortarentur; susceptorū se nullo potentiorum metu causas illorum, & fortissime acturum. Nec oratione tantum aderat, vel auctoritate, quibus plurimum valebat, sed pecunia, sine qua lites non procedunt, pro facultate iuuabat. Sane credo, quot ille Christi causa tutatus est, tot apud eumdem Iudicem habuisse aduocatos: idemque fore, vt contingat Patronis, quos instituimus, si se, vt supra, gesserint, & quæ infra subiungimus executioni scilicet demandauerint.

1 Exquirat inter cœtera diligenter circumstantias Patronus causę facto coherentes, vt ijs perceptis, cognitisque consilium capere possit, atque expendere, quid facto sit opus. Nam cum qualibet circumstantia mutet Ius, Iurisque dispositionem alteret, solicitè omnes sunt indagande, ne illorum ignorantia, omissioque prǣiudicium aliquod creet; cum Rei defensiones ab ijs sæpe magna ex parte pendeant.

2 Deinde optima cognoscendi status causæ ratio erit, vt quemadmodum excellentes faciunt medici, qui ægroti valetudinem non solum ex corporis habitu, & naturæ signis; verum etiam ex ipsa familia condiscere solent, cum iuxta illud Horatij *Od.* 4. *lib.* 4.

> *Fortes creantur fortibus, & bonis,*
> *Est in Iuuencis; Est in Equis Patrum*
> *Virtus: nec imbellem feroces*
> *Progenerant Aquilæ Columbam.*

Et Seneca *in Hippol.*

> ——————*Redit ad Auctores genus,*
> *Stirpemque primam degener sanguis refert.*

Ita diligens Procurator remotis arbitris, quo ipsa responsio sit liberior, interrogabit Carceratum, quæ illius præcedens vita fuerit. Nam ex Horatio. *lib.* 1. *Epist.*

,, *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem.*
,, *Testa diu.*

Quæ conuersandi ratio? quæ apud vicinos, & ciues æstimatio? quomodo rem familiarem administrauerit? Quam famam sit adeptus? an inter suos gratus, acceptusque semper fuerit? honestè, modesteque vixerit secundum disposita. *cap. mandata. in fin. de præsumpt.* Ibi: *Ex transacta. & l. de minore. circa fin. ff. de quæst.* Ibi: *cuius existimationis.* In his enim non parū momenti est ad diluendas præsumptiones: quibus fortè Reus premitur.

3 Vita proba, & fama bona quantum honorem tribuit Metello Reo, qui cum causam repetundarum diceret, tabulæque eius ab Accusatore expostulatæ ad nomen inspiciendum circa indicium ferrentur, totum concilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quæ in his celata erat, videretur dubitasse. Non in tabulis, sed in vita

4 Q. Metelli argumenta administratæ Prouinciæ legenda sibi Iudices crediderunt; indignum rati integritaté tanti viri exigua cera, & paucis litteris perpendi. Portium Catonem non ne admiratio fortis & sinceræ vitæ adeò spectabilem Senatui fecit, vt eum inuito C. Cæsare consule aduersus Publicanos dicendo in Curia diem extraheret, & ob id eius iussu à Lictore in carcerem duceretur. Vniuersus senatus illum sequi non dubitauerit. Quæ res Diuini

5 uini animi perseuerantiam fregit. Vna siquidem præsumptio tollit aliam; & fortior debiliorem vincit. Neque enim is, qui semper frugi fuerit; honestè, modestèq. vixerit; nullius facinoris incusatus, deliquisse, aut delinquere voluisse præsumitur: cum sicut nemo repente fit bonus, ita neque repente fiat pessimus.

Quo Argumento vsus fuit Ablauius Augustalis Palatinus Comes in exoneratione Crispi apud *Stephon. in Crisp. Act. 4. scen. 5.*

„ *Nimirum hoc nefas*
„ *Credi recusat, abrogat sceleri fidem*
„ *Vis magna sceleris; notus & Crispi pudor.*
„ *Non omne pectus omnis est culpæ ferax.*
„ *In tanta raro probra degenerant bona*
„ *Ingenia: fraudum summa per fraudum gradus*
„ *Venit; repente nemo fit summè est nocens.*
„ *Ipsa quoque numeris noxa succrescit suis.*
„ *Malis supremum quicquid est, imum fuit.*
„ *Non ista iuuenis vita, non virtus erat.*
„ *Absoluo Crispum.*

Hoc idem argumentum tanti fecit, Eloquentiæ parens, Cicero, vt quando Reos defendit, semper in vita benè, honestèque transacta magnam vim, & efficaciam ad innocentiam comprobandam posuerit, maximè in ijs qui accusabantur de atrocibus delictis. Nam *Oratione pro Sulla*, Iudices compellans his vtitur verbis: *Omnibus in rebus, Iudices, quæ grauiores, maioresq. sunt, quid quisque voluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, ponderandū est. Neque enim potest quisque nostrū subito fingi, neque cuiusque vita repentè mutari, aut natura conuerti:* Atque ita Roscium Amerinum de patris nece accusatum defendens profert illius ingenium, mores, ac vitam anteactam, vt ijs inspectis, omnes elideret suspiciones, præsumptionesque, quibus vllo modo vrgeri poterat.

6 Præterea Aduocatus, qui patrocinium impendit, ad præsumptiones amoliendas, argumētum sumere poterit ab atrocitate criminis. Hoc præstitit idem Cicero. *Pro Roscio Amerino Magna*, inquit, *est vis humanitatis, multum valet communio sanguinis; reclamitat istis suspicionibus ipsa natura; portentum, atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie, & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignè luce priuauerit, cum etiam feras inter se partus, atque educatio & natura ipsa conciliet.* Vt autem animos Iudicum permoueret Cicero ad filium absoluendum exemplum, quo nos etiam vsi sumus, alibi refert his verbis: *Non ita multis ante annis aiunt Titum Cælium quemdam Terracinensem, hominem non obscurum, cum cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus adolescentibus filijs isset, inuentum esse manè iugulatum; cum neque seruus quisquam reperiretur, neque liber ad quem ea suspicia pertineret; id ætatis autem duo filij propter cubantes ne sensisse quidem dicerent; nomina filiorum de parricidio delata sunt; quid magis poterat esse suspiciosum? neutrumne sensisse? ausum autem esse quemquam se in id conclaue committere, eo potissimum tempore, cum ibidem essent duo adolescentes filij, qui & sentire, & defendere facilè possent? Erat autem nemo, in quem ista suspicio conueniret: Tamen, cum planum Iudicibus esset factum aperto ostio eos dormitantes repertos esse, iudicio absoluti adolescentes, & suspicione liberati sunt: Nemo enim putabat quemquam esse, qui cum omnia Diuina, atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset, propterea quod, qui tantum facinus comiserunt, non modo sine cura quiescere; sed ne spirare quidem sine metu possunt.*

7 Denique Aduocatus ad clientis innocentiam comprobandam poterit ex ipsius Rei, & accusatoris qualitatibus petitas coniecturas proferre. Ita fecit M. Tullius. *In eadem Orat. pro Roscio Amerino*, dum ait: *Restat, Iudices, vt hoc dubitemus, vter potius Sext. Roscium occiderit is, ad quem morte eius diuitiæ venerint, an is, ad quem mendicitas? Is, qui antea tenuis fuerit? an is, qui postea factus sit, egentissimus? Is, qui ardens auaritia feratur infestus in suos? an is, qui semper ita vixerit, vt quæstum nosset nullum, fructum autem eum solum, quem labore peperisset: Is, qui omnium sectorum audacissimus sit, an is, qui propter fori iudiciorumque insolentiam non modo subsellia, verum etiam vrbem ipsam reformidat. Postremo, Iudices id quod ad rem, mea sententia, maximè pertinet, vtrum inimicus potius an filius.* Procurator itaque carceratum de aliquo graui crimine defensurus, hæc & similia dicet ad tollendas omnes præsumptiones contra reum. A quo exquiret quas habeat ad se defendendum rationes? quibus probationibus possit eas communire? an iuribus, vel testibus præsentibus? cum res non possit agi surdis, vt aiunt, testimonijs, videlicet absentibus, seu mortuis. Quo casu absentiæ, seu mortis, si indicia vrgeant, & torquendus sit innocens: hortetur illum ad patienter ferendum: pilam tamquam pueri percutiant Tortores sterili voluptate; verba falsa nō vis, non crudelitas extorqueat. Dicebat August. auream more suo sententiam: *Senti de Augustino vt libet, dummodo me in conspectu summi Iudicis conscientia non accuset.* Imitetur illum, qui stipem à statuis olim in comico flagitabat, vt assuesceret æquo animo excidere postulatis. Ipse patientiam exerceat, ne quid addi possit, etiam si calamitas addatur, nihilque plus patiatur tempore patiendi.

CAPVT II.

De circumspectione adhibenda in Tormentis inferendis.

SVMMARIVM.

1 *Quæstioni Rei subijciuntur ex vniuersali lege, vt veritas eruatur.*
2 *Quæstio est interrogatio de aliqua re certa, vel incerta.*
3 *Quæstio ponitur pro ipsa tortura.*
4 *Tormentis subijciebant reos antiqui Ethnici cum magna cautione, & multa volebant legum conditores concurrere.*

6 Tor-

6 *Tormentorum vsum, mirandum esse retentum à Christianis.*
7 *Tormenta non inferenda nisi in subsidium, re valdè exigente, ægrè ad ea deueniendum, nec ijs omnino credendum.*
8 *Tormentorum dolore innocens quandoq. mentiri cogitur.*
9 *Quæstio res fragilis, periculosa, & quæ fallit.*
10 *Tormentorum vim non potuisse sustinere innocentem probatur exemplis, vt nocentem sustinuisse.*
11 *In delictis correlatiuis vnius absolutio alteri prodest* secundum tex. in l. & si crimine. C. ad l. Iul. de adult.
12 *In tormentis fassi, si damnentur, ignoratur, vtrū nocentem an innocentem Iudex condemnauerit.*
13 *Tormentorum negotium periculosum, rarò adhibendum, & non nisi concurrentibus, quæ requiruntur.*
14 *Confessio Rei non est habenda pro explorato facinore.*
15 *Interrogatio non debet esse suggestiua.*
16 *Tormenta adhibenda moderatè, causa cognita, & inspectis circumstantijs.*
17 *Tormenta non sunt repetenda, nisi grauioribus superuenientibus indicijs.*
18 *A tormentorum repetitione tanquam ab igne abstinendum est.*
19 *Tormenta si repetantur absque grauioribus indicijs, vel inferantur sine sufficientibus indicijs, & Reus pereat tenetur Iudex de homicidio.*

1 ROmanis Legibus, toto ferè Orbe terrarum receptis, introducta est consuetudo, qua homines de aliquo delicto insimulati ad carceres trahūtur; lite pulsantur; interrogantur; examinâtur. Testes audiuntur; & crimine non satis probato, vt veritas eruatur exprimaturque, quæstionibus etiā
2 Rei subijciuntur. Est autem quæstio interrogatio de aliqua re certa, vel incerta. *l. 1. § qui quæstio-*
3 *nem. & seq. ff. de quæst.* Cum autem fit interrogatio per torturam, *Quæstionis* nomen ponitur sæpe pro ijsdem *Tormētis*. Sic dicimus: *Quæstio repeti nō potest*, nisi superuenientibus indicijs. *l. repeti ff de*
4 *quæst.* Mirum autem dictum est, quantam cautionem veteres illi Ethnici legum Romanarum auctores in infligendis tormentis, vti necessario quodam
5 malo, adhiberi voluerint, cauentes, ne non præcedentibus indicijs quæstioni subijceretur Reus. Quod Iurisconsulti, & Imperatores minimè fieri debere docent, sed instandum Accusatori, vt id, quod intendit, comprobet. *l. vnius facinoris § in ea causa. ff. de quæst.* Ne vè semper, & in omni causa & persona adhibeantur. *l. Milites. C. de quæst.* Ne vè ea feritate, vt in tormētis carceratus deficiat; quod
6 contigisse aliquando vidimus. Mirandum sanè est, quod Christiani homines hanc Gentilium consuetudinem torquendi, non modo bonitati, ac mansuetudini Christianæ; sed omni etiam humanitati contrariam tanquam religiosissimam retinuerint: cum tam multæ aliæ gentes, etiam barbaræ, vt nos putamus, ferum & immane arbitrentur torqueri hominem, de cuius facinore dubitatur. Sed postquam
7 ita fert nostra conditio, intelligant saltem Iudices, quod de tormentis adhibendis ita loquatur Ethnici ne inferantur, nisi in subsidium, & re valde exigente: & ęgrè ad ea deueniendum esse, ijsque nec
8 semper, nec numquam fidem tribuendam. Nam etiam innocens cogitur mentiri dolore, vt dixit *Seneca*. Idem habet *Vlpianus*, qui elegantem rationem subijcit. *l. 1. §. quæstioni fidem. ff. de quæst.*
9 quod nimirum res fragilis sit, & periculosa quæstio, & quæ veritatem fallat. *Nam plerique (inquit) patientia, siue duritia, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab illis veritas nullo modo possit; alij tanta sunt impatientia, vt quiduis mentiri, quam pati tormenta velint; ac ita fieri, vt vario modo fateantur, & non tantum se, verum etiā alios criminentur.* Cuius periculi rationem afferens Tullius *in Orat. Pro P. Sylla* his verbis vtitur: *Quæstiones nobis seruorum, ac tormēta minitatur, in quibus quamquam nil periculi suspicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi, tum corporis, regit quæsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, & in tot rerum angustijs nihil veritati loci relinquitur.* Hucusque Tullius. Cum enim quis in sua causa torquetur; & cum quæritur, vtrum sit nocens, cruciatur; innocens luit pro incerto scelere certissimas pœnas; non quia illud commisisse detegitur; sed quia non commisisse nescitur. Miserendum sanè est iudiciorum qualitati, quorum vigore Iudex torquet accusatum, ne occidat nesciens innocentem; fitque plerumque per ignorantiam, vt tortum, & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torserat. Si enim delegerit reus ex hac vita fugere, quam diutius sustinere tormenta, quod non commisit, commisisse se dicit. Durius, & intolerabilius est, cum non à Reo solum, sed etiā ab innocentibus Testibus veritas ad alienam cau-
10 sam pertinens tormentis exquiritur; qui dum arguuntur, vi doloris superati, & de falsò confessi etiam puniuntur, vt nocentes, cum tam torti fuerint innocentes. Verum est, quod vulgo dicitur; Mentitur in carcere, qui dolorem pati potest; mentitur, qui dolorem pati non potest; Alijs infirmitas mendacium parit, alijs patientia cr minis intercludit confessionem: Ideoque Leænam meretricem horrendis excarnificatam tormentis, non tamen indicasse Harmodium, & Aristogitonem tyrannicidas: Anaxarchum præfectam dentibus linguam in os Tyranni expuisse, vnicum indicij remedium, graues auctores scribunt. Agesilaus Lacedæmoniorum Rex, cum videret insignem grassatorem scelerum conscientia obstrictum nulla tormētorum vi ad peccati confessionem adduci posse, dixisse fertur difficilem & lubricam esse tormentorum rationem; eos nihilominus insigniter esse infęlices, qui ob res flagitiosas tantum corporis cruciatum incredibili patientia perferunt; infæliciores tamen sunt, qui non perferunt, quando sunt innocentes. Quod ita esse Valerius Maximus *lib. 8. cap. 4.* exemplo manifesto comprobat, referens seruum quemdam M. Agrij Argentarij de nece Alexandri, C. Fannij serui, insimulatum, & quæstionibus subiectum crimen fassum, vltimo supplicio affectum fuisse; cum tamen paruo interiecto tempore, is, cuius de morte creditum erat, sospes domum redijsset. Idem quoque refert, & comprobat *Simanc. Catal. instit. tit. 65. num. 4.* Præfato

exemplo

exemplo serui. Simile recenset exemplum Godifredus à Bauo Sabaudiæ Præses. *tract. suo Rerum q.* 19. Multi, inquit, ante aliquos annos confessi tormentorum vi se Nobilem quendam, inimicum suum occidisse, vltimo supplicio affecti sunt, qui tamen post aliquos annos viuere deprehensus fuit in quodam Castro à potente quodam Domino detentus. E contra vero scribit idem Valerius Max. *lib* 8. *cap. 4. citato*, quod dictus Alexander, C. Fannij seruus, ob id, quod C. Flauium, Equitem Romanum, occidisset, prehensus, septies tortus constantissimè pernegauit; cum tamen verum esse postea compertum sit. Egregium est illud, cuius ex D. Hieronym. meminit *Ioannes Baptista Egnatius. lib.* 8. *cap.* 4. Mulier à Marito adulterij cũ Adolescente cõmissi accusata, dũ torqueretur, cõstanter semper crimen negauit, Iuuenis autem tormentorum impatiens, quod non patrauit, patrasse fassus est; ambobus à Cõsule rigorosè magis quam iustè morte damnatis prodigio veritas detecta est: Iuuenis enim mendax gladio percussus caput semel ictus amisit, septies autem muliere percussa non cæsim, verum etiam punctim iugulo petito; & nequaquam offensa ferrum retro resiliuit. Idem extat apud *Menoch. de arbitr. cas.* 269. *num.* 2.

Hic incidit opportunè dispositio illius Textus etiam ad demonstrandam Consulis in amborum condemnatione iniustitiam, *in l. & si crimine. C. ad l. Iul. de adult.* ibi *Et si adulterij crimine damnatus restitutus non esset, si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur, non est accusata, nec pœna, nec infamiæ subijci potuit.* Ecce 31 maximam Legislatoris benignitatem; ad euitandam infamiam in delictis etiam correlatiuis vnius rei condemnatio alteri non nocet, quando vice versa propter eãdem causam vnius absolutio vtrisque proficit. *l. denunciasse. §. quæritur. ff. ad l. Iul. de adulter.* Sed ad rem nostram: Ecce quomodo 32 bene ex supradictis probatur, quod damnatis, & occisis ijs, qui in tormentis falsi sunt, vtrum nocentem, an innocentem Iudex condemnauerit, ignoretur; quem, ne innocentem nesciens occideret, torsit, ac per hoc innocentem, vt sciret, torsit, & dum nesciret, occidit. *Et*, inquit *D. Aug. de Ciuit. Dei. lib.* 19. *cap.* 6. hæc considerans in quibus tenebris sedet Iudex; itaut dicere possit plerumque, illud Senec. in *Hippol.*

" *Occidere volui noxium, amissum flea.*
" *Quod interemi, non quod amisi, flea.*
" *Dum nefas falsum exequor.*
" *Vindex scelestus incidi in verum nefas.*

Comprobat hæc casus relatus de Paulo Aretio Cardinali Aretio. Damnauerat hominem capitalia confessum, ac duci iusserat: cumq. rumor increbresceret, miserum miserè in caput suum mentitũ, quod quæstionibus victus esset, ridere nimirum Paulus hominum leuitatem, qui quẽquam eo tormentis adigi posse crederent, vt mallet perire, quam dolere. Verum tacitum ipse animi tormentum non ferens, experiri statuit, an id confiteri posset. Ergo clam omnibus mulam ipse in stabulo ferro necat, atque ad primum domesticorum nuntium; immane quantum irarum simulans, omnibusq. malum interminans abripi eum in carcerem iubet, quem maximæ suspicioni proximum munus ipsum faciebat, tum ne herilem mulam iugulasset, quæstionibus interrogari. Quid multa? Homo innocens dolori succumbit: occisam a se herilem mulam ritè fatetur: res tota in tabulas refertur. Hoc vbi ad Paulum delatum est, tum ingemiscens innocenti satisfacit, & quam lubrico loco starent, qui ius dicunt, apud se reputãs, ereptururus se inde, locumq. aliquem tutiorem circumspiciens: Clericorũ Regulariũ familiæ nomen dedit, magnũq. fuit nascentis Ordinis incremẽtum: Nam, quos fugiebat honores, amplissimos exindè inuenit, Romanamque purpuram, atque Neapolitanas Infulas iubente Paulo IV. induit, sanctimoniæ, quam religiosissima in familia didicerat, fama clarissimus.

14 Tormentorum itaque negotium periculosissima res est. Barò; immò numquam absque indicijs sufficentibus quæstioni subijciendus est reus, ne insontem id, quod non commisit, confitentem pe-14 rire contingat. Quod, ne fiat summa cura Vlpianus ex Rescr. pro Seueri Imper. præcauendum ratus, expressis verbis constituit: *Confessiones reorũ pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionẽ iudicantis instruat.* Quod non solum in confessionibus per tormenta expressis procedit, sed etiam locum habet, si quis vltrò de maleficio fateatur. *l.* 1. *§. si quis. ff. de quæst.* vt alibi dicturi sumus: Tantam etiam adhibendam esse cautelam in interrogandis ijs, qui torquentur, disposuit Traianus Imp. *l.* 1. *§. qui quæstionem. ff. de quæst.* vt ei, qui quæstionem habiturus est de crimine, expressis verbis interdicat, ne specialiter interroget, an Lucius Titius homicidium fecerit; sed generaliter, quis id fecerit; quod nimirum alterum magis suggerentis, quam requirentis esse videatur; præcauendum ratus, ne tali periculosa interrogatione in periculum addicatur is, qui innocens est.

16 In summa, adeo odiosa, ingrataque legibus tormenta sunt, vt Arcadius. *l. de minore. ff. de quæst.* dicat tormenta adhibenda non esse, quanta accusator postulat; sed, vt moderatæ rationis temperamenta desiderant; causa cognita, & inspectis circumstantijs agendum; vt innocentiæ, vel supplicio reus superstes relinquatur. Quo nomine laudandus Vlpianus; qui *l. aut damnum. vers. nec ea quidem. ff. de pœn.* ea pœna neminem damnandum definit, vt verberibus necetur, vel virgis interimatur, vel tormentis. Vtique humanitatis rationem habendam ratus, quæ à Iudice legis ministro minimè 17 abesse debet. Quemadmodum autem à tormentis incipiendum non esse ex Augusti Imp. constitutione Vulpianus. *l.* 1. *in princ. ff. de quæst.* cautum esse refert; ita nisi nouis indicijs euidentioribus superuenientibus non esse repetenda, omnium Iure consultorum sententijs, ex verbis Pauli receptum est, qui. *l. vnius facinoris. §* 1. *ff. de quæst.* expressè dicit repeti in quæstionem reum posse, si euidentioribus oppressus argumentis fuerit; ita vt argumento à contrario sensu sumpto, inferre liceat: Quod si euidentiora argumenta, quam priora fuerunt, non emerserint, quæstio repeti non debeat.

18 Quam defensionem omnes Criminalistæ ita seruandum esse concludunt, vt resolũant à repetitione tormentorum, tanquam ab igne, Iudicem abstinere debere, nec posse absque graui peccato sine

istius

istiusmodi indicijs repeti, vt dicetur *cap. seq. de-* 19 *cl.7.* Iudicemque de homicidio teneri, si in tali repetitione absque euidentioribus indicijs reus in tormentis moriatur: qua quoque pœna teneretur, si Reum torqueret absque indicijs non sufficientibus. Debent enim esse *verisimilia* atque *probabilia* (his namque verbis vtuntur Imperatores in d. *l. Milites. C. de quæst.*) Sunt enim indicia substantialia quæstionis habendæ, & sine his subijciens Reum Iudex tormentis tenetur de dolo, & punitur pœna capitali, si sequatur mors. *Rol. cons. 12. num. 7. lib. 3. Riminal. iun. cons. 88. num. 20. lib. 1. Hipp. in prax crim. §. occurrit col. 3. num. 3. prope finem.*

Sed proh dolor! quam parum aduertũt nonnulli Iudices (pace bonorum dictum sit) tractari de vita hominis nullo pretio æstimabilis! quam molestè ferrent patronos reorum illis prædicta, & alia pro Reo facientia ad notitiam deducentes! Si se excusant; Hoc illorum vitium molestè audiendi reorum defensiones, fuisse etiam olim proprium Iudicum Atheniensium; Non contradicemus, si quorum sequuntur errorem, eorundem reprehensionem audiant, ac corrigantur. Cum Demosthenes ciuem in causa capitali defenderet, ac Iudices haberet parum attentos; immò dicenti obstrepentes; sit se breuiter illis velle narrare quiddam. Silentio facto: Adolescens, inquit, æstatis tempore mercede Asinum conduxerat, vt eo Athenis Megaram proficiscens vteretur. Meridie, cum sol acriter æstuaret, vterque cupiebat sub vmbra Asini succedere; verum alter alterum arcebat; cum Agaso Asinum conductum esse, non vmbram; conductor se plenum Ius habere responderet: hæc locutus parabat discedere Demosthenes. Retinentibus autem Atheniensibus, vtque reliquam fabulæ partem adderet orantibus; Itanè, inquit, de Asini vmbra audire cupitis, viri causam de vita periclitantis audire non vultis. Hinc ortum habuit adagium, *de Asini vmbra*. Nos ab Asini vmbra digrediamur, ne quis nos rideat, si nimium immoremur in minimis, dum de tortura tractandum est.

CAPVT III.

De Tortura inferenda.

SVMMARIVM.

1 *Tortura nomen generale à torquendo: eius sunt varia genera.*
2 *Tortura genus, de quo hic tractatur, funibus agitur.*
3 *Tortura vltra tres vices de iure inferri non potest.*
4 *Tortura rarò in Vrbe datur vltra duas vices.*
5 *Tortura de iure non datur vltra horam.*
6 *Tortura in Vrbe vltra horam dari non potest ex Constit. LXXI. Paul. V.*
7 *Tortura morti æquiparatur secundum Baldum.*
8 *Tortura vnica super omnibus delictis inferri debet.*
9 *Tortura super omnibus indicijs inferri debet.*
10 *Tortura habetur pro illata super omnibus indicijs etiamsi iudex protestetur eã inferre super vna parte.*
11 *Tormenta de iure Canonico vsurpata fuisse non satis constat.*
12 *Tortura vti possunt Ecclesiastici etiam Regulares.*
13 *Tortura repetitur, si prima vice reus non fuit sufficienter tortus; vel superueniant grauiora indicia.*
14 *Tortura non potest repeti, nec diuidi ex Constit. LXXI. Pauli V.*
15 *Tortura repetitur, si tortus paruipendat; vel indicia talia sint, vt vnica vice vniuersa purgari non possint.*
16 *Tortura si repetatur, prima vice leuior infertur.*
17 *Tortura non repetenda nisi ob grauitatem indiciorum, præsertim si ex propria virtute tortus eam sustineret patienter; quod duobus exemplis comprobatur.*
18 *Tortura tormẽto nec proprium nomen ab Aegyptijs elicitur.*
19 *Torturæ qualitas arbitrio Iudicis remittitur in Congregatione Gubernatoris.*
20 *Tortura contra facinorosos potest inferri etiam diebus Paschalibus.*

1 Tortura nomen generale est, & dicitur à torquendo; diuersaque sunt torturæ genera, quæ referuntur à DD. Nonnulla refert. *Iodoc. in sua prax. crim. cap. 37. num. 17. & seq.* Ceterùm torturæ 2 genus, de quo hic nos tractamus, funibus agitur religatis Reo post terga brachijs, illoq. sursum eleuato. Neque vspiam in iure reperiuntur alia instrumenta, quam funis ad torturam esse adhibenda per text. *in l. nullus. C. ad l. Iul. maiest.* Ita testatur *Iodoc. cit. num. 17.*

Diximus supra danda esse indicia ante torturam, quia in defensionibus possunt ita elidi, vel debilitari, vt pro tortura inferenda non sufficiant. Quid dicendum, si indicia sint sufficientia pro tortura, nec sufficienter defensionibus factis debilitentur? Aduertendum tunc est, quod tormenta inferuntur causa veri inuestigandi. Torquemus hominem, extorquemus veritatem. Ad torturam tamen debet Iudex procedere seruato modo à iure, & praxi præfinito, de quibus clarius apparebit ex infrascriptis declarationibus.

3 Declara primo, vt quis vltra tres vices ad summum torqueri non possit. *Gram. cons. 45. nu. 42. 43.* Vbi dat practicam *Cart. de inter. reor. lib. 4. cap. 1. num. 31. Far. d. q. 38. num. 54.* Vbi *num. 106.* affir- 4 mat rarò in Vrbe excedi duas vices. Sequitur Mart. del Rio. *disq. magic. lib. 5. sect. 9.* vbi alia etiam de hac materia. *Guaz. def. 30. cap 24. num. 1.* Idem *Cart. lib. 3. cap. 3. num. 55. & seq.* Ratio est, quia tortura debet esse rationabilis, vt Iudex argui non possit. Hæc autem locum habent, etiamsi inferatur ex processu informatiuo. *Guaz. def. 21. cap. 1. num. 4. & 9. vers. sed contrarium. cum ibi alleg.*

5 Declara secundo vt ad summum detur tortura per horam. *Foller. in sua prax. verbo. Rei indurati. num. 16. Cart. de inter. reor. lib. 4. cap. 1. num. 113. Peregr. cons. 2. num. 119. lib. 2. Far. q. 38. num. 54. Guaz. def. 30. cap. 12. num. 6. vers. sed sciat Iudex.*

6 Constat autem quid Romæ circa hoc agendum sit. Nam *in Const. LXXI.* Pauli V. *Tit. de Iudic. crim. §. 10. nu. 31.* dicitur: *Nec in tormento funis quemquam vltra horam pro qualibet vice detineant.* Et

merito

7 merito cum huiusmodi tormentum tale sit, vt morti æquiparetur. *Bald. in l. interpositas. ad fin. C. de transact.*

8 Declara tertio, vt Reus de pluribus delictis inquisitus, & indiciatus non possit super singulis separatim torqueri, sed vnica super omnibus simul tortura inferri debeat. *Far. d. q. 38. num. 112. & 113. in addit. post 3. vol. cons. Guaz. def. 30. cap. 25. & 26.*

9 Declara quarto, vt multo minus possit tortura separatim pro quolibet indicio inferri, sed Reus super omnibus simul torqueri debeat. *Bertaz. cons. 145. num. 10. in fin. Baiard. ad Clar. in § fin. quæst. 64. num. Guaz. d. def. 30. cap. 25.* alias facilè eluderetur supradicta declaratio, & quis posset decies torqueri, vt reprobato Baiardo docet *Diana. Tract. 6. de tort. cap. 2. §. & tandem nota. vers. sicuti*

10 *etiam finem. par. 4.* Quæ declaratio procedit, etiãsi Iudex protestetur se procedere ad torturam super vna parte indiciorum tantum; quia habetur nihilominus pro illata super omnibus, & per sustentationem illa omnia purgata censentur. *Bertaz. d. cons. 145. num. 10. Baiard. ad Clar. d. quæst. 64. num. 98. Guaz. def. 30. cap. 25. num. 1. vers. vbi plus subdit.*

11 Declara quinto, vt de Iure canonico non satis appareat tormenta ad veritatem eruendam vsurpata fuisse. Canones, in quibus de tormentis fit mentio, sunt. *cap. illi qui. 5. q. 5.* Ex Eusebio Papa. Ibi: *Hunc diuersis cruciatibus.* Vbi gloss. notat quod Iudex Ecclesiasticus potest virga punire. Et *cap. fraternitas. 12. quæst. 2.* ex Greg. cap. 4. *resp. ad August. Anglorum Episcopum.* Ibi: *quidam verberibus.* Vbi gloss. habet inopes verberibus castigari. Et *cap. si res. 14. quæst. 6.* ex Augustino ad Macedoniũ. *Epist. 54. cap. 1.* Item 23. q. 5. ex August. ad Marcellinum *Epist. 159.*

12 Declara sexto posse nihilominus Iudices Ecclesiasticos tam sæculares, quam Regulares, tortura ad eruendam veritatem, & purgandum indicia vti. *Lezan. tom. 1. summ. reg. cap. 18 num. 13. & cap. 27. num. 16. Magal. cap 8. num. 7. in fin. vers. vt autem possint.* Et in crimine hæresis docet *Farin. q. 185. num. 121.* Et quòd Clerici hodie torquentur à Iudice Ecclesiastico. *Far. q. 42. num. 2. & 7.* non tamen ita acriter, vt laici. *Magal. cap. 14. num. 33.*

13 Declara septimo, vt regulariter tortura reiterari non possit, nisi noua, diuersa, & vrgentiora prioribus indicia superueniant, aut Reus prima vice non fuerit sufficienter tortus. *Gomes. de delict. cap. 13. nu. 26. tom 3. Cart. de inter. reor. lib. 4. cap. 1. nu. 12. Far. quæst. 38. num. 72. & 79. Guaz. def. 30. cap. 23. num. 1. & seq.* & dixi etiam supra *cap. præced. numer. 17. & seq.*

14 Declara octauo ex textu Constitutionis, de qua agimus, vt tortura non solum non possit repeti: sed nec etiam diuidi cum interuallo temporis, vel trã-

15 situ ad actus externos. Quòd tamen non procedit, quando Iudex videt eam à torto paruipẽdi, & indicia sunt tam grauia, vt vnica tortura benè purgari

16 non possint. Tunc enim, si intendit Reum per horam torquere, potest prima vice per quartam partem vnius horæ incipiendo à leuiori torquere, & sequenti die pro tribus quartis diuidendo horam in duas vices: ita quando maior, & quando minor tortura desideratur vtendo eodem moderamine, & proportione secundum ipsius arbitrium. *Menoch. de arbitr. cas. 272. nu. Cart. de inter. reor. d. lib. 4. cap. 1. num. 129. Far. d. quæst. 38. num. 83. 85. & seq.*

17 *Guaz. def. 30. cap. 23. num. 6.* Dixi hoc fieri posse à Iudice, si videat à torto paruipendi torturam; & quidem ita, vt ibi dicitur, *Si indicia sint grauia*, alias secus; præsertim, si ex propria virtute Rei procederet tormentorũ tolerantia. Valerius Maximus *lib. 3. cap. 3.* de Philosophis Stoicis. *Est, inquit, & illa vehemens & constans animi militia, litteris pollens venerabilium doctrina sacrorum Antistes Philosophia, quæ vbi pectore recepta est hominum, inhonesto, atque inutili affectu dispulso, totos in solido virtutis munimento confirmat, potentiores metu, ac dolore faciens.* Et subiungit: *Senis vnius equleo impositi, non supplex vox, nec miserabilis vlulatus, sed fortis cohortatio totius Vrbis Agrigenti animum, fortunamque mutauit.* Zenonis patientiæ æmulus Anaxarchus, vt idem prodidit, longè diuerso modo se gessit. Is, cum à Tyranno Cypriorũ Nicocreonte torqueretur, *Nec vlla vi inhiberi posset, quominus amarissimorum eum maledictorum verberibus inuicem ipse torqueret; ad vltimum amputationem lingua minitanti; Non erit, inquit effeminata adolescens, hæc quoque pars corporis mei tua ditionis, protinusque dentibus abscissam, & commanducatam linguam in os eius ira patens expuit. Multorum aures illa lingua,* subiũgit Valerius, *& in primis Alexandri Regis admiratione sui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, habitum maris, syderum motus, totius denique mundi naturam prudentissimè, & facundissimè, exprompsit. Pene tamen occidit gloriosius, quam vigquit, quia tam fortem finem Illustrem professionis actum comprobauit; Anaxarchusque vitam non modo non deseruit; sed mortem reddidit clariorem.*

18 Aliter dicerem agendum esse cum Ægyptijs, apud quos erubescit, si quis inficiando tributa plurimas in corpore vibices non ostendat; Et nullam tormentorum vim vsq; ad tempus suum dixit Amianus Marcellinus *lib. 22. in fin.* pectus inueniri potuisse, quę obduratũ latrocinijs inuitum illicere potuerit, vt quis nomen proprium diceret; è contra vero alij sunt homines tam parui, & angusti animi, vt vix sine turpi metu sufficientes sint ad leuem conuicij, nedum tormentorum vim perferendam.

Cum itaque hoc negocium totum resideat in

19 arbitrio Iudicis; Decreta in Congregatione Gubernatoris fieri solent in hac materia cum remissione ad arbitrium Iudicis causæ. 1558 12. Maij. *Omnes fuerunt in Voto, quod Pinus torqueatur arbitrio ipsius D. Commissarij causa, quoad modum, & qualitatem torturæ.*

Declara nono, vt quotiescumque tortura infertur publicè in pœnam pro qualitate leuioris delicti, si torquendus sit debilis, vel delictum exposcat, vt leuius puniatur, Visita decernat. 1631. 9. Maij. Sabel: *Odoardus, & Franciscus. Funi applicati, & iniuncto exilio ab Vrbe, & districtu sub pœna trium ictuum funis, prout fuit iniunctum, relaxentur.*

20 Declara decimo, vt contra facinorosos etiam diebus Paschalibus tortura possit inferri. *Bald. l. 3. num. 3. C. de Episc. aud.*

CAPVT IV.

De tormento Vigiliæ.

SVMMARIVM.

1 *Vigiliæ tormento quando vtēdum ex Const.lxxj. Paul.V.*
2 *Vigiliæ tormentum à quo inuentum.*
3 *Vigiliæ tormento vtuntur moderni seuerè.*
4 *Stimuli ferrei quodnam tormentorum genus.*
5 *Vigiliæ tormentum à barbaris ortum duxit.*
6 *Equulei tormentum quid, & quale.*
7 *Iudices adeò crudeles sunt, vt exquirant tormenta noua: Vbi de diuersis tormentis remissiuè.*
8 *Tormentorum noua genera non decet Iudicem exquirere; sed adhibere solita.*
9 *Tormentorum inuentores caueant, ne primi illa experiantur ad instar Perilli.*
10 *Tormentum Vigiliæ à Greg XIII. probibitum.*
11 *Tormentum Vigiliæ nullum aliud tormenti genus eadem die præcedere debet.*
12 *Tormētum Vigiliæ per decem horas ad summum duret.*
13 *Tormentum Vigiliæ datur in atrocissimis, si concurrant vrgentissima, & indubitata indicia.*
14 *Delicta atrocissima sunt, pro quibus lex imponit grauiorem pœnam, quam simplicis mortis.*
15 *Delicti grauitas, vel leuitas ex pœna dignoscitur.*
16 *Indicia dicuntur vrgentissima, si proxima, si plura, & concludenter probata.*
17 *Vigiliæ tormento subiecti illud vix per quatuor, seu quinque horas sustinent ex Farinacio.*
18 *Vigiliæ tormento subiecti quandoque moriuntur.*
19 *Vigiliæ tormento subiectæ mulieres minorem sentiunt dolorem.*
20 *Vigiliæ tormento mulieres non sunt subijciendæ, nisi consulto Principe.*
21 *Vigiliæ tormentum non est inferendum, nisi discusso negotio in Congregatione Gubernatoris ex Const.LXXI. Paul.V.*
22 *Iudicium magis integrum dicitur, quod plurimorum sententia comprobatur.*
23 *In Vigiliæ tormento non est tenendus Reus eleuatis brachijs.*
24 *Torquendi modus adhibendus, vt Reus vel Innocentiæ, vel pœnæ saluus reddatur.*
25 *Vigiliæ tormentum, nec repetendum, nec diuidendum est.*
26 *Actus verificatur in prima vice.*
27 *Vigiliæ tormentum non datur Reo pluries torto.*
28 *Vigiliæ tormento subijciendo abradendi pili.*
29 *Tormentorum impassibilitas arte magica fit, idq. comprobatur exemplo ex Iodoc. Damoud.*
30 *Tormentorum impassibilitati quale remedium adhibendum remissiuè.*
31 *In Vigiliæ tormento quæ sint præcauenda remissiuè.*
32 *Vigiliæ tormentum quandoque infertur loco funis, quomodo, & quando.*
33 *Tormentis subiectus Reus innocēs non debet conqueri.*

PRæter ea, quæ diximus de tormento Torturæ opportunum duximus subiungere id, quod de tormento Vigiliæ in dicto *tit. de Iud crim per* Constit. LXXI. Paul. V. §. 10. *num.* 3. disponitur.

1 *Tormento Vigiliæ Iudices non vtantur, nisi in delictis atrocissimis, & in quibus etiam vrgentissima præcedant indicia; & tunc, non nisi de Voto Congregationis illius Tribunalis, in quo proceditur cōtra Reum, nec vnquam Reus subijciatur huic tormento Vigiliæ eodem die, quo alio genere tormenti fuit tortus; minusque Reus, qui tormento funis semel, atque iterum tortus fuit; nec quisquam in hoc tormento Vigiliæ positus detineatur brachijs extensis ad modum torturæ, ne vltra tormentum Vigiliæ patiatur etiam tormenta funis; sed in omnibus modus adhibeatur, quo, vel innocentiæ Reus, vel supplicio asseruetur, & Iudices, tam in hoc, quam in alijs tormentis ipsi assiduè continuéq. assistant omnino, nec eorum loco Notarium, vel substitutum Fiscalem dimittant.*

2 Tormentum Vigiliæ tempore Pij V. dicitur primum inuentum in Vrbe à Hieronymo Menghino Senensi, Iudice Criminali, *D. Baldi Ferratini* tunc Gubernatoris. Alij dicunt ab Hippolyto Marsilio: Suum esse hoc crudelitatis inuentum ipse testatur, *l. 1. nu. 26. vers. nam ponitur Reus, ff. de quaſt.* Idem de ipso refert *Girlan, de quaſt. quest. 2. post. nu. 1. vers. & ille insignis. qui allegat* Cart. *de inter. reor. lib 4. cap. 2. num. 7.* qui eius formam describit. *Far. quaſt. 38. nu. 70.* Non tamen ita seuerè illud exercebant, sicut hac tempestate quidam exercent. *Guaz. def. 30. cap. 21. num. 13.*

Aliud forte non dissimile reprehendit Nicolaus *ad Consulta Bulgarorum, cap. 86.* incipien. *Si fur,* 4 *vel latro.* Ibi: *Et alijs stimulis ferreis.* Erant *stimuli,* tormenti genus, qui equuleus vocabatur, & furibus seruis admoueri cōsueuit, de quo sæpius Plautus. *In Milite glorioso:*

„ *Neque nisi supplicium stimuleum de te datur.*
Et in Menæch.
„ *At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.*

Stimulis latera Sanctorum fuisse sæpè confossa, eorū acta testantur. De S. Hippolyt. *Prud Hym. 11.*

„ *Illaque infestis perfodiunt stimulis.*

Baron. ad Martyr. 8. May. ver. punctis creberrimis. Et iterum *die 13. Aug. ver. cum perimendi.* Vbi dicit *stimulos* non tantū adhibitos ad cruciandum, vel inferendum tardam mortem; sed etiam in quæstionibus ad extorquendam veritatem. Vnde Portia ad Brutum virum suum hæc inter alia: *Neque enim adeo muliebri sum natura, vt me ad efferendum arcanum vel flammæ, vel flagra, vel stimuli adigere possint:* vt legitur apud *Dion. lib. 14.* à d. Baron. citatum.

5 Re vera hoc tormenti genus Vigiliæ à Barbaris ortum apparet. Nam Carthaginenses M. Attilium Regulum simili tormento cruciantes necauerunt. Valerius Maximus. *lib. 1. cap. 1. Vigilantia pariter, & continuo tractu doloris necauerunt.* De eodem M. Attilio fit mentio *l. postliminij. ff. de captiu. & postlim. reuer. in §. captiuus.* Ibi: & ideo M. Attilium Regulum, quem Carthaginenses Romam miserunt, responsum est, non esse postliminio reuersum, quia iurauerat Carthaginem se reuersurum, & non habebat animum Romæ remanendi,

Nec

6 Nec valdè diuersum est tormentum quod recenset Cicero. *In Tuscul. quæst. lib. 5. & Val. Max. lib. 3. c. 3.* quod erat constructum ad equi similitudinem, & Equuleus vocabatur: quo etiam Martyres Sancti cruciabantur. *S. Cyprianus in Epistola ad Donatum 2. & lib. de laud. mart. D. August. Epist. 59. ad Marcell. & alij, quod latè recensit Anton. Gallon. de 55. Martyr. cruciatib. c. 3. per tot. & ex Criminalist. Far. q. 38. num. 71. in fin. vers. & post hæc.* Non est tamen facilè declarare formam huiusmodi equulei, quam refert Baronius nec alios antè se, nec ipsum adhuc assecutum esse. *Addit. ad Martyr. die. 22. Ian. ver. Equuleus.* Vbi multorum refert dicta de hoc tormenti genere, quod equuleus vocabatur. Sed hæ opiniones facilè possunt conciliari distinguendo tempora, & loca; quod antiquitus esset in vsu equuleus, postmodum Bononiæ à Marsilio renouatus, & demum à Menghino in Vrbem introductus. Opinio enim distinguens fit proxima veritati *l. adeo. §. cum. quis. vers. est tamen media. ff. de acquir. rer. dom. Osasc. dec. 162. nu. 8.*

7 Non deest tamen multoties multorum Iudicum crudelitas, quorum plærumque est horridus habitus, truculenta facies, violenti spiritus, vox terribilis, orta minis & cruentis imperijs referta, qui nouis, exquisitis, & inusitatis puniendi, torquendique reos modis excogitandis ingenium fatigant, ac vbi inuenerint, perinde si Argiuum Clypeum abstulerint, & tanquam rè bene gesta gloriantur in malitia, qui potentes sunt in iniquitate; Phalaride, & Busiride crudeliores. Non expendunt, quod expendere deberent, hominem ad imaginē Dei conditum ad instar feræ bestiæ dilaniandum, & excarnificandum esse; sed potius cupiunt, vt Tribunal propter nimiam seueritatem scopulus Reorum dicatur, quemadmodum propter eamdem causam dictum fuisse illud Cassij Prætoris refert *Valer. Max. lib. 3. cap. 7.* Varias similium tormentorum speces habes apud *Iodoc. in sua prax. crim. cap. 37. num. 17. & seq. & num. 22. vers Est illud tormentorum genus.*

8 Sciant omnes, nunquam decere Iudicem noua, & incognita tormentorum genera, carnificum more excogitare, sed ea tantum adhibere, quæ vsu passim prudenterque recepta sunt. *Gomes. de delict. c. 13. nu. 15. Menoch. de arb cas. 576. nu. 2. Cart. lib. 4. c. 1. num. 11. & 12. de inter reor. Far. quæst. 38. num. 55 56. & 57.* Absoluendi potius causas debent quærere. *Guaz. def. 30. cap. 21. nu. 1. & per tot.* quam condemnandi occasiones, ne loco

9 mercedis Neoptolemi, vt aiunt, vindicta ipsimet tormenta omnium primi experiri cogantur ad instar Perilli cum Phalaride. de quo Perillo *Propert.*

„ *Et gemere in Tauro sæue Perille tuo.*

Quod valdè æquum fuisse testatur *Ouidius.*

„ ——————— *Non est lex æquior vlla,*

„ *Quam necis artificem fraude perire sua.*

De eodem Perillo eleganter Cicero *In Pisonem. Sanus etiā ille tauri anei inuentor, quo inclusi subditis ignibus longo, & abdito cruciatu mugitus resonāte spiritu edere cogebantur, ne eis vlulatus corū humana vocis sono expressi Phalaridis Tyrani misericordiam implorare possent, quam, quia calamitosis deesse voluit, terrimum artis suæ opus primus artifex inclusus merito auspicatus est.*

10 Quod verò attinet ad tormentum Vigiliæ, quod describit *Far q. 38. num 71. vers. nam stamnum.* Eius est qualitatis, vt propter atrocitatem cruciatus, qui, vt plurimum morti proximus est fuerit à Greg. XIII. prohibitus vt, affirmat Cart. *lib. 4. de inter. reor. c. 2. nu. 8. in fin. vers. Et tempore.* Vndè etiam in Congregatione super Reformatione Tribunalium habita tempore Pauli V. super hac materia non defuerunt, qui crederent melius esse de huiusmodi atrocissimo tormento nullam facere mentionem. Sed postquam placuit eidem Paul. V. disponere, vt in verbis, quæ supra retulimus, subijciemus nonnullas declarationes, ne quid nimis fiat in Reorum cruciatu.

11 Declara primo, vt in casibus prædictis, si ad Vigiliæ tormentum deueniendum sit, nullum aliud tormenti genus eadem die præcedere debeat, vt in Constit. LXXI. Paul. V. *Guaz. def. 30. c. 21. nu. 13. vers. nec vnquam, nec simul cum eo.*

12 Declara secundo, vt per decem horas ad summum Rei in tormento Vigiliæ detineri queant. *Cart. lib. 4. c. 2. de interr. reorum nu. 7. vers. Et cum stetisset. Farin. q. 38. num. 71. vers. per quinque vel per decem horas. Guaz. def. 30. c. 21. num. 13. vers. circa tempus.*

13 Declara tertio, vt duo requirantur adhoc, vt tormentum vigiliæ adhiberi possit; vnum quod agatur de delicto atrocissimo: Alterum quod vrgentissima aut ferè indubitata indicia præcedant, vt ex Constitut. LXXI. Paul. V. firmant. *Cart. lib. 4. c. 2. nu. 7. & 8. de interr. reor. Baiard. ad Clar. q. 64. antè nu. 106. §. fin Far. q. 38 numer. 71. Guaz. def. 30. c. 21. num. 13. in princ. vers. Et non debet. Et vers. in hac Curia.*

14 Declara quarto, vt delicta atrocissima dicantur ea, pro quibus lex, seu statutum imponit pœnam grauiorem quam simplicis mortis: vt puta *igne cremari, in frusta scindi, rota inseri, ad caudam equi trahi*; vel huiusmodi, quando aliquid addit vltra mortem, vt in crimine læsæ maiestatis Diuinæ; & humanæ in primo capite; Parricidij; Assassinij; Grassationū, Homicidij proditorij, Falsarum monetarum, & similium, vt Catholicæ Maiestati respondit Sen. Mediol. Teste *Clar. lib. 5. §. 1. num. 9. Far. q. 18. num. 61. 89. & seq. & in terminis, de quibus agimus. q. 38. num. 71. vers. bene verum*; Leni-

15 tas enim, vel grauitas delicti ex lenitate & grauitate pœnæ optimè dignoscitur. *l. leuia. ff. de accusat.* & ibi *Bart. in princ de accusat. Alex. cons. 13. nu. 8. lib. 7. Dec. cons. 65. nu. 5. Far. q. 18. nu. 83.*

16 Declara quinto, vt indicia dicantur vrgentissima, primo oportet sint proxima delicto, & non remota. *Menoch de arbitr. cas. 270. num. 13. Far. q. 36. num. 58.* & post exemplificat in teste de visu omni exceptione maiori, & præcipuè si cum eo adsint alia indicia, puta fuga, minæ, inimicitia. *Farin. q. 46. num. 116.* secundo oportet sint concludenter probata. *Far. q. 37. num. 13. & cons. 213.*

17 Declara sexto, vt sufficiat quod sint duo, quibus pluralis numerus, quo vtitur Constitut. LXXI. Paul. V. contentus est. *l. fin. Vbi DD. ad Trebell. Surd. decis. 210. numer. 8.* & faciunt ea quæ tradit *Bald. in l. quod ait. §. ignominia. in prin. C. de his qui not. infam.*

Prædicta autem requiruntur propter tormenti

atrocitatem. Nam eo modo, quo nostris temporibus infertur, adeo morti proximum est, vt dixerit *Far. d. q.38. num.71.* vix ex centum quatuor, aut quinque hactenus euasisse Martyres, cæteros verò Confessores; immò cum perferri, tolerarique non 18 possit tum ratione diuturnitatis temporis, tum ratione immensi cruciatus, aliquãdo rei in eo moriuntur, vt contigit sub Pontificatu Pauli V. cuidam Hieronymo, qui eodem tempore, quo discessit è tormento, quod sustinuerat è vita excessit.

19 Longè minorem sentiunt dolorem mulieres, sicut etiam in tortura; non tamen ex eadem causa: In hac, quia habent maiorem pectoris latitudinem; In illa, quia carent certis partibus, quæ maximè dolorem augent. Defendi ego tempore fel.record. Paul.V. Catherinam Siculam Monetariam, quæ Vigiliam per duodecim horas sustinuit, & post non multam quietem surrexit è lecto incolumis. In mulieribus tamen propter honestatem non vidi exerceri hoc tormentum, nisi in casu suprascripto, consulto Summo Pontifice, eo quod prædicta mulier ante aliquot annos pro eodem genere delicti prius torta sustinuerat, cæteris omnibus fatentibus & suspensis.

Propter eãdem honestatis rationem dicit *Guaz. def.30.cap.21.circa fin.* Nec credo, quod reperiatur Iudex, qui sit tam inhonestus, qui audeat adhibere tale tormentum in muliere, cum sit seruanda in ipso modo torquendi, & administrandi Iustitiam honestas; per dictum autem tormentum Vigiliæ omnia membra, & præcipuè partes pudendæ ab omnibus astantibus inspiciuntur. Quod si quis Iudex ita impudens & inhonestus reperiretur, deberet puniri.

21 Propter huiusmodi tormenti atrocitatem iure, & merito fuit à Paulo V. in Const.LXXI.statutum, vt nonnisi negotio in plena Congregatione discusso, prauioque ipsius decreto quis vigilari posset. *Guaz.def.30.cap.21. num.13. vers.& habito voto:*

22 Magis enim integrum dicitur iudicium, quod plurimorum sententia comprobatur. *cap.prudentiam. vers.illa quippe.de off.deleg.Mant dec.344. num.2.*

23 Animaduertere autem debet Iudex quamplura in hoc tormento cõferendo I. ne brachijs eleuatis Reum in tormento retineat. Ita enim fieret, vt vno, eodemq. tempore non solum Vigiliæ, sed etiã torturæ, quæ horam excedere non potest, per plures horas cruciatum pateretur; contra relata supra proximè verba Constitutionis. *vers.Nec quisquam. De quo exclamat Far.quæst.38 num.71.vers ponitur in hac.Guaz.def 30. cap.21. nu.13. vers.sed cauneant Iudices.* 24 Debet namque talis adhiberi torquendi modus, vt reus vel innocentiæ, vel supplicio saluos ex tormentis deponatur. *l.quæstionis modum. ff.de quæst. Far.q.41. num. 93.* II. Ne 25 huiusmodi tormentum repetat, vel etiam diuidat Iudex stante eius atrocitate; maximè, quando ex processu informatiuo, & ex abrupto propter aliquam præeminentiam, vel vigore facultatum pro- 26 cederet: cum omnis actus, & facultas verificetur in prima vice. *Cartar. in prax. inter. reor. lib.4. cap.1.num.102.Far.q.39.num.31.vers.& an sicut.* 27 III. Ne detur Reo, qui semel, atque iterum tortus fuit, vt habetur in Const.LXXI. Paul.V. in verbis 28 proximè relatis. IV. Obseruatur quoque, vt priusquam hoc tormentum subeat Reus, totius corporis pili, & crines abradantur nouacula: facto scili- 29 cet periculo, num quæ adminicula habeat pro impassibilitate; quia nulla tormentorum genera præsentiret. Idem enim magicis artibus, sortilegijs, incantationibus, aut execranda dæmonum inuocatione vidisse fieri testatur Iodocus: qui refert vetulã, quæ sustinuerat tormenta per multum tempus, postquam rasa fuit in pudendis, & extracta quadam carta, confessam fuisse omnia. *cap.37. pract. crim. num.21.& seq.* Verum facta lege inuenta fuit malitia eam euadendi. Nam nunc cartas huiusmodi deglutiunt Rei, & profitentur, quod donec sint digestæ, illos reddant impassibiles. Equidem noui quemdam Reum Vigilia tortum, qui retulit deglutisse ante Vigiliam vnam ex his incãtationibus, & lapsa octaua hora, qua iam carta digesta erat incœpisse sensibiliter pati dolorem tormenti, quem 30 antea nullatenus passus erat: Remedium inuento tam pernicioso opportunum retulimus supra, vbi egimus de pœnis vẽdentium Agnus Dei.*lib.1.§.13. cap.2.* V. Reo ita denudato, & raso porrigitur speculum inspiciendum, quod licet paruifaciendum videatur, incutit tamen pauorem non leuem, ita vt Rei ex hoc solum quandoque ad confitendum inducãtur; vt cõtigit in Reo homicidiorum commissorum mense Nouemb. 1650. ad Quatuor fontes; qui, quod in tortura ante sustinuerat, rasus, aspecto speculo tacere non valuit, sed antequam tormentum Vigiliæ ascenderet, fassus est per acta Guber- 31 natoris, & pœnas debitas luit. Alia quoque sunt præcauenda, quæ opportunum existimauimus pro faciliori omnium intelligentia in *Append.§.3.cap.7.* referre, prout ea habuimus à q. Cæsare Magno, qui pro Chirurgo Carceratis inseruiuit Carceratis per triginta annos & amplius; ibiq. etiam apposuimus delineatam figurã ipsius tormenti Vigiliæ, vt & nostri, & exteri habeant exemplar, quo vti possint, quotiescumque euenerit casus Vigiliandi Reum, quod faxit Deus ad Calendas græcas euenire.

32 Non omittendum duximus aliquando pro alijs delictis non atrocissimis inferri hoc tormentum loco funis Reo, qui propter aliquod impedimentum torqueri non potest. Quod tunc solum faciendum est, quando crimen est graue, & vrgent indicia, tuncque per quinque, vel ad summum per sex horas inferri debere. Ita seruasse in praxi testatur *Guaz.def.30.cap.21.& circa tempus.* Neque hoc casu videntur abradendi pili, quemadmodum non abradarentur, si tormento funis subijceretur, nisi fortè in partibus pudendis, quatenus impedimentum aliquod inducerent.

Huiusmodi tormẽtorum permutatio non passim fieri debet, neque in omnibus Reis, qui aliquod impedimentum patiuntur. Potest enim aliquod esse tale impedimentum, vt etiam impediat inferri Vigiliæ tormentum, nec fieri absque peritorum iudicio, qui semper interuenire debent, ne Rei deficiãt in tormentis, vt contigit mense Octobris 1648. in Curia Gubernatoria in Reo, qui cum esset ruptus in genitalibus, & propterea torqueri non posset, suppositus Vigiliæ prima hora deliquiũ passus est.

33 Monemus denique subiectos quæstionibus, tormentisque si sint innocentes, ne de suis incommodis intemperantius doleant, procaciusque conquerantur,

rantur, memores ferendum esse non culpandum, quod vitari non potest. Ad eruendas confessiones criminũ inuenta sũt artuum, membrorũq. tormenta: idq. præstant innocẽtibus, vt, quæ lucebat in animo, virtus per laceratos artus fœlicius elucescat in oculis Iudicum, non sine magno plerumq. ipsorum carceratorum innocentum fœnore, dum Reus quo strictius ligatur, eo liberiùs animi constantiam elaqueat, vt dixit *Prudentius contra Symach. lib. 2.*

,, *Elaqueanda animi constantia, ne retinaclis*
,, *Mollibus ac lentis nexa, & captiua prematur.*

Hac constantia visus est, vt refert Valerius Maximus *lib. 3. cap. 8.* Q. Scæuola, dum Scyllæ minitanti, audacter respondit: licet mihi agmina militum, quibus Curiam circumsedisti, ostentes, licet mortem identidem miniteris, nunquam tamen efficies, vt propter exiguum, senilemque sanguinem; meum Marium, à quo Vrbs, & Italia conseruata est, hostem Iudicem.

CAPVT V.

De ratificatione, & verificatione confessionis.

SVMMARIVM.

1 *Confessus non statim condemnandus, sed multa debent concurrere.*
2 *Confessio in tormentis est ratificanda extra locum tormentorum.*
3 *Confessio in carcere secundum cõmuniorem ratificari potest.*
4 *Confessionis ratificatio facienda in loco, ex quo Reus non possit videre tormenta, seu instrumenta ad torquendum.*
5 *Tormentorum locus visus à Reo fecit illum fateri: quod confirmatur exemplis.*
6 *Confessionis ratificatio fieri debet cum interuallo 24. horarum.*
7 *Confessio spontanea extra locum tormentorum non eget ratificatione.*
8 *Confessio præcedentibus minis, vel primis torturæ gradibus eget ratificatione.*
9 *Torturæ æquiparatur metus torquendi.*
10 *Ratificatione nõ eget tortus in aliorum caput quo ad se, sed quoad afficiendum socios.*
11 *Ratificatio socij criminis, licet non sit necessaria, est valde vtilis.*
12 *Confessi condemnari non debent, quomodocumque confiteantur, nisi verificato eorum confessione.*
13 *Confessi nisi verificentur qualitates, & circumstantiæ in confessione adiectæ condemnari non debent.*
14 *Confessarum qualitatum, & circumstantiarum differentia.*
15 *Casus quidam notabilis in Prouincia Romandiola narratur, & comprobatur non esse executioni demãdandam sententiã mortis, nisi maturè perpensis instrumentis, exempli gratia, cum quibus aliquis furatus est, vel interfecit.*
16 *Gubernator Vrbis quid possit in vim fuorum Bãnimentorum in delictis patratis etiam in locis Baronum.*

1 QVotiescumque reus in tormentis siue Torturæ, siue Vigiliæ, siue alterius cuiuscumque generis, confessus fuerit, non statim intrat vulgatum illud, *In confessis partes Iudicis sunt in condemnando.* Multa enim debent præcedere antequam Reus etiam confessus possit condemnari.

2 Confessio primo loco est ratificanda extra tormenta, atque etiam extra locum, in quo fuerunt illata, si commodè fieri potest, *Bar. in l. 1. §. Diuus Seuerus. num. 3. ff. de quæst. Bal. cons. 95. in fin. lib. 1. post præallegatum. Cart. de inter. reor. lib. 4. cap. 1. n. 145. & 146. Far. q. 83. num. 71. Guaz. def. 30. cap. 35. numer. 2. vers. ac etiam debet ratificari.* Immò refert *Clar. in prax. crim. § fin. q. 64. num. 42. vers. debet*

3 *quoque talis.* hanc ratificationem fieri oportere non in carcere, sed ad bancum iuris, hoc est, apud Tribunal, & sic, in loco, vbi ius redditur. Huiusque opinionis refert Clarus fuisse *Bart. in l. 1. §. Diuus Seuerus. num. 3. de quæst. Bald. in cons. 95. in fin. lib. 1.* Consuetudinem tamen obtinuisse dicit *Far. q. 83. num. 71.* huiusmodi ratificationem posse fieri in carcere, & sine testibus; dummodo fiat extra locum tormentorum, & extra illius, vel illorum aspectum *per plures, quos ibi allegat.*

4 Ratificatio igitur prædicta fieri debet in loco, vbi Reus ipse videre non potest tormenta, seu Instrumenta ad torquendum. *Cart. pract. inter. reor. cap. 1. num. 146. lib. 4. Foll. in pract. 1. part. 3. partis. ver. & si confitebuntur. num. 63. Clar. vbi ex sententia Ioannis Andreæ in cap. cum in contemplatione. de reg. iur. & August. de Arim. in addition. ad Angelum. de malefic. verbo. fama publica. num. 117. Farin. quæst. 83 num. 71. Guaz. defens. 30. cap. 34. nu. 2. vers. quod ego quidem.* Qui ea ratione moti sunt quod adhuc durare dicitur tormentorum metus, de quo idem solet iudicari, quod de ipsismet tormentis. Non enim refert, quod quis fateatur in tormentis, vel tormentorum metu. *Bald in l nouissime. num. 5. ff. quod fals. tut. auct. gest.* esse dicat, quẽ secuti sunt Barbat. *in cap. si constiterit. de accus. in pen. col.* Catal. *in tract. synd. num. 154.* Ang. Aret. *de malef. verb. quod fama publica. num. 110. & 111. Mars. in l. 1. ff. de quæst. nu. 25.* Menoch. *de arbitr. cas. 269. num. 11.* comprobat exemplis à me infra etiam adducendis Gramm. *cons. 15. num. 7. & seq. & alij ab eo relati.*

5 Et vsu quidem compertum est tam nostra, quam Patrum nostrorum ætate multos visis solum tormentis, delictum, de quo accusati fuerant, fuisse confessos Duo egregia exempla commemorat Tit. Liuius. Alterum *lib. 10. Decad. 4.* de Xipho. Liuij verba hæc sunt: *Adductus primo Xiphus ita negare inconstanter, vt paruo metu admoto paratum Iudicem esse appareret, conspectum Tortoris, verberumq. non sustinuit, ordinemque omnem facinoris legatorum, ministerijq sui exposuit.* Alterum exẽplum est apud eumdem *lib. 27.* ab V. C. dum refert vnum ex Numidis à muliere Campana detectis, quod ad Annibalem, Romanorum hostem, detulissent, constanter negasse factũ; deinde cũ intellexisset vocari carnificẽ; parariq. tormenta, statim confessũ fuisse Extat etiam apud Cornelium Tacitum. *L. 15.*

de Natali & Scenino egregium exemplum his verbis descriptum: *Ergo acceitus Natalis, & Sceninus: diuersi interrogantur, quinam is sermo, qua de re fuisset: tum exorta suspicio, quia non congruentia responderant: inditaque vincula: & tormentorum aspectum, ac minas non tulere.*

6 Ratificatio etiam fieri debet, cum interuallo tẽporis vnius diei, videlicet, viginti quatuor horarum ab illato tormento. *Parif. de Put. de synd. cap. an stetur dicto torti. num. 13. vers. tamen illa ratificatio. Angel. de malef. verb. quod fama publica. numer. 112. Marf. in l. 1. §. Diuus Seuerus. num. 6. ff. de quaest. Iodoc. in prax. crim. cap. 39. num. 7. post Lanfranc. & Bolognin. quos allegat Clar. in pract. §. fin. quaest. 54. vers. caeterum si reus medium. Cart. pract. interr. reor. lib. 4. cap. 1. num. 141. post Capoll. ab eo allegatum,* qui acriter vituperat contrarium facientes. Menoch. *de arbitr. cas. 38. num. 2. in fine lib. 2. & cas. 269 num. 7.* Vbi habetur etiam quod ante dictam ratificationem debeat currere interuallum 24. horarum. Gomes. *de delict. cap. 13. nu. 24. vers. & si quaeras infra quantum tempus. tom. 3.* affirmat hanc esse communem opinionem, ne intra modicũ tempus ad ratificandum ductus eadem tormentorum adhuc durante formidine, ac dolore confessionem approbasse censeatur. *Cart. in pract. lib. 4. cap. 1. num. 140. & seq. Far. d. quaest. 83. à num. 72. vsque ad 77. Guaz. def. 30. cap. 35. num. 2. & per tot.* Refert tamen *Clar. in pract. crim. §. final. q. 64.* Bart. & alios sensisse hoc tempus relinqui Iudicis arbitrio: quod etiã tenuit *Menoch. de arbit. cas. 38.* Romae tamen obseruatur, vt interponatur spatium 24. horarum, & aliquando paulò minus.

7 Limita primo in confessione spontanea extra locum, & absque metu tormentorum facta, quae nulla ratificatione eget. *Bart. in l. Diuus. in princip. ff. de quaest. & in l. vnica. num. 10. vers. nam si confessio C. de confess.* Vbi declarat gloss. contrarium tenentem intelligere de cõfessione extorta metu tormentorum. *Castr. ibi num. 9. vers. vel si non metu tormentorum. C. eodem Bart. post Azonem, Cynum, Odofr. & Guid. de Susa in l. 1. num. 4. vers. sed Azo. ff. de cust. & exhib. Reor. Bald. in l. 2. num. 2. in fine; post Gandin. & Bart. ab eo allegatos, & Salycet. nu. 3. vers. contrarium tenuit. Dyn. C. eodem tit. vbi quod gloss. in l. seruos. ver. confessionibus. C. ad Iuliam. de vi public. communiter reprobatur. Angel in in l. 1. num. 7. ff. de confess. qui pariter reprobat glossa opinionem. Alex. cons. 127. num. 2. lib. 4.* Vbi quod sola confessio sufficiat ad condemnandum, etiamsi processus sit inordinatus; sed quoad hoc communiter reijcitur. *Parif. de Put. de syndicat cap. an stetur dicto torti. num. 13. Ang. Aret. de malef. verb. quod fama publica. num. 110. Vbi Ang. Arim. numer. 113. Abb. in cap. olim ex litteris. num. 8. vers. qua solutio non est vera. de rescrip. Moder. in cap. atsi Clerici. in princip de Iud. Iodoc. in pract. crim. cap. 54. num. 40. Foller. in pract. ver. Et si confitebuntur. par. 1. 3. partis. num. 39. pag. mihi 199. Boss. tit. de confess. nu. 2. Franc. Viuius. comm. opin. ver. confessio facta sponte. Caball. resol. crim. cas. 33. numer. 4. omnes testantes de communi, vt cõtra Marsil in sua pract. verb. postquam. num. 22. tuetur post alios Gomez. de delict. cap. 12. num. 3. Clar. §. fin. q. 65. num. 2. vers. sed quaero. & vers. nam quidem. Cart. lib. 4. cap. 2. num. 18. Far. quaest. 81. num. 8.*

8 *Guaz. def. 30. cap. 35. num. 5.* Haec tamen limitatio patitur exceptionem, si praecesserint minae de torquendo.

9 Quia metus torquendi torturae aequiparatur. *Far. q. 37. num. 96. & seq. & q. 83. nu. 45. 47. & seq.* vt in terminis nostris docet *Baiard. ad Clar. §. fin q. 64. num. 129. Far. q. 83. num. 70. Guaz. defen. 30. cap. 35. vers. & debet ratificari non solum.* Et latius *cap. 37.* vbi refert contrarium tenentes, & conciliat opiniones *num. 1.*

10 Limita secundo in socio criminis in aliorũ caput torto distinguendo vt infra: Aut socius criminis in tortura sibi illata super delicto principali cõfessus est non solum delictum, sed etiam nominauit consocios; & tunc necessaria est ratificatio extra tormẽta, vt afficiat, ipsum confitentem. *Bar in l. 1. in vltimis verbis. ff. de cust. reor.* dicens, quod ita obseruat consuetudo. *Borr. dec. 163. num. 18.* affirmãs quod est communis opinio. *Clar. alios citans in prax. crim. q. 64. num. 40. vers caeterum si reus:* & alij, quos citat, & sequitur *Cabal. cas. 33. num. 10. & seqq.* post quam ratificationem infligitur alia tortura ad effectum conualidandi dictum, & purgandi maculam, vt eius dictum afficiat consocios nominatos, & quod in ipsis tormentis denuo nominatos specificet. *Fel. in cap. personas. num. 2. post medium. de test. lib. Marf. cons. 22. num. 22. Bursat. consil. 201. nu. 139. lib. 2. Roland. cons 51. nu. 30. lib. 1. Volpell. cons. 34. nu. 4. Bertaz cons 234. nu. 4. lib. 1. Vermig cons. crim 290. num. 3. & 342. num. 6.* ita apertè colligitur ex dictis per *Clar. in pract. crim. q. 45. sub num. 13. post vers. caeterum si reus. Ibi: Item si sunt tales testes.* Et *Clar. sequitur Farin. lib. 2 prax. crim. q. 43 num. 137. vers. immò tortura debet adhiberi. Cabal. cas. 33. num. 11.* qui praedictos citat, & sequitur.

Confirmata, vt supra, per reum nominatione, nõ interrogatur reus pro habenda noua ratificatione, & perseuerantia extra tormenta: & ita seruari semper vidisse testatur Cabal. *cas. 33. num. 12.* vbi declarat Marsil. & Far. in contrarium allegatos, non loqui in hoc nostro casu; sed de prima ratificatione exigenda, vt diximus, à reo post confessionem delicti

11 à se perpetrati emanatã in tormentis: & *Scacc. de Iud. caus. ciu. crim. & haret. lib. 1. cap. 81. tit.* de dicto socij criminis extra torturam, & in tortura *num. 6. & 7. vers. tertio dubitatur.* non improbat: quia, vt inquit, abundans cautela non nocet. *numer. 12. & sq. ad fin.* Aut reus torquetur ad habendos socios, & in tortura eos nominauit. Hoc enim casu necessaria esset ratificatio extra tormenta. Nam nominatio hoc casu est quędã confessio habita in tormentis, quae indiget ratificatione extra tormenta. *Guaz. def. 19. cap. 14. nu. 2. vers. aut vero sumus.* Qui licet loquatur in simplici teste; parificat tamen illum reo confesso, quotiescumque testis fuit non leniter ad purgandam maculam, sed per longum tempus ad habendam veritatem, prout in reo ipso fieri consueuit, tortus.

Deueniendo ad aliud, quod proposuimus in tit. huius cap. praeter ea, quae dicuntur infra §. 10.

12 Aduertendum est, quod confessi condemnari non debent, licet dispositio sit quod contra confessum *(partes Iudices sint in exequendo)* nisi verificata illorum confessione, non solũ, si in tormentis ema-

na-

nauerit; sed etiam si spontanea fuerit. *Marian.cit.in cap.qualiter, & quando:il 2. num.975.& nu.1102. vers si vero de accus.* quem allegat, & sequitur *Farin.quæst.81.num.30.* quidquid dicat in contrariũ *Alex.cons.19.num.2. lib.7.* quosd sponte confitentem Nam vt confessio rei sustineatur ad effectum vt condemnari queat, non solum debet constare de delicti corpore. *vulg l.1.§ item illud.ff. ad Sylan. & ibi Bart.Mars.in l.1.num.3. in fine. ff. de quæst. & cons.8.num.2.cons.35.num.4.cons.40.num 6. & alibi Ias.post Ang. & Bald.præallegatos in l.error. nu.14.C.de iuris & facti ignor.Aret. de malef. ver. etiam vestem calestem. vers quid si quis cõfiteatur. Et ibi add. Falin. in cap. auditis.16. de præscript. Paris.de Put. in suo syndicat. ver. confessio circa medium.Boss.tit.de delict.num.15.& alibi.Clar. §. quæst.55. vers.potest etiam contra confessionem. Et ibi Baiard.num.15.Roland.cons.51. num.13. & 14. lib.1.Mascard.de probat concl.354.nu.1.& 2.Boer. dec.264.num.8.9.& 10.Bertaz.cons.29.nu.5.& 6. lib.1.Bursat.cons.201..n.30.31.& 32.lib.2. Gram. dec.2.nu.38.39.& 40.& cons.60.nu.8. & 9. Hond. cons.108.nu.5.lib 1.* licet asserat quod debeat condemnari mitiori pœna. *Farin.quæst.2.nu.7.Guaz. defens.cap.2.num.1.* Et quod procedat tam in confessione spontanea, quam in illa facta tormentis. *Boss.tit.de confess.num.19 Bertaz.cons.8 num.42. Guaz.loco proximè cit. vltra Marianum Socinum.*

13 *& Farinaccium vbi supra.* Sed etiam de qualitatibus, & circumstantijs in confessione adiectis, ex quibus ipsa confessio dici possit verificata. *Marian. Socin.cit.cap qualiter, & quando. num.1102. vers. si vero. Paris.de Put in tract. de syndicat. ver.confessio.cap 1.num.5. Mars.cons.14. nu.17. & sequen. Et cons.22. num.9 Brun. de indic. par.2. quæst.6. num.13 Bertaz.cons.29 nu.5.lib.1. Bursatt.d.consi.201.num 30.& sequen. Farin quæst.2. nu.4.& de reo confesso & conuict.quæst.61.num.31. Guaz. defens 32.cap.2.num.3. Alex.Sperell. fori Eccl. decis.108.num.1. Vermig.cons.crim.18. num.18. & cons.19 num.9* Et quod hoc pariter procedat tam in confessione extorta per tormenta, quam in confessione spontanea. *Mascard.concl.354 nu.7.vol.1. Mod.Rom.q.81.n.30.Add.ad Bertaz.cõs.29.litt.C.* quod præcauẽs Tassus *in suo Gofred.cãt.2.* inducit Olindum defendentem Sophroniam his verbis:

> *Non osò non ardì, ne far potea*
> *Donna sola inesperta opra cotanta,*
> *Com'ingannò i custodi, e de la Dea*
> *Con qual'arte inuolò l'imagin santa*
> *S'il fece il dica.*

14 Quarum qualitatum, & circumstantiarum, quædam sunt ex parte ante, vt in materia furti, præexistẽtia rei, quæ supponitur furto ablata, in loco furti. *Bart.in l.si quando nu.4.& ibi Iason.nu.37. & 43. C.vnde vi idem Bart.in l.1.§.fin.in fine.ff.de furt. aduersus.Naut.Caup.& Stab Bald.in rub.C.depositi.num.1.vers. sed quæ res ibi fuerunt.& in l.certi.num.3.C.locati Specul.in tit.de furt. in fin. Ancharr.quæst.famil lib.1. quæst.61. in fine.* vbi testatur de communi *Abb.in cap super eo. num.9.de his, qui vi, metusue causa fiunt.Mars cons.8.n.5.Ang. Aret.§.sed ste.num.5.vers quomodo autem probetur furtum.Inst.de act.Boss.in tit. de furtis. nu.2. Volpell. cons.147.num.7.Roland.cons.51.num.18. lib.1.Gramm.cons.41.num.2.vers.& quod apparet furtum ipsum. Foller. in pract. par.1 .ver. capiat. informationem.num.19.vers.aliquãdo vero.Hõd. cons.90.nu.16.17.& sequen.lib.2.Farin.d.quæst.2. num.14.vers.præterea. Et quæst.176.num.15.& sequen.Vermig.cons.crim.81.num.7.& cons.266.numer.270 num.5.* Aliæ vero sunt in ipso actu delicti, vtpote persistendo in subiecta materia furti, si proponatur furtum cum fractura commissum: quia eo casu non potest contra aliquem procedi non constito de fractura. *Clar. §.fin. quæst.4. num.4. in fin. vers.& hæc quæ dicta.Hond.d. cons.90.nu.30.lib.2. Farin.d.quæst.2.num.19. vers.ideo vbi. Et d.quæst. 176.num.12.* Aliæ tandem considerantur ex parte post, vtpote, quid fur de rebus furto ablatis, & de instrumentis fecerit. *Marian.loc. cit cap qualiter, & quando.num.1102.vers.item debet esse prudens. & sequen de accusat. Ang.Aret. de malef.verb. Et vestem calestem.vers.quid si quis cõfiteatur. nu.25. Paris.de Put.in tract.de syndicat.ver.confessio. c.1. Mars.cit.cons.8.num.2.& cons.14.num 19.& consil 22.num.9.in l.1.in princ.num.32.ff. de quæst. & alibi Bursatt.d.cons.201.num.31.lib.2.Brun.de indic.quæst.55.nu.21.Foller.in pract.crim.verb. & si confitebuntur.in prim.part. tert. partis principalis. num.34.& num.100. Clar.quæst.55. vers quomodo autem dicatur.* vbi procedit distinguẽdo *Cabal. resol.180.num.3.* Latissimè *Farin.d.quæst.2. num 15. & quæst.81.num.30.* Vbi refert casum quemdam sibi occurrisse, quem dicit similem alteri, quem narrat Paris.de Put.*verb.confessio cap.1.nu.7.* Qui-

15 bus addi potest similis casus, qui euenit in Prouincia Romandiolæ. Commissa fuit ibi Grassatio in Tabellarium Venetum tempore, quo sub fæl.recor. Greg. XV. erat Legatus cl. mem. Cardinalis Vrsinus. Propter illam fuerunt carcerati N. Amaduccius, & eius famulus; qui legitimis indicijs præcedentibus torti, & confessi; interrogati, vbi essent res furtiuæ, dixerunt abscondisse in Pineto; & ad Pinetum adductis nihil fuit inuentum. Moniti vt verum locum indicarent, modo hic, modo ibi abscondisse dixerunt. Facta iterum, & tertio diligentia, nihil inuentum. Fuerunt nihilominus suspensi. Tempore vero Pontificatus Vrb. VIII. recol.mem. successit alia similis Grassatio etiam in Tabellarium Venetum. Et quodam capto alia de causa, fuerunt reperta penes eum quædam bona dicti Tabellarij subtracta, & alia in ædibus ipsius. Fassus est nõ solum hanc, sed aliam prædictam Grassationem; fuitq. verificatum, præsertim dicto vxoris, quæ deposuit increpasse virum cum fletu, quod esset causa mortis duorum innocentium; ipsumq. illi respondisse; Quid ad te? sine eos mori, vt viuã ego. Quo casu relato in Sac. Consulta, fuit de illius mandato appositus lapis, qui adhuc extat Rauennæ pro restitutione famæ prædicti Amaducci ex honesta familia nati, & euocato ad Vrbem Indice, qui tunc erat Locumtenens Gubernatoris Campaneæ, vt de his redderet rationem, vix Romam ingressus, febre correptus, interijt. Hinc est quod Torquatus Tassus *in suo Gofred. cant.2.* faciat interrogare Sophroniam se furti insimulantem sacræ imaginis.

,, *Poi la richiede, ou'hai l'imago ascosa.*

Hæc autem non solum procedunt in furto, sed etiam in homicidio, & alijs delictis, in quibus de

qua-

qualitatibus, & circumstantijs cōstare debet. *Bart. in l.fin. ff.de quæst. Gomez de delicto. tom.3.cap.13. num.18.& seq. Hond. conf.87. num.120. Farin.d. quæst.2. num.4. & 15. & d. quæst.81. num.30.* vt puta in crimine homicidij: an Instrumentum, ac genus armorum, quo vsus est delinquens, fuerit cōforme vulneri: Et an venenum datum fuerit aptū, vel sufficiens ad venenandum, & necandum. *Parif. de Put.conf.167.num.4.lib.4.Alex.conf.203. nu.6. lib.2.Gramm.conf.36.nu.7.lib.1. Afflict. lib.3. constit.Regni rub.41.de malis, & nox. medic. num.1. Foller.in pract.2.part.2.partis.verb.item quod sororem uenenauit. num.14. Bertaz.conf.62. num.6. lib.1. & ibi Add.Hond.conf.88.nu.14.& 15. lib.2. Farin.quæst.2. num.30.* Memini ego alias non potuisse executioni demandari sententiam in causa homicidij in Vrbe latam, quia homicidium prætendebatur perpetratum introducto ense euaginato per rimulam Portæ; nec apparebat, experientia facta, quod illa rimula esset talis latitudinis, vt per eam ensis transire potuerit.

Immò vero procedunt supracitata etiam in crimine læsæ maiestatis, in qua rei euentus, & persona, quæ inquiritur, spectanda est. *l. famosi.§.hoc tamen crimen. ff.ad l.Iul. maiest. Gig. de crim. læsæ maiest.tit.qualiter, & à quibus.quæst.52.nu.6. Farin.* qui allegat exemplum Iulij Cæsaris.*quæst.*116. *num.*170.allegatum etiam à Gigante.*loc.cit.*in quo crimine licet quis fateretur se in Principem conspirasse, pœna maiestatis non puniretur, si impossibile esset, quod illud delictum perficere potuisset, quāuis alias puniatur conatus, licet effectus sequutus non fuerit. *Gomez.de delict.tom.3.cap.1.num.8.Couar.in Clem.si furiosus.de homicidio.par.2.in initio. num.7.Clar.§.læsæ maiestatis.vers.setas autem. Menoch.de arbitr.cas.360.num.24.Farin.d quæst. 116.num.147.*

16 In casu quoque infrascripto resolutum fuit non officere reo confessionem, licet esset spontanea. Prætor Palumbariæ, Iudex in causa cuiusdam rei, obtinuit ab eo confessionem super delicto. Auocauit causam Gubernator Vrbis, & prætendebat punire Reum pœna vltimi supplicij in vim suorum Bannimentorum; Ibi: *Volendo che li nostri Bandi comprendino li delitti di qualsiuoglia persona, commessi anche ne'luoghi de'Baroni, mentre la causa si uedrà nel Tribunale di S.S.Illustrissima.* Fuit pro reo oppositum obstare illa verba: *mentre la causa si uedrà.* Non enim coram Gubernatore emanauerat confessio; sed coram Prætore prædicto, coram quo per confessionem causa iam dici poterat terminata: & cum in iudicijs quasi contrahatur obligatio. *Parif. de Put. de syndicat. in uer. pone quod aliquis.num.2.circa finem.* iam quasi ex pacto se submiserat pœnæ per Prætorem imponendæ; vt in simili *Ofasch. decis.134.num.4.* Atque ita fuit obtentū. Assumpserat enim Gubernator partes Prætoris. *Cum.conf.141.per totū. Tusc.uer.Iudex.concl.466.nu.18.* Iudices itaque in condemnando pēsatis bene iuribus, & rationibus, quæ pro reo adducuntur, procedant. Cunctator enim esse debet, qui tractat de salute, vt dicebat Cassiodorus. *lib.7.* & ante ipsum Poeta *satyr. 6.*

,, *Meruit quo crimine seruus*
,, *Supplicium? quis testis adest? quis detulit?*
,, *Nulla unquā de morte hominis cunctatio lōga est.*

l.si uendicari.C.de pœnis. Et benè aduertere debet ipse Iudex ad ea, quæ agenda, & quæ vitanda sunt ab ipso, de quibus dixi supra pluribus capitibus.

CAPVT VI.

De confrontatione Testium.

SVMMARIVM.

1. *Negante reo vel confrontantur, vel repetuntur testes. Confrontatio habet vim citationis, & publicationis processus.*
2. *Confrontādi Testes ad faciem rei, vt acrius vrgeatur.*
3. *Confrontatis testibus vix poterit reus diffiteri veritatem.*
4. *Ad confrontationem requiritur, quod testes deponant de directo contra Reum de visu.*
5. *In confrontatione denuò deferendum est iuramentum testi.*
6. *Confrontatio fieri debet separatim vnius Testis post alium.*
7. *Confrontatio, præsertim si torquendus sit reus denegatis defensionibus, fieri debet relata sola substantia absque qualitatibus.*
8. *Ad confrontationem cogi potest testis, vt ad depositionem.*
9. *Confrontatorum Testium repetitio non est necessaria.*
10. *Confrontatorum Testium repetitio fieri debet interrogatorijs Rei, illo instante, de iure.*
11. *Confrontatorum Testium repetitio non fit, etiam instante Reo in Tribunali Gubernatoris Vrbis.*
12. *Confrontationem Testium omittere debent Iudices, quando Testes sunt idiotæ, & Reus vafri ingenij, quod exemplo comprobatur ex Cicerone.*
13. *Testes confrontati, denuo si repetantur expensis expostulantis fieri debet.*

1 SI vero Reus delictum inficietur, vel eo citato ad dandum interrogatoria repetuntur testes, vel ad veritatem ab eo extorquendam vtuntur Iudices testium confrontatione. Quæ confrontatio, vt dicit *Scaccia de Iudic. cap.86. num. 53.* vocatur Affrontatio. Eymer. *in direct. inquisit. par. 3. par.3. num.101. in 3. cautela.* Describi potest esse coram Iudice in faciem Rei per testes de eorum dictis facta firmatio. Nam vt dicit *Ambrosinus in suo libello de modo formandi process. lib.2. cap.9. num.1.* ad perficiendam confrontationem debent testes, qui pro informatione Curiæ recepti fuerunt, ad faciē ipsius Rei singuli, & per se adduci, & præstito coram eo iuramento veritatis dicendæ, factaq. illius personæ recognitione, omnia ea quæ alias deposuerunt, iterum in faciem prædicti rei ratificare, & confirmare.

Hæc probatio Inartificialis est, & per se arte caret, vt dixit Quintilianus. *lib.5. orat. inst. cap.1. ex Arist. Rhet.1. & Menoch. de præsumpt. lib.1. q.1. num.1.& seq.Cart.de inter. reor.lib.3.cap.1.nu.82.* Confrontatio habet vim citationis ad videndum iurare testes. *Sanfelic.decis.97.nu.13. lib.1. Farin. conf.38.*

conf.38.num.14. cum in potestate Iudicis sit, prout melius sibi videbitur, vel testes pro curiæ informatione examinatos ad faciem rei cõfrontare, vel eos reo citato repetere. *Hond. conf.101. post.nu.1. lib.1.Far.de test.q.72.nu.139.Cabal.caf.269. numer.15.Guaz.par.1.def.20.cap.21.num.1.* quos citat & sequitur *Vermig.conf.257.num.2.* Immò per confrontationem dicitur fieri publicatio processus. *Baiard.quæst.49. num.9. ad Clarum.*

2 Cum Testes ad faciem Rei confrontantur, præsentialiter producuntur testes, & reus, vt acrius
3 reus ipse visis testibus, & commemoratis delicti circumstantijs vrgeatur. Ex præsentia enim Testium vix potest euadere Reus iudicium, & veritatem negare. Nam vbi Testes delictorum circumstantias commemorauerint, titubabit facile reus, nec poterit commodas adducere responsiones. *l.si postulauerit §.quæstio.ff. ad l Iul.de adult. Cartar. qui alios allegat.lib.3 cap.1.nu.82.& seq. & lib.3. cap 3 num 28.& seq.* Vbi tradit formam faciendi huiusmodi confrontationem, & vtrobique dicit, quomodo in crimine hæresis sit procedendum, super quo vide etiam Franc. Pegnam. *3.par. direct. comm. 23.num.101.*

Nos pro aliquali huius materiæ notitia, qua poterimus, iuxta institutum nostrum, breuitate præmittemus quædam, quæ ad confrontationem requiruntur: postea nonnullas declarationes subiungemus, vltra ea, quæ diximus supra. *lib.1. § 7. cap.1. & eodem cap. sec.1. num 15. & quæ adducit Vermig.conf.257. per totum.*

4 Requiritur primo, quod Testes deponant aliquid quod directè contrarietur ei, quod Reus dixit in suo examine: Et facienda est confrontatio, quando testes de visu contra reum deponunt. *Clar.q.25. §.fin.vers.sed in proposito. Cart lib.3. cap.1. nu.88. de inter.reor.*

5 Deinde debet Iudex omnino præsente Reo deferre iuramentum testi, etiam si in primo examine iurauerit, vt dixi, alioquin nulla esset confrontatio. *Bursat. post Bertaz. quem allegat conf.192 nu.35. & conf.201. num.109. lib.2.* quem cum alijs citat *Cart. de inter.reor.lib 3.cap 3.num.28.vers aduertat Iudex.*

6 Confrontatio etiam debet fieri separatim vnius Testis post alium, quando sunt plures. *Hond.conf. 101. num.30.lib.1. Guaz.def.20.cap.20. nu.4. Cartar.de inter.reor.cap.1. num.95. & lib.3. & cap.3. num.28.*

7 Præterea confrontatio, maximè quando est torquendus Reus denegatis defensionibus, debet fieri relicta sola substantia, & tacitis qualitatibus, & circumstantijs delicti, ne Iudex suggerentis potius, quam interrogantis vice fungatur. *Far.q.72.n.139. vers.quando & num.144.& 226. num.3.7. & 41. Guaz.def.20.cap.20.num.8. & 9.*

8 Declara primo vt testes cogi, & cõpelli possint ad confrontationẽ sicut ad testificandũ cogi possunt. *c.dilectorũ. de test.* Et ibi cõmuniter DD. *Cart.de inter. reor.c.1. n.93. lib.3.* Vbi dicit secus esse in crimine hæresis. *Frãc.Peg. schol.28.ad direct. inq.* vbi addit, quod suspicari possimus testes recusantes deuenire ad confrontationem, falsa contra reum deposuisse.

9 Declara secundo, vt repetitio Testium pro Curiæ informatione examinatorum necessaria nõ sit, quando fuerunt ad faciem Rei cum facultate illos interrogãdi confrontati. *tex.in cap in primis.2.q.1. Clar. §. finali.quæst.45.num.14.* Vbi *Baiard n.63. Afflict.in cõst.Regni.lib.1.tit.de homicid. clandest. rub.27.cap. si damna clandestina.num.36.& 37. & lib.2.tit.de his, qui fideiussores dare possunt.rub.10. num.15 in fine. Hond.cons. 10. num.1.lib.1.Farin. q.72.num139.Cabal.resol.crim.caf.260.à num.15. vsque ad 18.Guaz.def.20. cap.19. num.10. Cartar. de inter.reor.lib 3.cap.1.num.84.*

10 Declara tertio, vt nihilominus possit instare Reus, vt huiusmodi Testes confrontati cum ipsius interrogatorijs repetantur, eo quod confrontatio supplet defectum citationis, non interrogatoriorum. *l.si postulauerit. §.quæstioni. ff.de adult.ad notata per Salyc.in l. fin. in fin. C.de quæst.Ang. Aret.de malef verb.quod fama publica.num.11. vers.quaro qualiter in fine Blanc.tract.de indic.num 21. vers. tertio præmitto Bertaz.conf.crim.1. num.26. lib.1. Bursati conf.20.num.65.lib.1.conf 201. num.145. lib.2.cõf.311.nu.4.& sequen.lib.3. Hond.conf.101. num.26.cum seqq.lib.1.Far.q.72.num.144 Guaz. def.20 cap.21 num 5. & seq. & def.24.cap.8. n.10. Vermig.conf. crim.257.num.2.* Qui tamen *num.4.* optimè procedit distinguendo, nempè non esse locum repetitioni, si Reus non sit rudis, sed sagax, & per se fecerit interrogatoria, nullo iure repetendi reseruato.

11 Et propter hoc confrontatio de stylo non fit nisi in Tribunali Gubernatoris, qui habet in facultatibus, vt talis confrontatio ita afficiat, vt non possit Reus instare post cõfrontatiobem, quod Testes repetantur cum suis interrogatorijs, vt etiam diximus supra. *verb.Guber.Vrbis.lib.1.*

12 In quo tamen Tribunali abstinent se Iudices à confrontatione Testium idiotarum cum Reo, quãdo Reus est vafri ingenij, timentes, ne testem circumueniat, & diuersis interrogatorijs in contrarietates, vel in depositionem talem inducat, per quam primi dicti fides destruatur; Vt in Silo teste, Interrogatus publicè: Potest fieri Sile, vt is, vnde te audiuisse dicis, iratus dixerit? annuit Silus: Potest etiam, vt tu non rectè intellexeris? id quoque toto capite annuit; potest etiam fieri, inquit interrogans, vt omnino, quod te audisse dicis, nunquam audieris? Hoc ita præter expectationem accidit, vt testem omnium risus obrueret prout narrat Cicero. *lib.2. de Orat.* vbi docet oratorem nihil esse, quod magis rideatur, quam quod est præter expectationem.

13 Declara quarto, quod licet confrontatio per se operetur quod testes non repetãtur, nisi per reum expostuletur; tamen tunc si ea poscitur quod denuo repetantur cum interrogatorijs dandis per Reum, non nisi expensis interrogatoria dantis fieri debet repetitio. *Hondad. conf. 101. num.27. lib.1. cum ibi allegat.*

CAPVT VII.

Decreta Visitæ circa defensiones dandas, & de copijs Indiciorum dandis Pauperibus, Gratis.

SVMMARIVM.

1 *Defensiones aliquando ipsamet Visita decreuit.*
2 *Ad defensiones faciendas aliquando Visita præfixit terminum.*
3 *Ad defensiones pro paupere conducuntur testes sumptibus Fisci.*
4 *In defensionibus, & processu, & se subijcit Fiscus cōductionis testium: potius quam remissoria, præfixit aliquando Visita modum procedendi absque tortura.*
5 Pauperi danda acta Gratis, vel ostendenda originalia etiam Procuratori Pauperum.
6 Comprobatur quampluribus Visitæ decretis.
7 Pauperi Hebræo his temporibus non dantur Acta gratis.
8 *Pauper, si velit Acta, debet soluere scribenti mercedem.*
9 Pauper gratis Acta recipiens à Notario, tenetur illi cedere iura contra Aduersarium in casu Victoria.
10 *Notarij si pauperibus gratis dent Acta, dolere non debent.*
11 Pauperum non esse reum prætendēte Notario datur ei mandatum contra illius bona.
12 *Viatica soluenda à forensi cum cautione in forma depositi ex decreto Visitæ.*
13 Cautiones extra Statum præstandæ sunt per personas Ecclesiasticas remissiuè.

CIrca decreta emanata à Visita in hac materia opportunum existimauimus subijcere infrascripta sub declarationibus particularibus.

1 Declara primo, vt defensiones aliquando ipsimet Visitatores in actu Visitæ decreuerint. 1532. 27. Feb Sab. *Presbyter Herbius de Leonissa. Audiatur in defensionibus suis, & quatenus opus sit, restituatur aduersus lapsum termini.* * 1535. 16. Ian. Nonæ. *Franciscus Hispanus. Facto actuali deposito scutorum quinquaginta duorum admittatur ad defensiones suas, & D. Gubernator expediat.*

2 Declara secundo, vt etiā consueuerit Visita præfigere terminum ad faciendas defensiones. 1534. 14. Mart. Cap. Laurentius. *D. Petrus. Præfixo aliquo competenti termino ad faciendum suas defensiones, & illo elapso illum expediat, & iustitiam faciat, etiā arbitrio, & auctoritate Visitæ.* * 1558. 6. Aug. Nonæ. *Quintilianus, Faustinus, & Antonius de Monter. Domini præfixerunt Quintiliano, alijs Massarijs terminum decem dierum ad faciendum suas defensiones præsentibus, & audientibus dictis Quintiliano, Faustino, & Antonio.*

3 Declara tertio, vt in paupere decretum fuerit conduci Testes sumptibus Fisci. 1550. 6. Maij. Nonæ. *Dominicus, & Camillus de Matelica. Quatenus sit pauper, conducantur testes sumptibus Cameræ, saluo cōductu à D. Gubernatore quoad alia.*

4 Declara quarto, vt potius se supposuerit Fiscus testium conductioni, quam concessioni remissoriæ, & præfixerit terminum Visita absque tortura. 1550. 20. Iun. Nonæ. *Abbas Pisanelus. Non concedatur Remissoria, sed scribatur Proregi, quod transmittat testes.* * 1545. 12. Mart. Nonæ. *Franciscus. Iudex alio non apparente circa rigorosum examen, expediat.* * 1551. 29. Ian. Cap. *Martinus. Ponatur ad largam post decem dies immediatè sequentes, & detur copia perfecto examine circa rigorosum.* Vide etiam quæ dicūtur § *sequenti* circa hanc materiam, circa quam plura decreta adducere possemus; sed hæc minutatim prosequi molestæ cuiusdam diligentiæ fortè videretur.

5 Ad alterum in Titulo capitis propositum descēdendo fit conclusio. Pauperibus Acta sunt danda gratis absque solutione mercedis, etiamsi illa non petant, vel ostendenda originalia Procuratori, seu Aduocato Pauperū. *l. nulli. §. post vnius.* C *de Episc. & Cler. l. tam dementis. C. de Episc. aud. Rebuff. de tit. prouis. art. 3 gloss. vlt. vers. octauo quod Iudex. num. 26. 27. & 18.* Vbi inuehitur in Notarios, dicens esse facilius eripere clauam de manu Herculis, quam Acta sine pecunia ab istis Scribis, & Phariseis. post Pap. *dec. 561. Nouar.* Qui de hac constitutione meminit. *de Priuileg. miser. pers. priuil. 77. & ex nostris Cart. de interr. reor. lib. 3. cap 3. nu. 55. Guaz. def. 24. cap 2. num. 7. & 10 & cap. 3. num. 12. vers. nisi fuerit pauper.* Quia tunc etiam stante Statuto, quod copiæ non dentur nisi petentibus, Pauperibus etiam non petentibus tradi debent. *Stat. Vrbis l. 3. cap. 58.* Vbi quod de paupertate statur relationi Aduocati, vel Procuratoris. Ita etiam Pius IV. *in Ref. Trib. Auditoris Cameræ sæpius citata* statuit.

6 Præterea super hoc habemus antiqua decreta Cameralia impressa iam inde ab Anno 1523. quod pro pauperibus ostendantur originalia sine expensis. *§. 11.* etiam cum expressione Testium. *§. 12.* Et quod non debeant torqueri nisi legitimatis indicijs. *§. 15. Append. §. 2. cap. 1. circa finem.* Postea etiam eadem decreta emanarunt de eodem argumento in Visita. 1537. 4. Sep. Nonæ. *Pro conuertitis contra Fiscum. Domini decreuerunt attenta paupertate Monasterij, quod ostendantur Acta Fisci absque confectione registri originalia.* * 1567. 21. Mart. Nonæ. *Antonius. D. Auditor Cameræ expediat, & quoad expensas scripturarum, & indiciorum prouideat, quod sibi gratis dentur.* * 1568. 13. Apr. Nonæ. Rinaldus. *Domini Iudices attenta paupertate, prouideant arbitrio suo quoad visionem scripturarum.* * 1568. 17. Apr. Cap. *Petrus Fachinus. D. Senator expediat, & ostendantur indicia Procuratori Pauperum gratis.* * 1569. 26. Maij. Cap. *Hostilius. D. Iudex expediat, & cogat Notarium ad exhibendum scripturas etiam gratis, attenta ipsius Hostilij paupertate.* * 1573. 9. Iul. Capit. *Vincentius Vascellarius.* Ad D. *Camerarium, qui expediat, & restituantur ei bona, vt possit se defendere, & faciat defensiones in forma Pauperum.* * 1580. 7. Iul. Capit. *Ostendantur originalia gratis D. Aduocato Pauperum pro Margherita.* * 1584. 14. Ian. Capit. *Marsilius. Ostendantur originalia D. Aduocato Pauperum loco copiarum gratis.*

Hæc autem procedunt, etiam si carceratus sit Hebræus pauper. 1529. 10. Ian. Sab. *Simonettus Hebræus. Deferatur registrum ad Iudicem, & cōstito de paupertate tractet eumdem pro paupere, & non relaxetur nisi concordata muliere.* * *Simon Hebræus. D. Vicarius attenta paupertate prouideat, quod Iudex videat originalem processum*. His
7 tamen temporibus non vidi huiusmodi priuilegio frequenter gaudere Hebræos; ea forte de causa quod etiam in hoc iuuentur eleemosynia suæ Vniuersitatis, prout in subministratione alimentorum, de qua dicam infra *lib. 3. §. 5. cap. 7*.

8 Declara primo, vt teneatur Notarius ostendere Aduocato, seu Procuratori Pauperum Acta originalia pro Paupere: si autem egeat pauper illorum copia, puta occasione transumptionis coram alio Iudice; tunc teneatur pauper soluere scribenti mercedem scripturæ, & ipse Notarius teneatur eadem Acta, si opus fuerit, gratia autenticare, seu publicare, vt fuit alias dictum in Congregatione super Obseruatione reformationis.

9 Declara secundo, vt quoad emolumenta debita Notario teneatur pauper illi cedere iura contra aduersarium in euentum Victoriæ litis, vt dictum etiam fuit alias in Congregatione super Obseruatione reformationis.

10 Declara tertio prædicta procedere, etiamsi Reus non sit Pauper; in casu tamen, & iuxta formam infrascripti Decreti Visitæ. 1528. 22. Dec. Sab. *Iacobus de Albano. Si absolutio primi homicidij fuerit sufficiēs, admittatur ei sine aliqua cōfectione Registri, siue extractus; & D. Gubernator, cogat Notarium habentem absolutionem ad producendum in manibus suis*. Dolebunt fortè Notarij, si cogantur absque mercede in casibus prædictis copias tradere; dicentes, quod nimis modica lucra ex suis officijs, titulo oneroso acquisitis, percipiant. Quibus respondendum, ipsis esse imputandum, quod emerint officia, cum hoc onere; etiamsi modica lucra percipiant? Neque enim spectandum, vtrum pauciora accipiant ipsi emolumēta, sed vtrum quod percipiūt iustū sit. Si enim, quod iustum est, fiat, & iniuriā inferentibus, & iniuria affectis lucrum affertur: his quidē ne amplius iniuria afficiāt; istis, ne afficiātur.

11 Declara quarto, vt contendente Notario carceratum non esse pauperem, tunc prouideatur à Visita opportunè illius indemnitati. 1637. 2. Apr. Nonæ. *Dominicus. Præstito consensu, prout præstitit, relaxationi mandati contra bona propria pro satisfactione mercedis Notarij pro processu, dictus processus tradatur D. Aduocato Pauperum.* * 1637. 25. Iun. Sab. *Cæcilius Marci Antonij, & alij. Detur processus Procuratori Pauperum, & mandatum contra eorum bona Notario.*

12 Declara quinto, vt si Carceratus non sit Incola Vrbis, nec in Vrbe habeat bona, tunc prouideatur mediāte cautione, vt fuit factum pro viaticis. 1637. 10. Dec. Sab. *Andreas. Data cautione de non offendendo, etiam in partibus, sub pœna scutorum 200. & in alia de se repræsentando, necnon alia cautione in forma depositi de soluēdo Viatica vsque ad summam scutorum 150. etiam in partibus recipiendorum, relaxetur.*

13 Declara sexto, vt si aliquando admittantur Rei ad cauendum extra Statum Ecclesiasticum, ponatur in decreto. *Dummodo cautio præstetur per personas Ecclesiasticas, quia cum sint Foro Ecclesiastico subiectæ in Tribunali Auditoris Cameræ possunt conueniri*, vt alibi etiam diximus.

§. VII.

NEMO TORQVEATVR NON LEGITIMATO PROCESSV.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non inferatur nisi legitimatis indicijs ex Constitutione Paul. III.*
2 *Pauperibus dentur indiciorum copia gratis ex Constitut. Paul. III.*
3 *Interrogatoria nisi dederit Fiscus infra terminum, testes examinentur sine, ex Constit. Paul. III.*
4 *Testes plerumque dubitatum ne falsum deponant.*
5 *In repetitione est citandus Reus, vt det interrogatoria.*
6 *Testium qualitas inuestiganda antequam dentur interrogatoria.*
7 *Interrogatoria si non sint euacuata, instandum pro noua repetitione.*
8 *Interrogatoriorum magna vtilitas.*
9 *Testes ad defensam non sunt producendi absque discrimine.*
10 *Circa Testes ad defensam quæ diligentia adhibenda sit ex Quintiliano.*
11 *Fisco citato non dante interrogatoria examinantur Testes sine.*
12 *Testes ad defensam in Curia examinantur præsente Substituto Fiscali.*
13 *Tortura inferri non potest processu non legitimato.*
14 *Tortura inferri potest non repetitis testibus, si declarentur pro legitimè examinatis.*
15 *Repetitio tunc non est necessaria, si declaratio sit velle habere testes pro ritè & rectè examinatis.*
16 *Reus non potest cogi ad declarandum se velle habere testes pro ritè & rectè examinatis ex Const. LXXI. Paul. V.*
17 *A repetitione non releuatur Fiscus, si declaratio fiat cum reseruatione*, præter absentes, mortuos, saluis exceptionibus, & iure repetendi.
18 *Testis mortuus habetur pro iurato, & repetito in Ciuilibus; secus in Criminalibus.*
19 *Testis, qui simpliciter declarauit velle habere testes pro ritè examinatis, potest reuocare declarationem.*
20 *Regula*, Quod semel placuit &c. *non procedit in ijs, quæ sunt publici iuris.*
21 *Repetitio non est necessaria in processu contumacialı.*

22 Re-

22 *Repetitio in processu contumaciali non est facienda, quando Reus citatus contumax factus condemnatus est.*
23 Repetitio *testium non fit* Reo *comparēte post annum, si contumacia eius non fuit nulla.*
24 Repetitio *testium non fit reperta excessiua sentētia, sed eam moderatur Iudex ad pœnam condignam.*
25 *Sponte comparens infra annum post sententiam auditur, & quomodo hoc procedat.*
26 *Contumax, qui commisit delictum impunibile, auditur absque eo, quod admittatur ad nouas defensiones.*
27 *Repetitio testium reperta contumacia nulla, quia non fuerunt seruata acta iudicialia.*
28 *Contumax comparens post terminum banni antequam secuta sit declaratio, auditur.*
29 *Repetitio testium fit, si confessio* Rei *detegatur nulla.*
30 *Repetitio in Criminalibus magis aduertenda quam in Ciuilibus.*
31 *Pœna corporalis minima maior qualibet pecuniaria.*
32 *Criminalis causa dicitur maior ciuili, & praeferenda.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ET nullus torqueatur nisi legitimatis prius indicijs, & Testibus pro indicijs examinatis, & repetitis, carceratis, & Procuratore Pauperū in legitimatio-2 ne, & repetitione citatis. Et Pauperibus arbitrio Iudicum, de quorum mandato detinebuntur, indiciorum copia gratis tradatur, vel processus 3 cum indicijs Aduocato Pauperum sine aliqua impensa ostendatur. Et si Procurator Fiscalis ad dandum interrogatoria citatus illa infra terminum in citationibus contentum non dederit Testes pro Carceratorum defensione examinari sine interrogatorijs debeant.

ADuertendum est, dum *in dicto §.* dicitur *Carceratis & Procuratore Pauperum in legitimatione, & repetitione citatis*, id faciendum esse, 4 vt omnia legitimè, ex fide, & absque omni suspicione peragantur. Multorum enim hominum scultas, atque malitia magna est: præsertim hoc exulcerato sæculo, quo non solum difficiles se non præbent ad perhibendum testimonium in causis capitalibus; sed vltrò se se ingerunt ad testandum, vel spe lucri, quod sordidum est; vel vt inimico suo noceant, quod est execrandum; vel vt gratiam ineant apud eos, qui captiuum è medio sublatum cupiūt, 5 quod est abominandum. Citari quoque debet carceratus, & Procuratores, vt possint dare interrogatoria contra personas, & dicta Testium, quod est maximum commodum Carceratorum; quo, ne priuentur, instabit Procurator, vt ad singulas interrogationes exactè examinentur, addita protesta-6 tione se pro nullo examen habiturum. Ad hæc Testium qualitatem, conditionemque diligenter inuestigabit, ac dicta eorum perpendet, vt scire possit, quid in interrogatorijs ponendum sit ad tollendam eorumdem testium probationem; cum interrogatoria dentur ad fidem testis diminuendam. 7 *Farin. cons. 92. num. 4. 5.* Quibus testibus examinatis aduertere debebit Procurator, an rectè auditi sint, aut iurati deposuerint, an ad intertrogatoria singula examinati responderint. Nam si deprehenderit Procurator super interrogatorijs non exactè fuisse examinatos, curabit, vt examinis fiat repetitio, etiam post publicationem. *Felin. in cap. per tuas. & cap. cum causam. de test. Abb. in cap. Fraternitatis. nu 4. vers. quartodecimo cum aliqui testes. de testib & in cap. constitutus. num. 2. eodem tit.* Bart. *& alij in l. produci. ff. de testib.* Vbi videtur, quod quando defectus est, examinatis semper detur repetitio.

8 Est quidem maxima interrogatoriorum vtilitas, quæ neutiquam negligenda est. Etenim cum aliqui homines testimonium perhibituri faciles sint, nec satis perpendant, quid dicant, super interrogatorijs pro carcerato datis examinati tanquam è profundo quodam somno expergefacti, consideratius testantur, ne de contrarietate, vel falsitate redarguantur. Illud præterea hoc loco subijciendum arbitramur, quod Quintilianus grauis auctor *lib. 7. cap. 7.* hac de re disserens acutam vocat interrogationem, quam circumspectam esse debere dicit, cuius eum ponit effectum, vt testis in aliquod responsum incidat, post quod illi vel fateri, quod volumus, necesse sit, vel ijs, quæ iam dixit, repugnare; & fieri asserit, vt, repetita percunctatione, priora sequentibus applicando, sæpè Testes perducantur ad hoc, quod fieri solet, vt inuitis extorqueatur, quod prosit; Quod si ex voto successerit, carcerati causa in vado erit.

9 Si vero fides Testibus non tollatur mediante repetitione; vt supra, facienda; itaut pro defensione rei ad examen Testium sit deueniendum, sollicitè prouideat Procurator, ne absque discrimine Testes producat tales, qui aut nihil scire de causa profiteantur (frustra magnis sumptibus euocati) aut in præiudicium carcerati sint testaturi; quibus plena fides adhiberetur contra inducentem. *l. si quis testibus. C. de test. Bar. in l. Lucius. de fideiuss.* Proinde ne tale quid eueniat, faciet Procurator, quod Quintilianus facīēdum præscribit his verbis: *Multum igitur domi ante versandi, ac varijs percunctationibus, quales haberi ab Aduersario possunt, explorandi sunt: sic fit, vt aut constent sibi, aut, si quid titubauerint, opportuna rursus eius, à quo producti sunt, interrogatione velut in gradum reponantur;* Adijcit idem Quintilianus, quæ sequuntu: *In his quoque adhuc, qui constiterint sibi, vitanda*

tanda sunt insidia; nam frequenter subijci ab Aduersario solent, & omnia profutura polliciti, diuersa respondent.

11 Vltrà verba supra relata *huius §. 7.* sunt etiam sequentia. *Si Procurator Fiscalis ad dãdum Interrogatoria citatus, illa infra terminum in citationibus contentum non dederit, Testes pro Carceratorum defensione examinari sine interrogatorijs debeant.* Ex quibus constat, quod, si Procurator Fisci ad dandum interrogatoria citatus distulerit, Testes absque interrogatorijs prædictis ad rei defensionem examinati, alia repetitione non egeant. *Decian.* qui regulam constituit. *resp. 51. nu. 121. in*

12 *fin. lib. 2. Far. q. 73. num. 37* Hodie in Curia cessat huiusmodi difficultas, cum Fiscalis Procurator, vel alius pro eo examini defensiuo consueuerit assistere. *Guaz. def. 28. cap. 6. num. 3.*

13 His igitur præmissis fit conclusio: Processu informatiuo non legitimato, testibusq. pro informatione Curiæ examinatis, non repetitis citato Reo cum ipsius interrogatorijs, si illa dabit in termino præfixo; nemo regulariter torqueri potest. *Afflict. post Abbatem. dec. 391. num. 3. Clar. in §. final. q. 49. num. 1. Far. q. 72. à num. 136. & per tot. Farinac. q. 39. nu. 99. Guaz. def. 21. cap. 1.* Hoc vero procedit etiamsi reus compareat post terminum bannimenti ante sententiam; immò etiam post sententiã iuxta terminos lim. 3. infrascripta; licet Constitutio Marchiæ *lib. 4. cap. 10.* disponat, quod Reus non comparens in termino bãni habeatur pro confesso, & conuicto, atque etiam contumace. *Farin. cons. 5. num 89. & 97. & q. 11. nu 3. vers. præmitto quarto.* Ratio est, quia testes, cum fuerint nulliter examinati sine citatione partis, nullam fidem faciunt, nec contumacia per se sola sufficiens est illos legitimare.

14 Limita primo, nisi Reus huiusmodi Testes pro ritè & rectè examinatis se habere velle declaret. *Gabr. cons. 178. num. 19. lib. 1. Vulpell. resp. 68. nu. 7. Far. q. 72. num. 149 Guaz. def. 24. cap 6 nu. 2 & seq.*

15 Declara primo dictam limitationem ad hoc, vt Fiscum ab onere repetendi releuet talis carcerati declaratio sic concipi debeat: *Velle habere testes pro ritè, & rectè examinatis, seu pro repetitis.* Ita *Gabr. cons. 178 nu. 17. lib. 1 Vulpell. cons. 12. nu. 18. & cons. 32. num. 1. & 6. Hond cons. 101. nu. 33. lib. 1* Adeo vt nec etiã sufficeret Reum institisse pro copijs, & illas accipere, vt post prædictos tenuit *Far. q. 72. num. 155 Guaz. def. 24. cap. 8. num. 2. & seq. & num 9.*

16 Declara secundo, vt ad talem declarationem faciendam Inquisiti arctari non possint, vt in verbis expressis Const. LXXI. Paul. V. *Tit. de Iud. in cau. crim vers. neque cogantur. Far. q. 72. nu. 157. cum seq. Guaz. def. 25. cap. 1. vers. ac etiam. post Add. ad Bertaz. late cons. 91. litt. D.*

17 Declara tertio, vt non sufficiat declaratio præfata ad releuandum Procuratorem Fiscalem ab onere probandi, si fiat cum solita protestatione, & restrictione; videlicet præter absentes, & mortuos, & saluis exceptionibus contra personas, & dicta Testium, saluoque iure illos repetendi, de qua in cit. Constit. LXXI. Paul. V. *& per Cart. de inter. reor. lib. 3. cap. 3. nu. 64. cum seqq. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 49. num. 34.* Nam talis protestatio demonstrat animum declarantis noluisse habere Testes pro ritè examinatis. *Guaz. def. 24. cap. 8. num. 4. vers quod ego. Et num. 5.* Remouet enim sensum ab actu, & dat sine mente sensum. *Bal. Ang. & Castrens. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Surd. cons. 356. n. 21. Rot. dec. 218. num. 1. par. 5. recent.* Tunc enim non solum absentes, sed etiam mortui non habentur

18 pro repetitis. Nam licet alias in ciuilibus causis mors habeatur pro iuramento, & Testis mortuus pro repetito habeatur. *Gail. obser. 103. num. 7. circa finem lib. 1. Surd. dec. 103. num. 7. Rot. decis. 587. num. 4. par. 2. rec.* in Criminalibus tamen nunquam huiusmodi defectus ex morte suppletur. *Foller. in pract. in ver. & demum repetantur testes. num 6. 2. par. 2. Hond. cons. 101. num. 12. lib. 1. Caball. resol. crim. cas. 169. num. 8. Far. q. 72. numer. 129. & & 133. Guaz. def. 24. cap. 9. nu. 16. vers. contrariam opinionem.*

19 Declara quarto, vt etiamsi fieret simpliciter, vt diximus supra. *Declar. 1.* posset nihilominus reus declarationem, & consensum suũ reuocare. *Guaz. def. 24. num. 10. Hond. cons. 101. num. 33. Gabr consil. 178. num. 9.* quia, inquit, in his, quæ publici iu-

20 ris sunt, non procedit regula: *Quod semel placuit &c.*

21 Limita secundo, si secuta declaratione super cõtumacia reus habitus fuerit pro confesso, si compareat post talem declarationem reus etiam ante sẽtentiam. Contumacia enim non resultat ex sola non comparitione per ea, quæ diximus supra *num 13.* sed requiritur etiam Iudicis declaratio. *Clar. q. 44. num. 82. Boss. de ban. null. num. 7. in fin. cum plur. alijs allegat. per Scac. de iud. lib. 1. cap. 97. num. 74. ver. contraria opinio.*

22 Limita tertio, & multo magis, vt necessaria non sit Testium repetitio, quando Reus citatus contumax factus condemnatus est. *Clar. §. fin. q. 45. numer. 13. vers cæterum. Cart. de exeq. sentẽt. cap. fin. num. 175. Hond. cons. 101. num. 23. lib. 1. Far. q. 11. num. 105. & q. 72. num. 100. Guaz. def. 24. cap. 9. numer. 14. qui allegat Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 98. num. 7.*

23 Declara primo dictam limitationem tertiam intelligendam esse quando reo capto, vel comparente post annum à die latæ sententiæ, iuxta formam Constitut Pij V & eo non admisso ad nouas defensiones; vel admisso, reperitur quod contumacia eius non fuerit nulla. Tunc enim non repetuntur testes, sed debet reus ostendere innocentiam suam. *Bald. in l. ita demum. C. de Procurat. in fini. Farinacc. q. 11. num. 100. & seqq.*

24 Declara secundo, vt si sententia sit excessiua, nulla repetitione testium, & absque eo, quod reus admittatur ad nouas defensiones, moderetur sententiam Iudex ad pœnas condignas. *Farinac. d. quæst. 11. num 62. & cons 111. num. 9.*

25 Declara tertio, vt comparens spontè infra annum post sententiam latam non à Principe (vt alij, qui capti infra annum, vel post annum comparent, vel capti sunt, admittuntur ad nouas defensiones) sed ab ipso Iudice auditur, & admittitur ad nouas defensiones; si sententia fuerit lata ex solis indicijs: secus si ex indubitatis probationibus. Tunc enim tenetur docere de Innocentia. *Far. q. 11. num. 104. in 4 limitat.*

26 Declara quarto idem statuendum esse in eo, qui commisit delictum impunibile. Hic enim non obstantibus Cõstitutionibus Apostolicis, auditur absque eo, quod fuerit admissus ad nouas defensiones, præsertim si in incontinenti doceatur, quod occisus e.g. impunè occidi poterat. *Marc. Ant. Eugen. cons.20. per totum. Farin. cons.101. num.47.*

27 Hanc tertiam limitationem restringe, vt nõ procedat, quotiescumque contumacia est nulla, eo quod Acta contumacialia non fuerint ritè & rectè seruata. Hoc enim casu reus admissus ad nouas defensiones potest expostulare testium repetitionem, & Iudex tenetur illi concedere. *Merlin. Pignatel. discept. forens. cap.22. num.10. Farinac. consil.205. num.22. & quæst.11. num.205. in fin. vers.*

28 *limita 6.* Aduerte hoc non procedere in Bannito, qui comparet post terminum banni elapsum. Nam tunc auditur non obstante Constitutione Marchiæ. *lib.4. cap.* 10. disponente reum haberi pro confesso post elapsum terminum banni. Siquidem illa intelligitur sequuta declaratoria. *Farin. dicta quæst.11. nu.102. vers. licet enim.* Quod doctè, ac subtiliter comprobat egregius Iurisconsultus, Illustriss. D. meus Petrus Franciscus de Rubeis Aduocatus Fiscalis pro veritate consultus: cuius consilium opportunum putauimus ponere. *Append. §.3. num.33.*

29 Haud omittendum, quod dixi in tertia limitatione, non procedere, si reus confessus sit in tormentis per errorem, vi tormentorum, per metum, aut alias contra veritatem. Nam tunc sunt repetendi, seu denuo examinandi testes. Guaz. *def.24. cap.9. num.8. & 13. & Far. cit. q.12. num.105.*

30 Caueant itaque multò magis Iudices in causis criminalibus, quam in ciuilibus, ne defectus contingant, cum in his de vita hominum tractetur. *cap. vbi periculum. de elect. in 6. Bar. videndus in l. addictos. de app. Buccar. de diff. int. Iud. ciu. &*
31 *crim. 4. præmiss. num.3.* Nam pœna corporalis maxima. *l. in seruorum. in fin. de pæn. Menoch. de arb. cas. 447. num.12. Far. cons.70. num.52.* Ideo
32 causæ criminales dicuntur maiores. *l. fin.* Ibi: *maius merito minori præfertur. C. de ord. iudic. gloss. in l. Et in maioribus. C. de appell. Clar. in § fin. initio. Far. q.100. num.59. & per tot.* Vnde ad reddendum in hoc magis cautos Iudices existimauimus opportunum esse hic inserere nonnullos errores, qui olim & nostris etiam temporibus successerunt incuria ipsorum Iudicum, ac etiam ex alijs causis, vt alienis periculis edocti, omni diligentia adhibita, veritatem indagare non desistant.

CAPVT I.

De captis, & condemnatis per errorem.

SVMMARIVM.

1 *Exemplis non iudicandum, sed legibus.*
2 *Exemplum est rei gestæ narratio ad persuadendum id, quod intendimus.*
3 *Exemplis uti leges non dedignantur.*
4 *De similibus ad similia procedendum.*
5 *Exempla magis mouent quam verba.*
6 *Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.*
7 *Exempla in rebus dubijs animum iudicantis mouent.*
8 *Ruina præcedentium est doctrina sequentium.*
9 *Exemplis vti in arte sua maximum est artificium ex Tullio.*
10 *Præsentia secundum præterita sunt regulanda.*
11 *Innocens damnatus à Ioanne Capistrano præ dolore moritur.*
12 *Damnati per errorem in causa Grassationis refertur casus.*
13 *Damnati per errorē in causa furti refertur casus.*
14 *Per errorem, seu per iram crudele facinus factum à Pisone.*
15 *Damnandi per errorem in causa impostura casus refertur.*
16 *Rei aspectu, & responsis Iudices plerumq. eorum innocentiam detegunt.*
17 *Iudex de innocentia Rei dubitans nõ condemnet.*
18 *Innocentiam Rei, cum Iudex præsentiret, quid egerit.*
19 *Damnati per errorem in causa homicidij casus refertur.*
20 *Veritas indagatur etiam in excutiendo sermone Rei, respondentis voce, alacritate, constantia.*
21 *Innocentia securitas hilarem facit etiam eum, qui detinetur pro Reo.*
22 *Gaudium, & silentium non conueniunt in eodem subiecto.*
23 *Eloquentia non est res tristis.*
24 *Lætitia garrula est res. Alia de lætitia, & gaudio.*
25 *Indicia animorum in serenis frontibus perleguntur ex Symacho.*
26 *Pluralitas nominum, & demonstrationum quando concurrunt, quid agendum remissiuè.*
27 *Damnato per errorem ante executionem sententia sponte se constituit Corradus verus Reus.*
28 *Veritas delictorum subtiliter indaganda a Iudicibus etiam ex officio.*
29 *Contumax qui iure Statutorum est condemnandus, licet non possit per procuratorem audiri, auditur tamen per innocentia defensorem, vbi proceditur ampliatiuè.*
30 *Laici Iudices an possint nõ cõdemnare degradatũ Clericum ad mortem si ipsis ita visum fuerit.*

1 LIcet legibus, & non exemplis sit iudicandum. *l. nemo. C. de sent. & interl. omn. iud. Surd. consil.34. num.21.* Et non quod alicubi fit, sed, quod de iure fieri debet, attẽdatur. *l. sed licet. de off. præs. Bertaz. cons. crim.225. post num.59. & cons.556.*
2 *in fin.* Nihilominus, cum exemplum sit rei gestæ, aut vt gestæ vtilis commemoratio ad persuadẽdum id, quod intendimus; & sumatur potissimum, aut ex similitudine, aut ex dissimilitudine, aut ex contrario. In similitudine aliquando ex maioribus ad minora; aliquando ex minoribus ad maiora exempla
3 deducuntur. Hoc genere probationis nostræ leges vti non sunt dedignatæ, & propterea aliquando etiam exemplis iudicant. *l. nam Imperator. & ibi gloss. ff. de leg. & optima gloss. in cap. fin. dist.20. & Ioannes Andrea in cap. in causis. num.4. vers. iudicare de sent. & re iud. Abb. in cap. afferte. num.1. vers.*

verſ. nota quod exemplis de præſumpt. & pleniſſime Domin. de S. Gemin. in c. fin. col. 2. diſt. 20. & ibi Præpos. num. 6. verſ. recita per contrarium. col. fin.

4 Hinc eſt, quod etiam frequenter admoneamur, vt de ſimilibus ad ſimilia procedamus. *l. non poſſunt.* & ibi *gloſſ. ff. de leg. & cap. 1. §. ſed quia natura. Quæ fuit p cauſ. benef. amitt. Dec. in l. quod ſe. verſ. ſecundo limitatur. col. penult. ff. ſi cert. pet. & Iaſ. in l. 1. nu. 13. verſ. ego nunc fortiter dubito. C. de tranſact.*

5 Verum eſt enim quod moueant magis exem-

6 pla quam verba. *c. ſerui. diſt.* 13. quodque ille di-

7 catur felix, quem faciunt aliena pericula cautum, & quod exempla Principum in rebus ſaltem dubijs ſatis animum iudicantis mouere debent. *Afflict. dec. 383. num. 2. Menoch. conſ. 403. nu. 83. Surd. conſ. 403. num. 83. Gratian. diſcept. 544. nu. 33. 34.*

8 & 35. Quemadmodum a pueris erecti lateres; vbi primus procubuit, omnes mutuo impulſu procumbunt, ſic exemplum præcedentium ſolet eſſe doctrina ſequentium; vt ex *Senec. tradit gloſſ. in verb. lapſum. c. citius iunct. c. ſi enim. in fin. de pœnit. diſtin. 2.* Hinc dixit *Tull. lib. 4. Rhet.* Maximum ar-

9 tificium eſſe in arte ſua poſſe alienis exemplis vti. Nam, qui ſciunt, quod alijs acciderit, facile ex eorum euentibus poſſunt ſuis rationibus prouidere.

10 Præſentia enim debent regulari ſecundum præterita; conſiderando, quid in illis bene, vel malè euenerit; laudatum nè, vel reprehenſum ſit. *l. exigendi. circa fin. C. de procur. cap. mandata. de præſumpt. in fin.* Ibi: Ex tranſacta in te vita didicimus, quid de ſubſequenti conuerſatione præſumamus. *l. de minore. circa fin. ff. de quæſt.* Interrogationi quæ in Sacris litteris. *Eccleſiaſt. c. 1.* fit ſcilicet; *Quid eſt, quod fuit?* Reſponſum audimus; *Ipſum, quod futurum eſt*, & quia ars longa, vita breuis, dum, vt notum eſt, breue & efficax eſt ad virtutem iter per exempla, ſpe mortaliũ animos ad præclara quæque conſideranda inuitante ac ducente, valde expedit hac via incedere. Eorum, qui propter ſæuitiam tormentorũ confeſſi, & condemnati fuerunt, plurima ſuppetere exempla dicit Symachus, qui vnũ commemorat. *Cathol. Inſt. 65. nu. 84.* Nos ad ea, quæ præmiſimus ſupra, properemus.

Præter illud, quod refert Valerius Maximus. *lib. 8. cap. 4.* de M. Agrij Argentarij ſeruo, de quo ſupra proxime. *Tit. Qua circumſpectione procedendum ſit in tormentis inferendis*: Vbi etiam aliud exemplum poſuimus; legitur de B. Ioanne a Capiſtrano

11 olim magno Fiſci Patrono in Vicaria Neapolis; qui cum fingeret de mandato Ladislai Regis fore caput amputandum filio vna cum Patris, cum tamen filius innocens eſſet; ſupplicio paterno aſſiſtens, tanto timore correptus eſt, vt illico deceſſerit. Quod adeo graue conſcientiæ Ioannis viſum fuit, vt ſtatim renuncians officio familliæ S. Franciſci ſe mancipauerit; in qua eiuſmodi vitam in pœnitentiã peccati duxit, vt inter Sanctos relatus fuerit; vti poſt Parid. de Put. teſtatur *Boſſ. de exam. reorum. c. 1. nu. 4. Gar. conſ. 83. in addit litt. D. Taſſon. de Antepbat. verſ. 3. obſeru. 3. nu. 159. Lucatell. inſp. 4. num. 81.* Nec mirum: quid enim operari non potuit Religio hæc S. Franciſci quæ tamquam prodigium facta eſt vniuerſis, egena, nuda, ſpoliata in terris; in veſtitu deaurato virtutum circu mdata varietate, vt diuinum, ac cæleſte dicendum ſit potius, quam humanum opus.

12 Nec deſunt exempla noſtri temporis. Sub Pontificatu Paul. V. Graſſatio quædam patrata fuit prope Romam in loco *Caua degli Aglieri* nuncupato, cuius occaſione contra quoſdam ouium Cuſtodes in Tribunali Vrbis Gubernatoris proceſſu inſtructo, ac indicijs grauibus reſultantibus, vnus eorum in tormento Vigiliæ pœna, doloreque fatigatus mortem ſubijt, alij verò ad perpetuos triremes ex prædictis indicijs damnati fuerunt. Quia verò tempus omnia reuelat: ex quo, *Veritas dicitur filia temporis*; duobus poſt annis elapſis contigit, vt nonnulli latrunculi, qui ficedulas furto ſurreptas ad Vrbem vendendas ferebant, carceribus fuerint mancipati, & examinati. Inter alia crimina graſſationem, vt ſupra, in d. loco ante duos annos cõmiſſum confeſſi ſunt, & ſuſpenſi, in parteſque diſſecti eodem in loco quo ſcelus patrarunt. Nocentes tanti criminis pœnas luerunt, & innocentes Paſtores à Triremibus reuocati. Cuius facti Iudex ſtupore correptus foro valedixit, ac tanquam voce ſibi de Cœlo demiſſa, Capuccinorum Religionem ingreſſus, & profeſſus eſt.

13 Anno 1628. Baiulus quidam in Curia Burgi carceratus confeſſus fuit multa ſe furta in Palatio Apoſtolico diuerſis temporibus perpetraſſe, & in ſocium ad furta committenda Cœmentarium quemdam adhibuiſſe. Is à Iudice interrogatus imperturbato animo ſe innocentem proteſtabatur, & conſtanter aiebat Virginem Deiparam miraculum edituram; ob quã humiliter illam deprecabatur. Iudex exiſtimans innocentem Coementarium denuo Baiulum interrogauit de veritate. qui eodem tenore reſponſionum affirmabat delicta præfata cum Coementario commiſiſſe. Euenit paulo poſt, cauſa nondum finita, vt Cœmentarius à Beatiſſima Virgine exaudiretur. Elapſo trium menſium ſpatio veri fures carcerati ſunt, qui bona furto ſublata indicarunt, vnde Baiuli mendacium etiam in perniciem propriæ vitæ detectum fuit: Ecce Baiulus vna cum Cœmentario penitus innocente periculis exemptus: Interrogatus vero cur tam conſtanter de furto a ſe facto in perniciem propriæ vitæ depoſuiſſe, vernaculo ſermone reſpondit; *Non mi curaua di morire per vſcire de' faſtidij*. Baiulus iſte non obtinuiſſet liberationem ab humanis miſerijs,

14 etiam ſi Innocens, ſi pro Iudice habuiſſet Cn. Piſonem: de quo *Senec. 1. de Ira* refert. Cum iratus duci iuſſiſſet eum, qui ex Comeatu ſine commilione redierat, quaſi interfeciſſet, quem non exhibebat: roganti tempus aliquod ad conquirendũ non dedit; cumque damnatus, extra vallum deductus eſſet, iamque ceruicem porrigeret, ſubito apparuit illi Commilito, qui occiſus videbatur: Tunc Centurio ſupplicio præpoſitus condere gladium ſpiculatorem iubet: damnatum ad Piſonem reducit: redditurus Piſoni innocentiam, quam militi fortuna reddiderat. Ingenti concurſu deducuntur; complexi alter alterum cum magno gaudio Caſtrorum Commilitones. Conſcendit Tribunal. Iudex Piſo, ac iubet duci vtrumque, & eum militem, qui non occidit, & eum qui non perierat. Quid hoc indignius? quia vnus non apparuerat, duo peribant. Piſo adiecit, & tertium. Nam illum Centurionem duci iuſſit. Conſtituti ſunt in eodem loco perituri

Cc 2 tres

tres ob vnius innocentiam. O quam solers est iracundia ad fingendas causas furoris! Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es; Te quia causa damnationis commilitonis fuisti; Te quia iussus occidere, Imperatori non paruisti. Excogitauit quemadmodum tria crimina faceret, qui nullum inuenit.

15 Item circa annum 1629. N. Germani fratris necem, vt bona omnia occuparet, meditans, libellum famosum composuit, & nomen germani mentitus, illius chirographũ simulauit, & alijsque eiusdem scriptis clam immiscuit: Inter quas, vt à Iudice inueniretur, perfidus frater curauit. His malis artibus vsus est. Etsi Frater contra Fratrem iuxta tex. in *l. si magnum. C. de his qui accus. poss. l. 1. § si seruus ff. de quaest.* in causa capitali non est audiendus, nisi ipsi fratri insidiatus fuerit. *d. l. si magnum. vbi gloss.* vel ageretur de leui crimine. *l. si sermone. C. de his qui accus. poss.* Germano inter Carcerum septa incluso, & examini subiecto ostensa illi fuit dicta libelli adulterina subscriptio tã similis ipsius chirographo, vt is primo aspectu non cogitans quid in eo folio contineretur, tanquam propriam manũ recognouerit; sed lecto per Iudicem libello, acriter, quod verissimum erat, protestatus est, se nunquam ea scripsisse. Quæ animi constantia multũ facit pro innocentia. *l. de minore. § tormenta. circa fin. ff. de quaestion.* Deputatus itaque, sic disponente diuina bonitate, alius Iudex. Is diligenter inspecto processu, & obseruatis verbis fratris instigatoris, falsitatem detexit: relaxatoque innocente contra falsarium instructus est processus.

16 Non rarò contingit, vt ipsimet Iudices ex aspectu illius, qui examinatur tanquam reus, in eius responsis, in alijs actibus, vel, ità mouente sola Diuina clementia, quæ benigno innocentes fauore prosequitur; valde dubitent de commissis criminibus, de quibus carcerati insimulantur, etiamsi contra illos vrgeant probationes. In his adeo vrgentibus necessitatibus nihil tã leue est, quod non interdum etiam contra spem & opinionẽ afferat momenta rerum magnarum, vt dixit Ammianus. *lib. 24 histor. fol. 294.* ac proinde omnia etiam minima perpendenda sunt.

17 Itaque in actu rerum quando huiusmodi causæ dubitandi contingunt, non debent Iudices esse celeres in condemnando, sed imitari Arnaldum Boretum Senatorem Tolosanum in casu simili, quem refert Petrus Pollinus è Societate Iesu in eius Vita: Parisijs impressa anno 1639. *lib. 1. cap. 5. nu. 3.*

18 *fol. 43. vt infra*, Deprehensus erat cadauer cruentum in miseri agro, quo tempore procul ipse non aberat. Accedebant empti testes, qui impudenti constantia Reo in os perseuerabant dicere visum esse illum a se, impetu in innoxium facto prostrasse, vulneribus afflixisse, ad extremum iugulasse. Contra hæc Reus negatione sola nitebatur. Haud dubitando de re visa; condemnatur omnium calculis. Hic Boretus vnus ex Senatoribus, inuocato de more numine, interius pulsari reprehensione vehementi se sentiebat; sententiam non expedire; nec inuenire quidem verba posse, mirantibus cœteris Senatoribus. E quidem, inquit, nec cur vobis non assentiar, habeo; nec possum tamen assentiri. Et pudet hoc ipsum interpellare sine causa, & cogor tamen orare vos iudicium in diem alium differatis tantum, donec istud mihi eximam, quicquid est, scrupuli; tunc sanè nihil morabor. Erat ea viri auctoritas, vt facilè obtineret expetitam moram. Ergo dimisso Concilio egregios Testes ad se vocat, tentat, versat, compatat, per varias interrogationes circumducit. Horum aliqui primum titubare, deinde se collidere, ad extremum & suam improbitatem, & innocentiam rei, & totius Iudicij calumniam fateri: constitit denique Accusatorem ipsum, quo periculum inimico insonti crearet, cadauer in eius agrum deportasse. Quibus prolatis non mediocri lætitia persusus est ob salutem innocentis ex tanto periculo receptam; ità imposterum aucta illi sollicitudo, ne in tanta hominum fallacia, simili quandoquè fraude in transuersum actus, vim sibi permissæ potestatis ad innocentiæ perniciem conferret. Hac eadem sollicitudine induant se Iudices, & adhibita omni diligentia procedant, vbi præsertim agitur de vita hominum, ne salus alicuius innocentis malitia accusatoris periclitetur.

19 Ego quoque, dum Procuratoris Caritatis munere fungebar, defendi imberbem Iuuenem pauperem, & rusticum in Carceribus Turris Nonę detentum, in contumaciam condemnatum in pœna vltimi supplicij pro homicidio in personam filij cuiusdam Molendinarij Rauennæ commisso: Quem cum reperissem iam recognitum, & ad Largam positum inter pauperes, assignato ei, vt moris est, termino trium dierum ad dicendum causam, quare sententia contra ipsum lata executioni demandari non deberet: vidissemque eum inter cœteros carceratos hilari vultu stantem, magno cum gaudio cœteris colloquentem, interrogaui: Audisti ne sententiam capitalem contra te latam, & assignationem termini trium dierum ad dicendũ causam, quare executioni demandari nõ debeat. Ipse alacriter respondit, ego nihil extimesco, cum sim innocens, quasi diceret cum Plauto:

,, *Dum ne ob malefacta pereo, nil æstumo.*
,, *Nihil enim pertimescit Innocentia.*

20 Quod cum audissem, in mentem venit *l. de minori. in fin. ff. de quaest.* Vbi Arcadius monet, vt infra. *Plurimum quoque in excutienda veritate etiam vox ipsa, & cognitionis subtilis diligentia adfert. Nam & ex sermone, & ea, qua quis cõstantia, qua trepidatione quid diceret.* cui consentit Plauti. *In Amphyt.* sententia.

,, *Qui non deliquit, decet Audacem esse,*
,, *Et confidenter pro se, & proteruè loqui.*

Mox apud me tacitus dicere cepi: Hic si esset

21 Reus in hac iuuenili ætate adhuc nescia fingere, non ita lætus, & loquax appareret, nec tam intrepidè responderet. Tandem cepi vehementem de illius innocentia opinionem. Vitã enim hilarem, & beatam efficiunt, vt dixit D. Ambrosius 2. *offic.* tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ. Dicebam enim, vt habet Panegyricus, non potest

22 in eumdem hominem gaudium, & silentium conuenire. Quippe inest gaudio vis cogendi, manca

23 est sine sermone hilaritas. Vnde est vetus prouerbium à D. Hieronyma relatum: Eloquentiam rem

24 non esse tristem, garrula est lætitia. Hæc lætitiæ

25 signa cum viderem in condemnato, cum Symacho, *Epist. lib. 2. epist. 8.* statui: *In serenis frontibus animorum Iudicia perlegi*: Statimque me contuli ad

ad officium Notarij: vbi lectis testium depositionibus, qui illum recognouerant, inueni vnius ex eis depositionem dubitatione factam, & dicentem, *Mi pare che quello, che fece l'homicidio, fosse più grande*. Quare protestatus fui nihil fieri, nisi facta denuo recognitione: Ad illam propterea securius faciendam fuerunt à fisco euocati Testes e Ciuitate Rauennæ, quos conduxit Molendinarius Pater occisi; Qui Romam ingressus statim accessit ad Carceres Turris Nonæ, vbi inter pauperes degebat Iuuenis in contumaciam condemnatus, & ad largam positus. Illo viso lacrymas continere non potuit, affirmans filium suum fuisse occisum à famulo suo barbato, istumque imberbem rusticum, esse innocentem, licet in eo conueniret nomen proprium, & Patris, & Patriæ cum delinquente, quæ sunt tres solitæ demonstrationes sufficientes in condemnationibus Reorum, vt in sequenti capite dicetur. Ita salutaris genius conclamatis negotijs carcerato adfuit: liberque dimissus, etiam suppeditatis eleemosynis, vt Patriam repeteret, lætis omnibus, & applaudentibus, qui intererant, & asfirmantibus, Innocentem, cuius semper protector est Deus, perire non posse.

26 Hunc articulum, quando plures habent idem nomen, & conueniunt in alijs demonstrationibus, latè examinat Pacianus concinis meus. *de probat. lib. 2. cap. 15.* Vbi plures casus distinguit *nu. 56. & seq.* apud quem poterit, quicumque voluerit, illos videre.

Tolerabilius malum esset hæc condemnatio per errorem, si ante executionem sententiæ Reus malefactor conscientia motus se constitueret, vt ali-

27 quando contigit. Corradus Placentiæ nobili genere natus, atque venationi in primis deditus, iussit aliquando vepres, vbi feræ latebant, succendi, sed vltra quam voluit, vento perlatus ignis loca proxima fœdo vastauit incendio. Quo viso Corradus in Vrbem latenter est ingressus, sed mox ad Prætorē delata re, emissoque satellitio, homuncio infimæ plebis tanquam incendij auctor comprehensus est, viquè tormentorum falsa confessione expressa damnatus, ad suppliciū rapiebatur. Tum Corradus conscientia excitatus innocentem homunculum è carnificis manibus eripuit, seque Reū constituit, ac diuenditis bonis illata damna compensauit, humanisq. rebus vna cum Vxore Nuntium remisit, & Religioni S. Francisci nomen dedit; in qua asperrima pœnitentia maceratus Sancto fine quieuit, vt refertur. *in Lectionibus Breuiarij Ordinis S. Francisci. die 19. Februarij*, quæ est dies eius festiuitati dicata. Verum quia non de facili reperiuntur Rei, qui se ipsos prodant pro liberatione Innocentium, non omittant Iudices vllam diligentiam in indaganda

28 veritate, cum Reorum innocentiam subtili ingenio ex officio proprio perquirere debeant. *l. & si non defendantur. ff. de pœn. & l. 1. §. fin. ff. de quæst.* Bart. *in l. pen. §. vel crimen. nu. 5. in fine. ff. de public. Iud.* Roland. *cons. 94 num. 2. vol. 4. Farin. quæst. 11. numer. 10 Et late post multos alios cons. 35. nu. 2. vbi add. & cons. 172. num. 18. Caball crim. resol. cas. 60. num. 13. Vermig. cons. crim 15 num. 1. & cons. 36. num. 1.* reperiuntur nihilominus aliquando, quia propria conscientia malefactorum compulsi facinora commissa secreto etiam non interrogati propalant. Multa leguntur exempla, vnum sufficiat desumptum ex *Plut. in opus c. de ser. nu. vind.* Bessus, cum proprium interfecisset Patrem, multo delituit tempore: & cum aliquando ad hospites cænaturus pergeret, hirundinum nidum impellens hasta deturbauit, pullosque pedibus contriuit, cumque astantes dixissent, Qua causa homo impulsus rem tā nefandam perpetrare ausus es? nonne, respondit, tamdiu falsum aduersum me ferunt testimonium, clamantque me proprium occidisse Patrem? præsentes verò cum admiratione adducti verba ad Regem detulissent, resque diligentius discussa esset, meritas Bessus pœnas dedit. Hæc Plutarchus.

29 Addam obiter duos casus a Doctoribus discussos: Primus est, quod quando sumus in casu, in quo absens de iure statutorum potest vt contumax condemnari, quamuis Procurator non admittatur; tamen Defensor, Instructor, seu excusator innocentiæ admittitur *Tex. in l. serui quoque. §. publice. ff. de procurat. & ibi Bart. n. 2 & sequen. Veronen. cons. 41. col. 2. vers. nam constat. Corn cons. 194. col. 2. vers. non ergo. lib. 1. vbi testatur de communi: & latius cons 204. in principio eodem lib. 1. & cons. 17. col. 3. lib. 3. Ruin. cons. 9. per totum. & cons. 1. 8. num 4. lib. 2. Alex. cons. 4. col. 1. lib. 6. Aret. cons. 146. col. 3. Mauf. in pract. § sequitur. num. 43. & sequen. Farin. cons. 35. num. 3. & ibi Add.* Etsi non sit necessarium d. innocentiæ defensorem habere mandatum. *Corn d. cons. 194. supra cit. Farin. cons. & loco cit.*

Amplia primo, conclusionem prædictam procedere etiam stante Statuto prohibente Procuratorem comparere posse in causa criminali. *Mars. in pract. §. sequitur. cit num. 43. & seqq. & cons. 39. num. 29 & sequen. cons. 43. num. 38 & cons. 46. nu. 44. cons 73 num 42. cons. 81. nu. 55. & sequen. Marant. spec. suo. part. 6. super verbo, Inquisitio. n. 183. & sequen. Boss. Tract suo crim. tit. an in Criminalibus iudicijs quis possit interuenire pro absente. col. 5. Farin. post praallegatos cons. cit. 35. numer. 5.*

Amplia secundo, conclusionem procedere etiam non obstante Statuto disponente, quod contumaces habeantur pro confessis, & conuictis. Quippe tali etiam casu poterit interuenire quilibet, licet penitus extraneus ad ipsum excusandum, & docendum de innocentia. *Ias. in l. 2. col. 3. C. qui testamento facere poss. & post ipsum Farin. cons. cit. num. 6.*

Amplia tertio, conclusionem procedere non obstante Statuto, disponente, quod Reus debeat personaliter se constituere in carceribus. *Mars. in consilijs supracitatis. Roland. cons. 47. per tot. lib. 3. Farin. cons. & loco cit. & ibi Add.*

Hæc tamen intelligenda sunt ita vt præfatus cōpareos nō admittatur tanquam Procurator ad omnes actus Iudiciales, sed tantum, vt defensor innocentiæ, ad docendum de innocentia, vel legitima absentia, vel de incompetentia Iudicis, & similium. *Blanc. in pract. § verum quia. num. 54. & sequen.*

30 Alter casus est in Clericis degradatis à Iudicibus Ecclesiasticis, & traditis Iudicibus sæcularibus, vt puniantur pro ijs delictis, quo quibus fuerunt degradati, & iudicentur citra pœnam sangui-

nis: An laici Iudices possint condemnare eos ad mortem, si conscientiæ suæ id visum non fuerit ex processu formato coram Ecclesiastico. Huic dubio respondit Decian. quod Iudex Laicus non tenetur illum condemnare ad mortem; sed poterit melius inquirere. Ratio est, quia cum Clericus degradatus ab Ecclesiastico non sit condemnatus ad mortem, laicus Iudex non potest dici merus executor Ecclesiastici. Is enim dicitur executor qui alterius, vel suam sententiam exequitur, à qua ipsi non licet recedere. *l. si vt proponis. C. de exequuti Iud. § tripli Instit. de action. & in Auth. de executor. per totum. l. ab executione. C. quorum. appellat. non reci.* Itaque nullo modo is dici potest Executor, eo quod neque Ecclesiastici, neque suam sententiam exequatur. Hoc subtilissimis rationibus, & fundamentis tuetur *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 123. & 124.* vbi in specie concludit, quod si ecclesiasticus non condemnauit alia pœna, quam degradationis, & per ipsam degradationem factus est de foro sæculari, & datus Iudici laico iudicandus, laicus Iudex debebit cognoscere. Tunc enim non est merus executor, sed potest dici mixtus. *Cardinal. cons. 64 & 94. & Fel. in cap. de cætero. nu. 10. de sent. & re iudicat. allegati loco. cit. à Deciano.*

Hæc ita incidenter attigimus, vt Iudices omnes, etiam in his casibus vtantur maxima circumspectione, vt nunquam innocens pro Reo puniatur.

CAPVT II.

De seruandis in recognitione contumacis, & in delictis difficilis probationis.

SVMMARIVM.

1. *Identitatis probatio duas requirit demonstrationes: Quid faciendum sit ad euitandam æquiuocationem.*
2. *In recognitione delinquentis bene aduertant Procurator & Iudex, ne quid erroneum occurrat.*
3. *Recognitio est necessaria, si reus fatetur se ità nominari, sed non esse eum, qui deliquit.*
4. *In recognitione facienda, si plures sint eiusdem nominis potest Iudex declarare, quem habuit in animo condemnare.*
5. *In recognitione facienda sufficit declaratio Iudicis ad validandum sententiam obscuram, non ad reddendum contumacem eum qui deliquit.*
6. *Recognitione facta Banniti sententia non potest executioni demandari, si sit nulla, vel iniusta.*
7. *Desloratio est difficilis probationis. Narratur casus in comprobationem huius dicti.*
8. *Obstetricum depositiones cum cautela admittenda.*
9. *Obstetrix, quodnam commentum alias confixerit, narratur.*
10. *Partus expositi pœna qua remissiue.*
11. *Filium alienum celantes pœna plagij tenentur.*
12. *Plagij pœna qua sit.*
13. *Plagij pœna tenetur, qui in plagio cooperatur.*
14. *Expositionis pœnam leuit inopia, & delatio partus ad Hospitale.*
15. *Suppositionis partus pœna est deportationis.*
16. *Pœna delicto non consummato, & cessante tertij interesse minoratur.*
17. *Plagij pœna non intrat, si infans non retineatur, vt in seruitutē inducatur.*

CAsus similis supra relato de Iuuene Rauenate, in quo concurrebant demonstrationes, potest alias contingere: Cum enim in condemnationibus soleant Iudices apponere nomen Rei, Patris, & Patriæ tantum, in prædicti Iuuenis casu per errorem capti, hæc omnia cum vero perpetratore criminis concurrebant, vt diximus; Ambo eodem loco nati, ipsi & eorum Patres idem erant nomen sortiti. Identitatis enim probatio duas saltem demonstrationes requirit, quarum vna ad minus sit specialis, indiuidualis; non generalis, & æquiuoca. *Bar. in l. demonstratio. num. 14. vers. 7. quæro quomodo probabitur. ff. de condit. & demonstrat. Peregrin. de fideic. art. 44. num. 45. & 46. Greg. dec. 275. num. 4.* Hinc est, quod ad euitandam huiusmodi æquiuocationem soleant Iudices interrogare ipsummet constitutum, an alij sint in patria sua, qui vocentur eodem nomine; & an eiusdem nominis sit eorum pater; qui si fuerint facillime scitur a constituto. Non enim sufficit, vt ipse fateatur se esse eiusdem nominis, & cognominis cuius est ille, qui in Banno est descriptus; sed necesse præterea est, vt fateatur, quod in eodem loco nullus alius sit, qui eodem nomine, & cognomine appelletur. Quare facta recognitione, & accepta responsione ipsius super identitate nominis, & cognominis, rursus interrogandus est, an in eodem loco cognouerit, vel cognoscat vllū eiusdē nominis, cognominis, Patris, Patriæ, seu alterius qualitatis, cuius est ille de quo in Banno. Accepta autem desuper negatiua responsione censetur legitime facta recognitio; per *Far. post alios testantē ita seruari in pract. quæst. 11. num. 24.* Sed quia, si Patris constituti esset aliqua præcipuarum Ciuitatum, nempè Roma; Mediolanum, Neapolis, regula esset fallax, hinc est quod quærēdū sit an nomine, & corpore sit ille idē; qui de delicto arguitur, & de quo in Banno, & sententia, vt post alios Farin. *quæst. & num. citatis.*

2 Præterea, vt ab huiusmodi erroribus, caueant, qui contumacem defendunt, vti etiam Iudices, qui à constituto notitiam sufficientem habere non potuerunt, aduertendum est in Testibus, qui adhibentur pro recognitione, requiri, vt sint legales, & Iudex, qui plus scire potest, per se ipsum videat, & benè aduertat, ne quid erroneum occurrat. *l. Testium fides. § ideoque Diuus. ff. de Test.* Vndè ad euitanda huiusmodi pericula in recognitione, debet Bannitus, seu Reus poni inter plures, antequam Testibus ostendatur, & recognitio coram Iudice fieri, vt in Constit LXXI. Paul. *V. tit. de Iud. crim. vers. reorum recognitiones. Clar. §. fin. q. 45; nu. 14. vbi Add. Cart. de interr. reor. lib. 3. c. 3. num. 32. de exeq. sent. c. 2. num. 21. 25. & seq. Farin. quæst. 11. num. 25. circa medium.*

3 Quæ quidem recognitio est etiam necessaria, quan-

quando Bannitus fatetur se nominari talem, sed se esse eundem, de quo in sententia, & qui crimen, de quo in ea, commiserit, negat. Nam debent Testes affirmare non solum illum ita vocari, sed etiam esse illummet, de quo in sententia fit mentio. *Bart. in l.inter stipulantem §.1. num.13. de verb. oblig. Dec.cons.36. num.4. vers. nec obstat. Mascard. de prob.concl.875.num.2. Cart. de execut.sent. cap.2. num.40 Far.q.11.num.21.& 24.vers.immo non solum. & num.25. vers.ubi amplius.*

4 Si autem in eadem patria sint plures eiusdem nominis; potest Iudex declarare, quis sit ille, quem in sententia condemnare in animo habuit. *Bart. in l.ab executore. num.7. vers.item si condemnauit Titium. de appellat.* Hæc tamen declaratio sufficit so-

5 lum ad validandam sententiam obscuram, non verò ad reddendum contumacem, & morti tradendum, quem non constat fuisse specialiter citatum. *Far.in fr.g.verb.identitat.num.80.*

6 Aduertendum quoque est, quod facta recognitione Banniti, adhuc non potest morti tradi in executionem sententiæ contumacialis, si illa sit nulla, vel iniusta. *Rol.cons.94.num.13.lib.3. Bertaz.cons. 48.num.16.& 17.Cart.de exeq.sent. cap.fin. n.87. 143.& 207 Far.q.11.nu.34. Guaz. def.35. cap.22.* vbi nullitatis, & iniustitiæ causas latè recenset. *Vermig.cons.crim.223.num.13.*

7 Iterum inculco cauẽdum esse ab erroribus præsertim in delictis, quæ sunt difficilis probationis, vt exempli gratia est defloratio, in cuius probatione contigit mense Iulij 1643. quod porrecta querela in Curia Gubernatoris, die 13. eiusdem mensis, Catherinam virginem fuisse defloratam à quodam Iuuene: illaque examinata confessa fuit ab eo se fuisse cognitam, atque etiam paulò post ab alio Iuuene, in quorum domo certum erat pernoctasse; ipsaque allegauit fuisse defloratam, subuculamque sanguine conspersam ostendit; quam cum deinceps Iudicum mandato, Obstetrix inspexisset, eam intactam, & virginem affirmauit, subuculæ cruorem testata non ex vi fœminæ illata, sed è menstruis fluxisse. In Prouincia quoque Romandiolæ, dum ibi præesset Illustrissimus D. Ioannes Baptista Spada Patriarcha Constantinopolitanus, vir in gubernando prudentissimus, quædam mulier indignata fortè, quod Birruarius, causa officij, domum ipsius introierat, ab illo se defloratam dixit; negante Birruario interuenerunt obstetrices, retulerunt esse virginem. Mirabatur Illustrissimus D. Gubernator fœminam mentiri, dum de ipsius dedecore palã ageretur; & dubitans num timore, subornatione, vel minis Birruarij motæ fuerint obstetrices ad huiusmodi, depositionem, iussit inspici ab alijs, quæ idem asseruerunt: persistente nihilominus virgine, Birruario absoluto, fuit ipsa cum exilio dimissa.

8 Præterea non sine magna cautela admittendæ sunt depositiones Obstetricum. Sunt enim plærumque mulieres vaferrimæ, ideoque ipsis non fa-

9 cile credendum. Recensebo, quod hic in Vrbe contigit, Anno 1643. Isabella vxor Iacobi sutoris, rei familiaris inopia, & odio, quo virum suum ob malos eius mores prosequebatur, mota (habito consilio ab Angelica matre) partum, quem ex eo genitum in vtero gestabat, ad Hospitale S. Spiritus proijcere statuerat. Nono mense partus tempore accersita Falconilla obstetrix. Ipsius, & matris ope, se molam concepisse, ac peperisse marito simulauit. Infantulum natum Falconillæ exponendum consignauit. Falconilla sciẽs quandam Adrianam Curialem, vt Amasium in sui amorem magis pelliceret, & ad se desponsandam impelleret, se ex illo grauidam confinxisse, & prægnantis vteri signa mentitam, ab Adriana rogata, vt si quis masculus recenter genitus sibi exponendus contigeret, ad eam, tanquam ea se natum, supponendum afferret. Falconilla nacta occasionem, annuit Adrianæ, infantulumq. ex Isabella genitum ad ipsum asportat.

Has technas Iacobus, infantis pater, prius suspicans, & de ijs inde certior factus, illas Curiæ Capitolinæ aperuit, à qua, mortua Isabella in puerperio, præcedentibus debitis indicijs, fuerunt Falconilla obstetrix, Angelica, & Adriana carceratæ mẽse Iulij eiusdem Anni 1643. Interrogatæ super his, q̃ ex processu informatiuo resultabant, Angelica, & Falconilla, ingenuè fassæ sunt; Adriana vero Curialis petulanter negat, partumque ex proprio vtero cõceptum, & genitum affirmat, ita vt quoad ipsam res quodammodo indiguerit iudicio Salomonis, de quo *in cap.afferte. de præsumpt. & Alex. cons.15. num.3. lib.1. Menoch.de arbitr. cas.536. num.20.*

10 Prætendebat Fiscus Angelicam non solum teneri pœna expositi partus, de qua *l.2. & 3. C. de infant. exposit. & Clar.§ fin. q.83. num.7. Menoch.de arbitr.cas.395. Farin.q 120 nu.164.cum seqq. Grat. discep.267.* Verum etiam pœna plagij, qua ple-

11 ctuntur illi, qui alienum filium retinent, celant, vel vendunt. *Tit. ff.& C.ad l.Fab.de plag.& cap.1.de furt. Clar.final q.68 num.31.Far.q.166 num.45. & q.167. à num.195. vsque ad 104. Menoch. cit. cas.536.num.5.*

12 Pœna autem hæc plagij secundum Statuta Vrb. *lib.2. cap.55.* est mortis, de quo statuto vide *Capol. cons. crim.58.* & in libertate donatis, vt bestijs subijciantur; in ingenuis, vt gladio consumantur iuxta textum *in l.fin. C.ad l. Fabiam de plagiar.* Latè de pœna eiusdem legis Doctores supra citati. In hanc Plagij pœnam intendebat Fiscus incurrisse Adrianam, quæ infantem retinuerat, ac celauerat, necnon in aliam Suppositi partus, quo Amasium decipere volebat; de qua per Text. *in l.1.C.ad l.Corn.de fals. Menoch. de arb. cas.305.*

13 *num.3. Far.late q.150, num 239.* In omnes autem præfatas pœnas incidisse Falconillam obstetricem asserebat Fiscalis Procurator, quæ & in partus expositione, & suppositione, necnon in plagio cooperata erat. *Boss.d.tit.de plag. ver.ego etiã vidi.* quem refert *Menoch.cas.536. num.10. vers.& sane cum.* & præsertim ad reprimendam magnam obstetricũ licentiam, & calliditatem, alienas soboles in familiarum, & proximiorum iacturam inducentium, vt notat *Petr.Greg de Rep.lib.4.cap.2. num 2. Caranz. d.cap.5. num.14. & 19.* Nihilominus Angelica composuit cum Fisco; Adriana in pœnam extraordinariam fuit condemnata, obstetrix fustiga-

14 ta, & cum exilio dimissa, quia pœnam expositionis lenit inopia, & delatio pueri ad Hospitale. *Paleott. d.cap.60. num.4. Caranz. d.cap.4. num.97. 100 & seqq.* Suppositionis verò pœna nõ est mor-

15 tis, sed deportationis. *Menoch. cas.306. num.3.*

Far.

16 *Far.q.150.nu.42.* quæ delicto non consummato, & tertij interesse cessante minoratur. *l.notatur.* & ibi *gloß.de his qui not. infam. Valen.conf.96 numer.25. & 26. Carrans. d. cap.5. num.20.* Plagij 17 tandem pœna non intrabat, quia infans non fuit retentus ad effectum, vt in seruitutem induceretur, sed vt Adriana illum vti filium aleret, & retineret. *Bart. in l.4. ff. ad l. Fab. de Plag. Abb. in cap.1. de furt. Menoch.cas.536. num.17. & 20. videndus Far.q.163.num.96.*

§. VIII.

CAPTVS PRO VNO CRIMINE NON INTERROGETVR SVPER ALIIS.

SVMMARIVM.

1. *Captus pro vno delicto, pro quo adsunt indicia ex Constit.Paul.III.& Paul V. non interrogatur super alijs, super quibus non adsunt indicia.*
2. *Reus super alio crimine, super quo non sunt indicia, non potest interrogari de iure.*
3. *Reus inter nomen cuiusquam non potest poni absque indicijs.*
4. *Interrogari absque indicijs non potest super alijs, qui confessus est crimen, pro quo erat indiciatus.*
5. *Fur confessus, vel conuictus de egregio furto, potest interrogari super alijs absque indicijs de consuetudine.*
6. *Interrogari de consuetudine potest confessus, vel conuictus de delicto enormi super alijs, siue similibus, siue dissimilibus.*
7. *Interrogari super alijs potest solum reus malæ conditionis, & diffamatus saltem in genere.*
8. *Tortura debet esse moderata, si quis torqueatur super alijs.*
9. *Torqueri super alijs non potest quis in Vrbe ex Constitutionibus Paul III. & Paul V.*
10. *Gubernator absque indicijs potest in vim Breuis particularis interrogare super alijs.*
11. *Merita pro causis criminalibus referenda sunt in Visita.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ITEM Iudices captum de vno crimine super alijs, de quibus indicia aliqua non habent, nullo modo interrogare præsumant, sed tam in his, quam alias in omnibus occurrentibus iuris communis dispositionem seruare teneantur, & debeant; ac Iudices, qui processerunt, dum causas in Visita præponent, habeant secum processus, vt Visitatores intelligant, & videant carceratum minus, vel plus debito non grauari.

IN Const.LXXI. Paul.V. *Tit.de Indic.crim.19.* habetur: *Captum pro vno crimine, super alijs, de quibus indicia nō habent, interrogare nullo modo præsumant; sed in hoc, & in alijs omnibus occurrentibus iuris communis dispositionem Iudices seruare teneantur.*

2 Cōclusio sit. Captus pro vno crimine, super alio, pro quo particularia indicia non extant, interrogari, & torqueri de iure non potest. *l.omnis.ff. de quæst. & l.cum cognitionaliter. C. eodem tit.* De præfata conclusione *Carrer. in prax. crim. fol.96.* 3 *num.12.* vbi alios allegat. Ratio est quia absque indicijs cuiusquam nomen inter Reos poni non debet. *Cart.de inter.reor.lib.1.cap.2.num.2.5.6.& per tot.Far.q.81.num.15. Guaz.def.20.cap.7.nu.4.* 4 *& per totum.* Hæc conclusio procedit, licet Reus confessus sit illud crimen, pro quo præcedentibus legitimis indicijs carceratus fuit. *Clar. in §. final. q.64.num.45.Baiard.nu.147. cap.1. num.95. Menoch.de arb.cas.523.num.4 Far.q.37. à num. 163. 169.& seqq.Guaz.def.30.cap.8. num.1.*

5 Limita primo saltem de generali consuetudine totius Italiæ in fure, qui de aliquo egregio furto confessus, aut conuictus est, vt possit interrogari super alijs furtis. De qua consuetudine. *Clar. in §.finali. q.64.num.45.vers.sed teste. Vbi Baiard. num.147.Cart.de interr.reor.lib.4. cap.fin. nu.84. vers quod maxime.Far.q.37.nu.163.Guaz.def 30. cap.8.num.2.*

6 Limita secundo de generali consuetudine etiam in alijs delictis enormibus, siue similia, siue dissimilia sint. *Bertaz.cons.341.num.8.Far. d.q.37.numer.164.Guaz.d.def.30.num.2.vers.quam consuetudinem. & vers. immo & procedat.*

7 Declara I. duas prædictas limitationes procedere si Reus sit malè existimationis, & diffamatus saltem in genere, quod alia delicta patrauerit; alias super alijs, de quibus particularia indicia non præcedunt, non potest interrogari, & multò minus torqueri. *Bertaz.cons.556.num.10 in fin.cum seqq. Guaz def 30.cap.8.num.5.*

8 Declara II. vt in casibus quibus sine indicijs torqueri potest tortura debeat esse moderata. *Clar. §.fin.q.64.num.8. in fin. vers. debent etiam.* ita vt mediam horam non excedat. *Cart. post alios de exeq.sent.cap.2.num.68.Far.q.37.nu.137. Guaz. def.30. cap.80. num.3.*

9 Declara III. vt in Statu Ecclesiastico huiusmodi consuetudo torquendi Reos super alijs censeatur per hanc Bullam Paul.III. & Cōst.LXXI.Paul.V. sublata illis verbis: *Quod Iudices iuris communis dispositionem seruare teneantur, & debeant. Cart. de inter.reor.lib.4.cap.1.num.95. Farin. q.37. numer.172. Baiard. ad Clar. d.quæst.64. num.149.*

Guaz.

Guaz. defens. 30. cap. 8. numer. 6.

10 Declara IV. vt Vrbis Gubernator prædictis non obstantibus habeat per Breue particulare, de quo *in Append. §. 1. cap. 17.* facultatem torquendi fures confessos, aut conuictos super alijs, de quibus specialia indicia non extant. Per quod Breue res deducitur ad terminos consuetudinis prædictæ, & tanquam pœnale, & à iure communi exorbitans debet strictè ad suos terminos restringi. *Osasch. dec. 164. num. 17. Hond. cons. 95. num. 418. lib. 1. Parm. q. 24. num. 195. Vermig. cons. 115. num. 2.*

11 Declara V. vt ex hoc §. in illis verbis: *Et Iudices qui processerunt, dum causas in Visita proponent, habeant secum processus, vt Visitatores videant carceratum minus, vel plus debito non grauari.* constet errare, qui asserunt, quod in Visita merita causarum criminalium nec referri, nec terminari possint; cuius contrarium demonstrauimus supra *lib. 1. §. 10. cap. 2.* & dicturi sumus etiam *infr. lib. 3. §. 11.* Dicta namque verba: *Habeant secum processus:* causæ cognitionem important. *Falin. in cap. Ecclesia S. Mariæ. nu. 13. vers. sed in contrarium. de constit. Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 32. Osasch. dec. 146. num. 14. vers. tertio adducitur.*

§. IX.

VERBA REI SCRIBANTVR IDIOMATE, QVO SVNT PROLATA.

SVMMARIVM.

1 *Verba Rei scribenda idiomate, quo sunt prolata ex Constit. Pauli III. & Paul. V.*
2 *Notariorum imperitia totum mundum destruit, & conscientias virorum bonorum in discrimen ponit ex Bald.*
3 *Verba Reorum diuersa nationis per peritos traducenda.*
4 *Muti, vel surdi signa interpretanda per peritos.*
5 *Interrogatoria si conciperentur vernacula lingua Romæ, vt alibi, esset valdè Reis salutare, & Iustitiæ.*
6 *Rei verba tam in prima quam in tertia persona concipere potest Notarius.*
7 *Rei respondentis verba formantur à Notarijs in prima persona.*
8 *Notarius solo Rei iuramento allegari potest suspectus.*
9 *Notario suspecto allegato detur merces deducta mercede pro labore alterius Notarij eius loco deputati.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 AC insupet ne litterarum ignari ex mala Notariorum translatione In latinum quandoque indebitè damnum patiantur, decernimus, quod verba, super quibus interrogatus reus eo modo, quo ipse profert, in latinum, si latinè proferat, vel vulgari sermone per Notarium scribantur; etsi Reus loquatur in vulgari, adhibeatur Notarius linguæ, & idiómatis, cuius est Reus, vel cum Interprete istius linguæ.

SVbsequuta est postea Constit. LXXI. Paul. V. *Tit. de Iud. crim. Vrb.* idem disponens. Ibi: *Responsiones similiter Reorum, & Testium de verbo ad verbum integrè, prout ex eorum ore profluxerunt, etiam quod contra Fiscum sint, non diminuta, nec per relationem, & in externa nationis hominibus adhibito scriba, vel interprete illius lingua perito, fideliter scribi faciant.* De hoc §. facit mentionem. *Cart. de interr. reor. lib. 3. cap. 2. num. 90. Guaz. def. 20. cap. 14. post princ.*

2 Ratio istius §. est, quia imperitia, & aliquando malitia Notariorum ignorantium, vel scire nolentium quod scribant; & quid verba denigrantia papirum significent, totum ferè mundum destruit, & virorum bonorum consciẽtias in discrimine ponit. *Bald. cons. 6. lib. 4. Ripa post Angelum in l. Centurio. num. 83. ff. de vulgari. Rol. cons. 54. ex num. 26. lib. 4. Sol. in Const. Sabaud. Tit. de tabell. decret. Inter. Artes. gloss. 1. num. 11. & 12. Surd. cons. 116. num 59. & 60.*

3 Declara primo, vt etiam de iure communi, quando Reus, vel Testis est diuersæ nationis, vel linguæ, vtpote Gallus, Germanus, Hispanus, vel alius similis, qui linguam Italicam, seu latinam non calleat, sint adhibendi interpretes, & Notarij, qui illius verba traducant, & explicent. *l. 1. §. finali. ff. de verb. oblig. & §. in hac re. vers. vtrum inst. eodem. Tit. Alex. cons. 48. num. 4. lib. 5. Sol. in tit. de Tabell. decret. Int. artes. gloss. 1. post num. 22. vers. quinimo. Cart. de exeq. sent. cap. 2. num. 52.*

4 Declara secundo, vt idem sit de muto, & surdo, siue de eo, qui sibi linguam abscidit; quorum depositiones per interpretes consanguineos, & alios familiares, habentes nota ipsorum signa, explicandæ sunt. *Bart. in l. mutum. num. 3. ff. de acq. hered. Cart. de Bannit. capt. cap. 2. num. 50. Far. q. 61. n. 46. Guaz. def. 32. cap. 29. num. 1.*

5 Verum quia eadem Notariorum imperitia Reis nocere potest, non solum, vt diximus, in transferendo sermone vulgari, quo vtuntur Rei, in latinum; sed etiam in vulgarizando interrogatoria, quæ ijsdem Reis, & Testibus fieri solent; ideo prouidè, & sanctè factum censeretur, si etiam in Vrbe interrogatoria vernaculo; & materno idiomate conciperentur, & describerentur, prout in Gallia, Hispania, Pedemontio, & alijs regionibus introductum

testantur

testantur. *Rebuff. Molin. Sol. & alij in Constitutionibus eorundem locorũ.* Eadem enim, inmò maioris praeiudicij militat ratio. *l. illud. ff. ad leg. Aquil. Rot. dec. 91. num. 23. par. 6. rec.*

6 Hinc etiam factum esse existimandum est, quod quod licet formalia verba Rei eam in prima, Quam in tertia persona Notarius cõcipere possit. *cap. dudum. vers. sed ad ista. de conuers. coniugat. Cagnol. in d. l. si librarius. n. 13 de reg. iur. Cyriac. contr. 315.*
7 *n. 11. & 12.* ne tamen in dictamine, vel versione verborum sensus deprauetur, in prima tantum persona responsiones in Vrbe formari soleant. *Ambros. in suo proc. infor. Cart. de inter. reor. Marcell. Magal. in prax. crim. can. per tot.*

8 Ac propterea prouisum est, vt in re tanti momenti, si dubitet Reus de Notario illum possit solo suo iuramento suspectum allegare. *Alex. cons. 104. num. 2. & seq. lib. 5.* Quod & in Commissario firmant. *Thes. dec. 255. Frag. vers. Iudex num 719. & 720. Grat. discept 100. num. 53.* Qui ratione maioris praeiudicij in totum remouetur. *Gonzal. reg. 8. in annot. contr. null. num. 100. Rot. decis. 104. par. 1. diuers. adden ad decis. Greg. 327. nu. 16.* Quod non solum in ciuilibus; sed etiam in criminalibus, in quibus de maiori praeiudicio tractatur, locum habet, vt ex Cicerone docet *Thes. decis. 255. nu. 6. Guaz. def. 13. cap. 10.* cum poena criminalis minima maior quacumque pecuniaria, quamuis maxima, habeatur. Maxime, si Notarius, vel Commissarius aliquam partem pecuniariae poenae, vel aliud proprium sperant commodum per textum. *l. 1. §. in propria causa. ff. quand. appell. gloss. in d. l. iure. in verb. Prouincia. ff. ad municip. Adden. ad Thes. decis. 255.* Ab huiusmodi iuramentis tamen abstinere solent plaerumque innocentes, exemplo Catonis, qui, vt refert Valerius Maximus *lib. 3. cap. 7.* inimicum deposcebat in Iudicem sibi deputari. Quae animi praestantia pertinaciam Aduersariorum ipsũ insectandi inhibuit. Super hac materia habemus infrascripta verba Constit. LXXI. *Paul. V. Tit. de No-*
9 *tar. Trib. Vrb. §. 19. numer. 32. in Bullar. fol. 202. Quando aliquis Notarius allegatur suspectus, & aliue deputatur, vna tantum merces consignanda alteri ex dictis Notarijs, cui de iure persoluatur.* Quod est etiam de iure, vt quando Notarius loco suspecti eligitur, tunc, deducta quantitate pro ipsius laboribus, & expensis, reliquum emolumenti Notario suspecto allegato persolui debeat. *Gonzal. gloss. 9. in annot. §. 1. num. 103. reg. 8. Cancell. Grat. discept. 100 num. 59.*

Propius accedamus ad materiam, quae est circa interrogationem reorum. De hoc capitulo particulari disseramus.

CAPVT I.

De interrogatione Reorum, & de vitandis suggestione, & alijs in eorum examine.

SVMMARIVM.

1 *Interrogari posse Reos aliquando in Visitatione Carcerum, exemplo comprobatur.*
2 *Examen criminale coram Notario absque Iudice non facit fidem.*
3 *Interrogatoriorum verba per extensum ponenda ex Constit. Paul. V.*
4 *Interrogatoria non extensa intelliguntur suggestiuè facta.*
5 *Obscura verba interpretantur contra proferentẽ.*
6 *Interrogatorium suggestiuum est, quando exprimuntur species, qualitates, & circumstantiae delicti.*
7 *Interrogatoria falsis, & dolosis suppositis reprobantur.*
8 *Interrogatoria falsa, & dolosa praeparant Iudici gehennam.*
9 *Reus, & testes non sunt in eodem loco insimul ponendi.*
10 *Exploratores si ponerentur informati de facto cum Reo, vt illum instruerent, esset respessima.*
11 *Exploratores si ponerentur, qui suaderent Reo fateri delictum, quia leue, vel quia speranda esset impunitas, esset malè factum.*
12 *Exploratores, seu Custodes ad quem effectum liceat ponere cum carcerato.*
13 *Confessiones per suggestiones extortae, sunt inualidae, etiamsi sequantur in eodem, vel alio constituto.*
14 *Interrogationes Reorum debent esse generales, & dantur super hoc exempla.*
15 *Interrogari non potest Reus super ijs, quae iuris sunt.*
16 *Interrogationibus captiosis non sunt circumueniendi Rei.*
17 *Interrogatus Reus abstineat à multiloquio. Exemplo Rustici comprobatur.*
18 *Ingenia studio politiora, non meliora fiunt.*
19 *Silentium anseres, ne sibi noceant, seruant.*
20 *Silentium loquaces non posse seruare, etiam quãdo tractatur de eorum salute, exemplo comprobatur.*
21 *Loqui debet quisque cautè cum homine vitae potestatem, & necis in lingua portante.*
22 *Interrogatoria à Reo euacuanda, ne irritentur Iudices; exemplum in Aesopo.*
23 *Confiteri res criminosas quando tutius sit.*
24 *Testium ad offensam dicta sunt omnia scribenda, etiam quae contra Fiscum faciunt.*
25 *Testis ad offensam depositio, postquam iurauit, scribenda est etiam si tota sit contra Fiscum.*
26 *Iuramenti testis vis est indiuidua, & totam causam, veritatemq. pro vtraque parte complectitur.*
27 *Testis superueniens ante probatam Fisci intentionem cessante suspicione subornationis est examinandus.*
28 *Iudex tenetur indagare veritatem etiã pro Reo.*
29 *Testis, si adsit timor subornationis, poterit prius interrogari super qualitatibus, & circumstantijs, & si suspectus dignoscatur, examen omitti.*

Fiet clarum, quod proposui, declarationibus, & alijs quae subijciam.

1 Declara primo circa Interrogationem Reorum, vt aliquando etiam possint interrogari in Visitatione; vt fuit factum. 1558. Nou. Capit. *Nicolaus de Cesena. Vocatus in publica Visita coram DD.* omni-

omnibus, & ab eisdem publicè interrogatus dixit: Io portai in commissione à bocca per virtù d'una credentiale, che togließe li denari à Franceſi, e ſe biſognaſſe li ammazzaſſe, e queſto per commiſſione del Sig. Gio. Franceſco, quali furono ſcudi 24. mill. il quale ſotto la guerra di Siena commiſe, che io faceſſi queſto, e per quanto inteſi li denari li hebbero detto Sig. Gio. Franceſco.

2 Declara ſecundo, vt Iudex per ſe ipſum debeat Reos, & Teſtes examinare, & ſi Notarius abſque Iudicis commiſſione hoc faciat, illi nulla fides adhibeatur. *Auth. apud eloquentiſſimum. verſ. nam in criminalibus. C. de fid. inſtr. Rol. conſ. 94. num. 36. & 38. lib. 2. Maſcard. de prob. concl. 348. num. 52. & concl. 349. num. 6. Farin. de Reo confeſſ. quæſt. 81. num. 45. & ſequen. Vermig. conſ. crim. 11. à num. 3. vſque ad num. 12. & num. 22. & præſertim. nu. 27. poſt multos alios.* Vbi agit de nonnullis actibus particularibus Notarij; ſed in puncto quod confeſſio coram Notario emanata abſente Iudice non ſit iudicialis firmat. *conſ. crim. 231. num. 6.*

3 Declara tertio, vt in huiuſmodi teſtium interrogatione obſeruanda ſit diſpoſitio ipſius Conſtitutionis LXXI. Paul. V. *Tit. de Iud. crim.* Ibi: *Tam Reos, quam teſtes interrogent, de ſcriptis, & extenſis à Notario integrè verbis omnibus interrogatorij, reiecto prorſus, & ſublato abuſu illo ſcribendi* (Ad opportunum Domini interrogationem) *vel* (Interrogatus reſpondit,) *aut* (ſubdens interrogatus) *aut ſimili, quem tanquam pernicioſum, & vti ſuggeſtiuarum interrogationum velamentũ,*
4 *& fraudibus plenum damnamus.* Nam non extenſa interrogatoria intelliguntur ſemper ſuggeſtiuè facta. *Cart. de interr. reor. lib. 2. cap. 1. num. 54. & 65. Far. q. 83. num. 91. & 92. Guaz. def. 20. c. 13. poſt. num. 4. verſ. & ſuggeſtio palliata.* Ratio eſt,
5 quia verba obſcura ſemper interpretantur contra eum, qui eis vtitur, & clarius ac apertius loqui potuit. *l. veteribus. de pact. Surd. conſ. 339. num. 20.*
6 Scito autem manifeſtè ſuggeſtiuum interrogatoriũ eſſe, quando Reo exprimuntur ſpecies, qualitates, & circumſtantiæ delicti, per quas inſtrui potius ad fatendum, quam interrogari apparet. *l. 1. §. qui quæſtionem. de quæſt. Cart. de interr. reor. lib. 2. cap. 1. num. 59. 67. & ſeqq. Clar. in §. final. q. 45. num. 11. Far. q. 813. num. 84. & 88. Guaz. def. 20 cap. 13. numer. 8. & per tot.*

7 Declara quarto, vt multò magis reprobentur interrogationes non ſolum, ſi ſint ſuggeſtiuæ; ſed etiam falſis, doloſis, atque cauilloſis ſuppoſitis ex proceſſu non reſultantibus admixtæ, ad decipiendum Reum tendentes. *Bertaz. conſ. 187. num. 9. & 13. Cart. de interr. reor. lib. 2. cap. 1. num. 55. & 77. cum ſeqq. Far. q. 81. nu. 304. 311. & ſeqq. q. 83. numer. 88. Guaz. def. 20. cap. 13. num. 4. 5. & ſeqq.* Nã,
8 etſi huiuſmodi deceptoriæ cautelæ honorem aliquẽ Iudicibus in hoc ſæculo afferre videantur, in alio tamen ædificant ad gehẽnam, vt poſt Caſtr. affirmat. *Cartar. de inter. reor. lib. 2. cap. 1. num. 18. Guaz. def. 20. cap. 13. num. 3.* Multo peius eſſet, ſi Iudices
9 ad inſtruendum Reum ponerent ipſum, & Teſtes in eodem carcere ad effectum inuicem alloquendi; factumque, ac ipſius qualitates, & circumſtantias recenſendi, & ſuggerendi. *Guaz. def. 20. cap. 13.*
10 *num. 10* Peſſimum vero eſſet, ſi cum Reo introducerentur exploratores qui informati de delicto, de quo inquiritur Reus, ſuggererent carcerato factum cum ſuis qualitatibus, vt poſtea in tormentis dolore oppreſſus, ſic fateretur; licet eſſet innocens: Vel ſi ſimulantes ſe, id feciſſe, quod non fecerunt; aut non eſſe, quod ſunt, exquirerent tanquam cum eo pro alio delicto carcerati, an reuera delictum com-
11 miſerit; ipſeq. delictum fateretur: Vel ſi falsò ſupponendo delictum eſſe leue, vel eiuſmodi, vt pro eo, ſi fateatur, ſpetanda ſit impunitas: Vel alijs malis artibus ſe inſinuarẽt ad confeſſionem Reo perſuadendam: quos modos omninò improbatos acriter deteſtatur. *Farin. q. 81. num. 308. & q. 83. num. 93.* Vbi dicit: *Sciant Iudices in his ſe grauiter peccare, & in hoc, & in alio mundo debere luere pœnas vna*
12 *cum ipſis exploratoribus:* Quos benè ſcio, introduci poſſe in carcerem, ſed ad effectum tantum, vt inuigilent, ne fugiat Carceratus; ne aliquem alloquatur; ne foris apochas tranſmittat, vel intus recipiat; aut id genus alia faciat, quæ poſſint eſſe proceſſui informatiuo præiudicialia: non autem, vt aliquid de cauſa cum Reo pertractent; quod etiam ſentit idem *Far. q. 83. num. 93.* Cauendum tamen eſt, ne exploratores ponantur ſoli cum ſolo Reo, & ſint illi viribus impares: ne contingat, quod vidimus menſe Septembris 1647. contigiſſe. Angelus carceratus pro furto in Eccleſia S. Ludouici Nationis Gallicanæ, & pro monetario per acta D. Gubernatoris, occidit, clauo in carceribus caſu reperto, exploratorem. Dixit enim Seneca nullum magis Aduerſarium timeas, quam, qui viuere non curat, vel nõ poteſt. Dixit quoq. Petrus Matth. in vita Seiani Italicè ſcripta: *Io ſtupiſco, che fra tanti, che moriuano ſi liberamente, non vi foſſe, chi intraprendeſſe di ammazzare Tiberio, ò Seiano, poi che non ſi cura di viuere, ageuolmente ſi riſolue di uccidere.*

13 Declara quinto, vt confeſſiones per huiuſmodi ſuggeſtionea extortæ nullæ ſint, & inualidæ, Reoq. non noceant. *Cart. de interr. reor. lib. 2. cap. 1. numer. 54. 55. & 62. Far. q. 43 num. 152. & q. 83. numer. 34. Guaz. defenſ. 20. cap. 13. num. 11. & def. 32. cap. 22.* etiam ſi ſecutæ non ſint immediatè ſub interrogatorio ſuggeſtiuo; ſed deinde in eodem, vel alio conſtituto. *Far. conſ. 226. num. 13. & 38.*

14 Declara ſexto, vt propterea Iudex promptas & expeditas habere debeat interrogationes ſuas, eaſque generales, vt exempli gratia, vbi Sabbato veſpere egerit? Quibuſcum eo tempore verſatus fuerit? Quod ibidem egerit? aut patrauerit? Qui cũ eo ibi adfuerint? Ita vt omnis ſpecificatio perpetuo ab ipſo Reo naſcatur, vt optimè docet *Iacob. de Beluiſ. in ſua prax. Iudic. in crim. tit. de quæſt. num. 50.* Eſtq. textus *in l. 1. in cauſa tributorum verſ. qui quæſtionem. ff. de quæſtion.*

15 Declara ſeptimo, vt nec poſſit interrogari ſuper ijs, quæ iuris ſunt. *Alex. conſ. 115. nu. 2. & ſeq. lib. 3. Cart. de interr. reor. lib. 2. cap. 2. num. 19. Guaz. defenſ. 20. cap. 11.* Quare ſic interrogato ſecuta confeſſio illi non nocebit; vt puta, quod crimen commiſſum ſit læſæ maieſtatis, aſſaſſinij, graſſationis, vel ſimilis qualitatis. *Bertaz. conſ. 26. num. 7. Hond. conſ. 102. num. 47. lib. 1. Far. q. 81. nu. 63. verſ. talis enim.* Cum per noſtrum negare, vel affirmare veritas rei non immutetur. *l. cum falſa. C. de iur. & facti*

facti ignor. Menoch. de arb. cas. 336. num. 29. Far. cons. 15. num. 33. & cons. 45. num. 38.

16 Declara octauo, vt similiter non debeant Iudices diuersimodè reos circumuenire captiosis interrogationibus, & circumducere diuersis ambagibus, vt eos illaqueare possint vel contradictionibus, vel mendacijs, ex quibus contra eos indicia cumulentur.

17 Nō definet Procurator Reos præmonere, vt abstineant à multiloquio, & strictè respondeant ad interrogata, & quæcumque tacere legitimè possút, minimè dicant: Ità aliquando se gessit in examine rusticus detentus in carcere, in quo etiam reperiebatur Torquatus Tassus. Is rusticum interrogauit, cur ita parce locutus esset; respondit Italico sermo-

18 ne: *In bocca chiusa non entrò mai mosca.* Cuius ingenium miratus Torquatus; Ita sanè est, inquit, Ingenium sæpè, etiamsi industria non alatur, valet tamen ipsum suis viribus. Quid ergo doctrina prodest? Vt politiora, non vt meliora fiat ingenia. Notū est prouerbium, quod refert Gellius. *Noct. lib. 2. cap. 6.* Sæpè etiam olitor valdè opportunè locutus. Admonitio salutaris est: Rusticanum ne contempseris Rhetorem. Quippe penes quos rustica est veritas est, hi plus solent efficere, quam loqui. Sed quid dico de rusticis? Ne Stultorum quidem contemnenda sunt indiscriminatim omnia dicta. Siquidem, vt ex Aeschyli tragœdia, cui titulus, *Phryges*, habetur; Sæpè etiam stultus fuit opportuna locutus; Notum est, quod passim dicitur; Pœnituit locutum esse multos, tacuisse numquam, quod tamen non procedit vniuersim; sæpe enim silentium est damnosum: Silentium perdidit Amyclas.

19 Non tamen adeò mirandū videtur de rustici silentio, cum etiam animalia ratione carentia salutem suam interdum alto tueri silentio soleant. Celebre est, vt referunt *Amian. Marcell. lib. 18. pag. 3. & Plutarchus. in lib. de garrulit.* Grues deserentes orientem ob calorem, plagamque petentes occiduam, cum montem penetrare cœperint Taurum, Aquilis abundantem, timentes fortissimas volucres, rostra lapillis occludere, ne eis eliciat vel necessitas extrema clangorem, ijsdemq. collibus agiliore volatu trāscursis proijcere calculos, atque ita

20 securius pergere. Mirandum potius est, reperiri homines tam loquaces, qui nec vbi de salute propria agitur, sciant etiam admoniti illam silentio, quando opus est, defendere Testis fit Callisthenes, sectator & propinquus Aristotelis, à quo missus frequenter ad Alexandrum Magnum, ac præmonitus

21 vt quàm rarissimè, & iucundissimè apud hominem loqueretur vitæ potestatem, & necis in lingua portantem, non valuit se continere. Vnde garrulitas viri, & prompta in loquendo libertas inuisa primo Regi, nouissimè mortis quoque Callistheni causa

22 fuit. *Q. Curt. lib. 8.* Sed ad carceratos reuertamur. Aduertat insuper Reus, quod sicuti non potest se tueri silentio legitimè interrogatus, ita nec debet tam strictè ad interrogata respondere, vt responsio, vel non sit secundum mentem interrogantis, vel interrogatorium ipsum non euacuet, vel sit circa aliud; vt si de allijs interrogatus respondeat de cæpis. Ex hoc enim valde irritantur Iudices, & ipsos reos plerumque verbis, atque etiam factis asperrimè tractant. Si enim responderet Reus, prout alias respondit Aesopus expositus, tanquam mancipium vendendum, Xantho Philosopho. Qui cum illum emere vellet, adiens Aesopum vna cum discipulis dixit, Saluto te. Ille; Et ego te. Tam prompto, & inexpectato responso, obstupefactus Xanthus rogat, Cuius es? Ille; Niger. Xanthus, non hoc, inquam, sed vnde natus? Is: ex ventre matris meæ. Xanthus non hoc dico; sed, in quo loco natus sis? Ille, non renunciauit mihi mater mea, vtrum in sublimi loco, an in humili. Philosophus: Quod facere nosti? Ille; nihil. Xanthus; quomodo, Nihil: Ille Quoniam hi omnia nosse professi sunt, mihi autem reliquerunt nihil; Erat enim medius Aesopus inter duos alios seruos, qui interrogati prius, quid facere nossent, responderunt: Omnia nosse. Hæc cum audisset Philosophus, eiusq. discipuli dixerunt, Benè respondisse. Nullus est enim hominum, qui omnia noscat. Licet bene ex his responsionibus

23 successerit Aesopo; sunt tamen id genus responsiones gratæ potius Philosophis, quam Iudicibus. Tutius est aliquando callidè res criminosas citrà periculum confiteri, vt si obiectum sit aliquid turpe, quod negare non potes, responsione faceta elidas & rem facias risu magis dignam, quam crimine quod fecisse Ciceronem scriptum est. *Aul. Gell. Attic. lib. 12. cap. 12.* Id, quod infeiari non poterat, faceto dicto diluit. Volebat emere domum: Pecuniam in numerato non habebat. A P. Sylla, qui tum Reus erat, mutuam tacitè accepit. Ea res, priusquam emeret, prodita est, & in vulgus exiuit, obiectumque ei est, quod pecuniam domus emendæ causa à Reo accepisset. Tum Cicero, inopinata opprobatione permotus, accepisse se negauit, ac domum quoque se empturum negauit. Atque adeo, inquit, verum fit, accepisse me pecuniam, si domū emero. Sed cum postea emisset, & hoc mendacium ei in senatu ab inimicis objeceretur; risit satis; atque inter ridendum, inquit, homines estis humani moris expertes, cum ignoratis prudentis & cauti patris familias esse, quod emere velit, empturum sese negare propter competitores emptionis?

De hoc §. facit mētionem *Guaz. def. 14. cap. 2. num. 3.* vbi plures casus distinguit; & post eum latius *Giurb. cons. 23.* Sunt præterea multi modi damnati in examine Testium.

24 Primus est, si Iudex, vel Notarius oretenus Testem audiāt, & deinde depositionis tantum partem, quæ Fisco fauet in scripta redigant, dicantq. se super his, quæ nolunt scribere, non interrogasse. Hoc de iure omnino damnabile est, quia Testium dicta à sua qualitate diuidi non possunt. *Baiard. ad Clar. §. fin. q. 23. num. 1. Guaz. def. 14. cap. 2. num. 4. Far. q. 74 num. 16. vers. & maximè.*

25 Alter est si audito Teste, cognoscentes illius dictum Fisco non esse proficuum, tunc nullam illius partem scribere intendant, nam si Testis iam iurauit, illius examen omitti amplius non potest. *Cart. decis. 106 Rot. Auenionen. dec. 116. in fin. Caucer. qui alios allegat. Resol. 20. num. 101. Guaz. def. 14.*

26 *cap. 4. num. 3.* Iuramenti enim vis est indiuidua, & totam causam veritatemq. pro vtraque parte complectitur. *Far. q. 74. num. 16.*

27 Tertius est, si Testis nondum iurauit, nullaque adest suspicio subornationis, & ante probatam Fisci inten-

intentionem superuenerit, tunc omnino est exami- 28 nandus; cum Iudicis officium sit esse Procuratorem veritatis, & eam pro vtraque parte omni studio, etiam pro Reo, inquirere & inuestigare. *l. si non defendatur*. Vbi *Bart. de pæn. Clar. §. final. q.*23. Vbi *Baiard. num.* 1. *Bertaz. cons.* 103. *nu.* 8. *Far. q.* 11. *num.* 10. vt etiam paulò ante diximus; Qui modi damnati quoque leguntur in Constitut. LXXI. *Paul. V. Tit. de Iud. Crim.* Ibi: *Nec vllo pacto Iudicibus liceat, vel Notarijs Testes, quos ipsi verisimiliter informatos crediderint citatos, seu vocatos extraiudicialiter cum iuramento, vel sine eo interrogare, & non scriptis eorum responsionibus dimittere, forsan ex eo, quod contra Fiscum deponant, & pro Reo; sed omnino præuio iuramento de veritate dicenda eorum examen recipiant, & in scriptis redigant, dummodo non adsit vehemens suspicio subornationis.*

29 Declara quod si adsit aliquis subornationis timor, vel quia superuenerunt Testes post Fisci intentionem probatam; vel nominantur post contractam pacem cum offenso; & defensionem Rei afficiant; tunc diligenter oretenus interrogari possint super circumstantijs & qualitatibus delicti, & si suspecti dignoscuntur, omitti, tam ex Const. LXXI. Paul. V. in illis vltimis verbis: *Dummodo non adsit vehemens suspicio subornationis*, quam de iure cõmuni. *Clar. q.* 23. Vbi *Baiard. num.* 1. *Guaz. def.* 14. *cap.* 2. *& per tot.*

Curent itaque Aduocatus & Procuratores pro viribus, vt malis præfatis euenientibus prouideatur, ne carcerati vllo modo opprimantur: vtque id facilius obtineri possit ab ipsis Iudicibus, operæpretium esse duximus subnectere quatuor capita subsequentia.

CAPVT II.

De seruandis à Iudicibus.

SVMMARIVM.

TEmpus est Iustitiæ quoque sancta penetralia adire, in quibus Respublica religiosa semper cum æqui, ac probi facti obseruatione versatur: ac vbi studium verecundiæ est, & cupiditas rationi cedit; nihilq. vtile, quod non honestũ videri possit, ducitur. Eius autem præcipuum & certissimum inter omnes gentes Vrbs Roma exemplũ est, vt testantur omnes, qui hac de re scribunt, vel hic habitarunt.

tarunt. Et affirmat etiam Valerius Maximus *lib.6. cap.5. in princ.* Decet igitur in ea Iudices nostri temporis vestigijs maiorum inhærere. Iudex dicitur quoddam 1 prædicamentum, quod prędicatur de probatione. *l.2. C. de edeu. l. Testium. ff. de testibus. Bald. in cap. fin. nuoi.28. vers. & nota, quod omnis* 2 *probatio, col. fin. de iur. iur.* & tanquam potissima pars in Iudicio, Dux, & Imperator ipsius iudicij appellatur. *Bald. in rubr. C. si à non comp. iud. in* 3 *fin.* Et, quod magis est, prædicata, & alia quamplura concernentia probationes Reorum, eorumque defensiones ab illius arbitrio & conscientia pendent.

Quare nihil magis vtile Reis proponi potest, quam qualis Iudex esse debeat, vt arbitrio non abutatur. Hoc in primis necessarium est, præsertim 4 propter illos, qui vix è scholis egressi tanquam cistella imposita, gubernio honorantur, vel potius onerantur; cum audeant ad gubernacula territoriorum, ac Ciuitatum accedere, ad quarum rectam 5 administrationem notum est non sufficere solam legum peritiam, nisi etiam cum optima imperandi ratione coniungatur experientia, rerum omnium 6 magistra. *Cap. quam sit. de elect. in 6.* Etenim ab *Vlp.* dicitur: Natura potentem, Ars facilem, Vsus promptum reddit Artificem. Et cuilibet artificio præbet experientia incrementum *l. legates. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. ita gloss. super ver. magistra rerum. d. cap. quam sit.*

Itaque inter cætera valdè necessaria est experiētia ad iuris, Iustitiæq. regimen: quippe quæ etiam supplet litteraturam. *Specul. de satis. de leg. §.8. Et in Tit. de libell. conceptione.* Dixitq. *Aristoles ethic.6. cap. 11.* Experientiam haberi temporis longitudine. Quas non didicerunt artes, recusant omnes exercere, gubernare autem (quæ est ars artium omnium difficillima) nemo recusat. *Aeneas Siluius.* Quamobrem existimaui multum profuturum defensioni reorum, si hic, & quotiescumque se in hoc opere obtulerit occasio, ea proponam quæ possunt instruere Iudicem ad officium suum rite exercendum.

7 Ferunt Romanos pauca verba quæ referam, sed succo plena, olim in pariete Curiæ scripta habuisse: *Hoc limen intrantes, abiecta priuata, caritatem publicam induant. Iodoc. Damond. In suis sententijs selectis. in praxi rer. crimin. vers. Consultius.* Quæ vero in præsentiarum dicenda occurrunt, sunt infrascripta.

8 Debent I. boni Iudices considerare, se imperare hominibus. II. se iuxta leges imperare. III. non semper imperaturos secundum Agathonem. *Stobaus:* quem refert *Pacian. de probat. lib.2. cap. 44. num.4. Lucatell. inspect.5. in prax. torquer. reee. numer.85. vers. sed ego alienum.* Possumus addere, & grauius ipsis quandoque saltem in die nouissimo iudicialiter imperatū iri. De quo iudicio refert con- 9 tra Iudices versus infrascriptos Martinus del Rio. *Magic. Disquis. lib.1. cap.1. circ. fin.*

„ *Cogitate miseri quid, vel quales estis;*
„ *Quid in hoc iudicio dicere potestis.*
„ *Hic non erit Codici locus, nec digestis,*
„ *Idem erit Dominus Iudex, Actor, Testis.*

10 Timeant Iudices, ne possint vocari ab iniustè damnato ad mortem ante Tribunal Dei, vt compareant, & respondeant, cur innocentem morti condemnauerint; & iusto Dei iudicio interimi, quod multis cōtigisse refert idem Martinus del Rio. *Magic. disquis. lib.4. cap.4. q.4. sect.1. de Prouocatione ad Diuinum iudicium.* Vbi mōnet Iudices in hu- 11 iusmodi prouocationibus, si non sit omnino certa Iustitiæ sentētia, vt supersedeant executioni, causāque reuidēdam curēt; si vero sit certa, vt procedant absque vlla trepidatione ad executionem, quia à iusto Iudice præmium est expectandum, non supplicium, cum Dei vice in terris fungatur.

12 Sciat etiam Iudex (quod est peius) si iniustè iudicauerit, manere in inferno sibi præparatum locū illum, in quem proiectus fuit quidam Iudex Bernensis, qui cum litibus dirimendis prælatus esset, multa sæpè gratia illectus iniustè iudicauit vt refert fuisse reuelatum Martinus del Rio. *lib.3. par.1. q.7. sect.2. col. antepen. vers. & de Bernoto alio tempore nostro.*

13 Placet referre etiam pro instructione eorūdem Iudicum, quæ ab eis obseruanda recenset Tullius *Orat. pro Auito Cluentio.* Vbi graphicè Iudicis partes describit. *Est,* inquit, *sapientis Iudicis, meminisse se hominem; cogitare tantum sibi à Populo Romano permissum, quantum commissum, & creditū sit; & non solum sibi potestatem datam; verùm etiam fidem habitam esse; meminisse posse, quem oderit, absoluere, quem non oderit, condemnare; & semper, non quid ipse velit, sed quod lex, & religio cogat, cogitare: Animaduertere, qua lege Reus citetur, de quo Reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur, cum hæc sunt videnda, tum illud est hominis magni, Iudices, atque sapientis; cum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, non se putare esse solum, neque sibi, quod concupierit licere, sed habere in Concilio Legem, Religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatesque omnes amouere, maximeque existimare cōscientiam mentis suæ, quam à Dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non potest, quæ si optimorum Consiliorum, atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine vllo metu, & summa cum honestate viuemus.* Idem repetit *3. offícior.*

14 Docet Callistratus *l. obseruandum. ff. de off. Præsid.* quid agendum sit, paucioribus verbis: *Obseruandum est ius reddenti, vt in adeundo quidem se facilem præbeat, sed contemni non patiatur.* Vnde in mandatis adijcitur: *Ne Præsides Prouinciarum in vlteriorem familiaritatem Prouinciales admittant. Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur; sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putant, neque precibus calamitosorum illacrymari oportet. Id enim non est constantis, & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et demum ita ius reddi debet, vt auctoritatem dignitatis ingenio suo au-* 15 *geat discretionem in omnibus adhibendo:* Est autem discretio moderatio virtutum, vis, & ordinatrix affectuum: quam, si tollas, vitium erit virtus. *D. Bernard. in Cantic.* Illamq. D. Thomas *3. sent. dist.33. q.2. art.5.* genitricem, custodem, & moderatricem virtutum omnium appellat, ita vt plerūque ipsæmet virtutes, teste D. Gregorio. *29. Moral.* cum indiscretè teneantur, amittantur. Vide *Luc. de*

Pen.

Pen. in l. si apparitor. col. 8. vers. & breuiter. C. de cohort. lib. 12. Cartar. de interr. reor. lib. 2. cap. 3. in fin. Guaz. def. 20. cap. 6.

16 Hinc consequitur, Iudicem debere esse honestate, humanitate, & mansuetudine insignem; nũquam debere ab humanitatis statu deijci, sollicitum esse, ne quid vnquam factum, aut dictum asperius inueniatur: Patronos causarum honorificè tractare, libenter audire. *Guaz. de defens. reor. in præf. num. 33.* Erga illos se patientem præbere, etiamsi prolixi sint in sermone. Meminerit. *l. Põpeia. de vi, & ambitu.* cautũ fuisse inter cætera, vt ex Asconio in Milonianæ argumento. *ex lib. 4. de finibus. & ad Attic. lib. 10. Cæsar. de bello. lib. 3.* quod ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet: sed tamen, vt diximus, cum prudentia, ne contemptibilis fiat. *l. nec quicquam. §. circa. ff. de off. Proconf. Grat. discept. 538. nu. 65.* Quicquid enim in excelso fastigio positum est, humili & trita consuetudine, vt sit venerabilius, vacuum esse conuenit, omneque tulit punctum Iudex, qui in examinandis litibus id consequutus est, quod laudando

17 Brutum Tullius refert, vt, cum nihil ad gratiam faceret, omnia tamen grata esse viderentur, quæ factitabat. Quod & de Valentiniano scripsit *Amian. Marcell. lib. 27. fol. 374.* De Oratoribus quoque Cicero. *De petition. consul.* dixit: *Audiui hoc dicere quendam de quibusdam oratoribus, ad quos causam suam detulisset, gratiorem sibi fuisse orationem eius, qui negasset, quam eius, qui recepisset: sic homines, fronte & oratione magis, quam ipso beneficio, req. capiuntur.* Multo igitur magis abstinere

18 debet Iudex à verbis, & factis iniuriosis etiam in litigantes, & Reos, ac Testes, vt disponit Constit. LXXI. Paul. V. *Tit. de Iudic. crim. vers. insuper abstineant. §. 10. num. 23.* in Bull. fol. 198. atque etiam à minis. Sæpè namque minus est constantiæ in rubore, quam in culpa. Sanè de Dioxippo, qui erat innocens. Q. Curtius *lib. 9.* dixit, *coniectum oculorum. quibus, vt fur destinabatur, ferre non potuisse: & cum excessisset conuiuio, ferro se interemit.*

19 Pictura ab antiquis edocti fuerunt Iudices, quomodo se gerere deberent: Pictura liber est ignorantium. Quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat Pictura intuentibus. In ipsa ignorantes vident, quod sequi debent. *D. Greg. ad Massilien. Episcopum. Et legitur cap. perlatum. de consec. distinct. 3. & cap. venerabiles imagines. eadem dist.* Vndè etiam dicitur pictura poesis tacens pro idiotis, & poesis pictura loquens pro eruditis. Negari tamen non potest, quin pictura moueat, & instruat

20 etiam litteris imbutos, vt hæc imago iustitiæ quam subijcimus. Pingebant veteres secundum Chrysippũ, vt refert Aul. Gellius *lib. 14. cap. 4.* Iustitiam ad hunc ferè modum: forma, atque filo virginali, aspectu vehementi, & formidabili: luminibus oculorũ acribus: neque humilis neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex cuius imaginis significatione intelligi voluerunt Iudicem, qui iustitiæ antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, haud obnoxium adulationi, contra improbos, nocentesq. inexorabilem; erectum, ac potentem, vi & maiestate æquitatis, veritatisque terrificum. Plato etiam *Lib. de legib.* Orphæus. *in Hymnis.* Hesiod. in Ergis. scripserunt iustitiam Virginem esse pudicam. Quare admonent neque auro, neque argento, aut gratia esse tentandam, & corrumpendam. Hic perpendenda sunt Micheæ Prophetæ verba *cap. 3.* vbi Deus inter causas, ob quas Hierosolymis ruinam minatur, recenset, quod Principes eius in muneribus iudicarent.

Hinc *l. 3. C. ad l. Iul. Repet. l. sancimus. C. eod.* Valentinianus, & Theodosius monent Iudices, & cognitores omnes, vt à pecunijs, atque patrimonijs manus abstineant, neque alienum iurgium putent esse suam prædam. Contra hos iniquos Iudices, qui vendunt iustitiam, Saluianus sic loquitur: *Quid enim omnium aliud dignitas sublimium, quã proscriptio Ciuitatum? aut quid aliud quorundã, quos taceo, Præfectura, quam præda? nulla siquidem maior pauperculorum est depopulatio, quam potestas. Ad hoc enim honor à paucis emitur, vt cunctorum vastatione soluatur. Quo quid est indignius, quid iniquius? reddunt miseri dignitatũ pretia, quas non emunt; commercium nesciunt, & solutionem sciunt.*

Facete in annotationibus ad Thomam Garzonium *in sua Platea vniuersali Italicè scripta.* Cum quidam apud Iudicem quereretur de iniustitia ipsius, aduersario præsente, qui decretum iuxta animi votum reportauerat; dixit Italicè, *Sino gli Vitelli parlano in mio fauore.* Respondit Aduersarius: *E per me parlano Vacche, che più si sentono.* Quæ cum essent maiori pretio non erat mirum, si Iudex pro ipso sententiam tulerit. Valerius Maximus *lib. 4. cap. 3.* duobus collabi rempublicam scripsit; Venere, & Cupiditate eorum, qui præsunt.

Quapropter non immerito, teste Cicerone *lib. 1. de off.* & Valerio Maximo, vt supra, Pericles hortatus est Sophoclem in prætura collegã ad habendũ manus, & oculos continentes. Id sanè possemus multorum scriptorum testimonio comprobare. Sed pluribus omissis, recensebo iuramentum Heliastarum Iudicum Athenis, de quo Demosthenes. *Orat. contra Timocratẽ.* Latinè versus ita ait: *Iudicij causa neque dona, munera ve vlla accipiam, neque in meam rem alius: sed neque vllum arte, fraudeue aliqua quicquam accipere patiar, sciens dolo malo.* Archontes Magistratus etiam Atheniensium id ipsum iurabant se non facturos, & si secus facerẽt statuam auream in pœnam Delphis erecturos. *Iulius Pollux. lib. 8. Onomasticon. Plutarchus in Solone.*

21 Inusitatæ seueritatis exemplo idem voluit docere Cambyses Rex Persarum, qui, Lysam vnum ex Iudicibus Regijs, quod accepta pecunia sententiam iniuste protulisset; interfecit; interfectoque detractam pellem in lora concidit, quibus Tribunal, in quo ille sedens iudicabat, intendit; ibique eius filium Ottanom Iudicem sedere iussit. *Herodot. lib. 5. Valer. Max. lib. 6 cap. 3. Ammian. Marcell. lib. 23.* Subiungit Valerius Maximus: *Et Rex, & Barbarus atroci, ac noua pœna Iudicis, ne quis postea corrumpi possit Iudex, prouidit.*

22 Thebani quoque sine manibus pingebant Iudices; oculisque conniuentibus, insinuantes Iustitiam, neque hominum vultu flecti debere, neque capi muneribus, quorum tanta est vis, vt quidam, quem refert Lancell. *de præuil. paup. par. 1. q. 2. numer. 24.* dixerit [illegible]

,, *Miraris clausa quod sint tibi Iudicis aures,*
,, *Cum tua Iudicibus non sit aperta manus.*

23 Praeterea omni inter coetera carere auaritia debet Iudex. *l. solent. ff. de offic. Procon. & legati.* Vbi habetur vetus prouerbium.

ὅτι πάντα ὅτι πάντων, ὅτι παρὰ πάντων.

l. plebiscito. ff. de offic. Praesid. habeturque in diuinis litteris. *Exod. 18. & Ecclesiast. 20.* & in Sacris Canonibus. *cap. statutum. §. insuper. de rescript. in 6.* Munerum enim acceptatio est praeuaricatio veritatis. *c. qui recte. 11. q. 4. c. non licet. eod. c. non sane. 14. q. 5.* Et Iudex cupidus citò vendit iudicium *c. pauper. q. 3.* Videat ne de ipso dicatur illud Diogenis de officialibus furem ducẽtibus; Ecce magni fures paruum ducunt: vel quod vulgo iactatur; Lepus Leonem rete ducit aureo. Si qua re Iudices egeant, sibi emant proprijs pecunijs, nõ donatis à litigantibus, vt respondit M. Cincius. Quo enim die legem ille tulit de donis, & muneribus, prodijt C. Lento, & satis contumeliosè: Quid, inquit, fers Cinciole? Respondit, Fero vt emas, Cai, si vti velis. *Cicero de Orat. lib. 2.*

24 Hinc factum est, vt Iustinianus Imp. publico edicto sanciuerit, vt Iudices sine quoquo suffragio fiant: cum multae Populorum ingemiscentium querelae Iudices de atrocibus furtis, & crebris iniustitijs accusarent, qui tot rapinas impunè, & facillimè excusabant, quod singula officia sese emisse responderent. *Auth. vt Iudic. sine quoquo suffrag.* Quam venditionem prohibuerat etiam

25 antea Seuerus Imp. qui dicere solebat, necesse esse, vt qui emit, vendat; & ego non patiar mercatores potestatum; quos si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire eum hominem qui emit, & vendit. *Lampridius in eius vita.* Et refert conciuis meus *Pacian de probat lib. 2. cap. 44. num. 73. & seq.* vbi pluribus exemplis supradicta comprobat, aliaque adducit ab ipsis Iudicibus obseruanda, quae ibi videri poterunt.

26 Hac quoque de causa statutum est *l. qui officij. de contrahend. empt.* ne qui officij causa agit in Prouincia, ibi praedia comparere possit, vt in *Verrin. 6.* rectè infert Tullius. *Quae fuit causa,* inquit, *cur tam diligenter nos in Prouincijs ab emptione remouerint? Hac, Iudices, quod putabant ereptionem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret. Intelligebant, si is, qui esset cum Imperio & potestate, in Prouincijs quod apud quemque esset, emere vellet, idque & liceret, fore vti quod quisque vellet, siue esset venale, siue non esset, quanti vellet, auferret.* Eadem quoque

27 ratio videtur esse, cur is, qui in aliqua Prouincia officium administrat, non solum ipse ex eodem loco non esse debeat, iuxta dispositionem. *cap. accedens. in 2. vt lite non contestata. cap. cum Raymundus. de off. delegat. c. accusatores 3. q. 5.* Sed nec etiam inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere possit. *l. si quis officium. ff. de rit. nupt.* nè videlicet eripere magis, quam consensu foeminae, parẽtum, amicorumq. liberrimo vxorem ducere vi-

28 deatur. Sponsalia tamen sic contrahi possunt, vt si post depositum officium mulier nuptias contrahere noluerit, liceat ei hoc facere ahrris tantummodo redditis, quas acceperat. Quod vltimum de restitutione ahrrarum fuit postmodum ab Imperatore correctum, vt nec ad arrharum restitutionem teneatur. *l. 1. C. si rect. prou.* Ita exponit praefatos duos Textus contrarios Reuardus. *Var. siue, De Iur. ambig. lib. 2. cap. 20.* relatis diuersis aliorum opinionibus.

29 Oportet igitur eum, qui seruator legum, & Custos est, incorruptissimum esse, quantum humana patitur fragilitas, mentemque habere alienam ab omnibus affectibus, voluptate, timore, dolore, cupiditate; adeo vt iuxta summam legum rectitudinem (quod in sequentibus duobus capitibus dicetur) animus eius à Iustitiae semita neque pretio, neque prece: nec amore, nec odio deflectat. Durum enim nimis est, si Iudex obtentu iuris ad iniuriae facultatem abutens, auctoritatem regendi ad opportunitatem nocendi vertat.

30 Rursus omnibus notum est non bene regi vllam Rempubl. nisi legum auctoritate sit fulta. Leges enim secundũ Ciceronem *lib. 2. de legibus*, ad salutem Ciuium, Ciuitatumque incolumitatem, vitamque hominum quietam, & beatam editae sunt. Cum vero dico legem, nihil aliud intelligi volo, quam Imperium, sine quo nec domus vlla, nec Ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare potest. Itaque in legibus omnia posita sunt, proindeque Iudex leges custodire debet, & secundum eas proferre sententiam. Nunquam enim aberrabit iudicans secundum leges iuxta quas, vt iudicet, habet in mandatis. *l. nemo. C. de sent. & interloq. om. iudic. cap. 1. & cap. ne innitaris. de constitut. c. pura. 3. q. 9.* Aeschines. *in Orat. contra Ctesiphontem.* scribit Iudices iurare iuxta leges se iudicaturos. Demosthenes. *in 1. Orat. contra Aristogitonem* ita perorauit: *Qui res iudicant, conseruare leges, & earum robur defendere debent; quarum ope adiuti boni in Ciuitate incolumes sunt. Sin autem sinetis eas exolescere, dissoluetur status Reipublicae, & vt quisque est improbissimus, ita plurimum poterit.* Idemque repetit. *in Orat. 2. aduersus eundem.* Plato in lib. de Regno introducit Socratem dicentem: *Nec mihi, Athenienses, iustum videtur Iudicem precari, neque precando absolui: sed docere, atque persuadere. Non enim adhoc Iudex sedet, vt per gratiam concedat, sed, vt iudicet secundum leges, atque id iure iurando promisit, non per gratiam cuicumque libuerit condonare, sed Iudicare secundum leges.* Rursus: *Praetoris munus est, vt iustè singula iudicet, vt circa contractus omnigenos quid iustum, quid non, consideret: & ad normam legum, quam Rex ipse condidit, respiciens de singulis iudicet, propria virtute semper adhibita, per quam neque muneribus, neque minis, neque misericordia, neque odio, nec amore legibus transgressis accusationes dissoluat: Nihil enim tam studiosum, quam legum auctoritas inuenitur:* Vnde Ambros. qui agebat in iudicando vt Episcopus, super *Psalm. Beati immaculati*, vt refertur. *c. Iudices. 3. q. 7.* dixit: *Iudex bonus nihil ex arbitrio suo facit, & domestica proposito voluntatis, sed iuxta leges & Iura pronunciat; statutis iuris obtemperat; non indulget propria voluntati; nihil paratum, & meditatum domo defert, sed sicut audit, iudicat, & sicut se habet negotij natura, decernit; obsequitur legibus, non aduersatur; examinat causae merita, non mutat. Discite Iudices saeculi, quem*

in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietem, quam sinceritatem. Qui iudicat non voluntati suæ obtemperare debet, sed tenere quod legum est. In iudicando magis cordi sit veritatis custodia, quam obedientia voluntatis.

31 Iudex sit calumniarum acerrimus insectator, iustorum arbiter admodum temperatus, calumniosas cauillatiunculas, & pragmaticorum ac formulariorum notas artes non minus, quam noxias, protrahendisque litibus quæsitas, odio habeat, strenuè incidat, vbi potest, indigne ferens, quod re vera indignissimum est, id agi flagitiosissimis artificijs leguleiorum, & quorumdam scribarũ, vt iniuriam, quamuis luculentam perferre tacitum, tolerabilius iam consultiusque habeatur, quam per moras tot Tribunalium & formularum ius etiam manifestum, legitima iudiciorum via præclusa, sumptibus immensis, tædioque miserrimo repetere.

32 Si quando contingat, vt suo tempore contigisse dicit Grammat. citatus supra. *Tit. de Procur. fisci. lib.* 1 *§.8. cap.* 4. Procuratorem, seù, quod est frequentius, Instigatorem, vel eius Procuratores clamoribus obstrepere, & contra carceratum potius inanibus verbis, quam indicijs sufficientibus petulanter agere, erunt partes Iudicis in retundenda eorum audacia, vt factum fuisse ab Imperatore, *Ammian Marcell. histor. lib.* 18. *circa princ.* refert: *Numerius accusatus, vt fur, cum inficiatione defenderet obiecta, nec posset in quoquam confutari, Delphidius orator acerrimus, vehementer eum impugnans documentorum inopia percitus exclamauit: Ecquis*, Florentissime *Cæsar, nocens esse poterit vsquam si negare sufficerit? Contra quem Imperator prudenter motus ex tempore; Ecquis, ait, innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?*

33 Vbi vero de reddendo suo cuique Iure tractatur, causarum momenta æqua lance perpendat, suum cuique tribuat, nusquam à vero abducatur; Cassijs tristior & Lycurgis, vt est in adagio. De L. Cassio Cicero *in Bruto* sic scribit: L. *Cassius multum potuit non eloquentia, sed dicendo! tamen homo non liberalitate, vt alij, sed ipsa tristitia, & seueritate popularis.* De Lycurgo res est vel pueris nota.

34 Denique Iudices obseruent, & alios obseruare faciant leges, vsus & consuetudines locorum, vbi ius dicunt. Habent enim quælibet regiones quamplures peculiares, & proprios mores, & plerum-35 que cæterarum moribus contrarios. Apud Ægyptios viri pensa tractant ab omni ciuili vsu remoti, mulieres forenses actiones publice tuentur, quod 36 apud nos legibus damnatur. Apud Athenienses summo ac illustri honore excipiuntur Musici, eosdem Lacedæmonij, quod animos effæminarent magis, quam ad virtutis studium excitarent, Ciuitate 37 prope eijciebant; Et quod longe maius est, apud eosdem Lacedæmones pro honesto exercitio iuuentutis habebantur furta, vt diximus supra *tit. de pœna imposita pro furtis. lib.* 1. *§.* 13. *cap* 3 iudicatur apud Persas beatus, qui in bello profuderit 38 animam: senescentes domi, & fortuitis mortibus digressos, tanquã degeneres, & ignauos conuitijs atrocibus insectantur, vt recenset *Amian. lib.* 31. *fol.* 470 Aliæ gentes aliter iudicant.

39 Sed, vt proprius ad nostros accedamus, omnibus ferè notum est apud Romanos, Etruscos, Venetos, Picentes, Brutios, Calabros, Siculos, Campanos, & alios plerosquè Italiæ Populos, vt quæque Ciuitas sanctioribus, honestisque legibus, & moribus instituta est. vxorem alienam, filiasque exosculari flagitiosissimum haberi; ita vt de Pub. Mænio Valerius Maximus *lib.* 6. *cap* 1. doceat: *In libertum sibi admodum gratum animaduertisse, quia nubilis iam ætatis filiæ suæ osculum dedisse cognouerat*; In prima tamen eiusdem Italiæ Regione inter Padi fontem, & Dorias per omnes inde Allobrogum Alpes; & quæque populosissimæ Gallorum Vrbes & oppida, vicique inter Pirenem, & Rhenum ad occidentalem Oceanum dilatantur, vsquè adeò est exosculandi permissa licentia, vt cum Hospitis, vel Amici cuiuspiam domum intraueris, nisi quamprimum vxorem eius, filias nuptas, Virginesq singulas in complexum receptas exosculatus fueris, aut rusticus, aut superbus, aut etiam hostis existimeris.

40 Tanti est consuetudo & longa annorum serie recepti mores. Ita plærisque in Ciuitatibus, & Re-41 gionibus quędam non ita honesta, ex vsu tamen, consuetudineque, & diuturna firmaque Populi consensione honestissima fiunt, vt in legem abeant, 42 ita ut consuetudinis transgressor, vt legis transgressor puniatur. Tantaque est consuetudinis aucto-43 ctoritas, vt inualidum de iure communi efficiatur 44 validum, & quod consuetudine est introductum, non sit arbitrarium, sed necessarium. *Bal. l. quicumque. in* 4. *col. num.* 20. *vers. scias autem. C. de seru. fug. l. saccularij. ff. de extraord. crimin. not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. per gloss. in verb. onerasset. ff. de his qui not. infam.* Dixit propterea 45 D. Hieronymus: Oportet leges Patrias maxima veneratione obseruare, si quis verò leges aut violare, aut innouare conabitur, hic omni studio prohibendus, & omnibus modis oppugnandus est. Non enim debent recedere ab eo iure, quod diu visum est. *l.* 2. *ff. de Constit. princ. D. Thom.* 1. 2. *q.* 79. *Less. de Iust. & Iur. lib.* 1. *q.* 7. *art.* 1. *Menoch. cons.* 52. *num.* 154. *Symach. de Cathol. Inst. tit.* 31. *nu.* 1. *&* 8.

46 Vsus ipse quoque loquendi cõmunis derogat propriæ verborum significationi. *l. librorum. §. quod tamen. ff. de leg.* 3. & seruandum esse morem vetustatis dicitur, *c. conquestus.* 9 *q.* 3. *l. cum antiquitus. C. de testam.* Stylum quoque fori obseruet ipse Iudex, de quo poterit se ex officio informare. *Alex. l.* 3. *§. hoc quoque iudicium. col.* 5. *ff. de dam. infec. Pedem. dec.* 22. vbi distinguit, quid in ordinatorijs, & quid in decisorijs causarum seruandum sit. *Decian. cons.* 5. *n.* 42. *lib.* 1. *Magon. dec Lucen.* 87. De hac materia vide *Dec. cons.* 94. *col. pen. num.* 3. Notat *Baldus in rub.* C. *de emend. C. Iust.* In iure nullibi fieri mentionem de stylo nisi in *l.* 1. C. *de Sacros. Eccl.*

47 Porrò, si ita se gesserit Iudex, dici de eo poterit, quod Amianus Marcellinus *lib.* 22. *f.* 239. *& lib.* 25. de alio protulit: *Aestimabatur per hæc, & similia iustè gesta, quam offensam vitijs hominum Aratus extollit in Cœlum, eo iudicante rediisse rursus Iustitiam ad Terras.* Est autem Arati locus de ferreo sæculo in latinum versus:

,, *Sic iusta in populos mox Virginis inculpata*
,, *Exarsere odia, & cœlum perniciibus intrat*
,, *Diua alis.* ——

Demum non astringerem Iudices, quicquid à

Gentilibus ſeruatum fuerit, ad faciendum obſeruare illas leges, ſeu conſuetudines, quæ redolent ſuperſtionem, vt ſpeciminis gratia, legem Paganicam, quam Plinius *lib. 28. cap. 2.* refert obſeruatam fuiſſe in plæriſque Italiæ locis, ne mulierea per Itinera ambulantes torquerent fuſoa, aut omnino detectos ferrent, eo quod aduerſetur id omnium ſpei, præcipueque frugum. Reſtant alia duo valde obſeruanda à Iudicibus, quæ paucis verbis explicari non poſſunt, quod videlicet vitent partialitatem, & quod in iudicando ſectentur æquitatem. Hæc duobus ſequentibus capitibua ſigillatim explanabimus.

CAPVT III.

De vitanda à Iudicibus partialitate.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non ſit nimis fauorabilis Inſtigatori, ſeu fiſco.*
2 *Suſpicio eſt opinio mali ex leuibus ſignis.*
3 *Suſpicio eſt acceptatio vnius partis cum formidine alterius.*
4 *Ad ſuſpicandum delictum non ſit facilis Iudex.*
5 *Iudex non ſit acceptator perſonarum.*
6 *Perſonarum acceptatio eſt iniuſtitia, qua perſona perſona præfertur.*
7 *Iudex ſit medius inter partes non declinans ad vnam.*
8 *Iudex non eſt æquus ſtatuens aliquid parte vna inaudita.*
9 *Iudex non admittat facile vnam partem domi, vel ad nimiam familiaritatem.*
10 *Iudex non de facili admittat mulieres iuuenes.*
11 *Iudex non moueatur diuitum precibus.*
12 *Iudex non præbeat aures precibus amicorum.*
13 *Iudex creatus Cleo amicitias diſſoluit.*
14 *Iudex Ariſtides cognomento Iuſtus amicitias vetuit.*
15 *Amicitia, & Amico nullum maius bonum: Alia ibi de amicitia.*
16 *Iudex præſenti amico pro re minus licita quid responderit.*
17 *Iudex à potentioribus non accipiat litteras commendatitias.*
18 *Iudex non audiat ad aurem ſecreto loquentes.*
19 *Iudex Alexander alteram aurem occludebat, ſeruandam Reo integram.*
20 *Iudex quod ſecrete in Tribunali audiuit, debet publice recitare.*
21 *Iudex non debet acquieſcere carni, & ſanguini, comprobatur exemplo Tit. Manlÿ in filium, & Charonda dicto.*

1 ADuertere inter cœtera debet Iudex quã maxime, & cauere ne nimis faueat Inſtigatoribus, vel fiſco. Hoc ſiquidem vim iuſtitiæ facile aufert, iniuſtitiæ verò robur addit. Audiat etiam rationes Reorum. Et quia ad triſtem partem, vt dixit Seneca, 2 ſtrenua eſt ſuſpicio, quæ ſecundum D. Thomam 3 2. 2. *q. 60. art. 4.* eſt opinio mali ex leuibus ſignis; non ſit Iudex facilis ad ſuſpicandum delictum. 4 Difficilem oportet habere Iudices aurem ad crimina, teſte Seneca; qui etiam monuit diu deliberandum eſſe, quod ſtatuendum eſt ſemel. Vide quam periculoſa rea ſit declinare ad vnam magis partem, quam aliam. *Apud Deum non eſt acceptio perſonarum.* Quapropter debet Iudex, 5 qui in iudicando Dei vicea obit in terris, ita ſe gerere, vt nulli partium affectio illum moueat. Eſt namque, vt definiuit Alexander ab Hales 2. 2. *in* 6 *tract. de accept. perſon.* Acceptatio perſonarum iniuſtitia, qua perſona perſonæ præfertur in conferẽdo aliquid, quod ex debito Iuſtitiæ alteri eſt conferendum ratione alicuius conditionis tranſitoriæ non congruentis ad ipſam rem, ſed exiſtentis circa perſonam, non ob meritum ipſius ad rem. Monuit etiam idem S. Iacobus, *cap. 2.* dicens: *Nolite in perſonarum acceptione fidem habere.* Sit ergo 7 Iudex medius inter partes ad neutram declinans. *cap. cum inter. de except. Et ibi gloſſ. ver. claudicare. l. fin. C. de fruct. Put. de Syndic. vert. Iudex. cap. 2. num. 4.* Vtramque partem audiat. Nam vt ait Seneca. *In Medea. Act. 2. Scen. 2.*

„ *Qui ſtatuit aliquid parte inaudita alt era*
„ *Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.*

Simile illud Luciani. *Libello de calumnijs.*

„ *Ne Iudex fueris partes ni audiueris ambas.*

Stateram geſtet in manibus, eamque non ſolum non tranſgrediatur, ſed *Trutina iuſtior ſit.* Lances 8 appendat æquo libramine. *c. non afferamus. 24. q. 1.* Ibi. *Non afferamus ſtateras doloſas*; Quibus appendamus, quod volumus arbitrio noſtro dicentes, hoc graue eſt, hoc leue; ſed afferamus Diuinam ſtateram. Facit textus *in Auth. iuſiurandũ, quod præſtatur ab his. vir. & primum.* Ibi: *Nequaquam ſubinclinatus.* Sedet enim in medio Iudex iuxta Legem, inter Actorem, & Reum. *c. 30. q. vlt.* ſi adſit partialitas, non erit Iudex. De hac partialitate habes late apud Bobadillam. *cap. 3. & cap. 9. per totum.*

9 Hinc conſequitur primo, vt non admittant facilè Iudices alteram partium domi, nec cum ea verſentur, neque confabulentur. Magnam quippe vim inferunt preces, & manum, & mentum contingere, & mæſtitiam inducere. Quin immò eſt qui lacrymas effundat; eſt qui minitetur ſe eo loco manſurum, neque poſſe abire, ſi voto excidat; præ foribus ſtare ſupplicem, cuius ſpem revereri oporteat, Ab his ſæpe Iudex vincitur; & quæ non vult; concedit.

10 Multo minus admittantur mulieres præſertim ætate, & pulchritudine florentes. Eſt enim forma tacita, ſed vehemens commendatio. Exemplo nobis eſſe poteſt Phrynes, famoſum illud ſcortum, quæ cum Impietatis accuſata apud Athenienſes, Hyperidis admirabili actione defenderetur, vt ſenſit ſe ie periclitari, artificioſe deducta tunica, aſpectuque candidiſſimi ſinus duriſſima & rigidiſſima Iudicum pectora molliuit.

11 Deinde nullo modo moueantur diuitum precibus, præſertim cum illi plærumque ſint ingrati. Plaut. in Pœnulo. *Act. III. ſcen. VI.*

„ *Verum ita ſunt iſti noſtri diuites,*
„ *Si quid benè facis, leuior pluma eſt gratia,*
„ *Si quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt.*

Neque

12 Neque aures præbeant precibus amicorum, si, quæ iusta non sunt, postulenr. Illis respondeatur cum Pericle, qui rogatus ab Amico, vt in ipsius causa falsum deieraret, abnuit affirmauitque se quidem illi amicum esse, sed *Vsque ad aras*. Sensit vir optimus, eatenus indulgendum amicitiæ, qua-13 tenus æquitas, & iustitia patitur. Neque enim assentiendum arbitror Cleoni, qui Iudex constitutus, amicis in cætum conuocatis, testatus est omniũ amicitias velle dissoluere, quod amici plærumque impedimento sint, ne Iudex vbique iustum se 14 præbeat. Multo minus Aristides, cognomento Iusti sententię subscribo, qui semper amicitias vitauit, ne adigeretur ad faciendum, quod iustum 15 non esset. Ego quidem nunquam tanri emerem iudicare. Quod enim maius bonum amicitia? in rebus humanis nihil amicitia dulcius inuenitur. nihil sanctius appetitur; nihil fructuosius custoditur. *Cassiod. lib. de amic. col.* 3. Ob eamque rem Cicero de Amic. dicit: *Solem videntur è mundo tollere, qui de vita hominum amicitiam tollunt*.

Cum bonis tamen amicitia contrahenda est, vt sit in virtute fundata. Huiusmodi amici scientes, in amoris lege sancitum esse, vt ab amicis honesta petamus, non nisi quæ iusta sunt à nobis requireat. *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 44. numer.* 85. *& seq.*

16 Quod si quis nihilominus interdum vehementius a Iudice petierit rem minus licitam, illoque negante, subiunxerit (vti frequenter contingit) Quid mihi prodest amicitia tua? respondeat cũ P. Rutilio, qui cum amici iniustæ rogationi resisteret, atque is per summam indignationem dixisset; *Quid ergo mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, non facis?* Respondit P. Rutilius, *Immò quid mihi tua, si propter te aliquid inhonestè facturus sum?* Remittendi sunt id genus homines ad Cicer. *lib. 3. de off.* vbi ait: *præclarum à maioribus accepimus morem, rogandi Iudicis, si eum teneremus, Quæ salua fide facere possit*.

17 Præterea Iudices à potentioribus non accipiant litteras commendatitias. Noxiæ sunt eorum, qui propter dignitatem, quam obtinent, Iudicem non adeunt, litteræ: timendumq. ne illarum vi à iustitia depellantur maximo Reip. detrimento. *l. 1. C ne sie poten.* Ibi: *Qui sæpè importunis potentium intercessionibus opprimuntur. l. 1. C. de petit. bon. sublim. lib. 10.* Ibi: *Ita in nonnullis causis inuerecunda potentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus. cap. importuna. de pœnit. dist. 1. gloss. ver. qualitatem. cap. si quando. de rescrip. c. Tua fraternitati. de præben. Bart in tract. tyranid. q. 6. Ias. §. quadrupl. num. 66. Inst. de act. Afflict. decis. 69.* Cum enim iurgandum sit in Tribunalibus contra potentes, & se frangi Iudices videant ad deferendum potioribus gratiam, plærumque inclinati, ne contra stimulos calcitrent, flectũt se in blanditias a seueritate iustitiæ. Nam Principũ rogationes mandato æquiparantur. *gloss in l. vnic. vers. pignora. C. si rector. prou. l. 1.* & ibi *gloss. ver. quemadmodum. ff. quod iussu.* Vbi dicitur; & nota prouerbium: Rogatio Domini præceptum est. *c. rogo* 11. *q.* 3. Et ibi gloss. & Archid. exponunt. Rogo, idest, *percipio. Tiraq. de pœn. caus.* 35. dicuntque horum preces, esse *Preces armata*.

Hinc ortum habuit,

,, *Est orare Ducum species violenta iubendi.*

Et illud *Auson. ad Theod. August.*

" *Scribere me Augustus iubet, & mea carmina poscit;*

,, *Penè rogat: blando vis latet Imperio.*

18 Monitum propterea legimus *Eccles. 7. circa princ.* Salamone dignum. *Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.*

Has preces nõ timuit Antonius Montanus Cardinalis, vt refert P. Ioannes Rhò. *Hist. virt lib. 4. cap. 1.* vt infra. Nitebatur Iulij II. Pontificis gratia litigator potens, aduersariumque eadem premebat. Nam & Iulius secundum amicum sententiam ferri cupiebat maximopere. Sed non ideò flexus Antonius, quin contra sentiret, ac decideret. Id vbi rescivit Iulius, qui ius pro amico stare sibi persuaserat, & ardentioris animi erat, adeò commotum ferunt, vt Antonius prima irarum metuens, Neapolim clam se reciperet haud satis sua se dignitate (nam Rotæ Auditor erat) irato Principe tutum in Vrbe videns. Pontifex paullo post vim animi, æqui amantem, virtutemque admiratus, reuocatum in Vrbem Antonium, in Senatum legit, Rara viri constantia, si cum magnanimo Iulij iudicio componatur: quem præferas dubia trahit sententia mentem.

Sed neque Iudices audiant ad aurem secreto loquentes litigantes, dum existunt in Tribunali. *Marant. de ord. Iud. par. 6. §. incipien secundus actus. num. 44 vers. 11. causa &c.* Hoc enim haud leuem inducit suspicionem, quam adeo studuit eui-19 tare Alexander Magnus, vt cum in causis capitalibus Iudex sederet. accusatori alteram aurem occluderet: rogatusque cur id faceret, alteram dixit integram seruo Reo. *Mascard. de probat concl. Actore non probante. 36. num.* At licet vt ait Corradus *in cur. breuial. 1. cap. 9. §. 2. nu. 9.* Iudex aliquando teneatur audire Partem in occulto loqui volentem, alias dicitur eam grauare; nihilominus 20 in Tribunali, seu loco publico non debet aurem porrigere confabulantibus; & casu, quo porrigat illud, quod in aure audiuit debet publice recitare. *Decian. lib. 8. cap. 35. tract. crim. tom. 1. Mascard. de probat. conclus. 1177. num.* 12. Haud tamen se difficilem reddere debet in audiendis partibus. Nam vt Cicero. *in orat pro Milon.* dixit: *Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere possunt ij, quibus tota commissa est Resp.*

21 Tandem hoc est maximum, à quo cauere debent Iudices; vt non acquiescant carni, & sanguini, Vndè *Cassiodor. super Psalm.* 14. Rectissime scripsit: *Iustitia non nouit Patrem, non nouit matrem, veritatem nouit, personam non accipit, Deum imitatur.* Circumferuntur multa de hoc exempla. Illud memorandum de Tit. Manlio in filium, quod refert Liuius *lib.* 8. his verbis: *Quandoquidem, Tu M. Manli, neque Imperium consulare, neque maiestatẽ patriam veritus, aduersus edictum nostrũ extra ordinem in hostem pugnasti, & quantum in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, soluisti, neque in eam necessitatem adduxisti, vt aut Reipublicæ mihi, aut mei, meorumque obliuiscendum sit;* Nos potius no-

stro

stro delicto plectemur, quam Respublica tanto suo damno peccata tua luat: Triste exemplum, sed imposterum salubre iuuentuti erimus. Me quidem cum ingenita Caritas liberum, tùm specimen illud virtutis deceptum vana imagine decoris in te mouent: sed cum, aut morte tua sancienda sint Consulum Imperia, aut impunitate in perpetuũ abroganda; nec te quidem, si quid in te sanguinis nostri est, recusare censeam, quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam pœna restituas. I, Lictor, deliga ad palum. Huc vsque Liuius. Hac de causa Charondas Cataneus, cuius Aristoteles *lib. 2. Politicor. cap. 12.* meminit, statuit, vt iudicare homines, etiã sanguine maximè coniunctos, si affines culpæ essent, nõ haberet in se dedecus, ac turpitudinẽ vllam. Sane Cicero in eos, qui cum accusarentur, quod pessimum Ciuem, & inutilem Reipublicæ defenderent hac ratione se purgabant, *Meus cognatus est*, inuehebatur; *An potest cognatio propior vlla esse, quam Patria*.

Ad vitandam nimiam in alterum propensionem maxime cauendum, ne cum Iudex medius esse debeat inter rigorem, & lenitatem, incidat in hoc vitium, solum rigorem exercendo, vel solam lenitatem adhibendo. In Iudicijs vitabit vtrumque extremum, & in medio se ponet, si ea, quæ sequenti capite proponimus, obseruet.

CAPVT IV.

De æquitate a Iudicibus obseruanda.

SVMMARIVM.

1 *Æquitas in omnibus, maximè in Iure, spectanda est.*
2 *Æquitas æqui bonique species, Par, appellatur.*
3 *Quod tibi non vis, alteri ne feceris, exclamabat Alex. Seuerus.*
4 *Aequitas quandoque generis, quandoque speciei loco ponitur.*
5 *Iudex gestare debet gladium iustitiæ ad defensionem bonorum, & ad vindictam malorum.*
6 *Aequitatis prima pars est æqualitas.*
7 *Misericordiæ omnes morales virtutes cedunt.*
8 *Iudex nec nimis crudelis sit, nec nimis lenis.*
9 *Iudex non puniens nefarium, punitur.*
10 *Liberatus liberatori insidiatur exemplo Biconis.*
11 *Beneficia magna pro gratia odium pariunt ex Tacito.*
12 *Liberato denegantur omnes actiones contra liberatorem, quod tamen intelligitur sine iussu Prætoris.*
13 *Iustitia absque misericordia est crudelitas.*
14 *Iustitia apud Deum non est sine pietate.*
15 *Princeps quomodo se gerere debeat cum subditis.*
16 *Sub Principe bono viuere libertas est.*
17 *Principibus nihil licere debet, nisi quod priuatis.*
18 *Crimina considerate perpendenda, & punienda.*
19 *Innocentem condemnare peius est, quam centum nocentes absoluere.*
20 *Aequitas, æquilibrium iustitiæ, in omnibus est seruanda.*
21 *Aequitas seruata a Salamone, & edocta a Dauide.*
22 *Rigor mansuetudinem regat, mansuetudo rigorem.*
23 *Animo ægrotanti medicus est oratio.*
24 *Misericordia non debet esse ementita, sed compatiens.*
25 *Responsum benignius præbens occasio rapienda est.*
26 *Pœna vnius multorum fit metus.*
27 *In condemnando moderatio adhibenda, & peccandum potius in liberando.*
28 *Iudex asper in reos vituperandus.*
29 *Crudelitas est vitium humanum modum puniendi culpas excedens.*
30 *Iudex Crudelis, qui non timet Deum, si Deum incipiat timere, fit mitis exemplo S. Apri.*
31 *Iudices rigorosi exuerunt humanitatem.*
32 *Iudices rigorosos castigat Deus.*
33 *Iudices crudeles qui eligunt non laudandi.*
34 *Scipionis laudatur dictum, malle vnum* Ciuem *seruare, quam mille hostes perdere.*
35 *M. Antoninus fuit Pius nuncupatus, quia dicebat melius esse vnum seruare, quam mille occidere, & quia minori pœna, quam legibus statueretur, puniebat.*
36 *Clementia Regni Custos.*
37 *Neruæ dictum, Se nihil egisse quo minus deposito Regno securus vitam priuatam ageret.*
38 *Iudex improbos corrigat, nõ è medio tollat exemplo Medicorum.*
39 *Clementia laudata semper in ijs, qui gladij potestatem habent.*
40 *Misericordia virtutum plenitudo, sine qua cætera non adeò prosunt.*
41 *Rei sunt pro bono publico percutiendi.*
42 *Iudices sciant non sibi quicquid velint licere in Reos.*
43 *Iudices delicta malorum odio habere, non homines debent.*
44 *Homines tanquam ad imaginem Dei facti, sunt amandi.*
45 *Nimium omne vitandum.*
46 *Ad misericordiam pronior natura, creditur melior.*
47 *Sermo & oratio conformis est moribus.*
48 *Misericordia maximè in Deo colitur.*
49 *Iudices talem sortientur erga se Deum, quales ipsi fuerint in Reos.*
50 *Clementia extollitur ex Seneca elogio in Nerònem.*

1 IVri apprimè consonum est, quod proponimus. Est enim iuris regula: In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas spectanda est. *l. in omnibus. de reg. iur.* Et quia in hoc consistit præcipuè scopus, ad quem collimant DD. Visitatores carcerum, paulo fusius materiam explanabimus. De hac *in Topicis.* Tullius ait; *Valeat æquitas, quæ paribus in causis paria iura desiderat.* Et pro *A. Cecinna*, dicit: *Omnibus in causis idem valebit, in quibus perspicitur vna, atque eadem causa æquitatis.* Huiusmodi æqui, bonique species, *æquitas Iu-* 2 *dicis*, ac nonnumquam, *Par*, appellatur. *l. si Procuratorem. §. quod &. ad ff. mand. l. 2. §. peruenisse. in fin. de hæred. vel act. vend. l. nulla. de legibus. l. si*

ex duobus. s.1. de pecul. l.epistola. §. fin. de pact. l.in summa. § item Varus. ff. de aq. plu. arc. Auctor enim est idem Tullius. *lib. 2. de Inuent.* quædam genera iuris certa cõsuetudine facta esse veluti *pactum, par, iudicatum*: Illudque Par dici, quod inter omnes æquale est. Quod ipsum à Lactantio traditum est. *lib. 15.* dum ait: *Deus, qui homines generat, & inspirat, omnes aequos, id est, pares, esse voluit.* Et paulò post. *Vbi enim non sunt vniuersi pares, aequitas non est, & excludit inaequalitas ipsa iustitiam*; Hinc Scæuola. *l. fin. §. fin. ff. de dol. mal. except.* Meuia filia mea ex sex vncijs hæres mihi esto, si cum tuis cohæredibus parem rationem feceris. Parem autem rationem facere est, quotiescumque expensi rationes cum accepti rationibus quadrant. Ad hanc æquitatis interpretationem videtur etiam in eo Edicto monitorio Prętor respexisse, cui Titulus est, *Quod quisque iuris in alterũ statuerit, vt ipse eodem iure vtatur.* Neque alio spectat, quod Lampridius de Alexandro scribit: *Clamabat sæpius quod à quibusdam siue Iudæis, siue Christianis audierat, & tenebat; idque per Praeconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat.* Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Cuius 3 sententiæ meminit etiam Lactantius. *in Diuin. Institutionib.*

4 Verum hoc sensu à Iure in Regula præfata separatur Aequitas, non aliter quam species à genere. Nomen enim æquitatis interdum speciei loco ponitur, vt supra, interdum loco generis: Generis quidem loco ponitur, cum ea in merum ius gentium, præcepta ciuilia, & præcepta prætoria distribuitur. *l. bona fides. depos.* Atque ita Prætoris Edictum, quo stricti iuris emendatur asperitas (nonnullis aliter sentientibus) rectè appellari videtur æquitas scripta, respectu iustitiæ, quæ scripta non est. *l. placuit. C. de iudic.* Ait enim Vlpianus Edicti de pactis æquitatem naturalem esse. *l. 1. de pact.* Edictum autem illud scriptum erat. Cur igitur negabimus aliquam inueniri æquitatem scriptam? De æquitate hac sermo noster est, quæ prouenit ex illa generica; de illa (inquam) qua stricti iuris emendatur asperitas. Et secũdum hanc soluit Plato *lib. 3. de legib.* prouerbiale illud ænigma: *Dimidium plus toto.* Siquidem qui dimidio contẽtus est, is in medio consistit; contra quisquis ad totum vsque progreditur, ad extremum peruenire oportet; vt in casu nostro: Ad summum ius, quod summa dicitur iniuria. *Budæus in suo Commentar. in pandect. toto tit. De iustitia & iure.* Ob hanc causam tantoperè commendatur aurea mediocritas, citra quam nihil est in rebus humanis, nec honestum, nec iucundũ; Haud tamẽ omittimus inserere in hoc nostro opere etiam spectantia ad æquitatem scriptam, tanquã speciem. Vtramq. enim adhibere debet, quicumque iudicat.

5 Itaque Iudex, cuius est à Deo ordinata potestas, gladium iustitiæ gestare debet ad defensionem bonorum, & ad vindictam malorum. Oportet hoc gladio non abuti, sed vti æqualiter. Vt enim rectè 6 Seneca. *Epist. 30.* ait: *Prima pars aequitatis est aequalitas, inde fit, vt nemo queri possit in ea conditione,* 7 *in qua nemo non est.* Seruet Iudex rigorem non immemor misericordiæ. Æquitatem, quæ benigna 8 est, ante omnia colat. Iniquus Iudex, vel qui nimis crudelis, vel qui nimis lenis; dum iustitiæ non sa- 9 tisfacit, plærumque ipse punitur. Cicero Reum vinctum, traditumq. sibi à magistratu, cum punire deberet, dimisit. Is postea submissus à M. Antonio ipsi Ciceroni iugulum præcidit. *Plut. in vita eius.* 10 Neque id nouum, vt liberatus liberatori insidietur. Celebre est de Bicone, qui *præter spem praesenti periculo ereptus, paulò post insidiatus auctori salutis suae est. Q. Curt. lib. 2.* Hoc contingit ex vsu malè agendi, vt quidam etiã benefacientibus noceant: nisi fortè in ijs locum habeat, quod apud 11 Tacitum *lib. 4.* extat: *beneficia eo vsque laeta videntur, dum videntur solui posse, vbi multum* 12 *anteuenere, pro gratia odium redditur.* Leges tanti faciunt seruatorem, vt seruato denegent omnes actiones. *Seneca 3. Contron. & facit. l. generaliter eas personas, quibus reuerentia debetur. ff. de in ius vocan.* Quod tamen intelligendum est sine iussu Prætoris.

13 Nouerit Iudex, quod vt D. Io. Chrysostomus. *super Matth.* dixit: *Iustitia sine misericordia non est Iustitia; sed crudelitas: sic contra, misericordia sine iustitia nõ est misericordia, sed fatuitas.* Salomon. *Prou. 30.* optimè monet. *Non sis nimiũ iustus ne pereas in propria Iustitia. Et qui nimium emulget, elicit sanguinem.* Dicitur quoque iustitiæ seueritati detrahendum. *cap. vt constitueretur. 50. distinct.*

14 Deum namque imitari debent Principes, apud quem teste Cicerone *lib. 1. de nat. Deor.* nec pietas sine iustitia, nec iustitia sine pietate est. Seneca *lib. 1. de clem. cap. 5.* scribit: *Deorum sibi animum, is afferens Princeps alios ex ciuibus, quia vtiles, bonique sunt, libenter videat; alios in numerum relinquat; quosdam esse gaudeat; quosdam patiatur.* Apud Cassiod. *var. lib. 2. cap. 9.* legimus. *Benigni Principis esse ad clementiæ commodum transilire terminos aequitatis.*

16 Sub huiusmodi principe viuere summa libertas est. Vnde Claudianus.

,, *Fallitur egregio si quis sub Principe credit*
,, *Seruitium, nunquam libertas gratior extat,*
,, *Quam sub Rege pio.*

Idem alij docuerunt. *Lucas de Pen. in l. 1. C. de condit. lib. 11. Crauett. cons. 24. num. 14. Grat. discept. 421. num. 19. & Angel. quem allegat in l. 1. in fin ff. de seru. vrb. præd.* Neque enim aliud Imperatoriæ maiestati, cui semper debet æquitas inhærere, & vigori iustitiæ magis accommodatum est, 17 quam commune ius omnibus reseruare subiectis; & nihil amplius bonis licere debet Principibus, nisi quod liceat priuatis. *Obseruation. ad lib. 5. Amian. Marcell. fol. 149. in fin.*

18 Crimina igitur pensiculatè examinanda sunt, & in iudicium vocanda, atque punienda. Innocentia 19 semper defendenda. Melius est centum nocentes absoluere, quam vnum innocentem condemnare. *l. Arianus. Et ibi gloss. in ver. vt faciliores simus. Et ibi scribentes. ff. de act. & obligat. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & l. fin. §. fin autem. ff. de iure iur. concordat text. in cap. veniam nunc. Vbi etiam gloss.* 20 *in vers. si faciendum. 35. q. 9.* Quamobrem in omnibus seruanda est æquitas tanquam æquilibrium iustitiæ, ne rigor iustitiam superet, ne nimia lenitas eam perdat.

21 Sa-

21 Salomon, æquitate iudicij celebratus; ita à patre Dauid institutus erat; vt sciret iniquitatem odio haberi, & abominari. Psalm. 118. Dauid ait: *Pronunciabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas.* & paulò ante: *Aequi-* 22 *tas testimonia tua in æternum.* Ita igitur procedendum secundum D. Gregorium, vt rigor mansuetudinem regat, & mansuetudo, vel lenitas or- 23 net sermone rigorem: Non tamen eminus ita blan- 24 diloquentia vulnus Iudex infligat. Si aliter fieri non potest verbis temperet pœnæ asperitatem, legisque rigorem emolliat. *Nam animi ægrotanti medicus est oratio. Plutarchus.*

25 Hac confert illis Regula: Rapienda est occasio, quæ præbet benignius responsum; quemadmodum ad Plautium Paulus testatur. *lib.* 1. *vt Plautius att. de Procurat.* Cum enim esset de Procuratore damnato controuersia, alijs indistinctè eum debere conueniri contendentibus, alijs distinctionem requirentibus: Inter alia responsum fuit, aliter eum non debere conueniri, quam si aut in rem suā datus esset, aut obtulisset se, cum sciret cautum non esse: illudque responsum alijs omnibus benignius esse, & omnibus placuisse Plautius dixit: *d. l. Plautius. facit etiam l. si is qui de rei vendit. & l. maiorem de pactis:* Quare ab Agesilao Lacedæmoniorum Principe fuit sancitum, vt æqualibus votis super iudicando in diuersa trahentibus, pro Reo iudicium staret. Quod videbatur æquissimum. Idque sæpe ab omnibus factitatum. Nam cum de extinguendis Mytilenis suffragatores paribus votis dissentirēt, Diodori sententia peruicit, quia lenior. *Thucid in 3. & post eum Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 5. propè finem; quos adducit Mascard. de probat. concl. 36.* Auctore non probante. *numer. 3.* Merito igitur iurisdictionem definiuit Azo, vt sit potestas de publico introducta cum necessitate iusdicendi, & æquitatis statuendæ. Hinc etiam est, quod licet toto orbe Christiano, publico bono ita postulante, receptum sit, Reipublicæ interesse 26 Ne delicta maneant impunita; sed vnius pœna multorum sit metus, vt præclarè Gratianus, Valentinianus, Theodosius Imperatores rescripserūt. *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. 1. C ad l. Iul. repet.* & homines facinorosi veluti membra putrida tollantur, & recidantur, ne aliam corporis partem inficiant; eam tamen moderationem & æquitatem 27 in pœnis scelerum infligendis adhibendam esse legum conditores statuerunt, vt nisi probationibus, luce meridiana clarioribus, conuictus reus fuerit, absoluendum potius nocentem censeant, quam innocentem damnandum. Quippe intellexerunt, id quod est, vitam hominis, ad Dei imaginem cōditi, pretiosissimam, & irrecuperabilem esse possessionem; ac satius, iustiusque esse (vt inquit *Bald consil. 403. incipien. Quidam fuit. lib. 3.*) in absoluendo, quam in condemnando peccare; eo quod nocēs absolutus aut ad meliorem frugem redire possit, aut pœnam diuinam, sæpè quoque humanam perferre cogatur.

Hæc quæ dixi tantopere ipsis quoque Iurisconsultis Ethnicis curæ fuerunt; vt plena sint illorum responsa sententijs omnem humanitatem, æquitatem, mansuetudinem Christianam redolentibus. Vlpianus ex rescriptis Traiani refert *l. absentem. ff. de pœn.* Absentem videlicet in criminibus non damnari debere, vt nec de suspicionibus aliquem esse condemnandum. Item satius esse impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari. Marcellus I.C. eleganter monet *l. respiciendum. ff. de pœn.* Iudicem ne quid durius, aut remissius constituat, quam causa deposcit. *Nec enim, inquit, aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est; sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat, statuendū est. Planè in leuioribus causis proniores ad lenitatem Iudices esse debent, in grauioribus pœnis seueritatem legum, cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.* Ex quibus Marcelli verbis clarissimè patet veteres illos, & Impp. & I.C. Ethnicos in infligendis pœnis, etiam pro grauioribus delictis, moderationis, lenitatis, temperamentique & benignitatis fuisse studiosissimos, velut magis colentes clementiā, quæ secundū Senecam *de clem. lib. 2. cap. 3.* definiri potest, vt sit Temperantia animi in potestate vlciscendi; vel Lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis; vel, Inclinatio animi ad lenitatem in pœna exigenda; vel, Moderatio aliquid ex merita, & debita pœna remittens, quæ se flectit circa id, quod meritò constitui potest.

28 Ex quo apparet quam vituperandi sint illi Iudices, qui Draconis semper leges præ oculis, & nimiam seueritatem habentes, in tractandis definiendisq. causis capitalibus, aut seuerius quiddam statuant, quam res postulet, aut temperamenti benignitatis obliti eos, quos malos putant, ijs aspiciant oculis, quibus tunc solent, cum omnibus omnia minitantur, & contra eos nimis exardescant bonū 29 publicum prætexentes, adeoq. crudelitatis notam merentur. Est enim crudelitas vitium humanum modum puniendi culpas excedens. *S. Thom. 22. q. 15. art. 1.* Huius in Iudicibus sæuitiæ in promp- 30 tu ratio est. Deum præ oculis non habent; nec Christiana mansuetudine ducuntur. Ita erat aliquando S. Aper, cum officium causidici, & Iudicis exerceret, antequam sese ad meliorem vitam conuerteret: ad quem iam mutatum in melius scribēs S. Paulinus. *Epist. 1. ad Aprum,* hæc habet inter cætera: *Destructus es a superbo, assumptus in humilem; depositus ab iniqua potentia sede, vt pacis, atque iustitiæ solio locareris; vbi nunc tu ille es aliquando terribilis, vel pro Tribunalibus aduocatus, vel in Tribunalibus Iudex? Vbi tua illa ceruix tauri pinguis? quomodo facta est docilis, ac tenuis in iugo Christi, ex quo conuersus ingemuisti, & beneplacitum est in te Deo, sicut super vitulum nouellum? Deposita ceruice tauri, factus es in mansuetudinem bouis illius, qui agnouit possessorem suum. Video enim te non te; video ex leone vitulum; video in Apro Christum; nunc versa ferocitate in virtutis vicem, Aprum sæculo, Agnum Deo. Non autem iam de sylua, sed de segete Aper es, qui bonis disciplinarum fructibus opimaris; nunc verè sapiens, verè disertus, verè potens, formans in te quotidie, confirmans Christum, vt fiereris vtilior & magi-* 31 *ster doctior euadas.* Sed parum dixi, quod isti rigidi, & feroces Iudices Christum non induerint; exuerunt humanitatem; humanæq. sortis (quam nemo facile exuere potest) obliti, non simplices sunt mores; quod nemo mundus est à sorde, nec infans,

enius

cuius est vnius diei vita super terram, & quam ad peccandum procliues simus. Nec id mirum est? nam *Teophr. lib. senten. vett. Philos. dixit eos qui venando feras persequuntur, ad crudelitatem institui; qui mitius cum belluis agunt, ad humanitatem erudiri*.

32 Huiusmodi Iudicibus, qui nimis duri sunt contra noxios, & grauioribus quam par est, pœnis desæuiunt, non parcet Deus, qui plærumque inimicos inimicis suis castigare consueuit. Liceat hic fabulam ante oculos, & in conspectum quasi ponere. Aesopus cum ex carcere à Iudicibus traheretur violenter in præcipitium, illis dicebat. *Quando colloquebantur animalia bruta, mus ranæ amicus factus, ad cœnam eam inuitauit, & abducta in penuarium diuitijs, vbi multa esculenta erant; Comede, inquit, amica rana. Post epulationem, & rana murem in suam inuitauit cœnationem, sed ne defatigere, inquit, natando, filo tenui meum pedem tuo alligabo. Hoc facto saltauit in paludem: ea autem vrinata in profundum, mus suffocabatur, & moriens ait, Ego quidem per te morior, sed me vindicabit maior. Supernatantem igitur murem in palude mortuum, deuolans aquila arripuit, cum eo autem appensam vna etiam ranam, ambosque deuorauit. Et ego igitur, dixit Aesopus, qui vi per vos morior, habebo vltorem. Babylon, & Græcia omnis meam à vobis exigent mortem.*

33 Sunt qui, si semel intellexerint promotos à se Iudices agere immaniter, Lycurgos se inuenisse prædicent, & Cassios hortenturque assiduè, vt noxas vel leues acerbius vindicent. His nullatenus 34 possumus assentiri; ipsi viderint. Scipionis bellicosissimi Imperatoris celebratur humanissima sententia, *Malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes perdere*. M. Antoninus Pius Imp. symboli loco vsurpasse dicitur; *Melius esse seruare vnum, quā occidere mille*: ob quod Pius à Senatu appellatus fuit. Nemini vnquam asper, aut molestus; sed erga omnes beneficus, & clemens extitit: fuitque, vt scribit Capitolinus, mos illius, vt omnia crimina minore supplicio, quam legibus plecti solent, 36 puniret. Eidem vsque adeo grata fuit clementia, vt eam diceret esse Regni custodem: quod etiam afferit Seneca *lib. de Clem. cap. 19.* his verbis: *Saluum Regem in aperto clementia præstabit; Vnum est inexpugnabile munimentum amor ciuium: quid pulchrius est, quam viuere optantibus cunctis, &* 37 *vota non sub custode nuncupantibus*. Hac fretus Nerua dicebat, se nihil tale fecisse, quo minus deposito Imperio securus vitam priuatam ageret. *Dionysius in Nerua*.

38 Illud quoque inconfesso est apud omnes, quod magis probanda est medicina, quæ vitiosas corporis partes sanat, quam quæ exurit, & resecat adeoque a Iudice ea potius adhibenda est animaduersio, quæ improbos corrigere, & emendare possit, quam quæ è medio tollit. Quæ humanitas, ac cle-39 mentia in ijs, qui gladij potestatem habent, semper laudata fuit, adeo vt Iustinianus Imp. dixerit illa sola virtute, se Deo parem reddi, quantum humanæ naturæ possibile est. Immò declarat sibi à Deo traditos esse homines oppressos, vt eis per omnia parcat, Dei ipsius sequendo benignitatem, qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem statum perducere non dedignatur.

Vnde humanæ infirmitatis, fragilitatisque nobis omnibus adnatæ memores Theodosius, Arcadius, & Honorius Impp. Ruffino Præfecto Prætorij rescripserunt: Nolle se pœnis eum subiugari, vel durum aliquid, vel asperum sustinere, qui ex leuitate, vel insania, improbo, petulantique maledicto etiam ipsorum nomina læsisset, subiectis rationibus, quibus ostendunt humanæ infirmitatis rationem habendam esse. *l. vnic. C. si quis Imp. maled.* Theodosij quoque II. Imp. illa celebratur sententia, qui rogatus ab amicis, quare neminem eorum à quibus læsus erat morti addiceret? respondisse fertur, Vtinam liceret mihi vitæ reddere mortuos. Et sanè clementiæ tantam esse laudem existimauit Cas-40 siodorus, vt dixerit oēs virtutes ei cedere laudabiliter non recusare; & sine illa cæteras, etiā si sint, nobis prodesse non posse. Hinc illud *Ambr. in Lucam.* circumfertur: *Virtutum plenitudo misericordia.*

Quæ dicta sunt, non ita accepi velim, quasi punitionem scelerum reprehendam, aut ita parcendum reis censeam, vt ad delinquendum potius prouocari homines, quam absterreri videantur. Hoc enim maximè aduersatur bono publico, ad quod necesse 41 est delinquentes dignis supplicijs affici. Bonorum siquidem salutem custodit, qui malos punit; immò nocet bonis, qui malis parcit, cum malitiæ medicina sit pœna. Quod dixi eo tendit, vt omnes (quibus causā, curaue carceratorum commissa est) intelligant non sibi in miseros licere, quicquid libet, vt sunt nonnulli, qui pulchrè se suo munere fungi 42 arbitrantur, si furcas plenas cadaueribus ostentēt, & exquisitos quosdam nec consuetos puniendi torquendique modos adinueniant. Equidem pro-43 fiteor me delicta prauorem hominum odisse; homines ipsos nec posse, nec debere odisse. Audio nō 44 neminem me interrogantē: Cuius est imago? Noui verba sacri eloquij: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*; ideoque ex sententia D. Augustini ita diligo homines, vt eorum errores non diligam, quia, vt inquit ille, *Aliud est amare, quod facti sunt, & in eis illū, ad cuius imaginem facti sunt: aliud odisse, quod faciunt*. Quapropter, dum in se vltionem Iudicum prouocant, 45 Iudices perpendant omne, quod nimium est deuitandum; Reosque ab illis ita secundum leges puniendos, ne temperamenti benignitas subtrahatur.

46 Sum, non nego, ad misericordiam pronus naturæ quodam ductu, instinctuque. Natura mutari non potest: Immò si mutari posset, ego illam quam sortitus sum nequaquam mutarem. Quod si hanc ad lenitatem procliuem negare vellem, liber iste meus, toties clementiam, æquitatem & caritatem inculcans contra staret, clamaretque. Licet enim 47 contingat dissimilem patri filium quandoque generari; oratio tamen dispar moribus vix potest inueniri, cum lingua nuntius cordis, & animi interpres sit. Vnde Matth. 15. Legimus: *Ex abundantia cordis os loquitur*, Socrateq. dictum à Philosopho, qui vt agnosceret conditionem adolescentis, dixit, Loquere, vt te videam. Præsumitur enim quisque dicere, quod mente concepit. *l. labeo. ff. de suppell. leg.*

48 Gratias ago Deo, quod eiusmodi me fecerit, nec

cupio

cupio hunc mihi affectum humanum auferri. Eam sæpe per *D.Greg.Nazianzeni* sententiã animo reuoluo; *Nulla ex omnibus rebus Deus perinde colitur, vt misericordia.* Ea, inquam, sententia fretus omnes homines, & præcipuè illos, quibus cum miseris
49 carceratis res est, ad diuinam virtutem clementiæ hortor: aliamq. eiusdem Gregorij sententiam valde inculcandam censeo, Imperatorem compellantis: *Habes, inquit, & tu in Cælo Dominum, quem talem erga te sortieris Iudicem, qualis fueris erga subditos.*

50 Hoc Capitulum concludam verbis: Senec. *De Clem. lib.2. cap.1.* vbi Neronem sic compellat. *Vt de clementia scriberem, Nero Cæsar, vna me vox maximè compulit (quam ego non sine admiratione, & cum diceretur audisse memini) magna lenitatis, quæ non composita, nec alienis auribus data subito erupit; sed bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem in medium adduxit. Animaduersurus in latrones duos Burrus Præfectus tuus, vir egregius, & tibi Princeps natus exigebat à te scriberes, in quos, & ex qua causa animaduerti velles; Hoc sæpe dilatum: vt aliquando fieret, instabat. Inuitus inuito cum chartam protulisset, traderetq. Exclamasti: Vellem nescire litteras. O dignam vocem, quam audirent omnes gentes, quæ Romanum Imperium incolunt; quæque iuxta iacent dubia libertatis; quæque contra se viribus, & animis attollunt. O vocem in concionem omni orbe mortalium mittendam, in cuius verba Principes, Regesque iurent. O vocem publica generis humani innocentia dignam, cui redderetur antiquum illud sæculum:* Hæc longiori stylo tamquam valde necessaria mihi visa sunt dicenda: nemo, vt spero, in malam partem accipiet, qui cogitet à me seniculo septuagintaquinque annorum nō esse omnino alienum iuniores instruere, atque ad iustitiam, & clementiam, quæ sunt huius Sacri Tribunalis Visitationis propriæ, quantum pro ingenij mei tenuitate, licet, manu ducere. Quin etiam opportunum duxi aliud subsequens Capitulum hac de causa annectere.

CAPVT V.

Monita ad rectè fungendum Iudicis officio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quid vitandum, quid sequendum sit in iudicando accuratè aduertat.*
2 *Iudex spectaculum est Deo, & hominibus; ne dictis, nec factis alteri sit scandalo.*
3 *Iudex quotidie legat Libros legales; eo quod imperitia in rebus ad officium spectantibus pro culpa habeatur.*
4 *Iudex methodum adhibeat in legendo, & delectum librorum.*
5 *Iudex in iudicando omnia referat ad Dei gloriam*
6 *Iudex lucrum, & honorem, siue similes fructus non habeat pro scopo.*
7 *Iudex priusquam quicquam agat, postulet à Deo auxilium.*
8 *Iudex in congregationibus in se collectus diuinum lumen petat pro voto dando.*
9 *Iudex in discutiendis causis in congregationibus identidem erigat animum ad Deum.*
10 *Iudex habeat Deum præsentem in iudicando, & sciat secum Deum acturum, sicut ille egerit cum alijs.*
11 *Iudex congregationibus, quibus præsens esse debet, præsto semper adsit, nisi legitimè impeditus.*
12 *Iudex si in congregationibus videat quem potentia opprimi, absque timore se opponat.*
13 *Iudex in consessu aliorum licet sibi nihil referendum sit, interueniat.*
14 *Iudex non conqueratur de collegis suis quacumque ex causa.*
15 *Iudex non se grauet nimia causarum mole, quas non possit accuratè cognoscere.*
16 *Iudex in eligendis alijs, qui iudicent pro se impedito, solo merito, non amicitia moueatur.*
17 *Iudex in ordine expediendarum causarum antiquiores, grauiores, & exterorum præferat.*
18 *Iudex per se ipsum videat scripturas, & processus, nec stet aliorum relationi.*
19 *Iudex audientiæ certum tempus præfigat, & se patientem ac benignum præbeat.*
20 *Iudex litigantibus clementem se præbeat, & eorum ineptias patienter toleret.*
21 *Iudex causas non prius expediat, quam vtrique parti spatium idoneum concedat.*
22 *Iudex causas modici momenti longis disputationibus non protrahat.*
23 *Iudex suam sententiam neutri partium propalet.*
24 *Iudex æquo animo perferat siue laudata, siue improbata fuerit ipsius sententia.*
25 *Iudex in dubijs rebus aliorum potius, quam propriam sententiam sequatur.*
26 *Iudex sententiam non proferat nisi meritis causæ liquidò perceptis.*
27 *Iudex in capitalibus mitissimè cum reis, & in decernendo supplicio parcè se gerat.*
28 *Iudex debet se totum causis, nec remissiones animi superfluas admittat.*
29 *Iudex commissiones causarum, seu delegationes extra Ciuitatem cautè accipiat.*
30 *Iudex monita ad ipsum spectantia ad memoriam reducat, examinet quotidie an in aliquo peccauerit, & veniam petat, & se exerceat in horum monitorum diligenti obseruatione, præsertim in ijs, in quibus frequentius errat.*

NVllum magis salutare pharmacũ amico, quocumque animi morbo laboranti, propinare possumus, quam monita salutaria. Si incidamus in eos, qui sæpè moniti, vt viperam è sinu excutiant, ac saluti, famæq. suæ consulant, surdisq. cantilenam occinamus, vtendum est consilio Sancti Philippi Nerij asserentis delicatos illos, qui monitoris frontem ferre non poterant, librorum opera curari solitos, vt testatur Meronus. *in sua Aula Dauidica cap.27.* Qui refert nobilissimum virum à domestico Adulatore turpiter circumdatũ, fabulamque factum, lectione aurei illius libelli, quem scripsit Plutarchus *de discrim. Adulat. & Amic.* sanatum. Cum enim inter legẽdum, in eum locum incidisset, in quo tanquam in speculo domestici adulatoris mores

mores cernebantur, subsistit paululum admirabundus. Mox domesticis audientibus; peritissimum animorum medicum esse Plutarchum exclamauit; & ita deinceps vixit, vt eum ex morbo, quo tenebatur, conualuisse nemo non senserit. Nos propterea monita infrascripta typis mandauimus, etiamsi ab alijs desumpta, vt qui æquis auribus amicorum cōsilia nunquam admittunt, si hæc non oscitanter, sed studiosè lectitent, omnem lippitudinem, quæ impedit, ne quod ipsis salutare est, agnoscant, Deo adiuuante, depellant.

Parum proderit omnia, quæ diximus antecedētibus tribus capitulis Iudicibus insinuasse, nisi ipsi sic ad ea animum applicent, vt propositia sibi regulis particularibus, illa in actu rerum executioni demandare satagant. Vt autem hoc facilius adimplere valeant, opportunum duximus speciminis gratia subijcere triginta monita, etiamsi plus ciuiles quam criminales causas concernant; quæ sibi præscripsit obseruanda Arnaldus Boretus, quando fuit in Senatorem Tholosanum adoptatus, relata in eius vita à Petro Rosino Societatis Iesu, supra *Tit. de captis, & condemnatis per errorē. §. 7. cap. 2.* ad alium effectum allegatus. Ipsamet eius verba sunt ea; quæ toto hoc Capitulo continentur.

1 ☞ Quo excellentioris in Ciuitate dignitatis est Magistratus hic, quem gero, quoque latius patet potestas, quæ simul cum illo tradita mihi est, eo turpior, ac perniciosior mihi negligentiæ adhæsura labes est, nisi omni circumspectionis accuratione contendam, vt, quid in iudiciarij huius muneris vniuersa functione vitandum, quid sequendum erit, liquido perspectum habeam.

2 Velut in theatro quodam ad spectaculum propositus sum Deo, & Angelis & Hominibus, quorum omnium tot oculi cum in me vnum intenti perpetuo sint, maiorem in modum elaborandum mihi est in componenda interiua, exteriusq. vita mea, vt & quæ in conscientiæ latebris mortales sensus fugiunt, Deo, cuius acies ad intimum pertingit, non ingratam offerant speciem; & quæ necessario humanis oculis exponenda sunt, ad mediocritatem omnis officij subducantur eam, quæ non approbationem hominum solum, quod minus laboro, mereatur; sed, quod maxime velim, ad Deum laudandum eos prouocet. Certè verò, ne quicquam extet in facto vllo, dictione meo, quod scandalo cuiquam possit esse, quantum omni cura, ac custodia potero consequi, mihi cauendum est.

3 Nulla me dies fugiet, quantum humanitus assequi licebit, qua dis non vna, pluresue solidas horas lectioni attribuam eorum librorum, qui ad rite fungendum Magistratus, officioq. meo iuuare me possunt. Nam quotidiano studio nisi nutriatur animus, breui, damno suo, deprehendet, quam fallax fiducia sit studiorum iuuentutis, quæ non optimè custodi concredita memoriæ sensim rimis occultis dilabuntur. Quanquam, vt illorum deperiret nihil, ne illud tamen, quodcunque doctrinæ est, quod in Iurisconsultorum scholis iuuenili meditatione potuit congeri, esset in hac tanta via tenue viaticū, nisi nouis subinde accessionibus cumularetur. Vasta quippe, & immensa quædam disciplina iuris est, vita autē breuis, & ars, vt ille aiebat, longa. Et illud nescio, quid, quod in libri alicuius angulo latet ignoratum, iniustam mihi obtrūdet pro vera sententiam, cuius noxam ignoratio nequaquam tollit; quia, qui de officijs præcipiunt, communi consensu docent, in rebus, quæ ad cuiusque professionem pertinent, imperitiam culpæ annumerari.

4 Permagni momenti est, primo librorum delectus; tum legendi certa methodus. Est enim genus laboriosi otij nihilo, nec miserum, nec noxium minus; & sæpè non tolerabilius, imprudenter agēdo, quam desidiosè cessando tempus teritur. Igitur neque libri, qui ad professionem meam nullo modo pertinent, habendi mihi, tenendiq. sunt, & in eorum vsu, qui ad officio fun gendum me iuuare possunt, certa est statuenda, & tenenda ratio lectionis.

5 Omnia quæcumque ex officio Magistratus, potestatisque meæ faciam, vnum ad scopum dirigam diuinæ gloriæ; curaboq. vt non tantum illa perpetua sit totius vitæ meæ destinatio habitualis, sed etiam, vt actu, quam potero, frequentissimo eam concipiam, & exprimam.

6 Lucrum, honorem, & si qui alij fructus emolumentorum, aut dignitatis ex Magistratu proficiscantur, non sanè pro scopo intuebor, aut tam humile functionis meæ præmium ambiam; sed acta, agendaq. omnia perpetuò referam ad Dei gloriam, Regis, & senatus obsequium, Populi vtilitatem, & leuamen.

7 Non prius quicquam pro potestate gerere aggrediar, quam collectus, & meditatus aliquantulum à Deo mente, sat simul etiam corpore, prout locus erit, adorato, lucem, & auxilium postulauero.

8 In exedram, vbi Iudicum consessus est, ingrediens, mentem ad Deum attollam: oculosque in tabellam, quæ illic extare solet Christi Crucifixi; tum concilio de more salutato, tacitus mihi, collegisque Dei pacem, & veniam, atque ad iuris ambigua dijudicanda cælestie lumen, & animi præsentiam implorabo.

9 Quoties referri de re aliqua cœperit, erigendus mihi animus ad Deum est, iterum cum explicata causa sententiæ rogantur, idem factitandum. Immo inter ipsam negotij seriem similes mentis eiaculationes infundantur identidem.

10 Hæreat ille perpetuo vigens in animo sensus, coram præsentem adesse mihi Deum cogitationū, quamuis profundarum, cōscium; neque illum otiosum actorum, verborumq. meorum testem, sed qui eorum omnium rationem aliquando repetiturus exactissimam sit, ac me nunc aliorum iudicem, prout sanctè alios, vel secus iudicauero, clementer, aut seuerè tunc iudicaturus.

11 Quibus diebus, quibusque horis conuenisse in Curiam regijs edictis, senatusque consultis sancitum est, dabo operam, vt præstò semper adsim, neque vnquam, nisi iussu, aut bona certe cum venia senatus desiderari me sinam. At ne vacationem quidem vllam, vel in vnum diem sine magna, & vrgenti causa postulabo.

12 Si quando relatum in Senatum iri de re aliqua sciam, siue ea publica, siue priuata sit, in qua Dei honor, Religionis, aut Ecclesiæ commodum aliquod, Regis obsequium, auctoritas Senatus, leuamen Populi, aut singularis alicuius viri salus, & ca-

pot agatur, cuius infirmitas à gratia, & potentia credatur periclitari, tum verò nullus me timor offendendi quemquam, aut verecundia veniendi cōtra rem, aut voluntatem Magnatis, aut amici cuiuslibet, metusue ſimilis oſtenſionis me tenebit vllius, quominus pro meo iure, ac more vtique præſto adſim, ſententiam iuxta præſcriptum officij, iudicijque proprij liberrime dicturus.

13 Non tantum in Palatium quotidianus veniam, ſed illic etiam in exedra eius Iuriſdictionis, in quam ero deſcriptus, aſſiduus hærebo, licet referendum ipſe nihil habeam. Etenim, vt adeſſe mihi alios, meque adiuuare referentem velim, ita viciſſim attentionem, auxiliumque illis, quantum proficiſci à me poterit, repræſentare conſtanter, & prolixè iuſtum, piumque eſt. Quod, ſi quando abeſſe me à cæterorum conſeſſu neceſſe erit, puta cum me aliquis litigantium Iudicem recuſauerit, aut alia de causa curandum, vt illud tempus vtiliter, quantum potero, tranſigam.

14 De Collegis, Præſidibuſque conquerar nunquā, ſiue minus multa, minuſuè quæſtuoſæ commiſſæ cauſæ, ſiue denique in alio quopiam habita mei commodi compendijue ratio non fuerit; quæ vulgares eſſe ſolent cauſæ querelarum.

15 Alienis ab officio meo negotijs implicari me non ſinam. Ac ne auidus quidem nimis eorum, quæ cognitionis alioqui meæ ſunt, committam, vt eorum me obruat numerus, pluſquè deuorem, quam poſſim concoquere. Ita, ſi quando plures vno tempore cauſas referendas habeam, aliquot ex illis in otioſiores exonerabo, quo reliquas tractare diligentius, & cognoſcere certius poſſim.

16 Si recuſatione, morbo, abſentiauè fiat, vt cauſam aliquam, quam diiudicari quam primum ij, quorum intereſt, velint, referre non poſſim, nequaquam eam ego cuiuis, qui forte primus occurrerit, aut per manus arbitrio ſortis explicandam dabo quod Senatus conſulto prohibitum eſt; ſed totam rem Præſidi permittam, qui, ſi delectum meæ poteſtatis eſſe volet; tum verò nullo amicitiæ gratiæuè reſpectu nominabo illum, quem aptiſsimū ad eam cauſam quam promptiſſime, & quam optime adiudicandam arbitrabor. Similiter cauſas alijs commiſſas capeſſere non debeo, niſi de mandato Præſidis alicuius, de quo Chirographo ipſius conſtet; Tuncque admonendi quam primum ea ipſa de re litigantes erunt.

17 In ordine expediendarum cauſarum hæc tenenda ratio eſt: Grauiſſimæ quæque, quarumquè iudicium maiori contentione efflagitatur, quæque tractæ diuturnius per tribunalia ſunt, ferè primæ tranſigantur. Debent etiam (cæteris paribus) præuerti cæteris negotia externorū, qui ex longinquo, magno ſumptu, & incommodo familiæ tracti ſunt in Vrbem. Deinde reorum in capitalibus præſertim cauſis, qui ſcilicet interim, dum lis pendet, in carceribus ſqualent, nonnunquam innoxij. Tertio Pauperum, ac miſerorum, qui niſi abſoluantur maturè, tenui re per ſumptuoſas moras exhauſta, perſequi ad extremum vſque ius ſuum non poterunt, in via neceſſaria defectu viatici coacti ſubſiſtere.

18 Breuiaria cauſarum, & ſcriptorum, quæ ad lites pertinent, induſtria, manuque propria conficiam. Sic enim præſcriptum eſt. Quod ſi qua valetudo vſum manus prohibuerit, tum eiuſmodi breuiarium à probo, & arcani tenaci viro ſcripto mandandum curabo, non præſente tantum ſed etiam dictante me: Atque in hoc toto breuiandi lites, & excerpendi cauſarum Syngraphas genere magna quædam induſtriæ contentio adhibenda ſemper eſt, quod in eius rei diligentia iudicij plærumque veritas, religioque vertitur. Quare primum antequam ad breuiandū accedam, ſcripturas accurate legam vniuerſas. Deinde cauebo diligenter, ne in illā ſummam quicquam ineuicem ſuperfluum, aut neceſſarium inde ſubtraham quippiam. Tertio capita quæſtionū, cum, vt ſæpe fit, multæ in vna cauſa controuerſiarum partes ſunt, accuratè diſtinguere in breuiario, & in lucidum, commodumque ordinem digerere conabor. Poſtremo, non vt in Aduerſarijs, quæ ſibi quiſque deproperat, vix agnoſcendos præcipitabo literarum tractus; ſed non nulla cura nitoris in hac deſcriptione verſabor, memor incidere caſum poſſe, vt me, ob morbum, aliamuè cauſam idoneam, abſente, recitanda ex meo breuiario cauſa ſit ab alio quopiam, & inde iudicanda.

19 Litigantibus, eorumque aduocatis, & patronis, patientem, benignam, & attentam domi meæ audientiam præbebo. Quæ res, cum ad reorum ferè ſemper ſolatium permagnum; tum verò nonnunquam ad officium Iudicis pertinet. Illos enim aut periculum, aut ſpes plærumque diſertiores quouis compto oratore facit, vt maiorem ſæpe ex illis cauſæ, qua de agitur, notitiam contingat habere, quam ex quarumuis facundis orationibus Patronorum, aut ex Syngrapharum lectione qualibet attenta: Et tamen de quotidiano ſtudio, ac etiam neceſſariæ meditationi cauſarum, quæ mihi attributæ ad referendum erunt, ſpatium deſit neceſſariū; adhibendus erit illi auditioni modus certus, & idonea conſtituenda tempora clientibus, quibus de ſuo negotio explicare quæ velint, otioſè poſſint.

20 Curare debeo, vt comem, & humanum me litigantibus exhibeam, eorumque neceſſarijs, ac Procuratoribus: Præcipuè verò clementem in eorum ineptijs perferendis. Neque ſi, vt ferè fit, perturbatione aliqua præcipites, aut querantur rabioſius, aut inſtent importunius, aut verbo aliter factouè ruant, increpandi erunt aſperius, niſi quid interdum opus erit admonere grauiter ſine ira, & conuicio. Humanitatis eſt, quæ peccantur humanitus, ignoſcere, non inſultare afflictis, quales hi ferè ſunt, & vnguem fieri in vlcere, nequaquam eſt hominis, qui præſtare debet auxilium, & iuſtitiam ſubminiſtrare.

21 Cauſas mihi aſſignatas non prius referam, quam vtrique parti ſpatium idoneū ad Iudices alloquendos vacuum reliquero. Quod, ſi quam eiuſmodi referendam cauſam habeam, quam neutra iā pars curet, aut perſequatur tum verò ſuperſedebo. Quid ſi enim vel iam inter ipſos conuenerint? vel certè habeant alter, vel vterque alleganda quædam noua, quæ ſpeciem Iuris, & rationem iudicij mutare poſſint? Sin verò altera pars inſtet alia ceſſante; admonenda hæc fuerit. Quæ ſi tamen calumniæ cauſa tergiuerſari tantum, & moras vellet nectere, tum ſanè denunciandum ei ſerio, relaturum me omnino cauſam eſſe.

22 In

22 In rebus alioqui modicis, quamuis ambiguis, præstat maturè causam absoluere qualicumque Iudicio, quam inquisitiones, & instructiones longas decernere: rem sæpe tam infiniti temporis, laboris, & impensæ, quã nullius, aut exigui operæ pretij.

23 Cauebo diligenter, nequo vnquam indicio reis significem, qualis futura mea sententia sit, vel peracto iudicio qualis fuerit, quamque in partem inclinarit. Multò minus dicendum id, quod impendenti mihi sæpè excidisse doleo, si res esset arbitrij mei, viceras: Nam ego quidem non defui spei tuæ, sed obruti numero sumus. Hæc vilis adulatio est, & seruilis abiectio, non auctoritate magistratus solum, verum etiam homine libero indignissima.

24 Si quod iudicium fiat in meam sententiam, titillantes indè animum vanæ gloriolæ pruritus iusto illo metu opprimam, ne forte fucum alijs fecerim, & nimium mihi tribuentes Collegas meos à iure, atque à recto transuersos egerim. Sin contingat è contrario meam sententiam, quantumuis mihi æqua, sapiensque videatur, repudiari tamen, ac reijci, id verò perferendum, ac boni consulendum est.

25 In dubijs, aliorum potius opinioni, quam meo sensui accomodanda sententia est. Si quando re-

26 ferente alio vim assequi causæ minus possim, itaut quamuis relatione perfecta, controuersiæ tamen statum nondum satis liquido intelligam, nequaquam vitioso pudore detentus à confessione tarditatis meæ temerariam rogatus expediam sententiam; sed ingennè professus rem mihi nondum liquere, vel Præsidem, vel eum, qui retulit, vel alium è collegis quempiam rogabo, vt mihi causæ statum ne grauetur clarius exponere.

27 In Iudicijs de vi, sententijsque capitalibus potestatem vitæ, necisque, meæ prudentiæ a Rectore Reip. commissam, quam maxima fieri potest exercere humanitate debeo: Quã miserando infælices, & consolando verbis; atque illud mecum non sine iusto metu reputando: *Qui stat, videat, ne cadat*. quã etiam mitissimam quamque sententiam in decernendo supplicio sequendo; mitissimam, inquam, quod ad pœnæ genus attinet: nam alioqui, si quis esset Iudicum, qui compertum capitalis noxæ absolui tamen reum vellet, nequaquam accedendum esset; quia interest Reipublicæ delicta puniri.

28 Adeo grauia, adeoquè multa sunt ea, quæ ex officio facienda, ac meditanda incumbunt mihi, vt quo eis non perfunctorie defungendis, tempus suppetat, fugere omnino debeam aliena omnia negotia; immò remissiones quoque superfluas conuiuiorum, confabulationum, spectaculorum, quin, & ipsa officia, quæ amicitiæ, vrbanæque vitæ ratio præscribit, seuerè, quantum res fert, moderari.

29 Quod attinet ad commissiones, quas vocant, hoc est, legationes rebus inspiciendis, & pro potestate ex præsenti cognitione administrãdis decretas, aut concessas; Eæ duplicis sunt generis. Nam earũ aliæ vltrò à litigantibus deferuntur; has quia licet desugere, perpetuo respuam: Aliæ ab ipso Senatu certis demandantur; istas quoque cum offerentur recusare, quantum licebit, & deprecari debeo tribus potissimum de causis. Prima est periculũ errandi, ac statuendi aliquid perperam propter inopiam consilij in remotis locis: Secunda detrimentum, quod ex peregrinationibus huiusmodi exercitia mea quotidiana religionis, & deuotionis patiuntur; Tertia occasio multarum culparum, quas in occursu tunc crebro variarum rerũ cupiditates irritantium infirmi mei similes fere non declinant. Si tamen post modestam deprecationem meam perstabit in iudicio Consilium, tum verò recusandum pertinacius non erit, & cum fiducia diuini auxilij, & certa voluntate, quam rectissimæ, & prudentissimæ potero, administrandi omnia, per quam sanè, quò Senatus auctoritas, & imperiũ legitimæ potestatis destinat.

30 Postremo ad obseruationem legum, quas hactenus hoc commentario digessi, quatuor hæc tenere quidem statui. Primo semel quauis hebdomade hanc paranesim vniuersam, cunctaque eius capita lenta, & accurata lectione meditabor. Secundò simul ac me domum ex curia recepero, seuera quæstione disquiram ipse meecum, & quid aduersus harum legum quampiam commissum à me, omissumvè commeminerim. Ac si quid erit tale, requisita Dei pace, & implorata venia, certò statuam vtique ad eumdem lapidem nõ amplius offendere. Tertio quas in culpas labi me frequentius contra hæc officij præcepta experientia compertero, eas in libello descriptas percurram identidem instaurando ad vnam quamque eius vitandæ propositum; Eas item examine particulari sigillatim prosequar. Quarto vnum aliquod ex præcipuis hisce monitis quauis hebdomadæ mihi sumam ad cuius obseruationem maiori contentione, constantiorique impetu incumbam; admota etiam quotidiana machina examinis particularis ad huiusmodi expugnandum validissima.

Hæc sunt, quæ præcipuè illo cõmentario Arnaldi continebantur, quæ, quia, in capitibus quemcumque Iudicem tangentibus poterunt pro forma optima exercendi rectè officium deseruire, ideo ipsa verbis Autoris retuli. Instructo, quantum sufficere potest, Iudice in quatuor præmissis capitibus ad munus suum sancte, & pie obeundum, ad ea, quæ in prosecutione processus fiunt, reuertamur iuxta ordinem Constitutionis Paul. III.

§. X.

INDICIORVM COPIÆ DENTVR REO POST TORTVRAM PER MODVM EXTRACTVS.

SVMMARIVM.

1 *Indiciorum copia quomodo danda ex Constitut. Paul. III.*

2 *Indiciorum copia danda sunt etiam post torturam de Iure.*

3 *Confessionem propriam multimode potest impugnare reus.*

4 *Confessio impugnatur si non sit probatum corpus delicti.*
5 *Confessio impugnatur, si sit erronea, & falsa.*
6 *Confessio non valet, si non ex proposito sit facta.*
7 *Confessio multis exceptionibus tollitur remissiue.*
8 *Confessio Sacramentalis non nocet.*
9 *Confitenti Iudex præfigat terminum ad dicendum contra confessionem.*
10 *Confitens etiam post lapsum terminum auditur contra propriã confessionem, quia quilibet quandocumque docere potest de Innocentia.*
11 *Reus in defensionibus potest vti exceptionibus etiã contrarijs.*
12 *Defensiones danda Reo etiam non petenti.*
13 *Defensionem, & Innocentiam Rei Iudex tenetur inuestigare.*
14 *Probationes contra Reũ debent esse luce meridiana clariores.*
15 *Iuramentum in supplementum non datur in criminalibus.*
16 *Indiciorum copia danda per modum extractus, & non registri, quod diuersimodè intelligitur secundum diuersas Pontificum Constitutiones.*
17 *Indiciorum copiæ quales esse debeat, & ad quam rationem taxata à Paulo V.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ET si contingat Reum Indiciorum copiam petere velle ijdem Notarij per modum extractus, & non registri, & litteris minutis, & currentibus, & pro quolibet margine pleno triginta versus continente, tradant, ac pro quolibet centenario cartarum scriptarum non plus quam quinque ducatos recipiant, & sic pro rata in minori, vel maiori cartarum numero sub pœna prædicta irremissibiliter exigenda, & applicanda, vt præmittitur.

2 Stante prædicta Pontificis dispositione, non solum ante torturam Reo tradendæ sunt indiciorum copiæ cum competenti termino ad illa purganda, vt alibi diximus; sed etiam denuo post torturam ante sententiam. *l. desertorem. §. si ad diem. ff. de re milit. Clar. §. fin. q. 49. num. 13. vbi adden. Cart. de interr. reor. lib. 4. c.* 155. Et id in practica receptum 3 esse testatur *Far. q. 39. num.* 32. Ratio est, quia multas exceptiones carceratus contra suam confessionem etiã millies ratificatam allegare potest. *Guaz. def. 32. cap. 10. num. 1. & 6.* Quod sit facta 4 non probato delicti corpore. *Far. q. 2. nu. 1. & seq. Guaz. def. 31. c. 2 Vermig. cons. crim. 113. num 5. &* 5 *cons. 218. nu.* 8. Quod sit erronea, & falsa. *Bertaz. consil. 29. num. 1. Hond. cons. 102. num. 48. lib. 1. & similia, de quibus Guaz. def. 32. Vermig. cons.* 423. 6 *num. 12. & cons. 406. num.* 9. Quod non sit facta ex proposito. Si enim quis diceret aliquid ex iracundia, talis confessio non noceret. Ita dicit singulariter *Io. de Imol. in fin. de confess. Lanfran. ab Aroad. de confess. nu. 2. fol. 197. vbi alia in hac materia. & apud Io. de Grassis. in arbore Indiciorum. §. primus num. 4. fol. 93. Farin. qui quamplures allegat. q 81. num. 56. dicitque communem, & num.* 57. dixit idem esse in confessione properere, pentinè, ex abrupto, & non deliberate emanatã.

7 Alias pariter exceptiones allegare potest contra confessionem, de quibus supra *§. 6. cap. 5. de ratificat. & verif. confess.* Nec reticendum videtur, 8 quod quibuscumque casibus confessio extraiudicialis potest obesse, id nunquam intelligitur de confessione Sacramentali, de qua Testes post cortinam stantes, & illam intelligentes deponerent. *Tindarus. de testibus cap. 15. nu. 2. fol.* 107;

9 Propter exceptiones præfatas, & alias quæ allegari possunt instruit *Clar. d. §. fin. q. 55. num. 18. & q. 64. nu.* 44. Iudicem, vti confitenti præfigat terminum ad faciendas suas defensiones, quas contra confessionem adducere intendit. Sequitur *Guaz. def 32. c. 10. num:* 7. in quibus defensionibus auditur Reus, qui confessus est etiam post lapsum ter- 10 minum præfixum: Quocumque enim tempore potest docere de sua Innocentia. *Gomes. de delict. c. 13. num. 33. Cart. de interr. Reor. lib. 4. c. 1. nu. 170. Far. q. 39. num. 80. Guaz. def 28. cap. 2. nu.* 5. Immò post publicationem Testium. *Far. ibidem. num.* 82. *Guaz def. 28 c. 2. nu.* 8. Et quod magis est post sententiam. *Far. q. 39. nu. 83. Guaz. d. c. 2. nu. 7. & per tot. & def. 32. cap. 10 nu.* 3.

11 Amplia I. vt in suis defensionibus reus possit vti pluribus exceptionibus, etiam contrarijs, putà negare homicidium. Et si de eo per Testes conuictus sit, vel per torturam confessus, probare, quod illud coactus fuit patrare ad sui defensionem. *gloss. in l. nemo. de reg. iur. Angel. de malef. in ver. fama publica. vers. nono quæro. Peregr. cons. 99. nu. 52. & cons. 107. num. 11 lib. 5. Guaz. def 29 c. 3. nu.* 16.

12 Amplia II. vt huiusmodi defensiones sint dandæ Reo, etiam non petenti. *Cart. de indic. & tort. tract 2. §. circa quintum. post. num. 7. & 12. Foller. in verb. detur copia capitulorum. numer. 1. in fin. Vulp. resp. 34 num. 6. Far. q. 39. nu. 91. 92. & 99.*

13 Amplia III. vt Iudex ne dum requisitus; sed etiam ex officio innocentiam Rei, ipsiusque defensionem inuestigare pro veritate detegenda teneatur. *Caball. Resol. crim. 60. nu. 13. Far. q. 11. nu. 10. Giurb. cons. 23. num, 4. Magall. d. c. 15. nu. 13. Fontanell. dec. 126. num. 11. & per tot. Vermig. cons. 15. num. 1. & cons. 36. num, 1.* cuius Rei, & innocentiæ fauore dicitur probationes esse debere luce meri- 14 diana clariores, Iuribus vulgatis. Atque hinc est, quod in causis criminalibus non detur Iuramen- 15 tum in supplementum regulariter, nisi sint ciuiliter intentatæ actiones. *Menoch. de arbitr. cas. 464. num. 1. & seq. Seraph. de iuram. priu. 33. num.* 101. *Farin. in frag. ver. Iuramentum. num.* 1209. vbi latissime.

Ex verbis Constitutionis Pontificis relatis manifeste deduci potest indiciorum copias dandas esse Reis per modum Extractus, & non Registri. Illa 16 verba, *Per modum extractus, & non registri:* fuerunt diuersimodè per Summos Pontifices exposita post hanc dispositionem Paul. III. Superuenit Pius IV. qui in *Const. LVIII. §. 63. & Const. CVI.*

qua

qua est vltima. sic disposuit: *Pro quolibet folio copia Iudiciorum continente lineas XXIII. & pro qualibet linea XII. Syllabas, si vnus tantum fuerit reus Bon. quinque; si duo vel plures Rei fuerint pro quolibet folio simili Carolenum vnum sine Bon. septem cum dimidio. in bullar. fol.* 231.

17 Vltimo loco examinato negotio secundum conditionem horum tempor*ũ* in Pontificatu Paul. V. idem Pōtifex in *Const. LXXI. Tit. Taxa Notariorum A.C.§.3.nū.88 in Bull. fol.* 215. statuit vt infra. *In registris, extractibus, & copijs iudiciorum, & alterius quam suprascripti generis, seu nominis expeditionibus criminalibus seruetur taxa alijs Tribunalibus ordinarijs Vrbis in criminalibus praescripta. Et §.20. Tit. de registris per tot.* Et rursus post prædictam Constitutionem in subsequentibus taxis. *Tit. taxa Notariorum causarum criminalium. §.6. num.* 44 habetur: *Pro quolibet folio copia Iudiciorum continente lineas XXIV. & pro qualibet linea XII. syllabas ad minus, si vnus tantum reus fuerit Bon. quinque.* Quæ verba fuerunt postea ab eodem Paul. V. declarata in fine dictæ *Constitutionis LXXI. in Bull. fol.* 225. *circa fin.* vt qualibet pagina, idest, facies cuiuslibet folij continere debeat lineas viginti quatuor. Subsequuntur verba præfatæ taxæ: *Si duo vel plures Rei fuerint etiam pro Collegio, Vniuersitate, vel Capitulo eamdem copiam insimul omnibus dare teneantur, & pro quolibet folio simili Bon. VII. cum dimidio ad summum. Pro quolibet folio extractus facti iuxta prædictam reformationem Sanctissimi etiam si fuerint plures Rei, vel adhærentes in eadem causa Bon. VI. dummodo in aliqua ex prædictis Tribunalibus minor Taxa non existat, quam omnino seruari volumus pro qualibet folio boni registri facti iuxta dictam reformationem in causis, in quibus illa fieri licet, soluatur idem pro quolibet centenario rubricatura processus de partibus scutum vnum cum dimidio.*

Insuper post eandem Const. LXXI. Paul. V. vbi ponitur Taxa Notariorum Curiæ Capit. §.7 *nu.* 15. sub Tit. *Pro examine testium, & alijs* additur *Pro extractibus, & quibuscumque copijs factis in forma extractus* Bon. *III. pro qualibet pagina, quæ debeat in se, & qualibet facie habere lineas viginti, & qualibet linea litteras triginta duas iuxta formam Stat. sub. c. 26. lib. 1. sed si extractus ab aliqua ex partibus peterentur reuideri, soluatur id, quod per Iudicem fuerit taxatum. Pro extractu duplicato pro medietate soluatur.*

Huic vltimæ Paul. V. dispositioni statur, & ità seruatur in Curia Romana.

CAP. VNICVM.

De pœna Notariorum non tradentium copias in forma debita.

SVMMARIVM.

1 *Notariorum pœna non tradentium copias iudiciorum in forma debita vltra interesse partis est ducatorum X.*
2 *Particula* (Prædicta) *importat repetitionem praecedentium.*
3 *Notariorum pena non dantium copias secundum Constitutionem Paul. III. seruanda est nostro tempore ab omnibus Notarijs.*
4 *Notarij vltra debitum exigentes puniendi sunt.*
5 *Notarij copias tradere debent iudiciorũ, si tamen de mercede illis satisfiat.*
6 *Taxis non habentibus certam mercedem quomodo procedendum remissiue.*
7 *Processu originali ostenso in prima instantia soluta mercede conuenta, hæc non est defalcanda ex mercede debita pro processu transportando.*
8 *Pauperi danda sunt Acta gratis remissiue.*

1 POena Notariorum facientium contra disposita supra in præcedentibus duobus capp. non solum continet interesse partis, pro qua extractus aliter facti ad iustitiam ex supra notatis reducuntur; sed etiam ducatos decem pro qualibet vice, vt constat ex illis verbis huius constitutionis in initio præsentis §.20. Ibi: *Sub pœna prædicta.* Quę pœ-
2 na legitur expressa in verbis antecedentis § eiusdem Constitutionis, ponderando illud verbum, *Prædicta*; Quod repetitionem eorum, quæ superius dicta sunt, importat. *Paris cons.* 10 *num.* 13. *& 14 lib. 3. Bero. cons.* 132. *numer.* 7. *lib. 3. Decian. resp.* 72. *num.* 47. *lib. 2. Surd. cons.* 455. *numer.* 13 *& decis.* 210 *num* 17. *Rot. decis* 714 *num* 3 *par.* 1. *rec.*
3 Quæ pœna, licet sit imposita in dicta Constitutione Paul. III. tantum, debetur tamen etiam nostro tempore à Notarijs cuiuscumque Tribunalis, licet non legatur expressã, nisi in fine taxæ Notarij cum Capitol. in Constit. Pauli V. cum dicta Constitutio LXXI. Paul. V. initio confirmet omnes alias Antecessorum Constitutiones, *& in fine* Arbitrio Iudicis remittat pœnas reficiendas à contrafacientibus etiam corporales pro facti, & personarum qualitate vltra refectionem omnium damnorũ, expensarum, & interesse partis grauatæ.
4 Sed tollitur omnis dubitatio, cum etiam de iure communi contra Notarios vltra debitum exigentes procedatur. *Luc. de Penn in l. mediterranea. post princ. vers. & nota optimam legem. C. de ann. & trib. lib. 10. quam sequitur Sol. in decret. Sabaud Tit. de tabell. & not. text. præsent gloss 1. nu. 2. vers. præser-*
5 *tim cum vix.* Hæc tamen obligatio Notarij dandi copias iudiciorum procedit, si illi de sua competenti mercede satisfiat. *gloss in l. Argentarius. vers. absimile. ff. de eden.* iusta tamen, & taxata. *Asin. in sua prax. §. 14. c. 10. Guaz. def. 24 cap. 3. numer.* 12.
6 Quoad diuersas verò taxas, de quib. *cap. seq.* in quibus non est terminata certa merces, procedendũ est, vt dixi *Tit. de diuer. carcer. expen. §. 2. cap.* 10. Quod
7 si loco copiarum sit soluta aliqua summa pro ostensione originalis in prima instantia, si postmodum appellet Reus condemnatus, & petat processum, seu extractum ad effectũ transportandi ad Iudicem ad quem, soluenda est integra merces extractus; nec excomputandum, quod solutum fuit pro ostensione originalis. Et ita fuit dictum contra Franciscum de Interamna Nonæ carceratum in Congregatione super obseruatione Reformationis die 26. Sept. 1641 Quod tamen nõ procedit in Reo, qui sit pau-
8 per. Huic enim debent dari acta gratis, vt diximus §. 6. *cap.* 7. Pro materia hujus. §. recolenda, quæ dixi §. 4. & quæ dicentur §. *sequenti.*

§. XI.

REGISTRVM FIAT ACTORVM TRANSPORTANDORVM.

SVMMARIVM.

1 *Registrum fiat actorum transportandorum cum mercede consueta.*
2 *Processus extractus, registrum in Curia quid significent.*
3 *De extractu dicta possunt adaptari Registro.*
4 *Notario qua pœna imposita in Visita, nisi faciat registra iuxta formam Constit. Paul. III.*
5 *Taxa pro registris Pij IV. referuntur.*
6 *Pro registris disposita a Paul. V. referuntur.*
7 *Taxam Constit. Paul. V. pro medietate capiant Notarij officium gratis, & non titulo oneroso exercentes ex eadem Const. LXXI. Paul. V.*
8 *Capitolij Notariorum Taxa seruanda ab omnibus Notarijs Capitolini fori.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 SI vero ad alium Iudicem Acta forent transportanda, tunc fiat registrum, & soluantur prout in Curia eadem solui consueuit pro quolibet Centenario foliorum registri.

Supra actum fuit de eatractibus: modo de Registris, quæ tunc solum fieri debent, quando Acta de ūno Iudice & Tribunali, vel per appellationem, vel propter aliam causam sunt transportanda, vt ex contextu Constitutionis præfatæ,

2 Declara primo, vt in hac materia actorum trea sint termini idem importantes, qui hic in curia diuersimode sumuntur; videlicet, Processua, Extractus, Registrum. Processua dicitur copia Actorum, quæ transmittitur de partibus: Extractua copia Actorum, quæ facta fuerunt coram Iudicibus ordinarijs hic in Curia ad effectum illa transportandi. Registrum acta coram Iudicibus commissarijs ad eumdem effectum transportandi.

Huiusmodi tamen termini cōfunduntur, nec secūdum rigorem verborum in his Constitutionibus ac-
3 cipiuntur. Hinc est, quod ferè omnia, quæ dicta sunt capite præcedenti de mercede, & modo conficiendi extractum, possint adaptari etiam Registro.
4 Occasione huius dispositionis In hoc Motu proprio Paul. III. emanauit in Visita decretum. 1557. 22. Decemb. Sabel. *Bernardinus. Data fide inssione &c. & sub pœna fustigationis non se intromittat de faciendis Registris, nisi faciat secundum formam motus proprij, & prima vice, qua deficiet punietur perpetuo.*

5 Declara secundo, vt post Paulum III. Pius IV. constituerit etiam pro Registria Taxam in præcitata Constitutione LVIII. § 62. *in Bull. fol.* 60. Et Const. CVI. *in Bull fol.* 132. vbi dicitur. *Pro quolibet centenario foliorum Registri in causis ordinarijs, si ad instantiam Partis fieri contingat, dummodo pagina folij contineat lineas 24. & Registrum vel extractus Curia Capitolij factus, fuerit iuxta formā Motus Proprij Sanctiss. D. N. Pij Papæ IV. scuta tria, & Bon. duodecim pro quolibet centenario. In causis vero Commissarijs a principio cum totidem 24. lineis iuxta formam eiusdem Motus Proprij pro quolibet centenario scuta quatuor.*

6 Declara tertio, vt nouissimè Paul. V. Constitut. LXXI. *Tit. de Registris.* declarauerit, in quibus causis facienda sint Registra, & quādo. In taxis vero in fine Constitutionis appositis determinauit mercedem. Quoad Taxam Auditoris Cameræ statuit vt infra: *In Registris, extractibus, copijs indiciorum, & alterius, quam supradicti generis seu nominis, expeditionibus criminalibus seruetur Taxa alijs Tribunalibus Vrbis in criminalibus præscripta.* Hæc Taxa est illamet, quam retulimus supra, quando de extractibus, in cap. præcedenti loquuti sumus. In taxa Notariorum Rotæ eiusdem Constit. LXXI. Paul. V. §. 4. *num.* 1. habetur: *Pro quolibet centenario foliorum Registri boni facti iuxta reformationem Sanctissimi sub Titulo de Registris, Iulios sexaginta. Pro quolibet folio copiarum instar boni originalis Bon. septem cum dimidio.*

Taxa vero Notariorum causarum Criminalium, *d. §. 6 num.* 47. subijcit: *Pro quolibet folio boni Registri facti iuxta d. reformationem in causis, in quibus illa fieri licet, soluatur idem, quod est bonenorum six, etiam si Rei plures fuerint;* vt in præcedenti. *num.* 46.

7 Declara quarto, vt Notarij, qui gratis officium, & non titulo oneroso exercent, non debeant, *nec* possint capere nisi medietatem Taxæ Constitutionis LXXI Paul. V. *de not. Trib. vers. Notarij consulum.* Quod etiam obseruandum in alijs Basilicarum, & Piorum locorum Notarijs, qui gratis exercent. *Const. LXXI. Paul. D. loc. cit. vers. Notarij locorum Piorum.* Ratio est, quia multum interest, an rea titulo oneroso, vel gratuito habeatur, & in officijs lucrum ab onere formatur. *l. Tutor. datus de fideiuss. Rot. decis.* 14 *num.* 8. *par.* 6. *recent.* Cæterum
8 hoc non obstante taxa Notariorum Capitolij seruanda est ab omnibus Notarijs Capitolini fori, in quibus particularis, & diuersa taxa statuta non reperitur. *dicto tit. de Notarijs Trib.* qualea sunt Notarij Senatoria, Collateraliū, Conseruatorum, Capitanei, Appellationum, Magistrorum viarum, Iustitiariorum, Consulatuum Artium, & alij, si qui sunt, seruantes terminos suos, & facientes Acta in foro Capitolino. Vide quæ dicta sunt §. præcedenti, quorum multa etiam huic §. conueniunt.

§. XII.

§. XII.

INNOCENS GRATIS RELAXETVR.

SVMMARIVM.

1 *Innocens relaxetur gratis ex Constitut. XLIV. Pauli III.*
2 *Medicina adhibetur parti infirma, tangendo etiã sanam.*
3 *Innocenti tribuitur laudi, si carceretur pro causa criminali.*
4 *Cato laudatur, quia pluries vocatus in ius fuit semper absolutus.*
5 *Innocens dignus est omni auxilio.*
6 *Innocentia definitio ex* Cicerone.
7 *Innocentiam Rei tenetur indagare Iudex.*
8 *Innocentia probatur etiam coniecturis.*
9 *Innocentia probatur etiam inhabilibus testibus.*
10 *Innocentia exceptio numquam censetur sublata.*
11 *Innocentia præsumpta non sufficit ad absoluendũ: contrarium tamen tenent alij.*
12 *Innocentium relaxatio à Visita fit gratis.*
13 *Innocentium relaxatio etiam de iure facienda est gratis.*
14 *Innocentes alimenta possunt repetere ab accusatoribus.*
15 *Innocentis expensa quandoque soluta ex compositione reorum.*
16 *Innocenti restituenda sunt pecunia ablata.*
17 *Innocens relaxandus gratis etiam in casu dubia innocentia.*
18 *Innocens quilibet præsumitur.*
19 *Innocens relaxandus gratis, etiam si relaxetur cum fideiussione.*
20 *Innocens relaxandus gratis, etiã si dicatur*, Quia non repertus culpabilis.
21 *Innocens debet soluere* Notario *mercedem pro vota sententia absolutoria secundũ taxas Pauli V.* Const. LXXI.
22 *Sententia moderatoria soluenda est taxa Notario pro parte, pro qua fuit moderata secundum mentem Visita.*
23 *Innocentes consolentur Aduocatus, & Procurator* Pauperum.
24 *Innocentem patrem quomodo consolabatur filius.*
25 *Innocentes, si quando prorumpant, quomodo se gerere debeant.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ET si aliquis carceratus innocens reperiatur, & pro sua innocentia debeat relaxari, nihil ab eo in aliqua Curia etiam occasione cuiusuis affectamenti, exigatur.

2 Licet non dicatur ea medicina, cum sanæ atque integræ parti corporis scalpellum adhibetur, sed carnificina & crudelitas. *Cicero. pro Publ. Sextio* nihilominus, sicut in ipsa arte medicinæ ad curandam partem infirmam tangenda sunt membra sana; ità quoque in causis criminalibus, ne rei impuniti euadant, sed pro bono publico, & ad exemplum aliorum pœnas debitas luant; & purgetur Respub. malis hominibus, ne ex eorum contagione boni inficiantur; necessarium est plærumque multos etiam innocentes, in carceres conijcere. His 3 tamen nihil deperit, nec de illorum fama quidquã detrahitur; immò potius illustrior redditur. Vnde 4 laudi tributum fuit Catoni Censorio, quod cum fuisset quater & quadragies accusatus semper iudicium absolutorijs sententijs fuerit terminatum.

5 Sanè dignus est omni auxilio carceratus fultus 6 innocentia, quæ à Cicerone. *lib. 3. Tuscul.* definitur: *Affectio talis animi quæ noceat nemini*. Dici etiam potest: *Integritas animi abhorrens ab omni illatione iniuria*. Quapropter innocentes, quam citissime fieri potest, carcerum iniuria sunt eximendi, & perspecta eorum innocentia liberè absque vlla impensa dimittendi; ijsque gratulandum, quod licuerit, quasi de terra Reorum ad præcauendum spectare naufragia.

7 Immò pro eorum innocentia detegenda Iudices laborare tenentur. *l. si defendatur. ff. de pæn. Dec. cons. 189. num. 11. circa fin. Farin. quæst. 11. nu.* 10.

8 Ad quam facilius detegendam non solum admittuntur leuiores probationes, sed & coniecturæ Iudicis arbitrio. *Adden. ad cons. 6. Farin. littera H*, præsertim in ijs, quæ sunt difficilis probationis, *Farin. cons. 102. num. 52. circa fin. & cons. 79. nu. 27.* 9 *in fin.* Et quod magis est, etiam inhabiles testes admittuntur ad innocentiam probandam. *Farin. q. 43. num. 11. & 16. Gram. decis. 56. num. 18.* Insu-10 per exceptio innocentiæ ita est priuilegiata, vt nunquam censeatur sublata ne quidem à Statuto tollente omnes exceptiones. *Farin. q. 11. num. 9, & num. 15.* Est enim de iure Naturæ. *Natt. cons. 44. nu. 10. lib. 2.*

11 Sciendum tamen est præsumptam innocentiam non sufficere ad absoluendum Reum definitiue, sed requiri veram, & claram. *Farin. & alij quos allegat. cons. 56. num. 29.* contrarium tamen tenet, *Baiard. ad clar. q. 66. num.* 13. Qua Baiardi opinione admissa consequens est, vt spontanea comparitio rei illius innocentiam indicet, etiam si Reus citatus seu condemnatus compareat. *Farinacc. cons. 22. numer. 33. Decian. cons. 83. numer. 26. lib. 3.*

12 Intuitu innocentiæ consueuerunt Iudices Visitæ in Decretis Visitationum, quæ fiunt pro præfatorum innocentium relaxatione gratuita, addere clausulam, *Quia innocens:* Vel, *Quia nihil releuans.* 1528. 22. Decemb. Sabell. *Resolutus de Collesirpuli. Quia pauper & innocens, relaxetur gratis vbique.*

Idem.

13 Idem est de iure communi: Immò etiam alimẽ-
14 torum expensas ab accusatoribus & instigatoribus repetere potest innocens. *Auth. quia in Prouincia. C. vbi de crim. Clar. §. fin. q. 62. num. 4. vbi addens. Menoch. de arb. cas. 321. num. 4. Far. q. 16. n. 8. vers. tenetur. Guaz. def. 3. cap. 13. num* 8.

15 Et si quid soluendum est Custodi, fuit alias dictum solui de compositione facta à Reo. 1528 8. Aug. Cap. *Franciscus. Quia innocens satisfiat Custodi de impensa victus de compositione, quæ fiet. Ii Baptista de Viterbio; relaxetur, & fuit relaxatus.*

16 Et si fuissent ablatæ pecuniæ innocenti, vel solutæ, sunt restituendæ. 1529. 12. Oct. Sabell. *Presbyter Casaldus extra carceres. Attento quod fuit repertus innocens, & habuit mandatum gratis de relaxando, restituantur pecuniæ per officiales.*

17 Idem videtur quoque dicendum in casu dubiæ innocentiæ carcerati, videlicet, gratis esse relaxandum, non solum fauore carcerati, sed etiam quia in dubio semper quis præsumitur innocens. *l. non*
18 *omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. Bar. in l. si cui. §. itidem. ff de accus. latè Ghirlan. relax. carcer. § iux-*
19 *ta. num. 2. fol.* 234. Quod procedit etiam si relaxetur sub fideiussione. arg. *not. per Clar. §. fin. q. 46.*
20 *num. 11. vers. in autem.* Vel si relaxetur, quia non fuit repertus culpabilis. 1529. 13. Iun. Capit. *Iacobus Britannus. Relaxetur etiam gratis vbique, quia non fuit repertus culpabilis; & Caritas soluat expensas victus pro duabus partibus, & procurator pauperum pro vna tertia parte.* Cum itaque succurratur tot modis innocenter granarijs; caueant Iudices, ne contra innocentes moueantur calumniatorum inuidia, quam merito S. Petr. Chrys. *ser. 4.* appellauit malum vetustum, primam labem, antiquum virus, sæculorum venenum, causam funeris; Faciat Iudex ori suo ostia, seras auribus suis; si enim criminatoribus pateant aures Iudicis, si os in eum, qui accusatus est continuò sententiam ferat, & eo tendat, vt innocentes populetur, vastabitur, vt ab apro vinea, quæ caret sepe, domus à fure; quæ caret ostio, & sera. Discat iudex ab antiquis Romanis, qui tanti fecerunt inoffensam cuique relinquere innocentiam, vt, cum ea sit humanarum rerum caligo, & multi veri specie decepti iniquam sententiã ferant, consueuerint Iudices, etiam si reum conscium criminis esse iurati cognouissent; eum tamen non crimen admisisse, sed admisisse videri modestè pronunciarent; vt testatur *Tull. in Acad. qq. lib. 4. & lib. 2. de leg.* & nos quoque alibi ad alium propositum diximus.

21 Limita quod dictum est de expensis, vt non procedat in mercede Notariorum, quam soluere debent pro nota sententiæ absolutoriæ etiam innocentes secundum taxam Pauli V. *Constit. LXXI. Tit. Taxa Notariorum causarum criminalium.*
22 Ibi: *Pro nota sententia absolutoria.* Vbi cum nihil disponat de sententijs moderatorijs, facto verbo in Visita Capit. 22. Nouem. 1640. *Fuit dictum soluendam esse taxam pro ea parte, pro qua sententia fuit moderata.*

23 Cæterum dum huiusmodi innocentes in carceribus detinebuntur, non desistent DD. Aduocatus, & Procuratores pauperum identidem illos solatijs rationibus iuxta personarum qualitatem. So-
24 labatur aliquando patrem suum, innocentem, vt asserebat, carceratum Galeatius Vbaldus Perusinus, & ipse carceratus, vt habetur in eius libello inscripto, *Alloquiorũ Lib. 3. Neap. impress. anno* 1624. *lib. 2.* verbis infrascriptis: *Corrigit nos Deus ante, ne erremus; quia videt diuina illa mens tam lam erraturos; & ideo vt verus Aesculapius prouide curat, non quia morbo infecti sumus, sed ne inficiamur. Animaduertit quoque Deus aliquando in eos (agnosce, hic pater mi, animaduersionem nostrã) qui bene, sed non cum bonis viuunt, qui innoxij quidem per se sunt, sed noxijs iuncti. Dulcis est sua natura fluuiorum aqua, in mare tamen delata salsum concipit saporem: sic homines haud mali, prorum admixtione salescunt: & sæpè contagione quadam, vt nocentes innocentium, sic innocentes nocentium consortes fiunt vtrique ab vtrisque; & ob mixtas nocentes noxa infertur etiam innocentibus. Tunc autem bonis quicquid malorum irrogatur, ait doctissimus ille, non est pœna criminis, sed virtutis examen.* Et paulò inferiùs. *Graecos de pace, dicunt historia, nonnisi pullatos olim cogitasse, sic plerique nostrorum de diuino fœdere nõnisi ærumnis, ac sollicitudinibus atrati. Tunc animus mortalium clausos, vel conniuentes reserat oculos, ad supera tollit, & numen aliquod in his agnoscit, propriasque culpas in pœna videt.*

25 Si vero dolorem vultu tegere, corde comprimere, taciturnitate velare nequeunt carcerati, sed casus acerbitas, quemadmodum totum animum quatit, ita linguam naturali necessitate impellat ad clamorem, oculos ad lacrymas, meminerint illius Gilimeris Regis Vandalorum, qui ad Belisarium Ducem nuncios misit, vt ditionem sponderent, ac poscerent panem pro vitæ sustentatione, spongiam pro lacrymis abstergendis, citharam pro mente recreanda. Panis carceratis non deficit, spongia non est opus, destillant in terram lacrymæ, seminent in lacrymis vt in gaudio metant, sint illis pro cithara præfatæ consolationes, quas cuilibet abundantes subministrabit attenta acerbissimæ passionis Christi agni immaculati, & innocentissimi pro peccatis nostris Crucifixi meditatio.

§. XIII.

CVSTODES CARCERVM SERVENT DECRETA CAMERÆ.

SVMMARIVM.

1 *Custodes Carcerum quantum exigere possint ex Const. Paul III.*
2 *Decreta Cameræ à Custodibus seruãda quanã sint.*
3 *Pro Camera, seu passeggio nihil soluendum ex Constit. Paul. V.*
4 *Taxa soluendorum Custodi ex Constit. Paul V.*
5 *Carceris fabricatio ad communitatem, refectio, & Custodia ad Principem de iure spectat.*

6 Cu-

6 *Custodia Carcerum quid importet; Vbi alia remissiuè.*
7 *Fugiente Carcerato an teneatur Custos, & qua actione remissiuè, & an Dominus teneatur pro pro Custode negligente.*
8 *Commentariensis non potest concedere licentiam exeundi carcerato.*
9 *Pro secretis merces soluenda Custodi secundum tabulam antiquam ex decreto Visita.*
10 *Res de facili reuertitur ad primæuam naturam.*
11 *Taxa carcerum tenenda sunt affixa remissiuè.*
12 *Commentariensis cauere debet ex decreto Visita.*
13 *Administrator quilibet cauere tenetur.*
14 *Cautione quando opus sit remittatur Iudicis arbitrio.*
15 *Administratores Fisci, & Vniuersitatum cautionem exigere debent in locationibus, quas faciüt.*
16 *Custos tenetur describere carceratos in Libro remissiuè.*
17 *Custodum Carcerum prouisiones, & correctiones manu Regia ex decreto Visita sunt facienda.*
18 *Custodibus iniuncta fuerunt diuersa onera remissiuè.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 CVSTODES vero Carcerum decreta Cameræ aliàs edita seruare teneantur. Turris Nonæ pro quolibet Clerico vltra Carolenos veteres sex, pro Laico vltra tres: Custos Carcerum de Sabell. vltra duos Carolenos similes indifferenter tam pro Clerico, quam pro Laico, etiam pro excarceratione, vel liberatione non exigat. Et, si vltrà mensem sine culpa carceratorum ibi detineantur, nullo modo duplicatio fiat, prout hactenus obseruatum fuit.

2 DEcreta Cameræ, de quibus hic fit mentio, sunt illa, quæ sub Leone X. anno M.D.XX. in Camera Apostolica firmata fuerunt, vt habetur in *Bullar. antiq. impress. anno* 1559. *fol.* 53. *& in nostra Append.* §. 3. *cap.* 1.

In Const. LXXI. Iaul. V. *Tit de Carcer. & Carcer.* habetur; 3 *A carceratis autem in publicis Carceribus, & vt dicitur, ad Largam existentibus, nihil pro Camera, passeggio, vel etiam alimentis vl-* 4 *tra quinque dies petere possint.* Hodie sublata est ista differentia Clericorum, & Laicorũ quoad capturam; quia vbique soluitur iuxta taxam positam Const. LXXI. cit. *Tit. Ordini, e Tasse da osseruarsi.* vbi habetur modus cibandi, & taxa. Subiũgitur autem. *Parimente le publiche de' Religiosi gratis, e le porte siano aperte.* Et inferius: *Per la pigione d'ogni carcerato non si faccia pagare più di due carlini.* Ita legitur in ijsdem taxis carcerum parietibus appensis.

5 Declara primo, vt fabricatio Carceris de iure ad Vniuersitates spectet, refectio verò & Custodia ad Barones, vel ad Principes, qui iurisdictionis emolumenta percipiunt. *Clar. in* §. *final.* 46. *nu.* 3. *Amaudil. in addit. ad Franc. decis.* 78. *num.* 9. *Guaz. def.* 6. *cap.* 5. *num.* 9. Qui tamen iustis ex causis possunt cogere Vasallos ad Custodiam Carceratorum, soluto tamen eis salario. *Franc. decis.* 526. *num.* 10.

6 Declara secundo circa Custodiam Carcerum vltra dicta supra *lib.* 1. & passim in toto opere, vt in Statutis Vrbis. *lib.* 3 *cap.* 86. Vbi Galgan. qui plura deducit. *lib.* 2. *cap.* 2. *in gloss. rubr. Iudex tamen* 7 *ex suo officio.* Vbi an Custodes teneantur ciuiliter, vel criminaliter, si carceratus aufugiat. *Rip. de noct. temp. cap.* 74. *Far. q.* 31. *num.* 10. *& seq. & per tot. Gottisred. de reat. q.* 14 *à num.* 1. *Mauzon. de cauf. exeq ampl.* 25. *Porcius dec. Portugall.* 69. *Castill. dec.* 165. Dominus verò Carcerum, qui Custodem negligentem elegit pro huiusmodi Carceratorum fuga, ad quid, & quomodo teneatur, disputant Doctores apud quos videre poteris. *l. fin. ff. de custod. reorum. l. ad commentariensem. C. eod. Boer. dec.* 217. *num.* 1. *& seq.* an ciuiliter saltem ad interesse obligetur vide *Far. q.* 31. *nu.* 61. qui quamplures allegat. *Mastrill. decis.* 176. *num* 8.

8 Declara tertio, vt Commentariensis non possit absque mandato Iudicis impertiri licentiam carceratis, vt ex carcere exeant. *Boer. decis.* 215. *n.* 33. *Far q.* 31. *num.* 91.

9 Declara quarto, de mercede Custodis, vt in decreto Visitæ. 1573. 14. Apr. *Domini Visitatores decreuerunt, quod circa mercedem Custodum carcerum in secretis seruetur tabula antiqua, & non* 10 *habeat locum decretum alias factum.* Res enim de facili reuertitur ad primæuã naturam. *l. si unus.* §. *pactus ne peteret. vers. quod & in specie. de pact.* Et talis reditus iudicatur fauorabilis. *Tiraqu. de Retract. conuent. in fin. num.* 79. *Surd. cons.* 397. *nu-* 11 *mer.* 16. Hæc Tabula, seu Taxa mercedum debet teneri affixa in Carceribus, vt diximus supra §. 2. *de expensis Carcerum*, vbi etiam de mercede Custodum.

12 Declara quinto circa obligationem Custodum cauendi ex decreto Visitæ. 1552. 8. Mart. Sabell. *Dominus Gubernator in plena Visita praecepit Capitaneo Milesio praesenti, & intelligenti, quod infra triduum caueat sub pœna scut.* 500. *de adhibendo bonam custodiam carcerum, aut cedat officio:* Om- 13 nis enim Administrator cauere tenetur. *l.* 2. *C. de adm. rer. pub. lib.* 11. etiam si Magistratus vicem gerat. *l.* 1. *& per tot. C. de magistr. conuen. Mauz. de* 14 *fideiuss. sec.* 3. *cap.* 36. Et Iudicis arbitrio remissum est, quo casu cautione opus sit. *l. in omnibus. in vlt. gloss. ff. de iud Menoch. de arb. cas.* 140. *n.* 2. 15 *Surd. decis.* 279. *nu.* 1. *&* 2. Nam cautionem idoneam tenentur exigere Administratores Fisci, & Vniuersitatum, dum ipsorum introitus locãt. *d. l.* 2. *C. de administr. rerum publ. lib* 11. Vbi Doct. omnes. *l. licitatio.* § *licitatores. ff. de publ. Peregr. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 11.

16 Declara sexto circa obligationem Custodum describendi Carceratos in Libro, vt infra *lib.* 3. § . 10. *cap.* 6. Fuerunt facta decreta concernentia alias prouisiones circa Custodem Carcerum, de quibus

infra

infra §.16. & 19. vt supra lib.1. §.3. cap 1. Pro-
17 uisiones huiusmodi circa Custodes Carcerum, & carceres faciendæ sunt manu regia. 1540.17 Aug. Capit. Quoad Custodes Carcerum. D. Senator Mann regia etiam auctoritate Visita procedat, & expediat, & prouideat de alio Custode infra quatuor dies.

18 Rursus diuersa sunt onera ipsis Custodibus incũbentia diuersis temporibus in Visita decretis particularibus declarata, quorum nonnulla postmodum in Const. LXXI. Paul. V. Tit. de Custodibus Carcerum firmata fuerunt. de quibus §.2. de expen. supra & alibi iisdem Custodibus fuit iniunctum in d. Constit. LXXI. Paul. V. Detentos in publicis carceribus superioribus, & in medijs qualibet die educant ad audiendam Missam. Si libet videre decreta à S. Carolo Borromæo, dum erat Archiepiscopus circa officium Collateralis, & Custodis Carcerum facta, habes ea Registrata in Actis Ecclesiæ Mediolanensis.

§. XIV.

EXECVTORES DECRETA CAMERÆ SERVENT.

SVMMARIVM.

1 *Executores seruent decreta Cameræ ex Constit. Pauli III.*
2 *Executori, & Notario attestante de re ad eius officium spectante creditur.*
3 *Executori creditur dicenti, quod bona in executione capta sunt condemnati.*
4 *Nisi contrarium per verum dominum probetur.*
5 *Vel nisi versemur in delictis, de quibus denunciatori à publico deputato non creditur.*
6 *Executores tenentur deferre signum, vt cognoscantur.*
7 *Executores missi in Prouincias adeant prius Præsidem.*
8 *Executori non creditur circa commissionem nisi de ea doceat.*
9 *Delegatus delegationem ostendere tenetur.*
10 *Executores vltra menses quatuor non tenebantur alias reddere rationem executionum, hodie cessat huiusmodi obligatio.*
11 *Executores alias exequebantur solum mandata suorum Tribunalium, quod hodie non seruatur.*
12 *Executores ex decreto Visitæ prohibentur, ac de iure, & Constitutione Paul. V. quicquam auferre carceratis.*
13 *Executores mercedem non recipiant, nisi facta verè executione reali ex Const. Paul. III.*
14 *Etiam si sint diuersi executores ex Constit. Clemen V. II.*
15 *Executores non possunt exequi mandata ciuilia, nisi sint suspicionis fuga, in diebus festiuis, seu de nocte, nec de die, ianuis clausis, ex Const. Paul. V*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 Simili modo Barisellus, Marescialli, & Executores pro mercede suæ exequutionis decreta dictæ Cameræ seruare teneantur sub pœna vigintiquinque ducatorum pro qualibet vice incurrenda, &, vt supra, applicanda.

Dixi §. præcedenti, quæ sint decreta Cameræ, de quibus hic fit mentio. Non erit abs re sub-
2 iungere fidem adhiberi Nuncio, & Executori attestanti de re pertinente ad proprium officium. *Tiraq. de retract. lignag. §.8. gloss. 9. num. 22. Rot.*
3 *decis. 211. num. 2. par. 2. recent.* Cuiusmodi est, quod bona in exequutione capta sint cõdemnati propria. *Tiraq. de retr. lignag. § 8. gloss. 9. num. 12. & seq. Mascard. de prob. concl 708 num. 2* Vbi quod præsumptio fit pro officiali, quod rectè fecerit executionem. *Far. q. 56. num. 386. cum seqq. Greg. decis. 402. num. 2. Rot. dec. 242. num. 2. par 2 par. 2. recent.*

4 Limita primo nisi contrarium per verum rei Dominum probetur. Nam hæc præsumptio est iuris tantum, quæ probationem in contrarium admittit. *Mascard. concl. 199. num. 15. vers quia etsi Grat. discept. 399. num. 4 Canal. decis. 226. ante num. 1. vers. cum autem.*

5 Limita secũdo in criminibus, si denunciator deputatus à publico denunciaret delictum, in quo veniret imponenda pœna non leuis; sed grauis, ei nõ crederetur. *Clar. § fin. q. 7, num. 3. vers sed hoc intellige. Menoch. de arb. cas. 112. nu. 2. & Franc. dec. 379. vbi etiam Adden. Far. q. 32. num. 81. & d. q. 56. num. 370. & q. 108. num. 150. cum seqq.*

6 Cæterum Executores tenentur deferre signum, quo à personis priuatis dignoscantur. Test. *l. decernimus C. de acq. duct. lib. 11. Boer. dec. 170. nu. 5.*
7 *Far. q. 32. num. 37.* Et vt in Prouincia missi, executiones inchoare non debeant, nisi prius coram Prouinciæ Præside mandatum insinuauerint. *Auth. de collat. & alys. Capit. collat. §. eos autem.* Non
8 enim illis creditur, nisi de litteris commissionis fidem faciant. *l. probibitum. C. de iur. Fisc. lib. 10. Sol. in decret. Pedemont. tit. de forma, & proced. in pignor. bonis mobilib. gloss. 1. num. 8.* Quod genera-
9 le est in omni Delegato, qui delegationem suam ostendere tenetur. *l. 1. C. de mand. Princ. V ant. de nullit. ex def. iurisd. num. 16. Mascard. de prob concl. 492. num. 3. & seq. Surd. cons 452. num. 54.*

Facta fuerunt varijs temporibus quamplura decreta ad Executores spectantia, inter quæ sufficiet
10 pauca referre. 1597. 17. Iul. Nonæ. *Executores Curiarum Romanæ Curiæ. Non teneantur reddere rationem de executionibus per eos factis, & penes alias personas depositatis vltra mẽses quatuor à die facta executionis, & depositi.* Hodie tamen non est opus hoc decreto, quia non penes executores remanent pignora; sed tenentur illa deferre ad locũ, quem vocant, *Depositariam pignorum* erectam

à fel,

à fel. recordat. Vrbano VIII.

11 Decreta, quæ sequuntur, sunt in vsu; sed indifferenter quælibet mandata à quibuslibet Vrbis Executoribus executioni demandantur, excepta Ciuitate Leonina, seu gubernio Burgi, in quo proceditur, vt diximus, supra. *lib. 1. §. 2. cap. 5. & §. 3. cap. 7.* 1559. 14. Ianuar. Sabel. *Visitatores decreuerunt, quod non fiant aliquæ executiones ciuiles per aliquos Executores nisi per illos, qui permanēt ad seruitium Barisellì Vrbis, & Regentis Cameræ Apostolicæ, D. Senatoris, & D. Vicarij sub pœna ictuum funis, quod decretum publicetur per apochas per Vrbem.* * 1559. Ian. Nonæ: *Executores cuiuscumque Tribunalis exequantur mandata Iudicum, & Tribunalium quibus inseruiunt.* *

12 1611. 27. Ian. Sab. *DD. Visitatores Carcerum mādarunt prohiberi omnibus, & quibuscumque Barisellis, & Executoribus quorumcumque Tribunalium, prout in plena Visita fuit prohibitum, & publicatū, ne in futurū sub pœna priuationis officij, & exercitij; ducētorū ducatorum pro tribus partibus Cameræ Apostolicæ, & pro alia accusatori irremissibiliter applicandam, alijsque pœnis etiam corporalibus arbitrio Visitæ audeant, seu præsumāt illis personis, quæ ab eis ducentur ad carceres tam pro causa Ciuili, quam pro Criminali, auferre pecunias, vestimenta, aut alia quæcumque bona penes eos in actu capturæ inueniendæ; sed ea omnia Capitaneo, seu Cancellario Carcerum fideliter cōsignari curent, vt ea omnia in eadem Libri Carcerum partita, in qua nomen Carcerati describitur, annotentur, vt à superioribus deinde, ad quos spectabit, desuper opportune prouideri, & quid de illis agendum sit, demandari possit.* Idem habetur etiam apud *Damoud. in prax. crim. cap. 17. num. 23.* Edictum vero subsequutum in vim præfati decreti legitur *in Append. §. 2. cap. 7.* Idem quoque disponitur in Const. LXXI. Paul. V. *circa fin. Tit. Ordini è Tasse per li Barigelli, e Gouernatore in princ. tit.* Item in *Tit. de Baroncellis* habetur huiusmodi dispositio: *Quinimmo, nec debitam mercedem, nec aliud quodcumque, etiam à sponte dantibus, recipiant, nisi facta vere, & realiter Executione reali, vel personali, aut captis pignoribus quorum extractus, si nō sufficeret, ita vt sit opus noua executione, nouam propterea mercedem recipere non possint;*

14 *sed teneantur denuò gratis, & toties idem mandatum exequi, donec integre creditori satisfiat.* Quæ dispositio procedit, etiam si sint diuersi Executores, vt habetur in Const. Clem. VIII. super extinctione nouorum vectigalium. *§. impat. Iesu, vers. postremo.* Ex qua, & ex decretis Cameræ verba præfatæ Const. LXXI Pauli V. desumpta sunt.

15 Declara, vt non possint fieri Executiones mandatorum ciuilium in diebus festiuis, neque de die in domo ianuis clausis, vt diximus supra. *lib. 3. §. 10. cap. 9.* Vbi etiam alia de hac materia, vt. & in *cap. de expensis Carcerum supra hoc libro. §. 10. & seqq.* alia ad executores spectantia retulimus.

Cætera de Executoribus habentur in taxis post Constit. LXXI. Pauli V. in Carceribus appensis, vt pluries diximus, & in bannimentis, quorum nonnulla posuimus. *Append. §. 2.*

§. XV.

CARCERATORVM CIBATIO.

SVMMARIVM.

1. *Cibatio diurna Carceratorum in secretis satisfiat vnico Caroleno ex Constit. Paul. III.*
2. *Cibatio vnica ad summum non excedat Grossum vnum ex Constit. Paul. III.*
3. *Carcerati in secretis, si inibi à Capitaneo non alātur, nihil soluant ex Const. Paul. III.*
4. *Carcerati ad Largam existentes faciant sibi expensas modo suo ex Const. Paul. III.*
5. *Custodes vltra quinque dies non detineant in Cameris carceratos non soluentes alimenta ex Constit. Paul. III.*
6. *Cibatio vnica in secretis hodie soluitur vnico Caroleno etiam ex dispositione Const. Paul. V.*
7. *Alimenta carceratorum iuxta temporum qualitatem augentur, & minuuntur remissiue.*
8. *Carcerati in secretis expensas facere sibi possunt, nec quicquam soluere custodi pro secretis ex Cōstit. Paul. V.*
9. *Visitator secretorum carcerum inuigilet, ne carcerati grauentur à custodibus.*
10. *Carcerum Custodum efferata natura, & mores.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 PRO honestate cibatione vltra vnum Carolenum simile non exigant, ita tamen, quod pro qualibet vice cibandi vltra dimidium Carolenum non capiant, vt si
2 de mane tantum cibatus fuerit, vel de sero dimidium, vt præmittitur. Verum pro temporis qualitate soluatur minus, vel plus, dummodo non excedatur
3 vnus grossus pro qualibet vice cibandi. Si vero nullo modo cibati fuerint, etiamsi in carceribus aliquibus diebus in secretis detenti sint, nihil exigatur.
4 Detentus vero in Larga, faciat sibi expensas modo suo, & Carcerum Custodes non possit Car-
5 ceratos alimentorum expensas non soluentes vltra quinque dies in Cameris detinere, quibus clausis in publicis carceribus ponant.

6 Præfata dispositio, quæ loquitur de cibatione in secretis aliquantulum hodie immutata est. Nam pro qualibet cibatione soluitur ad rationem vnius Caroleni, itaut pro die qualibet pro duplici cibatione prandij, & cœnæ soluantur Caroleni duo ex dispositione Const. LXXI. Paul. V. *Tit. Ordini, e Tasse da osservarsi da Guardiani. vers. per le spese,* 7 *che faranno*; Et merito fuit dispositum supra à Paul. III. quod pro temporis qualitate soluatur plus, vel minus. Hæc alimenta iuxta pretia rerum, & secundum temporum varietatem augentur, & minuuntur, vt dixi laté supra de expensis Carcerum. *§. 2. cap. 10. & seqq.*

8 Circa facultatem dandam Carceratis faciendi sibi expensas vigore huius Constitutionis Paul. III. disposuit postmodum Paulus V. Const. LXXI. *Tit. Ordini, e Tasse* disposuit: *Sia in arbitrio de' Carcerati farsi le spese da se, etiam in secreta, facendosi portare da mangiare, come gli parerà, se però altro per qualche ragione non ordinasse il superiore, ne possa il Capitano, o Guardiano in alcun modo direttamente, o indirettamente impedire, ne mutarli luogo, ne trattarli peggio per questo che si facemo le spese da se, o per qualsivoglia suo pretesto credito, sotto le pene infrascritte facendo solo diligenza quanto à quelli, che saranno in secreta, che non se li portino polizze, o imbasciate. Et facendosi il Carcerato le spese da se, non possino il Guardiano, o Capitano per il servigio domandare cosa alcuna.* Facit ad prædicta. *Ab. de Val. q. 14. num 20.*

9 Aduertant autem diligenter tam Visitator Carcerum, quam Procurator Caritatis, vt etiam alibi diximus, ne carcerati circa huiusmodi cibationē, & alia grauētur à Custodibus, in quo Argi oculis opus 10 est. Nota est enim custodum non solum auaritia, sed etiam crudelitas, qui ingenio feroces, assueti capturis hominum (à satellitio enim ad hoc ministerium plarumque transeunt) magis efferentur assuetudine, in dies crescente seuitia. Nam sicut benè compacta corpora exercitatione confirmantur, & acquirunt robustam inuictamq. habitudinem, sic ferox, & immitis natura occupata sui similibus studijs, duplo fit durior, inacessa misericordiæ. Et quemadmodum, qui cum bonis viris consuetudinem ac familiaritatem habent ex iucundissimo eorum conuictu proficiunt moribus; ita etiam qui cū malis versantur affricant sibi eorum vitia.

§. X V I.

CVSTODES TENEANTVR PRÆSENTARE CARCERATOS VISITATORIBVS.

S V M M A R I V M.

1 *Visita tempore carceratos omnes præsentent Custodes, & in secretis existentes denuncient ex Constit. Paul. III. & Paul. V. quæ in aliquibus non concordat cum Paul. III.*

2 *Visitationes quot fiant remissiuè.*

3 *Visitationes Secretorum Carcerum non fiebant alias qualibet mense.*

4 *Commentariensis est princeps Custodum Carcerum.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 Teneantur dicti Custodes tempore Visitæ omnes carceratos nemine excepto Visitatoribus præsentare, & in secretis detentos denunciare in scriptis, & postquam fuerint examinati, finito examine præsententur, & hoc sub pena præmissa decem ducatorum pro qualibet vice contrauentionis.

1 Dispositio Constitutionis LXXI. Pauli V. *Tit. de Carcer. & carcerat.* habet vt infra: *Teneantur etiam dicti Custodes post publicam Visitationem Carcerum à Visitatoribus, seu ab Aduocato Pauperum requisiti dare notam carceratorum criminalium in secretis existentium; cum expressione temporis, & Iudicis illorum.*

2 Circa hanc materiam Visitationis habes in hoc opere Titulos particulares Visitationis gratiosæ, §. 16. *lib.* 1. Visitationis secretorum carcerum, supra. *§. 4. cap.* 1. Visitationis hebdomadariæ, infra. *§.* 20. Vbi videre poteris. Hic nihil dicimus de alijs, quæ incumbunt Custodibus carcerum, eo quod de hoc abundè dictum sit supra. *§.* 13. *& alibi in hoc opere.*

3 Non omittimus subiungere, quòd olim stante prædicta Constitutione Paul. III. in qua mandatur Custodibus, & Visitatoribus vt præsentent carceratos, & in secretis detentos nuncient in scriptis; non fiebat particularis Visitatio Secretorum singulis mensibus, prout modo fit: sed sæpè carcerati in secretis describebantur in Lista Visitationis hebdomadariæ, vt colligitur ex hoc decreto. 1571. 8. Febr. Capit. *Tranquillus, Fabius, Cellius, & Pompilius. D. Senator expediat, prout iuris fuerit, & interim dictos Tranquillum, & Fabium ad Largam.*

4 Licet autem propriè Commentariensis sit princeps Custodum, quem nos vocamus Capitaneum, Custodes verò sint ministri inferiores illi subordinati. *l. ad Commentariensem. & ibi Bald. C. de custod. & exhib. reor.* promiscue tamen vtrumque nomen vsurpatur tam in Pontificijs Constitutionibus, quam à nobis in hoc opere.

§. XVII.

ARRESTA DENTVR PER IVDICEM MANDATI.

SVMMARIVM.

1 *Arrestari possunt carcerati solum à Iudice, qui eos fecit carcerari ex Const. Paul. III. ac etiam ex decreto Visitæ antiquo.*
2 *Arrestare hodie potest quilibet Iudex.*
3 *Arrestans potest procedere post expeditionem primæ causæ.*
4 *Arrestans in exequendo præfertur, si eius pœna absorbet pœnam primi Iudicis.*
5 *Arrestari non potest quis pro eodem delicto ab alio Iudice.*
6 *Sponte se constituens coram beneuolo Iudice dicitur affectare præuentionem.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ET insuper dd. Iudices Carceratos per alios non arrestent in Carceribus, sed si aliam causam habent contra carceratum, significetur Iudici, de cuius commissione fuit carceratus, & ille in omnibus procedat contra carceratum, præter Gubernatorem, qui possit arrestare ex causa delationis armorum. Item si aliquis Iudicum commisisset mandatum de capiendo aliquem, antequam Gubernator, vel alius ex dd. Iudicibus illud commiserit, nullus alius Iudex possit de illo se impedire, dummodo in Libro Actorum constet de commissione talis mandati, & sub eadem die.

2 CVm isto §. concordat decretum Visitæ. 1573. 5. Mar. Sabell. *Domini decreuerūt, quod imposterum arresta criminalia fieri non possint, nisi per eosdem Iudices, de quorum mandato talis carceratus reperitur.* De materia huius §. nihil habetur in Constit. LXXI. Paul. V. Fortè, quia illius dispositio non seruatur hodie in praxi; sed quilibet Iudex, qui habet querelam, & indicia sufficientia contra iam carceratum aduersus illū concedit Arrestum, etiam non facto verbo cum Iudice causæ principalis.

3 Declara primo, vt Arrestum locum habeat ad effectum procedendi, postquam primus Iudex causam suam expeditioni demandauit. *l. si cui. §. fin. de accus. Bar. in l. 2. §. qui exhibendi. de cust. reor.*

4 Secus vero ad effectum exequendi, quando pœna vnius delicti, vtputa capitalis, aliam, nempe amputationis manus, absorberet. *Bart. ibidem. Guaz. defens. 6. cap. 1. nu. 85. vers. bene verum, sed carceratus pro vno crimine. Far q. 7 n. 42. Guidop. dec. 202.*

5 Declara secūdo, vt si pro diuerso delicto ad eiusdem Instigatoris, qui Reum primo loco carcerati fecit, instantiam, ab alio Iudice arresteretur, huiusmodi Arrestatio absque dubio præsumatur ad defatigandum Reum affectata, quæ propterea non esset fouenda; sed conueniens esset, vt hoc casu procederet dispositio huius. §. ad notata *in l. sed & qui data opera. ff. ex quibus caus. maior.* vbi nulla iuris beneficia affectata prodesse possunt. *Far. q. 7. n. 42. post Guidopap. dec. 202. vers. 5.*

6 Declara tertio, vt pariter præuentionem affectatam ab eo, qui citatus coram vno Iudice illius integritatem pertimescendo se sponte coram alio sibi fortè beneuolo, & concordato sistit, & præsentat, damnet. *Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 38. num. 93. Far. q. 7. nu. 53. vers. sed sublimita Carcer. resol. 2. num. 209. lib. 2. Giurb. cons 48 num. 46. & 47. Carneual. de for. compet. disput. 2. q. 7. sect. 3. num. 88 8*

§. XVIII.

SIGNIFICATIONES SERVENTVR PER DVOS MENSES.

SVMMARIVM.

1 *Significationes seruentur per duos menses ex Cōstit. Paul. III.*
2 *Significationes, quæ ob aliquam causam nō essent obseruandæ, seruari debent præsertim Romæ. Comprobatur exemplis.*
3 *Captus cum gratia, seu saluo conductu habita à non habente facultatem relaxatur, obnoxius iisdem præiudicijs.*
4 *Inhibitio cum cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo non conceditur in causis criminalibus.*
5 *Spontanea comparitio Rei non dat præuentionem.*
6 *Significationes non conceduntur à Iudice criminali, nisi in causis coram se introductis.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ITem significationes factæ per Gubernatorem, vel alios Iudices, data idonea cautione, seruentur per omnes per duos menses, lapsis duobus mensibus non seruentur.

2 Declara, vt si datæ fuissent, & ob aliquam causam non viderentur obseruandæ; nihilominus, ne quis sub fide publica decipiatur, seruandæ omninò sint, præsertim Romæ, vbi fidem semper viguisse,

& omnes gentes senserunt, & exempla plurima, tam prisca, quam recentia comprobarunt. Vno antiquo, & illo sane praeclarissimo, contenti simus. *Ingenti Poenorum classe circa Siciliam deuicta, duces eius fractis animis consilia petenda pacis agitabant. Quorum Amilcar ire se ad Consules negabat audere, ne eodem modo catena sibi inycerentur, quo ab ipsis Cornelio Asina fuerant iniecta. Hanno autem certior Romani animi aestimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit; apud quos, cum de belli fine ageret, & Tribunus militum ei dixisset posse illi merito euenire, quod Cornelio accidisset, vterque Consul Tribuno tacere iusso; Isto, inquit, metu te Hanno fides Ciuitatis nostrae liberat: Claros illos fecerat tantum Ducem vincere potuisse, clariores noluisse.* Polyb. lib. 1. cap. 17 Valer. Maxim. lib. 6. cap 6.

Nec dispar conditio est iudiciorum priuatorum, vt ex decreto facto in Congregatione Gubernatoris 1559. 9. Aug. *In causa Cap. Caroli Cloudij detenti Nona. Gubernator ex voto suorum Auditorum fuit in voto saluum conductum à Duce Palliani habitum sibi profuisse; & non potuisse eo stante capi, & ideo ipsum fore relaxandum, & in pristinum statum reponendum sub comminatione, quod statim absq; aliqua mora in exeundo à Carceribus ab Vrbe recedat, & saluum conductum huiusmodi ei imposterum non prodesse.*

3 Amplia, vt procedat etiam ad fauorem condemnatorum, quibus fuit facta gratia à non habente facultatem, vel ob aliquam aliam causam non seruanda absque culpa illorũ. Relaxantur enim ita, vt imposterum eis gratia non suffragetur, 1650. 22 Sept. Nonæ. *Iuuenalis. Relaxetur gratis obnoxius prioribus praeiudicijs non obstante Arresto.* 1651. 30. Mart. Sabell. *Relaxetur obnoxius praeiudicijs cum insinuatione, quae fuit ei personaliter intimata in plena Visita. Isti obtinuerant gratiam à non habente facultatem.*

Emanauit etiam postmodum Motus proprius 4 Gregorij XIII. qui ipit publicatus in carceribus. Capit. 12. Ian. 1581. prohibens concessionem inhibitionum cum cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo in causis criminalibus, de quo infra. *In Append. §. 1. cap.* 8. Qui Motus proprius est iuri consonus. Nam licet in materia iurisdictionis, & praeuentionis praeferatur Iudex, qui per accusationem, quae est remedium ordinarium, procedit. *Capiblanc. de off. Baron. prag. 8. par. 2. num. 208. Farin. q. 7. num. 56. & 57. & cons. 208 num. 3. Giurb. cons. 48. num. 38. 43. & seqq. Carneual. de iur. compet. lib. 1. tit. 1. disput 2. num. 891.* Et ille Iudex, qui in obligatione reali praeuenit, praefertur anteriori, qui fuit prior in verbali. *Franc. decis. 505. num. 10. Farinac. q. 7. num. 53. Dectan. tract. crim. lib. 4. cap. 21. num. 8. tom. 1.* Nihilominus non pro-5 cedit haec vltima opinio, quando huiusmodi realis apprehensio fit à Reo, qui Iudicem sibi beneuisum eligens se sponte coram illo constituit, procurata & affectata; vt etiam annuit Paul. V. Const. LXXI. *Tit. de Iud. crim. per captus ab incompetenti.* & diximus supra in fin. cap. praecedentis.

Denuum in d. Constitut. LXXI. Paul. V. *Tit. de Carcer. & Camer. Apost.* habetur: *Similiter* (subauditur verbum, *abstineat*, in vers. praecedẽti positum) *à moratorijs, dilationibus, nec etiam ad modicum tempus.* Et infra: *Tit. de Iudic. crim.* Pontifex ad-6 dit: *Non concedant Iudices in causis Criminalibus significationes aliquas, nisi in causis coram se, vel in suo Tribunali; & aliter data non obseruentur.*

§. XIX.

PRO EADEM CAVSA NEMO BIS CARCERETVR.

SVMMARIVM.

1 *Carcerandus nemo bis pro eadem causa ex Constitutionibus Paul. III. Pauli V. & de Iure.*
2 *Praeuentio durat, quantum durat lis.*
3 *Absolutus seu condemnatus semel non potest pro eadem causa molestari.*
4 *Absolutus ex hactenus deductis, vel dimissus cum cautione de se repraesentando potest ab alio Iudice molestari.*
5 *Contumax non auditur in declinatorio fori, atque ita potest à pluribus Iudicibus pro eodem delicto condemnari.*
6 *Contumax quando possit à pluribus Iudicibus puniri.*
7 *Contumax etiam ex Constit. LXXI. Paul. V. non habet fori declinatoriam.*
8 *Contumaci non sunt comminanda poena maiores delicto ex Cõstit. Paul. V. Quod etiam est de iure.*
9 *Poena indicta modum Iudex transgredi nõ potest.*
10 *In contumaciam lata sententia cum maiori poena non potest executioni mandari.*
11 *Contumax non tenetur comparere in loco non tuto.*
12 *Contumax bannitus à loco, vbi citatur, tenetur comparere, si offeratur ei saluus conductus.*
13 *Saluus conductus offertur in indictione Conciliorum. Affertur exemplum Concilij Florentini,*
14 *Iustiniani Cardinalis elogium.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ITem Carceratus pro aliqua causa per vnum Iudicem, eo relaxato possit per alios Iudices pro noua causa carcerari; sed pro eadem non nisi de mandato nostro aut Camerarij.

In Constit. LXXI. Pauli V. *Tit. de Iudic. crim.* non prohibetur simpliciter bina carceratio; sed adduntur verba: *Pro eadem causa.* Ibi: *Relaxatus ab vno Iudice non possit ab alio pro eadem causa carcerari.*

cerari. In iure quoque est clarum excarceratum pro vno crimine ab vno Iudice posse ab alio pro no no, aut diuerso delicto recarcerari. Immò, & ante relaxationem arrestari, vt supra §.17. diximus ex *Far. q.27. num.154. & alijs ibi allegatis.* Cum pręuentio eatenus duret, quatenus durat lis. Qua finita effectus preuentionis, & alij omnes precedentis litis expirant. *l. cum lite mortua. ff. iud. solu. Pignatell. controu. 8c. num.8. vers. rursus ponderabatur. & seq. Carnoual. de for. comp. disp.2. num.940. & num.963. vers. preuentio autem.* Sed pro eadem causa semel absolutus amplius molestari non potest. *l. qui de crimine. C. de accusat. Bald. cons.3c. lib.4. Bertaz. cons.396. num.5. Clar. §. fin. q.57. numer.12. Far. q.1. nu.51. & q.4. per tot. Guaz. def.2. cap.7.*

Declara, vt procedat, si Reus sit absolutus à primò Iudice siue condemnatus etiam leuiter. Nam pro eodem delicto inquietari amplius non potest. *Bald. cons.3c. & cons.292. lib.4. Alex. cons.11. n.12. lib.1. Con. resolut. co. lib.2. Bertaz. cons.396. Decian. tract. criminal. lib.3. cap.30. Far. q.4. num.2. Guaz. def.35. cap.11. per tot.*

Limita primò dictam declarationem, vt intelligatur: Nisi absolutio fuerit ob non iustificatum crimen cum clausula: *Ex hactenus deductis*; vel alia simili, vim interlocutoriæ habente; siue etiam cum cautione de se repræsentando, etiam nouis &c. *Thes. dec.81. Far. q.4. num.23.21.27. per tot. Guaz. def.2. cap.7. num.6. cum seq.* nam procedit declaratio solum, quando absolutio est ob crimen non patratum.

Limita secundò in contumace, si sententiæ plurium Iudicum fuerint pro eodem delicto à pluribus Iudicibus contra eum latæ: Nam contumax declinatoriam fori allegare non potest; sed à quocumque Iudice tam originis, quam domicilij, & delicti inquiritur, & punitur, *Gabr. de iud. concl.1. nu.21. & seq. Far. q.7. nu.55. Guaz. def.35. cap.11. nu.12.* Vbi distinguit ex *Scacc. de iudic. lib.1. cap.12. nu.99.* quod vel loquimur de pœna principalis delicti, & tunc Reus punitus sufficienter ab vno Iudice, non potest alibi puniri; vel de pœna, quæ imponitur pro ipsa contumacia, & tunc potest ab vtroque Iudice exigi, quia dicuntur duæ contumaciæ, & duæ pœnæ diuersæ. Et propterea etiam secundum dispositionem Const. LXXI. Paul. V. contra Reum absentem, & contumacem pro delicto quilibet Iudex competens procedere valet, nec alter alterius processu impeditur. *tit. de iud. crim. vers. contra verum.*

Bene aduertenda est tandem Constit. LXXI. loc. cit. ibi: *Nec comminentur vnquam in monitorijs contra contumaces pœna corporales maiores pœna delicti, de quo mentio fit;* Nam hoc etiam de iure est. *Mars. in l. vnica. nu.129. C. de rapt. Virg. Contard. de exeq. sent. cap.1. num.4c7. Far. q.cc. n.96.* Alias contumax comparere non tenetur & sententia contra eum lata nulla erit; Iudex enim modum mulctæ & pœnæ à iure indictæ transgredi nō potest. *l. vlt. C. de mod. mulct.* pœnæq. persecutio non iudicantis voluntati, sed legis auctoritati reseruatur. *l.1. §. sed non vtique. in fin. ff. ad Turpil. Far. q.17. num.5. vers. facti enim quæstio. Et q.18. numer.38. & num.45. Vermig. cons. crim.68. num.1.*

Vnde si Iudex Reum contumacem maiori pœna cōdemnet quam in monitorio comminata fuit, talis sententia tanquam nulla (etiam si in contumaciam lata sit) executioni mandari non poterit. *Clar. in §. final. q.93. num.4. vbi Baiard. num.cc.* Constitutionibus Apostolicis contrarium disponentibus non obstantibus. *Cartar. de execut. sent. bon. cap. fin. num.47.48.53. & per tot. Far. q.1c. num.62. & 96.* Sicut nec comparere teneretur Contumax, si locus, vbi citaretur, non esset ipsi tutus, vt casu quo ab eo esset bannitus. *Alex. in l. recusare. §. siquis alio. num.5. in 2. notab. ff. ad Treb. Pacian. lib.2. cap.46. num.12. & seq.* Vbi luculenter, & doctè examinant articulum, quis dicatur locus tutus, & quando propter aeris intemperiem, quando propter bellum vel propter inimicitias, & alios casus, quos ponit, non teneatur quis comparere. Et postmodum examinat, quando alleganti locum non tutum incumbat onus probandi, quæ quilibet pro arbitrio suo videre poterit.

Sciendum tamen est, quod bannito à loco ad quem citatur, non suffragetur excusatio, si per Iudicem offeratur Saluus conductus ad remouendum suspicionem ex banno resultantem. Tunc enim personaliter tenetur comparere. *Salyc. in l. reos. numer.10. vers. ex prædictis contrarijs. col.6. in princ. C. de accusat. Io. de Imol. in l. pen. §. ad crimen numer.26. vers. in tertio casu concludit. col.23. ff. de public. iud. & alij, quos citat, & sequitur Pacian. de probat. lib.2. cap.46. num.23. & seq. & nu.27.* Hinc factum est, vt in indictione generalium Conciliorum consueuerint Summi Pontifices particularibus sanctionibus concedere Saluum conductum generalem ad effectum, vt nemo possit se excusare. De hoc sunt quamplures Constitutiones in indictione Conciliorum, & nouissimè in Tridentini: sed speciminis gratia placet eligere illam Eugenij IV. insertam in actis Concilij Florentini *fol.39.* quibus tanquam thesauro singulari, & planè incomparabili tot annos consepultis in tenebris lucem dedit, eruditissimisque notis illustrauit Vir pietate, & doctrina eximius, Eminentissimus Horatius S. R. E. Cardinalis è nobilissima, & antiquissima familia Iustinianæa Reipublicæ Ianuensis, in Insula Chio natus, quam à præfata Republica primum, deinde ab Imperatoribus eadem Familia pleno, ac perpetuo Iure obtinuit, vt idē refert *in suis notis fol.349. in Volumine dicti Concilij: Romæ impresso. Typis S. Congreg. de Propagan. Fide. anno 1638.*

§. XX.

VISITATIO SINGVLIS HEBDOMADIS FIAT.

SVMMARIVM.

1 *Visitatores carcerum singulis hebdomadis Visitare debent omnes carceres ex Constit. Paul. III, & ex antiquo decreto Visitæ.*
2 *Visitatio hebdomadaria non fit nunc omnium carcerum, sed alternis vicibus Capit. Sabel. Nonæ.*
3 *Visitatio hebdomadaria habet concursum multorum, & strepitum.*
4 *In Visita non omnes causæ expediuntur, sed committuntur multæ auctoritate Visitæ.*
5 *In Visita Ciuiles causæ diversis Visitæ Prælatis committuntur, ac etiam D. Aduocato Pauperum.*
6 *In Visita Ciuiles causæ frequentius committuntur Præsidi.*
7 *In Visita causæ nullitatis vt plurimum Iudici suo committuntur auctoritate Visitæ.*
8 *In Visita his temporibus non committuntur causæ alijs, quam interuenientibus in Visita, vt possint eas referre; quandoque tamen committuntur etiam alijs.*
9 *In Visita causæ, in quibus tractatur de interesse Cameræ, vel Cameralium committuntur Visitatori etiam in Camera interueniente.*
10 *In Visita omnes admitti debent ex Const. Paul. V.*
11 *In Visita quid agendũ si quis alio transportetur ne admittatur.*
12 *In Visita descripti die Martis antè Visitam non possunt in secretis poni, nec torqueri, nec aliquid innouari.*
13 *In Visita describendi omnes, pro prima vice ciuiles parte non citata, secus alijs vicibus.*
14 *In Visita comparens spontè constitutus etiam pro prima vice citare debet creditorem.*
15 *In Visita comparens prima vice, si sit transportatus ex alijs carceribus citare debet creditorem.*
16 *In Visita comparens prima vice non tenetur citare arrestantes.*
17 *In Visita comparens ijs casibus, quibus tenetur citare creditorem, tenetur citare etiam arrestantes.*
18 *In Visita consuetum est etiam accusare contumaciam.*
19 *Visita hebdomadaria fit die Iouis mane non impedito. In casu impedimenti fit post prandium.*
20 *Visita hebdomadaria impedito die Iouis Festo de præcepto transfertur in sequentem hebdomadam.*
21 *Visita hebdomadaria fit in carceribus, sed Sede vacante in domo Gubernatoris.*
22 *In Visita relaxandi, debent dimitti antè recessum Visitatorum ex Const. Paul. V.*
23 *Appellatio non datur à decretis Visitæ.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 Item quod singulis hebdomadis Visitatores Carcerum visitent omnes Carceres semel in hebdomada, vel bis in hebdomada duos Carceres, nisi impediti fuerint, & relaxandos relaxari faciant statim antè recessum à Visita.

De hoc nihil fuit dispositum in Const. LXXI. sed benè legitur dispositum ante hanc constitutionem Pauli III. in antiquo decreto Visitæ relato. *lib.* 3. §. 16. vbi inter cœtera habetur. Die 4. Aug. 1528. *Et quod singula hebdomada fiat Visitatio carcerum diebus solitis, & hoc seruetur ad beneplacitum Sanctiss. D. N. & Cameræ Apostolicæ.* Cœptum fuit initio fieri Visitationem Carcerum qualibet hebdomada, Carceratorum Turris Nonæ, & Curiæ de Sabellis simul, vt supra diximus, dum de initio Visitationis tractauimus: *lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. Et propterea hic disponitur, quod qualibet hebdomada semel, vel bis omnes Carceres Visitentur.

2 Crescente postmodum Carceratorum numero introductum fuit, vt alternis Hebdomadis visitarentur Carceres, incipiendo primâ initio anni primo die Iouis post Festum Epiphaniæ, & post Visitationem gratiosam Paschatis die Iouis post Dominicam in Albis, a Carceribus Capitolinis; secundo loco deueniendo sequenti hebdomada ad Carceres Curiæ de Sabellis; tertio loco alia hebdomada ad Carceres Turris Nonæ, & sic deinceps eodem ordine alternis vicibus toto anno.

3 In his Visitationibus magni, & inconditi strepitus audiuntur, propter magnam virorum, & mulierum qui solent visitation huic interesse, copiam; adeo vt adhibendi sint Custodes Carcerum, qui tempore Visitationis frequenter silentium indicant. Plærumq. enim quia præ strepito maturæ Visitatorum voces minus intelliguntur, in aurem sibi Visitatores loqui coguntur (Ita sonitu pressus alieno affectat publicus sermo secretum) vt possint inter se cognoscere de causis Carceratorum, quæ sæpe sæpius inordinatè, & confusis pugnantium intrà se hominum clamoribus proponuntur, vt anserum, & gruum temerè inter se rixantium concilia repræsentent.

4 Quia verò carcerati etiam sunt numero plurimi, non possunt omnes eorum Causę in Visita expediri; prætetquam quod multæ non sunt in stato expeditionis, Inoleuit stylus Visitæ causas criminales suis Iudicibus, Ciuiles vel suis, vel Præsidi Carcerum committendi expediendas Auctoritate Visitæ.

5 Declara primo, vt causæ ad instantiam carcerati pro ęre alieno committantur aliquando etiam alijs Præla.

Prælatis Visitæ; præsertim, vt dixi, Aduocato Pauperum petente Carcerato: maximè si tractetur de exigua summa, vel de inducendo ad concordiam Creditores cum Carcerato, vel aliud simile. Alias Aduocatus non solet facile deputari; cum illius proprium munus non sit iudicare, sed patrocinari carceratis, & iura, ac rationes pro ipsorum excarceratione deducere in Visita, in Congregationibus, & coram ipsismet Iudicibus causarum à Visita deputatis.

6 Declara secundo, vt frequentius causæ committantur Præsidi Carcerum. Ipsi enim sine vlla exceptione causæ omnes carceratorum committi solent; cum etiam in vim suarum facultatum sit executor decretorum Visitæ, vt dixi *lib.* 1. §. 8. *cap.* 2. *vir. Præses carcerum*. Interdum causæ plurium carceratorum simul. 1573. Maij. Capit. *Omnes alij detenti pro debito ciuili ad D. de Vitelis, qui studeat concordare partes, expediat, relaxet arbitrio suo auctoritate Visitæ*.

7 Declara tertio, vt si tractetur de nullitate, frequentius committantur causæ Iudici suo præsertim, quando ex illius actis debet apparere, an adsit nullitas, necne, aut in casu, quo esset spreta illius Ma-

8 iestas. Quod dicitur de Commissione Causæ Iudici suo, intelligitur, dummodo Iudex, qui carcerari fecit, sit ex illis, qui interueniunt in Visita, alias illi regulariter non committitur. Nam his temporibus non consueuit Visita causas committere illis, qui in Visita non interueniunt, licet olim aliter factum fuerit, vt apparet ex quam pluribus decretis a nobis ad alium effectum relatis, & ex dictis supra *lib.* 1. §. 10. Ratio cur id fiat est, vt Iudex possit mentem Visitę scire, & causam sibi commissam in Visita referre; & possit, quatenus velit, de ipsius Visitę voto illam terminare, prout plerumque fit in articulis difficilioribus.

Cæterum negandum non est quin alijs etiam Iudicibus, qui non interueniunt in Visita, committantur causæ à Visitatoribus auctoritate Visitæ terminandæ. 1625. 13. Feb. Nonæ. *Sanctes Matthæi. Ad Riparum Præsidem etiam auctoritate Visitæ*.

9 Illud hic obseruandum est quod Iudex cui committuntur causæ a Visita, etiãsi sit vnus ex Visitatoribus, si tamen non sit ex illis, qui in Camera Apostolica interueniunt, illi non committantur causæ, in quibus aliqua ratione potest tractari de interesse vel Iurisdictione Cameræ, vt sunt credita Appaltatorum causæ Doganæ, Grasciæ, Annonæ, & similia. Istæ enim vel Præsidi Carcerum, vel Pauperum Aduocato committuntur.

10 Declara quarto, vt sicut Visita debet fieri in omnibus carceribus, ita nemo ab illa excludatur, vt dicitur in Const. LXXI. Paul. V. & infra. lib. 3. in procem. cap. 1. Vbi dicimus, si alio transporta-

11 retur carceratus, ne Visitæ beneficio gauderet, prouidendum esse à Visita, vt alias. 1527. 13. Mart. Capit. *Facta mentione cuiusdam detenti in his Carceribus, qui heri vesperi nuntiata Visitatione abductus fuit à carceribus Dominorum Conseruatorum, & repositus in alijs Carceribus, ad quos non vadit Visita, decreuit Visita etiam esse relaxandum vbicumque fuerit, qui est el Prete Tabernarius, sub pœna Custodi centum Ducatorum, & parti, si contrauenerit, amissionis debiti*.

12 Declara quinto, vt nec etiam possint molestari, vel poni in secretis carceribus, nec ad aliquem actum præiudicialem; multò minus poterit ad examen rigorosũ contra eos deueniri, postquã fuerunt descripti in Lista Visitationis, quæ Lista fit die Martis mane præcedente diem Iouis, quo fieri debet Visitatio. Atque ita seruatur passim. 1610. 4. Febr. Sabell. *Marius. Ex quo erat descriptus in Lista Visitationis non molestetur occasione exilij sibi iniuncti à Curia Hospitalis S. Sixti*. Exilium fuerat illi iniunctum, postquam iam fuerat in Visitæ Lista descriptus.

13 Declara sexto, vt carcerati pro prima vice sint describendi in Lista etiam parte non citata, quia Tabella publicè per diem antè appensa in muro exteriori Carcerum, in quibus habenda est Visita-

14 tio, citat omnes. Hæc tamen declaratio locum non habet in duobus casibus: primo si Carceratus se spontè constituerit, quia tunc citari debet pars, quæ non potest diuinare debitorem suum se constituisse. 1641. 23. Maij Sab. *Dominicus comparuit spontè constitutus, & fuit dictum oretenus non audiri, quia non erat citata Pars*. Secundo si car-

15 ceratus in alijs Carceribus, se transportare fecerit ad Carceres, vbi Visita habenda est; tunc enim requiritur etiam partis citatio.

16 Declara septimo, vt sicut non est citandus pro prima vice ille, qui fecit carcerare, ità nec sint citandi Arrestantes.

17 Declara octauo similiter, vt quotiescumque pro comparitione in Visita citandus est, qui carcerari fecit, sint etiam citandi Arrestantes. 1641. 23. Maij. Sab. *Quoad Franciscum petentem excarcerari tanquam nulliter captum, fuit oretenus dictum non esse audiendum, quia non fecerit citare Arrestantes*. Alia etiam habes super eadem materia infra Tit. Visitæ beneficium quibus conferatur in Proœm. Const. Pij V. cap. 1. lib. 3.

18 Declara nono, vt etiam in Visita consueuerit accusari contumacia. 1546. 12. Iul. Cap. *Pro Alexandra contra fiscum. Comparuit dicta, & præsentauit se in Visita, & indicauit bona mobilia, de quibus in decreto ex aduerso Franciscus de Citerna Procurator, & protestatus fuit non audiri eam, quia non comparuit in hora Visitæ, & accusauit contumaciam contra eam, & petijt copiam bonorum indicatorum, & non habuit*.

19 Declara decimo, vt dies istius Visitæ hac tempestate sit dies Iouis mane, si verò matutinum tempus sit impeditum Consistorio publico, vel alijs publicis functionibus fit post prandium. Et si dies

20 Iouis sit festus de præcepto, transfertur Visitatio eiusdem Carceris in diem Iouis sequentis hebdomadæ: licet olim diuersis diebus legatur facta hæc Visitatio, quia tunc non erant impediti Officiales, & Iudices Curiæ alijs diebus hebdomadæ pro audientijs Summi Pontificis, seu Congregationibus, vel alijs publicis muneribus, vt sunt nostris temporibus.

21 Declara vndecimo, vt loca Visitæ sint ipsi Carceres Capitolini, Nonæ, & Sabellorum, vt alibi diximus, viuente Pontifice. Viuente, inquã, Pontifice; Nam Sede vacante, quia carcerati transportantur ad Arcem S. Angeli, habetur, vt etiam alibi dixi, Visita Carceratorum in Palatio Gubernatoris,

vbi legitur eorumdem Carceratorum Lista. Ita legitur factum 10. Octobris. 1591. & alias quando, casus contigit, donec, & quousque fuerint ijdem carcerati reducti ad Carceres tempore Sedis Vacantis post aliquos dies ab obitu Pontificis; Nam, quoad istos, & quoad alios, qui Sede vacante carcerantur tam pro delictis, quam pro debitis, fit denuò Visitatio in Carceribus.

22 Declara duodecimo, vt relaxandi relaxari debeant statim antè recessum à Visita per ipsos Visitatores, vt per eadem verba disponitur in Consti-

23 tut. LXXI. Paul. V. Ex quibus verbis patet, quod à Decreto Visitæ etiam in Criminalibus non datur appellatio, an etiam ex his, quæ dicentur, *§. sequenti*.

Quare aduertant Visitatores in vim iussionis præfati Pontificis, ne discedant à Visita, donec præmiserint liberos omnes, quibus fuit decreta excarceratio; alias plerumque vel ad instantiam Instigatorum, seu Creditorum, vel pro prætensionibus expensarum, seu sub alijs prætextibus retinebuntur. Hac de caussa fuit in Constitut. LXXI. expresse dispositū; *Vt relaxandos relaxari faciant Visitatores antè recessum à Visita*.

§. XXI.

VISITÆ RESOLVTIONES OBSERVENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Visita resolutiones obseruanda, & exequenda ex Constit. Paul. III. Paul. V.*
2 *Votum in Visita habet etiam Iudex à Visita in causa deputatus.*
3 *Suspectus iurari non potest Iudex à Visita deputatus.*
4 *Visitatorum aliqui olim vocabantur Visitatores, alij Assistentes.*
5 *Votum habent decisiuum in Visita omnes Visitatores.*
6 *Visita decreta non inducunt nouationem.*
7 *Visita votum, seu decretum adducitur ad comprobandum amplam eius facultatem ad fauorem debitorum.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 Item id, quod per commune Visitatorum votum deliberatum fuerit, semper obseruetur, & executioni mandetur, & Custos carcerum eis parere debeat sub pœna decem ducatorum, vt præfertur applicanda, non obstantibus Tertij contradictione, vel inhibitione, nec contradicenti, nec alleganti post præstita vota fore mandatum nostrum, vel Cameratij, nisi illud exhibeat, credatur, sed omnino relaxatio fiat.

CVm his verbis cōsentiunt verba Const. LXXI. Paul. V. *§. 23. nu. 21. in Bull. fol. 207. vers. obseruent*. Frequens est enim stylus proponendi causas in Visita ad audienda Visitatorum vota vt ex quampluribus decretis alibi relatis, & ex infrascripto. 1557. 13. Apr. In Palatio D. Gubernatoris. *Dominicus. Domini prouideant, & cognito dent vota ad primam visitam post festa*.

2 Dum in Constitutione dicitur *Per commune Visitatorum votum*: intelligitur etiam de voto Iudicis à Visita in aliqua causa deputati. Ipse enim potest votum suum date in ea causa, in qua deputatus fuit Iudex. Licet enim *Vestr. in prax. lib. 2. c. 13. in fine*. dicat honestius esse, vt sese abstineat, de stylo tamen huius Tribunalis nō abstinet. Ratio est, quia causæ, in quibus proferuntur vota, sunt vt plurimum ciuiles (criminales enim ferè semper suis Iudicibus relinquuntur terminandæ) & is, cui commissa est causa ciuilis à Visita, illam refert non vti causam propriam, sed vti Iudicis, qui mandatum carcerationis relaxauit, seu refert id, quod ab executoribus gestum est, circa quæ non magis in ipso, quam in

3 alijs ex Visita cadit affectio. Propter quod nec à Partibus iurari suspectus potest Iudex à Visita deputatus, vt fuit dictum supra de Preside Carcerum. *circa fin. lib. 1. §. 8. vers. Præses carcerum*.

4 Nec omittendū, quod circa tempora Clem. VII. in decreto infrascripto Visitæ videatur discrimen inter personas in Visita interuenientes. Aliqui enim vocantur *Visitatores*: aliqui *Assistentes*. 1530. 10. Nouemb. *D. Gubernator, D. Octauius Chericus, D. Paulus Vicarius, D. Fabius Locumtenens Auditoris Cameræ, Visitatores: Assistentibus D. Ioanne Aloysio Aduocato, D. Procuratore Fiscali, & D. Gregorio Iudice de Sabellis*. Prædicti vocantur *Visitæ Assistentes*, prout in Camera Apostolica *Camerales Assistentes Cameræ* nuncupantur, vt videre est in Const. LXXXII. Pij IV. *§. 6. 7. & seq. & in Const. LXXI. Paul. V. Tit. de Cam. Apostol. §. 2. num. 13. vers. Nec etiam in discussionibus. In*

5 *Bull. fol.* 134. In hoc tamen differunt, quod in Camera, illi, qui sunt *Assistentes*, non habeant votum decisiuum, sed consultiuum; in Visita autem omnes qui in ea confident incipiendo à Procuratore Caritatis (qui est primus in votando) habent votum decisiuum, ex inueterata obseruantia de qua testari possum ego tanquam Testis de visu, ab anno 1617. & audiuisse à senioribus Visitationis tunc etiam antea obseruatum fuisse.

6 Declara tamen, vt huiusmodi decreta, communi Visitatorum voto facta, non inducant nouationem. *Rot. dec. 232. nu. 1. par. 2. diu. & dec. 660. nu. 1. par. 1. diuer.* Nouatio enim nouissimo iure non inducitur, nisi expressè, vel tacitè propter incompatibilitatem. *l. fin. vbi Bald. in princ. C. de nouat. Dec. conf. 409. num. 2. latissime post alios Menoch. de præsumpt. lib. 3.*

lib. 3. præsumpt. 134. num. 36 & alij, quos citat. Rot. dec. 99. num. 4. par. 1. rec. Adeo vt ex cessione nominis vel alterius rei non inducatur nouatio, nisi requisita verè delegationis, vel dationis in solutum interueniant. Alias enim in simplex mandatum resoluitur. *Gabr. conf. 144. lib. 1. Osasc. dec. 62. num. 6. Rot. dec. 159 nu. 3. par. 6. rec.*

7 De obseruandis S. Visitæ resolutionibus cū plura sint in opere ad alium effectum adducta decreta, sufficiet hic vnicum subijcere. 1565. 8. Nouemb. Sab. *Reuerendiss. DD. Patres Carcerum Visitatores in Carceribus Curiæ de Sabellis, certificati per Reuerendiss. D. Patrem Auditorem Cameræ, cui alias fuit bis commissum de cessionibus, & obligationibus per Doctorem Antonium Clericum Salamantinum in fauorem omnium, & singulorum creditorum infrascriptorum factis auctoritate Visitæ, decreuerunt, & mandarunt Iulio Bosco, Iacobo Mariæ Pallauicino, Augustino de Casamare, & Iacobo Bandello, & illorum socijs mercatoribus, & Ioanni Galletto, & Francisco Gusman, siue Prospero, & Horatio de Peregrinis illius cessionarijs ex aduerso creditoribus eiusdem Doctoris, ne deinceps ipsum, aut eius quouis modo fideiussores quoquomodo super obligationibus creditorū, de quibus in obligatione, & cessione prædictis fit particularis mentio, directè, vel indirectè verbo, aut facto, siue quouis quæsito colore sub pœna amissionis debiti ipso facto incurrendâ molestent, inquietent, aut fatigent realiter nec personaliter, attento quod ipse doctor alias in istis carceribus ad dictorum instantiā mancipatus promisit eisdem Reuerendiss. DD. cedere suis creditoribus iura, & actiones sibi competentes pro summa trecentorum scutorū contra varios suos creditores, & quod ore promisit, opere adimpleuit cedendo, prout cessit in officio Gasparis Raydeti 24. Septembris præsentis anni, se vlterius obligando, prout etiam obligauit, quod si prauia per suos Creditores facienda diligentia de recuperando prædicta debita, sicut præmittitur cessa, non exegerint, & recuperauerint infra tres menses proximè sequentes tot pecunias, quot sufficiant pro eorum integra satisfactione, tunc ipse D. Doctor pro residuo vsque ad debitam quantitatem eis pro rata soluet quolibet trimestre scuta quinquaginta monetæ vsque ad integram, & plenam satisfactionem, promisitque non recedere ab Vrbe siue Curia Sanctiss. D. N. vsque ad talem satisfactionem; prout in Instrumento obligationis hæc latius continentur; cui obligationi prædictæ alij idonei accesserunt fideiussores, vt ibidem continetur; & cum istis obligationibus, conditionibus, & innouationibus eumdem D. Doctorem, & suos fideiussores ijdem Visitatores auctoritate prædicta mandarunt non molestari.*

§. XXII.

RELAXANDI EX DECRETO VISITÆ NON ARRESTENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Arrestari non possunt habentes decretum Visitæ pro relaxatione ex Const. Pauli III. & Pauli V.*
2 *Arresta recipiunt* Custodes *etiam non subscripta à Visitatoribus quocumque tempore.*
3 *Arrestorum materia remissiue.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 Item quod facto decreto de relaxando, Custodes non retineant carceratum vigore alicuius arresti, nisi fuerit subscriptum ad minus manu duorum Visitatorum.

In Constit. vero LXXI. Paul. V. *Tit. de carcer.* habentur verba infrascripta: *Et post decretum à Visitatoribus factū de relaxando debitorē Custodes ad instantiā cuiusuis creditoris arresta eadē die non recipiant, sed nec etiam postea ad instantiam illius creditoris, qui eum detinebat, nisi arrestum fuerit a duobus Visitatoribus subscriptum.*

2 Toto tempore, quo ego versatus sum in Tribunali Visitæ per spatium triginta quinque annorum, & vltra, numquam vidi vsu recepta, quæ supra disponuntur, sed arresta quocumque tempore à Custodibus recipi non subscripta à Visitatoribus.

3 Cæterum de materia arrestorum vide infra *In proœm. lib. 3. cap. 5. & seqq.* quæ diffusè diximus de arrestis ciuilibus, de quibus loquitur iste Textus.

§. XXIII.

COMPOSITIONVM PECVNIÆ DEPONANTVR.

SVMMARIVM.

1 *Compositione facta pecunia deponantur ex Const. Pauli III. & aliorum.*
2 *Compositionum Vigesimam assignauit* Procuratori *fiscali Clem. VIII. & alijs.*
3 *Compositionum decimam Gubernatoribus, quartam Accusatoribus decernit Sixtus IV. & alij.*
4 *Compositionum portionem decimam non potest habere*

bere his temporibus Gubernator.

5 *Socius exigens partem sui Crediti tenetur alijs communicare.*

6 *Compositiones an, & quando fieri possint, & succedant loco pœnæ.*

7 *Compositiones per vim seu concussionem factæ reprobantur.*

8 *Concutientes ad compositionem puniuntur.*

9 *Fiscus pro expensis factis in perquirendis Reis præfertur damnum passo.*

10 *Fiscus pro pœna, & compositione non præfertur damnum passo.*

11 *Iudex in pœnarum exactione sollicitus debet esse, remissiuè.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 Item facta compositione omnes pœnæ consignentur pœnes Depositarium nostrum distribuendæ, & soluendæ per mandatum nostrum, vel Camerarij.

2 Clem. VII. Const. XX. *Quoniam nulli detur officium. in Bull. fol.* 588. assignauit vigesimam partem Procuratori Fiscali pœnarum ad Cameram ex delictis prouenientium; mandauitque Camerario, & Clericis, vt illi hanc partem persoluant. Successiuè, vt in proxime relatis verbis, disposuit Paul. III. Idem statuit postmodum Pius IV. Constitut. *Incipien. cum alias per specialem.* decimam partem

3 dd. pœnarum Gubernatoribus; quartam Accusatoribus decernit; Sixtus V. Constitut. *incipien. Ad Rom. Pont.* 93. *In Bull. fol.* 655. easdem Constitutiones confirmat; Et §. 10. de pœnis, & mulctis supradictis per Procuratorem fiscalem, aut alios prædictos quicquam retineri, aut a partibus exigi prohibet; & in manibus Depositarij Cameræ integre, & sine aliqua diminutione persolui mandat.

Quæ omnia confirmat, & extendit Clemens VIII. Const. V. *Incipien. Inter cætera animi nostri. In Bull. fol.* 3. Vbi omnes pœnas apud Depositarium Cameræ persolui iubet; Depositario formam faciendæ solutionis, & redditionis computorum præscribit; Reis iubet Depositariũ solum soluere. Demum Paulus V. omnes præfatas Constitutiones innouat in toties citata Constit. LXXI. *Tit. de Iudicibus criminalibus. vers. Inhærendo Constitutionibus. Et tit. de Fisci Procur.*

4 Quod vero dicitur de decima portione pœnarum Gubernatoribus debita, aduertendum est, his temporibus non procedere; immò in Breui deputationis in Gubernatorem id illi expresse prohibetur.

5 De dictis autem Officialibus, quod dicitur posse ad commodum proprium exigere portionem ipsos tangentem, procedit etiam in fortioribus terminis in pluribus socijs; quorum si vnus partem sui Crediti socialis exigit, non potest dicere consocijs: Vos partem vestram exigatis, quia ego exegi meam, sed totum exactum tenetur alijs communicare, iuxta text. *in l. verum. §. si cum tres. ff. pro Socio. Franc. decis.* 635. *num.* 4. 5. *&* 6. *vers. Prædictis non obstantibus.*

6 Declara primo an, & quando compositiones fieri possint, aut succedant loco pœnæ, vt habetur *per Paulum Ghirland. de pœn. composit. q.* 1. *num.* 6. *& l. Senatus. §. si quis. cum seq ff de Iur fisc. Sol. in decret. antiq. Sabaud. Tit. de excusat. §. ne maleficia. gloss.* 2. *num.* 5. *Late Far. q.* 5. *nu.* 5 *& per tot.* & has compositiones esse pœnæ commutationem dixerunt *Oddo de restit. in integr. q.* 93. *num.* 22. *Far. cons.* 92. *nu.* 9. *Ciriac. controu.* 342. *nu.* 10.

7 Declara secundo, vt illæ compositiones, quæ per vim, metumue Carceris, aut vinculorũ, seu per minas, aut aliam concussionem fiunt, reprobentur. *l. extat. ff. quod met. caus. & l.* 3. *& l lex. Iulia. ad l. Iul. repetund. iunct. l. si impressionem C. de ijs quæ vi met. caus. fiunt. Foler. §.* 5. *ne maleficia. gloss.* 2. *à num.* 2. *Far. q.* 5.

8 Declara tertio, vt Officiales sic concutientes puniantur. *l.* 1. *de concuss. & l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. caus. Menoch. de arb. cas.* 343. *nu.* 12. *Far q.* 111. *num.* 39. 40. *& seqq.*

9 Declara quarto, vt licet Fiscus pro expensis factis in perquirendis, & capiendis Reis præferatur parti læsæ suum interesse repetenti, cum absque huiusmodi expensis difficilior repetitio extitisset. *Caball. resol.* 201. *num* 21. 22. 34. *&* 40. *& resol.* 203. *num.* 12. *Far. consil.* 144. *num.* 21. *&* 22. pro pœna

10 tamen, & pecunia pro illius compositione promissa non præferatur: quia hic tractat de lucro, priuatus vero de damno vitando. *Peregr. de Iur. Fisc. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 13. *Far. q.* 25. *num.* 88. *Guaz. def.* 6. *c.* 6. *Grat. discept.* 840. *nu.* 12.

11 Declara quinto, vt Iudex teneatur esse sollicitus in pœnarum exactione de Iure; & post exactionem curare, vt fisco assignentur, vt dixi supra. *tit. de pœnis pecuniarijs, lib.* 1. *§.* 13. *cap.* 8.

§. XXIV.

ELEEMOSYNÆ DISTRIBVENDÆ PRÆSENTE PAVPERVM PROCVRATORE.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosynæ sunt distribuendæ præsente Procuratore Pauperum ex Constit. Paul. III. & Pauli V.*

2 *Eleemosynas carceratorum mandauit Pius V. solui pro eorum ære alieno.*

3 *Cardinalis Moronus fuit Protector Caritatis.*

4 *Eleemosynæ deseruiunt nunc pro alendis carceratis.*

5 *Debita*

5 *Debita Carceratorum soluit Pietas remissiue.*
6 *Eleemosynarum distributio fit plus egentibus.*
7 *Eleemosynam extorquens simulata paupertate tenetur ad restitutionem remissiue.*
8 *Eleemosynarum distributio pauperibus à Carceratorum magistro Domus quomodo fiat.*
9 *Visita Pietas ex relato decreto assignationis dotis, illuc; & alimentorum compici potest.*
10 *Eleemosynis Carceratorum satisfit multis misericordiæ operibus.*
11 *In eleemosyna carcerati sunt cæteris præferendi.*
12 *Pauperibus carcerati etiam propria culpa, non debentur eleemosynas.*
13 *Pauperes omnes suscipiebat Abraham, & Angelos suscepit.*
14 *Prodigo filio subueniendum per modum eleemosyna.*
15 *Pauperi infirmo propria culpa debentur medicina pro eleemosyna.*
16 *Eleemosyna danda est pauperi siue bonus, siue malus fuerit.*
17 *Pauperi Excommunicato danda est eleemosyna.*
18 *Paupertas numeratur inter casus fortuitos.*
19 *Culpa non presumitur.*
20 *Eleemosynam erogare tenentur diuites, & possunt cogi.*
21 *Pauper malus debet egestate laborare, non perire.*
22 *Carceratis pauperibus Romæ sufficienter prouidetur.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ITEM quod Custodes Carcerum non possint aperire capsas eleemosynarum pauperum Carceratorum sine præsentia alterius ex Procur. dd. Pauperum, & illæ pecuniæ non dentur Magistris Domus Carceris, sed disponentur inter illos, qui non habent modum viuendi per eumdem Magistrum cum interuentu Capitanei Carcerum, & vnius ex Procuratoribus Pauperum.

In Constit. LXXI. Pauli V. *Tit. de Carcer. & Carcerat.* hæc verba leguntur: *Capsa omnes eleemosynarum, quæ fiunt Carceratis, clausæ teneantur, & claues sint penes Pauperum Aduocatum, qui suo arbitrio eas aperiat; & eleemosynas in eis repertas distribuat inter Carceratos, qui facultatem se alendi & alimenta aliunde non habent.*

Huiusmodi eleemosynæ colliguntur per Vrbem à quæstoribus pro carceratis. Vetus est adagium: Qui eget, in turba versetur. Cum carcerati detineantur in vinculis, pro ipsis petunt quæstores eleemosynas à turbis.

2 Antea verò Pius V *in motu proprio*, qui habetur post d. Const. *Incip. RR. DD. Visitatores &c.* disposuerat, vt infra: *Volumus, vt omnes eleemosynæ Carceratorum tam quæ per Quæstores colliguntur, quam quæ in capsis reponuntur, expendantur pro soluendis debitis pauperum Carceratorum arbitrio D. Cardinalis Moroni, quem confidimus præ oculis habiturum miserabiliores personas, &*
3 *iustiores causas.* Præfatus Cardinalis Moronus tunc temporis erat Protector Caritatis.

4 Huiusmodi eleemosynæ de præsenti non expenduntur pro solutione debitorum, vt suprà; sed ex dispositione Constitutionis LXXI. Pauli V. pro alendis carceratis pauperibus, existentibus *ad Largam*, in loco nuncupato, *da basso*, tam criminalibus quam ciuilibus non habentibus alimenta ab ipsorum Creditoribus vel alijs. Verum quia prædictæ eleemosynæ sunt adeò tenues, vt vix sufficiant pro minima parte alimentorum, supplet Caritas, & Pietas, vt alibi diximus, quotidianis largitionibus panis, & alijs modis.

5 Quoad solutionem verò debitorum pro Carceratis post Motum Proprium Pij V. superuenit Archiconfraternitas Pietatis, quæ ex redditibus satis opulentis in festiuitatibus Natalis Domini, & Paschatis pro ære alieno detentos liberat, satisfaciendo vsquè ad certam summam eorum creditoribus, vt dixi supra. *§.6. cap. 2. lib. 1.*

6 In distributione Eleemosynarum ipsius Archiconfraternitatis Pietatis, qui in maiori egestate reperitur, præferri debet, seruato Caritatis ordine. *Bonac. circa primum præceptū decal. disput. 3. q. 4. punct. 6. propos. 4. num. 2. Dian tom. 5. tract. 8 de*
7 *eleemos. resol. 37.* Quin immò simulans paupertatem vt eleemosynam extorqueat, ad restitutionem tenetur vt dixi supra; *De vagabundis.*

8 In distributione, quæ fit à Magistro Domus carceratorum, eleemosynarum, quæ à personis pijs conferuntur, seruatur inter ipsos carceratos pauperes æqualitas, eo quod habeantur omnes pro æque pauperibus: excipiuntur solum qui habent à Creditoribus vel ab alijs, vt diximus, alimenta. Hi enim non sunt istarum eleemosynarum participes. Ipse vero Magister Domus habet portionem duplicatam.

9 Ne quid omittatur in hac materia, S. Visitæ subijcimus decretum: 1534. 31. Ian. Cap. *DD. Visitatores pro honestate Beatricis Puellæ decreuerunt, quod quibuscumque commissionibus, & inhibitionibus indè emanatis, tanquam subreptitijs, non obstantibus, quod cum primum maritabitur, Depositarius compellatur soluere eius marito dotem sibi per DD. Visitatores constitutam; prout in decreto alias facto continetur; & interim, si in aliquo honesto loco steterit, dictus mercator compellatur Iuris, & facti remedijs executiuis soluere fructus ad rationem duodecim ducatorum pro centenario singulo mense.* Cætera in materia relaxationis Carceratorum cum eleemosynis habes infrà. Tit. de relaxatione cum cautione iuratoria, & eleemosynis *lib. 3. §. 1. cap. final.*

Hinc licet conijcere singularem Summorum Pontificum, & S. Visitæ erga pauperes carceratos vigilantiam. Verum adeò creuit eorum numerus, refriguitque multorum caritas, vt ferè dici possit, *Sed hæc quid inter tantos?* nisi inuigilarent quamplures Caritatis, & Pietatis Confratres; ne fame pereant. Sanè omnis ratio exposcit à fidelibus

eleemo-

10 eleemosynarũ profusionem pro pauperibus carceratis. Hac enim satisfit quampluribus misericordiæ operibus; satiantur famelici; potantur sitibundi; vestiuntur nudi, curantur infirmi; consolantur afflicti: propter quæ hæc cæterorum pauperum 11 eleemosynis iure ac merito præferenda est: præsertim, cum, licet ij, qui propria culpa inciderunt 12 in paupertatem, amittant nonnulla priuilegia pauperibus concessa, vt diximus in diuersis locis huius operis, non tamen amittunt priuilegium eleemosynæ. *cap. pia. vbi glos. 1. q. 2. Ibi: Abraham* 13 *quoniam omnes suscipiebat, suscepit. & Angelos. Dec. in cap. qua in Ecclesiarum num. 36. vers. tertius, & vltimus casus. Fel. ibid. num. 66. de Constit.* vbi quod succurritur, ne egeat. *Couar. var. res. lib. 2. cap. 16. num. 9. vers. contrariam post alios. Menoch. de arb. cas. 182. num. 42. Surd. de alim. tit. 7.* 14 *quæst. 5. num. 22.* vbi loquitur de filio prodigo, cui post consumptionem partis assignatæ est subueniendum, per modum eleemosynæ. Et rursus. *tit.* 15 *4. q. 5. num. 9.* vbi quod medicinæ debentur infirmo 16 pauperi, qui ex propria culpa incidit in infirmitatem. *& num. 20.* Vbi quod eleemosyna pauperi elargienda est, siue sit bonus, siue malus, & quod inhumana est opinio Dec. Couar. & Menoch. quatenus videntur sentire eleemosynam esse denegandam ei, qui propria culpa etiam ad id ordinata incidit in paupertatem. Et idem *Surd. tit. 2. quæst. 82.* 17 *num. 10. & 11.* Vbi loquitur in excommunicato firmans ei eleemosynam deberi, si reperiatur in extrema necessitate, licet in eam inciderit ex propria culpa. Vide alios, quos citat, & sequitur Leoncell. *de priuil. paup. par. 2. priu. 335. num. 31. & seqq.* Sanè carceratorũ, præsertim criminalium, maior pars culpa propria inciderunt in paupertatem, non tamen, vt arbitror, ad id ordinata: quo casu secundum omnes subueniendum illis est. Ac-18 cedit, quod paupertas numeratur inter casus fortuitos. *l. 1 § si eo tempore ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. Afflict. decis. 172 nu. 2. Bald. cons. 382. nu. 2. vol. 5. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. vers. bona. num. 5. vers. sed casu fortuito.* Quod intelligendum est saltem in dubio, & quando non proba-19 tur culpa prædicta; quæ non est præsumenda. *l. merito. ff. pro socio. Ità Leoncell. de priuil. paup. par. 2. priuil. 336. num. 35.*

20 Tanto magis cum cogi possint diuites ad eleemosynam pauperibus erogandam tempore necessitatis, seu penuriæ. *glos. in cap. sicut. ver. esurientium. 47. dist. Abb. in cap. cum causa. nu. 7. de elect. Fel. alios adducens in cap. si qui testium. num. 10. de testibus, & alij; quos citat, & sequitur idem Leoncell. de priuil. paup. par. 2. priuil. 115. nu. 1.*

21 Nec prædictis obstat, quod malè meriti, vt alijs exemplo sint, debeant egestate laborare, vt dicitur in *l. bona fides. ff. de deposit.* Quia laborare debent, non expirare, sed viuere; vt possint laborare. & *dicta l. bona fides.* dicit criminosos esse egestate premendos. Premantur, sed non perimantur. Vltra quod non procedit in pauperibus carceratis, qui satis, superque exemplo sunt cæteris, dum incommodis carcerum innumeris affliguntur, absque eo quod etiam extrema egestate consumantur.

22 Quæ omnia potius dicta sint pro exterorum cohortatione; nostrates enim non desistunt sufficienter carceratorum miserijs subuenire; vt ex ijs, quæ dicuntur toto hoc opere, colligi potest.

§. XXV.

CAPTI DVCANTVR AD CARCERES PVBLICOS.

SVMMARIVM.

1 *Capti ad Carceres publicos ducendi sunt. Ex Constitutione Paul. III.*

2 *Carcer priuatus committitur ab executore non ducente captum ad publicos Carceres.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ITem capti ex cuiusuis mandato non ducantur ad alium locum, nisi ad publicos Carceres, ad quos Visitatores causa Visitæ accedere solent, aut ad Castrum Sancti Angeli de speciali mandato nostro.

Aliàs a Birruarijs committeretur priuatus Carcer. *l. 1. C. de cobort. lib. 12. Far. q. 27. num. 15. cuius pœna est vltimi supplicij. l. 1. C. de priu. Carc. Far.* 2 *dicta q. 27. numer. 9. & seq.* Super hac dispositione non insistimus, non enim hisce temporibus capti à birruarijs alio ducuntur, quam ad publicos Carceres.

§. XXVI.

SIGNIFICATIONES CAMERÆ SERVENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Significationes Cameræ habentes, Non molestentur, ex Const. Paul. III.*
2 *Significationes concedi prohibuit Paul. V.*
3 *Significationes, & dilationes datæ a Visita sunt seruandæ ex Const. Paul. V.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 HABENTES significationes, seu moratorias à Camera Apostolica concessas propter paupertatem, & præstita cautione, etiam si sint obligati in Forma Cameræ, ad instantiam quarumuis personarum priuatarum, non molestentur auctoritate, seu mandato alicuius Iudicis sub pœna arbitrio Cameræ declaranda.

2 HAS significationes prohibuit Const. LXXI. Paul. V *Tit. de Camerar. & Cam. Apost. vers. similiter.* et diximus supra §. 18. quod tamen limitandum est si dentur auctoritate Visitæ ab ipsius Præside, vel ab alijs Visitatoribus in causis Carceratorum in Iudices à Visita deputatis iuxta Constit. LXXI. Paul V. *Tit de facult. Visitæ. §. 1.* Ibi: *Concedendo dilationem cum seqq.* 3

§. XXVII.

CARCERATI SI ÆGROTENT RELAXENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Infirmi ciuiles periculosi relaxentur cum cautione de redeundo ex Constit. Paul. III.*
2 *Infirmi Criminales quomodo relaxandi ex Const. Paul. III.*
3 *Antoninũ nominari Pium fecit Caritas erga infirmos.*
4 *Infirmorum ciuilium relaxatio remissiuè.*
5 *Infirmi criminales relaxandi cum cautione, si illam habeant; sin minus appositis custodibus.*
6 *Infirmi Criminales consignandi Hospitali ex Constit. Paul III. Et ex decretis Visitæ.*
7 *Pro Infirmis criminalibus fuit dispositum per Pium V. fieri Valetudinarium Nonæ.*
8 *Infirmi consignati Hospitali non erant securi, quin aufugerent.*
9 *Infirmos concernentia verba Constit. LXXI. Paul V referuntur.*
10 *Infirmis deputandus Medicus, Chirurgus, Confessarius ex dispositionibus Pontificum.*
11 *Infirmi Ciuiles ponendi in valetudinario carcerum ex Constitutione Paul. V.*
12 *Infirmis subuenire Pontificis cura est.*
13 *Infirmi Capitolij ad Carceres Sabellicos, Burgi ad Carceres Turris Nonæ transportandi ex decreto Visitæ.*
14 *Infirmi Capitolij hodie habent propriam Infirmariam.*
15 *Infirmi quomodo tractandi circa victum a Custodibus.*
16 *Infirmi ciuiles non ponuntur in Infirmaria carcerum remissiuè.*
17 *Infirmis carceratis quæ fiunt Romæ sunt exemplo toti orbi: comprobatur ex gratia concessa Carolo V. a Clem. VII.*
18 *Infirmis Regni Neapolitani prouidit Carolus V.*
19 *Infirmis mulieribus nõ prouidetur in Const. Pontificum nominatim.*
20 *Infirmorum appellatione veniunt etiam fæminæ, secus in materia odiosa, vel si militet diuersa ratio.*
21 *Infirmæ mulieres non habent Infirmariam.*
22 *Infirmæ mulieres rarò detinentur in carceribus.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 INfirmi carcerati si pro debito Ciuili detinentur, facta fide per duos Medicos de infirmitate graui, ità quod sit periculum vitæ, præstita cautione de redeundo recuperata sanitate, relaxentur. Si verò pro causa criminali, ex qua non veniret imponenda pœna mortis, si iam sit confessus, vel conuictus, vel pro alijs criminibus minoribus, præstita cautione idonea liberetur, vt supra, & si sit pauper, qui eam non reperiat, consignetur Hospitalis Guardiano, qui quam primum conualescet, præsentare teneatur. 2 3

Verba

Verba sunt Constitutionis fideliter relata, excepta dictione (*Non*) post suprascripta verba (*Ex qua*) quam addidi, licet non legatur in aliquibus ex tribus exemplaribus, quæ vidi diuersis temporibus impressis. Originale verò in Archiuijs Cameræ facta diligentia nō fuit repertum. Ausus sum dictam negatiuam apponere, quia aliter verba sequentia carerent sensu suo; Eadem enim prouisio appareret capta ꝑ delictis capitalibus, & pro minoribus, nisi negatiua (*Non*) addatur; vltrà quod absurdum esset constitutionem disponere cōfessos seu conuictos pro delictis capitalibus esse propter infirmitatem cum cautione relaxandos.

3 Tanti fecerunt Romani antiqui Caritatem erga Infirmos, vt à Senatu Antoninus cognominatus fit Pius, eo quod; vt refert Iulius Capitolinus, eos, quos propter malam valetudinem Hadrianus occidi iusserat, ipse reseruauit. Multò magis fuerunt pro beneficio Infirmorum solliciti Summi Pontifices, & propterea præfata Constitutio Pauli III. in hac causa infirmorum disponit vt supra.

4 De Infirmis carceratis pro debito Ciuili dicemus cum tractabimus de materia Ciuili ad Constit. Pij V. *lib.3. §.4.* De Infirmis vero pro causa Cri-

5 minali relaxandis cum cautione de redeundo, vide *Foller. pract. crim. ver. Vel carcerentur. num. 26. in fine.* Vbi habet, quod Infirmi relaxētur in Domo, vel in Ciuitate cum cautione de se reconstituendo, postquam conualuerint; vel si eam non habent, apponantur Custodes ipsorum expensis. At *nu.28.* dicit hoc non procedere, quando in carceribus est Infirmaria. Sequitur *Far. q.27. num.87. Baiard. ad Clar. q.46. num.9. 10. & seq. Guaz. def.6. cap.1. numer.45. & 46.*

6 De Infirmis consignandis Hospitali iuxta formam præfatæ Constitutionis Pauli III. fiebant frequenter decreta in Visita. 1558. 25. Ianuar. Nonæ. *Bartholomæus de Mutina. Attenta eius graui infirmitate, etiam periculosa, Domini decreuerunt, quod transmittatur ad Hospitale, & quod facta obligatione per ipsum de tenendo dicto Hospitale pro tuto & securo carcere, & ab eo non discedendo sub pœna confessati delicti, de quo imputatur, & triremium, prout se obligauit, relaxetur gratis vbique.* 1561. 31. Ian. Sab. *Bartholomæus Florentinus. Attenta graui infirmitate, de qua per fidem Medici Carcerum, conducatur ad Hospitale S. Spiritus, vbi possit mederi, & quatenus recuperet sanitatem, banniatur ab Vrbe, & toto Statu Ecclesiastico sub pœna triremium arbitrio Auditoris Cameræ, & relaxetur gratis.* 1568. 5. Iun. Nonæ. *Mauritius. Attenta grauissima infirmitate, transmittatur ad Hospitale cum custode iuxta formam Motus proprij Paul. III. vel caueat sub pœna 500. de se repræsentando.*

7 Postea Pius V. in *Bulla* 100. absque data *fol.58.* circa Infirmos disposuit, vt infra: *Rogamus D. Cardinalem Moronem, vt in Carceribus Turris Nona erigi faciat Hospitale aliquod infirmis, donec adhibeatur diligentia, quam celerem esse volumus, pro illis liberandis iuxta Motum proprium fal. record. Paul. Papæ III. quem seruari prorsus volumus.*

8 Quæ dispositio Pij V. ideo facta fuit, quod non potuerit executioni demandari illa Pauli III. respectu transmissionis infirmorum Carceratorū ad aliquod Hospitale; Cum enim ibi portæ retinerentur apertæ, ipsi etiam si essent infirmi, frequenter aufugiebant, nec illos valebant, nec volebant custodire ministri Hospitalium more Custodum Carceris.

9 Verba vero Const. LXXI. Paul. V. super hac mate-

10 ria. *Tit. de Carcer. & Carcerat.* sunt: *Protector autem Caritatis, & illius Deputate cum interuentu Gubernatoris, & Fisci Procuratoris eligant duos Medicos fideles, & expertos; vnum scilicet Physicum, alterum vero Chirurgum, qui visitent Infirmos, & curent, & de eorum infirmitatibus, cum opus fuerit, fidem gratis faciant eidem Gubernatori, & alijs Iudicibus, prouideaturque de competenti salario expensis Maleficiorum soluendo.*

Per eadem verba disposuerat Pius IV. *Constit. LVIII. §.26. Bullar. fol.60.* sicut etiā quoad confessarium vterque Pontifex proximè citatus disponit, vt infra: *Eligat etiam imprimis aliquem Presbyterum sæcularem, vel regularem, qui confessiones ipsorum Infirmorum, vel aliorum Carceratorum (non tamen vltimo supplicio damnatorum, postquam in manibus Executorum consignati fuerint, quorum cura ad Confratres Societatis Misericordiæ spectat) audiat, eosq. Carceratos visitet & spiritualiter consoletur.*

11 In eadem Cōst. LXXI. Paul. V. *tit. de carcer. &c.* habetur: *Et infirmos etiam pro Ciuili causa detentos, teneantur ponere in Valetudinario, quod Infirmariam appellant.* Et infra: *Tit. Ordini e Tasse da osseruarsi dalli Guardiani delle Carceri.* Sic habetur. *Si faccia l'Infermaria in ciascuna Prigione, e n'habbia cura il Prelato delle Carceri deputato dalla Carità pro tempore, & in caso di bisogno vi si mettino ancora li Carcerati Ciuili, e li poueri*

12 *siano gratis.* Pontificis namque cura est Infirmis subuenire. *cap. defensionis. 82. distin.* cum sit simulacrum Dei omnia gubernantis. *Castill. de off. Reg. lib.3. cap.27.* Vnde Ægyptij stipendia Medicis ex publico concedebant. *Tiraquell. de nobil. cap.31. Thom. Ant. de Infirm. par.2. ver. custodet pro ægroto.* Sic etiam stabiliuit in Regno Carolus V. vt infra proximè dicturi sumus. Præfata tamen dispositio non semper seruatur, vt dicitur infra *num.16.*

13 Habes etiam prouisionem à Visita factam circa Infirmos. Nam Constit. LXXI. Paul. V. nondum habuerat effectum in ea parte, qua mandatur fieri

14 valetudinarium in singulis carceribus, quæ fuit postmodum anno 1649. occasione multorum infirmorum executioni demandata in carceribus Capitolij ex decreto Visitæ, quod posuimus. *in Append. §.3. cap.17.* 1631. 30. Sept. Nonæ. *Orta controuersia inter Commentarienses carcerum occasione Infirmorum, qui transmittuntur de vno carcere ad alium, Domini maturè re discussa decreuerunt, vt expensæ illæ, quæ præstantur à Commentariensi Infirmis transmissis, & non solent refici ab Archiconfrat. Caritatis cedāt damno Commentariensis, ex cuius carceribus transmittitur Infirmus.*

15 In Constit. LXXI. Paul. V. *Tit. Delle Tasse da osseruarsi da Capitani delle Carceri.* non ponitur, quid obseruādum sit circa cibationem Infirmorum; sed Visita, & Caritas opportunè inuigilant, vt benè tractentur. Immò ipsa Archiconfraternitas Caritatis in Instrumento Affictus Carcerum. *Append. §.3.*

§.3.cap.11. ponit capitula xjx. & seq. particularia obseruanda à Capitaneo pro seruitio eorumdem In-
16 firmorum. Hodie tamen etiam post Const.LXXI. Paul.V. non ponuntur Infirmi pro causis ciuilibus in huiusmodi valetudinarijs carcerum, vt latè declarabimus infra. *de facult.Visit.lib.3.§.4.*

17 Quantæ vero fuerit vtilitatis, & quanti exempli quod olim in Vrbe gerebatur, etiam ante constructionem particularis valetudinarij in carceribus Turris Nonę, postea erecti pro pauperibus Infirmis ab Archicōfraternitate Caritatis, etiam in vniuerso Orbe benè colligi potest ex eo, q asseruit Clemen.VII. *in sua Const.* quam edidit *sub dat. Bononiæ.* 1529. *Kal.Feb. Incipien. Illius, qui per Dominica.* in qua confirmauit erectionem Hospitalis, ac Confraternitatem ad instar Archiconfraternitatis Caritatis Vrbis. Hæc inter cætera habet: *Sanè Carissimus in Christo filius noster Carolus Imperator cupiens Infirmos sollicitè, & cum debita pietate procurari, & tractari, vnam Confraternitatem, & Infirmariam, seu vnum Hospitale Pietatis, & Caritatis nuncupatum etiam ad similitudinem Hospitalis, seu Confraternitatis Caritatis per fel.record. Leonem Papam X. prædecessorem nostrum ad ad pias nostri (qui tunc in minoribus constituti Cardinalatus fungebamur honore) preces in Vrbe instituta, cuius sancta instituta, & laudabilia statuta etiam ad hos Imperatorem ipsum excitarunt, & induxerunt.* In *Bullar. vet. impress. Romæ. Apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem.*

18 1569. *fol.4.* Idem Carolus V. infirmis carceratis in Regno Neapolis. *In Pragmatica incip.* prouidit: *Pro cura pauperum mandamus quod de publico salarientur duo medici, vnus Physicus, alter Chirurgus, qui habeant vacare circa curationem eorum &c.* vt testantur Adden. *ad Clar. §.fin. q.46. num.13. Foller. ver. vel carcerentur. nu.16. & seq. Guaz. defens.6 cap.1. num.45.*

19 Pro mulieribus carceratis ob causam criminalē nihil legitur dispositum in præfatis Pontificum
20 Constitutionibus, nisi velimus dicere in hac materia fauorabili Infirmorum appellatione comprehendi tam masculos quam fœminas. *l hominis.ff.de ver. sign. Thes.dec.269.num.14.Rot.dec.388.nu.7. vers.licet.par.5. recent.* Quamuis aliter in materia odiosa, & quando militat diuersa ratio, dicendum
21 sit. *l.quisquis.§.ad filias.C.ad l.Iul. maiest. Farin. post alios. q.116. num.94. cum seq.* Obseruantia tamen subsequuta demonstrauit contrarium. Nam nullibi in carceribus adest cubiculum particulare, quod inseruire possit pro Valetudinario mulierum, separatū ab illo Virorum: neque destinatæ sunt mulieres, quæ infirmas curare possint, prout necesse
22 esset pro honestate sexus. Vnde raro vidi retineri carceratas mulieres infirmas; quæ non erant pauperes habilitatę fuerunt cum cautione, & quæ non habebant cautionem dimissæ sunt cum obligatione, vt in aliquo Hospitali mulierum curari possent.

§. XXVIII.

BONA REPERTA PENES CARCERATOS CVSTODIANTVR.

SVMMARIVM.

1 *Bona penes carceratum reperta consignentur cum Inuentario custodienda ex Const. Paul. III.*
2 *Bona penes carceratum reperta quomodo custodienda ex decretis Visita.*
3 *Bona penes carceratum reperta quomodo custodienda ex Const LXXI. Paul V.*
4 *Bona penes carceratum reperta quomodo custodienda de iure communi.*
5 *Pro bonis penes carceratos quomodo prouidēdum eorum indemnitati ex decreta Visita.*
6 *De bonis penes carceratum repertis intelligitur de tempore capturæ.*
7 *Bona penes carceratum reperta quomoda post supplicium applicentur.*
8 *Bona penes Bannitum reperta impunè accipi possunt.*
9 *Bona penes Bannitum reperta à Birruarijs ad ipsas spectant.*
10 *Bona penes Bannitum, qui impunè non potest occidi, non possunt illi auferri.*
11 *Bona penes carceratum reperta diligenter custodienda pro eius interesse, & Caritatis, ac Pietatis.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 BONA, vel pecuniæ, quæ reperiuntur penes carceratos consignentur cum Inuentario facto in præsentia carcerati, & coram duobus Testibus Custodi Carcerum, qui teneatur restituere integrè ad mandatum Iudicis, qui eum capi fecit.

2 Post huiusmodi dispositionem emanarūt decreta Visitæ super hac materia carcerato fauorabiliora. 1541.12.Apr. Sab. *Omnes pecuniæ, quæ reperientur in futurum penes carcerandos deponantur in capsa Caritatis in carceribus.* * 1547. 10. Febr. Sab. *Visitatores decreuerunt, quod pecuniæ Carceratorum debeant deponi in capsetta in præsentia carceratorum, & de eis teneatur bonum computū, & Capitaneus teneat notam quantitatis dd. pecuniarum in libro Carceratorum.*

3 Superuenit demum Const.LXXI.Paul.V. In qua *Tit. de Carcer. & carcerat.* habetur: *Ac bona, & pecuniæ, quæ penes ipsum ad carceres ductum reperiuntur, facto Inuentario in eiusdem carcerati præsentia cum duobus Testibus consignentur Custodi Carcerum, qui teneatur omnia integrè restituere*

tnere ad mandatum Iudicis, qui illum capi fecit. Eadem dispositio quoad rē ipsam antea per Paul. III. facta est. Rursus idem Paulus V. *Tit. Ordini è Tasse da osseruarsi da Guardiani* disponit: *Item siano obligati tenere vna Cassa forata cō due chiaui, vna delle quali ne tenga il Capitano, e l'altra il Procuratore de' Poueri, nella quale si habbiano à riporre tutte le robbe, e denari, che si trouaranno appresso di quelli, che saranno condotti, è scriuerli nel libro per Inuentario fatto in presenza del Carcerato, e Testimonij, e non lo facendo siano puniti come di furto con quella pena che parerà à Monsig. Gouernatore di Roma, o al Chierico Presidente del-*
4 *le Carceri pro tempore*. Est de iure communi. Super hoc optimus Textus in *l. Diuus Adrianus. ff. de bon. dam. de quo Sol. in dec. crim. Sabaud. de ministr. iust. gloss. vnic. num. 3.*

5 Quoniam vero etiam post Constitut. LXXI. præfatam Paul. V. compertum fuit per Birruarios auferri pecunias & bona à captis, antequam deuenirent ad Carceres, vt possent obseruari plenè supra disposita, emanauit decretum. 1632. 19. Dec. Nonæ. *Fuit factum præceptum Capitaneo Iacobo Custodi carcerum, quatenus in futurum sub pæna scut. 25. & aliarum arbitrio &c. dum Birruarij conducunt carceratos in dd. carceribus, interroget carceratos an aliquid fuerit ipsis ablatum per Birruarios, & omnia referat eadem die in officio prædicti D. Gubernatoris, necnon pecunias penes ipsos carceratos inuentas, idque annotari faciat in libro Carcerum.*

6 Declara primo, vt hæc restringantur ad bona penes carceratos tempore capturę reperta; de quibus in *l. Diuus. ff. de bon. damnat.* Quomodo autem
7 huiusmodi pecuniæ, & bona post supplicium applicentur, & distribuantur in Gallia, docet *Boer. decis.* 349. *post num.* 5. Mediolani, *Clar. in §. fin. q.* 100. *num.* 4. In Regno Neapolis, *Baiar. ibidem num.* 6. Romæ, *Cart. de execut. sent. cap. fin. num.* 462. & *Guaz. latè def. 38. cap 9. per tot.*

8 Declara secundo, vt capto bannito, qui ex statuto potest in persona offendi, possint etiam ipsius bona impunè accipi, & asportari. *Volpell. post alios. resp. 142. num. 6. Bursat. cons. 134. numer. 4. & 14. lib. 2. Cephal. cons. 57 num. 12. Far. q. 103. num. 22.* qui tamen loquitur in casu, quo statim occisus deprobetur. Bona vero huiusmodi banniti capti penes
9 illum tempore capturæ reperta ad Birruarios spectant, quando hoc probatur. *Nell. de bann. par. 2 3. temporis. num. 3. Vbi Marsil. vers. in continente. num. 15. vers. sed Paulus. Baiar. ad Clar. §. homicidium. num. 287. Far. q. 103. Vbi alios allegat. n. 20.* Et nos alibi etiam diximus.

10 Declara tertio, vt si talis Bannitus captus non sit, nec adsit statutum, de quo in superiori declaratione, quod impunè possit occidi, sicuti ipsius bona de iure nouissimo, præterquam in crimine lesę Maiestatis humanæ, atque Diuinæ, confiscari non possint. *Auth. bona damnatorum. de bon. proscrip.* Ita nec sequestrari, aut annotari queant *l. defensionis. C. de iur. Fisci. lib. 10. Guidop. dec. 366. Couar. resol. lib. 1. cap. 16. num. 9. Peregr. de iur. Fisc. lib. 7. tit. 3. post num. 10. vers. sequestratio.* quæ tamen intelliguntur, pendente lite inter Fiscum, & Reum. Latè *Giurb. tot. cons. 67. & signanter. nu. 16. in fin vers. quia iure. & num. 17.* Quod tamen declara, & distingue, vt per Farin. *cit. quæst. 103. numer. & seq.*

11 Declara quarto, vt diligenter sit inuigilandum pro obseruatione præfatæ dispositionis circa bona carceratorum, cum illa non obseruata, quamplures possint fieri fraudes in præiudicium carceratorū, denegando illis tempore relaxationis restitutionem, & in maximum damnum locorum Piorum Caritatis & Pietatis. Custodes enim possunt colludere cum carceratis, & accipere pro se partem bonorum, vel pecuniarum pro expensis, pro quibus carcerati non possunt retineri, & alias expensas necessarias à dd. locis solui solitas, ab eisdem locis Pijs consequi sub titulo paupertatis Carceratorum.

§. XXIX.

MERCES CVSTODVM PRO ARRESTIS.

SVMMARIVM.

1 *Pro arresto merces executoris sit prout pro relaxatione ex* Constit. *Paul* III.
2 *Arrestum ciuile subiacet solutioni mercedis, non criminale.*
3 *Arrestorum merces, ne sit maior solito, prouidetur decreto Visitæ.*
4 *Arrestorum merces executoris ex Const. Paul. V.*
5 *Officialis exigens plus debito pæna concussionis tenetur.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 CVstodes carcerum non exigant, nec spontè recipiant ab Arrestantibus carceratos, vltrà quam exigatur à carcerato pro relaxatione.

2 Loquitur hæc Constitutio de Arrestis Ciuilibus,
3 quia pro Criminalibus nihil soluitur. Cum autem prætenderent innouare Custodes circa huiusmodi mercedem pro Arrestis, Visita prouidit. 1548. 13. Apr. Sabel. *Pallamentione de nouo grauamine, quod imponitur à Guardianis carcerum de grosso vno pro quolibet scuto Arrestorum, quæ fiunt; Domini decreuerunt sub pœna centum ipso facto incurrenda, & intimetur per Procuratorem pauperum, quod seruetur Motus proprius.*

4 Verba Constit. LXXI. Paul. V. *Tit. Ordini, e Tasse da osseruarsi da i Guardiani.* sunt infrascripta:

ta: *Per ogni arresto che venisse contro il Prigione non si possa far pagare se non altretanto, quãto per la sudetta scarceratione, cioè due Carlini da quello, che portarà l'arresto, e non dal prigione, sotto pena della berlina da incorrersi irremissibilmente ogni volta, che contraueranno, così all'vno, come all'altro capo.* Item. *Tit. de Carcer. & carcerat.* supra. *Nec pro arresto ab arrestantibus etiam sponte dantibus plus exigant, vel recipiant, quam à carcerato exigitur pro relaxatione à carceribus.*

5 De iure etiam communi Officialis exigens plus debito concussionis pœna tenetur. *l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. cau. Far. q.* 111. *num.* 49. & 50. Et ad quadruplum. *l. per aquatores. C. de eis lib.* 11. *Ex l. nemo carcerum. C. de exact. trib. lib.* 10. *Menoch. de arb. cas.* 343. *num.* 9. *Far. q.* 173. *nu.* 54. 59. *& per tot.* Et in terminis de Commentariensi *Novar. de priuil. mis. pers. cap.* 82. *num.* 5.

§. XXX.

PRO EXPLORATORIBVS NIHIL EXIGATVR A CARCERATO.

SVMMARIVM.

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 **B**Arisellus non exigat aliquid à carceratis ratione expensarum, quas dicit se fecisse pro Exploratoribus.

2 In Const. LXXI. Paul. V. *tit. de Baroncellis, & exeq.* habetur: *Barõcelli, & executores omnes quarumcumque Curiarum obseruent in omnibus, & per omnia tabulam ordinationis, & taxam de mãdato nostro editas: pro executione quacumque nihil vltra prædictam taxam, & mercedem eis assignatam, etiam à sponte dantibus, recipiant sub pœnis in eis contentis.* 3 *Quinimmò nec debitam mercedem, nec aliud quicquam etiam à sponte dantibus recipiant nisi facta verè, & realiter exequutione reali vel personali, aut captis pignoribus, quorum retractus si non sufficeret, ita vt sit opus noua exequutione, nouam propterea mercedem recipere non possint, sed teneantur denuo gratis, & toties idem mandatum exequi, donec integrè creditori satisfiat.*

4 De Barisello loquitur etiam Pius IV. *Constit. LVIII. §.* 30. *ver. Barisellus, in fin. §.* 80. *&* 81. Vbi sic: *Nec eorum quispiam, qui exequutionem non fecerit, prætextu quod facta fuerit executio ab eo executore, à quo fieri non poterat, vel in loco, in quo certus exequutor deputatus erat, aliquid prorsus à partibus, contra quas executio facta fuerit, sub pœna furti, exigere audeat.*

5 Paulus V. Const. LXXI. *d. Tit. de Barone.* agit de executionibus realibus, & personalibus in causis ciuilibus. Circa quas executiones reales aliquid fuit postea ab Vrbano VIII. innouatũ in erectione Depositariæ: & de ipsius mandato ab Eminentiss. Card. Antonio Barberino Protectore loci Pij, sub Inuocatione S. Euphemiæ, dicto Pio loco fuerunt ipsius Depositariæ emolumenta applicata per Edictum 1. Septembris. 1635. tam viuæ vocis oraculo, quam ex Chirographo Sanctitatis Suæ die 22. Nouembris. 1634. Quæ per se ipsum quisque legere poterit, cum impressa habeantur.

Taxa autem Baroncelli habetur in d. Constitut. LXXI. Paul. V. *§.* 13. *Ordini, e Tasse per li Barigelli, & Essecutori*, & tenetur appensa in Carceribus.

6 Si Barisellus vltrà Taxam aliquid vi exto: queret, teneretur vltra pœnas hic expressas, etiam de iure crimine concussionis. *l. quod euitandi. C. de cond. ob turp. causam. Paris. deput. de syndic. verb. Index. cap.* 7. *nn.* 27. *& seqq. Vbi etiam Anton. Bendell. num.* 60. *Sol. in Decret. antiq. Pedemont. Tit. de accusat. inquisit. & pæn. tex. ne maleficia. gloss. numer.* 2. *Far. q.* 111. *num.* 49. & 50.

§. XXXI.

TRIREMES BIS IN ANNO VISITENTVR: ET DE VISITATIONE INHABILIVM.

SVMMARIVM.

5 *Triremium pœna perpetua, & temporalis,*
6 *Triremium pœna grauior vltimo supplicio.*
7 *Triremium seruitium quam aquo animo quidem tolerent, mirandum est.*
8 *Triremium pœna tolerant multi, ne in laqueum incidant.*
9 *Triremium notitia remissiuè.*
10 *Nauigatio quam sit periculosa.*
11 *Nauigare non voluit Attala Philosophus.*
12 *Nauigasse semel dolebat Marsius Portius.*
13 *Nauigare numquam voluit Tabatus Consul.*
14 *Nauis stulta est, vt dicebat Tabatus Consul.*
15 *Remigibus, additis nauigationis malis, nemo infa-licior.*
16 *Triremium Sedis Apostolica numerus, & locus.*
17 *Triremium visitatio intermissa, & cur.*
18 *Remiges, qui tempus compleuerunt, dimittuntur, & Inhabiles ad carceres Turris Nona remittuntur.*
19 *Remigum Inhabilium visitatio corā quibus fiat.*
20 *Remiges Inhabiles quibus pœnis relaxentur.*
21 *Remigibus aliquando in Visita commutata fuit pœna.*
22 *Remiges infirmi, & debiles non sunt adhibendi.*
23 *Remiges debilitati, aut mutilati non sunt adhibendi.*
24 *Impossibilium nulla est obligatio.*
25 *Impossibile dicitur quod propter infirmitatem expleri non potest, & Infirmitas in causa criminali excusat.*
26 *Inhabiles dicuntur imberbes, & commutatur pœna.*
27 *Inhabiles ducti de partibus præsentantur etiam in visitatione Inhabilium.*
28 *Inhabiles cōdemnari solebant in partibus ad Triremes nulla habita ratione Inhabilitatis, quando talis pœna de iure, vel alias pro delicto veniebat imponenda.*
29 *Inhabiles ne condemnent Gubernatores de partibus fuerunt moniti à S. Consulta, & Commissario Triremium, sed vt certiorent, vt detur eis facultas pœnam commutandi.*
30 *Remiges de partibus aluntur expensis Cameræ.*
31 *Triremium pœna commutata loco vltimi supplicij, non petatur commutatio.*
32 *Doctus Iuris Consultus Pagliarensis in cæteris valde ignarus.*
33 *In remedium periculo maius cauendum est ne incidamus, ceu de fumo in flammam.*
34 *Gratia postquam est facta, de iustitia est vt suum sortiatur effectum.*
35 *Triremium pœnam obtinentes ex gratia, caueant ab allegandа Inhabilitate.*
36 *Forum deprauata conditio plus his temporibus quam antiquis.*
37 *De visitatione Inhabilium referuntur dicta Buscaroni.*
38 *Episcopi in quorum iurisdictione sunt Triremes quid agere debeant.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 TRIREMES visitentur bis in anno, & facta Visitatione fiat verbum nobis, vel Pontifici pro tempore, & relaxandi ex mandato Visitatorum sine mora per Capitaneum triremium relaxentur sub pœna amissionis salarij.

IN Const. verò LXXI. Pauli V. *Tit. de Carcer. & carcer.* habetur: *Triremes bis in anno visitentur à Commissario ad id deputato.* Genus pœnæ 2 sunt Triremes; qua homines perditi, nefarij, & Reipub. noxij condemnantur ad vincula, vt vocant, nautica, aut Triremes. Istæ naues Latine à quibusdam vocantur *Actuaria*, vtpote quæ non solum velis, sed & remis facillimè huc illuc flectuntur, & aguntur. Alij easdem vocant *naues longas*. Veramque nuncupationem habes *l. 2. ff. de captiu. & post lim. reuer.* Galli ex suo idiomate *Galee*, seu *Galeres* 3 vocant. Nos quoque Itali communem habemus cum Gallis hanc nauium denominationem. Illas enim vulgari sermone nuncupamus, *Galere*.

Primum vsum harum nauium alij his, alij alijs tribuunt, quos refert *Iodoc. in prax. crim. 151. numer. 3.* Vbi dicit tribuendum esse Noè, qui ob futurum diluuium Diuino præcepto iussus fuerat fabricare Arcam, quæ nauis quamdam formam prætulit. Quam quidem formam, quodque inuentum ausi sunt alij postea imitari, ac varias sibi construere nauium formas iuxta varietatem aquarum, flu-4 minum, ac marium: quorum audaciam miratus, venustissimè cecinit *Hor. od. 3. lib. 1.*

„ *Illi robur, & æs triplex*
„ *Circa pectus erat, qui fragilem truci*
„ *Commisit pelago ratem*
„ *Primus, nec timuit præcipitem Africum*
„ *Decertantem Aquilonibus,*
„ *Nec tristes Hyades, nec rabiem Noti,*
„ *Quo non Arbiter Adriæ*
„ *Maior, tollere seu ponere vult freta.*

5 Triremium est aliquando perpetua, aliquando temporalis pœna; hæc non minor septennio in statu Ecclesiastico: nō minorem esse apud suos sexennio testatur *Iodoc. cit. cap. 151. n. 6 & seq.* Aliàs non possunt Capitanei nauium breuiori tempore resarcire damnum, & sumptus, quos ferre debent pro aduehendis, & auehendis, ac instruendis condemnatis, vt refert idem *Iodoc. cit. nu. 7.* Vbi dicit, quod si delicta sint talia, vt non sit imponenda pœna triremium per tot annos, vt supra, tunc imponenda sit alia pœna corporalis inferioris qualitatis.

6 Pœna Triremium adeo grauis est, & exosa illam perferentibus, vt plærumque decollationem Ergastulis nauticis præferant, quod illis leuior videatur ob moriendi necessitatem mors quæuis subita, quā illa tam diuturna, totq. supplicijs assiduis excarnificans. *Iodoc. cit. cap. 151. num. 68. & seq.* Vbi de remigum amictu, victu, somno, exercitijs, castigationibus, alijsq. innumeris pœnis: ita vt mirandum 7 sit inuenirì nonnullos, qui postquam per annos cōplures in illis miserijs operam præstiterūt, & tempore quo damnati sunt peracto, libertate donandi veniunt, libertatem recusent, & in triremibus seruire potius, quam liberi esse malunt. Ita laborum,

&

& miseriarum vsu, atque assuetudine sunt inducti, vt illis leuia reddita sint, quæ alijs intolerabilia vi-

8 dentur; metuantq. ne postea ad capitalia crimina relabantur, vti nostra ætate contigit in eo, qui expleto tempore ad quod condemnatus fuerat, exire recusauit, eo quod, vt aiebat, non poterat à furtis se abstinere, timeretq. ne pœna triremium in laquei

9 pœnam commutaretur. Qui triremium maiorem cupit habere notitiam euoluat libellum *Lazari Bocilij. De re nauali*, quam composuit *ad l.2. ff. de capt. & postlim. reuer.* & libellum. *D. Antony de Gueuara de munijs, laboribus, & priuil. trirem.*

10 Sola nauigatio cum omnibus, quæ ex ea haberi possunt, incommodis, adeo periculosa est, vt à morte distent nauigantes, quantum est profunditas tabulæ ipsius nauis: propter quod inoleuit Prouerbium; Laudandum mare, & incolenda terra. Vnde Iuuenalis.

,, *I, nunc, & ventis animam committe dolato*
,, *Confisus ligno, digitis à morte remotus*
,, *Quatuor, aut septem, si sit latissima teda.*

11 Narrat *Plutarchus* de Attala Philosopho Spartano, qui nunquam voluit transire flumen diuidés Ciuitatem, vt videret aliam partem eiusdem Ciuitatis. Dicebat Aerem pro auibus; Aquam pro piscibus; Terram pro hominibus à Deo creatam. Quando videro, inquiebat, pisces terram incolen-

12 tes, ego mare nauigabo. Dolebat quoque Martius Portius Censorinus optimus Senator, & insignis Philosophus, tempore obitus offendisse Deos in vita sua ter, videlicet vno die, quo nihil egerat pro Reip. Alio quo secretum mulieri reuelauerat: tertio denique quod nauigauerat; cum posset iter facere per terram.

13 Tabatus etiam Consul vsque ad ætatem suam annorum sexaginta vixit in Ciuitate Rhegij, patriæ suæ, absque eo quod Messanam vsque nouem millià passuum distantem per mare videre voluerit. Di-

14 cebat stultã esse nauim, quæ semper mouetur; stultum esse nautam, qui nunquam in eodem sensu permanet; stultam aquam, quæ semper labitur; stultus ventus, qui semper agitatur: Quod si fugiamus in terra à vento stulto, cur committere debemus vitam quatuor stultis in mari? Sanè nauigantibus adaptari potest responsorium illud Mortuorum: *Memento mei Domine, quia ventus est vita mea.* In naui continuus sermo est de ventis, aspectus, desiderium, expectatio venti; fuga à ven-

15 to, nauigatio cum vento. Si addamus his malis nauigationis supplicia, quæ diximus remigantium, quis illis infælicior? His præmissis deueniamus ad ea, quæ in titulo capituli proposuimus, & in verbis præfatarum Constitutionum Paulinarum continentur.

16 A tempore Sixti V. vsque in hodiernum diem detinet in portu Ciuitatis Vetulæ Sedes Apostolica quinque triremes optimè instructas: Hæ sunt, quæ

17 ex dispositione dd. Constitutionum visitandæ sunt. Prædicta tamen forma visitandi bis in anno desijt iã ab aliquot annis obseruari eo quod diligẽtia Capitanei Generalis Triremium, Thesaurarij, Com-

18 missarij subueniant frequentius remigantium indigentijs. Quod si adsint remigantes, qui tempus expleuerunt; vel alij, qui siue ab initio sint, siue post transmissionem reddantur inhabiles, istos consueuit Commissarius reconduci facere ad Carceres Turris Nonæ coram Gubernatore, Prælatis Caritatis, & Pietatis, Aduocato Pauperum, & Procuratoribus Fiscali, Pauperum & Caritatis, qui sunt Visitatores inhabilium; Coram quibus referuntur a Commissario remigum impedimenta, præsentibus Medico, & Chirurgo a Caritate deputatis, qui attestentur de inhabilitate: fiuntque decreta pro illo-

20 rũ relaxatione diuersa iuxta qualitatẽ delictorum & personarum. Si enim huiusmodi condemnati detegantur statim a condemnatione, & antequam fuerint ad Triremes transmissi, Inhabiles, sintq. capaces alterius pœnæ, vtputa fustigationis, eo quod sint fures; non dimittuntur impune; pœna Triremium commutatur in fustigationem. Quod si non sint capaces alterius pœnæ, neque sint pauperes, componũt cum Fisco, vt qui luere nequeũt in corpore, luant in ære. Quod si vero sint pauperes, & incapaces alterius pœnæ, commutatur pœna Triremium perpetuarum in exilium a toto Statu Ecclesiastico sub pœna Furcarum; Licet hæc pœna non ita rigorose infligatur in casu contrauentionis; immò numquam pro prima vice. Quod si condemnatio ad triremes sit ad tempus, commutatur in exilium, vt supra, sed sub alia pœna, quam furcarum, vti sub pœna fustigationis, si sit adæquata delicto, & personæ, vel alia congruenti. Si sint Religiosi superioribus consignantur. 1640. 2. Septemb. Nonæ. *In Visitatione Inhabilium. Fr. Petrus condemnatus à suo superiori ad triremes inhabilis propter herniã intestinalem, restituatur suo superiori.* Si imberbis, vel valde gracilis commutatur pœna in fustigationem, si tale sit delictum, pro quo solent infligi huiusmodi pœna. 1649. 2. Septemb. Nonæ. *In eadem visitatione inhabilium. Guidobaldus Luca. Ex quo inhabilis pro seruitio triremium pro vt ex aspectu apparet commutando pœnam in pœnam fustigationis, & exilij ab Vrbe, & districtu sub pœna reiterandæ fustigationis, relaxetur.*

Atque hæc est illa Visitatio, quæ appellatur, Inhabilium, in qua comparent inter cæteros præfati homines impellendis triremibus addicti, catenis triremium laxati, & ad carceres Turris Nonæ transmissi tamquam Inhabiles. Quam miserum de se spectaculum præbent! exangues, pallidi, toto corpore immanes plagarum vibices, & tergum crudelissimis verberibus laceratum ostentant. Credetes eos cum sæuissimo leone, vel cum alia quapiã horribili bellua malè pugnasse. Zopirum alterum repræsentant, qui se crudeliter fustigandum, mulctandumque seruis suis dederat, vt per speciem transfugæ hostes falleret. Infirmitates vero, qui homines reddunt Inhabiles sunt quamplures, de quibus *In Append. §. 3. cap. 29.* Huiusmodi visitatio fit solum in carceribus Turris Nonæ post aliam Visitationem fieri solitam die Iouis, vel post Visitam secretorum Carcerum, & fit sæpe etiam alijs diebus, quando adsunt Inhabiles visitandi. Fit autem solũ in Nonæ, quia illuc omnes condemnati ad triremes tam in partibus, quam Romæ transportantur, & illinc ad Ripam Tyberis: Vbi conscendentes nauiculam ad id paratam, a birruarijs ad Ciuitatem Vetulam conducuntur. In hac conductione aduertendum est ne numerus birruariorum sit infirmior, & remigum robur superius ad euitandũ

fugæ periculum. Accidit enim mensibus elapsis, vt cum transmitterentur sexaginta paucis biruarijs stipati, vbi ad Fiumicinum peruenissent, fugerint omnes tribus exceptis, qui fugere noluerunt.

21 Aliquando etiam in ipsa Visita die Iouis fieri solita, facta fuit pœnæ commutatio quoad Carceratos inhabiles. 1565. 29. Mar. Cap. *Octauius alias condemnatus ad triremes. Attenta illius inhabilitate, & infirmitate grauis banniatur ab Vrbe, & toto statu Ecclesiastico sub pœna furcarum, & relaxetur gratis.*

22 Valde conueniens est fieri huiusmodi Visitationem Triremium, & inhabilium. Triremes namque fortes, & robustos homines ad remigandum requirunt: ac propterea, si ad eas damnati sint infirmi, non sunt transmittendi, & transmissi dimittendi. *l. 2. §. corporis. de vacat. muner. vbi DD. Paris. de Put. de Syndic. in ver. condemnatio. vers. Iudex, Thom. Actius de infirmit. par. 2. ver. Triremes.* Vltra quod sunt etiam impedimento alijs.

23 His infirmis æquiparatur debilitati, aut mutilati, qui huic muneri incumbere nequeunt. *cap. si qui testium. de test. & cap. 2. de Cleric. agrot. Menoch. de arb. cas. 60. num. 17. Actius de infirm par. 1. c. 18.*

24 *ex num.* 8. Impossibilium namquè nulla obligatio. *l. fi. stipuler. ff. de verb. oblig. Sebast. de Medic. de cas. fort. q. 4. par. 1;* Decian *resp.* 14. *nu.* 38 *lib.* 3. *Cyriac. contr.* 103. *num.* 52. Et impossibile dicitur, quod

25 propter infirmitatem expleri non potest. *Ludouic. dec. luc.* 13. *num.* 32. vbi dicit, quod torqueri non potest: *Act. d. p. 1. c. 9. num.* 15. *& seqq. Facit Far. q.* 41. *nu.* 42. Qua ratione infirmitas etiam in causa criminali excusat. *l. quæsitum. de re iudic. Gabr. de malef. concl. 9. num. 69. Far. q. 99. num. 122. Guaz. def. 12. c. 1. num. 22.*

26 Item inter inhabiles computant imberbes non solum propter debilitatem virium; sed etiam ad euitanda scandala. Hoc casu commutatur pœna in aliam ipsis DD. Visitatoribus bene visam, vt alias factum fuit. 1648. 13. Aug. Nonæ. *Paulus Petrus Nardi Perusinus in Curia D. Gubernatoris Perusiæ condemnatus in pœnam triremium per septennium pro furtis, & ad istos Carceres transmissus. Ex quo minor annorum quindecim circiter, inhabilis pro seruitio triremium, stante præcepto eidem in plena Visita iniuncto de inseruiendo fabricæ S. Ioannis Lateranensis arbitrio Illustriss. D. Gubernatoris Almæ Vrbis sub pœna fustigationis in casu &c. relaxetur gratis etiam quoad conductu ram.*

27 Declara primo, vt in huiusmodi visitatione præsententur etiam illi, qui de partibus transmittuntur condemnati ad triremes; inter quos sæpissimè quamplurimi extant Inhabiles, cum Iudices de partibus frequenter, nulla habita ratione inhabilita-

28 tis personarum, condemnent in pœnam triremium, quotiescumque ità veniunt condemnandi delinquentes, ex dispositione Iuris, Constitutionum, Bannimentorum, seu Statutorū, licet pluries fuerint etiam mediantibus litteris Sac. Consultæ præ-

29 moniti, vt abstineant à condemnando in pœnam triremium inhabiles, & antè condemnationē certiorent de inhabilitate ipsam Sac. Consultam, vt possit impertiri facultatem in aliam pœnam condemnandi. Ipse quoque Commissarius triremium consueuit præmonere eosdem Gubernatores, & alios Iudices de partibus ne condemnent in pœnam triremium inhabiles, ad euitandum damnum, quod ex illorum transmissione ad Vrbem sentit Camera Apostolica, quæ damnatis in partibus ad hanc pœnam in itinere, & hic in Carceribus Turris Nonæ

30 subministrat expensas vsque ad illorum transmissionem ad Ciuitatem Verulam, vel illorum liberationem, seu decretum liberationis propter inhabilitatem, quoad illos, qui inhabiles declarantur à Visita.

31 Declara secundo, vt aliquando illi, qui ex gratia fuerunt ab vltimo supplicio liberati, commutata pœna in Triremes perpetuas, appareant etiam inhabiles ad huiusmodi pœnæ satisfaciendum. Quo casu cautè est procedendum in consulendo Principem pro noua commutatione, ne contingat, quod ego vidi contingere sub fel. rec. Paul. V. quo tempore carceratus fuit homuncio quidam insulsus, & idiota, sed fur valdè industrius. Quod sanè nescio, an sit mirabilius eo, quod scribit Æneas Syluius

32 *Epist.* 112. *lib.* 1. de Paglarense, qui, cum maximum Iuris lumen haberetur, furti tamen Villicum accusauit, qui suem fœtam, vndecim porcellos, Asinam vnum dumtaxat eiusque pullum abstulerat. Fur de quo nos loquimur, qui plura commiserat furta, in pœnam vltimi supplicij iuxta formam Bannimentorū Gubernatoris condemnandus erat. Qui defendebant, allegabant pro obtinenda saltem pœnæ commutatione *Legem Ad bestias. ff. de pœn.* propter quod inclinauit Summus Pontifex, vt in pœnam Triremium condemnaretur. Quia verò fur iste erat altera manu debilitatus, tanquam inhabilis ad triremes, supplicauit pro secunda pœnæ

33 commutatione, & cecidit miser, de fumo, vt aiunt, in flammam, cucurrit, ne pluuia madesceret, & lapsus in foueam præfocatus est, inciditque in remedium periculo maius ex iusto Dei Iudicio, vt est apud Senecam, *in Medea.*

„ *Remedia toties inuenit nobis Deus,*
„ *Periculis peiora* ———

34 Nam licet concessum ex gratia non debeat reuocari, sed postquam est facta, de iustitia est vt suum sortiatur effectum. *Rot. dec. 33. nu 16. de præben.* Respondit nihilominus Papa, si fur iste non est gratiæ sibi factæ capax, fiat illi Iustitia, & fuit laqueo suspensus; ità vt potuerit dicere, non illud Themistoclis, vt refert Plutarchus *in vita Themistoclis.* Perieramus, nisi perijssemus: sed, Perij, vt iterum grauius perirem: vel quod apud Plautum *in Epidimico* legitur.

„ *Dy immortales, vt ego perij basilice.*

35 Consultius itaque est, ac etiam Cameræ vtilius, vt, qui habent huiusmodi gratias, non allegent inhabilitatem, sed potius patiantur se transmitti ad Triremes, vbi aliquando etiam ij, qui creduntur inhabiles, apparent habiles. Et in omnem euentum inhabilitatis ad Triremes, non patiantur officiales huiusmodi inhabiles diutius in triremibus commorari, eo quod sint non modico cæteris impedimento, vt dixi, & damnosi Cameræ propter expensas, quæ illis subministrari debent; sed instent ijdem officiales vt ad Carceres Turris Nonæ transportentur, vbi cognita eorum inhabilitate liberantur à d. Visitatione super inhabilibus deputata.

In

36 In præfato ingenioso fure depranata apparet quam maxime nostrorum temporum conditio, quibus tali subtilitate ingenij vtuntur homines in furtis committendis. Quanto laudabilior verecundia illius sæculi, in quo, vt refert Valerius Maximus. *lib. 8. cap. 2.* tam minuti à pudore excessus puniebantur; vt furti damnatus fuerit, qui equo, cuius vsus illi vsque Ariciam commodatus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus esset, vt etiam supra *lib. 1.* diximus.

37 Ad id, vnde digressi sumus redeamus. Non omittendum quod de inhabilium Visitatione apud Hieronymum Buccar. *In suo Tract. de differen. Iud. Ciu. & Crim. diff. 151. num 2.* habetur: *Adest, inquit, Visitator Triremium, nempe ingeniosus, at diligens D. Iulius Cæsar Grillus, qui tenetur bis in anno visitare Triremes Sanctiss. D. N. vt videat, scrutetur, & inuestiget, an Remiges, & viginti quatuor ministri salariati bene tractentur, nec ne, & habet facultatem liberandi illos remiges, qui tempus impleuerunt per quod ad remigandum fuerant condemnati, & potest etiam à catenis liberari facere remiges infirmos, imbecilles, languidos, & alia vitia facientes, per quæ videntur reddi ad seruitium inhabiles, quos tamen statim reduci mandat ad Vrbem ad Carceres Turris Nouæ, vbi postea visitentur a Gubernatore Vrbis, & Procuratore Fiscali, & Medicis, & Chirurgis deputatis cum assistentia d. D. Visitatoris, & constito vere de vitijs, defectibus, & inhabilitate relaxantur eis commutatione pœna in exilium, aut aliam arbitrariam, in qua pœna arbitranda tot annis, quibus in Vrbe moratus sum, & in Tribunalibus versatus nullum Gubernatorem inueni sagaciorem, prudentiorem, & humaniorem Illustriss. D. Benedicto Ala Cremonensi, & modo meritissimo Vrbini Archiepiscopo, numquam satis laudando, & quamuis reformatio prædicta Pauli V. nihil specifice dicat de officio istius Visitatoris; sed generaliter dumtaxat quod Triremes bis in anno visitentur à Visitatore, seu Commissario ad id deputato; attamen veritas est, quam ego dixi, in prædictis, & in multis alijs consistit officium dicti Visitatoris, vt ipse testari poterit; immò, & fere quolibet mense de ordine Sanctissimi D. N. & Illustriss. & Reuerendiss. Domini Scipionis Cardinalis Burghesij Supraintendentis Generalis dd. Triremium idem, qui supra, visitat dd. Triremes secundum casuum emergentiam, & perfecta Visitatione post reditum a Ciuitate Vetula, vbi est Sedes dd. Triremium dictus Visitator facit verbum cum Sanctissimo.*

38 Neque etiam tacendum, quod memores esse debeant Episcopi, qui habent Triremes sub Iurisdictione sua, damnatorũ ad triremes, cum sint personæ miserabiles, &. vt plurimum, in graui indigentia spiritualium auxiliorum, ad eosq. mittere confessarios, prædicatores eosque sæpe Visitari facere per Parochos. Habent enim in mare suæ diœcesi adhærenti Iurisdictionem per centum milliaria. *Bertaz. de Epis. lib. 4. par. 6. q 34. Falin in cap. Rodulphus. de rescript.* & possunt visitare Capellanos triremũ, nisi priuilegia obstent. *Nauar. in conf. 4. de for. compet. Genuen. in manual. pastor. cap. 79. nu. 12. & 13.*

CAP. VNICVM.

De facultate Visitæ in damnatos ad triremes.

SVMMARIVM.

1 *In remiges Visita habet iurisdictionem vt in carceratos ex Const. Paul. III.*
2 *Remigum demandat Visita prouisionem sine illorum liberatione à triremibus.*
3 *Remigum decernit Visita reuocationem à Triremibus ad carceres.*
4 *Remigum demandata cognitio vni ex Visitatoribus, & obtenta sententia fauorabili liberati.*
5 *Remigibus commutata de facili pœna de consensu partis.*
6 *Remiges liberati à Visita soluta pecunia.*
7 *Remiges liberati ex causa matrimonij.*
8 *Remigibus facta gratia in Visitationibus Gratiosis.*
9 *Remiges condemnati pro modico tempore liberati à Visita.*
10 *Remigibus gratiam facit Visita aliquando vna, aliquando pluribus causis expressis.*
11 *Remiges aliquando liberat Visita nulla expressa causa.*
12 *Ad triremes pro milite transmisit Visita, qui non videbatur damnandus ad remigandum.*
13 *Remigibus petita per Visitam aliquando gratia a Sanctissimo.*
14 *Remigi fit gratia à Visita alio substituto.*
15 *Remigandi tempus ad suum arbitrium reseruat aliquando Visita.*
16 *Ad triremes Visita condemnat aliquando, vt non possit exinde liberari.*
17 *A Triremibus aufugiens qua pœna puniendus.*
18 *Ad Triremes transmisit aliquando Visita ad terrorem.*
19 *Ad Triremes condemnati aliquando à Visita consecuti sunt sententia reuocationem.*
20 *Visitæ auctoritas etiam in remiges.*
21 *Triremium pœna successit loco deportationis.*
22 *Triremium pœna non nisi a supremo Principe remitti potest.*
23 *Triremium pœnam remittere non possunt Barones.*
24 *Pœna vltimi supplicij in triremium pœna commutatur à Visita.*
25 *Ad triremes condemnati non sentiunt his temporibus commodum Visitæ, vt alias.*
26 *Ad triremes condemnati arresta petunt a Consulta.*
27 *Ad triremes condemnati, & per Iudicem liberati reuocantur mediantibus litteris Generalis Triremium.*
28 *Ante fabricationem triremium Pontificum quis mos seruabatur.*

1 EX verbis Constit. Paul. III. relatis in initio capituli præcedentis apparet DD. Visitatores exercere posse pro ipsorum arbitrio Iurisdictionem

nem quoad damnatos ad Triremes, prout illam exercent quoad Carceratos, vt in illis Constitutionis verbis. *Et relaxandi cũ mandato Visitatorum sine mora per Capitaneum relaxentur sub pœna amissionis Salarij*. Et re vera Sac. Visita in his damnatis, prout in carceratis, vsa est suprema Iurisdictione, vt manifestum est cum ex decretis positis supra, dum tractauimus de Visitatione gratiosa. ex *lib*. 1. tũ ex alijs declarationibus, & decretis, quæ referemus, vt innotescant multæ causæ impulsiuæ ad fauorem horum damnatorum, ad eũ finem, vt futuris temporibus, ijsdem vel similibus casibus contingentibus, miserabiles remiges beneficium Visitæ experiri possint.

2 Declarat primo, vt à Visita fuerit aliquando demandata prouisio damnati absque illius liberatione a triremibus. 1567. 18. Septemb. Capit. *Franciscus alias transmissus ad triremes. Ad D. Maceratensem, qui prouideat citra eius liberationem à Triremibus.*

3 Declarat secundo, vt etiam aliquando fuerit decreta reuocatio alicuius à Triremibus ad Carceres. 1551. 11. Iun. Nonæ. *Presbyter Leonardus de Pontremolo. Transmissus ad triremes, reuocetur ex triremibus, & reducatur ad Carceres ad arbitrium Auditoris Cameræ.* * 1562. 1. Octob. Sab. *Io. Baptista transmissus ad triremes. D. Gubernator reuocet eum ex triremibus arbitrio suo auctoritate Visitæ.*

4 Declara tertio, vt demandata fuerit cognitio causarum vni ex Visitatoribus, tam antè transmissionem condemnati cum illius retentione in carceribus, quam post transmissionem; & cognito de bono iure fuerit liberatus. 1551. 29. Ian. Capit. *Gratius, & Antonius transmissi ad triremes. D. Gubernator audiat defensiones, & examinari faciat Testes, & referri faciat Clerico destinato ad Visitam Triremium.* * 1551. 5. Feb. Sab. *Cæsar de Toscanella existens in Triremibus: Dominus Gubernator reuideat causam, & admittat eum ad suas defensiones auctoritate Visitæ.* * 1565. 16. Apr. Sab. *Andreas condemnatus ad triremes non transmittatur ad triremes; sed supersedeatur, & traducatur ad hos carceres Curiæ de Sabellis, vel Turris Nonæ ad effectum, vt D. Gubernator possit reuidere causam iuxtà mentem Visitæ.* * 1569. Vltima Iun. Sab. *Georgius condemnatus in partibus ad triremes, & propterea ad Vrbem transmissus. D. Romulus reuideat processum causæ, antequam ad triremes transmittatur.* * 1551. 11. Mar. Nonæ. *Cæsar Corsus. Audita relatione Processus in plena Visita DD. Visitatores mandarunt iustis de iusis ipsum à triremibus reuocari, & liberari.*

5 Declara quarto, vt de facili deuenerint Visitatores ad moderationem, commutationem, vel etiam liberationem, quotiescumque cõsenserint habentes aliqua ratione interesse, sicuti cõsueuerunt frequenter non concordantes partem in hanc pœnam condemnare, vt alibi diximus. 1531. 21. Octob. *Io. de Riano. Quia D. Gubernator, & D. Aduocatus Pauperum fecerunt verbum cum D. Camerario, & consensit; DD. Visitatores commutarunt pœnam triremium in exilium perpetuum à Terra Riani per 40 milliaria sub pœna furcarum, & relaxetur.* * 1537. 21. Iun. Sabel. *Franciscus Ianuensis. Attenta remissione Domini, remittatur ei pro hac vice, transmittatur ad Triremes.* * 1540. 13. Apr. Capit. *Simon de Sabaudia. Nisi concordauerit vsque ad primam Visitam, transmittatur ad triremes per triennium.* * 1548. 16. Apr. Nonæ. *Nicolaus Senensis condemnatus ad triremes perpetuos. Moderetur arbitrio D. Vicarij, & D. Episcopi Torcellanensis, Qui Domini decreuerunt, quod concordata parte ad primam Visitam triremium relaxetur.* * 1562. 21. Dec. Sab. *Octauius transmissus ad triremes de mandato Locumtenentis D. Card. Moroni. Attento quod Dominatio Sua Illustrissima fecit fidem contra ipsum nimis rigorosè processum, reuocetur a Triremibus.* * 1563. 28. Ian. Nonæ. *Franciscus de Bugubio. Condemnatus ad Triremes per decem, & octo menses per Gubernatorem Narniæ: attento quod dictus legatus concurrit, bannizatur à tota legatione eiusdem Domini ad eius arbitrium, & beneplacitum, & relaxetur gratis solutis scutis quatuor pro eleemosyna Monasterio Conuertitarum.* * 1562. 5. Nouemb. Sabell. *Laurentius Vercellensis transmissus aliàs ad Triremes pro furto facto Domino. Attenta intercessione eiusdem Domini, cui alias furtum fecit, & quia inseruiuit in triremibus per annum incirca, reuocetur a dd. Triremibus.* * 1573. 3. Iul. Nonæ. *Cornelius. Attenta infirmitate, longa carceratione, & quia est inhabilis ad triremes, & quia non est conuictus, ad D. Iulium Miniebuum, qui commutet pœnam arbitrio suo; facto tamen verbo cũ D. Card. de Vitelis.*

6 Declara quinto, vt liberatio facta fuerit quandoque à Visita si solueretur aliqua summa pecuniarum. 1533. 21. Ian. Capit. *Franciscus. Solutis scutis quinquaginta auri pro pœna, remittatur ei pœna triremium, & relaxetur.*

7 Declara sexto, vt aliquando facta fuerit liberatio causa matrimonij, vt supra, tit. de relaxatione gratiosa ex causa matrimonij, *lib*. 1. §. 15. *cap*. 3. diximus. 1560. 23. Feb. Sab. *Franciscus Murator, & Ioannes Bernardinus de Corbaria Carcerati in Curia Capitolij. Facto matrimonio cũ Puellis alias oblatis liberentur à pœna triremium.*

8 Declara septimo, vt sequuta sit liberatio in condemnatis pro modico tempore. 1566. 16. Maij. Capit. *Bernardinus de Vissa. Liberetur gratis, attento quod stetit carceratus per quatuor menses, & fuit condemnatus ad triremes per sex menses, quod non est solitum, nec recipiuntur in triremibus taliter condemnati, & nihilominus banniatur per annum à dicta Terra Vissi, & eius Territorio, & districtu sub pœna triremium.* Non solum autem non recipiuntur Carcerati in triremibus, si sint condemnati pro sex mensibus, sed cum annis retrò elapsis non condemnarentur pro minori tempore, quam quinque annorum, paucis ab hinc annis introductum est de mandato Summorum Pontificum, vt frequentius condemnentur pro tempore septennia.

9 Declara octauo, vt facta fuerit facilius hisce condemnatis gratia in honorem Festiuitatum in Visitationibus Gratiosis, de quibus supra. *lib*. 1, §. 16. *cap*. 2.

10 Declara nono, vt ad iustificandum gratiam istis condemnatis factam, expressa fuerit quandoque

vnica

vnica, & quandoque plures causæ vt ex supra & infrascriptis decretis. 1563. 27 Febr. Cap. *Marcus Antonius condemnatus ad triremes in Curia Gubernatoris. Attenta gram familia, etiam plurimarum Sororum, Domini commutarunt pœnam triremium in perpetuum exiliū a toto statu Ecclesiastico sub pœna perpetuarum triremium, & mandarunt tum relaxari.* * 1565. 3. Mart. Sabel. *Michael Angelus Pisanus. Attenta pace, & longa carceratione, & quod fuit in rixa, & vnicum vulnus interuenit, & quia præcesserunt mina, & stetit per sex menses vulneratus sanus, & deambulauit per Ciuitatem, & alijs rationibus animum DD. mouentibus, & ex processu alligabilibus, Domini commutarunt pœnam triremium in exilium ab Vrbe, & eius districtu, sub pœna triremium, duraturum arbitrio Gubernatoris, & mandarunt ipsum relaxari.* 1614. 24. Mart. Nonæ. *Nicolaus de Fulgineo transmissus de partibus pro remigante pro furtis. Stante minori ætate, & longa carceratione, iniuncto eidem exilio ab Vrbe, & toto statu Ecclesiastico sub pœna publica fustigationis per Vrbem, relaxetur gratis.*

11 Declara decimo, vt quandoque aliqua gratia fuerit illis facta, ac etiam liberati fuerint, nulla expressa in decreto causa. 1565. 29. Mar. Capit. *Petrus de Aretio. Domini moderati fuerunt condemnationem perpetuam ad decem annos.* * 1563. 11. Mart. Capit. *Paulus alias transmissus ad triremes perpetuò. Dominus Gubernator moderetur tempus arbitrio suo.* * 1622. 28. Iul: Nonæ. *Cosmus Cerchi carceratus, & condemnatus in partibus in pœnam triremium. Domini Visitatores moderati sunt sententiam iniuncto exilio ab Vrbe, & districtu sub pœna fustigationis; relaxetur gratis.*

12 Declara vndecimo, vt quandoque transmiserint ad triremes pro milite, eos, qui non commiserunt tam grauia delicta, vt venirent condemnandi ad remigandum. 1564. 16. Septemb. Nonæ. *Ioannes. Attento furto per eum commisso, & quod non cauit de non offendendo Isabellam, cui furtum fecit, transmittatur ad Triremes ad inseruiendum pro milite, & non ad remigandum, donec cauerit, vel idoneam fidem dederit d. Isabellam non offendendi arbitrio Domini Gubernatoris.*

13 Declara duodecimo, vt si aliquando opus esse existimauerunt Visitatores, recursum habuerint ad Sanctissimum pro gratia. 1567. 16. Octob. Sabell. *Petrus alias damnatus ad triremes. D. Gubernator se informet, & faciat verbum cum Sanctissimo pro reuocatione eiusdem à triremibus.*

14 Declara decimotertio, vt quandoque fuerit facta gratia alio in triremibus substituto. 1562. 29. Iul. *Dominicus de Aretio transmissus ad triremes de mandato D. Gubernatoris pro delatione, & non reuelatione archibusetti. Substituto vno, qui in dd. triremibus per tempus, ad quod ibi condemnatus fuit, pro ipso inseruiat, attenta eius familia, qua grauatus reperitur, à dd. triremibus reuocetur.* * 1562. 7. Octob. Sabell. *Ioannes Presbyter aliàs transmissus ad triremes pro vulnere illato Alphonso per tres annos. Attenta pace liberetur à dd. triremibus, dummodo in eius loco ponat alium, qui in dd. triremibus inseruiat per residuum temporis, quo ipse Ioannes fuerat condemnatus.*

15 Declara decimoquarto, vt aliquando Visitatores condemnauerint in pœnam triremium, in qua condemnatione aliquando sibi, vel alijs reseruauerint arbitrium temporis, pro quo aliquis veniret condemnandus ad remigandum. 1537. 22. Nou. Sabell. *Dominicus, & Ambrosius. Transmittantur ad Triremes per id tempus, quod Dominis Visitatoribus arbitrandum videbitur.* * Die dicta. *Bartholomæus. Transmittatur ad triremes per tempus exprimendum in sententia. Quod si habuerit remissionem a Patre defuncti, melius liberabitur.*

16 Declara decimoquinto, vt aliquando ita condemnauerint Visitatores, vt noluerint posse exinde liberari. 1550. 13. Octob. Capit. *Moretus a Cadmo. Fustigetur per totam Vrbem, & deinde transmittatur ad triremes perpetuas, ità quod, si exiret non facta mentione de præsenti Decreto suspendatur per gulam.* * 1554. 7. Iun. Capit. *Ioannes Iacobus Mediolanensis. Transmittatur ad triremes perpetuas cum hoc, quod Capitaneus triremium obliget se nullo vnquam tempore, vel casu eum à dd. triremibus relaxare, & si vnquam contigerit eum à dd. triremibus euadere, possit impunè offendi, & decapitari, & omnia bona eiusdem applicentur parti arbitrio D. Senatoris.*

17 Controuersa est opinio, qua pœna veniat puniendus, qui aufugit à triremibus. Non defuerunt qui dicerent puniendum esse pœna vltimi supplicij; quos refert *Far. infrag. ver. Bannitus. nu.* 92. licet ipse contrarium teneat. *nu.* 94. nisi tamen talis pœna in sententia fuerit imposita, vt in supradicto Decreto vidimus.

18 Declara decimosexto, vt aliquando transmissi fuerint aliqui ad triremes ad terrorem, non vt ibi remigarent, quando delicta nō erant tam grauia, vt pœna triremium plecti possent. 1548. 12. Iul. Capit. *Ioannes Antonius pro debito ciuili. Soluat infra decem dies; alias fustigetur, & si repertus fuerit ludere, transmittatur ad triremes ad terrorem.* Annis retro elapsis placuit Præsidi Annonæ transmittere furnarium ad triremes ad terrorem aliorum, quia re vera non veniebat tam grauis pœna infligenda. Procurator Caritatis institit, vt postquam ad triremes peruenit, ibi intimaretur illi exilium, & illum sinerent abire; quod & factum fuit.

19 Declara decimoseptimo, vt aliquando sententia condemnatoria ad Triremes fuerit a DD. Visitatoribus reuocata. 1542. 11. Feb. Capit. *Pro Ioanne Baptista Hospite transmisso ad triremes. Mandarunt reuocari decretum contra ipsum per D. Senatorem factum, & committi vni ex Dominis qui materiam componat.*

20 Ex his colligi potest, quanta sit Visitæ auctoritas, & Iurisdictio, cum illam exerceat etiam in condem-21 natos ad triremes, quæ pœna cum successerit loco deportationis, *Capic. dec.* 153. *Far. quæst.* 19 *nu.* 14. 22 non nisi à supremo Principe remitti, & condonari potest. *l. relegati. & l. ad bestias. §. ex prouincia. ff. de pœnis. Thes. dec.* 21 *num.* 1 *Peregr de Iur. Fisc. lib.* 5. 23 *tit.* 2. *num.* 2. Adeout nec Barones hanc auctoritatem habeant. *Osasch. dec.* 102. *nu.* 1. *Far. q.* 6. *n.* 2. 3. 24 *& seq.* Sed est & alia maior eiusdem Visitæ Iurisdictio, quæ est commutandi ex causa pœnam vltimi supplicij in hanc pænam triremium. 1536. 2. Dec.

Capit.

Capit. *Antonius Pizzicarolus. Propter necessitatem triremium, licet veniat puniendus pœna vltimi supplicij, mittatur ad triremes perpetuas, nec relaxetur per aliquem triremium Visitatorem.*

25 Hac vero tempestate non adeò frequenter Visitatio se ingerit in causia horum damnatorum ad triremes, sed petentes arresta remittuntur plærumque ad Congregationem Cardinalium, & Prælatorum, quam *Sacram Consultam* appellant: & prætendentes se grauatos in condemnatione, causas coram Iudicibus competentibus appellationis hic in Vrbe introducunt. Quando verò vel à dd. Iudicibus, vel à Sac. Consulta; vel etiam à Visita huiusmodi damnati ex triremibus veniunt extrahendi, necessarium est adire triremium Capitaneum Generalem, qui vt plurimũ est de familia Summi Pontificis: ipse verò sententias latas, seu decreta pro eisdẽ remigibus facta includit in suis litteris missiuis directis ad suũ Locũtenentem, cui iniungit executionem dd. sententiarum, seu Decretorum.

(Marginal numbers: 26, 27.)

28 Declara decimooctauo, & vltimo, vt quando antè, fabricationem triremium Pontificiarum, vel etiam post. si superabundabant remiges, consignatis damnatis ad triremes alijs Principibus triremea habentibus, appositæ fuerint inter cœteras conditiones, quod Sanctissimus reseruabat sibi eamdem facultatem, ac si essent in suis triremibus eos liberandi, ac de eis pro arbitrio disponendi, & demũ, vt finito tempore eorum condemnationis statim liberi dimitterentur. Atq. ad hunc effectũ, ac pro alijs eorum indigentijs Deputatus est in Cõmissarium triremium Pontificiarum ab Archiconfraternitate Pietatis qui haberet facultatem eos visitandi.

§. XXXII.

CARCERATI DE VNO AD ALIVM CARCEREM NON TRANSPORTENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Transportari probibentur carcerati de vno carcere ad alium: Ex Const. Paul. III. & Paul. V.*

2 *Custodes pro obligatione facienda in carceribus nihil recipiant ex Const. Paul. III. & V.*

3 *Custodes pro compedũ extractione nihil recipiant: Ex Const. Paul. III. & Paul. V.*

4 *Executores pro transportatione de carcere ad carcerem occasione Visitationis, vel alia ex causa nihil recipiant.*

5 *Officium acceptantes cum onere non possunt prætendere se illo onere grauari.*

6 *Transportatio pro Visitatione alias fuit à Visita probibita.*

7 *Transportandi sunt ad Visitationem carcerati gratis ex Decreto Visita.*

8 *Custos transportare nõ potest carceratũ ad alium carcerem de Iure.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 2 3 4 CArcerum Custodes carceratos ad alios carceres sine Iudicum de quorum mandato detinentur, licentia transferre; nec à Carceratis aliquid exigere dum pro stipulanda aliqua obligatione per carceratos facienda eos à Carceribus extrahunt, vel á compedibus liberant, non possint; Cœterum omnes de carcere ad carcerem occasione Visitationis transportandos Birruarij cuiuscumque Tribunalis requisiti transportare debeant gratis, & nihil prorsus accipiant etiam nomine muneris sub pœna priuationis Officij, & trium ctuium funis publicè infligenda.

NOuissimè *Constitutione LXXI. Paul. V. tit. de Carcer. & Carcerat.* disponitur: *Similiter pro transportatione carceratorum ad alios carceres de mandato Iudicis facienda, vel pro extractione à carceribus ad effectum alicuius contractus, vel obligationis facienda, aut etiam pro extractione compedum, nihil recipiant.* Et ibidem inferius: *In taxa obseruanda a Custodibus carcerũ* sic habetur: *Per trasportare li Carcerati, ò per causa della Visita, ò per altro, ò per cauare li ferri, ò per habilitarli per occasione di fare Instrumento, ò altro non habbino*

5 *cosa alcuna.* Nec debent Capitanei, & Birruarij atque Custodes prætendere se grauatos, cum ipsis sit imputandum qui officium cum hoc onere acceperunt: *arg. text. In c. Clericus. 91. dist. Luc. de Pen. in l. in Sacris. post num. 21. vers. sed arguitur contra. C. de prox. Sac. scrin. lib. 12. Menoch. de Arbitr. cas. 514. numer. 16.*

6 Olim quia nimis facile transportabantur carcerati ad Visitationem, emanauit decretum. 1567. 19. Iul. Capit. *Nullus carceratus transportetur ad alios carceres pro Visitatione.* Hæc tamen prohibitio non fuit successiuis temporibus obseruata; sed est de stylo antiquo Visitæ, vt Carcerati transportentur; & gratis, vti ex Decreto. 1588. 14 Iul. Sabell. *Omnes transportandi de carceribus ad car-*

7 *ceres occasione Visita: Officiales cuiusuis Tribunalis nihil recipiant pro mercede, etiam sub prætextu muneris, sub pœna priuationis officij, & triũ ictuum funis publice irroganda, sed gratis requisiti transportent sub dicta pœna.*

8 Quod autem dicitur in Constit. Paul. III. quod transportatio ad alios Carceres fieri nõ possit *Sine mandato*; est conforme dispositioni Iuris, cum

Custos

Custos Carcerum aequiparetur Depositario pecuniarum. *Bene alios allegans consil. 44. num. 32. lib. 1. Parin. q. 31. num. 76.* Certum est autem, quod Depositarius restituens alteri, quam deponenti non liberetur; *arg. text. l. inuito. C. de solut. Carac. de depos. par. 2. quaest. 122. Ciriac. controu. 505. num. 47. & 48.*

§. XXXIII.

EXECVTORVM MERCES.

SVMMARIVM.

1. *Executoribus merces statuitur a Paul. III.*
2. *Executoribus merces statuitur à Paul. V.*
3. *Contra executorum, & aliorum officialium extorsiones Bullam edidit Paul. IV.*
4. *Executores non descripti prohibentur ex decreto Visitae executiones facere.*
5. *Exequi, verbum quamplures habet significationes.*
6. *Executores vndè dicti, & quale sit eorum officium.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 Marescalchi, cœterique Executores in causis Ciuilibus, & Criminalibus Capitolij tabulam obseruent, & pro quibusuis executionibus realibus, & personalibus vsquè ad summam quinque ducatorum carolenum vnum, vsque ad decem, duos, vsquè ad quinquaginta quinque, & ab inde supra quaecumquè fuerit summa ducatum vnum, & non vltrà exigant: In executionibus verò pœnae capitalis, vel sanguinis ducatum vnum: In causis verò in quibus eis quarta pars pœnarum secundum statuta debetur, si ex gratia pœnae moderentur, etiam si post executionem gratia fieri contingat, quartam tantum eius recipiant, quod ex gratia soluitur. Barisellus verò in Ciuilibus etiam illam obseruet: In Criminalibus autem, & extrà Vrbem in Ciuilibus, & Criminalibus id tantum capiat, quod per Cameram Apostolicam, seu Gubernatorem fuerit ordinatum, vbi inter eum, & partes dissensio super hoc foret. Pro mandato de relaxando in Curia Gubernatoris in causis Criminalibus non tamen grauioribus, soluatur Notario tertia pars vnius Iulij, pro sigillo Carolenum vnum.

1 Supteruenerunt postmodù Taxae clariores, quae appositae fuerunt *in fin.* Const. LXXI. Paul. V. quas bannimenta Gubernatoris affigi mandant, vt omnibus carceratis innotescant, prout in *Append. §. 2. cap. 6.*

3 His stantibus etiam Pontifices contra extorsiones officialium diuersas ediderunt Constitutiones, & praesertim Paul. IV. qui in Motu proprio: *Iurisdictionum, & gratiarum Romano Populo concessarum. Incip. Sincera fides, & singularis deuotio sub dat. Romae apud S. Petrum IV. Kal. Dec. anno 1. in Bull. antiquo impresso anno 1569 fol. 17.* inter caetera disponit: *Et, ne in Criminali Iudicio per Iudices Fiscales, Procuratores, Notarios, carcerumque Custodes extorsiones fiant, quod Motus proprius a Paulo III. Praedecessore super illorum mercedibus emanatus, iuxta illius tenorem omnino seruetur, quodque Barisellus, omnesque alij Iustitiae Executores dictae Vrbis quolibet anno de indebitis extorsionibus, & simonijs quibuscumque iuxta aliam Bullam praefati Iulij II. edita syndicari &c.*

4 Praeterea emanauit alias decretum circa executores. 1571. 4. Octob. Sab. *Nullus Executor, qui non fuerit stipendiatus, & descriptus in rotulo Barisellorum, seu Capitaneorum Vrbis, possit facere executiones reales, nec personales, nec minus arma deferre sub pena triremium.*

5 *Exequi* verbum, vndè denominatio *Executorum* procedit, multas habet significationes. Aliquando significat *declarare, exprimere.* Cicero Varroni scribens: *Occultioria* inquit *habeo, quae vix verbis exequi possum.* Aliquando vlcisci. *Inst. de his, qua sunt sui vel alien. Iur. in fin.* sic habetur: *Quod si mea constitutioni,* inquit, *fraude fecerit, sciat me admissum seuerius executurum.* Alias accipitur pro *agere iudicati formula in factum, vel officio Iudicis.* Ita *l. iutra. & l. fin ff. de re iud.* Vndè quidam executionem rectè accipit pro *actione iudicati, quam tertius possit impedire pro suo interesse,*

6 idque mirabile reputat. Alias denique denotat *perficere, ad finem perducere.* Hinc dicti sunt *Executores* publici ministri, quorum officium est, vt mandata, & sententias ad effectus perducant. *l. executorem. C. de execut. rei iud.* Vbi Accursius frigide tractat quasdam huius verbi significationes. vid. *Ias. in §. tripli. inst. de act.* Hi propriè dicuntur *Executores,* quorum rursus multae sunt species, quas declarat *Abbas in cap. pastoralis. §. quia verò. de off. deleg.* vbi videre poteris.

De istis executoribus, qui sunt publici Iudicum ministri loquuntur relatae Constitutiones Summorum Pontificum, & decreta Visitae, quae hic, & alibi retulimus.

Nec omittendum est omnia bona reperta penes banitos spectare ad Birruarios illos capientes siue

siue in Vrbe, siue extra Vrbem illos capiant, secundum stylum Curiæ Romanæ, vt etiam supra diximus. Cæterum de iure non possunt in bonis depræ-dari. *Peregr. de iure fisci. lib. 2. tit. 7. nu. 45. Leonel. de priu. paup. par. 8. priu. 236. num. 45.*

§. XXXIV.

QVI PROCESSVVM COPIAM NON ACCEPERVNT NIHIL SOLVANT.

SVMMARIVM.

1 *Processus copiam non accipientes nihil soluant ex Constit. Paul. III.*

2 *Processus copiam nō accipiens, pauper præsumitur.*

3 *Pauperibus dantur originalia videnda gratis ex Const. Paul. V. & de iure.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 CArcerati, qui non acceperunt copiam processuum; non tenentur aliquid pro carceribus soluere.

De hoc satis diximus supra §. 2. & §. 12. Dice-
2 tur etiam infra §. 36. Qui Processus copiam non accipiunt, præsumuntur pauperes, pro quibus gra-
3 tis dātur originalia Procuratori, & Aduocato Pauperum, vt in Constit. LXXI. Pauli V. *Tit. de not. §. pauperibus dentur.* Quod & de iure esse tradunt *Guidopap. decis. 561. Grat. discept. 55. nu. 46.* & latius diximus supra in locis citatis.

§. XXXV.

NEMO PRO INIVRIIS, ET DELICTIS LEVIBVS CARCERETVR.

SVMMARIVM.

1 *Carceretur nemo pro iniurijs verbalibus, Ex Cōstit. Paul III.*
2 *Carceretur nemo pro summa non excedente ducatos quinque, ex Const. Paul. III.*
3 *Carcerari non potest quis pro rebus minimis, ex Const. Paul. III.*
4 *Carceretur nemo pro pugnis, ex decreto Visita.*
5 *Carceretur nemo pro pugnis, iniurijs, & rixa absque sanguine; Ex Const. Paul V.*
6 *Summa pro qua quis potest hodie carcerari remissiuè.*
7 Iniuriæ *verbi etymologia, & significatus.*
8 *Iniuria, quæ dicatur leuis ex Seneca.*
9 *Iniuria punibilis quæ ex Seneca.*
10 *Iniuria quomodo punienda ex decemuirali lege.*
11 *Pugnis rixa facta non punienda ex Cassiodoro.*
12 *Pugna à Pugnis.*
13 *Gladium ferreum Belus primus produxit.*
14 *Bellum à Belo, seu à* Nino *filio inuentum.*
15 *Iniuria cum moderamine inculpata tutela propulsanda.*
16 *Iniuriam melius est tolerare, quam propulsare.*
17 *Iniuria, pugni, & vulnuscula non habent in se delictum.*
18 *Ira, & iracundia calor non tuetur ab actione iniuriarum.*
19 *Ira impetu facta casui fortuito attribuuntur.*
20 *Ira calore commissa mitius puniuntur.*
21 *Ira est irrationabilis perturbatio mentis.*
22 *Iratus noluit sumere supplicium Terentius.*
23 *Iratus Plato amici arbitrio castigationem commisit.*
24 *Iniuria castigatio, si esset moderata, permitti posset.*
25 *Ira calore factum excusabile, illa iam propulsata improbi animi est.*
26 *Ira motu gesta non æqualiter in singulis sunt punienda.*
27 *Amore delinquentes mitius puniendos exemplis comprobatur.*
28 *Amore delinquentes cum periculo perturbationis publicæ quietis grauiter puniendi; necnon pro amore ingredientes Monialium clausuram.*
29 *Iniuria ex qualitate personarum æstimatur.*
30 *Iniuria infami illata umbra viri emendanda.*
31 *Iniuria etiam si non sit inter viles personas mitius est punienda.*
32 *Ad iniurias perferendas quomodo nos armare debeamus.*
33 *Iniuriam accipiens sciat se esse superiorem inferenti.*
34 *Iniuria affici indignum est homine ad imaginem Dei creato.*
35 *Iniuriā assuescant homines tolerare exēplo Athletarum: Sententia Panetij Philosophi.*
36 *Iniuriam non facere, & scire eā pati viri boni est.*
37 *Iniuriarum remedium obliuio ex Seneca.*
38 *Obliuisci, quæ volumus, non facile possumus.*
39 *Iniurias magis custodit memoria, quam merita.*
40 *Iniuria obliuio quomodo inducatur.*

41 *Iniuria*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 PRo iniurijs verbalibus, & altercationibus sine armis, vel sanguine factis, & in causis Ci- 2 uilibus non excedentibus summam quinque ducatorum, & in similibus alijs rebus mini- 3 mis nemo carceribus mancipetur.

4 Emananit postmodum conforme decretum Sac. Visitæ. 1546 2. Dec. Capit. *DD. Visitatores pro pugnis decreuerunt, vt de caetero nullus carceretur, dummodo non interueniat sanguis, & D. Senator praeteritus pro causis praedictis, & similibus non molestetur, & capti pro pugnis ducantur ad praesentiam D. Senatoris; qui prouideat eius arbitrio, attenta qualitate personarum, & loci, etiam auctoritate Visitæ.*

5 In Constitutione LXXI. Paul. V. *Tit. de Ind. crim.* habetur: *Similiter pro pugnis, & verbis altercatorijs, & iniuriosis in rixa & ex accidenti inter viles personas prolatis, aut pro quauis alia simplici rixa, minisque etiam in flaganti reperti non carcerentur, nisi prius ducti ad praesentiam Iudicis, & si relaxandi erunt, gratis vbique relaxẽtur.*

6 Hæc sunt quæ in Apostolicis Constitutionibus, & decretis Visitæ habemus; in quibus, dum Lector videt in ciuilibus non posse quemquam carcerari pro summis quinque ducatos non excedentibus, sciat his temporibus aliter seruari, & nos de hac materia dicturos infra. *lib. 3. §. 10. cap. 7.*

Meritò hæc de rixis vt supra, statuta sunt. Agitur de bello haud quaquam lacrymoso. Obstandum tamen principijs: nam sicut tonitruo imbrem, ita plærumque minæ verbera antecedunt. Quoad materiam iniuriarum, illam, tanquam frequentem, paulò fusius explanabimus, supponendo superius dicta *Tit. de maledictis in Principem. lib. 1. §. 12 c. 1.*

7 Vt rem hanc ab Etymologia verbi exordiamur, sciendum est Iniuriam dici totum id, quod non iure fit. *l. si in princ.* Ibi: *Iniuria ex eo dicta est, quod non iure fiat*; omne enim, quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. *ff. de iniur.* est namq. iniuria verbo, vel facto cum aliquo iniustè agere, seu exprobrare. *Isid. in Etymolog.*

8 Huius generis non est illa tam leuis iniuria, quam leges quoque nulla dignam vindicta putauerunt, vt dixerit Seneca: *In sapientem nõ cadit iniuria*; Cuius nonnulla adfert exempla: *Ille me hodie non admisit, cum alios admitteret; sermonem meũ, aut superbe auersatus est, aut palam risit; non in medio loco, sed immò collocauit.* Huiusmodi affectus concitat animi humilitas contrahentis se ob 9 factum, dictumue honorificum. Illa vero nequitia punibilis esset, vt extrahas, mergere: Euertere, vt suscites; Non est enim beneficium iniuriæ finis. *Seneca 6. de benef 26.*

10 Quomodo autem iniuriæ punibiles puniendæ essent ex decemuirali lege duodecim tabularum, ita scriptum est. Si iniuriam alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ sunto. *Gellius lib. 20 cap. 1.* Quam legem Sext. Cæcilius, & Sext. Pompeius Festus sic interpretati sunt, vt pro *Vigintiquinque æris pœna*, intellexerint *Vigintiquinque asses.* Scribit idem *Gellius* Lucium quemdam Neratium hominem egregie improbum, & immani vecordia pro delectamento habuisse os hominis liberi manu sua verberare, & quẽcumque depalmauerat, ei statim numerari secundum duodecim tabulas, *quinque & viginti asses*, iussisse. Propterea, inquit, pœnam hanc Prætores obsolescere, & relinqui censuerunt, iniurijsque æstimandis recuperatores se da- 11 turos edixerunt. In *Cassiod. var. lib 1. cap. 30.* legitur: *si pugnis fiat rixa, non est iniuria iudicialiter vindicanda: inter ipsos Aduersarios, vt fertis, non 12 erant prius armata certamina, se pugnis, se quo- 13 libet feruida lacessebat intentio.* Vnde & *Pugna* nomen accepit; postea *Belus* ferreum gladium 14 produxit, à quo & *Bellum* placuit nominari. Quod Cassiodorus citatus Patri Beli; *Isidorus lib. 18. c. 1. Etymol.* tribuit filio, dum ait, *primus bella intulit Ninus Assyriorum Rex.*

15 Aduertendum est, quod si iniuria propulsetur, non debet ægre ferre iniurians, si dum dicit, quod 16 vult, audit, quod non vult. Debet quidem propulsatio fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. Melius est, si toleretur, præsertim si sit parua. *Ioãnes Monach. in Tract. defensorij. Iur. fol. 63. §. rescriptum enim.*

17 Quia verò, vt *Salustius in Catil.* habet: *Nulli mortalium iniuria sua parua videntur, & multi eas grauius aequo habuere*, opus fuit statuere, vt pro verbis iniuriosis, & pro pugnis nemo carceribus manciperetur. Idque iure meritissimo: quia nec vulnusculum modicum vllum habet in se delictum. *l. 1. §. proinde. ff. de adil. edict. Capol. de redhib. cap. 473 num. 36. Grat. discept. 200. nu. 19. Far. q. 107. num. 210.* Vbi quod leuis offensa non rum- 18 pit cautionem de non offendendo. Quod duplici ratione statutum est. Primo licet ira, & calor iracundiæ non tueantur ab actione iniuriarum. *l. aut facta. §. causa. in fin. ff. de pœn. l. si non conuicy. C. de iniur.* Et si implacabiles sint, iracundiæ, summa

fit acerbitas, si memorabiles, summa leuitas; nihilominus, quæ iræ impetu, & ex accidenti fiunt, casui potius, quam dolo attribui debent. *l. 1. §. quæri. ff. ad Turpil. Far. q. 91. num. 1.* Saltem quæ iræ calore mala committuntur, mitius puniri debent. *Iason l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. & l. 1. num. 1. ff. de iureiur. Abb. antiq. in cap. 2. de maled. quos sequuntur Doctores, vt dicit Gram. super Const. reg. fol. 113. num. 5.* cum ira *secundum Vgonem de Sacram.* sit irrationabilis perturbatio mentis; quam etiam *Furorem breuem* dixit Horatius. *epist. 2.* Hoc benè intellexit Tarentinus Architas, qui monens Villicum suum malè meritum, *Sumpsissem*, inquit, *à te supplicium, nisi tibi iratus essem.* Maluit impunitum dimittere, quam propter iram grauius iusto punire. *Valer. Max. lib. 4. cap. 1.* Nimis tamen liberalis Architæ moderatio, Platonis temperatior: Non enim semper expedit seruos impunitos dimittere. Plato, cum aduersus delictum serui vehementius exarsisset, Speusippo amico castigationis arbitrium mandauit; deforme sibi futurum existimans, si commisisset vt parem reprehensionem culpa serui, & animaduersio Platonis mereretur. *Valer. Max. loc. cit.* Permitti quoque posset proprijs offensi Domini manibus castigatio, si tali fieret moderatione, quæ mentes nostras impotenti temeritate transuersas ferri non pateretur. Hinc enim eueniret, vt reprehensionis morsu careret, & laudis quæstu opulentissima esset correctio. Verũ, quia hoc paucis datum, indulgendum est, vt diximus, si quid nimis fiat calore iracundiæ. Huc pertinent memorabilia, & notãda illa Gregosæ ab *Hie. Gril lib. 4. cap. 6.* relata: *In pugna & acie, quicquid feceris, excusationem habet, cum ratio oppressa iacet, & manus velut ebria mente non reguntur; verum periculis iam propulsatis, & animorum æstu sedato, ac tranquillitati mente restituta sæuire, & ab officio discedere improbi animi est argumentum.* Curandum præterea est ne cessante calore, peiora sequantur. Nam, vt vulgo dicitur, minutula pluuia imbrem parit. Idem autem consequetur quisquis monitum Plutarchi. *In Symposiacis.* obseruauerit, qui interpretans adagium illum *Vestigium in cinere turbato*; ait nullum euidens iracundiæ vestigium oportere relinqui, sed simulatq. deferbuerit, ac resederit animi tumor, omnem præteritorum malorũ memoriam penitus tollendam esse. Nec silentio prætereundum est, quod non ex æquo ignoscẽdum omnibus, qui iræ impetu aliquid faciunt: Cum enim iram vlcus esse animi definiant sapientes; qui natura magis in iram propensi sunt, maiori digni sunt excusatione. Iram dicunt nasci consueuisse ex mẽtis mollitie, idque asserunt argumento probabili, quod iracundiores sunt incolumibus languidi, fœminæ maribus, iuuenibus senes, & fœlicibus ærumnosi; vt dixit *Amian. Marcell. lib 27. circa medium.* Manifestum itaque fit ex prædictis, quibus magis, quibus minus propter iram sit indulgendum.

27 Simili ratione dicendum etiam est de ijs, qui præ amore aliquid pœna dignum committunt. Cum enim autore Platone. *in Phædro.* amor sit furoris species, & furoris nomine Petrarcha. *In triumpho 1. Amoris.* appellet appetitum sensualem.

V dito hai ragionar d'vn che non volse
Consentir al furor della matrigna...,

Et triumph. 2.

Che del nostro furor sense non falso.

Sed quod amore capta furiosa dicatur melius, probat tex. *in §. illud. vers. nouimus. in Auth. quibus modis naturales. eff. leg. gloss. §. vltimo. verb. debacchata. Instit. de success. quæ sieb. per bon. vend.* Et post *Tiraquell. ac Boer. Menoch. de arbitr. cas. 328. nu. 5. & 6.* Quare isti mitius puniendi videntur. *Cassan. super consuet. Burgund. fol. 39. nu. 13.* vbi dicit in facti contingentia vidisse excusari propter amorem quamdam mulierem, quæ receptauerat res furto sublatas ab Amasio. Alius, qui fecit sortilegia propter Amorem, fuit absolutus. *Clar. §. hæresis. ver. successiuè quæro.* De Pisistrato Rege Atheniensium notum est facinus. Is Iuueni, qui filiæ suæ amore accensus, eam deosculatus fuit, libenter, ac patienter pepercit, etiam si vxor ab eo vindictam instantissimè efflagitaret. Quare non immerito quidam amoris causa extenuant delictum, vt post alios, quos congerunt, & sequuntur, tradunt Tiraquell. *de pœnis temperandis. causa 4. & Farin. eodem tit. quæst. 98. num. 7. cum multis sequen. Menoch. de arbitr. cas. 238. num. 2.*

28 Limita tamen in delictis grauioribus, quæ per amorem committerentur; præsertim, si essent ex ijs, quibus quies ciuitatum turbaretur; quibus pro bono publico ad exemplum, & terrorem aliorum maiores infligi solent pœnæ, vt contigisse refert Grammat. *decis. 36.* in illis Nobilibus Neapolitanis, quia posuerant scalas ædibus Amasiarum, ob quod iussu proRegis fuerunt capite plexi. Idem dicendum si aliquis ex amore introisset clausuram Monialium animo stuprandi. Eo enim casu non euitaret pœnæ rigorem, de quo vide Sperell. *dec. for. Eccl. 137. num. 45. & num. 48. ad finem.*

29 Sed ad iniurias calore iracundiæ illatas, vnde digressi sumus, reuertamur. Altera ratio, ob quam ad iniuriantium carcerationem facile deuenire nõ oportet, est, quia ex qualitate personæ inferentis, & patientis iniuria æstimatur. *l. vlt. de iniur. Peregr. decis. 13. num. 9. Menoch. de arbitr. cas. 236. Mastrill. Pignat. cons. 66. num. 8.* Nos autem hic loquimur de iniurijs inter viles personas: vt in simili dicitur de iniuria infami personæ illata, quã sufficit emendare vmbra viri. Cum enim isti habeantur pro Mortuis, & vmbris, erit æquiualens satisfactio, exemplo illius Tabernarij exigentis pecuniam ab egeno, quod panem suauius comedisset ad culinæ suæ nidorem; Iudicatum enim fuit satisfaciendum esse Tabernario ex sono denarij. Quod quidem iudicium adeo iustum fuit, ut neque ipse Cato sapientius iudicasset. *Ioannes Andreas: Abbas. & alij in cap. ad audientiam nostram. de consuet. Iaf. consil. 178. in causa matrimoniali. col. 2. vers. confirmatur per illud lib. 2. Tiraq. de ll. connub. l. 11. in princ. gloss. 1. num. 5. vers. non tenetur igitur ad medium. Grat. discept. 185. num. 43.*

Pariformiter quoque ex qualitate loci iniuriæ ratio non habetur. *Cassiod. var. cap. 27. lib. 1. circa finem.* Vbi ait: *Mores graues in spectaculis quis requirat? Ad Circum nesciunt cõuenire Catones: quicquid illic gaudenti Populo dicitur, iniuria non putatur. Locus est, qui defendit excessum, quorum garrulitas si patienter accipitur, ipsos quoque Principes ornare monstratur.*

31 Immò

31 Immò etiam si non agatur res inter viles personas, generaliter vera est conclusio, quod quicumque verbis contumeliosis ex iniusta causa iratus delictum commiserit, mitius punitur, vt diximus supra, & testatur Afflictus *supra 5. par. constit. Regni. Rub. 54. num 6.*

Quoniam vero in hanc materiam iniuriarum incidimus, etsi iam scripserim, quæ existimaui oportere, tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui profutura fore multa ijs, qui ab ira temperare, vel in ea se moderate, & ex virtute gerere, seu iniurias patienter ferre cupiunt.

32 Præ omnibus id nos armare aduersus iniurias potest, si sapienti iudicio singula expendamus, quid sit, quod dicatur, aut fiat? à quibus? quo animo? Quod sit verum, an falsum; si verum; non est, cur vero offendamur; si falsum, non est, cur falsa curemus, quæ mox maiore cum nostra gloria detegentur. A quibus: Ab hostibus? quid mirum? at nemo credet. Ab amicis? quid nouum? at nemo laudabit. Ab inferioribus? negligendum est. Ab æqualibus? ignoscendum. A superioribus? perferendum. Quo animo: errore? non igitur offendamur; nemo enim iniuriam inferre dicitur quam se inferre nescit. Consilio? quod potest esse consilium iniuriæ inferendæ? semper hic error est: condonemus errantibus; & nos sæpe erramus. Summa est, vt qui iniuriam accipit, eo se sciat superiorem esse, qui illam infert: Nemo enim alium graui 33 iniuria afficit frustra, sed vt deprimat, vt deijciat: quod non taceret, nisi eam putaret suis luminibus officere. Nihil deprimitur, nisi quod extat, nihil deijcitur, nisi quod eminet. Quod si tum quidem deijceris, vel deprimeris, tanto eris altior, ac superior, tantoq. minus tua dignitas eius improbi-

34 tate minuetur. Indignum est hominem ad imaginem Dei factum, animum immortalem Dei capacem, magnis Dei muneribus ornatum, ex alieno errore, vel affectu pendere, & hoc se putare esse, quod alter eum esse crediderit, non quod eum Deus esse voluerit, ac pluris æstimare conserui iudicium, quam Domini beneficia. Quid nostra interest, quid alijs simus: modo Christo; modo Deo probemur; modo ijs, qui Dei, & Christi locum obtinēt, parere non cessemus, quæ nobis sit sollicitudo, & cura reliquorum? in hoc quoque Ethnici se exercuerunt, varijs modis ad id se excitantes.

35 Dicere consueuerat Panætius Philosophus, vt A. Gellius. *lib. 13. cap. 26.* refert: Vita hominum, qui ætatem in medio rerum agunt, ac sibi, suisque vsui esse volunt, negotia, periculaque ex improuiso assidua, & propequotidiana fert. Ad ea cauenda, atque declinanda perinde esse oportet animo semper prompto, atque intento, vt sunt Athletarum, qui Pancratiastæ vocantur. Nam sicuti illi ad certandum vocati, proiectis altè brachijs consistunt, caputque, & os suum manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt, membraq eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata, ita animus, aut mens viri prudentis aduersus vim, & petulantias iniuriarum omni in loco, atque in tempore prospiciens debet esse erecta, ardua, septa, solida, expedita, nunquam conniuens, nusquam aciem suam flectens, consilia, cogitationesque contra fortunæ verbera, contra insidias iniquorum, quasi brachia, & manus prætendens, ne qua in re aduersa, & repentina incursio imparatis improtectisque nobis oboriatur.

Seneca *lib. 2. de Ira. cap. 33.* potissima, dixit: vox est eius, qui in cultu Regum consueuerat. Cum illum quidam interrogasset, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem? Iniurias, 36 inquit, accipiendo, & gratias referendo. Rursus viri boni, dixit Seneca, *est scire pati, nec facere iniuriam.* Et iniuriarum ex sententia eiusdem 37 remedium est obliuio. Quod tamen non esse æquè factu ac dictu facile declarauit Themistocles, qui, 38 vt habet Cicero. *de Orat. lib. 2.* offerenti sibi docere omnia meminisse, respondit, gratius sibi illum esse facturum, si obliuisci, quæ vellet, quam si meminisse docuisset; maximè iniurias, de quibus Se- 39 neca 1. *de benef.* dixit: *Iniuria altius, quam merita descendunt, & hæc cito defluunt, illas tenax me-* 40 *moria custodit.* Obliuio iniuriæ facilius inducetur, si consideret quisque quod scribit Laertius. *In vitis Philosophorum.* Iniuria iniustè erogata eius est in- 41 famia, qui facit. Optimè sanè Valerius Maximus *lib. 4. cap. 1.* vbi referens Ciceronem duos inimicos 42 in iudicio defendisse, subiungit: *Quia speciosius aliquanto est iniurias beneficijs vinci, quam mutui odij pertinacia pensari.*

Ad hoc magnopere facit, quod habet Seneca *Epist. 81.* dum ait: *Cui etiam si merita non antecessissent, oportebat ignosci, post beneficia cadenti plusquam venia debetur. Non pono par vtrique pretium, pluris æstimo beneficium, quam iniuriā.*

43 Sapiens, qui non est iniuriæ capax, iniuriam negat illatam. Cato, cum illi os percussum esset, non excanduit, non vindicauit: iniuriam non remisit quidem, sed factam negauit, maiore animo non agnouit, quam ignouisset. Longe à nobis esse debet etiam lacessitos iniurias inferre *D. Ambr. lib. 1. de off. & habetur in cap. non inferenda 23. q. 3.* scribit: *Valde virtuosum est iniuriam depellere, non inferre.* Qui enim iniuriam non repellit à socio, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit. & propterea Moyses cum vidisset Hebræum ab Aegyptio cædi, defendit Hebræum, prostrauit Aegyptium. Præclarum est facinus Hieronymi Bondenarij è Societate Iesu relatum à P. Ioanne Rhò in *histor. Virt. lib. 1. cap. 5* eius verba referam ne existimet Lector me Patriæ amore commotum fimbrias dilatasse.

Non sola Martyrum certamina suo illo sanguine ipsaq. morte formidolosa censentur. Nam etiam in pace agentibus sæuissima aliquando pugna, & acerrima prælia sunt committenda. Equidem morte ipsa ego grauius existimem hominem longa virtutum fama inclytum, populisq. ac Principibus venerabilem, inuidia inimicorum agitante per calumniam traduci, ac de violata per libidinem sacrorum maiestate accusari, è patria sede abripi, in Vrbem abduci, à Fidei quæsitoribus in carcerem dari, interrogari, ac tantùm non torqueri. Facilius sanguinem fundas, quam famam, ac nomen negligas. His experimentis probata est Hieronymi Bondenarij virtus, sed emersit illustrior subuehente caritate. Reduci ab Vrbe, qua hominis innocentia perspecta, eum in suam sedem Mutinensem perhonorificè remiserat, non modo Serenissimi Cæsaris

filij extra occurrerunt, fœlicem reditum suo, & parentis nomine gratulantes, verum ad se statim adeuntem ad Palatij ostium obuiam excurrit ipse Cæsar Dux, tota aula, & nobilitate comitatus. Ibi antequam verbum vllum hinc inde fieret ad Ducis pedes prouoluitur Hieronymus, atque vt vna in petitione gratificari sibi vellet, obnixè orat, tergiuersantem, quod facile conijceret quid petere vellet, tandem vt facturum se data fide obstringeret, perpulit. Tum ille. Ego vero te per hanc tuam fidem exoratum velim, ne cuiquam mea causa irascaris, ne calumniatoribus fraudi apud te error sit. Hoc primum, hoc idem vltimum Hieronymo de tota illa calumnia atque iudicio exinde verbum fuit, adeoq. sui atque iræ potens egit, vt costionis Principes, quos vnus omnium optimè nouerat, se per simulationem inuisentes, quod apud Ducem flagrantiori, quam vnquam antea gratia vteretur, arcanaq. vt olim confessionis arbiter esset, perhumaniter exciperet, atque diutissimè cum illis fabularetur; officijsq. apud Principem iuuaret.

45 Declara, vt iniuriam excuset veritas. Vnde vocans filium meretricis eum, qui verè est, non potest conueniri actione iniuriarum. *Leum qui nocentem. ff. de iniur.* Licet animum iniuriandi habuerit. Similiter si quis alium diceret debitorem suum; licet diffamet, quia detegit paupertatem. *l. mobiles. C. quomodo & quibus 4. pars.* tamen si verè est eius debitor, veritas excusat. Plura huius generis cumulat Hermanus de Bare. *de formando libell. libello 95. num. 2. fol. 163. quem citat, & sequitur Iodoc. in senten. selec. prax. crim. ver. iniuria.* Item iniuriam, seu inimicitiam allegare non potest reus aduersus mulierem honestam contra ipsum examinatam, quæ ab eo interrogata: Amas me? Indignata respondit; Mandarem tibi laqueũ: Qua responsione prætendebat illam reijcere Reus tanquam sibi inimicam, at ipsa declarauit non illum odio prosequi, sed ita respondisse ad propulsandam impertinentem interrogationem; quam sibi honestæ mulieri ea interrogatione fecerat.

Nec iniuriarum actione crediderim conueniri posse Lælium, qui, vt narrat, Cicero. *lib. 2. de Orat.* Cum ei quidem malo genere natus diceret; Indignum esse suis maioribus. At hercle, inquit, tu tuis dignus es. Adde quod hoc casu dici potest, quod si quid est iniuriæ, mutua compensatione tollatur, prout fecisse Diogenem refert Laertius. Super cœnam quidam illi objiciebant ossa veluti cani, quod Cynicus esset. Eam contumeliam ille sic pẽsauit. Accessit proprius, & iuxta illos stans mingebat, vicissim illis canem agens.

Non tamen iniuriam excusat consuetudo, si sit contra bonos mores. Ac propterea iniuriale dicitur *charivari*, quod fit in multis Ciuitatibus Italiæ contra secundo nubentes, vel viduam accipientes in vxorem. Ioannes Fab. *in §. iniuriam. in princ. Inst. eod. Tit.* etiam non obstante consuetudine tanquam contra bonos mores: pro quo est tex. singularis in Auth. *habita. vers. nec ab alterius. C. ne fil. pro pat. Luc. de Pen. in l. erras. col. 4. ver. sexto quæritur. ff de Castren. pecul. lib. 12.* vbi dicit, quod sibillando, & percutiendo buccas, & alias clamando contra transeuntes est iniuria. De his hactenus.

Constitutionis nostræ verba supra relata conformia sunt iuri communi, quod delicta leuia, cum de minimis non curat Prætor; & pœna Statuti imposita pro vulnere illato, non habet locum in vulnusculo. *Bal. in l. 1 §. sed sciendum. vers. proinde. leuis, ff. de ædil. edic. Ias. in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. num. 13.* Immò modicum, & nullum æquiparantur. *cap. licet causam. vers. modica, vel nulla. de probat. Menoch. de arbit. iud. lib. 2 cas. 52. num. 21.* vbi dicit explicationem modicæ quantitatis relinqui arbitrio Iudicis.

46 Ante, & post præfatas Apostolicas Constitutiones disponentes non solum de iniurijs, sed etiam de delictis leuibus, emanarunt diuersa Decreta Visitæ circa delicta leuia punienda, vel condonanda; quorum nonnulla opportunum duximus recensere. 1528. 22 Decemb. Sab. *Pernetus. Attenta leuitate prætensi delicti relaxetur.* * 1530. 3. Decemb. Cap. *Vido Mantuanus pro furtis retentus. Attenta paupertate, & leuitate delicti tempore quo fuit perpetratum assertum delictũ, relaxetur.* * 1531. 7. Septemb. Sab. *Bartholomæus de Salerno: Iacobus Ianuensis; pro vuis ablatis. Relaxentur etiam gratis, quia tantum pro comedendo.*

47 Nam vuas comedens dicitur solum damnum dare; quod facile remittitur; furtum vero esset, si eas asportaret, vel ibi deuastatas dimitteret. *l. si seruus. §. si olivam. Et ibi Alber. & l. qui occidit. §. si quis alterum. Et ibi Florian. ff. ad l. Aquil. Et in l. fullo. §. frugibus. ff de furt. Vital. in tit. de dam. dat. num. 41. Lanfranc. decis. 97. Natta. cons. 263. nu. 6.* 1558. 25. Iun. Nonæ. *Terentius. Relaxetur sub comminatione, quod si non fuerit obediens, & fidelis in seruiendo D. Federico de Palma, reincidat in pœnam furtorum, pro quibus detinetur, & triremium ipso facto.* * 1624. 3. Octob. *Fabius. Iniuncto præcepto de non conficiendo telas inceratas seu oleatas, & se abstinendo à similibus arbitrio Auditoris Cameræ, prout fuit iniunctum in plena Visita, & data fide de non offendendo,* Relaxetur. * 1562. 24. Sept. Cap. *Iacobus. Attenta concordia, relaxetur gratis, & banniatur ab Vrbe, & suburbijs per quinque milliaria ad beneplacitum D. Senatoris sub pœna triremium.* * 1563. 29. Apr. Nonæ. *Flaminia. Iniuncto sibi ibidem præsenti, ne imposterum obloquatur de Presbyteris S. Hieronymi sub pœna fustigationis: & quoad bona, quæ ipsa prætendit D. Gubernator expediat.*

48 Declara primo respectu lusorum, delictorum per impuberes commissorum, ebriorum delinquẽtium, vt mitius puniantur.

49 Declara secundo, vt qui dentibus mordent, non dicantur armis ferire: dentes enim non dicuntur arma. *Ofasc. cons. 106. num. 1.* sicut neque dicitur offensa cum sanguine, si modicum sanguinis effundatur. *Ias. in l. sciendum. col. 4. ff. qui satisd. cog.*

50 Porrò tota hæc materia de non carcerando pro iniurijs verbalibus, non procedit in atrociori iniuria: Atrociorem iniuriam, aut tempore, aut re, aut

51 persona fieri Labeo ait *in l. prætor §. ait. de iniur.* Tempore; si in ludis, & in conspectu Prætoris: Re atrociorem iniuriam haberi Labeo ait, vt puta, si vulnus illatum, vel os alicui percussum fuerit; de qua non est hic sermo cum de verbali iniuria tractemus. Personæ iniuria atrocior fit, vt cum Magistra-

gistratui, parenti, aut patrono fit. Tempore itaque (52) atrocior fit, quia in Pretoris conspectu, an in solitudine iniuria facta sit; multum interest. In conspectu autem fieri dicitur, vt aiunt practici, si in facie Iudicis fiat. Eam quoque iniuriam atrocem definit *Vlpian.l.sed est quaestionis. ff.de iniur.* qua in theatro quis, vel in foro læditur. Haud dubie per theatrum, *ludos*, & per forum, *Pretoris conspectum*, intelligit. Ex quo textu appatet verba d.§.fin. *Si ludis, & in conspectu*; Licet coniuncta, pro separatis accipienda esse, sicut illa duodecim tabularum; *Agnatorum, Gentiliumque*; item *Nexum, Mancipiumque*.

Quoniam autem contingere solēt casus frequentiores vt iniuria fiat atrocior intuitu personæ, de illa diffusius titulo particulari verba faciemus.

CAPVT VNICVM.

De Iniuria in Magistratum seu Iudices.

SVMMARIVM.

1. *Iniuriam perferentis dignitas augit culpam inferentis.*
2. *Iniuria leuis illustri personæ illata est atrox.*
3. *Indicantis, & superioris persona quam præclara.*
4. *Dignitas est alicuius honesta, cultu, honore, & verecundia digna authoritas ex Cicerone.*
5. *Iudicibus, &* Magistratui *honor deferendus.*
6. *Iudicem esse onus est.*
7. *Exempti superiori à quo eximuntur, debent reuerentiam.*
8. *Exempti ad reuerentiam, non ad honorificentiam tenentur erga eum, à quo eximuntur.*
9. *Subditorum obedientia in Dominum consistit in tribus.*
10. *Reuerentia in quo differat ab honorificentia.*
11. *Reuerentia est minor reputatio, qua quis bonitatem alterius magni facit.*
12. *Honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ in eo cui exhibetur.*
13. *Iudicem reuereri lex iubet.*
14. *Iudicibus, Consuli, seu Pratori caput aperiendū, semita cedendum, equo desiliendum ex Seneca.*
15. *Superiori non cedere locum quanti æstimatum fuerit apud antiquos.*
16. *Iudices salutati debent resalutare.*
17. *Officiali honor debitur etiam finito officio propter prioris dignitatis reliquias.*
18. *Iniuria illata syndicatus tempore dicitur grauis.*
19. *Officiali electo ante adeptam possessionem non debetur honor.*
20. *Officialem iniuria afficiens grauiter puniendus.*
21. *Officialis est persona publica, & ideo atrox est iniuria in illum commissa.*
22. *Officialem offendens Principem dicitur offendere.*
23. *Officialis, seu Iudex Princeps dicitur.*
24. *Officialem offendens est puniendus etiam si officialis non petat.*
25. *Officialis iniuriam remittere non potest.*
26. *Officialis rixans cum priuato, etiam si dixerit; Dimitto officij mei insignia, erit puniendus.*
27. *Iniuriam facit, qui Iudici non obtemperat.*
28. *Officiali iniurians tenetur pœna arbitraria.*
29. *Contra officialis offensorem quousque pœna extendi possit, remissiuè.*
30. *Iniuria proditoriè facta, idest, Detractio: graue, & frequens malum; apud multos grauissimis pœnis castigatum: maxime in principes commissum remissiuè.*

VT clarius appareat, qualis sit iniuria, præter dicta superius *Tit. de maledictis in Principē: & de libellis famosis. cap. 1. §. 13. lib. 1* explicandus (1) est honor debitus Magistratui & Iudicibus. Nam elegāter Saluianus *lib. 7. de prouid. Dei.* dixit, *Semper per dignitatem iniuriam perferentis crescit culpa facientis. quia necesse est, quanto maior est persona, qua contumeliam patitur, tanto maior sit no-* (2) *xa eius, qui facit.* Idque adeo verum esse testatur *lib. seq.* idem Saluianus: vt iniuriæ etiam leniores, illustriori tamen personæ, aut sublimiori factæ pro atrocioribus habeantur. Contumeliam enim, vt ait Seneca, sicut fortis facere non potest, ita nec (3) ingenuus pati. Quid autem Cicerone teste præclarius, digniusque inter mortales excogitari potest, quam vnum hominem reperiri, qui communi vtilitati seruiat, qui communia pro suis, & sua pro communibus habeat, qui velit, & sciat personam Ciuitatis gerere, dignitatem, decusque sustinere? (4) Dignitas enim ex eodem. *lib. 2. de Inuent.* est alicuius honesta, & cultu, & honore, & verecundia (5) digna authoritas. Iure igitur, & merito statutum est, vt Magistratui, & Iudicibus honor deferatur. *l. omnem honorem. C. quando prouoc. non est necesse. c. vt debitus. de appell. l. 1. C. de demost. lib. 12. vbi not. Io. de Plat.* ait ab omnibus eū honorandū, quem Princeps honorat. Honor enim est & dignitas iudicare. *l. cui muneris. ff. de muner. & ho-* (6) *nor.* Licet onus sit Iudicem esse *gloss. in ver. probari. cap. si contra vnum. ff. de off. deleg. in 6. l. munerum. § iudicandi. ff. de mun. & honor.* Hæc adeo (7) certa sunt vt procedant etiam in exemptis, qui reuerentiam debent ei, à quo eximuntur. *Cassan. de glor. mund. par. 4. consid. 27. Gratian. discept. 184. num. 57.* ita vt transgressores quasi sacrilegi, pœnam incurrant. *Io. de Plat. l. 1. C. de demost. lib. 12. & eod. lib. l. 1. vt dignit. ordin. Grat. cit. discept. 184. num. 56.* pœnam præfatorum transgressorum arbitrariam esse innuit Follet. *prax. crim. par. 7. cap. vlt. & pract. canon. par. 2. cap. 10. num. 9.*

(8) Declara primo, vt exempti teneantur solum ad reuerentiam, non autem ad honorificentiam. *Bald. l. fin. C. de bon. quæ lib. Roman. sign. 480. Bellon. de synod. Episc. par. 3. num. 34. Cochier. de iurisd. in exemp. par. 1. §. 1. num. 39.* Subditorum vero obe- (9) dientia erga superiores Magistratus consistit potissimum in tribus: in exhibitione reuerentiæ; in mandatorum susceptione; & in iudicio subeundo. *Bellon. loc. cit. num. 51. & Cochier. cit. num. 38.* Porrò (10) obedientia, quæ cōsistit in reuerentia, differt ab honorificentiæ, quia illa est honor exhibitus sine verbis, hæc vero honor exhibitus verbis. *Zabarel. cap. de his. de maior. & obed. Vbi etiam Abb. not. 4. Cochier. cit. num. 39.* Reuerentiam ita definit Valdensis

11 *lib. de Sacrament. cap.* 10. *ar.* 6. Reputatio, qua quis bonitatem alterius magni facit. *P. Perin. de subdit.* 12 *q.* 1. *cap.* 28. *not.* 1. Honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ, quæ excellentia in honorato est. *D. Thom.* 1. 2. *q.* 2. *art.* 2. *&* 2. 2. *q.* 25. *ar. responsione ad secundum argumentum.*

13 Iudicem vero reuereri lex iubet *l. in sacris. C. de prox. sac. scrin. lib.* 12. *lib.* 1. *§. casum. ff. de postul. l. obseruandum. ff. de off. Præsid. Sol. Sabaud. tit. de modo appell. gloss* 7 *num.* 6 *Tap. dec.* 3. *num.* 105. *&* 112. *Giurb. obser.* 91. *num.* 6. *& seq.*

14 Hinc consequens est, vt Magistratui, & Iudicibus salutatio sit debita. Ad text. *in l. ex agentibus. C. de princip. agen. in reb. lib.* 12. *l.* 1. *vers. tam in adoranda nostra Serenitate, quam in salutãdis nostris Administratoribus. C. de silentiar. lib.* 12. *Grat. discept.* 184. *Cassan. de glor. mund. par.* 1. *consid.* 26. 15 *Tap. d. dec.* 3. *num.* 105. Vnde Seneca *epist.* 65. *circa fin.* scribit: *Si Consulem videro aut Prætorem omnia, quibus honor haberi solet, faciam: Equo desiliam, caput aperiam, semita cedam.* Vnde factum 16 est, vt Seruilius Isauricus, cum forum præteriens Testes in reum dari vidisset, loco testis cõstiterit, ac inter summam patronorum pariter, & accusatorum admirationem, sic orsus sit: Hunc ego Iudices, qui causam dicit, cuias sit, aut quam vitam egerit, quamq; merito, vel iniuria accusetur, ignoro: illud tantum scio, quod, cum occurisset mihi Laurentina via iter facienti admodum angusto loco, descendere noluisse: quod, an aliquid ad religionem vestram pertineat, ipsi æstimabitis; ego id supprimendum non putaui. Iudices eum, vix auditis cæteris testibus, damnauerunt. Valuit enim apud eos amplitudo viri, tum grauis neglectæ eius dignitatis indignatio, eumque, qui venerari Principem nesciret, in quodlibet facinus procursurum crediderunt. *Valer. Max. cap.* 5. *ex Dione Cassio. histor. lib.* 45. Rursus idem Valerius *lib.* 2. *cap.* 2. narrat ex Liuio *lib.* 24. de Fabio olim à Senatu ad filium Consulem Suessam misso Legato, qui indignatus, quod occurrente sibi filio ex vndecim Lictoribus nemo se equo descendere iussisset, plenus ira sedere perseuerauit: quod cum filius sensisset protinus lictori, vt sibi appareret, imperauit. Cuius voci Fabius continuo obsecutus; *Non ego,* inquit, *Fili imperium tuum contempsi; sed experiri volui, an scires Consulem agere; nec ignoro, quid patriæ venerationi debeatur, verum publica instituta pietate potiora iudico.*

17 Declara secundo, vt salutati Iudices debeant resalutare. *gloss. in l.* 1. *vers. processisset. C. de sent. pass. Ramirez. de leg. §.* 7. *num.* 13. *Giurb. obser.* 91. *nu.* 5. *vers. sed salutati.*

18 Amplia secundo, vt finito etiam officio idem honor debitus sit officiali propter prioris dignitatis reliquias. *l. vnius. §. seruus. ibi: In memoriam prioris dominij. ff. de quæst. l. fin. ff. de curat. Bald. l. ne quicquam. §. pro fisci. ff. de off. Proconf. Ias. in l.* 1. *num.* 7. *C. vt omnis iud. tam. ciu.* Quod notandum dixit *Surd. de alim. Tit. q.* 127. *num.* 6. *Gratian.* 19 *discept.* 184. *num.* 80. Ac propterea grauem esse iniuriam quæ infertur officiali syndicatus tempore dixit *Menoch. de arbitr. cas.* 263. *num.* 10. *Farinac. in frag. littera* O. puniturq; offendens non secus ac si ille adhuc esset in officio. *Catald. de syndic. numer.* 185. *f.* 13. Hæc tamen non habent locum in 20 electo in officialem, antequam possessionem adipiscatur: Hunc enim nec salutare, nec alio modo reuereri quis tenetur. Atque in isto fallit regula; *Proximè accingendus habetur pro accincto;* Hanc limitationem plenè explanat *Giurb. obseruat.* 91. Vbi adducit contrarium tenentes, respondet, & distinguit. *num.* 7. 10. *&* 11. *vsque ad nu.* 16. *& per tot.*

21 Itaque si quis non solum Magistratui, seu Iudicibus non exhibuerit debitum honorem; sed etiam iniuria eos affecerit, qua pœna puniendus erit? Sanè graui. *Osasc. l. si familia. nu.* 9. *ff. de iurisd. omn.* 22 *iud. Bobadil. lib.* 3. *politic. cap.* 1. *num.* 46. Ratio est, tum quia cum sint personæ publicæ, atrox est, vt dixi, iniuria. *l. Prætor edixit. §. fin. ff. de iniur. Cabal cas.* 87. *num.* 1. *&* 5. *Menoch. de arbitr. cas.* 263. *num.* 9. tum quia legis præceptum est, vt supra dixi, illis exhibere reuerentiam, & obedientiam. *l. semper. ff. de iur. immun. l.* 3. *§.* 1. *quod met. cau. l. veluti. ff. de iust. & iur. Bald. l.* 1. *C. si rect. Prou. Abb. cap. dilectus. num.* 2. *de pœn. Tiraq. de nobil. cap.* 28. *num.* 3. *&* 5. *Cartar. dec.* 75. *num.* 1. *Magon. decis. Lucen.* 29. *num.* 5. *Giurb. obseru.* 8. *num.* 1. *& seq.*

23 Tum quia qui officialem, seu ministrum Domini offendit, ipsum Principem, seu Dominum offendere videtur. *Cyn. l. si non. C. de iniur. Luc. de Pen. l. omnes stationarij. C. de cohortal. lib.* 12. *Ias. l.* 2. *nu.* 6. *ff. de in ius vocan. Cassan. de glor. mund. par.* 7. *consil.* 10. *& alij, quos citat, & sequitur Giurb. cit. obseru.* 8. *num.* 4. Tum postremò quia ipsemet Iudex Princeps dicitur. *l. sciant Principes. C. de off. diu. Iud. l. spadonem. §. si ciuitatis. ff. de excus. tut.* cũ Reip. vel ciuitati præsit, primumq; locum habeat. *Velas. de priu. pauper. par.* 1. *idem Giurb. cit. obser.* 8. *num.* 5.

24 Ex his rationibus sequitur huiusmodi delinquentem esse puniendum, etiam si offensus non petat, vt de Sacerdote est text. *l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler. Cyn. l.* 1. *C. ne quis in sua caus. Bobadill. lib.* 3. *Polit. cap.* 1. *num.* 42. *Giurb. obseru.* 8. *nu.* 3.

25 Immò nec Iudex, iniuriam remittere potest. *cap. contingit. de sent. excom. cap. Salonitana.* 63. *dist. gloss. ver. punirem. cap.* 1. *de pœn. in* 6. *Gandin. de malef. Tit. de pœn. reorum. col.* 9. *Bobad. cap.* 1. *numer.* 41. *lib.* 3. *polit.* Aliàs dignitas, decus, & honor Magistratus contemneretur. Quod ne fiat, pœnis debitis coercendi sunt impudentes, & irreuerentes, vt pœna illorum alijs terrorem incutiat, ne in hæc crimina prorumpant. *Ad text. cap.* 1. *de maled.*

26 Infertur ex dictis resolutio illius quæstionis si quis in iudicij certamine dicat Iudici: Si officio, quod exerces, non deferrem, candidè tibi responderem; & excipiat Iudex: Quid mihi cum officio? illi non deferas. Esset sanè ineptus sermo, vt contemni patiatur, contra textum. *l. obseruandum. ff. de off. Præsid.* Et si subiungeret; Dimitto officij mei insignia. Quid peius? Id enim, inquit textus *d. l. obseruandum.* non est constantis, & recti Iudicis, cuius animi motum vultus detegit, mox ad rixam deuenientes verbo, vel facto, si offensus eusfit Iudex; erit puniendus offendens respectu officij, & dignitatis. *Gugl. de Cun. l. quamuis. ff. de in ius vocan. Faber. l. seruus. C. de pœn. Cassan. consuet. Burg.*

tit.

tit. de iustit. 8. *gloss. simplex res. vers. septima conclusio. Bobadil. l.* 3. *polit. cap.* 1. *nu.* 31. Hanc opinionem tenet, & tuetur multis argumentis *Giurb. obseru.* 8. *num.* 16. *& seq.* respondetque ad contraria.

27 Addimus demum in eo quoque consistere iniuriam, si quis iussionibus Principum, seu Iudicum non obtemperauerit. Quod etiam locum habere dixit Cassiodorus. *var. lib.* 2. *cap.* 12. dum ita scribit: *Si quis studeat, vel leniter iniusta committere, & rationem reddit, quia in qualitate est, & non in quantitate peccatum: Siquidem mensuram non quaerit iniuria: imperium, si in paruo contemnitur, in omni parte violatur.* Et sanè *l. vulgaris. ff. de fur.* ad hoc propositū habet, *qui autem alicuius tetigit inquit Trebatius, totum eum videri tetigisse.*

28 Pœnam autem, qua huiusmodi delinquentes puniendi sunt, arbitrariam dixerunt. *§. in summa. Et ibi gloss. & Doctores inst. de iniur. Far. q.* 23. *numer.* 14. *&* 15. *Baiard. ad Clar. §. final. q.* 68. *numer.* 55. *Menoch. de arb. cas.* 263. *num.* 11. *Giurb. tit. obseru.* 8. *num.* 2. *vers. & Iudicis arbitrio.* Quo-

29 usque verò extendi possit hoc arbitrium, vide apud *Far. q.* 17. *num.* 34.

30 Quid dicendum de proditoriè, vt sic dicam, iniuriam inferentibus, videlicet de detractoribus, qui absentium nomen ac famam lacerant? Quid hoc mali esse dicemus, vt paucissimi oppido sint, quibus nisi hoc felle imbuta sit oratio nō videatur dulcis. Quo igitur maius, & frequentius est vitium, eo validius retundendum. Propterea non est mirum si in hoc genere delinquentes apud diuersas nationes, varijs, & grauissimis subiecti fuerint pœnis, quas refert Meronus. *In sua aula Davidica. cap.* 31. Quod si tantopere vituperanda sit improbitas eorum qui lacerant famam priuatorum; Execranda sanè est obloquendi libido in Principes, qua mortalium plærique tenentur, quasi ab omnibus essent iudicandi, qui omnibus præsunt. De pœnis contra huiusmodi maledicos statutis satis diximus supra *lib.* 1. vt non sit opus repetere.

§. XXXVI.

PAVPERES SEV CONDEMNATI PROPINAS NON SOLVANT.

SVMMARIVM.

1 *Propinas absoluti pauperes, & diuites condemnati non soluunt; Ex Const. Paul. III.*
2 *Propinas non recipiant habentes Salarium; Ex Constit. Paul. V.*
3 *Propina Iudici habenti Salarium spontè dante absoluendo per sententiam non veniunt in taxatione expensarum.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 PAnperes, qui per sententiam absoluuntur, & Diuites, qui condemnati fuerint, pro nota sententiæ, nec pro Iudicum propinis, nec quibusuis iuribus Fiscalibus aliquid soluere teneantur.

2 Superuenit postea Constit. LXXI. Pauli V. generaliter loquens. *Tit. de Iudicib. criminal. Vrb. in princ.* in hac verba: *Iudices criminales Vrbis, seu Locumtenentes, & substituti eorum, quibus certum à nobis salarium est constitutum, illo contenti, nihil prorsus etiam à sponte dantibus accipiant, neque pro sportulis, seu propinis sententiarum &c. in quibuscumque causis, etiam delegatis, & Com-*
3 *missarys.* Propterea cum à spontè danre Iudex Criminalis Propinam recepisset, & prætenderet litigator, qui dederat, illam admittendam esse in Taxa expensarum, & comparuisset in Congregatione super obseruatione reformationis Pauli V. eius Aduersarius allegabat, stante dispositione dictarum Constitutionum, non esse inter expensas ponendam, ad cuius fauorem, ac etiam generaliter die 27. Sept. 1646. fuit decretum in Cōgregatione vt infrà: *Propina soluta Iudicibus Criminalibus salarium constitutum habentibus, vel in locum eorum subrogatis in causis Commissarys refici non debent in expensarum taxatione.*

§. XXXVII.

CARCERATI RIPÆ IN VISITATIONE CAPITOLII; BVRGI IN VISITATIONE TVRRIS NONÆ PRÆSENTENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati Ripæ ad Visitationem Capitolij, Burgi ad Visitationem Turris Nonæ transportentur, ex Constitut. Paul. III. & Paul. V.*
2 *Visitationes intimandæ Camerario Ripæ, & Iudici Burgi, ex Constit. Pauli III. & Paul. V.*
3 *Ad Ripæ carceres non ducuntur carcerati, nec visitationibus interuenit Commissarius Ripæ.*
4 *In Visitationibus debent esse præsentes Iudices tam Ciuiles, quam Criminales, ex Constit. Pauli III. & Paul. V.*

VERBA

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 Carcerati in Ripa in Visitatione Capitolij; Carcerati vero in Burgo in Visitatione Turris
2 Nonæ præsententur, & Visitationes Camerario Ripæ, & Iudici Burgi per Procuratores pauperum Capitolij, & Turris Nonæ intimentur. Sequitur subscriptio Pontificis Motus proprij Placet, & ita mandatum A.

De hac transportatione dictum est supra, vbi de Carceribus Capitolij, & Burgi tractauimus *Lib.1. §.2. cap.5.* Const.LXXI Paul. V. *Tit de Carcer. & carcerat.* verba sunt eadem cum præfatis. *Carcerati in Ripa præsententur in Visitatione Capitolij; Carcerati vero in Burgo præsententur in Visitatione Turris Nonæ, & Visitationes intimentur Camerario Ripæ, & Iudici Burgi per Procuratorem Pauperum.*

De Carceratis Ripæ tractari in Visita Capitolij supra ostensum fuit, dum diximus de Carceribus Ripæ, & apparet ex decreto 1537. 21. Iun. Cap. in Rip. *Sellarius. Data cautione sub pœna crediti de se repræsentando; Relaxetur.* De transportatione Carceratorum Ripæ ad Carceres Capitolij
3 non est multum laborandum, quia, vt diximus locis supra indicatis, hoc tempore non ponuntur in carceribus Ripæ, sed recto tramite ducuntur ad carceres Capitolij. Neque est opus præsentia Camerarij Ripæ, qui non cognoscit causas per seipsum, sed deputat iudicem maleficiorum Capitolij semper in Visita præsentem. Nihilominus quia interdum contingit aliquos pro modico tempore poni in dictis carceribus Ripæ, & ibi diuersimodè grauari, erit opportunè prouidendum ex relatione Sollicitatoris Carceratorum criminalium pauperum, deputati ab Archiconfraternitate Caritatis cum menstruo salario quinque scutorum monetæ, iniunctis alijs diuersis oneribus, de quibus in *Append. §.3 cap.34.* vt innotescant carceratis, & eorum defensoribus. Sollicitator iste non debet se ingerere pro pauperibus in secretis carceribus reclusis, cum pro huiusmodi sit deputatus à Pietate particularis Visitator. De deputando illi Adiutore tractatur hodie dum hoc opus imprimitur. Quod si fiat, imprimetur id, quod ad eius officium spectabit in *Append. eod. §.3. cap.36.* sicuti *cap.35.* adiunximus impedimenta, propter quæ non possunt Rei subijci tormento vigiliæ, quæ ponenda erunt in *Appendice §.3. cap.7.*

4 Ex quibus d. §. vltimis verbis benè coniici potest mentem Pontificis fuisse, præsentes esse debere in Visita omnes Iudices, qui in ea aliquos carceratos habent, vt Visitatores ab illis de meritis informati, quid decernere expediat, melius cognoscere valeant. Neque solum id procedit in causis Criminalibus, sed expressè etiam in Ciuilibus, in vim illorum verborum Constitutionum Pij V. & & Paul.V. ibi: *In quibus omnibus relaxationibus sint præsentes Iudices, qui mandata relaxarunt, & vti edocti atque instructi de meritis causæ, rationem reddant*, vt dicetur inferius. §.11. *lib.3.* subsequentis, continentis materiam ciuilium causarum: ad quam, explicatis iam causis criminalibus, quantum instituti nostri ratio exposcit, sermonem conuertemus.

FINIS SECVNDI LIBRI.

LIBER

LIBER TERTIVS. DE VISITATIONE CARCERATORVM.

Hoc Tertio Libro diſcutienda facultas Viſitatorum in cauſis Ciuilibus; quæ materia, quia frequentior, & vtilior carceratis, maiori diligentia tractanda eſt: præſertim cum in Ciuilibus Viſitatio habeat laxiores habenas, quam in Criminalibus. Particulari Conſtitutione LXVIII. hac de re diſpoſuit Pius V. Eum ſecutus eſt Paulus V. Conſtitutione LXXI. *§.24. Tit. de facult. Viſitat. in fol. 193.* Tenores tam dictæ Conſtitutionis Pij V. quam §.24 Conſt. Pauli V. poſuimus infra declarandos. Pius V. facultates prædictas duodecim §§. complectitur. Eoſdem paucis verbis additis repetit Paulus V. §.24. Inſuper addit alios tres §§. Nos, prius verba Conſtitutionis Pij V. examinabimus, dein ſubiungemus, id quod nonnullis eius §§. addit Paulus V. necnon alios tres §§. ab eodem Paulo V. ſuper additos.

P R O OE M I V M CONSTITVTIONIS PII V.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatores relaxare poſſunt debitores ex pluribus cauſis.*
2 *Proœmium finalem intentionem Conſtitutionis aperit.*
3 *Lex noua recipit interpretationem ab antiqua.*
4 *Etiamſi adſit clauſula non obſtante aliqua lege.*
5 *Quod tum procedit in eadem materia, non in diuerſa.*
6 *Leges antiquæ abſque expreſſa voluntate non mutantur.*
7 *Lex noua generalis per antiquam ſpecialem declaratur.*
8 *Reformatio dicitur, quando diſpoſita pro parte tolluntur.*
9 *Decretum irritans tollit obſeruantiam etiam præſcriptam.*
10 *Decreto irritante, quia inductum pro forma, non poteſt renunciari.*
11 *Clauſula* (ſublata) *claudit os ad probandum contrarium.*
12 *Clauſula* (ſublata) *aufert facultatem aliter iudicandi.*
13 *Viſitatores quinam ſint remiſſiuè.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 REuerendi Visitatores Carcerum debitores à Carceribus relaxare possint ex causis infra-
2 scriptis.

NE in limine offendamus, procemium quid operetur, dicamus. Finalem intentionem Constitutionis indicat. *l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fact. ignor. l. fin. ff. de hered. instit.* Eadem verba ponit etiam Paul. V. d. §. 24. Constitut. LXXI. in qua alias Summorum Pontif. Constitutiones in ea parte, in qua non aduersantur dispositis ab ipso, confirmat. Lex enim noua recipit restrictionem, & di-
3 stinctionem secundum iura vetera. *glos. in l. sciendum. in princ. ff. qui satisd. cog. & ibi Bart. & Alex.*
4 Etiamsi adsit clausula, non obstante aliqua lege, vel
5 statuto; quod tamen procedit in eadem materia, secus in diuersa, vt scribit Ias. *d. l. sciendum. num. 2. & 4. in 2. limit. Rot. in Balneoregien. Bonorum. 30. Octobris. 1589. corā Pamphilio.* Absq. enim expressa
6 voluntate leges antiquæ per nouas, quibus non repugnant, nec mutantur, nec corriguntur. *cap. cum expediat. de elect. in 6. l. præcipimus. in fin. C. de appell. Crauett. conf. 307. num. 4.* Rot. *dec.* 126. *nu.* 10.
7 *par. 6. recent.* Immò lex noua etiam generaliter & indistinctè loquens per antiquam specialiter & distinctè loquentem explicatur. *Hond. conf. 24. post num. 27. vers. si vero non constat. lib. 1.* Etiamsi antiquam in aliquibus expresse corrigat. *Bart. in l. sciendum. nu. 1. qui satisd. cogan. Surd. conf. 453. num. 33. Rot. dec. 173. post num. 14. vers. lex enim hec nostra. par. 4. recent.* præsertim hæc Pauli V.
8 Constitutio, quæ inscribitur: *Reformatio Tribunalium.* Reformatio namque dicitur, quando disposita non tolluntur in totum; sed pro parte. *glos. in cap. statutum. vers. reformandū. de rescript. in 6. Dec. in cap. canonum statuta. in 2. lect. nu. 4. vers. & adde differentia de Const.* Reformatio est, quando prioribus statutis aliquid additur, vel detrahitur. Et dicitur alicuius rei in meliorem formā reductio. *l. maioribus. C. comm. veri iud. l. vectigalia. iuxta glos. in verb. reformare. ff. de pub. vectigal.*
8 In præfata Pauli V. Constitutione cum legatur decretum irritans, omnis contraria consuetudo, &
9 obseruātia etiam præscripta tollitur. *Gabr. de clausul. concl. 3 num. 40 Rot. dec. 302. num. 13. par. 5. &*
10 *decis. 288. nu. 15. par. 6. recen.* & quia censetur inductum pro forma, illi nec de consensu partium potest renunciari *Ias. in l. ius publicum. num. 3. ff. de pact. Alex. conf. 36. num. 2. lib. 4. Cass. decis. 10. col. 3. de rescript. Ias. in l. omnium. col. 3. vbi latè de clausula annullatiua. C. de testam.* concurrente
11 maximè clausula (*sublata*) quæ claudit ita os parti, vt nec admitti possit ad probandum cōtrarium;
12 & Iudici aufert facultatem aliter iudicandi. *Grat. discept. 79. num. 12. Rot. decis. 62. num. 8. par. 6. recent.*

Verba præfata Constitutionis Pij V. videlicet, *Visitatores Carcerum debitores à carceribus relaxare possint ex causis infrascriptis*: quæ procemij loco posuimus, habent singula suum significatum latè patens. Illa ordine, quo sunt posita, expla-
13 nabimus, excepto verbo (*Visitatores*) de quo supra aptiori loco diffusè tractauimus. *lib. 1. §. 8. & 9.*

Debitores. Occasione huius verbi videndum, de quibus debitoribus intelligatur, vtrum tam arrestati, quam carcerati includantur: & obiter Arrestorum materia plenius explicabitur.

Relaxare possint. Hic opportunè aptabitur examen facultatis Visitatorum, & quomodo ea vti debeant ex causis infrascriptis. Subijciuntur postmodum causæ in Constitutione, propter quas relaxandi sunt carcerati. Itaq; licet nihil videretur dicendū super his verbis; congruum tamen duximus subijcere multas alias causas distinctis capitibus, præter expressas in Constitutionibus Pontificijs, quarum vigore Visita mandat debitores excarcerari. Descendamus igitur ad propositam explanationem; & primo loco sit

CAPVT I.

Visitæ beneficium quibus conferatur, & quibus denegatur.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati Ciuiles digni sunt, quibus succurratur.*
2 *Paupertas, morte excepta, maius malum.*
3 *Paupertas morti comparatur.*
4 *Paupertas morte miserior.*
5 *Pauperibus vita supplicium, mors solatium.*
6 *Debitor nulli, felix est.*
7 *Debitoris infælicitas.*
8 *Debere, & mentiri, se comitantur.*
9 *Debitores mortem sibi consciuere æris alieni pudore.*
10 *Debitorem appellans non debitorem iniuriarum actione tenetur.*
11 *Libertatis pretium inæstimabile.*
12 *Carcerari peius est quam non esse, exemplo Iaræ.*
13 *Carcerati coagulum sunt omnium miseriarum.*
14 *Carcerati omni diligentia iuuandi, & expediēdi.*
15 *In Visita omnes carcerati sunt audiendi.*
16 *Fideiussor est propriè debitor: de iure contrarium tenent DD.*
17 *Fideiussor beneficio Visitæ gaudet.*
18 *Negans debitum non admittitur in Visita etiam de iure.*
19 *Negans causam priuilegij amittit priuilegium.*
20 *Mendax omne legis priuilegium amittit.*
21 *Negans debitum admittitur in Visita, si de debito non constet.*
22 *Nullitas notoria semper potest opponi.*
23 *Iniustitia notoria nullitati æquiparatur.*
24 *Debitori ex delicto beneficium Visitæ denegatur.*
25 *Debitor, & debere sunt connexa; & connexorum eadem est natura.*

26 *De-*

26 *Deberi dicitur, quod ab inuito exigi potest.*
27 *Propria res nulli dicitur deberi.*
28 *Debitor tam ciuilis, quam criminalis cogi potest ad soluendum.*
29 *Debitores omnes comprehendit Cõstitutio LXXI. Paul.V. quæ loquitur generaliter.*
30 *Debitor ex delicto est species debiti genericè sūpti.*
31 *Homo secūdum rationem sui generis dicitur propriè animal.*
32 *Creditor ex delicto propriè est creditor.*
33 *Creditorem ex delicto comprehendit Statutum loquens de creditore.*
34 *Debitor, & Creditor sunt correlatiua.*
35 *Obseruantia attendi debet.*
35 *Debitor ex delicto, si non habet in ære, luit in corpore.*
37 *Debitor ex delicto condemnatus in pœnam pecuniariam per sententiam non gaudet beneficio Visitæ.*
38 *Debitor ex delicto non gaudet in Visita remedijs dilationum, & similibus.*
39 *Debitori ex delicto, si sit pauper, & diù steterit, subuenitur à Visita, prout alijs debitoribus ciuilibus.*
40 *Debitori ex delicto subuenitur à Visita Gratiosa remedijs cautionum.*
41 *Debitores ex delicto sunt in quadruplici differentia.*
42 *Debitores pœna applicanda Fisco, seu parti propriè dicuntur debitores ex delicto: gaudent Visitæ beneficio.*
43 *Debitores criminales damnorum, seu restitutionis bonorum, non dicuntur propriè ex delicto, & gaudent beneficio Visitæ.*
44 *Debitores pœnæ applicandæ Fisco seu parti, dicuntur habere pœnam ad publicam vindictam post sententiam.*
45 *Debitores pœnæ pro damnis, seu restitutione, sunt debitores naturaliter, etiam ante sententiam.*
46 *Debitoribus pro damni refectione, seu bonorum restitutione, competit bonorum cessionis remedium; competunt etiam cætera Visitæ beneficia.*
47 *Debitoribus pro damnis, seu restitutione non est de facili concedenda cessio bonorum.*
48 *Iudicium fit sine misericordia ijs qui misericordiam non habent.*
49 *Iustus perit in iustitia quomodo.*
50 *Cessio bonorum non debet esse dolosorum præsidiū.*
51 *Debitor Cameræ, vel eius Appaltatorum non iuuatur à Visita.*
52 *Debitor non adimplens decretum Visitæ ad ipsius instantiam factum non auditur à Visita.*
53 *Debitor exprimens falsam causam non gaudet beneficio Visitæ; vel si decretum Visitæ factum sit per errorem.*
54 *Decreti Visitæ executio suspendi potest de ordine Gubernatoris.*
55 *Sententia sine actis dicitur iniusta, & est retractanda.*
56 *Sententia ex falsis probationibus nō dicitur nulla, sed iniusta; si vero sit interlocutoria, est etiam nulla.*
57 *Sententia retractatur, si causa ad non causam reducatur.*
58 *Corrigere seipsum melius quam ab alio corrigi.*
59 *Visita potest decreta sua reuocare.*
60 *Tribunal supremum non exequitur sententias iniustas.*
61 *Visitæ decreta nunquam transeunt in iudicatum.*
62 *Sententia ab eodem Iudice reuocari non potest.*
63 *In sententia potest Iudex eodem die supplere omissa.*
64 *Sententiam iniustam cum tulisset Philippus Macedo suppleuit de proprio.*
65 *Visitæ beneficio non gaudet, qui se illo reddit indignum.*

DEbitoris significatio hoc loco non ita latè patet, ac nomen ipsum natura sua. Sunt enim multi debitores qui Visitæ beneficio non gau-1 dent, vt patebit ex infra dicendis. Cæterum carcerati pro debito ciuili, de quibus solis hoc tertio Libro acturi sumus, digni forte sunt non minus quam criminales quibus succurratur. Quis nescit secundum locum post mortem inter temporales 2 miserias concedi paupertati. *Plutarchus. opuscul. Num improbitas sufficiat ad infalicitatem. circa medium.* Immò quod amplius est, sunt qui illam morti comparent. *Medic. in tract. Mors omnia sol-*3 *uit. par.1. num.102.* Ipsemet Iob quoque *cap.3.* ait: *Quare misero data est lux.* Neque defuerunt qui inter miserias paupertati locum primum dan-4 dum esse contenderint, & morti præferendum: idq. tum ex alijs, tum ex sacris litteris. *Eccles. cap.30.* probant: *Melior est mors, quam vita amara.* Et 41. æquè perspicue habetur: *O mors bonum est iu-*5 *dicium tuum homini indigenti.* Ex quibus consequens est vt pauperibus vita dicēda sit supplicium, mors solatium, vt de filijs reorum læsæ Maiestatis dicit Textus *in l.quisquis. §. filij vero. C.ad l. Iul. Maiest. Bald. in l.certa forma. C.de iur. fisc. lib.10. & in l.cum filijs. C.qui bon. cedere poss.* Quæ igitur erit miseria, si tot paupertatis malis addatur, 6 aliud æris alieni. Adagium apud Græcos, *Fælix est, qui nihil habet, infælix est, qui debet*, verissimum esse affirmabunt, qui periculum fecerūt quid 7 sit ære alieno obstrictus esse: Qui nō sunt experti legant Plutarchi opusculum cui titulus est, *Quod non oporteat fænerari. tom.2.* & quam miserum sit solum debere, intelligent. Quid magis calamitosum, quam toties erubescere, toties perfricare faciem, fugitare, latere, mentiri, dissimulare; nūc supplicem agere, nunc flagitare; palam appellari, vitari, notari digito; breuiter nunquam sui iuris esse. Duo peccata Persis fuisse scribit idem Plutar-8 chus. Primum debere; proximum mentiri. Etenim ea iudicabāt cohærere: quippe qui sunt obærati, sæpius coguntur mentiri; Eis hæc mala non de-9 fuerunt, qui pudore æris alieni mortem sibi consciuerint, vt supponit textus *in l. in fraudem. §.1. ff. de iur. fisc.* Non itaque mirum est dari actionem iniuriarum si quis non debitorem, appellet debitorem. *l.item. §.si quis non debitorem. ff.de iniur.*

10 Quod si tot ærumnis superaddantur vincula, cum priuatione libertatis, de qua cecinit ille:

,, *Nec benè pro toto libertas venditur auro.*

11 quamque inæstimabilem dicit textus *in l. si libertas. ff de reg. iur.* eiusq. infinitam esse æstimationem habetur. *l.non est singulis. §.fin. ff. eodem.* Hinc est quod adeo abhorreant homines vinciri, 12 vt potius eligant non esse. Nota est historia rela-

ta.

ta. *Genesis.cap.*38. *in fin.* de Zara, qui è materno vtero progressurus, vbi se altera manu etiam coccino ligatum ab obstetrice sensit, eam retrahens repetijt vterum; quo significabat malle se non nasci, quam vinctum egredi. Sed quemadmodum ille tandem naturæ cessit imperio; ita ipsis carceratis durum videri non debet legibus, ac proprijs obligationibus, quibus se sponte submiserunt, patienter obtemperare.

En! quam propriè debitores pauperes carcecerati ex prædictis, & alijs, quæ alibi diximus, & 13 dicturi sumus, rectè possint Coagulum omnium miseriarum nominari. Hæc à nobis ideo adducta 14 sunt, vt ij, ad quos spectat, qua possunt, maxima diligentia, carceratos adiuuent, omni sollicitudine, ac celeritate defendant, ac respectiuè expediant adhibitis remedijs in hoc opere cumulatis, ac alijs quæ cuique ipsorum caritas suppeditabit. Ad id quod proposuimus in hoc capitulo reuertamur.

Conclusio sit Omnes carceratos audiendos esse 15 in Visita, vt disponunt præfatæ, & aliæ Constitutiones loquentes de facultatibus Visitatorum.

16 Declara primo, vt licet fideiussor non possit dici propriè debitor. *l. spadonem. §. ciuitatis. ff. de excus. l. potest accipi. §. fin.* Ibi: *rei locum obtinet. ff. de fideiuss.* contrarium tamen determinent *Doctores l. bene est. ff. si certum pet.* iuxta iura allegata per Bartolum *ibi. Facit textus in l. si seruus. §. nūc videamus. ff. de verb. oblig. Barbat. cons.*86. *col.*2. *vers. & si quispiam. vol.*3. *Tusc. cons.*35. *num.*5. 17 *litt.D.* Itaque gaudebit etiam fideiussor beneficio Visitæ; quotiescumque reperitur in carceribus, ac quandoque extra carceres, vt patebit ex infra dicendis.

Declara secundo, vt cum ex præcitatis verbis Procemij facultas Visitatorum exerceatur erga de- 18 bitores, si quis carceratus in Visita compareat, & neget se debitorem non audiatur, sed remittatur ad Iudicem causæ, cuius est cognoscere merita. *Constitut. LXXI. Paul. V. §.*24. *vers. atque Præsides.* Quod etiam dicturi sumus infra §.14. Estq confor- 19 me iuri communi, cuius vigore negans illud, quod est causa priuilegij, amittit priuilegium. *l. sed hoc. §. autem. ff. de re iud. Ias. in l. quod se. num.*30. *ff. si certum pet. Barbos. magistraliter. in l. maritum, numer.*105. *ff. sol. matr. & aly relati per Sanct. de induc. quæst.*12. *num.*26 *& seqq.* vbi intelligit de dolo, vel lata culpa negante, vel de negante in specie, & non generaliter, & de persistente in negatione, vsque ad litem contestatam; penes quam videre poteris, cum non sit nostræ inspectionis. Nam de stylo Visitæ, si neget debitum, statim remittitur ad Iudicem causæ, vt dixi. Et sanè rectè tum quia si verè non est debitor, exceptio concernit merita causæ, quæ à Visita non cognoscuntur; tum quia si in tali negatione sit mendax, & re ve- 20 ra sit debitor, ob mendacium omne legis priuilegium amittit *Gabr. de acquir. possess. concl.*5. *numer.*1. 7 *&* 8. *Mauz. de fideius. sec. cap.*3. *art.*115. vbi cumulat multa mendacij præiudicia, & signanter. *num.*149. *Polid. Rip* qui duas limitationes adducit *obser.*43. *Ias.* qui pariter multa cōgerit *§. omnium autem. instit. de Action. nu.*86. *Osasc. cons.*18. *Giurb. obser.*22. *nu.*8. *vers. in pœnam sui mendacij.*

21 Vnicus casus est quo, in Visita negans debitum auditur; nempe quotiescumque notoria esset nullitas capturæ, quia de nulla carcerati obligatione constaret, quemadmodum dicturi sumus infra, vbi de materia tractabimus. §. 10. Nullitas enim, quando est notoria, & apparet ex eisdem actis, semper potest opponi qualibet lege, statuto, aut constitu- 22 tione contraria non obstantibus. *Vant. tit. quis possit dicere. de nullit. num.*51. *& seqq. Clar. decis.*142. *num.*33. prout est notoria iniustia, quæ 23 nullitati æquiparatur. *Gabr. cons.*28. *num.*4. *lib.*2. *Buratt. decis.*251. *num* 6. *& per tot. Greg. XV. decis.*330. *num.*4.

24 Limita primo conclusionē vt locū non habeat in debitore ex delicto. Etsi, cum debitoris appellatione veniat. *§. ex quibusdam. in fine. instit. de pœn. temer. litig.* contrarium videretur dicendum, conside- 25 rata proprietate verbi, *Debitor*. Nam *debere*, & *debitor* sunt connexa, connexorum autem idem est iudicium *Bald. in l. cum autem. num.*1. *ff. de neg.* 26 *gest.* deberi vero propriè id dicitur, quod ab inuito 27 exigi potest. Non enim res propriè cuiquam potest deberi. *l. Quintus Nucius. §. argento. & l. scri-* 28 *bit. ff. de aur. & arg. leg.* posse autem cogi ad soluendum tam criminali, quam ciuili debitori competit. *l. debitor.* 108. *ff. de verb. sig.* Quippe à debitore ex delicto certum est etiam ipso inuito exigi posse, quod debet ex delicto; Qua propter vti propriè debitor non videtur excludendus à beneficijs Visitæ, ad quæ admittuntur cæteri debitores, 29 eo quod Paul. V. Const. LXXI. §.24. loquens de facultatibus Visitatorum loquatur generaliter, & 30 & indistinctè, *de debitoribus*. Debitor autem ex delicto est species quædam debitoris genericè sumpti, & de illius natura participat, differtq. solum à genere simplicis creditoris ob differentiam, quæ illum constituit in specie talis debitoris, hoc est, debitoris ex delicto; Sicuti Homo secundum ratio- 31 nem sui generis dicitur propriè Animal, & secundum rationem suæ speciei dicitur Homo. *Vaconis* 32 *suis declar. sur. lib.*3. *decl.*45. Vbi quærit, *An creditor ex delicto sit propriè creditor?* Et pro affir- 33 matiua concludit subiungens statutum loquens de creditore habere locum etiam in creditore ex delicto. Eodem modo dicendum de *Debitore*, quod est 34 correlatiuum. Correlatiuorum autem ea est eadem natura, ac militat eadem ratio, adeoq. de vtroque eodem modo iudicandum. *Bul. in rub. C. de cred. num.*13. *&* 14. *Far. cons.*85 *num.*74. His tamen non obstantibus dicendum est Constitutiones Pontificum, de quibus hic agimus, loqui de Debitore ex causa ciuili vt legentibus apparet, & clarius ex 35 obseruantia subsecuta in Visita, in qua huiusmodi Debitores ex delicto ad dilationes non admittuntur; quæ obseruantia attendi debet. *l. more maio-* 36 *iorum. ff. de iurisd. omn. iudic. cum vulg.* Ratio est quia in debitore ex causa delicti habet locum regula, qui non habet in ære, luat in corpore, de qua *l.*1. *§. ff. de pœn. Houd. cons.*361. *nu.*7. *Cabal. multos casus distinguens. resol. crim.*77. *art.*1. Vt clarius apparebit ex infra dicendis.

37 Aduertendum limitationem præfatam procedere in debitore condemnato in pœnam pecuniariam per sententiam. *Clar. §. fin. quæst.*95. *num.*8. Im- 38 mò huiusmodi debitor excluditur à remedijs dilationum, & alijs quæ conceduntur carceratis pro

causa

causa ciuili: etsi non excludatur ab ijs, quæ cæteris reis criminalibus concedi solent, de quibus diximus supra, *lib. primo.* vbi tractauimus de varijs modis excarcerandi detentos pro causis criminalibus.

39 Quod si debitor ex delicto sit qui diù steterit in carceribus, subuenitur illi remedijs ciuilium debitorum. *Boer. decis. 349. num. 2. & 3. Cabal. resol. 77. num. 8. & 9. & seqq. Clar. §. fin. q. 95. num. 8. vers. hac autem omnia*, qui testatur de obseruantia Senatus Mediolani: quam etiam respectu Tribunalis Visitæ comprobant quamplura decreta supra ad alium finem allegata, & infra adducenda. Quod diximus debitorem condemnatum in pœnam pecuniariam per sententiam non esse capacem remediorum Visitæ, intelligendum est de remedijs Visi-

40 tæ ordinariæ: Nam quoad remedia Visitæ Gratiosę est æque capax illorũ ac quilibet debitor pro causa ciuili, vt diximus supra *lib. 1. §. 15.*

Vt autem hæc materia frequenter contingens, clarior fiat illã paullo latius explicabimus. Quadri-

41 partita est diuisio debitorũ pęnæ pecuniariæ ex delicto. Nam in primis pœna applicãda est vel fisco, vel parti. Rursus, aliquando debetur ratione damnorum, & interesse etiam parti; aliquando est pro restitutione facienda à delinquente. Duo primi propriè

42 dicuntur debitores ex delicto, eorumque causa criminalis; & non gaudent beneficio Visitæ. His enim soluere non valentibus alia pœna imponitur. *Bald. consil. 400. lib. 1. Menoch. de arbit. cas. 447.* Respectu vero pœnę parti applicandæ habemus decretum Visitæ, de quo infra. *§. 1. cap. 4. pro Luca.*

43 Alij verò dicuntur potius debitores ex causa ciuili, licet per accidens actum sit criminaliter. Erat enim in facultate creditoris eligere viam ciuiliter agendi. *l. nemo §. quoties. ff. de except. l. quod in haeredem. §. eligere. ff. de Tribut. act. l. interdum. ff de pub. Iud. Bald. in l. 1. ff. de appell. & in l. si quis ad se. nu. 11. C. ad l. Iul. de vi.* Ratio differentiæ inter

44 duos primos, & alios duos vltimos debitores est, quia primi duo cum habeãt pœnam inflictam à lege principaliter ad publicam vindictam, non sunt debi-

45 tores nisi post sententiam: posteriores verò naturaliter tenentur pro priuato interesse ad refectionem damnorum, & restitutionem respectiuè, etiam nulla Iudicis sententia præcedente. *Bald. in l. si nondum. num. 4. C. de fur.* Vndè consequitur hos gaudere Visitæ beneficio. *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 8. post medium. vers. nec omnino. Thes. dec. 182. num. 4. & ibi add. litt. B.* Vbi determinat

46 istis competere miserabile beneficium cessionis bonorum, quod frequentius a S. Visita conceditur, quicquid sentiat in contrarium *Farin. q. 26. num 7. vers. huneque debitorem*, ea motus ratione, quod cessionis beneficium esse debet miserorum subsidium, non dolosorum, & delinquentium præsidium; allegatque pro sua opinione. *Menoch. cas. 447. in fine.* Nam præfatis debitoribus succurrendum est aliquo remedio, ne in carceribus marcescant, cum non possit ijs alia pœna imponi, vt de primis diximus. Non enim satisfaciunt credito-

47 ribus luendo in corpore. Fatemur quidem non facile esse admittendos ad Visitæ beneficia, sed considerata qualitate personarum, debiti quantitate, carceris diuturnitate, familiæ numero, alijsque circumstantijs arbitrio Visitæ, vti etiam disponunt Summorum Pontificum constitutiones. Facit Bald. *in l. & eleganter. §. item labeo. ff. de dol. mal. & ibi add. nu. 10.* Quin etiã nihil congruentius est, quam istis miserabilibus concedere tam flebile cessionis beneficium, sicut cætera à Visita concedi solita, si concurrant tales conditiones prærequisitæ, quæ sufficientes habeantur arbitrio Visitæ, cui bene no-

48 tum est iudicium sine misericordia futurum, illis qui nolunt facere misericordiam delinquentibus. *c plerumque. §. de his vers. vnde bene leuita 2. q. 7.*

49 vbi allegat Salomonem dicentem: *Noli esse nimis iustus. est iustus, qui perit in iustitia sua.* Et ex præ-

50 dictis videtur cessare ratio Farinacc. dum sic cessionem non debere esse dolosorum præsidium. Hoc enim nos quoque admittimus in dolosis decoctoribus, contra quos omnia iura clamant, vt latè deducemus infra *§. 9 cap. 4.*

51 Limita secundo conclusionem quam *num. 15.* posuimus in debitore Cameræ, seu Principis. *Rom. cons. 42. Franc. decis. 327. Far. q. 29. num. 24. vers. Imò Belus. de re milit. par. 9. tit. de salu. conduct. num. 60. Rebuff. in comment. ad Reg. Constit. tom. 2. Rub. de litt. dilat. art. 1. num. 3. Panorm. de Priuil. Fisc. cas. 21. Menoch de Arb. iudic. lib. 1. cas. 203. num. 16. & cas. 337. num. 17. & 18. Sanct. de indue. q. 1. num. 25.* Idque etiam alias seruauit Visita. 1618. 30. Aug. Sab. *Ludouicus. Concordata Camera, siue habito consensu D. Commissarij Cameræ, & quoad alios creditores data cautione de concordando, vel se repræsentando infra sex menses, etiam irrequisitus sub pæna debiti, & sine præiudicio iurium amborum partium, relaxetur.*

52 Limita tertio ex decreto Visitæ in eo, qui non adimplet Decretum ad ipsius instantiam factum. 1563. 9. Nouemb. Nonæ. *Lucas. Nisi infra quindecim dies absermauerit decretum Visità factum dictum decretum pro irrito & nullo habeatur, cum defuerit, neć illud adimpleuerit, & dicti Iudices elapso termino procedant ad expeditionem eius causa iuxtà formam commissionum in Actis præsentatarum.*

53 Limita quarto si in decreto Visitæ fuerit expressa causa. 1612. 17. Maij. Sab. *Hieronymus. Attenta fide infirmitatis, nisi pars aduersa per totum cras subministrauerit alimenta, & medicamenta ad rationem Iuliorum quatuor quolibet die iuxtà nouissimam Reformationem Sanctissimi Domini Nostri, relaxetur gratis.* Dicta die. *In causa Hieronymi supradicti D. Gubernator postquam a Visitatione carcerum domum reuersus est, stante quod non constat de paupertate supradicti Hieronymi, moderando decretum in Visitatione supradicta ad sui fauorem factum, creditoris d. Hieronymi reposuit, & quoad illud supersederi mandauit omnino &c.* Re-

54 ctissime D. Gubernator tanquam Caput Visitæ supersederi mandauit. Nam licet senten. lata sine probationibus nõ sit nulla, iniusta tamẽ dicitur, & tan-

55 quam talis retractari debet. *Gabr. de sent. concl. 9. Osas. dec. 146. num. 16. Surd. decis. 36 nu. 5. & seqq. Grat. discept. 266. num. 10. Seraph. decis. 987. nu. 2. & 988. num. 6. Coccin. dec. 417. num. 7. Rota decis. 665. num. 3. par. 1. rec.* sicut si ex falsis probationi-

56 bus lata esset non esset nulla, sed iniusta. *Bart. in l. Diuus. num. 1. vbi Castr. & alij de re iud. Vant.*

de nullit. ex def. prot. num. 132. Nisi sit interlocutoria, & per decretum, quo casu nullam esse ducet. *Abb. in cap. 1. num. 20. de sent. & re iud. Odd. de restit. in integr. q. 77. art. 6. nu. 46. Scacc. quaest. 32. num. 21. & seqq. gloss. 14. de re iud.* Sententia etiam

57 tanquam iniqua retractatur, quando causa ad non causam reducitur. *l. si fulta. ff. de cond. sine caus. Grauett. cons. 192. num. 21 late Surd. cons. 223. per tot. & cons. 268. num. 14. & decis. 289. nu. 18. Grat. discept. 406. num. 2. Rot. dec. 29. nu. 1. par. 2. & 359. par. 6. recent.*

58 Melius est autem se ipsum corrigere, quam expectare aliorum correctionem. *§. 1. in fin. Auth. de Nupt. vers. non erubescimus. Et cap. qualiter. de accus.* Ibi: *si contra praescriptum ordinē tanquam homines excidistis, non pudeant vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores.* cum alijs cumulatis ibidem a *glos. vers. corrigere.*

59 Limita quinto in casu, quo Visita reuocaret Decretum a se factum, vel corrigeret. 1562. 4. Septemb. Capit. *Bartholomaeus contra Petrum. Domini reuocarunt significationem ei concessam, nisi soluat censum praesentis anni super domo sua impositum, quem dictus Bartholomaeus eius fideiussor soluere conatus fuit hinc ad Idus post intimationem.* Dictum fuit in decreto post intimationem, ne decipiatur sub fide publica, sed habeat tempus sibi consulendi ponendo se in tuto. Neque enim dubitari potest, quin possit Visita decreta à se facta

60 reuocare: Tum quia (stante qualitate Tribunalis supremi) res iudicatas, de quarum iniustitia constat, attendere non solet, vt de Rota dicitur. *De-*

61 *cis. 594. par. 2. & decis. 412. num. 6. par. 5. rec.* Tum etiam quia Decreta Visitae, manu regia procedentis, nunquam in iudicatum transeunt, nec quicquam impedit, quin negotio maturius discusso retractari ab eadem Visita possint. *l. quod iussit. de re iud. Crass. cons. 22. nu. 8 Surd. cons. 223. nu. 6. Grat. discept. 147 numer. 7. Scacc. de re iud. Glos. 14. q. 32. num. 22. & 23,* & ità seruatur. 1557. 13. April. In Palatio D. Guber. *Visitatores mandarunt corrigi quoddam decretum vltimo factum in Turre Nona, vbi dicitur: Hieronymus Veliternus, quod dicat Hieronymus Valetaeius; & alias, prout in dicto decreto, & reliqua stare.* Licet verum sit de

62 iure sententiam diffinitiuam ab eodem Iudice reuocari non posse. *l. si Iudex. & l. Paulus. de re iud.*

63 In ea enim euolat emissum semel irreuocabile verbum. *Surd. cons. 288. nu. 20. vers. si vero. Et nu. 21.* Potest solum omissa circa pronunciata, si concernant necessaria, supplere eadem die. *l. Paulus. de re*

64 *iud.* Hinc est quod Philippus Macedo cum dormitabundus quendam iniuste damnasset, non retractauit sententiam, sed de proprio soluit. *Scacc. de sent. & re iud. glos. 14. quaest. 32. num. 9. & per tot.*

65 Limita sexto in eo, qui culpa sua reddidit se beneficio Visitae indignum. 1567. 7. Octob. Sab. *Dominicus. Capiatur, & carceretur non obstantibus quibuscumque significationibus; attento, quod contempsit Decretū Visitae, ostenso sibi prius mandato.* Hec mandati ostensio fit per Cursorem per diem ante, & sic cum habeat tempus ponendi se in tuto, non potest conqueri deceptum fuisse sub fide publica; licet fortè nec conqueri posset mandato non ostenso, concurrente culpa propria.

Limitatio septima, quae subsequitur particulari capitulo perstringitur.

CAPVT II.

Carcerati ciuiles de partibus ad Vrbis carceres non sunt transportandi.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati ciuiles in partibus si transportentur ad Vrbem, à Visita remittuntur ad partes.*
2 *Carcerati ciuiles de partibus possunt comparere per Procuratorem coram Iudice suo in Curia.*
3 *Carcerati ciuiles in partibus cum mandato suorum Iudicum, si transportentur ad Vrbem, remittuntur ad partes, etiam si capti recto tramite ducerentur ad Vrbem.*
4 *Carcerati ciuiles in partibus etiam cum mandato A.C. non audiuntur in Visita.*
5 *Visita beneficium communicat A.C. suis carceratis in partibus.*
6 *Epistolae vis est, vt absentem longo organo ducat.*
7 *Auditoris Camerae epistola communicans facultates Visitae habet vim legis.*
8 *Auditor Camerae qua formula, & Epistola vtatur in communicanda Visitae facultate carceratis ciuilibus in partibus cum ipsius mandatis.*
9 *Carceratis ciuilibus in partibus, etiamsi sint extra Statum, cum mandatis Auditoris Camerae ipse illis communicat eius facultates.*
10 *Carcerati in partibus ciuiles, & bona capta in executione in vim mandati Auditoris Camerae alio non possunt transportari.*
11 *Carceratorum ciuilium de partibus remissio ad partes in vim decretorum Visitae.*
12 *Carceratorum ciuilium de partibus transportatio ad Vrbem non potest fieri, etiam consentientibus creditoribus.*
13 *Carcerati ciuiles de partibus non admittuntur in carceribus Vrbis ad euitanda quamplura praeiudicia, quae resultarent.*
14 *Captus in partibus cum mandato suspicionis fugae à Iudice Vrbis relaxato, si ad eius praesentiam ducatur, & mandet carcerari, est reportandus ad carceres loci, in quo fuit captus.*
15 *Carcerati de partibus ciuiles numquam reperiuntur retenti in carceribus Vrbis, sed semper remissi ad locum, vnde fuerunt transportati.*
16 *Curiam magnam non remittere, intelligitur de causis, & non de personis.*
17 *Exteri in curia apprehensi possunt duci ad carceres Vrbis, si pro debito capiantur.*
18 *Carceratorum de partibus ciuilium nullo casu permittenda est transportatio.*
19 *Carcerati de partibus criminales transportantur ad Vrbem, si causae qualitas hoc requirat.*

Limi-

1 Limitatio septima est circa carceratos de partibus. Hi non gaudent beneficio Visitæ. Res ista paulò prolixius confirmanda, eo quod ex ea pendeat status Tribunalis Visitationis, & Carceratorum Vrbis. Probatur autem ratione, & obseruantia.

Ratione quia Paulus V. in sua Constitutione LXXI. Reformationis Tribunalium Vrbis *in Bullar. fol.* 193. restringit se ad Vrbem; atque ita non est concessa Iurisdictio quoad personas carceratorum in partibus Visitationi, vti benè animaduertit in casu contingenti quidam ex Visitatoribus. Non tamen prohibetur comparere carcerati in partibus 2 per Procuratorem in curia coram iudice, qui mandata relaxauit, cui non sunt ligatæ manus, vt non possit prout de iure in causa procedere.

Hinc factum est quod obseruantia, quæ est secun-3 dum fundamentū præfatæ limitationis, subsecuta sit eiusmodi, vt quotiescumque Carcerati in partibus non informati de facultatibus & stylo Visitæ, obtinuerunt transportationem ad carceres Vrbis, toties illos, habita de hoc notitia, remiserint Visitatores ad partes, vt ex infrascriptis declarationibus, & decretis notum fiet.

Declara primo procedere in captis in partibus de mandato Iudicum illarum partium, & statim ad carceres Vrbis transmissis, antequam in carceres illarum partium detruderentur. Captus fuit in Terra Zagaroli, cum mandato Ducis eiusdem Terræ, Rodomontes, & ductus ad Carceres Curiæ de Sabellis, comparuitque in Visita Gratiosa 15. Decemb. 1622. in qua fuit dictum relaxari, tanquam nulliter retentum, quia carceres Vrbis non sunt destinati nisi ad custodiam carceratorum, qui capiuntur in Vrbe, vel suburbijs.

4 Declara secundo idem procedere in carceratis in partibus vigore mandatorum A.C. Isti enim 5 pariter excluduntur. Subuenitur tamen illis communicatione facultatum Visitæ ab ipso A.C. qui habet hanc peculiarem facultatem, vt in Constitutione XXVIII. Pauli V. *Eximiæ fidelitatis in Bullar. fol* 258.§.30. ibi: *Necnon pariter suisque in officio Auditoratus huiusmodi successoribus, quoscumque pauperes extra Romanam Curiam pro debitis ciuilibus, & vigore suorum in officio Auditoratus successorum huiusmodi arbitrio iuxta facultates desuper cōcessas Visitatoribus Carcerum Vrbis à prædictis Constitutionibus piæ memor. Pauli III. & Pij V. Romanorum Pontificum pariter prædecessorum nostrorum ad fauorem Pauperum carceratorum editis relaxandi, & relaxari faciendi &c.*

Et harum facultatum vigore, gaudent, quoties instant, carcerati de partibus, priuilegijs Visitæ, etiā Gratiosæ vigore epistolæ circularis eiusdem Auditoris ad Præsides Prouinciarum, & aliorum loco-6 rum Gubernatores, seu Prætores. Cuius epistolæ ea vis est vt absentem ducat. *l. publica. in fine. ff. depositi.* per quem textum sic dixerunt omnes Doctores, vt testatur Pyndar. plura loca allegans. *de testibus. cap 8. num. 6. fol.* 105. Habetque huiusmodi 7 epistola ex auctoritate Pontificia prædicta vim legis. *Ang. in l. item veniunt. §. penult. ff. de petit. hered.* Quod dictum Angelus declarat pro notabili. *in l. 2. C. de leg. & Constit. & in l. nemo. C. de sent. & interlocut. omn. iud.* quæ epistola con-8 cipitur sub infrascripta forma: *Quando sia ritenuto in cotesse carceri per mandato del mio Tribunale NN. e che li creditori di lui si trouino costì, communico à V.S. le facoltà della Visita, acciò se ne vaglia à suo fauore, se giudica ne sia degno, inteso, però che habbia prima li creditori nelle loro ragioni, ma se il carcerato hauesse il modo di pagare non douràrilassarsi, se effettiuamente prima non paga, & in ogni caso si compiaccia di hauer riguardo all' interesse di vedoue, di pupilli, e miserabili persone, se tali fossero li creditori.*

9 Alias consultus an essent communicandæ huiusmodi facultates pauperibus extra Statum Ecclesiasticum cum mandato A.C. carceratis, prout carcerari possunt, & solent inter cæteras personæ Ecclesiasticæ: Respondi verba Constitutionis præfatæ esse ita generalia, vt etiam hunc casum comprehendant. Verum quia extra Statum plærumq. non solum ignotæ sunt Visitæ Facultates, sicut etiam in plærisque locis Status Ecclesiastici, immò nec quid nomen Visitæ importet notum est, dixi expediens esse specificari in Curia coram A.C. qua Facultate Visitæ gaudere velit carceratus, & tunc illam specificè communicare. Exempli gratia. Si velit relaxari præstito consensu subhastationi bonorum, in litteris communicationis huiusmodi facultatis in specie concedendæ exprimantur adimplēda per carceratum, & forma decreti in Curia fieri soliti.

10 Quia vero debitores capti in vno loco aliquando ducebantur ad alios Carceres Prouinciæ, vel eorum bona in executione capta alio transportabantur, quod erat plærumque valdè præiudiciale tam creditoribus quam debitoribus, fuit etiam super hoc prouisum. Nam A.C. quoties instant, litteras scribit, vt infra:

10 *Quando siano in cotesto luogo sicure carceri dētro le quali sotto chiaue ben custodite si possino ritenere li debitori; che con mādati essecutiui di questo mio Tribunale vengono costì carcerati, non comporti V.S. che siano trasportati altroue, acciò non sentono quest' aggrauio è spesa oltre il douere: così anco non lasciarà, che li pegni, che si tolgono in essecutione per mandati dell' istesso mio Tribunale si portino in altro luogo, ogni volta, che cotesta Communità habbia approuato, & idoneo depositario appresso il quale sia sicura la depositatione di detti pegni.*

Ex quibus apparet, quod licet admittendi non sint debitores de partibus in Carceribus Vrbis, nō tamen illis desunt æquiualentia remedia facultatibus Visitæ etiam Gratiosæ, vt in decreto impresso, quod transmittitur: cuius tenor habetur. *Append. §. 3. cap. 28.*

11 Declara Tertiò, vt si aliquando tales carcerati in partibus fuerint transportati, statim de illa habita notitia, decreta pro illorū remissione ad partes facta fuerint à Visita; nec vnquam scientibus Visitatoribus permissi sint in carceribus Vrbis permanere. In confirmationem præmissorum subijciam nonnulla ex ipsis decretis Visitæ. 1625. 25. Aug. Nonæ. *Franciscus. Data cautione de redeundo ad Carceres Ciuitatis Castelli pro summa, pro qua detinetur, relaxetur, vel trāsmittatur ad Car-*

ceres dictæ Ciuitatis, quatenus instent creditores, sumptibus eorumdem creditorum, & pro executione ad D.A.C. auctoritate Visitæ." Hippolytus. *Relaxatus in Visitatione Gratiosa* Decemb.1638. *in Terra Ispelli suo promissione de se repræsentando post præsentes festiuitates, sponte constitutus Romæ in carceribus Capitolij comparuit, & fuit dictum &c.*" 1639.13.Ian Capit. *Hippolytus sponte constitutus relaxetur.*" 1630.20. Iun.Capit. *Alexander, & Franciscus diu carcerati in Carceribus Ciuitatis Lauinia, & ad Vrbem adducti reducantur ad eosdem carceres, à quibus educti fuerunt.*" 1643.[illegible] Maij Sobell. *Cæsar ductus à Terra Toffia; remittatur ad carceres dictæ Terræ Toffiæ.*

12 Declara quarto, vt nec admittantur transportari de partibus ex consensu creditorum, etiamsi ipsimet ipsorum expẽsis ad carceres Vrbis debitores suos transportare facerent. Ita fuit obseruatum pluries: præsertim in casu, in quo multa concurrebant fauorabilia pro admissione carcerati in carceribus Vrbis. Captus fuerat Bartholomæus olim Capsetius Depositarij Cameræ; Incola Vrbis per triginta, & amplius annos, qui foro cessit, & diu in Vrbe latitauit, ac postea Ameliam petiit, vbi carceratus ad instantiam creditorum sperantium posse hic facilius cum eo concordare, fuit eorum expensis post lõgum tempus ad carceres Turris Nonæ conductus. Habita de hoc notitia; Visita, nemine instante, ex officio decreuit, vt infra, etiamsi creditores essent in Vrbe, & hic contracta fuissent debita, & ipsemet debitor Vrbis incola. 1638.4. Nouemb. Nonæ. *Bartholomæus ductus à carceribus Ciuitatis Ameliæ ad instantiam suorum creditorum. Nisi intra decem ipsi creditores illum reconduci fecerint ad eosdem carceres Ameliæ cũ intimatione, relaxetur, & pro executione ad D.Præsidem, etiam auctoritate Visitæ.* Visitæ stylus fuit grauare ad reconducendum, eos qui ducere fecerunt carceratos ad Vrbem. 1645.16.Nouemb. Sabell. *Thomas, Matthæus, Petrus, Andreas ducti de partibus. Reducantur in carceribus ad partes, ducti sumptibus eorum, qui conduxerunt.*

13 Mirabar alias cur Visitatores, cum haberẽt præ oculis solam æquitatem, tam rigidè agerent cum carceratis de partibus, ita vt nulla ratione mouerentur, sed surdis auribus persisterent. Sed didici tractu temporis à maioribus, & edoctus fui experientia, rigorem huiusmodi necessarium esse ad bonum multorum, videlicet Visitatorum, creditorum, Iudicum Visitæ, Aduocati, & Procuratorum Pauperum, locorum Piorum Caritatis & Pietatis, Vrbisq. Vniuersæ; & tam de iure, quam de æquitate aliter fieri nullatenus posse absque iniuria, & damno irreparabili prædictorum propter causas quas subijcio. I. quia, vt dixi, Iurisdictio Tribunalis Visitæ restricta est ad Carceratos Vrbis, vt ex Constitutionibus Summorum Pontificum apparet, qui satis dicuntur prohibuisse Visitæ, ne se immisceret in causis carceratorum de partibus, dum, vt supra demonstraui, impertiti sunt licentiam cõmunicandi ijsdem carceratis de partibus facultates Visitæ. II. quia etiamsi haberent Iurisdictionem, illam tamen exercere non deberent in præiudicium creditorum, qui si sunt Ciues, vel incolæ, cum habeant debitorem qui consensit vt vbiq. posset carcerari, vtuntur iure suo; dum illum faciunt carcerari potius in partibus, vbi non adest obligatio subministrandi alimenta tam copiosa, & vbi tædio incommodi maioris illorum carcerum affectus debitor ardentius studebit inuenire modum illos cõcordandi. Si vero creditores sint forenses, præter prædicta præiudicia; grauarentur etiam ad constituendum Procuratorem in Curia. Et vtroque casu grauarentur notabiliter in alio, licet sit incertũ, & pendeat ex euentu, qui singulis diebus non occurrit, licet sit euentuale. Nam in Vrbe, secuto obitu Pontificis, libertas conceditur omnibus carceratis pro debitis, quo priuilegio nõ gaudent carcerati in partibus; & creditores, qui multis laboribus, & impensis debitores suos plerumq. fugientes apprehenderunt, & carcerari fecerunt alicubi extra Vrbem; si hic transferrentur in euentu Sedis Vacantis, manifesto periculo subiacerent amittendi creditum. III. grauarentur Iudices Visitæ, qui vix sufficiunt carceratis Vrbis; nec tenentur partes suas cæteris impertiri. IV. Aduocatus, & Procuratores Pauperum cõducti pro pauperibus carceratis Vrbis habent tot, quos ex officio defendere tenentur, vt non possint sufficere, etiamsi assiduè inuigilent, quin multorum protrahatur expeditio: *Vnde indebitè grauarentur, si ab ipsis aliorum defensio esset suscipienda. Ducerentur enim* solum pauperes, & quidem magno numero, cum diuites libentius permaneant in carceribus de partibus, vbi se proprijs facultatibus sustentant, & à suis solatium, & defensionem percipiunt. V. Si tanquam non obligati Aduocatus, & Procuratores pro clientibus non agnoscerent pauperes ductos ex partibus foret ipsis valde dãnosum: adeo vt æquius esset eosdem carceratos de partibus permanere in suis carceribus, quam indefensos, & cæteris in Vrbe carceratis onerosos in carceribus istis commorari. VI. Grauissimũ esset, & irreparabile damnum perpetuis temporibus, tum quia exiguæ eleemosynæ, quæ inter plurimos distribuuntur, ad minimam summam redigerentur, ita vt & ipsi, & cæteri carcerati quibus essent communicandæ, fame perirẽt, mansiones carcerum, per se angustæ, angustissimæ redderentur, & omnino incapaces. VII. Iudices occupati supra vires in cognoscendis, & expediendis captorum in Vrbe causis, nullo modo sufficerent, additis causis aliorum de partibus carceratorum. VIII. Loca Pia Caritatis, & Pietatis ad subueniendum Carceratorum necessitatibus coguntur quotannis contrahere æs alienum. Cum enim redditus annui, quos habent, non sufficiant, multo minus sufficerẽt, si etiam carceratis de paribus essent cõmunicãda legata ijsdẽ locis pijs facta, quæ sunt destinata ad vsum carceratorum Vrbis. IX. Tot sunt commoda carceratorum Vrbis tàm circa corpus, & circa causarum expeditionem, quam circa salutem animæ, vt multi in proprijs ædibus infelicius viuant in partibus extra carceres, quam Romæ carcerati, adeo vt potius eligerẽt viuere in carceribus Vrbis, quam liberi in patria sua; ac proinde si daretur aditus Carceratis de partibus ad carceres Vrbis, & sicut Vrbs communis est patria, ita essent etiam communes Carceres, ciò possimus cum Poeta dicere:

Vrbs

13 *Vrbs carcer fiat, Veios migrate Quirites.*

Equidem testari possum multos exteros captos in Vrbe, absolutis causis, non curasse liberationem eo quod, vt ipsi asserebant, in carceribus absque labore, & ex mendicatione viuerent eleemosynis, nō erubescerent incedere vestibus laceris, & à multis alijs incommodis, quibus foris subiacent pauperes, immunes essent. Quid plura? vir cætera bonæ existimationis & famæ, qui expertus hos carceres, cum fuisset excarceratus, institit apud me rogauitq. vt admitterem denuò in carceribus, concederemq. illi officium Magistri Domus Pauperū carceratorum, quod dari solet vni ex eisdem pauperibus carceratis cum emolumento duplicatæ eleemosynæ.

Igitur non mirum si Visitatores cum perspecta habeant tot præiudicia, videantq. tractari de publico, & perpetuo præiudicio prædictorum, prudenter æstimauerint non esse admittendos carceratos de partibus, etiam consentientibus non solum creditoribus, sed ijsdem Visitatoribus. Non enim habent facultatem aliorum ius tollendi, & commoda publica in incommoda commutandi; multo minus Iudex causæ, qui concessit mandatum, id facere poterit, etiamsi mandatum esset suspicionis fugæ de ducendo ad præsentiam Iudicis. Vnde capto in partibus debitore, & ducto Romam ad præsentiam Iudicis, si videretur Iudici non esse excarcerandū, iniungere deberet Birruarijs, vt illum ducerent ad carceres loci, vbi eum ceperunt ad euitanda prædicta publica præiudicia. Quod si eiusmodi debitor fuisset carceratus in partibus, & non ductus ad præsentiam, esset declaranda nulla carceratio à Iudice, qui si timeret facere causam suam, posset exquirere votum Visitæ, firmo manente in partibus carcerato.

14 Obseruantia prædicta ita inconcussa fuit, vt euolutis omnibus Visitæ decretis ab excidio Vrbis Anno M.D.XXVIII. quibus antiquiora non inueniuntur, vsque ad Annum M.DC.L. nunquam deprehenderim vlli carcerato de partibus concessam

15 transportationem ad Vrbis carceres. Nec quisquam nobis obijciat magnam Curiam non remittere. Id enim intelligitur de remissione causarum, non personarum, quæ magnæ Curiæ, & dominanti ciuitati sunt incommodo vel damno. Hinc emanarunt exilia, quæ tam frequenter iniunguntur hominibus Reipublicæ perniciosis, & expurgationes Vrbis à vagabundis. Nemini autem dubium est (stantibus prædictis) carceratos de partibus esse longè huic Vrbi perniciosiores quam sunt Vagabundi.

16 Cæterum, quæ diximus, intelligenda sunt de carceratis in partibus; non autem de exteris debitoribus in Curia apprehensis, etiamsi ipsi habentes notitiam mandatorum contra ipsos relaxatorum, & executoribus traditorum, vt eos in Vrbe caperent, se sponte in carceribus ad euitandas expensas, & dedecus carcerationis constituerint, vt alias suis dictum.

17 Hæc volui dixisse, quia, vt ego sentio, si semel fieret decretum admissionis vnius ex dictis, carceratis de partibus ex quacumque causa, quæ videretur vrgentissima, hoc sufficiens esset ad inducendū omnia prædicta. Cum enim Visitatores mutentur, & succedant alij non informati, & facile flectantur, ea quæ etiam amplius, quæ ab alijs suis Antecessoribus decreta sunt, breui futurum esset vt portas carcerum omnibus in partibus carceratis aperiri mandarent.

18 Hæc dicta sint de carceratis pro debitis: nam quoad criminales obseruatur id, quod exigit qualitas causarum, iuxta mandata Summi Pontificis pro tempore, seu ordinationes Sacræ Consultæ. Limitatio octaua pariter eget capite particolari, quod subijcitur.

CAPVT III.

Hebræos in Visita non admitti.

SVMMARIVM.

1 *Hebræi sunt à nobis seiuncti, & in loco separato reclusi.*
2 *Hebræi Pontifici capienti Pontificatus possessionem præsentant legem Mosaicam: & ponitur responsio Papæ.*
3 *In Hebræos improperia ex Euangelio, & Scripturis.*
4 *Cum Hebræis prohibemur comedere.*
5 *Cura secunda sapientiores.*
6 *Hebræi, cantata ab Auctore palinodia, sunt in Visita admittendi.*
7 *Seniorum auctoritas magnifacienda.*
8 *Hebræi potius reintegrandi sunt ad Visita beneficium, cum antiquitus admitterentur.*
9 *Hebræi admittendi sunt in Visita ex quampluribus rationibus, quæ capitibus separatis afferentur.*

VLtimo loco subijcimus Hebræos in Visita non admitti. Hi enim non cælo vt exteri, sed animo, & religione seiuncti sunt à nobis. Quid enim longinquius quam, non regionibus, sed moribus; studijs, non terris discretum esse, & quasi circumfuso Hebraicæ obstinationis æstu diuortia habere fidelium, vt dixit B. Ambros. *lib. 11. cap. 15. in Luc. post initium.* licet etiam aliqua ratione dici possint à nobis cælo seiuncti. Quippe qui degunt reclusi in loco separato quem vulgo dicimus, *il Ghetto*. Quod non est nouum, cùm priscis etiam temporibus incolerent Transtyberinam Regionem, viliorem cæteris Vrbis partibus, vt referunt quamplures Auctores: inter cæteros Baronius ad Annum XLIV. & Martialis, qui eos vocat *Transtyberinos ambulatores*.

2 Eorum votum Ecclesia laudabiliter improbat. Olim enim dum Pontifici eunti ad Lateranum, vt caperet possessionem, obuiam veniebāt ad Montem Iordanum; & genuflexi legem offerebant, lingua Hebraica legem laudantes, & hortantes Pontificem, vt illam veneraretur, Ijs respondebat Summus Pontifex: Sanctam legem, Viri Hebræi, & laudamus, & veneramus, vtpote ab omnipotenti Deo, per manus Moysis, Patribus vestris traditam; obseruantiam vero vestram, vanamq. legis interpretationem damnamus, atque improbamus; quia Saluatorem, quem adhuc frustrà expectatis Apostolica fides iampridem aduenisse docet, & prædi-

cat Dominum nostrum IESVM Christum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Ita legitur in Ceremoniali Romano *lib.1. cap. 2.* Impresso sub Gregorio XIII. Hæc tamen ceremonia à multis iam annis in desuetudinem abijt.

3 Contra huiusmodi generationem Christus. *Io.8.* dicebat: *Vos ex patre diabolo estis.* Ioannis Baptista illos increpans aiebat: *Genimina viperarum, quis vos liberabit à ventura ira? iam securis ad radicem arboris posita est.* De his. *cap. si Iudæus. de Iudæis, & Sarac.* dicitur: *Et si Iudæos, quos propria* 4 *culpa submisit perpetuæ seruituti.* Quare non mirum, si cum illis prohibemur comedere. *cap. omnes.28. quæst.1. gloss. incip. ad mensam.11. quæst.3. Turrec. ibidem, num.5. & Arebid. num.2.* Vbi limitat in casu necessitatis; vel si concurrat Episcopi licentia. Eademq. prohibitio alias emanauit iussu fel. recor. Clem. VIII. mediante proclamatione Vicarij. die 15. Augusti 1592. nu.5. & seq vt testatur *Cherub. in comp. Bull. ad Const. XLVIII. Pij IV.* 5 *dudum Schol. 1.* Hæc præ oculis habentes, & ab alijs præiudicijs metuentes Illustrissimi Domini Visitatores Hebræos à Visitæ beneficio excluserunt, licet frequenter institerint admitti, seu potius reintegrari ad illius beneficium. Ego quoque arbitratus sum partes esse Prælati Caritatis, quæ, vt ordinate procedat, debet prius exercere Caritatem erga suos, eamdem Visitatorum sententiam non solum sequutus, sed etiam totis viribus contra nonnullos aliter sentientes defendere, & propugnare multis ab hinc annis conatus sum. Cæterum cum ætate prouectior, subindè relegerem hoc opus, quod ex Horatiano præcepto non solum nonum in annum, sed amplius etiam pressi; secundæ curæ (quas Græcorum prouerbium sapientiores esse dicit) mihi subeunte, molestq. animo reuoluere, & expendere cæpi, quæ caritatis Christianæ legibus rectius conueniunt. Ideo à priori sen- 6 tentia prorsus in contrarium abij, & palinodiam cecini, vt rem istam ad pristinum statum moremq. reducerem. Etenim, vt magis serio de hoc negotio 7 sæpius cogitarem, mouebat me Maiorum nostrorum Visitatorum auctoritas, quibus debetur veneratio. Cum antiquis enim non est certandum, qui velut extra aleam hominum positi videntur, sed illis vltrò cedendum: Quippe celebrium authorum iudicio; Sapientes sunt, qui veteri vino vtuntur. Subsordida quidem, sed tamen apta vulgi sententia monet: Prospectandum vetulo latrante cane; non enim latrat temere, vt catuli solent.

8 Sciendum igitur est ab antiquis Visitatoribus fuisse admissos Hebræos in Visitatione vna cum Christianis, vt licet conijcere ex quampluribus decretis in hoc opere ad aliud effectũ allegatis; postmodũ vero à multis iam annis fuisse omni ex parte priuatos hoc beneficio quoad causas criminales; quoad ciuiles vero retinuisse beneficium dumtaxat Commissionis causarum D. Carcerum Præsidenti, absque eo quod ipsorum causæ discuterentur in Visita. Vnde apparet hodie tractari potius de illorum redintegratione ad beneficium Visitæ, quam de noua concessione gratiæ. Ideoq. facilius quod petitur concedendum est; præsertim cum non sit notum vllum inconueniens, ob quod à Visitatione fuerint exclusi; neque occurrat quidquam, quod nos Sanctorum in hac parte vestigia sequi, ijsque inhærere prohibeat. In hanc sententiam me etiam impellit non solum maiorum auctoritas, quæ ma- 9 ximã vim habet, sed rationes etiam tum morales, legales, tum aliæ, quas luculenter sequentibus capitibus adducam, & in ijs examinandis diutius, quam solitus sum, immorabor, cum negotij magnitudo id exposcat.

CAPVT IV.

In Visitatione admittendos esse Hebræos ob morales rationes.

SVMMARIVM.

1 *Sapienti ratio pro necessitate.*
2 *Ratio non deerat, sed argentum.*
3 *Humanitas hominibus miseris adhibenda.*
4 *Homo sum, humanum nihil à me alienum puto.*
5 *Animalia sibi simile diligunt.*
6 *Diligere proximum est obligatio Christiani.*
7 *Proximus tripliciter dicitur ex D. Thoma.*
8 *Proximus Christiani dici potest Hebræus.*
9 *Proximi salus procuratur operibus caritatis.*
10 *Inimici dilectio est mandatum Christi.*
11 *Inimici dilectio est mandatum generale ex D. Thoma.*
12 *Mandatum latum est Caritas.*
13 *Caritatis laudes ex D. Thoma.*
14 *Perfectio Christiana consistit in imitatione Dei.*
15 *Perfectione Christiana omnes debent esse Deo conformati.*
16 *Perfectus Christianus filius Dei dicitur.*
17 *Deus, fons bonitatis, Soli comparatur etiam à Platone.*
18 *Iudæi bene tractandi ad scandalum vitandum, & ad eorum salutem procurandam; comprobatur exemplo Centurionis.*
19 *Iudæis necessaria vitæ subsidia non sunt subtrahenda.*
20 *Iudæi non sunt malè tractandi, vt reducantur ad fidem ex D. Augustino.*
21 *Miser, qui cecidit à magna dignitate, peculiari misericordia dignus.*
22 *Iudaicæ gentis dignitas ex veteri Testamento, & ex D. Paulo.*
23 *A Iudæis testimonium Christianæ fidei habemus.*
24 *Iudæi propter quas rationes tolerandi.*
25 *Ex Iudæis natus Christus; ex ijs fuerunt Apostoli.*
26 *Iudæi à quibus anteponuntur Gentilibus.*
27 *Christus nobilius tractat Hebræos quam gentes.*
28 *Hebræorum elogium.*
29 *Iudæi, vbi plenitudo temporis aduenerit, saluabuntur.*
30 *Iudæos malè tractantes agit contra Ecclesiæ bonum, retrahentes eos à conuersione.*
31 *Iudæi blanditijs, non asperitatibus sunt trahendi.*
32 *Ad fidem allicere possumus muneribus.*
33 *Iudæa potest quis polliceri eam accipere in vxorem, vt fiat Christiana.*

34 In-

34 *Iudaeos qui sunt conuertendi, vel nunc vel in fine, si expellamus à nobis, à quibus conuertentur?*

35 *Caritate omnes prosequendi.*

1 VVlgata sententia est: Ratio sapienti pro necessitate. Non enim mouetur metu, affectu, necessitate, sed consilio omnia operatur. Quapropter proponimus sapientibus Visitatoribus rationes infrascriptas, vt deliberent, quid agendum sit cum Hebraeis. Nec dubitamus quin futurum sit, vt eos ad beneficium Visitæ absque vllo scrupulo admittendos censeant, cum rationes eius sint ponderis, vt facile persuadeant; ita vt nequeant se excusare, vel cum illo Geta Terentiano *in Phormione* dicere: *Non ratio nobis, sed argentum deerat.* Quippe in potestate ipsorum est exequi, quod proponitur.

3 Ratio prima est communis humanitas, qua cuncti mortales, humanis calamitatibus, & miserijs obnoxij humana ope, & misericordia subleuandi sunt. Nam perhumanè ille apud Comicum ait:

4 *Homo sum, humanum nihil à me alienum puto.*

Adeoque homo humanitatis officia homini calamitoso, cuiuscumque demum generis, ipsa humanitatis lege debet. Hanc legem non arbitrium, aut consuetudo propofuit, sed natura, quæ, cum animalibus quoque ingenerarit, vt sibi similia diligant, maximè tamen hominum animis diligendi sensum, & alios iuuandi affectum indidit.

6 Ratio secunda est obligatio diligendi proximum. Nam vt Christus *Lucae* 10. parabola Samaritani ostendit illum proximum esse homini calamitoso qui misericordiam in eum exercet; ita vice versa sequitur illum homini misericordi esse proximum, qui eius ope ac misericordia indiget, ac proinde nec Iudæo indigenti neganda est misericordia. Huc conferunt, quæ habet D. Thomas *opusc. De dilectione Dei, & proximi. cap.* 4. his verbis: *Tripliciter tibi aliquis proximus. Vel in re, sic quilibet verè bonus: vel opinione, sic quilibet, qui nescitur malus, vt ideo præsumitur bonus: vel spe, sic quilibet malus, de quo non sit desperandum: & si modo sit malus, speratur tamen futurus bonus, & ita spe conuersionis est proximus.* Vnde sequitur etiam Iudæum esse proximum Christiano, cuius conuersionem ac salutem omnibus modis procurare tenetur. Nulla autem re melius procuratur, quam Christianæ Caritatis operibus.

10 Ratio tertia, est mandatum Christi de diligendis etiam inimicis, quod *Matth.* 5. habetur: *Audistis quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* D. Thomas. *eodem opusculo.* ait: *Hoc mandatum generale est; sine differentia & distinctione obligans omnes naturam rationalem participantes, & libero arbitrio vtentes. Huic generali nullum derogat speciale. Nec solum generale est in subiectis, sed latum etiam in obiectis: Generale respectu eorum, qui iubentur amare; latum respectu eorum, qui iubentur amari. Psalm.* 118. latum mandatum tuum nimis. *Vbi Glossa.* Latum mandatum caritas est, in qua nullæ sunt angustiæ. Sicut igitur omnis homo sine exceptione iubetur diligere; ita & omnis diligatur domesticus, extraneus, amicus, inimicus. Et Origines: Vos benigni, vos imitatores mei diligites inimicos vestros, siue Paganos, siue Hereticos; omnes amate, erga omnes benigni estote. Hactenus D. Thomas. Et ibidem *cap.* 11. addit: *Caritas lex vniuersalis, vniuersos ligans, virtus virtutum, lex legum; non constitutio Populi, sed Principis placitum; sententia Regis Regum, quam non solum edidit, vel condidit iubendo, sed edixit, & promulgauit personaliter docendo; & adimpleuit seruando.* Quibus autē beneficētia operibus potissimum adhibenda sit inimicis nostris Paulus. *Rom. cap.* 12. explicat: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.*

14 Ratio quarta, est studium perfectionis Christianæ quæ consistit in imitatione, & similitudine Dei, qui summum bonum est, & cui tanquam Patri optimo, & benignissimo filij omnes conformari debent. Hanc rationem Christus *Matth.* 5. supradicto de inimicis diligendis precepto, subiungit: Dicit enim *vt sitis filij Patris vestri, qui in Cælis est? qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Quibus verbis innuit communem hanc beneficientiam proprium, & peculiare signum esse hominis verè Christiani, tantæque dignitatis, vt filius Dei propter hoc dicatur & sit. Vt etiam eodem *cap.* 5. *Matth.* dixit; *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Quo peculiari tessera ab Ethnicis, alijsque omnibus discernimur. Atque ad hanc differentiam significandam Christus statim addit: *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne, & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne, & Ethnici hoc faciunt?* Indeque concludit: *Estote ergo perfecti, sicut, & Pater vester Cælestis perfectus est.* Perfectio igitur Christiana in hac cōmuni beneficientia magna ex parte consistit; quæ tanto maius meritum habet, quanto minus in obiecto momenti est, quod nos ad benefaciendum moueat. Quod autem Christus Deum bonitatis fontem, & ipsum per se summum bonum Soli comparet; idem fecit Plato. Vndè summum illud bonum sine liuore, & inuidia æqualiter se diffundere, & omnibus communicare *in Timæo* affirmat.

18 Ratio quinta ex ijs, quæ dixi, nascitur; se obligatio ad scandalum apud Iudæos, aliosque fidei nostræ aduersarios euitandum, & ad ipsorum Iudæorum salutem procurandam. Hanc rationem adduxit B. Paulus 1. *ad Corinth.* 16. seque in exemplum ad imitandum cunctis fidelibus proponit. *Omnia,* inquit, *in gloriam Dei facite: sine offensione estote; Iudæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.* Eadem ratione vtitur D. Thomas, *Opusc.* 2.1. *de Religione Iudæorum ad Ducissam Barbantiæ.* Vbi docet, quod licet Iudæi seruili sint conditione, & bona ipsorum iniquioribus vsuris expressa, Principum fisco iure quodammodo vindicari possint; mitius tamen & benignius cum ipsis agendum: *Quia,* inquit, *oportet nos honestè ambulare, etiam ad eos, qui foris sunt, ne nomen Domini blasphemetur, vt*

Apo-

Apostolus fideles admonet suo exemplo, vt sint sine offensione Iudæis, ac gentibus.

Sane Iudæos benignitate capi, & ad Christum sensim adduci illustri exemplo historia Euangelica docet. *Lucæ cap.* 7. Vbi seniores Iudæorũ Christum Dominum adijsse, & sollicitè rogasse legimus, vt Centurionis Gentilis seruo ægrotanti sanitatem restitueret. Rationes autem, & ob quas ipsi pro Gentili intercesserint, & à Christo eum sanandum existimauerint, ibidem adiungit: *Quia dignus est, vt hoc illi præstes: Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.* Mouentur quidem Iudæi ratione humana, & naturæ dictamine, quo benefacientibus bene cupimus, & gratiam referre studemus. Itaque S. Thomas loco proximè laudato 19 in omni etiam durissima tractatione, hoc moderamen circa Iudæos seruandum ait, vt necessaria vitæ subsidia eis nullatenus subtrahantur. Vide 20 S. Augustinus *Serm.* 15. *in appendice de diuersis*: grauiter eos obiurgat, qui immitius cum Iudæis agunt, sub pietatis prætextu, quasi denegando humanitatem, duriusque habendo, cum facilius eos ad veritatis agnitionem adducere possint. *Hic fortasse*, inquit, *vt audias hanc vocem ne tibi dicat Christus, vestitus sui, & spoliasti me, mutata consuetudine cogitas spoliare hæreticum, vel Iudæum, & vestire Christianum. Et hic respondebit tibi Christus, immo nunc respondet: Bene damnas meos. Cum enim tu, qui Christianus es, spoliasti Iudæum, impedis fieri Christianum. Et tamen, si adhuc forte respondebis: Ego non ex aliquo odio pœnam ingero, sed de dilectione potius disciplinam, Ideo spolio Iudæum, vt per asperam, ac salubrem disciplinam fiat iam Christianus, sed hanc quoque retorsionem, vt maximè auaritiæ prætexta explodit.*

21 Ratio sexta: Peculiari misericordia digni, qui ex summa dignitate ad extremam miseriam, & calamitatem reciderunt. Iudaicæ autem gentis digni22tatem, præ cæteris cunctis Nationibus Sacræ litteræ passim asserunt; quod, & peculiariter à Deo electa fuerit, & promissiones de Messia ab Abrahæ semine nasciturо acceperit, Quod Deus legem digito suo scriptam per Moysen ipsis dederit, quod Prophetarum oracula eisdem fuerint concredita; Quas prærogatiuas, vt & alias plures S. Paulus cũ alibi, tũ maximè ad *Romanos cap.* 9. his verbis explicat. *Qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum Patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Hinc Spiritus Sanctus iam olim per Prophetam *Psal.* 147. dixit: *Non fecit taliter omni nationi.* Quare Theophylactus post Chrysostomum in *Epist. ad Coloss. cap.* 3. scribit: *Magni quid antiquitus videbatur ex Iudæis esse, & ab illa Hebræorum gente traxisse originem.* Hac dignitate cum miserrima natio iam pridem, iusto quidem, sed tremendo Dei iudicio exciderit, non insultandum calamitati, sed omnibus potius Caritatis officijs subueniendum. Nam Paulus eorum exemplo Dei iudicia timenda docet *cap.* 11. *ad Romanos* his verbis: *Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, noli gloriari.* Et paulo infra: *Ergo fracti sunt rami, vt ego inserar: bene propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time.*

23 Ratio septima: Habemus etiam ab illis testimonium fidei Christianæ, & memoriam præ oculis Dominicæ passionis: ob quod hos potius quam Saracenos, & alios Idololatras toleramus; ipsi enim colunt vnum, & verum Deum quem colunt Christiani, eorumque ritus olim fuerunt liciti, & repræsentatiui, & habuerunt aliquid veritatis, vt ait 24 D. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 11. *Zabarell. & Imol. in Clem. vnic. de Iudæis. Emeric. in Directi. Inquisit. par.* 2. *q.* 46. *nu.* 13 *Peni. ibid. in Comment.* 73. *Ita G. Royds de Hæret. par.* 2. *n.* 568. *& seq.* vbi ponit plures rationes, propter quas hæretici tolerantur. Vide S. Bernardum *Ep.* 322. *ad Episc. Cler. & Popul. Spiren.* Vbi dicit Hebræos esse testes nostræ Redemptionis nec esse persequendos.

25 Ratio octaua quæ affinis est prædictis: Ex gente Iudæorum, natus est IESVS; qui eam tanti fecit, vt cum nec falli, nec fallere possit, ex illa Apostolos elegerit, ijsque primitias spiritus concesserit. 26 Vnde D. Ambrosius *lib.* 4. *de Sacram. cap.* 30. *& in Epist. ad Romanos cap.* 1. *&* 3. Vbi dicitur: *Iudæo primum, & Græco.* Et iterum: *Iudæi primum, & Græci.* scribit; *semper gentili Iudæum* 27 *anteponit prærogatiua Patrum*; Immo longè nobiliori modo in sacris litteris tractantur Iudæi. Eos Christus filios, gentes autem canes appellauit in responso, quod dedit Chananeæ. Testimonium quoque habemus *Sapient.* 12. de gentilium filijs: Nequaquam est natio eorum, ac semen maledictum. 28 & è conuerso de Hæbreis elogiũ illud *Deut.* 4. legitur: *En populus sapiens, & intelligens. Neque alia Natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.*

29 Ratio nona, ac vltima est: Quia licet Hebræorum error, & obstinatio Christianis merito displiceat, nihilominus non decet, vt dicit Sidonius Apollinaris, condamnabiles pronunciare. Dum viuunt de eis sperari potest, quibus suppetit posse conuerti. Certe vbi plenitudo gentium intrauerit, tunc & Iuda saluabitur, vt legimus in Isaia, & ex alijs Sacræ scripturæ locis, constatque Sanctorum Patrum testimonijs. Apostolus *Rom. cap.* 11. ait: *Nolo vos ignorare, quod cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret*, & infra: *Nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur.* D. Augustinus *de Prædest. Sanct. cap.* 16. loquens de Iudæis sic habet: *Inimici, quia permisit Christus, vt interficerent Christum, & sic redemptio in omnes redundaret, sed secundum electionem, idest, prædestinationem amici propter Patres, quia tandem conuertentur, scilicet ob eorum merita, & factas illis promissiones.*

30 Quæ cum ita sint, in Remp. & contra generale Ecclesiæ Catholicæ bonum, fideique nostræ progressum agit, qui Hebræos malè tractat, vtpotè à conuersione retrahens; quos blandimentis, lenitate, 31 ac beneficijs omnib. allicere debemus; Hoc enim, immò etiam maiora fides meretur, si rectè sapimus, quod refert Gratianus *dist.* 45. *c. sincera.* Vbi Gregorius

gorius Paschasius Episcopo Neapolitano scribens ait: *Qui syncera intentione extraneos à Christiana Religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere, ne quorum mentem reddita ratio à plano poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quam Dei causas probantur attendere.* Deinde exemplum subnectit Iudæorum; tandem concludit: *Agendum ergo est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere, vt eis ex eorum codicibus ostendentes, quæ dicimus, ad sinum Matris Ecclesiæ Deo possimus adiuuante conuertere.* Rursum ei *quam pio*. dicitur quod ad Dei

32 cultum quispiam interuentu muneris prouocandus est, sola excepta pactione. Nam dando, & honorando, & ad dignitates exaltando, ait gloss. *ver. interuentu*. & loquendo possumus blandiri infidelibus, quatenus conuertantur. Hinc Augustinus *ad Maced. relatus. c. debet* 23. *q.* 4. scribit: *Debet homo diligere proximum tanquam se ipsum; vt quem potuerit hominem, vel beneficentia consolatione, vel informatione doctrina, vel disciplina coercitione ad ducat ad colendũ Deum.* Idem Augustinus ad Donatum Presbyterum habet *dist.* 23. *q.* 7. *c. quod autem*. Ex quo cum glossa illius decreti argumentum sumimus, posse nos pecunia aliquos allicere ad fi-

33 dem sub tali conditione. Potest etiam Christianus mulieri Hebrææ polliceri se eam accepturum in vxorem, si fiat Christiana.

34 Si itaque modo conuerti singuli possint, & post ingressum plenitudinis gentium conuertendi sint vniuersi, vt diximus; Profecto si nos eos repellimus, quæ tandem supererit spes eorũ salutis, quam neque per hæreticos, neque per Turcas, aut gentiles consequi possunt, sed per solos Christianos. Eos autem nequaquam reducemus malè tractando, vt diximus supra ex Augustino; sed vt docemur etiam varijs Summorum Pontificum Constitutionibus infra *cap.* 6. referendis; beneuolentia prosequendo, & alliciendo. Caritas enim non discernit, & licet benefaciendum sit domesticis fidei, non tamen alij sunt excludendi, sed eleemosynis, alijsque pijs operibus confouendi. Hac ratione Hebræi plærumque magis pertrahuntur ad fidem, quam prædicationibus & disputationibus.

CAPVT V.

In Visitatione admittendos esse Hebræos ob legales rationes.

SVMMARIVM.

1 *Iudæis conueniunt quæ concernunt ius Politicum legale.*
2 *Iudæi ligantur consuetudine.*
3 *Iudæi ligantur statutis.*
4 *Hebræi sunt de populo Ciuitatis, non Ecclesiæ.*
5 *Hebræos Visitatio Carcerum comprehendit.*
6 *Iudæi indistinctè, vt Christiani iudicantur.*
7 *Iudæi iuuantur præscriptione contra Christianos.*
8 *Iudæi vtuntur rigore contra Christianos.*
9 *Iudæi admittuntur ad purgationem moræ, iuramentum suppletorium, restitutionem in integrum.*
10 *Iudæi iudicandi secundum æquitatem respicientem merita, seu qualitatem negotij, siue scripta sit, siue non scripta.*
11 *Iudæi iudicantur secundum æquitatem respicientem personam, dummodo sit scripta.*
12 *Iudæi non iudicantur secundum æquitatem scriptam contra Christianum, cui assistit rigor iuris.*
13 *Iudæi non iudicantur secundum æquitatem respicientem personam si non sit scripta.*
14 *Hebræi gaudent immunitate, gaudere debent & Visitatione Carcerum.*
15 *Iudæi comprehenduntur sub generalitate Constitutionum super Visitatione Carcerum.*
16 *Iudæi pauperibus non sunt subministranda alimenta, quia aliundè habent.*
17 *Iudæi admittuntur ad cessionem bonorum, & gaudent dilationibus.*
18 *Iudæi decreta pluries in Visita obtinuerunt etiam Gratiosa.*
19 *Iudæi tractandi in Vrbe benignius, quam alibi.*
20 *Iudæorum tolerantia antiqua.*
21 *Iudæi à Principibus Christianis sunt tolerandi.*

ADmittendos esse Hebræos ad Visitationem comprobari potest etiam legibus, & Ponti-

1 ficum sanctionibus. Primo Hebræis conueniunt ea, quæ concernunt ius politicum legale de iure communi. *l. Iudæi communi Romano iure viuentes. C. de Iud. Becc. cons.* 84. *num.* 7. *Natt. cons.* 620. *nu* 9. *Rimin. Iun. cons.* 653. *nu.* 34. *Surd. cons.* 622. *nu.* 24. *& cons.* 133. *num.* 2. *&* 3. *Idem de alim Tit.* 2. *q.* 15. *num.* 74. *Tiraq. de iure Primog. q.* 66. *num.* 1. *& seq. Mantic. de Tacitis. lib.* 21 *tit.* 8. *num.* 6. *Rota in Romana Alimentorum* 11. *Ian.* 1621. *coram Manzanedo. Ricciul. de iure person. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 3. *& cap.* 20. *num.* 6. Disponitur etiam *cap. sicut Iudæi. §. ad hoc malorum: de Iudæis*. vt nemo cœmeterium Iudæorũ mutilare, vel inuadere audeat. Item in Statutis Vrbis. *lib.* 2. *cap.* 78. leguntur assignati campi particulares pro sepultura Iudæorum. Conueniunt ijsdem etiam ea, quæ concernunt consue-

2 tudines: *Surd. de Alim. vbi supra. num.* 63. *Tiraq. d. q.* 66. *num.* 1. *&* 2. *Ricciul. cit. cap.* 14. *num.* 4. *verb. extendit. Bocc. de Curt. in cap fin. de consuetud. nu-*

3 *mer.* 752. vt & ea, quæ sunt de iure Statutario, illos ligant: *gloss. in c. ius Quiritum. dist.* 1. *& in cap. post miserabilem. vers. Princeps. de vsuris Io. Andr. Butr. & reliqui in cap. gaudemus. de diuort. Rol. cons.* 25. *num.* 25. *lib.* 2. *Becc. cons.* 84. *num.* 7. *Laderch.*

4 *cons.* 115. *num.* 3. *lib.* 1. Sunt enim Hebræi de populo Ciuitatis, quamuis non sint de populo Ecclesiæ. *l. Christianis. C. de Paganis. Auth. de Quæstor. in princ. gloss. in cap. miserabile de elect. Bald. in l. hostes. ff. de capt. & alij, quos citat, & sequitur Ricciul. de iure person. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 4. Quocumque

5 igitur iure inducta sit carcerum Visitatio eos comprehendit.

6 Deindè indistinctè iudicantur, vt Christiani, nulla habita ratione, an dispositiones sint fauorabiles,

biles, vel odiosæ, *Barbat.conf.29.lib.3.Corn. conf. 260.in fin.lib.3.Parif.conf.2.num. 29. lib. 4. Surd. dec.133.num.2.Ricciul. de iure perfon.lib.2.cap.14. num.* 14. Hinc est quod iuuentur præscriptione aduersus Christianos. *gl. in c.porro.16.q.3. quam dicit singulare Rom.cōs.489.& sing.80.quod incipit: Iudaus.Tiraq.de iure primog.q.66. n.8.Marquef.de Iudæis,par.2.nu.3. quos citat, & sequitur Ricciul. de iure perfon.lib.2.cap.14. num.* 13. Ex quo infert *Natta conf.620.* Hebræū vti rigore aduersus Christianum. Nam præscriptio est rigor, & iniquissimum præsidium aduersus æquitatem. *glof.in c. ius generale.1.dist.Natt.conf.620.nu.6.* contrarium tamen videtur teneri *Archid.2.q.7.cap.pagani nu.2.* Multo magis gaudere debet æquitate aduersus rigorem. Quare non mirum si admittatur ad beneficiū purgationis moræ, iuramenti suppletorij, in integrum restitutionis, & similium. *Felin.cap.2.nu.50. de Iud. Tiraq.de iure primog.q.66. nu.7.verf.ex hac Rip. in l.si insulam.nu.11.ff.de verborum oblig. Natt.conf. 620.num.19.Curt.Iun.in l.fin.num.4.& 5. C. de eden.Et in l.admonendi.nu. 72.ff. de iure iur.Surd. de Alim.tit.2.quæst.15.num.79.Grat.discept. 658. à num.24 ad 30.Farin.in frag.litt.I.num.603.cum seqq.& in praxi de carcer.q. 29. num. 47. Sanct. de Iudue.cap.32. num. 9. Rota. in Romana Alimentorum coram Manzanedo. 11. Ian. 1621. Ricciul.* qui alios citat, & refert alia fauorabilia pro Hebræis. *de iure perfon.lib.2.cap.20.nu. 16.& seq.Et cap.21. n.* 11. Quodque iudicandus sit Hebręus secundum æquitatem, non secundum rigorem procedit, siue æquitas respiciat merita, siue qualitatem negotij. Tunc enim, siue sit scripta, siue non scripta, ab ea non receditur ex qualitate personæ. *cap.cum inter. §. inquisitione. verf. vnde in talibus. de except.* Vbi etiam subijcitur ratio, quia non inspicitur fauor personæ, sed iudicantis, siue etiam respiciat personam, sed sit æquitas nō scripta, quæ nihil aliud est, quam lex naturalis. *Bald.in l.omnes populi. nu. 10. ff.de iust.& iur.Dec.conf.36.num.42.lib.1.* quæ habetur pro iure, quo Iudæi vtuntur, vt supra probauimus in initio capitis; Itā *Ricciul. de iure perf. cap. 20. nu. 4.& seq.* qui etiam infert multa Hebræis fauorabilia, & limitat *numer* 8. vt non procedat quotiescumque cum æquitate scripta ad fauorem Hebræi concurreret rigor scriptus, qui assisteret Christiano. Exemplificat vero in casu, quo vxor Hæbræi effecta esset Christiana. Tunc enim Hebræus non gaudet beneficio, vt non conueniatur, nisi in quantum facere potest, secundum dispositionem *l.maritum.ff.sol.matrim.* Quia est de ęquitate, & iuris rigor stat pro Christiana. *Bal.Nouel.de dot. par.11.nu.4 & 5. verf. & idem.* Tantò igitur magis ad beneficium Visitæ admittendi sunt Hebræi.

Secus si æquitas scripta non reperiatur: ne sint melioris conditionis Christianis. *DD. in l. placuit. C. de Iudic. de quo eleganter Pacbin. lib. 1. contru. cap.3.Natt.cit.Conf.620.nu.6. Mafcard. de Iudæis. par.2. cap. 5.num 6.* nam quando æquitas non est scripta, rigor solummodo attendi debet. *l. 1. C. de legibus. & ibi Bart.Castr. & alij. Sanct. de induc. cap.32.num.11.*

14 Rursus quotiescumque immunitas loco certo conceditur, comprehendit etiam Iudæos, & infideles eo in loco habitantes. Ex quo sequitur Visitæ beneficium concessum locis carcerum debere suffragari omnibus in eodem loco existentibus, adeoque & Iudæis. Hebræos gaudere quacumque immunitate Christianis concessa tenuerunt *Bald.in l.spadonum.§.cum autem ff.de excuf. tut. Tiraq. de iure primog.q 66 num.4.* Et de magis communi testatur Mascardus. *de prob.concl. 944. numer. 25.* alijque relati a *Sanct.de In.iue.q.32.nu.10.*

15 Deinde cum verba Constitutionum Summorum Pontificum de beneficio Visitæ loquentia, sint generalia, apta sunt comprehendere etiam Iudæos, qui sunt de populo, & ligantur legibus, etiam muncipalibus, vt paulo supra diximus. *num.* 1. Neque

16 vrget quod dicit Ricciul. *de iure perf.cap.21.nu.8. lib.2.* Clementem VIII. & Paulum V. declarasse Constitutiones dispositionum loquentes de facultatibus Visitatorum in ea parte, in qua disponunt carceratis pro debito ciuili esse alimenta subministranda non comprehendere Iudæos; tum quia (omisso quod per Clem. VIII. ità declarari nullibi reperire potuerim, nec alij forte reperturi sint, cum hęc controuersia orta fuerit sub Pontificatu eius successoris Pauli V.) non emanauit huiusmodi declaratio, eo quod Hebræi sub verbis generalibus dictarum Constitutionum non comprehendantur, sed quod aliundè habeant alimenta: tum quia exceptio huiusmodi firmat regulam in cæteris contentis in dd. Constitutionibus.

17 Adhæc Hebræi de iure admittuntur ad cessionem bonorum, vt firmabimus infra. *§.* 8. Quodque debeant gaudere saluis conductibus, quod alio nomine idem est ac dilationibus, tradunt *Socc.conf. 63.num.16.lib.1 Mafcard.de Iudæis part. 2. cap.5. num.7.Far.litt.I.in frag.nu.607. Sanct. de Induc. q.32.num.9.* Quæ dilationes plærumque in Visita conceduntur. Vndè nulla ratio patitur, vt ab ea excludantur Hebræi.

18 Accedunt decreta alias in Visita facta pro Iudęis in hoc opere passim relata, quæ tollunt omne dubium, si quod esset, vti re vera nullum est. Quæ adeò certò procedunt, vt licet videretur dicendum non esse admittendos ad beneficium Visitę Gratiosæ in odium sectæ Iudaicæ, nihilominus non solum priscis tēporibus, vt apparet ex infrascripto decreto; sed etiam hoc nostro sæculo indistinctè pro Christiani, vt admittuntur. 1577. 12. Decēb. Sab *Saluator Hebræus. Data cautione de redeundo ad Carceres post festa, etiam irrequisitus, sub pena debiti. pro quo detinetur, relaxetur: & interim ad D.Bernardinum Cottam.*

19 Item etiamsi Hebræi in alijs locis forte non gaudeant huiusmodi beneficio, profitentur tamen Greg. XIII. & alij Summi Pontifices in suis Constitutionibus, quas infra relaturi sumus, in hac sancta Ciuitate Hebræos benignius quam alibi tractari, vt facilius resipiscant. Atque ob hoc à nostris Prædecessoribus in Visitatione admissi fuerunt; in quo etiam fundatur vna ex causis, propter quas tolerantur, vt patebit ex infradicendis.

20 Tolerantiam Hebræorum etiam de iure ciuili; non solum alibi, sed etiam Romæ, antiquissimam fuisse, habemus textum *in l. Spadonum. §. sā etiam. ff.de excusat. & in l. circumcidere ff. ad l. Corn. de sicar.* De iure quoque canonico tolerandos esse Hebræos, præter ea, quæ supra deduximus, probat textus

21 textus *cap. sicut Iudæi. & cap. qui syncera. dist. 4.* & à Principibus Christianis permittendos esse, dũmodo delicta non committant, propter quæ debeãt expelli, latè firmat post alios Mascard. *de Susaneis in tract. de Iudæis, & alijs Infidelibus. par. 1. cap 6. quem citat Sanct. de Induc. cap. 32. in princ.*

CAPVT VI.

Hebræos esse admittendos in Visita in vim Constitutionum Pontificum: vbi de licentijs fœnerandi.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi tolerandi in testimonium fidei, & benè tractandi vt resipiscant, ex Pontificum Constitutionibus.*
2 *Iudæorum familiaritas Christianis interdicta.*
3 *Iudæorum actus familiaritatis, quinam sint Christianis prohibiti.*
4 *Iudæi cur signo particulari vti debeant.*
5 *Iudæi qua occasione Ferrariæ iussi sunt signum deferre.*
6 *Iudæis à Pontificibus conceditur licentia fœnerandi.*
7 *Iudæis non concedit Pontifex extra statum suum licentiam fœnerandi, nisi instantibus eorum Dominis temporalibus.*
8 *Tolerantiæ formula concedi solita Iudæis.*
9 *Capitula inter Cameram & Iudæos pro fœnore exercendo.*
10 *Tolerantia fœnerandi concedenda per acta Brunori Cameræ Apostolicæ Notarij.*
11 *Iudæi quorum iurisdictioni Romæ sint subiecti.*
12 *Iudæorum odium in Christianos quousque se extendat.*
13 *Iudæorum causæ post illas Christianorum in Visita discutiendæ, & quomodo.*
14 *Iudæorum alimenta & expensæ ab eorum Vniuersitate subministranda.*

EXtant demum quamplurimæ Summorum Pontificum Constitutiones, quæ fauent huic sententiæ; Verba nonnullarum id comprobantia afferre contenti erimus.

1 Paulus IV. Constitutione III. *in Bullar. fol. 589.* Ibi: *Considerantes Ecclesiam Romanam eosdem Iudæos tolerare in testimonium veræ fidei Christianæ; & ad hoc, vt ipsi Sedis Apostolicæ pietate, & benignitate allecti, errores suos tandem recognoscant, & ad verum Christianæ fidei lumen peruenire satagant.*

Pius V. Constit. LXXX. *in Bullar. fol. 209.* habet: *sed Christiana pietas hunc ineluctabilem casum illorum in primis commiserans, illos humaniter passa sit apud se diuersari, vt scilicet, crebro illorum intuitu passionis Dominicæ memoria fidelium oculis frequenter obuersetur, simulq. illi exemplis, doctrina, monitis ad conuersionem, & salutem, quæ reliquiæ Israel Prophetæ oraculo futura est). amplius inuitentur, à qua si Christianorum sedibus expulsi ad eas gentes, quæ Christum non norunt, diuerterent, magis, magisq. alieni redderentur.*

Greg. XIII. Constitutione LXX. *fol. 340.* Ita de Hebræis: *Hebræi non maiorem in cuiusquã ditione clementiam, quam in Christianorum Prouincijs, maximè vero in Apostolicæ pietatis gremio inuenerunt, quæ pro eorum conuersione laborat, eos misericorditer excepit, atque in cohabitatione vna cum filijs suis sustinuit, ad veritatisq. lumen allicere pio semper studio conata est, rebusque ad vitam necessarijs iuuit, iniurijs, & contumelijs prohibuit, multis denique beneficentia sua priuilegijs circumuniuit.*

Clemens VIII. Constitutione XIX. *fol. 17.* ait: *Ecclesia tolerat Hebræos in testimonium fidei, & in memoriam passionis Dominicæ, atque vt tandem resipiscãt, Iudaica cæcitate abiecta, ad verum Christi lumen conuertantur.*

2 Quia vero eorum familiaritas potest nobis esse satis perniciosa, ideo à Sacris Canonibus nobis prohibetur. *cap. ad hæc. de Iudæis.* & per consequẽs, etiam actus familiaritatem, aut indecentiam inducentes. Hac de causa Congregatio Sanctæ Inquisitionis alias mandauit non expediri ad fauorem Hebræorum facultatem medendi Christianis, & alias expeditiones contra Sacros Canones; quas postea declarauit esse infrascriptas relatas à Sanchez. *ad præcept. Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 31. num. 4.* Videlicet: *Habitare cum Iudæis; azymos panes comedere; eorum medicos accersere; ab ijs medicinas exhibitas accipere; simul cum eis in balneum ingredi; eos inuitare; ad eorum conuiuia accedere; filios in eorum domibus nutrire; Hebræis famulari; superioritatis vinculo eis subijci; eos publicis officijs fungi inter Christianos;* quæ etiam diuersis Summorum Pontificum Constitutionibus fuerunt prohibita, vt & alia quamplura.

4 Hinc propterea factum est, vt signo peculiari à Christianis distinguantur, vt dignosci, & euitari possint. *cap. nonnullis. de Iudæis.* cuius Constitutionem secutus Carolus V. in Regno Neapolitano idem statuit. *Pragmat. quæ incipit. Et quia perfidorum.* Idem mandarunt Paulus IV. & Pius V. ille Const. III. hic Const. VII.

5 Vtinam omnes Principes sæculares idem in dominijs suis seruarent, & æmularentur exempla non solum suprascriptorum, sed etiam claræ mem. Alphõsi II. Ferrariæ Ducis. Dum interesset Concioni P. Benedicti Palmæ è Societate Iesu, celeberrimi concionatoris, eo die Quadragesimæ, qua in Missa legitur Euangelium; *Generatio hæc quærit signũ:* & arrepta occasione cõcionator conuersus ad Ducem dixisset: Serenissime Domine, generatio hæc quærit signum; det signũ, quia re vera signandi sunt, & ab alijs distinguendi, Multaq. adduxisset in comprobationem huius sententiæ, Serenissimus Dux eos signo à cæteris præcepit distingui.

6 Præter prædictam Summorum Pontificum benignitatem permittendi Hebræos, vt in ipsorũ dominijs permaneant, (quæ illis communis est cum Principibus sæcularibus) est & alia propria Summorum Pontificum pertinẽs ad licentias fœnerandi in Constitutione LXVII. Clementis VIII. *Bullar. fol. 67.* Quæ cum amplissimas facultates concedat Camerario

rario, inter cæteras initio §.14. legitur: *Volumus, vt de cætero tu, & successores tui à concedendo Hebræis extra Statum nostrum Ecclesiasticum licentias fænerandi, quas Tolerantias appellant, abstineatis.* 7 Has si interdum ipsemet Pontifex concedat, nonnisi ad instantiam Dominorum temporalium locorum, vbi sunt exercendæ, concedit; cum 8 articulis constituendis ab ijsdem Dominis temporalibus. Quibus non ingratum fore speramus, vt ex nostris quoque, si speciminis gratia tam formulam Tolerantiæ concedi solitæ à Camerario in Statu Ecclesiastico, Romæ, Anconæ, Ferrariæ, Aue9nione, vt §.3. *in Append. cap.24.* quam capitula ab eodem Camerario firmata, & à fel. record. Sixti V. confirmata illis exhibeamus. Quapropter ea posuimus *in Append. eodem §.3. cap.26.* Hæc forma, 10 & capitula, vt facilius & ad vnguem obseruentur, nec in aliquo immutentur constitutus est Notarius particularis Cameræ, per cuius Acta expeditiones prædictæ fiunt, & rogantur, alíaque ad hanc materiam spectantis priuatiuè quoad alios, qui hodie est D. Bartholomæus Brunorus, vt in Edicto. *In Append. §.2. cap.12.*

11 Ratione harum licentiarum ab Eminentissimo Camerario concedendarum ipsius Iurisdictioni subijciuntur, & cumulatiuè cum Gubernatore, vt in Constit. LXXI. Pauli V. §.7. *in Bullar. fol* 160. ijs verbis: *In causis furtiuorum pignorum quoad Hebræos Bancherios sit locus præuentioni inter Camerarium, & Gubernatorem.* In cæteris vero disponitur *eodem* §.7. vt infra: *Gubernator Vrbis possit contra Hebræos in Criminalibus causis procedere, etiam quod agatur inter Hebræos tantum. In causis Cameralibus, seu ad Cameram quomodocumque spectantibus, aut ad Camerarium etiam ratione pignorum, aut personarum Hebræorum Bancheriorum, aut ad Præsides, Camerarius, & Præsides possint contra eos procedere. Quoad Auditorem Cameræ Hebræi sint illius iurisdictioni suppositi priuatiuè quoad alios, vbi agitur de obligationi Camerali, præterquam in dependentibus à causis, & actis aliorum Tribunalium iuxta suas facultates. In criminalibus autem possit idem Auditor Cameræ contra eos procedere, prout in præteritum procedere consueuerat. Inter Vicarium, & Senatorem in delictis in quibus Christiani sunt aliquo modo participes, & sic, quando adest mixtura delinquentium Christianorum, & Hebræorum, ex officio, non autem ad querelam locum habeat præuentio: In alijs vero casibus seruetur Constitutio fel. rec. Iulij Papæ III. prædecessoris nostri, disponens, quod quando agitur inter ipsos Hebræos, habeat Vicarius in eos Iurisdictionem actiuè, & passiuè, quando vero inter alios passiuè tantum.*

Non obstant duo, quæ sub præfata limitatione octaua in contrarium deducebantur; alterum pertinens ad odium Hebræorum: alterum ad damnum 12 Christianorum. Primum sublatum est ex supra deductis rationibus, quibus enucleauimus, quousque vitandi sint Hebræi, & contra quos odium se extendere debeat. Vitandi sunt eousque vt familiaritas inter nos, & ipsos non intercedat, non autem vt excludantur à beneficio Visitationis, & alijs operibus Caritatis & Pietatis. Odium vero extendere se debet, contra illos quos scelerum reos deprehenderit magistratus, non contra gentem nihil turbulentum molientem. De hoc emanauit *l. Christianis. C de pagan.*

13 Alterum quod opponebatur futurum, vt nō suppetat tempus ad discutiendas in Visitatione causas Christianorum & Hebræorum, facili negotio tollitur, & re ipsa ac de facto prouisio emanabit. Nam cum causæ Christianorum prius proponantur, si illis discussis non supererit tempus, patienter ferre debebunt Hebræi, & accusare potius tempus quam Visitatores.

Adde quod non erit incongruum particulari Visitæ decreto statuere, vt eorum causæ proponantur de licentia Iudicis, vel Gubernatoris in scriptis gratis concedenda, vt fit in causis Christianorum, excepta prima vice.

14 Quamquam non est omittendum, quod circa præstationem alimentorum, & subministrationem expensarum carcerum, nihil censeatur innouatum, sed seruetur solitum, hoc est, vt alimenta, & expensæ prædictæ pauperibus Hebræis soluantur ex eleemosynis, quas subministrat Vniuersitas Hebræorum, vt dicturi sumus infra §.5. *cap.7.*

His rationibus permotus Illustrissimus D. Laurentius Imperialis, Vrbis Gubernator, Prælatus pijssimus, iusti & æqui amator eximius, tamquam caput Visitæ libenti animo vna cum cæteris Visitatoribus permisit vt Hebræi ad audientiam in Visita tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis reintegrarentur. Cumque postea casus euenerit, emanarūt infrascripta duo Decreta. 2. Octob. 1653. Nonæ. *Ricca vxor Sabbati Toscani. Iniuncto præcepto de non offendendo querelantem sub pœna fustigationis in casu, prout fuit iniunctum in plena Visita, relaxetur gratis.* 16. Octob 1653. *Seruadeus Crosulus Hebræus. Data cautione de soluendo creditori suo infra annum cum dimidio qualibet mense ratam, & deficiente &c. relaxetur.*

CAPVT VII.

De requisitis pro Visitæ Beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Visita beneficio gaudet, qui stetit per aliquot dies in carceribus.*
2 *Tempus non determinatum est arbitrarium Iudici, & pro carceratis in benigniorem partem sumitur.*
3 *Visitæ beneficium confertur ei, qui stetit per quatuor, vel quinque dies in carceribus.*
4 *Visitæ beneficio gaudet etiam, qui fuit captus per tres, vel duos dies ante.*
5 *Visitæ beneficio non gaudet, qui se paulò ante constituit.*
6 *Visitæ beneficio gaudet spontè constitutus, si habet contra se mandata, & partem citauit.*
7 *Vxor pro viro legitimè obligatur, si contra illum sint relaxata mandata executiua.*
8 *Spontè cōstitutus potest obtinere dilationem, etiam si creditor diceret nolle eius personam in carcere, sed bona.*

9 *Visita*

9 *Visita beneficium conceditur venienti secunda vice in Visita, si citetur pars.*
10 *Visita beneficiũ cõceditur comparenti secunda vice cũ licentia Iudicis deputati, vel Gubernatoris.*
11 *A pluribus visa prudentius deciduntur.*
12 *Visita beneficio gaudent præsentes; si fuerint absentes, reuocatur decretum factum in Visita.*
13 *Infirmi non tenentur esse præsentes in Visita.*
14 *Pauperes, qui propter paupertatem non fuerunt præsentes, transportati gaudent beneficio Visitæ.*
15 *Impediti legitimè non tenentur esse præsentes in Visita pro obtinendo beneficio Visitæ.*
16 *Decretum Visitæ, si fiat pro existentibus in alijs carceribus, id exprimitur in decreto.*
17 *Visitæ beneficio gaudent carcerati, si descripti sint in Lista, quæ fit pro euocãdis in Visita carceratis.*
18 *Visitæ beneficium sentiunt etiam non habentes requisita, si ita videatur Visitatoribus, seu Gubernatori.*

QVod supra diximus omnes carceratos gaudere beneficio Visitationis, intelligendum est de ijs, in quibus infrascripta concurrunt.

1 Debet primo Carceratus stetisse in carceribus per aliquot dies, vt disponit Cõstitutio XX. Iul. III. *in Bull. fol. 578.* Ibi: *Postquam carcerem per aliquod notabile temporis spatium sustinuerint.* Quod 2 tempus arbitrarium est Iudici. *Menoch de arbitr. lib. 2. cent. 1. & 2.* Et quando à lege determinatum nõ est, in benigniorem partem fauore carcerati su- 3 mi debet. *Rot. dec. 201. num. 32. par. 5 rec.* Benignè autem Interpretatur Visita, dum Carceratos per quatuor vel quinq; dies ante diem, quo fit Visita, admittit; præsertim si reperiantur in carcere, 4 in quo ea hebdomada habetur Visitatio.

Immò benignius etiam procedit cum carceratis existentibus in carcere, in quo fit Visitatio. Admittuntur enim, etiam si fuerint carcerati per duos, aut tres dies ante, si fuerint ducti à Birruarijs secus tamen si se paulò ante Visitam spontè consti- 5 tuerint. Non enim iuuari debere videtur beneficio legis, qui voluntariè se in necessitate posuit. *l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog.*

6 Declara primo, vt, qui pro debitis se spontè cõstituit in carceribus, non videatur ita absolutè priuandus beneficio Visitationis. Nam si hoc fecit aduersus aliquos creditores habentes contra ipsum mandata executiua expedita, & qui poterant ipsum ad libitum carcerari facere: ac postquam se constituit, id intimauit ijsdem creditoribus, stetitque per aliquot dies arbitrio Visitæ in carceribus, valde conueniens est, vt ad illius fauorem fiant decreta in Visita fieri solita pro carceratis ductis ad carceres à Birruarijs. Is enim non potest dici se voluntariè in necessitate posuisse. Quippe qui li- 7 cet non fuerit ab executoribus captus, poterat nihilominus capi. Huc facit, quod dicitur, de vxore se obligante pro marito. Nam sicut potest se obligare, si maritus sit carceratus, ita etiam potest hoc facere, si contra illum sint expedita mandata de carcerando. *Surd. cons. 367. per tot. & præcipuè numer. 13. in fine; cum seqq. Picus ad Stat. Vrb. gloss. 7. num. 285. Grat. discep. 108. nu 16. Rot. dec. 775. numer. 4. par. 2. rec.* Idque maximè; eo quod is, qui spontè se constituit, probabiliter præsumitur fecisse ad euitandas expẽsas capturæ, & ne videretur ignominiosè duci à Birruarijs per vias publicas ac plateas magno cum dedecore; adeoque fecisse dicitur ex rationabili causa. Cum autem omnes verisimiliter id faciant propter dictas causas, nec alia ratio facilè assignari possit; videtur asserendum; quod talis spontè constitutus gaudere debeat beneficio aliorum carceratorum per manus armatas Birruariorum, maximè si concurrant ea, quæ supradicta sunt, & dicentur inferius. Immò vero huic spontè 8 constituto, si habeat cætera requisita, concedenda est dilatio, vel alia prouisio concedi solita à Visita, etiam si creditores consentirent illius excarcerationi, dicentes velle satisfieri ex eius bonis. Ita vidi in Visita pluries, & quoties euenit casus, practicari.

9 Declara secũdo posse quidem carceratos in carceribus, vbi fit Visitatio, comparere in Visita nulla impetrata venia, nec citatis creditoribus, nisi essent spontè constituti. Tunc enim etiam prima vice, non autem postea, citandi sunt creditores, vt dixi- 10 mus. Non solent autem debitores quibus prima vice, qua comparuerunt, deputatus fuit Iudex, comparere, nisi impetrata ab ipso Iudice licentia, qui eam concedere solet, si contingat articulus 11 dubius, quem cupiat Iudex de voto Visitæ terminare, vel alteri saltem partium exquirat votum. Etenim quæ à pluribus videntur, prudentius deciduntur. *cap prudentiam de off. deleg. Rot. dec. 204. num. 5. & 6. par. 5. rec.*

12 Declara tertio, vt carcerati debeant esse præsentes in Visita, & in eisdem carceribus; alias non gaudent Visitæ beneficio, & reuocantur decreta ad eorum fauorem facta 1578. 24. Iul. Capit. *Reuocetur, & pro reuocato habeatur decretum in Visita Turris Nonæ factum ad fauorem Nicolai attento quod fuit in fraudem Visitatorum, cum tunc dictus Nicolaus staret carceratus in Curia Capitolij, licet per vxorem ipsius fuerit allegatum fuisse transportatum ad Curiam Turris Nonæ:* Excipiuntur 13 infirmi, qui non potuerunt transportari. Pro his docto de illorum infirmitate per fidem subscriptam à Medico deputato ab Archiconfraternitate Charitatis, vel oretenus ab vno ex Visitatoribus, & citata parte fiunt decreta solita fieri à Visita pro infirmis. Excipiũtur etiam Carcerati, qui propter ex- 14 tremam paupertatem non fuerũt transportati, vel quia non habebant vestitum; vel quia quis nemo curauit per Birruarios transportari. Pro his etiam absentibus interponuntur decreta, facta fide de illorum qualitate à Procuratore pauperum, & citata 15 parte. Tandem excipitur quilibet alius carceratus legitimè impeditus, de quo impedimento constet, vt supra, vel alio modo; quodq. impedimentum sit tale, vt innotescat Visitatoribus, & ab illis approbetur, semperq constet de citatione partis. Quapropter in Visita habita Cap. 21. Octob. 1649. fuit decretum: *Sebastianus relaxatus vigore decreti facti in vltima Visitatione Capitolij, vbi se transportare fecerat, quatenus non doceat de citatione facta pro sui transportatione. Domini decreuerunt non afficere creditores, & quatenus docuerit de citatione afficere eosdem creditores, sine tamen præiudicio executionis realis, & pro executione ad D. Gubernatorem.*

16 Declara quarto, vt in casibus prædictis, in quibus nõ est præsens carceratus, & pro eo fit aliquod decretum; in decreto consueuerit exprimi locus, seu carcer, vbi carceratus reperitur, vt constat ex quampluribus decretis alibi relatis, vt appareat illorum absentiam Visitatoribus innotuisse, eosque non fuisse deceptos, vt dicitur in decreto proximè relato.

17 Declara vltimo, vt quicumque vult audiri in Visita describendus sit in Lista carceratorum euocandorum a Procuratore Caritatis, cuius munus est Listam conficere Visitandorum, & singulariter euocare, eorumque petitiones, ac causarum merita referre. 1580. 19. Maij Sabell. *Visitatores decreuerunt, quod in futurum non fiat mentio in Visita de aliquibus non carceratis, & non descriptis in Lista, & intimetur custodibus carcerum Vrbis*.

18 Cæterum hoc, & alia prædicta requisita limitanda sunt casu, quo mandet D. Gubernator aliquem gaudere beneficio Visitæ, etiam si in eo non concurrant omnia supradicta, dummodo citetur pars. De hac materia diximus etiam supra de Visitatione hebdomadaria. *lib.2.§.20.*

Quid autem de arrestis dicendum sit, & de arrestatis, quia materia est amplissima, & frequenter contingit, illam quatuor sequentibus Capp. explanabimus secundum ea, quæ à iure communi, Summorum Pontif. Constitutionibus, & à Visita disposita sunt, ac de stylo obseruantur.

CAPVT VIII.

Arestum vnde dictum, & quotuplex sit.

SVMMARIVM.

1 *Arrestum vnde dictum; referuntur varia opiniones.*
2 *Arrestare in iure est, quod alio verbo dicitur, Recommendare, seu* Empera *apud Neapolitanos.*
3 *Recommendare quid sit.*
4 *Arrestum duplex: legis vnum, hominis alterum.*
5 *Arrestum legis est, quando quis retinetur ad aliquem effectum.*
6 *Arrestum per manus iniectionem fit duplici modo; vno Iudicis authoritate; alio sine Iudices authoritate.*
7 *Manus iniectio fit mandato pœnali.*
8 *Arrestum per adhæsionem quod, & qualiter fiat.*
9 *Euentus formatur a primordio.*
10 *Arrestatio per adhæsionem requirit causæ similitudinem.*
11 *Arrestum per adhæsionem non fit, quando causæ sunt diuersi generis.*
12 *Prorogatio, & reconuentio non fit in causis diuersæ speciei.*
13 *Adhæsio efficit, vt fiat quasi vna, & eadem res cum ea, cui adhæret.*
14 *Arrestum per adhæsionem congruit ciuilibus causis.*
15 *Recommendatio propriè fit per adhæsionem, & in ciuilibus.*
16 *Arrestum per manus iniectionem fit in causis triminalibus.*

1 Arrestum vnde dicatur non satis liquet. Neque enim vna omnium hac de re opinio est. Budæus, Couarr. alijque Iurisconsulti Galli (apud quos supremarum Curiarum sententiæ, placita, & decreta *Arresta* vulgò dicuntur) originem græcam, si non veram, sanè ingeniosam excogitarunt, nempè, quia sunt arresta, hoc est, incorrupta, inuiolata, non frangenda, neque temeranda, quæ nulla appellatione, seu prouocatione infringi seu suspendi possunt. *l.1 ff. à quibus app. non lic.* vel quasi arresta, hoc est, placita; nimirum quod quibus nihil sine ratione, & consilio placere debet, eorum placita pro iure, & ratione habenda videantur: Atque hoc modo sumitur quando in fine diplomatum Principum dicitur: *Et quia tale est nostrum placitum*; ac propterea prætextu iniquitatis damnari nõ posse habetur *l. si quis. vbi id not. Cyn. & Saly. C. de prec. Imper. offer.* Expositio prædicta non omnino placet Rebuf. *de ver. sig. ad l. liber. appellatione 172. circa finem. vers. ità mihi summopere videntur errare*. Neque sanè congruit Græco sermoni.

Sed arresti nostri, de quo agimus, vt alia significatio est, ita alia quoque origo inquirenda. Sũt, qui à Ghotis, Longobardis, Francisque post imminutũ Imperium, & sermonem Romanorum extinctum, cum nouis legibus hanc quoque vocem in Italiam introductam non improbabiliter existimant, esseque merè Gallicam, & significare Impedimentum, siue Interdictum, ne res, aut persona loco, aut statu suo moueatur; Qua ratione sunt, qui idem esse dixerint, quod Gradu sistere. Conforme est quod sensit Gail. *de arrest. cap.1. num. 1.* Arrestum esse vocabulum barbarum, & idem sonare quod apud Latinos manuum iniectio, ac tam rebus, quam personis conuenire. *Bud. in l. fin. ff. de senat.* vbi dicit idem esse, quod vetera, ne res, vel persona loco moueatur. De hac manuum iniectione mentio fit in *l. sed si hac. de in ius voc. l. pen. ff. de ser. expos. l. si quis curialis. C. de episc. & cler. l. generale C. de decur. lib.10.* Porrò *Card. ad clem. 1. de Heret.* arrestationem esse, quæ absque manuum iniectione fit, prehensionem verò, quam nos vulgo capturã dicimus, sine manuum iniectione fieri non posse asseruit. *Caluin. alias Kahl. Iurisc. in suo Lexic. Iurid. Peck. de Iur. Sist. cap.1.* Licet, vt infrà explicabimus, arrestum etiam dicatur fieri per manus iniectionem. Dixit quoque Camp. *in addit. ad Zanch. de heret. cap.8. in litt. C.* vt refert Alber. *in suo diction.* arrestare esse alicui, ne de certo loco exeat, absque manuum iniectione interdicere præcepto aliquo pœnali.

Alij si non vsu, origine saltem Latinam vocem putant, deductam à resti, siue funiculo: quoniam, vt restis, sic arrestum quoscumque ligauerit, stare, siue restare facit. Restim seu funiculum dixi, quia funis, maior, crassiorque; restis, minor est, ac tenuior; cuius vsus fermè est in rebus domesticis. Vnde Cato. *de re rust.* lectulum restibus subtextum dixit. Et Apuleius *lib. 1. metam.* scribit: *Restim; qua grabatulus erat contextus, aggredior expedire, & partem funiculi illius laqueum sibi suspendio parasse.* Ita Plautus In Pœnulo. dixit: *Restim cupias, & suspen-*

suspendê tè. Et seruus Terentianus *in Phormione* ait *Ad restim* sibi rem rediisse, hoc est, rem eo deductam, vt de suspendio sit cogitandum. Habemus quoque adagium, apud Manutium: Ad restim funiculum addis: dictum de iis, qui iisdem rebus abundant. Cognatum illi: Linum annectis lino; iactatum in eum qui mendacio mendacium attexit. Sicut ergo ab *Hamo* veteres dixerunt, *Adhamare*, quasi *hamo prehensum tenere*; ita *Arrestare* quasi *Resti ligatum sistere*, ne quoquam progredi, aut abire possit. Hinc *Arrestum* pro sistendi iure absque manuum iniectione, aut vbi commeatus denegatur, vulgò accipitur; ideoque in carceralibus vinculis arrestatus dicitur is, cui, cum per mandatū de excarcerando erat facta exeundi facultas, quasi resti se ligatum, ac detentumque iterum conspicit, vel resti obducta iis se præpeditum, vt circi carceribus coercentur equi ad exitum cursumque proni, de quibus sub initium operis nostri diximus.

2 Demum verbum *Arrestum*, & *Arrestare*, significat Teste Neubris. *In suo Dictionario*. id, quod alio verbo dicitur: Recōmendare *Ludou. dec. Perus.* 70. *Cabal. resol. crimin.* 299. *lib.* 2. In Regno Neapolitano dicitur Empara. *Vinc. de Franch. dec.* 425. *num.* 1. *& ibi adden nu.* 6. *& seq.* Recommen-3 dare autem nihil aliud est, quam Reum, seu debitorem, qui est carceratus, detinere pro alio crimine, seu respectuè pro alio debito. *Ias in lect. l. in ius vocari. cum duob. seqq. ff. de in ius. vocan.* Secundum hanc significationem accipimus hic verba, *Arrestum, & Arrestare*.

4 Hoc modo sumptum duplex est: legis vnum, hominis alterum. *Mandos. de Monit. cap.* 8. *numer.* 6.

5 Arrestum legis est quando quis per legem retinetur ad aliquem specialem effectum exequendum. Exemplum est. *l. vnica. C. vt om. Iud. tam ciu.* Vbi cauetur, quod omnes Iudices per quinquaginta dies post depositam administrationem in locis, vbi administrarunt, remanere debeant, vt pateat omnibus facultas libera super furtis, aut criminibus querimoniam contra eos cōmouendi. Item in *l.* 1. *C. de bon. prof.* vbi permittitur seruum condemnatum detineri, donec rationem de administratis reddiderit.

Arrestum verò hominis dicitur, quando quis detinetur vel per Iudicem, vel per aduersarium. Et hoc dupliciter considerari potest. Vno modo per manus iniectionem; altero per adhæsionem. Arre-6 stum per manus iniectionem duplici modo fit: vno quando personæ alicuius à magistratu interdicitur, ne recedat ab eo loco, in quo inuentus est, nisi rebus compositis cum eo, qui de illo apud Iudicem conquestus est. *cap. clerici. §. nos igitur. de immun. Eccl. in* 6. vel etiam quando res alicuius quacumque ex causa pro creditoris securitate, auctoritate publica, detinetur, itaut ipso inuito ea loco, vbi reperitur, negocio nondū sopito, auferri nequaquam possit. *Peeb. de Iur. sist. cap.* 1. *num.* 4. Vel demum quando aliquis prohibetur à Iudicis sententia appellare. *l.* 1. *ff. à quibus appell. non lic. Bud. l.* 1 *C. de off. praef. Praet. l. vlt. de senat. ver. constitutio Philippina*. Alio modo Arrestum per manus iniectionem fit, quando nulla Iudicis auctoritate rem nobis debitam, aut etiam nostra vindicamus. *l. pen. ff. de ser. expor. l. sed si hac. ff. de in ius. voc. l. pen. C. si manc. ita Vendan.* Iniicitur enim manus in aliquem; vel in eius bona, vel merces, quando ille indè abire, vel res indè amoueri vetantur. *Bud. in l. vlt. de senat. ver. manus iniectio*. Hanc manuum iniectionem fieri posse tantummodo si desit copia ius dicendi, aliàs non; voluit *Luc. de pen. in l. generali. ver. desit copia*. per textum *de decur.* Vbi dicit esse rationabile tali casu, quod quis sibi ius dicat, ne dum Iudex quæritur, debitor sui copiam subtrahat.

Simile verbum habes *C. de epis. & cler. l. si quis curial.* Ibi: *manu iniecta. & C. de ben. proscript. l. si quis posthac*. Hanc manus iniectionem dicunt *adden. ad Zaneb. par.* 8. *litt. C.* fieri mandato, aut præcepto aliquo pænali per *cap. vt famæ. cap. nuper de sent. excom. Bal. in l. Titius. in a. dat. de ser. expos.* Immò Rebuf. in *l.* 3. *ff. de verb sig. ver. iniicere autem manus*, dicit, quod iniicere manus fit idē, quod vulgo dicitur, Capere authoritate regia.

8 Arrestum vero, quod fit per adhæsionem, quo frequentissimè vtimur hic in Vrbe, vt etiam testatur *Mand. de monit. cap.* 8. dicitur; quando quis fuit ad instantiam vnius carceratus, & ad alterius instantiam commendatur, seu confirmatur in iisdem carceribus ex alia causa, vt supra diximus; De quo genere arresti loquitur, & distinctiones tradit Bartolus *in l.* 2. *ff. de cust. reor.* Quia verò prædictum arrestum per adhæsionem vestiri debet natura illius capturæ, cui adhæret; quasi astrictum sit illi vinculo arctissimo, non aliter est iudicandum de illo, ac iudicatur de prima captura propter quam arrestatus 9 est carceratus; ideo à prima captura tamquam a primordio formaturarresti euentus. *l. si. quis ex argentariis. §. si initio ff. de eden. Crauet. cons.* 461. 10 *num.* 40. Arrestatio enim per adhæsionem requirit similitudinem causarū, adeo vt, quando causa est 11 diuersi tituli & speciei, propter quam quis est carceratus, ab ea, pro qua veniret arrestandus, arre-12 stum fieri non possit. Vt enim tali casu nec admittitur prorogatio, nec reconuentio. *l.* 1. *ff. de iud. l. si quis ex consensu. C. de Epis. aud.* ita nec arrestatio. *Brun. de cess. bon. q.* 11. 4. 9. *princ. num.* 36. *Bald. cons.* 13 60. *numer.* 2. *lib.* 5. Per adhæsionem enim in ciuili fieri debet vnum cum illa causa, pro qua arrestandus est carceratus, cui primæ causæ adhæret, & ab ea sumit vim, & formam. *Brun. cit. nu.* 2. congruit 14 autem arrestum hoc per adhæsionem ciuilibus causis, in quibus arrestum debet subscribi à Iudice; de 15 cuius mandato fuit facta captura; quod potius dici potest Recommendatio, quæ propriè fit per adhæsionem. *Bald. d. cons.* 90. *num.* 2 *lib.* 5. *& in Auth. & num.* 10. Ibi: *si in carcere non teneretur carcerum recommendatio fieri non posset*. Ei enim, quod 16 non est, nemo adhærere potest. *C. de bon. Auth. iud. possid.* causis autem criminalibus congruere videtur id, quo fit per manus iniectionem.

Explicata quantum satis est, Arresti etymologia, & speciebus: propius accedentes ad materiam; illam, quantum ad rem nostram facit, infrascriptis declarationibus, & casibus dilucidabimus.

CAPVT IX.

De Arrestorum natura, & qualitatibus.

SVMMARIVM.

1 *In arrestandis habent locum omnia, quæ in carcerandis.*
2 *Arrestari non potest, qui non potest carcerari.*
3 *In arrestis habent locum ea quæ in iam carceratis.*
4 *Arresta intelliguntur commissa in Visita ex commissione causæ principalis, licet de illis non fiat mentio.*
5 *Cessionis bonorum commissio communis est quoad omnes Creditores.*
6 *Clausula* (Quam, & Quas) *extendi commissionem ad causas futuras.*
7 *Clausula* (omnesque alios) *operatur vt possint citari etiam non nominati in commissione.*
8 *Visita antea committebat causa cum clausula* (etiam quoad arresta).
9 *Arresta non conceduntur nisi liquidato credito ex decretis Visitæ, ex constit. Paul. V. & de Iure.*
10 *Arresta lite pendente, concedi non possunt, nisi liquidato credito, & periculum sit in mora.*
11 *Arresta non suffragantur post decretum Visitæ nisi subscripta à duobus Visitatoribus.*
12 *Arrestis post decretum Visitæ factis non obstantibus relaxandus est carceratus.*
13 *Arrestorum merces debita custodi bodie est vniformis Bon. XV. licet alias esset diuersa.*
14 *Arresti merces soluenda est ab arrestante.*
15 *Arresta iudicantur in capto cum pluribus mandatis omnia mandata, duobus exceptis.*
16 *Arresta contra ius & exorbitantia dicuntur.*
17 *Arresta sunt restringenda.*
18 *Arrestari potest criminaliter carceratus pro causa Ciuili.*
19 *Arrestari potest criminaliter carceratus pro debito fiscali.*
20 *Arrestari ciuiliter cur non possit carceratus criminaliter.*
21 *Arrestum Ciuile fit implorato officio Iudicis prima captura.*
22 *Iudex Criminalis non habet ciuilem Iurisdictionem nisi incidenter.*
23 *Arrestum criminale fit per manuum iniectionem, nec habetur ratio priuati interesse.*
24 *Arrestari potest ciuiliter, qui captus fuit pro causa ciuili, & postea arrestatus pro criminali.*
25 *A primordio tituli formatur euentus.*
26 *Principium semper prædominatur.*
27 *Principium attenditur licet medium inhabile remaneat.*
28 *Extremis habilibus media non nocent.*
29 *Arrestatus criminaliter, qui fuit captus ciuiliter, non potest arrestari ciuiliter finita causa ciuili.*
30 *Actus iudicatur validus, vel inualidus secundum tempus, quo fit.*
31 *Arrestatus criminaliter, & condemnatus in pœnam corporalem traditur pœnæ, non habita ratione debiti, pro quo fuit captus.*
32 *Captus pro causa ciuili, arrestatus pro criminali, & condemnatus ad exilium vel relegationem, debet soluere creditori.*
33 *Exiliatus, seu relegatus transmittitur instante Fisco, non obstante quod sit carceratus pro causa Ciuili.*
34 *Exiliatus, seu relegatus malæ conditionis debet Fisco instante transmitti, non obstante debito pro quo est carceratus.*
35 *Exiliatum seu relegatum impotentem ad soluendum Visita transmittit, non obstante debito, etiam Fisco non instante.*

AD demonstrandam Arrestorum naturam, & qualitates subijciemus declarationes & casus, vt infra.

1 Declara primo, vt omnia quæ disponuntur circa carcerandos locum sibi vindicent quoad arre-2 standos, & propterea procedit sine difficultate hoc quod dicitur, nempe eum qui non potest carcerari, nec posse arrestari. *l. si reus paratus. ff. de procur. Boss. tit. de captur. num. 9 & nu. 92. Farin. q. 27. à num. 152. ad num. 156.* Ratio est, quia, cum arrestum habeat vim adhesionis, qui nō potest carcerari, non poterit arrestari, eo quod arrestum non inueniat cui adhæreat.

3 Declara secundo, vt omnia quæ dicuntur de iam carceratis censeantur dicta etiam respectu arrestorum, vt verbi gratia, circa commissionē causæ, pro 4 qua alias à Visita emanauit Decretum. *1619. 23.* Maij. Cap. *Commissa causa principali alicui Iudici per Visitam, intelligatur commissa etiam quoad arresta futura, licet de arrestis nulla fiat mentio*: Est enim commissio hæc facta intuitu personæ car-5 ceratæ, cui proinde prodest quoad arrestantes omnes, vt dicitur de commissione cessionis bonorum, quæ est communis quoad omnes creditores. *Marches. par. 3. §. 1. de commiss. admiss. ad cess. bon. n. 21.*
6 Estque conformis iuri communi ex subintellecta clausula (*Quam, & Quas,*) quæ apta est extendi ad causas futuras. *Mand. de commiss. form. 1. in vers. quam, & quas habere. Cesar. de Graff. decis. 2. num. 4. & 5. de rescrip. Greg. dec. 426. nu. 3.* & com-7 prehendere clausulam (*omnes alios,*) cuius vigore citari possunt alij etiam in commissione non nomi-8 nati. *Mand. cit. in ver. intentandas. Greg. decis. 94. num. 3.* Ante prædictum generale decretum, Visita consueuit in commissionibus causarum addere (*etiam quoad arresta*) postea vero omissa est talis additio.

9 Declara tertio, vt Arresta concedi non possint, nisi liquidato, & expresso credito: quod vsu receptum à Visita dicit *Far. q. 27. num. 166. vers. & memini alias.* Super quo adest etiam Visitæ Decretum generale ab eodem Farinaccio indicatum, tanquam factum mense Aprilis: in Actis tamen Notarij Gubernatoris legitur factum mense Martij; estque huiusmodi: 1571. 29. Mar. Sabel. *Visitatores decreuerunt, ne imposterum recipiantur arresta Ciuilia tam contra carceratos, quam contra carcerandos in futurum, nisi fuerit liquidatum creditum, per relaxationem mandatorum, quorum in Arrestis fiat expressa mentio, & alias facta sint*

nulla

nulla, & Custodes recipientes talia Arresta teneantur ad damna, & expensas carcerati, seu carcerandi, & alias arbitrio iudicis puniantur. Idem postmodum dispositum fuit Constitutione LXXI. Paul. V. *tit. de Iudic. & caus. ciu.* his verbis: *Non relaxentur arresta contra debitores, nisi precedente mandato relaxato seruatis seruandis, & aliter relaxata sint nullius roboris, & momenti.* Et iterum: *Tit. de Carcer. & carcerat.* Ibi: *Arresta aliter quam precedente mandato, seruatis seruandis, relaxato nulla sint, & ideo eis nõ obstantibus arrestati relaxentur.* Hoc quoque conforme est iuri cõmuni, vt ostendit. *Brun. de cess. bon. in q. 1. q. 4. princ. num. 32. quem cum alys allegat, & sequitur. Far. q. 27. nu. 156.*

10 Declara quarto, vt propterea lite pendente, concedi non possint Arresta, nisi pro credito liquido, & ab illo Iudice, coram quo pendet lis, & nisi periculum sit in mora. *glos. in l. 1. de Iud. Rol. cons. 65. num. 5. lib. 3. Thes. dec. 220. nu. 1. Rot. apud Far. dec. 478. nu 4. par. 1. recent.*

11 Declara quinto, vt Arresta etiam legittime obtenta, nõ suffragentur eo casu, quo quis ante obtinuisset decretum relaxationis in Visita, nisi sint à duobus Visitatoribus subscripta. Hoc probatur antiquo Visitæ decreto, fundato in Motu proprio Pauli III. 1568. 12. Aug. Sab. *Domini decreuerunt quod circa arresta Carceratorum seruetur motus Proprius Pauli III.* In dicto motu proprio §. 17. Incipiente. *Et insuper dicti Iudices. in bull. Const. XLIV. f. 560.* disponitur circa arresta criminalia, 12 de quibus non est hic sermo. In §. vero 22. eiusdem Motus Proprij habetur: *Item quod, facto decreto de relaxando, custodes non retineant carceratum vigore alicuius arresti, nisi fuerit subscriptum ad minus manu duorum Visitatorum.* Hoc loco loquitur de arrestis Ciuilibus. Nam in criminalibus non est opus aliqua subscriptione Visitatorum. Cumque idem postmodum disposuisset etiam Pius V. denuo Sacra Visita decreuit. 1577. 19. Sept. Capit. *Visitatores mandarunt, quod de cætero nullus Custos quorumuis carcerum Vrbis possit, nec debeat aliquo modo detinere carceratos vigore cuiusuis arresti post decretum factum à Visita de illos relaxando, nisi arrestum fuerit subscriptum manu duorum Visitatorum, iuxta formam Motus proprij Paul. III. & Pij V. Pontificum in fauorem carceratorum.*

Nouissime verò fuit dispositum in Constitutione LXXI. Pauli V. *Tit. de carcer. & carcerat.* fauorabilius pro carcerato, vt nullatenus die Visitæ post factum ad eius fauorem decretum possit arrestari, vt ex verbis infrascriptis constat: *Et post decretum à Visitatoribus factum de relaxando debitorem Custodes ad instantiam cuiusuis creditoris arresta eadem die non recipiant; sed nec etiam postea ad instantiam illius creditoris, qui eum detinebat, nisi arrestum fuerit à duobus Visitatoribus subscriptum.* Quod si aliquando contrauenerint Custodes prouisum fuit à Visita. 1631. 20. Iun. Nonæ. *Io. Franciscus Neapolitanus. Attento quod arrestum fuit factum post decretum Visitæ, relaxetur: arrestantes procedant contra eum iuridice.* Cum enim à Visita sit decretum ad fauorem carcerati per viam Gratiæ, non potest arrestari, nec post diem Visitationis ad instantiam eiusdem creditoris, nisi arrestum fuerit à duobus Visitatoribus subscriptum. Nam relaxatio, quæ vigore decreti iam facti à Visitatoribus erat in procliui, & in via, pro facta haberi debet. *Bartol. Soc. cons. 70. num. 7. & 8. lib. 4. Aldob. cons. 44. num. 12. lib. 1. Ciriac. contr. 312. nu. 41. & 44.* Raro tamen fiunt reuocationes arrestorum huiusmodi, si ea custodes recipiant quandoque arresta sine subscriptione, quia tractatur de eorum interesse. Ratio autem potest esse, quia carcerati non habent notitiam nullitatis talium arrestorum, vel eorum Procuratores non instant pro excarceratione in Visita, in quo imposterum conueniens est, vt diligentius inuigilent.

13 Declara sexto, vt merces custodis pro arrestis sit hodie vniformis quoad omnes carceres; videlicet Bonon. quindecim; licet alias aliter fuerit à Visita decretum. 1547. 10. Feb. Sab. *Visitatores decreuerunt quod pro arrestis in curia de Sabellis Capitanei non possint capere nisi carolenos duos, & in Curia Turris Nona carolenos tres.* Quæ merces 14 persoluenda est non à carcerato, sed à creditore arrestante, vt disponit Constitutio LXXI. Pauli V. *Tit. Ordini, e Tasse da osseruarsi dalli Guardiani. vers. & per ogni arresto.*

15 Declara septimo, vt mota aliquando dubitatione, an carceratus cum pluribus mandatis teneretur soluere mercedem executori pro omnibus; resolutum fuerit solum debere solum pro duobus; alia vero mandata haberi pro arrestis. 1610. 29 Octob. Capit. *Tiberius. In casu relaxationis, vltra prima duo mandata captura, alia habeantur pro arrestis.*

16 Declara octauo, vt arresta contra ius commune, 17 & exorbitantia dicantur: vt colligitur ex prædictis; adeoque restringenda. *cap. quæ contra de reg. Iur. in 6. Peck. de Iur. fisc. cap. 2. nu. 7.*

Atque hæc sufficiant circa naturam Arresti Ciuilis, quod fit ciuiliter carcerato. Quomodo verò procedendum sit, quotiescumque adsit mixtura causæ criminalis, apparebit ex infrascriptis casibus, quos examinabimus.

18 Casus primus est, quando prima captura est ciuilis, & superuenit Arrestum criminale. Quid tunc agendum erit? Arrestum criminale erit adnotandum in libro carceratorum post descriptionem capturæ ciuilis debitoris, contra quem criminale Arrestum est obtentũ. Nam taliter carceratus potest 19 criminaliter arrestari de iure, etiamsi prò debito fiscali carceratus sit. *Bart. in tract. de carcer. n. 20. Bald. cons. 90. num. 4. lib. 5. Far q. 27. nu. 154. Guaz. def. 6. cap. 1. num. 85. vers. bene verum.* Nec facit difficultatem, quod, vt dicturi sumus *cap. seq.* car-20 ceratus criminaliter non possit arrestari ciuiliter. Ratio disparitatis est, tum quia arrestum ciuile fit, vt supra diximus, per viam adhæsionis; non potest autem adhærere causæ criminali tanquam dissimili, 21 ac maioris qualitatis; tum quia arrestum ciuile non fit, nisi implorato officio Iudicis, qui concessit primã capturam. *Rot dec. 478. nu 4. p. 1. recen. cum* 22 *ibi allegatis.* qui cum sit Criminalis, non habet ciuilem Iurisdictionem in causa diuersa; quidquid sit incidenter pro sua causa criminali. Ita plures, quos allegat *Far. cons. 11. numer. 48. cons. 40. num. 58 &* 23 *cons. 69. num. 3. lib. 1.* Arrestum vero criminale,

quod, vt diximus, per manus iniectionem fit, quæ consistit in potestate aliqua mero imperio iuncta ita vt securitas criminalis iudicij, cum tendat ad publicum interesse, habeatq. latas habenas reos arrestandi, seu potius sequestrandi. *Tiraq. de transl. possess. par. 1. 5. declar. n. 23.* non impediatur à causæ dissimilitudine, cuius nullam habet rationem sicuti nec temporis, nec loci, nec personarum.

24 Casus secundus est, quando quis carceratus est ciuiliter, & arrestatus criminaliter. Quæritur an possit pro ciuili causa arrestari? Respondendum est affirmatiue, quia à prima carceratione ciuili tan-
25 quam à primordio tituli formatur euentus. *l. 1. §. nulla, & ibi glos. in vers. primordium tituli. C. de impon. lucr. describ. lib. 10. Rot. dec. 197. n. 23. par. 5.*
26 *rec.* Semper enim principium prædominatur. *l. 1. de orig. iur.* & dicitur potissima cuiusque rei pars.
27 *Surd. dec. 64. num. 6. & 7.* adeo vt semper attendatur principium licitum, licet medium inhabile remaneat. *Cepb. cons. 397. nu. 81. & 96. Ciriac. contr. 321. num. 37. & contr. 418. numer 25. 39. 40. & seq.*
28 Quando enim extrema sunt habilia, media nocere non solent. *l. sed si conditioni. §. solemus, & l. liber homo. §. si heres. ff. de hered. inst.* Hoc tamen non
29 procedit, quando tempore ciuilis arresti ciuilis causa ante criminalem esset aliquo modo terminata. Hoc enim casu cum debitore satisfaciente pro debito, pro quo fuerat carceratus, arrestum criminale remaneat in suo robore, noua ciuilis recómen-
30 datio admitti amplius non potest. Quippe in iudicando actu an validus, vel nullus sit, tempus ipsius actus est inspiciendum. *Bal. cons. 410. nu. 2. vers. 4. debemus lib. 1. Mant. de tac. lib. 3. tit. 15. num. 18. & 20. Rot. dec. 197. num. 23. & 24. par. 5. rec.* Vnde cum tunc dicatur carceratus criminaliter, quando superuenit arrestum ciuile, non poterit arrestari ex late dicendis infra *cap. 4.* Ita quoque seruauit Visita. Ioannes Flander captus cum mandato ciuili, postmodum arrestatus criminaliter, obtinuit mandatum excarcerationis pro debito ciuili, sed non illico libertatem est assecutus, quia nondum erat finita lis super arresto criminali. Postea fuit arrestatus ciuiliter, finita lite arresti criminalis: Fuitque dictum in Visita discusso negotio esse relaxandum, non obstante arresto ciuili tamquam nulliter facto pendente lite criminali, 1619. 10. Ian. Cap. *Ioannes. Relaxetur iuxta decretum R.P.D. Virilis gratis.* Obtinuerat carceratus relaxationem propter eamdem nullitatem à Iudice ciuili, qui subscripserat ciuile arrestum, & timens de appellatione creditoris ab hoc decreto institit, vt fieret decretum à Visita à cuius decretis non datur appellatio. Similia decreta fuerunt sæpe facta, & præsertim Sabel. 24. Ian. eiusdem anni 1619. *pro Sebastiano de Valle.*

31 Declara, vt si causa criminalis arrestati terminetur imposita aliqua pœna corporali, nondum satisfacto creditori, qui reũ fecit ciuiliter carcerari, reus nihilominus transmittitur ad luendam pœnam corporalem, nulla habita ratione interesse ciuilis creditoris, cum Reip. intersit, vt delicta non remaneant impunita; & vt ad exemplum aliorum Rei cito pœnæ tradantur, vt latè dicturi sumus *cap. seq. numer. 3. & seqq.*

32 Hæc tamen declaratio in condemnatis ad exiliũ, seu relegationem limitanda est. Hi enim non relaxantur nisi concordato creditore, vt firmant DD. allegandi in seq. *cap. 5. numer. 31. & seqq.* Qui licet loquantur de creditoribus, qui non fecerunt carcerari antè causam criminalem, sed superuenerunt post condemnationem ad retardandam executionem, donec ipsis satisfiat; nihilominus in prædictis, qui ab initio fecerunt carcerari non solum eadem, sed maior ratio militat. & propterea licet Visita nullatenus admittat arresta eorum, qui superuenerunt post condemnationem, tamen consueuit retinere post aliquod tempus carceratos ciuiliter vt supra ad effectum, vt creditoribus satisfaciant. Quam-
33 quam Fisco instante sint in exilium, seu relegationem transmittendi, vt firmant DD. in seq. *cap. 5.*
34 *allegandi. num. 32. & seqq.* Qui dicunt tunc instandum esse à Fisco vt transmittantur, si sint condemnati pro graui delicto, quod sit exemplare; vel quando est persona rixosa, & temeraria, quæ turbaret quietem carcerum. Tunc autem creditoribus consulitur per cautionem saltem iuratoriam de redeundo ad carceres finito exilio siue relegatione, *Franch. dec. 317. nu. 7. Marta de Iurisd p. 4. cas. 176. num. 19. Cabal. cons. 246. num. 7. Thor. in comp. dec. Neap. vers. condemnatus an sit transmittendus. pag. 76. Marq. de caus. exec. ampl. 13. nu. 54. & ampl. 27.*
35 *num. 12.* Consueuit tamen Visita, etiam nõ instante fisco, postquam constitit de impossibilitate Rei ad soluendum debitum illum relaxare, vt *cap. seq. nu. 20. & seqq.* dicemus.

Casus tertius, & vltimus de carcerato criminaliter, quod non possit arrestari ciuiliter diffusius examinabitur capite sequenti.

CAPVT X.

Carceratus criminaliter non potest arrestari ciuiliter.

SVMMARIVM.

1 *Arrestari ciuiliter non potest de iure carceratus criminaliter.*
2 *Arrestari ciuiliter non potest de consuetudine carceratus criminaliter.*
3 *Arrestari ciuiliter non potest de stilo Visitæ carceratus criminaliter.*
4 *Arrestari ciuiliter non potest carceratus criminaliter tum ratione personæ arrestati, tum ratione naturæ arresti.*
5 *Arrestando ciuiliter carceratum criminaliter, quadupliciter spoliatur libertate.*
6 *Captura pro debitis non potest fieri in domo debitoris.*
7 *Captus criminaliter dicitur tutus sub vna fide, ideò pro alia scilicet pro debitis non potest arrestari.*
8 *Arrestatio pro ciuili à Iudice criminali esset nulla ex defectu Iurisdictionis.*
9 *Arrestum concedi debet ab eo, qui carcerari fecit, & requirit causæ cognitionem.*
10 *Arrestum ab incõpetenti iudice concedi non potest.*
11 *Commentariensis parificatur respectu carceratorum depositario.*

12 *Depo-*

12 *Depositi restitutio absque spolio impediri non potest.*
13 *Arrestato per arrestum spoliato datur actio spolij contra creditores.*
14 *Arresti* Ciuilis *natura non est compossibilis cum criminali causa, quia arrestum ciuile fit per viã adhæsionis.*
15 *Adhæsio non fit cum diuersis, seu disparibus.*
16 *Prorogatio, & Renouatio non fiunt, si adsit disparitas.*
17 *Criminalis causa est maior ciuili, & detentus à maiori non potest à minori detineri.*
18 Criminali *causa ciuilis debet præstare obsequium.*
19 Criminalis *causa tanquam maior facit cessare minorem.*
20 *Arrestari non potest ciuiliter criminaliter captus, neque ante, neque post sententiam, siue sit absolutus, siue condemnatus.*
21 *Captura* Ciuilis *non potest fieri statim post relaxatum debitorem pro causa criminali.*
22 *Captura* Ciuilis *fiere potest post horam à relaxatione pro causa criminali, ex* Constitut. LXXI. *Paul. V.*
23 *Captus ciuiliter ante horam à relaxatione pro criminali causa tanquam nulliter captus, est relaxandus.*
24 *Arrestatus ciuiliter post expeditionem causæ criminalis ante relaxationẽ est nulliter arrestatus.*
25 *Priuilegij reliquys remanentibus durat priuilegium.*
26 *Arrestari non potest ciuiliter carceratus criminaliter, etiam si sit de fuga suspectus.*
27 *Arrestari posse ciuiliter criminaliter carceratum dixit Marsil. cuius opinio confutatur.*
28 *De carceratis Tractatus inter opera Bart. non est ipsius Bart.*
29 *Arrestari posse ciuiliter carceratum criminaliter dixit* Boss. *cuius opinio confutatur.*
30 *Arrestari posse ciuiliter carceratum criminaliter ex Bart.* l. cum eo. ff. ad Iul. pecul. *quomodo procedat.*
31 *Executionem pœnæ corporalis posse differri pro interesse ciuili tenent multi, qui referuntur.*
32 *Executionem pœnæ corporalis non posse differri pro interesse ciuili tenent alij, qui referuntur.*
33 *Executionem pœnæ corporalis differri posse, occasione interesse ciuilis, per modicum tempus alijs concurrentibus.*
34 *Impunita non remanere delicta interest Reip.*
35 *Condemnatus quamprimum pœnæ tradendus.*
36 *Executionis corporalis pœnæ dilationem ob interesse ciuile non posse impediri per desuetudinem dixit* Capol. *& alij.*
37 *Executionis dilatio pœnæ corporalis restringitur ad pœnam capitis, seu triremium perpetuarum.*
38 *Commentariensis pro expensis, Notarius pro mercede non possunt retinere de iure carceratum criminaliter, licet de consuetudine aliter seruetur.*
39 *Criminaliter carceratus, & expeditus, neque per breue tempus oretenus de ordine Iudicis debet retineri.*

HIC articulus, quia frequenter occurrit, discutietur à nobis diffusius, quam consueuimus; idq. in gratiam exterorum. Apud nos enim, vt apparebit ex infra dicendis, nulla est difficultas.

1 Dicendum igitur captum pro causa criminali, licet possit arrestari pro alia causa criminali. *Bar. de carcer. num. 21. Marsil. in praxi crim. §. attingam. numer. 33. Far. q. 27. num. 155.* Cabal. *cas. 299. nu. 30.* & alij quos refert *Vermig. cons. 351. num. 1.* nequaquam tamen posse de iure pro ciuili arrestari, seu recommendari. *Bar. in l. 1. §. exhibendi. num. 4. in fin. ff. de cust. reor.* Hæc est opinio etiam Rom. in quodam eius consilio M.S. cuius tenorẽ refert & sequitur Brun. *de cess. bon. 11. quæst. 4. quæst. princ. nu. 33. cum seqq.* Probarunt etiam *Iacob. Nouell. reg. 15. fallen. 2. num. 2. Franc. dec. 415. præsertim num. 3. & ibi add. num. 10. Tappia. tom. 4. iur. reg. §. 104. & seqq. Ioseph. Lud. decis. Perus. 70. num 2. vers. verum. num. 10. Far. q. quæst. 27. num. 155.* admonẽs ab ea vti receptiori & veriori minimè recedendum esse. *Et in frag. par. 1. vers. condemnatus. num. 619. Carp. ad stat. Mediol. par. 1. cap. 242. numer. 5. Scap. de iur. non scrip. lib. 3. rub. 13. de carcer. debit. cap. 96. num. 2. & infra. Marta plene. decis. 52. per tot. Prax. Archiep.* Neapol. *cap. 18. nu. 7.* vbi pariter de communi. *Cabal. resol. crim. cas. 146. num. 11. ver. licet alij: & cent. 3. cas. 299. num. 18. cum pluribus seqq. Ant. del Re. de iuram. calum. cap. 15. num. 200. Buccaron. de diff. inter iud. ciu. & crim. diff. 148. nu. 11. Mauf. de caus. execut. ampl. 27. num. 9.* vbi dicit communiter receptum. *vers. sed licet. Gilian. ad stat. Perus. ver. carcer. nu. 11.* Guaz. *def. 6. nu. 85. cap. 1. Almon. Ciaz. discep. foren crim. discep. 6. num. 158. Tusc. ver. carceratus. conclus. 83. num. 14. vbi recenset distinctionem. Bart. in cons. 221. vers. quandoque vna lib. 1.* & subiungit: *Regula est, quod citatus criminaliter non arrestatur ex pecuniaria causa. Vrsil cons. 146. num. 24. Vermig. cons. 351. num. 2.*

2 Quod dixi procedit non solum de iure, sed etiam de consuetudine, de qua testantur plerique ex præallegatis. Inter cæteros *Ludou. d. dec. Perus. 70.* Qui dicit *num. 9.* ita vidisse seruari Perusiæ, Maceratæ, Firmi, Tipherni, Auximi, & in alijs locis ditionis Ecclesiasticæ. *Scap. de iure non scrip. de carcer. debit. cap. 96. Ant. del Re. de iuram. cal. cap. 15. n 200. Farin. q. 27. num. 155.* qui non solum dicit veram esse tam de iure, quam de consuetudine, & negat ab eo tanquam veriori, & receptiori discedendum esse; sed etiam *in frag. ver. condemnatus. num. 619. in fine.* affirmat apud nos cessare omnem dubitationem, quia captus pro delicto nullo pacto arrestari potest pro debito. Et *q. 27. num. 155. in fine.* testatur apud nos indistinctè semper vidisse seruatum, vt captus pro delicto non possit pro ciuili debito arrestari. *Gilian. ad stat. Perus. ver. carcer. numer. 11.* Qui asserit in Statu Ecclesiastico non fieri recommendationem carcerati ex causa criminali ob debitum ciuile. *Ferrar. caut. 22.* Qui dicit hãc opinionem hodie consuetudine fuisse approbatam, præsertim in Statu Ecclesiastico. Illum citat, & sequitur *Buccar. d. differ. 148. num. 11.* Quæ obseruantia est attendenda, etiam si contrarius intellectus esset de iure verior. *Honded. cons. 92. num. 27. & 30. lib. 1. vbi quamplures idem tenẽtes cumulat.*

3 Stylus quoque Visitæ carceratorum concordat cum iuris dispositione, & consuetudine: ita vt quotiescumque

tiescumque reperti sunt carcerati criminales expediti & relaxandi, fuerint relaxati, non obstante arresto ciuili, tamquam nulliter facto. Hoc testatur de stylo *Farin. q.27. num.155.* suo tempore. Ego quoque per spatium triginta quinque annorum, & vltra, quo versatus sum in Visitæ Tribunali, testari possum vidisse idem obseruari. In cuius styli comprobationem adduci non possunt Visitæ decreta. Cum enim sit notorium, Iudices criminales semper denegarunt arresta ciuilia contra criminaliter carceratos.

4 Semel tantum nouissimè, dum hæc scriberem, contigit quod Ioannes Antonius, Nonæ carceratus pro causa criminali, expeditus cũ decreto exilij, antequam excarceraretur, fuerit arrestatus à creditore, qui extorsit à Iudice criminali non informato de stylo Visitæ arrestum ciuile allegando pro se decisionem vigesimamsecundam Peguerij, de qua dicturi summa mira. Vnde negotio plenè discusso in Visita emanauit decretũ. 1650. 10. Nouemb. Nonæ. *Ioannes Antonius. Stante verba data in plena Visita per ipsum, & Ioannem Ginellum Aduersarium præsentem de inuicem non offendendo, relaxetur non obstante arresto ciuili.*

4 Quod carceratus criminaliter arrestari non possit ciuiliter pluribus, iisque validissimis rationibus comprobatur, spectata tum persona arrestati, 5 tum natura ipsius Arresti. Respectu arrestati; quoniam quadrupliciter propria spoliaretur libertate. I. Quia captus criminaliter abducitur à domo, vbi 6 ab executione tutus erat pro debitis. *l. plerique. ff. de in ius vocan. cum ibi not.* Vnde à creditore libertate spoliaretur. *Rom. cons. M. 8. relato à Bruno. de cess. bon. t1. quæst. 4. q. princ. num. 33. Lud. decis. Perus. 70. num. 3. Cabal. cas. 299. cent. 3. nu. 19. Buccar. de diff. inter Iud. ciu. & crim. diff. 148. nu-* 7 *mer.* 11. II. Quia detẽtus criminaliter dicitur esse tutus sub vna fide. Vnde pro alia non debet detineri, ne fraudetur; cum pro illa alia nõ fuerit captus, & in carceribus detentus. *Bal. cons. 90. nu. 3. lib. 5. Cabald. cas. 299 num. 27.* Quare si arrestaretur, di-8 ceretur spoliatus. III. Nulla esset arrestatio, tamquam facta pro causa ciuili à Iudice criminali, non habente iurisdictionem. *Scac. de Iud. cap. 6. nu. 31.* 9 *vers. item quando.* Arrestum enim concedi debet, ab eo, qui carcerari fecit, &, cum requirat causæ cognitionem, eam adhibere non potest Iudex criminalis principaliter, vt requiritur, licet illi competat incidenter. Ita plures, quos allegat. Farin. *cons. 11. num. 48. cons. 40. num. 27. & cons. 69 nu. 3.* 10 *lib. 1.* Certum est autem arrestum concedi non posse ab incompetẽti Iudice; sicuti nec capturam. *Bald. cons 285. vol. 1. Soc. cons. 99 num. 9. vol. 3. Rol. cons. 63. num. 6. vol. 3.* & alij quos citat, & sequitur *Sol. de capt. debit. glos. vnic. 2. par. num. 1. vers. secundo captura peti, & concedi debet à* Iudice *competenti. Thes. dec. 220. num. 1. Qui alios quam plures allegat: quam citat, & sequitur* Rat. *in vna Romana pecuniaria sine arresti. 22. Aprilis.* Aprilis. 1613. 11 *Qua est dec. 478. num. 4. par. 1. recent.* IV. Quia Commentariensis parificatur depositario. Sicut enim isti committitur custodia rerum. *l. 1. ff. depos. in princ. cap. 1. & per tot. de depos.* Ita illi custodia personarum. *l. milites. ff. de cust. reor. l. fin. C. eod.* 12 Quare per arrestationem non potest absque spolio impediri depositi restitutio, videlicet ipsius carcerati criminaliter relaxandi. *Brun. de cess. bon. q. 11. 4. q. quæst. princ. num. 36. Ludou. decis. Perus. 70.* 13 *num. 6. Cabal. cas. 299. num. 21.* Quocumque autem modo carceratus spoliaretur à creditoribus libertate, concedenda illi esset contra creditores actio spolij. *l. 1. §. 1. & §. si filius. Et l. interdicto. cum ibi not. de vi & vi arm.* Brun. *q. 11. 4 q. princ. num. 35. vers. præterea si Iudex ad instantiam creditorum. Cabal. cas. 299. num. 24.*

14 Respectu quoque naturæ ipsius Arresti denegatur Arrestatio ciuilis, eo quod non sit compossibilis cum causa criminali. Fit enim ex sua natura Arrestum ciuile per viam adhæsionis, ita vt fiat quodammodo, vnum cum ipsa carceratione. *Bald. consil. 90. numer. 2. lib. 5.* Certum est au-15 tem, quod, vbi est diuersitas, & disparitas, adhæsio huiusmodi fieri non potest. Talis autem est causa criminalis respectu ciuilis. Nam sunt diuersæ speciei; ideoque non potest fieri adhæsio; 16 sicut dicitur de Reconuentione, & prorogatione. *ad not. in l. si quis ex consensu. C. de Epis. aud. & in cap. at si Clerici. de iud. & per Cyn. l. 1. num. 3. C. de Iurisd. omn. Iud. Lud. dec. 70. Perus. num. 7. Cabal. cas. 299. num. 23. & 26. Brun. q. 11. 4. quæst. princ. num. 36. vers. præterea iste debitor.*

17 Disparitas quoque est inter causam ciuilem, & criminalem. Hæc enim maior est ciuili. Vnde euenit, vt carceratus criminaliter tamquam detentus à maiori Tribunali, detineri non possit ab inferiori. *l. contra pupillum. ff. de re iud.* Cabal. *cas.* 18 299. *num.* 28. Et ob grauitatem causæ criminalis causa ciuilia debet ei præstare obsequium, non adhærere, vel æqualem se ei facere. *Buccar. de diff.* 19 *inter iud. ciu. & crim. diff.* 148. *n.* 11. Nam criminalis tãquam maior facit cessare ciuilem. *Salicet. in l. fin. C. de ord. iud.* Eliq. textus ad litterã *l. 1. C. qui accus. non pos. Et in d. l. fin.* Hanc opinionem communem dicit Ioannes Bap. de Ploc. *cõs. 73. numer. 4. & seqq. vbi plures allegat inter cons. crim. diuer. vol. 2.* Non imus inficias posse Iudicem ciuilem cognoscere de causa criminali, non tamen principaliter prout requiritur ad effectum, vt possit concurrere cum Iudice criminali, sed incidenter, vt si accusarentur de falso testes coram eo examinati. *Farin. q. 1. num. 57. & seqq. & q. 117. num. 182.* Quia facta est mentio de testibus falsis placuit referre horribilem punitionem testium falsorum; sufficientem ad deterrendos quoscumque etiam à cogitatione delicti tam execrandi. *In Append. §. 3. cap. 37.*

20 Igitur nil mirum si tot rationibus concurrentibus criminaliter carceratus, siue fuerit absolutus, siue composuerit, siue condemnatus sit, relaxari debeat etiam non obstante quocumque Arresto ciuili, siue ante, siue post sententiam facto, & poni extra carceres, eo modo quo erat ante criminalem carcerationem. Siquidem Doctores allegati indistinctè loquuntur, & rationes allatæ in omnibus casibus prædictis militant. Bart. etiam *cons. 221. lib. 1. Vbi distinguit plures, vt & l. 2. §. 1. ff. de cust. & exhib. reor.* Voluit concurrentibus siue in procedendo, siue in exequẽdo in causis ciuilibus & criminalibus præferri semper criminalem. Immò 21 nec potest reus capi ciuiliter statim post criminalem

lem excarcerationem, sed expectandum est, quod eius captura, seu prosecutio sit difficilis, & positus sit in sua libertate. *Phœbus. decis. Lusit. 54. num. 10. Brunus. q. 11. 4. quæst. princ. num. 36. vers. ex quibus omnibus. Borgn. par. 1. dec. 1. num. 44. vers. & taliter relaxari debet.* quodque non possit statim capi. Vbi allegat Bart. *in l. naturaliter, in princ. ff. de acq. rerum dom.* dicitq. debere reponi in loco, vbi fuit captus. *Idem post Perid. de Put. & alios, quos allegant firmant Far. q. 29. num. 11. Guaz. def. 6. cap. 1. num. 83. ver. quia indebitè. Vermig. qui etiam alios allegat. cons. 351. num. 2. vers. & hæc constitutio.* Huiusmodi tempus, quod tan-

22 quam incertum, remittitur arbitrio Iudicis, ad certitudinem reduxit apud nos Paulus V. *Constitutione LXXI. Tit. de carcer. & carcera.* his verbis: *Relaxati à carceribus, in quibus pro causa criminali detinebantur, per spatium horæ non possint pro ciuili causa capi, & carcerari.* Quam etiam refert

23 Vermig. citatus *cons. 351. num. 2.* Quod si aliquando contigerit ante lapsum horæ quosdam carceratos fuerint, tamquam nulliter capti, relaxati vt dicemus infra. *§. 10. cap. 7. num. 46.* Eodem modo si

24 fuerit tentata eorum arrestatio, antequam essent relaxati, erat à Visita denegata, vt accidit 10. Octobris 1624. in Dominico carcerato pro causa criminali, & expedito; contra quem, dum cassata partita in libro carceratorum pro causa criminali, detineretur à Capitaneo carceris pro expensis, superuenit Arrestum ciuile, quod recusauit Cancellarius adnotare. Visita in Consulta respondit esse relaxandum, non attento arresto; & reipsa fuit relaxatus. Quousq. enim quis detinetur in carceribus, etiam si expedita sit causa, dicuntur remanere reliquiæ priuilegij carcerationis criminalis, ratione

25 quarum dicitur adhuc durare priuilegium, etiam si cessaret causa finalis priuilegij. *Marsil. de bannit. ver. cessante banno. num. 7. & seq. Vbi multa congerit exempla.*

26 Amplia conclusionem non solum ex dictis supra *cap. 3. decl. 2.* sed etiam de iure, si reus esset de fuga suspectus, vt non possit expedita causa criminali recommendari pro ciuili; quicquid dicat Mauz. qui nihil allegat. *de caus. execut. ampl. 37. num. 9. Bal. in Auth. & qui. C. de bon. auth. Iud. possid. num. 10. vers. quid ergo facient. Alex. cons. 159. num. 7. circa primum dubium.* redditque rationem, quia non est aptus fugæ, vt est de mente Bald. & potest creditor facere eum de nouo capere. *Dec. qui illos citat. & sequitur in l. vnum. ff. si cer. pet. num. 8. ver. & in proposito.* Vbi dicit non esse eamdem rationem de die Feriato. In contrarium tamen sentit Ias. *in d. l. vinum. num. 2. in fin. ver. 2. noto ex ista. l. quod sit eadem ratio de loco, & tempore.* & pluribus comprobat.

Cõclusio à me posita procedit ita de plano apud Doctores vt possimus dicere non habere contradictorem. Nam duorum in contrarium allegata opinio videlicet Marsil. & Boss. facile tollitur. Marsil. enim nihil ponit de suo, nec examinat hunc arti-

27 culum; sed per transennam *in sua prax. crim. ver. ver. attingam. nu. 32.* dicit: *Secundum Bartolum in suo Tract. de carcer. col. vlt. nu. 20. restat quarto videre. Carceratus pro debito potest pro delicto recommendari.* Ad quod allegat nec. *in l. 3. ff. de cust. reor.* & idem dicit è contra, videlicet. *Quod si esset carceratus pro delicto, quod posset pro debito recommendari.* Verba autem dicti Tractatus *de carcer.* sunt hæc. *Restat quarto videre an carceratus pro aliquo delicto possit recommendari. Scripsi in l. 3. ff. de cust. reorum, idem esset è contro, si esset carceratus pro delicto, quod possit pro debito recommendari. & ibidem not. per Bartolum.*

28 Respondetur enim Tractatum illum *de carcer.* non esse Bartoli, vt etiam notant in initio addentes: ad quod comprobandum inter cætera adducunt, quod in eo sæpè allegatur ipsemet Bartolus, prout apparet etiam ex verbis supra adductis in fine. Si enim esset Bartolus, dixisset: *Et ibi not. per me,* sicut paulò superius dixit: *scripsi in l. 3.*

Deinde Bartolus (super quo solo Marsilius opinionem suam fundat) in l. 3. de cust. reor. non loquitur de hac materia. *Et in l. 2.* vbi tractat materiam, nullibi dicit carceratum criminaliter posse ciuiliter recommendari. Vnde opinionem Marsilij non subsistere merito dixerunt, *Ioseph. Lud. dec. 70.* Qui *nu. 8. & seqq.* tenens conclusionem affirmatiuam, *num. 10.* subdit: *Et hæc est veritas, quicquid transitiuè, & malè dixerit Marsilius in §. attingam. num. 34 & 35.*

29 De Bossio quoque Farinacius *q. 27. nu. 155.* dixit: *Et licet Boss. tit. de captura num. t. contrarium asserat; non tamen recedas à prædicta conclusione, quæ & verior, & receptior est. Adde quod si Bossij verba perpendantur, & Doctores ab eo allegati, nullius esse momenti manifestè constabit. Siquidem in sua prax. tit. captura. num. 91.* ait: *Captus pro causa criminali potest ad alterius implorationem ex causa ciuili retineri ex Bart. in l. cum eo. ff. ad l. Iul. pecul. Et Ias. in l. plerumque de in ius vocan.* Quoad Iasonem allegatum tantum abest, vt sequatur opinionem Bartoli, vt ibi validissimis rationibus confutet. *num. 17. vers. vndecimo. fallit in causa criminali:* vt & alij relati à *Gabr. in suis concl. lib. 7. concl. 10. lim. 13. num. 37. vers. contrarium. Rom. & Buccar. de diff. inter iud. ciu. & crim. diff. 148. num 5.* Immò consideratis verbis ipsius Bartoli *in d. l. cum eo. ff. ad l. Iul. pecul.* constabit non

30 aduersari nostræ conclusioni. Ait enim: *Consilium est, quando debitorem tuum non potes facere capi, quia numquam exit de domo, quod tu facias eum condemnari de contemptu mandati, & sic poterit in domo capi. & cum erit in carceribus positus, poterit ibi pro debito pecuniario recommendari secundum materiam, quam dixi vobis supra in l. 2. in fin. ff. de cust. reor.* Cum itaque Bartolus se referat ad dicta de hac materia *in l. 2. de custod. reor.* in hac 2. l. non intendat posse recommendari carceratum criminaliter pro debito, sed per modicum tempus differri executionem criminalem, vt ex eius verbis *in d. l. 2.* quæ sunt hæc: num. 4. *Quandoque vna executio est pecuniaria, alia corporalis: verbi gratia, recommendatus est quis in carceribus, quia damnatus in capite; alius facit eum ibi recommendari pro pecuniaria, vel vt reddat rationem alicuius administrationis; tunc isto casu, si quidem habita modica dilatione executionis pœna corporalis posset esse consultum ei, qui petit executionem pecuniariam, concedetur illo dilatio, aliàs secus. l. 1. C. de bon. dam. facit. l. fin. sup. circa princ. supra*

de

de public. Atque ita esse intelligendum Bartolum *in d.l. cum eo. ad l.Iul. pecul.* videlicet, non de arresto, seu recommendatione, sed de modica dilatione. Voluit etiam Ioseph. Lud. *decis. Perus.70. num.8.vers.& ita intelligendus est Bar.* In hac allegata cautela Bartoli fundata videtur praxis citandi debitorem ad tenendum portam apertam, de qua dicemus infra *§.10. cap.7. num.1.*

31 Occasione huius doctrinæ Bartoli quærunt Doctores, An pro interesse pecuniario differri possit executio pœnæ corporalis? Quidam affirmant prætenduntq. casum decidi. *l.1.C.de bon. prof.* Vbi de seruo capitaliter damnato Imp. Antoninus statuit. *Quod ne dum peculium eius domino aufertur, verum etiam eius sententia executio differtur, donec ab eo domino acceleranti ratio administrationis reddatur.* Quibus etiam fauere videtur Textus *in l.seruo legato. §. pen. ff. de leg.1.* Et ita tenent. *Cyn. num.2. Bar.Fulg. Salyc. Ang. in d.l.1. C.de bon.prof. Et idem Bar. supra relatus in l.2. §.qui exhibendi. ff.de cust.reor.* Idemq. repetit *Cons.221. an positus in carceribus.lib.1.circa princ. vers.quandoque vna.* Quamuis autem prædictæ *ll.* in seruo condemnato loquantur, tamen idem ius statuendum esse in libero homine voluerunt. *Fulgos. Salyc. & alij in d.l.1. C.de bon prosc.* Ratio Textus esse potest, quia seruus, qui tenetur ad reddendam rationem, obligatus est ad factum, quod ab alio explicari non potest, & per eius mortem damnum irreparabile infertur creditori. Quamobrem moti sunt Doctores prædicti ad dicendum quod quoties damnum est irreparabile, & modica dilatione reparari potest, non videatur denegandum. Cum dicti Bartoli opinione transire cæteros Doctores dixit *Gomes. per plures, quos allegat. var. resol. tom.3. cap.13.n.36.vers.secundus casus est.* Vbi dicit communem: *Et in fin. vers.quod tamen intellige.* Subiungit, quando dilatio esset modica, & breui tempore possunt reddi rationes, alias secus.

32 Contrarium, quod non sit suspendenda executio pœnæ pro interesse priuato pecuniario tenuerunt *Ang.in l.fin. l.1. C.de præscrip.* Vbi dixit non obseruari de consuetudine; licet de iure procedat cautela protestantis non exequi sententiam aduersus condemnatum, quia est sibi obligatus ad reddendam rationem, nisi prius illam reddiderit. Quod etiam *in l. seruus vni.de leg.1. tradunt idem Ang. num.1.in fin.Cuman.in fin. Ias. num.3. vers. subdit tamen.Angel.de malef. ver.& ibi Caput. nu.31. vers.sed aduertas. Far.in frag. par.1. ver. condemnatus.num.619.Cart.de cap.ban.in cap.fin.n.427.* Inter has duas opiniones, Clarus *§.fin.q 97.nu.1.*

33 relata opinione tenentium negatiuam, quam de consuetudine dicit seruari, profert sententiam suam. *vers. ego vero dicerem*, scilicet admittendam esse dilationem breuem, puta bidui, vel tridui, si appareat illam non peti in fraudem differendæ, aut vitandæ executionis; nec subsistit timor quod condemnatus possit aufugere, aut alterius scandali, modo creditor non potuisset prius petere talem rationem sibi reddi, & quod ea non reddita inferretur præiudicium aliquod irreparabile: Cum nemo ex aliena culpa damnum pati debeat. *Far. in frag.crim.par.1.ver.condemnatus.nu.616. & seqq.* prædictam Clari opinionem *Cabal. resol.crim.cent.2.cas. 146. num.7. vers. & licet.* dixit æquam esse, & de iure procedere; etsi Clarus pro sua sententia nihil alleget, optimèque probari dicto Bartoli *l.2.§.qui exhibendi. nu.4. vers.quandoque vna executio est pecuniaria, alia corporalis. ff.de cust. & exhib.reor.* Contrariũ vero tenentes loqui sim-

34 pliciter de protestatione facta pro cautela ad retardandam executionem sententiæ, eo quod Reip. intersit delicta non remanere impunita. *l.ita vulneratus. ff. ad l.Aquil.* Quam executionem publicæ vtilitati non expedit in longum differri, cum dam-

35 natus velociter pœnæ tradendus sit. *l.1.in fin. C.de prescr.* Idem ad hanc l.dicit *Cyn. num.3.* Et sanè negari non potest, quin moderatè loquatur Clarus de modica dilatione bidui, vel tridui, concurrente præiudicio irreparabili creditoris, cessante suspicione fugæ è carceribus, & cuiuslibet scandali, & quod prius non potuerit ille tertius instare

36 pro redditione rationis; prætterquam quod, vt ait Cæpol.*Caut.2.num.3. post medium. vers. & credo.* non potest tolli huiusmodi facultas per desuetudinem, ac solum nõ vsum, sed opus est contraria consuetudine legitimè inducta, postquam fuit petitum & denegatum, cuius dicti meminit *Ias.in prærit. l.seruus vni. num.3. in fin. de leg.1.* Idemque asseruerunt *Cancer.in prax.crim. tract.3. de homic.& assas.ad fin. 5.vers circa itaque secundum.num.21. Garan. super rit.Mag. Cur.rit.289. num.5. in fin. vers.tamen.vt Capol.eti seq.Far. frag. par.1. ver. condemnatus. num.618.*

Ex quibus licet conijcere, quam aliena sit à carceratione criminali ciuilis arrestatio, cum minima dilatio pro interesse ciuili bidui, vel tridui non solum difficile concedatur, sed à tot supra citatis DD. dicitur in praxi non concedi: Et quando es-

37 set concedendâ restringitur ad vnicum casum specialem damnationis ad mortem debitoris ad factũ, quod ab alijs adimpleri non potest, videlicet redditionis rationis, & per cuius mortem infertur irreparabile præiudicium. Addit Ioseph. Lud. *decis. Perus.70. num. 1.* Condemnationem ad triremes quod procedit, ad vitam, sin autem esset ad tempus fortè dici non posset irreparabile præiudicium.

38 Hinc inferunt Doctores Commentariensem non posse retinere criminaliter carceratum, & expeditum pro expensis, neque notarium pro mercede, licet, qua hoc esset illis nimis damnosum, practica introduxerit, vt eos retineant. *Clar. in prax.crim. q.62.vers.vlt.& Scap. de iur. non scrip. lib.5.de carcer. & carcerat. cap. 48. quos refert, & sequitur Buccar.de diff inter. Ind.ciu. & crim. diff. 148.n.12.* Adstipulatur Ioseph. Lud. *Perus.dec.70. num.8.& seqq subdens nu.10.* se numquam ausum

39 fuisse per viam recommendationis in scriptis retinere carceratos criminaliter pro interesse ciuili, sed differre eorum liberationem per modicũ tempus, intra quod, si voluissẽt vel valuissent satisfacere, eos dimittebat. Quam cautelam refert Cabal. *cas.299.in fin.nu. 35.* dicitque se neque illam laudare, neque vituperare. Satis tamen vituperat ad nostrum propositũ, dum ibi subdit se ea numquam vsum fuisse. Quid autem dicendum sit de damnatis ad exilium dicam. *cap.seq.*

CAPVT

CAPVT XI.

Arrestum ciuile an sustineatur contra damnatos in exilium.

SVMMARIVM.

1 *Arrestatus ciuiliter, qui erat carceratus criminaliter, si expediatur cum pœna exilij, est retinendus pro arresto, ex Piguer.*
2 *Sine lege loqui erubescendum.*
3 *Ratio magis attendenda est, quam ipsa lex.*
4 *Exiliati non liberantur à debito, sed conueniendi vbi sunt.*
5 *Exilium est pœna nec leuis.*
6 *Pœna imponitur non solum in odium Rei, sed ad publicam vindictam.*
7 *Pœna corporalis executio non est differenda.*
8 *Delictorum punitio concernit publicam vtilitatem nulla habita ratione priuati interesse.*
9 *Pœna corporali tradendus etiam condemnatus ad interesse partis in eadem sententia.*
10 *Pœna corporalis tanquam dignior totum negotium ad se trahit, etiam concurrente pœna pecuniaria.*
11 *Exilij pœna in Vrbe grauior quam alibi.*
12 *Arrestari ciuiliter non potest criminaliter carceratus, etiam si habeat Vrbem pro carcere.*
13 *Exiliati sæpè recusant exire è carceribus cum exilio.*
14 *Exiliatorum multitudo in Vrbe est præcipua causa non retinendi eos pro interesse ciuili.*
15 *Arrestum ciuile fieri non potest carcerato criminaliter, ne spolietur, & propter diuersitatem causarum.*
16 *Criminaliter captus, & expeditus cum exilio licet non possit arrestari, potest secundum aliquos detineri, donec soluat.*
17 *Exiliatus instante Fisco, est transmittendus nulla habita ratione priuati interesse, etiam contradicentibus creditoribus.*
18 *Exiliatum, qui transmittitur non obstante arresto ciuili, senserunt aliqui debere cauere de soluendo finito exilio.*
19 *Exiliati de stylo Visitæ nullo modo retinentur propter superueniens Arrestum, sed solum, si prius fuissent pro debito carcerati.*
20 *In exiliatis carceratis prius pro debito Visita expectat instantiam creditoris, & constito de paupertate eos admittit.*
21 *Exiliatos pauperes dimittendos non obstante debito ex stylo Visitæ, quam sit æquitati consonum.*
22 *Exiliati si dimittantur non obstante interesse ciuili non possunt iustè conqueri creditores.*
23 *Suspectus de fuga captus domi, seu de nocte, aut die festiuo non potest arrestari ciuiliter.*
24 *Suspectus de fuga captus quocumque tempore, & loco non potest arrestari, dum ducitur ad Iudicem.*
25 *Suspectus de fuga captus quocumque loco, & tempore an possit arrestari, pro negatiua.*

Conatus est Peguer. ab vniuersali conclusione firmata *cap. præcedenti.* quod carceratus criminaliter non possit ciuiliter arrestari, excipere damnatos in pœnam exilij; sed contra ferociter insurgit Cabal. Audiamus vtrumque, vt quia eorum iustius decertet, dijudicare possimus.

1 Refert Peguer. *cap. 22.* Anno 1557 fuisse conclusũ pro maiori parte votantium in Regio Concilio Catalauniæ in facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ contra Velascum de Torres; qui postquam fuisset condemnatus ad exilium extra Prouinciam, fuit repertus recommendatus pro securitate Iudicij ex causis mercantilibus, antè dictam cõdemnationem; sustineri recommendationem, quia *lib. 1. C. de bon. prosc.* & aliæ de materia loquentes, sunt in odium condemnati, vt luat pœnam: prout colligitur ex ijs verbis: *Et pœna sua reddi possit:* vndè cum executio sententiæ exilij cedat in solatium, & non in pœnam condemnati; summa cum ratione fatendum est Recommendationem debere impedire executionem dictæ pœnæ, & differendam esse quousque condemnatus soluerit, vel cautione de soluendo præstiterit. Hæc Peguer. *vbi supra.* Idem reperit. *dec. 69. num. 2. ver. attamen.* cui dicere possemus 2 erubescendum esse sine lege loqui. *Auth. de trien. & semis. §. consideramus.* Nisi ipse nobis responsurus esset cum Baldo *Inst. quibus alien. lic. num.* 3. ratio-3 nem magis attendendam quam ipsam legem. *l. hac actio. ff. de calum.* Vrgeri tamen potest id fortè procedere in ratione vera, valida, & concludente, non autem debili, qualem hanc Peguerræ appellat Cabal. *cas. 146. in fin. vers. Quod si Fiscus non instaret.* 4 *vsque ad fin.* Vbi Peguerræ respondet. I. condemnatum in exilium, non per hoc liberare à debito, cum pro eo poterit conueniri, vbicumque fuerit. II. exi-5 lium esse pœnam, & non leuem, vt nos quoquè pluribus comprobauimus. *lib. 1. §. 12. de pœna* 6 *Exilij cap. 3.* III. Quod tollit omnẽ difficultatem, Pœnam non esse solum impositam in odium Rei; sed in exemplum aliorum, propter quod Fiscus publicam prosequitur vindictam: cui exemplo non satisfit, dum non innotescit executas fuisse pœnas prauis hominibus inflictas; ac propterea idem Ca-7 bal. citatus dicit quod quæcumque fuerit pœna pro delictis imposita ad publicam vindictam, differenda non est diu executio; præsertim ob priuatas causas, ex congestis à *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 98.* Nam 8 publica vtilitas consistit in purgatione Ciuitatis ab improbis hominibus. Quod tunc rectè fit, si puniãtur delicta; nulla habita ratione interesse priuati creditorum. *Angel. Cuman. & alij, quos cumu-9 lat Cabal. cit. cas. 146. nu. 2. & seqq.* Ad quod etiam vide Vermig. qui videtur loqui in casu fortiori. *cons. 351. num. 3. vers. nec dicatur.* Idquè ità certò procedit, vt etiam condemnato Reo ad restitutionem rei, seu ad interesse partis, & in pœnam corporalem in eadem sententia, pœnæ corporali tradatur nulla habita ratione ipsius interesse, instante Fisco. Tunc enim nullo pacto differenda est executio ex allegatis per *Vinc. de Franc. dec. 317. & Cabal. cas. 146. quos sequitur Farin. in frag. crim. par. 1. ver. condemnatus. num. 619. vers. quando quis.*
10 Ratio est, quia pœna corporalis, vt dignor, totum negotium ad se trahit, etiam concurrente pœna pecuniaria; immo si pœna aliqua pecuniaria applicanda

canda fit parti tantum, tunc etiam dicitur causa simpliciter criminalis, & non mixta. *Dec in Dub. de Iud. in princ. Laderch. conf. 124. num. 3.*

Præter rationes a Cabal. contra Pegiter. adductas, quæ abundè sufficiunt ad refellendam eius 11 opinionem, addimus pœnam exilij non dici apud nos minorem carcere. Fortè in Regno Catalanniæ aut erant strictiores carceres, aut incundiora exilia? Hic ijs maximè, qui carcerati sunt pro delictis, pro quibus imponenda venit pœna exilij, datur frequenter Palatium, domus propria, vel ipsamet 12 Patria pro carcere: Tunc etiā in illis habet locum conclusio, vt non possint arrestari pro causa ciuili. *Cabal. cas. 299. nu. 29. Guaz. def. 6. num. 95.* Immò 13 sæpè ij, qui ad pœnam exilij sunt condemnati, vile, quicquid extra Vrbis Pomerium est, existimantes, obstinatè permanent in carceribus, & in Visitationibus comparent, ac protestantur nolle exire, nisi prius exilium ipsis remittatur: Adeo vt opus sit aliquando allicere ad exeundum, promittendo, *Non grauetur*; Hanc enim communem Patriam ità libenter incolæ inhabitant, vt, etiamsi exilio mulctentur sub pœna triremium, ad illam tamen sæpè redeant, & tam graui periculo se subijciant; in illudque frequenter incurrant. Quinimo opus est non rarò eosdem exilio mulctatos duci simul extra Vrbem, quandoque vsque ad Ciuitatem Veterem.

15 Præterea, si admitteretur hic posse prò arresto, seu debito ciuili retineri exiliatos, fabricandi essent alij carceres, ob multitudinem eorum, quibus exilium iniungitur, qui ferè omnes aliquo debito sunt grauati. Atque hac de causa arbitror factum fuisse, vt nonquā hic huiusmodi arrestatio fuerit admissa.

16 Demum aduertendum est non prohiberi Arrestationem ciuilem carcerati criminaliter, ob qualitatem pœnæ, quæ imponitur; sed quia carceratus criminaliter spoliaretur, & quia causæ criminali; tamquam maiori, ac diuersæ speciei non potest adhærere ciuilis arrestatio, quod tam militat in criminaliter carcerato, cui imponitur pœna exilij, quam in alijs, quibus maiores, & grauiores pœnæ infliguntur, vt dixi *cap. praced.*

16 Quare alij, qui intellexerunt hanc difficultatem, & voluerunt aliqua ratione fauere creditoribus, non dixerunt posse Reum in pœnam exilij condemnatum arrestari, sed retineri pro interesse creditorum, donec soluat, vel alio remedio vtatur. Quæ Retentio longè diuersa est ab arresto, cum nil tribuat creditoribus, qui non possunt experiri, de iuribus suis in ipsorum causis ciuilibus. Insuper 17 declarant hoc ità demum procedere, nisi Fiscus instet vt transmittantur in exilium, alias secus. Ità in specie distinguendo *Franch. dec. 317. num. 6. vers. in magna Curia cōtradicentibus creditoribus. ad finem. Batard. ad Clar. q. 71. nu. 7. & 8 ac q. 97. num. 1. Cabal cas. 146. num 8. in fin. vers. Quod si fiscus non instaret. vsque ad finem.* Vbi dicit se amplecti hanc distinctionem Franch. potius quam indistinctam opinionem Pegner. *Far. in frag. ver. condemnatus. num. 619. ad medium. vers. & idem quando debitor. Mauz de caus. exec. ampl. 13. nu. 54.* vbi dicit etiā contradicentibus creditoribus transmitti reum in exilium cum cautione de redeundo in carceribus finita relegatione, vel exilio completo, & in defectum ad iuratoriam debere admitti. Idem repetit, *ampl. 27. nu. 12. Riet. decis. 69. par. 2.*

18 *Thor. in compend. decis. Neap. par. 1. ver. carceratus an sit transmittendus. par. 76.* Quando autem instandum sit, vt exiliari, abeant in exiliū, diximus supra, *cap. precedenti circa finem, & alibi.*

19 Mitius agit cum exiliatis carceratorum Visitatio, quæ non permittit eos vllo modo retineri ad instantiam creditorum compatētium post finitam causam, nisi solum in duobus casibus; videlicet, quando ad interesse partis condemnati sūt; & quando fuerunt capti pro debito ciuili, ac postea arrestantur pro causa criminali: quod fieri posse 20 *cap. precedenti*, demonstrauimus. Licet enim hoc casu nec per modicum tempus detineri possint ad instantiam creditoris, qui eos carcerari fecit. *l. si quis. ff. de pan. l cum reis. C. eodem. Franc. decis. 317. num. 6.* Hoc tamen casu, vt alias dixi *capp. superioribus*, condemnationis ad interesse, Visita expectat instantiam Procuratoris Fiscalis per aliquod tempus. Postquam autem constat de impotentia ad soluendum in damnato in exilium, etiam Fisco non instante (vt etiam diximus supra *lib. 2. T. 1. cap. 12. decl. 3.*) illum relaxat, vt contigit in quodam cōdemnato per sententiam ad scuta 500. restituenda parti, & in alio infrascripto, 1651. 16. Martij. Nonæ. *Arduinus. Ex quo acceptauit sententiam, & renunciauit appellationi, & cessit omnia eius bona parti pro eius interesse, attenta decrepita ætate, iniuncto exilio iuxta formam sententiæ, prout fuit iniunctum, relaxetur.* * 1650. 13. Octob. Sabell. *Ioseph puer. Ferula casus in carceribus, reseruato iure parti pro suo interesse, relaxetur.*

21 Qui stylus maxima æquitate nititur. Nam in quantum carcer est grauior pœna exilio, nimis durum videtur maiori pœna puniri carceratum pro debito, quam pro delicto. Dum enim constat de paupertate carcer cedit in pœnam. Scimus autem in debitis locum non habere regulam illam: *Qui non habet in ære, luat in corpore*: In quantum verò diceretur hunc carceratum habere remedium iuris; ferè inhumanum videtur addere einsmodi afflictionem afflicto vt, si velit è carceribus exire, recurrat ad miserabile, & ignominiosum remedium cessionis bonorum, ac postquam e carceribus exijt ignominia coopertus, cogatur etiam a Patria propria exulare.

Quæ cum ità sint, non habent creditores, cur iustè conquerantur se non posse debitores suos criminaliter carceratos arrestari facere ciuiliter. Hoc enim exigit iuris dispositio, vt spoliatus restituatur; hoc natura criminalis causæ tamquam diuersæ, & maioris qualitatis; hoc ius publicum, vt rei quantocius tradantur pœnis suis. Nam si qui iure permittente quid facit, excedere non dicitur. *l. Gracchus. C. de adul.* multo minus, si faciat iure ita expressè disponente.

23 Insuper ob supradictam causam spolij carceratus cum mandato suspicionis fugæ domi, seu de nocte, aut diebus festiuis executo, non poterit arrestari cum mandato executiuo, à quo erat tutus seclusa suspicione fugæ. *Bald. in Auth. ei, qui iurat. nu. 10. vers quid ergo facient. C. de bon. auth. Iud. possid. Alex. conf. 159. num. 7 vol. 2. Dec. in l. vinum. nu. 8. vers. & ad hoc facit. ibique Curt Iun. num. 11. post med.*

*med.vet.§. hinc est. ff. si cer.pet. Brun.q.11. 4. par. princ.num.28.& seq.Bald.Nouel.reg.15.fall.1.Farin.q.27.numer.*108. *Mauz.de caus. execut. ampl,* 27.*num.*7. & ita vidi semel seruari a Visita.

24 Multo minus arrestari poterit huiusmodi debitor suspectus, dum ducitur ad præsentiam Iudicis, etiam si sit captus tempore, & loco quibus poterat exequi mandatum executiuum: nondum enim manet sub custodia carceris publici. *Bald. Nouel. cit. reg.*15.*fallen.*3.

25 Quid dicendum in capto cum mandato suspicionis fugæ tempore, & loco, quibus etiam capi poterat cum mandato? executiuo: poterit ne arrestari? Hic casus numquam fuit meo tempore in Visita dissus. Pro negatiua videtur facere: Primo quod debitor suspectus videtur aliqua ratione debitor ex delicto. Fuga enim sapit delictum. *Bald. in rub. C.de reuoc.ijs, quæ in fraud.cred.nu.*5.*Ancar.cons.* 192.*nu.*4. nam fugitiuus debitor furtum sui ipsius, & rerum creditoris dicitur committere: *Bald.in cap. conquestus. num.* 12. *in fin. de ser.* Quare sicut captus pró delicto, non potest arrestari pro ciuili: ita carceratus pro fugę suspecto, nõ poterit arrestari cum mandato executiuo, & ser. ser.

Facit II. quod mandatum suspicionis fugæ differat in esentia à mandato executiuo: hoc est de ducendo ad carceres, & soluendo: illud de ducendo ad Iudicis præsentiam, & relaxando saltem cum cautione de stando iuri, & se repræsentando, ita vt iste ducatur ad carceres & dicatur ibi permanere sub sequestro, donec cauerit; propter quã diuersitatem non videtur arrestum posse concedi. ad not.in *l. si quis cum consensu* C.*de Epis.aud. & cap.* 1. *& cap. at si Clerici de iudic.*

Facit III. diuersitas iurisdictionis. Mandata enim suspicionis fugę proueniunt ex quadam coercitione, & sic ex quadam manuum iniectione, quæ sunt propria mixti imperij, cum contineant iussum quoddam Iudicis. *l.Iubere cauere. ff.de iurisd.omn. iud.l.& dies.§.prætor ait.ff.de dam.infec.* mandatorum verò executiuorum relaxatio prouenit ex iurisdictione speciali, quæ inseruit actioni partis, cum sit potestas cognoscendi de causa ciuili. *l. notionem in fin. ff. de verorum signif.* propter quam diuersitatem iurisdictionis diximus supra criminaliter carceratum non posse ciuiliter arrestari.

Facit IV. quod arrestorum materia est odiosa, vt supra diximus, & propterea restringenda.

In hoc vltimo articulo non audeo quicquam firmare, sed me remitto iudicio S, Visitæ, cum casus euenerit.

CAPVT XII.

De facultate excarcerandi, qua vti debent Visitatores:

SVMMARIVM.

1 *Soluit ferè nemo antè, pauci in tempore.*
2 *Soluunt in tempore pauci, multi executionem expectant.*
3 *Soluere non valentibus carceratis consuluerunt Pontifices.*
4 Possint, *verbum quomodo accipiatur in Visita.*
5 Possint, *verbum non importat necessitatem præcisam, sed causatiuam.*
6 *Facultas Visitatorum concedendi dilationem ex Pontificum constitutionibus, quæ est præcipua Visita.*
7 *Redde, quod debes, est vox æquissima.*
8 *Pauperes carcerati dilatione excarcerari possunt.*
9 *Soluere intra compercudinationem quid sit.*
10 *Creditore nimis duro existente Visita concedit dilationem debitori.*
11 *Debitoribus si proprijs vitijs pauperes effecti sint, non compatiuntur Visitatores.*
12 *Venter aures non habet.*
13 Ratione *vincere decet eum, qui multa possidet.*
14 *Debitores gulosi describuntur.*
15 *Debitor, qui pro corpore pecunias consumpsit, par est vt luat corpore.*
16 *Visita beneficiose reddit indignum, qui culpa sua in necessitate se posuit.*
17 *Debitori etiam culpabili subueniendum à Visitatoribus, si ipse, vel eius affines sunt in necessitate.*
18 *Debitores spe dilationis debita contrahentes non sunt audiendi Visita.*
19 Rogo, *est verbum molestum.*
20 *Thessala mulier incantatrix pro liberatione à solutione æris alieni.*
21 *Pro solutione vitanda Alcibiadis consilium.*
22 *Debitoris latitantis descriptio.*

1 QVoniam non solum vix reperitur, qui in antecessum soluat, quod est antè diem soluere. *Senec.in initio.Epist.*119. sed etiam pauci 2 sunt, qui adueniente die contractum æs alienum dissoluunt, quam plures vero, qui expectant 3 carceres; horum miserijs consuluerunt Pius V. & Paul. V. *in suis constitutionibus initio* ija verbis: 4 *Visitatores carcerum possint relaxare debitores.* Quod verbum (*possint*) non significat liberam facultatem Visitatorum relaxandi, vel non relaxandi debitores; sed connotat id, ad quod extenditur eorum potestas vltrà, præter, & contra ius positiuum: quam potestatem ratione officij sui exercere debent, concurrentibus requisitis in Constitutionibus Summorum Pontificum. Hoc enim casu; verbum, (*possint*) importat necessitatem. *l.* 1 *ff. de iurisd. om.iud.Vbi glos.ver. potest.* Ita sentiunt scriptores tam antiqui, quam moderni, vt ibi testatur Iason. licet ipse contrarium sentire videatur: Et in terminis nostris facit. *Grat.discept.* 506. *num.* 12 *Rot. dec.*48.*num.*6.*par.*2.*rec.Surd. dec.* 268. Vbi dicit, quod licet non importet necessitatem præcisam, 5 importat tamen causatiuam. *num.* 13. Idque comprobatur ex eodem Verbo apposito inferius in eisdem Constitutionibus Pij V. & Paul. V. §. 7. Ibi: *Relaxare possint debitores, qui ex natura debiti non tenentur nisi in quantum facere possunt.* Horũ enim relaxatio de iure necessaria est: cum à iure eorum carceratio prohibeatur; vt late dicturi sumus infra *eodem §.*7.

6 Hac occasione opportunum duximus examinare quousque facultas seu arbitrium Visitatorum se extendat. Licet enim verba Constitutionum Pij V. & Pauli V. ad id spectantia, posita fuerint *§.1.& 12.* Satius tamē est præmittere ante omnia facultatem prædictam, vt sciant Visitatores, quomodo gerere se debeant. Quapropter subijciemus verba præfata, vt illa particularibus declarationibus explicemus.

Sic habetur *§.1. Concedendo dilationem præsertim, quando Visitatores considerant retentionem debitoris cedere, non solum in ipsius praiudicium; verum etiam creditorum, cum debitor in carceribus existens efficiatur deterioris conditionis, & in dies minus soluendo, vbi extra carceres facilius intra tempus assignatum modum satisfaciendi reperturus sit, & hoc dummodo creditores sint ditiores, & are alieno non grauati.* Rursus *§.12. Et in præmissis habeatur ratio paupertatis creditorum, & an debitor calumniose diù litem sustinuerit fatigando creditorem expensis, & laboribus; & an aliam dilationem habuerit, & creditori non satisfecerit, non constito de legitimo impedimento; in his omnibus Visitatores arbitrio vtuntur, & pensatis qualitatibus tam creditoris quam debitoris, ac facultatibus, & natura debiti, decernant ea, qua iuri, & aquitati, & vtilitati etiam creditorum conueniant.*

Declara primo verba prædicta habere locum peculiariter respectu dilationum concedendarum; sicut & ea, quæ ponuntur *§.12.* licet generalia sint, & ad præfata omnia referantur. Nam cætera ferè omnia non solum habent iuris assistentiam, sed etiā expressam in iure determinationem; in quibus propterea arbitrium locum non habet, nisi quandoque in aliquibus casibus particularibus:

7 Declara secundo vt, licet æquissima sit illa vox, & ius gentium præseferens, vt Seneca. *lib.3. de benef.* dixit: *Redde, quod debes:* quotiescumq; tamen 8 viderint Visitatores relaxationem debitoris etiam creditori prodesse posse; præsertim, quando comparent debitores in summa egestate constituti, vt Iro pauperiores videantur, poterunt remedio dilationis, vel alio opportuno eos relaxare; vt disponunt verba relata dictarum Constitutionum iuxta etiam dispositionem. *l. si seruus. in fin. ff. de pignor. act.* Ibi: *Media hac sunt à Iudice despicienda, vt nec onerosus creditor, nec delicatus debitor audiatur;* ne vti seruus nequam, de quo in Euangelio, teneat tāquam suffocatum in carceribus debitorem, donec soluat vsque ad vltimum quadrantem, & vix 9 consentiat fidem promissi intra comperendinationē stare; (quod de se dixit Seneca *epist.98.*) Ibi: *Intra comperendinationem fides promissi mei stabit.* Vt enim Ampliatio in alterum, & sequentem; ita secundum Asconium comperendinatio in perendinum, & tertium diem differrebatur. Et de ampliatione dicit *Cicer.3. in Verrem, & ibi Asconius,* quod si de causa non liquebat Iudices ampliabant, videlicet, amplius deliberabant. Sed neque miserea 10 tur debitoris, etiam si illum videat adeo tenuem, vt ne numulus quidem suppetat.

11 Declara tertio, vt vice versa Visitatores non admodum misereri debeant debitorum qui prius proprium patrimonium tanquam grauem sarcinam, vt dixit Valerius Maximus *lib.9.cap.1.* abijcientes consumpserunt, postea ære alieno contracto aliorum pecunias magno labore partas in ganeis, ac lustris decoquere, fortunas turpiter abligurire, nihil præter ventris & veneris oblectationem, fera- 12 rum more quærere consueuerunt; &, quia venter aures non habet, monita non audiunt; præsertim illius Alemanis Telecri filij, qui obiurgatus, vt 13 refert Omphalius. *in sua Nomologia ver. vtilitatis locus. fol.52.* quod in affluenti rerum omnium copia frugalius viueret; *Decet*, inquit, *eum, qui* 14 *multa possidet, non pro libidine, sed ratione viuere.* Hic haradrij vitam ducentes nihil ex eo, quod præsens est, in futurum relinquunt. Omnia, etiam cum puluiusculo, obliti antiqui prouerbij; *Relinquendum aliquid & Medis*, consumunt. De his dixit Ouidius:

Irus erit subitò, qui modò Crasus erat.

Isti, si in carcerem detrudantur, & beneficium Visitæ implorent, audire merentur responsum An- 15 tigonis Regis: Is si tantam pecuniam, vel in sui Regis obsequiū, vel in Patriæ cōmoda, vel in subleuandis propinquis impendisset, audirem vtique. Nunc postquam tantas opes impendit corpori; par est, vt luat in corpore. *Couar. var. resol.19. num.9. lib.2.* Et sanè meritò. Horum enim stomachum ganea disruptum nulla sarcire res melius, quam car- 16 ceris parsimonia potest. Beneficio enim Visitæ se reddit indignum, qui voluntariè & propria culpa se posuit in necessitate. *l. si fideiussor. §. si necessarium. Vbi glos. & Bar. qui satisd. cog. Osas. qui alios quamplures allegat. dec 167. num.9. Couar. var. re-* 17 *sol.19. num.9.* Vbi adducit contrariam sententiam tenentes, quam ipse communem dicit: declarans tamen illam procedere, quotiescumque, si carcerato non succurratur, ipse, vel eius parentes, aut filij fame perituri sunt.

18 Declara quarto, idem statuendū esse de his, quos Mercatores Visitæ appellamus, qui cum sciant se non esse soluendo, æs alienū temere contrahūt spe effugiendi solutionē sub clypeo benignitatis Visitæ, diuersisq; subterfugijs, vel venalium fideiussorum, vel aliorum, & in omnem euentum, defatigatione creditorum in præstatione alimentorum. Hi etiam dedignantur adire creditores, & adhibere molestū 19 & onerosū, ac demisso vultu proferēdū verbū (rogo) vt dixit Seneca *lib.2. benef. cap.2.* potius cōsulerēt 20 Thessalam incantatricem inaniter sperantes fore vt lunam cælo detrahat, ne æs alienum reddere cogantur, vt de Strepsiade scribit Aristophanes.

21 In omnibus sequūtur consilium Alcibiadis, cuius adhuc in incerto est, vtrum bona, an vitia Patriæ perniciosiora fuerint. Illis enim ciues suos decepit, istis afflixit. Adhuc puer, vt narrat Plutarchus, cum vidisset Periclem auunculum tristem, interrogassetque, cur tristis esset? illo respondenti; Nescire, quo pacto rationem redderet pecuniæ habitæ pro opere publico Athieniensibus: Subiunxit puer; Cogita, quo pacto rationem non reddas. Is consilium secutus, curauit vt Athenienses fini- 22 timo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Debitores, de quibus agimus, contracto debito, nil aliud cogitant, nisi quomodo effugere possint carcerationem, quicquid occurrerit, satellitem putant; quicquid crepuerit, vo-

cem

cem satellitum videntur sentire: interdiù, audito strepitu; continuo post columnas in peristylijs se occultant; noctu si quis pulsauerit, satellites adesse rati sub lecto latitant; si quem ex improuiso intrare senserint, ipsi per posticum foras exiliunt: canis latrat, cor palpitat: quærunt mendacia, vt carceres ad exiguum tempus euadant; in quos postquam inciderunt, alimenta petunt; tantum abest, vt creditores, quæ debentur, consequantur, vt illis amissis victum de suo cogantur erogare, si velint illos in carceribus detinere. Quis ergo horum, nisi sint in extrema positi calamitate, misereatur?

CAPVT XIII.

De rigore LL.XII. Tab. contra debitores; & quomodo postea vsque in præsens mitigatus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Debitores quam malè tractarentur ex dispositione LL.XII. Tab.*
2 *Fidem publicam coluit Roma, sanctamque habuit tam priuatim, quam publicè.*
3 *Debitores fuerunt disiecti ex dispositione L.XII. Tab. quæ in hac parte non fuit vsu recepta.*
4 *Debitores, qua occasione liberati, ne creditoribus traderentur, refertur ex Liuio.*
5 *Debitoribus fauorabilis fuit lex Iulia tempore C.Cæsaris, & quomodo.*
6 *Debitores Valentinianus interfici iubebat.*
7 *Principes non emendant secus cogitata, & cur.*
8 *Debitorum subterfugia conati sunt tollere Pontifices, Clem.VII. Iul.III. & Pauli IV.*
9 *Debitoribus non suffragantur dilationes, si sint obligati in forma Cameræ ex Constit. Pij IV. & aliorum in facultatibus concessis A.C.*
10 *Dilationes non suffragantur contra personas, & causas priuilegiatas ex constit. Clem. VII.*
11 *Dilatione concessa non obseruanda citandus est qui illam obtinuit pro reuocatione.*
12 *Dilationes, seu* Non grauetur, *refrænare volens Papa Vrbanus VIII.* Congregationem *aduersus* Non grauetur, *erexit.*
13 *Dilationes non suffragantur in causis depositi, & creditorum necessitatis.*
14 *Debitor in diem potest cogi ad satisfaciendum ante diem, si vrgeat creditoris necessitas.*
15 *Dilationes quam cautè concedat Visita probatur eius decreto.*
16 *Dilationes parcè, & cautè dandæ ex Constitut. Paul.V.*
17 *Debitores Visita compescuit comminando etiam pœnas corporales, atque etiam infligendo.*
18 *Debitoribus fauet Visita contra nimis duros creditores.*
19 *In correlatiuo vno quod procedit, debet procedere & in alio, quando militat eadem ratio.*
20 *Debitoribus quibus debet compati Visita.*
21 *Debitorum militum soluit æs alienum de proprio Alexander Magnus.*

1 COnsideratis ijs, quas diximus, adeo humanæ fidei contrarijs debitorum technis, & improbitate, non omnino immerito, si rem altius repetere voluerimus, inueniemus Romanos olim vsos esse quadam, vt ità dicam, immanitate contra debitores, quæ tamen locum sibi nõ vindicauit, vt Phauorinus dixit ad leges XII. Tabularum disserens: *Nam de immanitate,* inquit, *illa secandi, partiendique humani corporis, si vnus ob pecuniam debitam iudicatus, addictusque sit pluribus, non libet meminisse, & piget dicere. Quid enim videri potest efferatius? quid ab hominis ingenio diuersius, quã quod membra, & artus inopis debitoris breuissimo laniatu distrahebantur, sicut nunc bona distrahũtur?* Phauorino Sext. Cæcilius sic respondit. *Restat, vt quod de sectione partitioneq. corporis immanissimum esse tibi visum est, respondeam. Omnibus quidem virtutum generibus exercendis, colendisque Populus Romanus è parua origine, ad tanta amplitudinis*
2 *instar emicuit; sed omnium maxime atque præcipue fidem coluit, sanctamq. habuit tam priuatim, quam publice. Hanc autem fidem maiores nostri non modo in officiorum vicibus; sed in negotiorum quoque contractibus sanxerunt; maxime in pecuniæ mutuaticiæ vsu, atque commercio. Adimi enim putauerunt subsidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis omnium vita indiget, si illud perfidia debitorum sine graui pœna eluderet. Confessi igitur æris, ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent, eosque dies Decemuiri Iustos appellauerũt, velut quoddam Iustitium, id est, iuris quasi interstitionem quandam, & cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset. Post deinde nisi dissoluerant ad Prætorem vocabantur, & ab eo, quibus erant adiudicati, addicebantur: neruo quoque, aut compedibus vinciebantur. Erat autem ius interea paciscendi; ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies quadraginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebãtur; tertijs autem nundinis capite pœnas dabãt, aut Trans Tyberim peregre venum ibant. Sed eam capitis pœnam sanciendæ, sicut dixi, fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu, nouisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus sibi addicti hominis permiserunt. Et quidem verba legis dicam, ne existimes me inuidiã istam forte formidare.* Tertijs nundinis partis secanto, si plus minusuè secuerunt, sine fraude esto.
3 *Nihil profecto immitius, nihil immanius: Nisi, vt re ipsa apparet, eo consilio tanta immanitas pœna denunciata est, ne ad eam vnquam perueniretur. Addici namque nunc, & vinciri multos videmus, quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnũt; dissectum esse antiquitus neminẽ equidem neq. legi, neq. audiui quoniã sæuitia ista pœna contemni nõ quita est.* Hactenus Cæcilius apud Gellium *lib.20. cap.1.* Quæ refert Gottifredus. *Ad XII. Tabul. lib.3. ad tabul. III. ver. lex. æris confessi. Menoch. de arbitr. cas.183. num.4.* Sigon. *lib.1. de antiq. Iur. Rom. cap.6.* refert verba proximè relata legis XII. Tabularum vti etiam Baez. *de inope debitor. cap.1. num.56. Sanct. de induc. q.2. nu.3.* Imò legem prædictam vsu receptam non fuisse docet Quinti-

 liauus

lianus *lib. 3. orat. Instit. cap. 8.* vbi ait: *Sunt quædam nõ laudabilia natura, sed iure concessa, vt in XII. Tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit, quam legem mos publicus repudiauit.* Item Tertullianus *Apolog. cap. 4.* scribit: *Sed & iudicatos in partes secari à creditoribus leges erant. consensu tamen publico crudelitas postea erasa est, & in pudoris notam capitis pœna conuersa est, bonorum adhibita proscriptione: suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere.*

Dura sanè lex prædicta, nec tam publico more repudiata, quam lege Petilia & Papiria abrogata. Durauit enim vsque ad annum CDVII. ab V.C. & annos CIV. ab eiectis Regibus, tumq; primum C. Petilio & L. Papyrio Coss. sancitum fuit pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus, obnoxium esse. Liu. *lib. 8. 1. decad.* in hæc verba scripsit: *Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt: mutatum autem ius ob vnius fœneratoris simul libidinem, simul crudelitatem insignem. L. Papirius is fuit, cui, cum se C. Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset, quæ ætas, formaque misericordiam elicere poterat, ad libidinem, & contumeliam animum accenderunt, & florem ætatis eius fructum aduentitium crediti ratus, primo pellicere adolescentem sermone incerto est conatus; dein, postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunæ: postremo, cum ingenuitatis magis, quam præsentis conditionis memorem videret, nudari iubet, verberaque afferri. Quibus laceratus iuuenis, cum se in publicum proripuisset, libidinem, crudelitatemque conquerens fœneratoris, ingens vis hominum cum ætatis miseratione, atque indignitate iniuria accensa, cum suæ conditionis, liberorumque suorum respectu, in forum, atque inde agmine facto in Curiam concurrit; & cum Coss. tumultu repentino coacti Senatum vocarent, introeuntibus in Curiam patribus laceratum Iuuenis tergum procumbentes ad singulorum pedes ostentabant. Victum eo die ob impotentem iniuriam vnius ingens vinculum fidei, iussique Coss. ferre ad populum, ne quis, nisi, qui noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus, aut in neruo teneretur: pecuniæ creditæ, bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Ita nexi soluti, cautumque in posterum ne necterentur.* Hæc Liuius.

5 Nihilominus C. Cæsar, vt ipsemet auctor est *In Comment. lib. 3. de bell Ciu. & Claud. Suet. in eius Vita, cap. 42.* de pecunijs mutuatis disiecta nouarum tabularum expectatione, quæ crebrò mouebatur, decreuit tandem, vt debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quisque ante Ciuile bellum comparauerat, deducta sũma æris alieni, quid vsuræ nomine numeratũ, aut præscriptum fuisset, qua conditione quarta pars ferè crediti deperibat. Quæ quidem lex Iulia & ad cæteras Prouincias porrecta est, vt probatur ex *l. legis Iuliæ. C. qui bon. ced. poss.* Ibi: *Ad prouincias porrectam est* quoque. De hac materia initio *d. lib. 3. de bell. ciu.* legitur; *Dictatore habente comitia Cæsare, Consules creantur Iulius Cæsar, & Pub. Seruilius. Is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. His rebus confectis cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur, constituit, vt arbitri darentur, per eos fierent æstimationes possessionum, & rerum quanti quæque earum ante bellum fuissent, eaq; ea creditoribus traderentur. Hoc & ad timorem nouarum tabularum tollendum, minuendumq. qui ferè bella, & ciuiles dissensiones sequi consueuit, & ad debitorum tuendam existimationem esse potissimum existimauit. Nam inopiam excusare, & calamitatem, aut propriam suam, aut temporum conqueri tolerabile videtur; integras verò tenere possessiones, qui se debere fateantur magnæ est impudentia.* Hæc autem lex Iulia non solum ad creditas, sed ad cæteras quoque pecunias porrecta est: vt bene probatur. *l. legis Iuliæ. C. qui bon. ced. poss. Menoch. de arbit. cas. 183. num. 7.*

6 Non defuit tamen inhumanitas Valentiniani Imp. qui cum esset propalam ferus, vt de ipso. *Amian. Marcellin. lib. 27. circa medium.* refert: *Audiebatur illud horrendum, quod vbi debitorum aliquis egestate obstrictus nihil reddere dicebatur,* 7 *interfici debere pronunciabat. Hæc autem* (subiungit Auctor) *ac similia licenter ideo altiore fastu quidam Principes agunt, quod amicis emendandi secus cogitata, vel gesta copiam negant, inimicos loqui terrent amplitudine potestatis.* Introducto denuo more, vt creditoribus traderentur plumbatorum ictibus puniendi debitores; ab hoc supplicij genere Constantinus Magnus, ac filij eos exemerunt, vt habetur. *l. 4. & 6. de exact. C. Theod.*

8 Alio longè benigniori modo debitorum subterfugia conati sunt Sũmi Pontifices tollere particularibus Constitutionibus. Inter cæteras legimus duas Clem. VII. quarum altera Incipit: *Cum multorũ relatione. XVI. in Bullar. fol. 489.* Altera: *Cum sicut accepimus.* infra *in Append. §. 1. cap. 2.* Iul. III. *in Constit. publicata 17. Ian. 1552.* prohibuit concessionem omnium, & quarumcumque dilationum, ac moratoriarum sub certis pœnis; quas iunxit in alia Constitutione: *Nuper rationabilibus causis.* edita, & publicata. 16. Decemb. an. 1552. narrato tenore præcedentis Constitutionis, cum illius confirmatione. *in Bull. penultimæ impressionis. Constit. XX. fol. 531. in Append. §. 1. cap. 3.* In cuius tamen Constitutionis fine additum est decretum, quod Visitatores possint debitoribus impotentibus ad soluendum, postquam carceres per aliquod temporis spatium sustinuerunt, aliquam moderatam dilationem ipsorum arbitrio sub cautione, saltem de se repræsentando, concedere. Quam tamen dilationem noluit idem Iul. III. eorum fideiussoribus suffragari. Atque ita statuit *Constit. XIII. Cum nuper. in Bull. fol. 578.* Postmodum *Paul. IV. Constit. XV. in Bull. pen. impressionis. fol. 587.* quæ etiã legitur Registrata post Statuta Vrbis, prohibet vllas dilationes, præterquam iuxta dispositionem iuris, ac formam Statutorum Vrbis concedi, & quod, qui illas obtinebunt, semper *Biretum viride* gestare teneantur.

9 Hinc est, quod in facultatibus concessis Flauio Vrsino Auditori Cameræ per Pium IV. anno 1561. Kal. Maij, habeantur *circa finem* verba infrascripta: *Quodque Cap. Odoardus, & Cap. Peruenit, ac quæuis alternatiua, seu moratoria & dilationes, & salinariæ, per quoscumque etiam Romanæ Ecclesiæ Cardinales pro tempore decreta, obligatis in forma Cameræ,*

Cameræ, quoad bona nullatenus suffragari possint; quinimmo obligationes in forma Cameræ quoad bona tantum debita executioni demandentur, etiam post mortem debitorum, non obstante quacumque appellatione; & superinde obtenta commissione de huiusmodi obligatione expressam mentionem non faciente, aut discussione hæreditatis vbilibet pendente per creditores, nisi data fuerit idonea cautio, in forma depositi de restituendo id, quod exegerint, prioribus, & potioribus creditoribus in euentum succumbentiæ.

Similis est illa subsequens pariter Pij IV. pro Alexandro Riario 3 Non. April. 1565. & post ipsum idem disposuit Greg. XIII. Const. LV. *Ad generis &c. anno* 1578. *mense Aprilis.*

10 Quod si aliquando dictæ dilationes dentur, contra personas & causas priuilegiatas suffragari minime debere voluit Clemens VII. *Const.* XXIII. *anno* 1529. Qui dum concessit facultatem Vicario Vrbis dilationes moratorias quascumque etiam quinquennales concedendas statuit, vt in causis mercedum, & alimentorum, censuum, responsionum, & in causis miserabilium personarum, viduarum, pupillorum, Ecclesiarum, & piorum locorum, ac obligationum iuratoriarum, illas reijceret: illisque reiectis (nisi causa cognita concessæ fuerint) debitores ad soluendum remedijs opportunis etiam per censuras, vel via executiua compelleret. Aduer-

11 tendum est autem illud verbum, *Reijceret*. Sunt enim citandi pro reuocatione, qui huiusmodi dilationes impetrarunt, vt dicam infra *§.* 10. *cap.* 1 *t. numer.* 22. *& seq.*

12 Demum Vrbanus VIII. ad refrenandam Tribunalium Vrbis facilitatem in concedendis dilationibus, seu *Non grauetur*, deputauit particularem Prælatorum Congregationem, à qua

13 super hoc emanarunt diuersa salutaria Decreta. In Visita verò pro causis depositi, & creditorum necessitate emanauit decretum. 1560. 24. Aug. Non. *Fratres Aracœli contra Dominum Gregorium: Locumtenens Gubernatoris faciat exequi mandatum contra eum decretũ, seu illud de nouo decernat non obstante dilatione ei alias concessa, attenta cau-*

14 *sa Depositi, & fratrum necessitate.* Iure, & merito. Cum debitor etiam in diem, quando necessitas creditoris vrget, & pietas suadet, possit antè diem cogi ad satisfaciendum. *l.* 1. *vbi Bart. & Bal.* C. *de cond. ex l.* *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 44. *num.* 25. *Nouar. de priuil miser. person. pri u.* 29.

15 Quare Visita adhærendo, vel potius parendo Pontificum Constitutionibus non rarò valdè cautè processit in dilationibus concedendis. Exemplo sit decretum 1529. 7. Septemb. Nonæ. *Antimus de Castro Nouo. Data idonea cautione ex persona Nicolai de Interamna, qui se obliget in forma depositi de soluendo infra sex menses, renunciando ex nunc omnibus beneficijs impetratis, & impetrandis etiam quinquennalibus, & cessioni bonorum, & dilationibus etiam concessis manu Papæ, & etiam concedendis, & fiant computa inter eos vsquè ad vigesimam horam; relaxetur, remanentibus firmis represalijs in euentum. quod ipse Antimus non satisfecerit in termino, prout idem Nicolaus se obligauit & promisit, & ipse Antimus renunciauit in forma, & promisit releuare indemmem dictum Nicolaum.*

16 Eamdem circumspectionem iniungit Paul. V. *Constitutione LXXI. §.* 21. *vers. Et in præmissis.* de qua infra *§.* 12. Meminerint propterea D. Visitatores, facultates ipsis concessas circa dilationes esse fauorabiles creditoribus pauperibus, quibus magis prouideri debet, cum ipsi plærumque à debitoribus calumniosè sustinentibus, defatigentur expensis, & laboribus quamplurimis.

17 Contra huiusmodi debitores ad compescendam eorum insolentiam, diuersa fecit decreta Visita, cōminando etiam pœnas trirémium, fustigationis, exilij; easque etiam infligendo; præcipuè vero contra Macellarios, Furnarios, & alios, vt *infra. §.* 1. *cap.* 2. *& §.* 9. *cap.* 5. Et infrascripto decreto. 1541. 17. Sept. Sabel. *Hieronymus de Vrbino Furnarius. Nisi concordauerit cum creditoribus vsque ad primam Visitam, mittatur ad triremes.*

18 Haud tamen obliuisci debent Visitatores, quod sicut facultates concedendi dilationes respiciunt, vt dixi, fauorem creditorum, ne à debitoribus calumniosè defatigentur, ita merito fauere debent pauperibus debitoribus, qui vexuntur à nimis rigorosis creditoribus Locum enim debet habere Regu-

19 la: *Dispositum in vno de correlatiuis censetur dispositum etiam in alio*, cum militat eadem ratio. *l. fin. ff. de acceptil. l. fin.* C. *de indic. Vid. tol. l. cum emptor. ff. de rescind. vend.* Colligitur etiam ex ipsa Constitutione LXXI. Paul. V. *tit. de facult. Visit. Et in præmissis.. Et ver. Primo concedendo. §.* 24. *Surd. cons.* 452. *num.* 32.

20 Atque hoc maximè, cum tractatur de pauperibus carceratis, qui, non vt ventri indulgerent sed ex necessitate æs alienum contraxerunt; vel exempli gratia versuram fecerunt, æs alienum ad suas necessitates subleuandas prius contractum, ære alieno soluerunt; interdum etiam cum minore fænore acceptam pecuniam occuparunt: quod est propriè *Versuram facere*; vt legitur in *comment. verb. Iur.* Præsertim si sint honesto loco oriundi, familia grauati, & erubescant in Visita comparere. Sunt enim magis digni quibus subueniatur: Hac ratio-

21 ne dignos existimauit milites suos Alexander, vt narrat Quintus Curtius *lib.* 10. dicens: *Edixit Alexander, vt omnes milites æs alienum profiterentur; illi dilatando tẽpus extrahebant; & Rex satis gnarus professioni æris pudorem, non contumaciam obstare, mensas totis castris poni iussit; & decem millia talentorum proferri.* Si hoc remedium adhiberetur his temporibus, vtiquè nullos familiarum pauperum carceratorum eiulatus audiremus.

Itaquè, concludendo hoc capitulum, firmandum est neque delicatum debitorem, neque onerosum creditorem audiendum esse. *l. si seruos. ff. de pignor. act. Vbi in fine* concluditur: *Media igitur hæc à Iudice erunt dispicienda*, vt dixi capite præcedente. Quis enim audiet creditorem, qui statim venit paratus cum sacco, contra *l. quod dicimus. ff. de solut.* Experientia enim docet, quod nomina bina lentus, ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit, ac mora fouit, vt dixit Seneca. *lib.* 7. *de benef. cap.* 29. *in fin.*

CAPVT XIV.

De causis excarcerandi debitores præter expressas in constitutionibus Pontificum: Et primo de Repræsalÿs.

SVMMARIVM.

1 *Verba ex principio Constitut. LXVIII. Pÿ V. & LXXI. Pauli V.*
2 *Causa excarcerandi debitores habentur in Constit. Pÿ V. & Pauli V.*
3 *Causa alia ultra expressas in Constitut. Pÿ V. & Pauli V. excarcerandi debitores à Visita approbata.*
4 *Articuli omnes non possunt legibus comprehendi.*
5 *Negotia sunt plura quam verba.*
6 *De similibus ad similia proceditur in iure.*
7 *Pro repræsalijs carcerati relaxantur à Visita, licet de ijs non fiat mentio in Constitutionibus Pontificum.*
8 *Repræsalia indicuntur à non recognoscente Superiorem.*
9 *Repræsalia sunt contra omne ius.*
10 *Repræsalia per magistratum creditoris conceduntur.*
11 *Repræsalia de quibus tractatur, sunt, quæ fiunt à subditis eiusdem Principis.*
12 *Repræsalia pro debitis Communitatis contra particulares de iure sunt prohibita.*
13 *Repræsalia pro debitis Communitati sunt licita contra nominatim obligatos, vel contra officiales, si interpellati non exigant.*
14 *Repræsalia concurrentibus debitis requisitis sunt de iure permissa.*
15 *Repræsalia pro debito Communitatis non concurrentibus debitis requisitis contra principales fieri non possunt.*
16 *Repræsalia fieri possunt pro debito Communitatis ex Constit. Paul. IV. & quomodo fieri debeant, & non possunt fieri contra personas exemptas à carceratione.*
17 *Repræsalia non conceduntur contra portantes grasciam ad Vrbem.*
18 *Repræsalia conceduntur contra habentes modum soluendi, etiam si portent grasciam ad Vrbem, ad effectum tamen illos conducendi coram Gubernatore.*
19 *Pro repræsalijs capti relaxantur cum cautione de se repræsentando.*
20 *Pro repræsalijs capti Pauperes, & tempore Visitationis Gratiosa relaxantur absque alia obligatione.*
21 *Pro repræsalijs capti, si non sint subiecti communitati, quæ est debitrix, relaxantur.*
22 *Pro repræsalijs capi non potest, qui non est incola, nec possidet in loco debiti Communitatis.*
23 *Pro repræsalijs captus Incola, qui non possidet in loco, est relaxandus.*
24 *Pro repræsalijs carcerari non potest, qui est incola Vrbis, & solitus operas locare.*
25 *Repræsalia non dantur contra eos, qui sunt in actu arandi.*
26 *Pro repræsalijs captus Pauper est relaxandus.*
27 *Repræsalia non dantur contra Personas priuilegiatas.*
28 *Repræsalia non dantur contra pauperes, quia sunt personæ priuilegiata.*
29 *Pro repræsalijs, si sint plures carcerati, aliqui dimittuntur.*
30 *Pro repræsalijs carcerati aliquando dimittuntur simpliciter, & aliquando cum cautione de soluendo, & non de repræsentando.*
31 *Pro repræsalijs carceratus est releuandus à Communitate, & principali carcerando excarcerandus.*
32 *Pro repræsalijs carcerato debet Communitas reficere expensas ex decreto Visitæ, & de iure.*
33 *Pro repræsalijs capti ducentur coram Gubernatore ex decreto Visitæ.*
34 *Repræsalia erant antiquitus frequentiores, quia concedebantur passim à Tribunali A.C.*
35 *Repræsalia frequentiores antiquitus, quia onera Cammeralia in capita Ciuium distributa erant.*
36 *Onera Cameralia, & vectigalia fuerunt suppressa per Paulum III. & impositum subsidium triennale.*
37 *Subsidÿ triennalis exactio Curæ Communitatum commissa.*
38 *Subsidij triennalis, & vectigalium exactio, vt reddatur facilior, eligunt Communitates Depositarios.*
39 *Repræsalia his temporibus rarò fiunt, quia Thesaurarijs postea Deputatis redditur facilior exactio in loco.*
40 *Repræsalia rarò fiunt propter bannimenta Cammerarij prohibentia extractionem pignorum ex loco, vbi sunt.*
41 *Repræsaliorum materiam late tractat Io. de lignano in tract. de Bello.*

1 EX causis infrascriptis. Sunt verba ex principio Constitut. LXVIII. Pij V. posita supra. Habentur etiam in Constitutione LXXI. Pauli V. §. 24.

2 Causæ propter quas excarcerandi sunt carcerati pro debito, vel comprehenduntur in capitulis infra declarandis dictarum Constitutionũ Pij V. & Pauli V. vel ad illa reduci possunt. Nos ad dicta capitula ferè omnia reduximus.

3 Nonnulla tamen sunt, quæ ad ea facile reuocari non possunt. Non enim omnes articuli sigillatim, 4 aut legibus, aut Constitutionibus comprehendi valent. *l. non possunt. de leg.* cum plura sint negocia, 5 quam verba. *l. natura enim. de præscript. verb* ac 6 propterea proceditur de similibus, ad similia. *Euerard. loc.* 11 Maxime vbi similitudo verificatur in eo, in quo fit comparatio. *Surd. cons. 159. num. 27.* Et eadem, vel maior militat ratio: quo casu non dicitur fieri extensio, sed in esse vera comprehensio. *Alex. cons. 55. num. 2. lib. 3. Rot. decis. 399. numer. 16. par. 5. recent.* Placet ea referre, quæ obseruauimus non comprehensa in dictis Constitutionibus Pij V. & Pauli V.

7 Relaxat Visita primo loco carceratos pro repræsalijs. De his nulla prorsus fit mentio in Constitut.

Pij V.

Pij V. & Pauli V. Et quia fuit materia alias frequens in Visita, operæ pretium duximus recensere varia decreta, vt deseruire possunt pro excarceratione aliorum in casibus iisdem, vel similibus: præmissis tamen prius nonnullis ad hanc materiam facientibus.

8 Præmittimus itaque I. Repræsalias à non recognoscentes superiorem ad instar iusti belli indici aduersus res; aut homines eius loci, vel Territorij, in quo fuit denegata iustitiæ exhibitio. *D. Augustinus. relat. in c. Dominus noster. 23 q. 2. Ioannes de Lign. tract. de bello. cap. 132. & seqq. Vermig. cons. 367. num. 1.*

9 Præmittimus II. concedi Repræsalias etiam per Magistratum ipsius creditoris, cui alibi denegata 10 fuit Iustitia; Hoc enim remedium subsidiarium specialiter dare conuenit; non obstante, quod sit contra ius diuinum, & naturale, gentium, & canonicum, illos qui nec contraxerunt, nec quasi, nec deliquerunt, vel quasi ex alieno debito prægrauari, vt plene post alios *Coller. de proc. exec. par. 1. cap. 2. num. 308. & seqq. Et nu. 314.* magisque conceduntur contra ipsos iustitiam denegantes, quoniam tunc ob delictum eorũ conceduntur. *Ang. cons. 196. n. 1. ad med. vers potest tamen. Vermig. cit. cons. 367. nu. 2. vid. etiam Guid. Pap. ad hanc materiam. dec. 32. 33. & 34. & ibi add. & Afflict. in constit. tit. de offic. magist. iustit. lib. 1. rub. 37. num. 48 cum seq.*

11 Præmittimus III. Repræsalias propriè dici, quæ fiunt à subditis vnius Principis ad effectum, de quo agimus; de quibus, *Menoch. de arbitr. cas. 527. numer. 11. 14. & 15.* Nos tamen de his non loquimur, sed de repræsalijs quæ fiunt pro debitis Communi- 12 tatis contra particulares eiusdem Communitatis personaliter non obligatos. *cap. 1. de iniur. in 6. Iacob à can. de repres. par. 1. Gail. de pignor. obseru. 2. num. 1. Mysing. cent. 6. obser. 1. num. 1. Coler. de proc. exec. par. 2. num. 303.* Atque ista licet de iure prohibita; & particulares homines pro debito Cõmunitatis grauari non possint. *l. 1. C. vt null. ex Vican. lib. 11. l. sicut. §. nec quid. ff. quod cuiusque vniuer. Bart. in l. 4. § actor. nu. 3. de re iud. Mauzon. de caus. exeq. ampl. 3. num. 25. & ampl. 33. numer. 21.*

13 Fiunt tamen legitimè, vno præsertim modo, si carcerentur Syndici, & Administratores rerum Communitatis, qui interpellati ad imponendam, & exigendam intra certum tempus Collectam, id non faciant, nec satisfaciunt. Ad eorum enim tunc carcerationem procedi poterit, *Guid. Pap. dec. 87. num. 3.*

14 Nec dubitandum est, quin Repræsaliæ concurrentibus debitis requisitis, sint de iure permissæ. *Bart. de repres. q. 1. nu. 3. Guid. Pap. dec. 32. Menoch. de arbitr. cas. 527. num. 3. & seq. Cyriac. contr. 318.* 15 *num. 53.* Alias enim dictis requisitis non concurrentibus certi iuris est, pro debito Communitatis non posse particulares pignorari. *l. sicut quod cuiusque Vniu. Bart. in l. 4. § actor. num. 7. de re iudic. Gail de arrest. c. 9. num. 8. q. 14.* De eadem materia habes *Ioannem Iacob. a Canibus. Martin. Lauden. Ioannem de Lign. in tract. de bello. a cap. 132. ad cap. 187. qui composuerunt tractatus de repres.*

16 Præmitto IV. Paulum IV. *in motu proprio* Iurisdictionum; & gratiarum Rom. Populo concessarum: *Incipien Sincera fides, & singularis deuotio &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum 4. Kalen. Decemb. Anno primo Bull. antiq. fol. 17. inter* cætera sic habere: *Nec non repræsalia à præfato Paulo prædecessore sublata iuxta formam statutorum dictæ Vrbis relaxari, & exequi debeant, facta tamen prius notificatione contra Vniuersitates, contra quas Repræsaliæ prædictæ pro tempore erunt decernendæ, vt nullo modo impediantur afferentes Grasciam cuiuscumque generis ad Vrbem.* Huc facit quod Seneca *lib. 6. de benef. cap. 20.* dixit; *Si quis Patriæ meæ pecuniam credat, nõ dicam me illius debitorem, nec hoc æs alienum profitebor, aut candidatus, aut reus; ad exoluendum tamen hoc portionem meam dabo.* Huiusmodi portio datur de iure imponendo Collectam, quotiescumque publici redditus non adsunt, vel non sufficiunt, vt fuit decisum coram Verospio. *In Romana. collectæ. 5. Iulij 1632.* Vbi plura de hac re, quam propterea posuimus. *Appendice. §. 4. cap. 19.* Harum repræsaliarum materia nota fiet ex infrascriptis declarationibus quatenus spectat ad stylum Visitæ.

Præmitto V. quod cum carcerati pro repræsalijs facilius relaxentur quam cæteri carcerati, consequens erit, omnes de quibus dicturi sumus infra §. 7. & 10. quorum personæ exemptæ sunt à carceribus, non posse pro repræsalijs carcerari.

17 Declara primo, vt portantes Grasciam ad Vrbem non possint capi pro Repræsalijs, vt ex præfata Constitutione, & decreto infrascripto. 1528. 27. Aug. Nonæ. *Augustinus de Neptuno pro Repræsalijs. Si attulit Grasciam, vocato Domino Dominico de Iuuenibus, relaxetur.*

18 Quamquam interdum etiã portantes Grasciam carcerentur pro repræsalijs. 1538. 7. Feb. Capit. *Iulius de Palliano pro repræsalijs. Relaxetur, & fiat executio contra alios, qui habent modum soluendi, etiam si deferant Grasciam, arbitrio Domini Gubernatoris, sed prius ducantur ad eius præsentiam antequam carcerentur.*

19 Declara secundo, vt capti pro repræsalijs relaxari consueuerint cum sola cautione de se repræsentando. 1528. 30. Apr. Capit. *Thomas, & alij de Sancto Polo pro repræsalijs ad instantiam Bartholomæi. Data cautione; & seruata forma Statuti Vrbis; Relaxentur.* * 1528. 19. Dec. Capit. *Menicus pro repræsalijs. Facta obligatione per ipsum in forma Cameræ de bonis suis, & de se repræsentando per totum mensem Ianuarij; Relaxetur, & executores exequantur repræsalias contra alios.* * 1530. 10. Decemb. Sabel. *Ioannes de Kignano pro Repræsalijs retentus ad instantiam Hunufrij. Data idonea cautione approbanda per Dominum Gubernatorem, vocata parte, de se repræsentando in carceribus post mensem, etiam irrequisitus, alias de soluendo; Relaxetur etiam quod arresta.* 1537. 22. Nouemb. Capit. *Vincentius de Fano pro repræsalijs. Data cautione de reuertendo infra mensem sub pæna debiti, nisi concordauerit, habeat dictum terminum ad pertractandum cum Creditore, & Communitate pro satisfactione; Relaxetur.*

20 Declara tertio, vt concurrente paupertate, & temporibus Visitæ Gratiosæ fuerint simpliciter, etiam absque alia promissione relaxati. 1528. 22. Decemb. Sabell. *Cecchus pro repræsalijs. Attenta paupertate*

paupe-

paupertate manifesta, & ob reuerentiam Natiuitatis, Relaxetur.

Declara quarto, vt solum etiam in honorem Natiuitatis fuerint relaxati. 1536.23.Decemb.Capit. *Franciscus de Sermoneta. In honorem Natiuitatis D N. IESV Christi, relaxetur, & procuret cũ Communitate Sermonetæ solutionem Salis.*

21 Declara quinto, vt si capti non sint subiecti Cõmunitati, contra quam fuerũt relaxatæ repræsaliæ, sint relaxandi. 1529.vlt.Aug.Sabell. *Ioannes Andreas de Paterno pro repræsalijs decretis contra Communitatem Spoleti. Relaxetur gratis vbique; quoniam non est subiectus Ciuitati Spoleti, sed confœderatus tantum.* Sicuti etiam concessæ contra Ciues non extenduntur ad habitantes in Oppidis. *Addit.ad tract.Bart de Repræs.qui allegant Cost.de remed.subsid.in ver.Repræsalia.* Vbi habentur etiã alia de hac materia, & quid dicendum sit de natis post concessionem.

22 Declara sexto, vt qui non est nec incola, nec possidet in loco, non possit capi pro repræsalijs. 1528. 13 Aug.Sabell. *Menicus. Relaxetur, attento quod nõ est Ciuis, & nihil possidet, prout probatũ fuit in præsentia Dominorum Visitatorum.* * 1529.11. Septemb.Capit. *Antonius pro repræsalijs. Attento quod non est Ciuis, nec habet Domicilium legitimum, & non possidet stabilia; Relaxetur gratis.*

23 Declara septimo, vt etiamsi sit incola loci, dũmodo non habeat ibi bona, veniat relaxandus. 1526.12.Octob.Sabell. *Paulus Ariminensis habitator in Sancto Gregorio pro repræsalijs retentus. Constito D.Gubernatori etiam extraiudicialiter, non habere bona in Castro S.Gregorij; Relaxetur.*

24 Declara octauo hoc eo magis fieri, si sit incola Vrbis, & solitus operas locare, ad quod vide *Cost. de remed.subsid. in ver.repræsalia*, vbi dicit, quid seruandum sit in Ciuibus alibi habitantibus 1529. 19.Octob.Capit. *Mencius de Tarano pro repræsalijs. Constito, quod sit incola Vrbis, & quod solitus est operas suas præstare, vel locauerit operas suas in Vrbe per mensem; Relaxetur.* 1530. 14.Maij. Sabell. *Guido, & Simon pro repræsalijs. Attento quod alter eorum habet domum in Vrbe, & alter venit ad locandum operas suas; Relaxentur.*

25 Declara nono, vt contra eos, qui sunt in actu arandi, non dentur repræsaliæ. 1530.19.Iun.Sabel. *Philippus, Augustinus, Stephanus, & Mariottus, omnes de Arignano pro debito pro repræsalijs decretis in Camera Apostolica. D.Gubernator, constito, quod essent in actu arandi per fidem extraiudicialiter; Relaxentur.*

26 Declara decimo, vt carceratus pro repræsalijs, sit relaxandus, si sit pauper, etiam si non sit Gratiosa Visitatio, prout dictum est *decl.*3. & decernẽdum sit, vt eius loco capiantur alij. 1533.13. Nouemb.Sabel. *Angelus de Malliano. Attento quod per multos dies stetit in carcere, & est captus pro repræsalijs, & debito alieno, & est pauper; Relaxetur, & repræsalia exequantur contra alios, & soluat Iulios tres pro executione.* 1533.18.Decemb. Nonæ. *Dominicus de Poâio. Attenta eius paupertate, & quia potius moreretur in carcere, quam satisfaceret creditori; Relaxetur, & repræsalia exequantur contra alios.* * Die dicta. *Cæsar de Aquila. Attento quod constat nihil possidere, & stare ad seruitia aliena, relaxetur, & repræsalia exequantur contra alios.* * 1538.19.Iul. Capit. *Robertus de Castro nouo Abbatiæ Farfensis. Attento quod stabat ad seruitia Domini Bernardini de Victorijs, relaxetur; & repræsalia fiant contra alios.* Ratio decreti præfati est, quia non conceduntur repræsaliæ cõtra personas priuilegiatas, quæ onera publica destinata ad soluendum æs alienum à Communitate contractum subire non tenentur. *Damoud.in prax.crim.cap.*100. *num.*14. cuiusmodi sunt pauperes, & miserabiles, qui collectas non soluunt. *Nouar. de priuil. miserab. person. cap.*73. *num.*11 *per totum.* 1534. 31.Ian. Capit. *Pisaletus de Tibure. Procurator Pauperum faciat verbum cum Episcopo Tiburtino, & procuret eius liberationem, & nisi Communitas Tiburtina soluerit expensas, capiantur aliqui Tiburtini pro dictis expensis, & carceratus relaxetur.*

27

28

29 Declara vndecimo, vt pluribus carceratis pro repræsalijs, aliqui dimittantur, vt dicam *inf.cap. seq. decl.*1.

Declara duodecimo, vt, aliquando etiam fuerint simpliciter relaxati. 1536.23.Decemb.Capit. *Crescentius de Interamna. Relaxetur, attento quod est pro repræsalijs, gratis vbique.*

30 Declara decimotertio, vt cum huiusmodi captura sit de iure permissa, consueuerit Visita carceratos relaxare, aliquando non cum cautione simpliciter de se repræsentando, vt in 2.*declar.* sed cũ cautione de soluendo. 1530.23.Aug.Sabel. *Leander de Insula pro repræsalijs. Data cautione de soluendo debitum proprium infra terminum à Iudice statuendum, & quoad repræsalias de soluendo ratam declarandam per Cameram Apostolicam, alias de repræsentãdo se in carceribus; Relaxetur;* licet idem possit dici esse, ac si fuisset relaxatus cum cautione de se repræsentando, eo quod fideiussor satisfaciat dicto decreto in euentum non solutionis repræsentando debitorem.

31 Declara decimoquarto, vt Visitatores aliquando excarcerari fecerint carceratum ex aliqua causa. 1650. 29.Nouemb. Sabell. *Dominicus, & Iulius capti pro repræsalijs occasione accessus ad Vrbem pro capiendo Iubilæo Anni Sancti; Relaxentur gratis, & pro executione ad suum Iudicem auctoritate Visita.* Dictum fuit in decreto, *Et pro executione ad suum Iudicem*, vt ipse videret, an essent nominati expressè inter eos, qui se obligauerunt pro Communitate. Tunc enim non dicuntur capti pro repræsalijs, nec detineri pro obligatione publica loci, sed capti pro sua. *Rebuf. & alij not. Berlingh. pract. concl.*75. *num.*11. & 25. Faciunt etiam dicta *inf.* §.10. *cap.*4. *num.*17. & propterea non veniunt relaxandi.

32 Declara decimoquinto totam hanc materiam, vt ciuis captus, vel pignoratus pro debito Communitatis, vel particularis personæ, siue debitè, siue indebitè quoad se, ab illa releuari debeat; & relaxari carcerato principali. *l.si ie cum quo.& ibi glos. Com.diuid. & l.si merces. §.culpa locat. Surd. consil.*12.*num.*41. 1528.26.Septemb.Sabel. *Andreas. Dotto, quod principalis eius causa fuerunt decreta repræsalia sit captus, Relaxetur.* * 1534.3.Febr. Sabell. *Franciscus de Massano. Repræsentato in carceribus principali suspendantur repræsalia, &*

rela-

relaxetur carceratus, & Communitas reficiat expensas à die, qua verè fuit contumax. Quod est conforme Iuri communi, quo disponitur, vt soluēs repetat à debitore, non solum sortem, sed etiam omnis damna. *Bart. in l. nam & Seruius. de neg. gest. Alex. post* Bart. *& alios. in l. 2. §. item & si in facto, num. 11. de verb. oblig. Vbi* Soccin. *num. 8. Ias. numer. 23. & 24. Gagliard. num. 10. cum seq. quos citat & sequitur Rot. coram Seraph. decis. 453. num. 2.* Additum fuit in decreto Visitæ suprà relato, *à die qua verè fuit contumax*: quia prædicta limitantur per Doctores, vt procedant, quando iustè fuit damnum illatum; alioquin si iniustè, non teneretur ad refectionem. *Ias. supra cit. & Rom. num. 8. Seraph. cit. decis. 453. num. 3. Ruin. cons. 107. nu. 11. lib. 5. Mysing. cent. 6. obseru. 1. in fin. Cost. de remed. subsid. remed. 17. nu. 16. quos citat & sequitur Vermig. cons. 367. num. 5.* Propterea in primis cognoscendum est de iustitia sententiæ desuper latæ à Iudice causæ. Nunquam enim concedi debent represaliæ, nisi ex iusta causa. *Bart. de repræsal. in t. qu. princ. num. 4. & q. 4. num. 10.* Quæ causa est saltem priùs summariè examinanda. *Bart. q. 9. num. 7. post med. vers. quibus adhibitis. & vers. & in hoc etiam abibetur. Ang. cons. 122. num. 2. præterea. & cons. 196. num. 1. post med. vers. propter peccatum forma.* Vbi præter formam requirit pro substantia cognitionem, & probationem iuris petentis. *Coler. de proc. exec. cap. 2. num. 307 & seqq.* Vbi vlterius *num. 303.* dicit, quod ratio denegandi repræsalias hæc est, ne pax publica in Imperio ob priuati alicuius commodum turbetur. *Vermig. cons. 367. numer. 4. qui prædictos allegat. & cons. 468. num. 13.* Vbi dicit, quod, constito de iniusta concessione repræsaliarum, damnum spectat ad patientem absque spe recuperationis, cum hic casus ascribatur soli casui fortuito. Secus est in repræsalijs indictis regia suprema Auctoritate, quæ tanquam prouenientes ex manu regis, nullam etiam solemnitatem requirunt, nullumque libellum, aut alium ordinem. *Bar. in tract. de repræs. q. 3. num. 2. ad fin. & q. 4 princ. num. 1. Coler. de proc. exec. par. 1. cap. 2. num. 317. & 346. Vermig. cons. 216. num. 16. à quo pariter prædicti allegantur.*

33 Declara decimosexto, vt capti pro repræsalijs ducti fuerint ad præsentiam Gubernatoris in vim Decreti 1544. 18. Decemb. Sabel. *In quacumque Repræsalia quilibet captus ducatur ad præsentiam D. Gubernatoris; alias condemnentur Executores in expensis.*

34 Nec mirum videatur antiquitus quamplurimos in carcerem pro repræsalijs detrusos; hisce vero temporibus ferè neminem. Huius rei plures allegari possunt causæ. Prima est, quia vigebat alias stylus in Tribunali Auditoris Cameræ, vt testantur seniores Curiales, concedendi mandata pro debitis Cōmunitatis, etiam contra personas eiusdem Commu-

35 nitatis, non nominatas in Instrumentis obligationum; qui stylus iam recessit à Curia. Secunda est, quia retroactis temporibus onera Cameralia in capita Ciuium distributa erant, ac proindè ad capturam singulorum tam facile pro illorum solutio-

36 ne deueniebatur. Cum autem Paulus III. Anno 1543. erexisset triennale subsidium, suppressis omnibus alijs vectigalibus. *in Bulla XXXIX. in Bullario nouo. tom. 1. fol. 678.* hoc subsidium per totum

37 ferè Statum Ecclesiasticum partitū fuit super bonis ciuium per æs, & libram: ad cuius exactionem, & ministris Cameræ consignationem Communitates adstrictæ fuerunt, vt refert Tobias Nonius *consil. 45. num. 5.* & testatur Cherubinus. *Ad Bullam XX. Pauli IV. in suo compendio. schol. 2.* Quæ Cō-

38 munitates ad reddendam faciliorem huiusmodi exactionem elegerunt viros, quos vocant *Depositarios*, ad exigendum; qui se obligarent soluere Cameræ dictum subsidium, siue exactum, siue inexactū in quorum damnum, in euentum non solutionis, omnes repræsaliarum expensæ cedunt. Hi propterea omni diligentia conantur exigere, & satisfacere iuxta Theoricam *Guid. pap. d. decis. 87. num. 3.*

39 Tertia causa est, quia successit postmodum deputatio Thesaurariorum in Prouincijs Status Ecclesiastici, quibus locata fuerunt onera Cameralia Prouinciarū dicti Status, Patrimonij scilicet, Vmbriæ, Piceni, Romandiolæ, Campaniæ, ac Maritimæ nūcupatarum, cum locis adiacentibus; iniuncta pariter eisdem Thesaurarijs obligatione transmittendi ad Vrbem quolibet bimestri, vel quadrimestri eadem onera Cameralia, siue exacta, siue non exacta. Istis Thesaurarijs redditur facilior exactio sequestrando redditus Communitatis; claudi faciendo apothecas Mercatorum; mobilia, & animalia capi faciendo; quam carcerando personas ad Vrbem venientes: cum securius sit inhærere rei, quam perso-

40 næ. *l. plus cautionis. ff. de reg. iur.* Quarta causa est, quia superuenerunt Bannimenta Eminentissimi Camerarij pluries in Vrbe publicata, & præcipuè 27. Augusti 1606. prohibentia transportationem rerum pro repræsalijs ablatarum extra locum executionis. *num. 15. 16. 17.* in quibus, quia præscribitur forma ab eisdem Thesaurarijs seruanda in repræsalijs ab ipsis faciendis, & alia plura disponuntur circa hanc materiam, illa posuimus *Append. §. 2. num. 13.* Has ob causas pauci sunt, qui carcerantur nostris temporibus pro repræsalijs. Posui tamen etiam antiquitus factitata in Visita, vt nihil ignoretur; & quia multa possunt contingere, propter quæ imposterum denuò carcerentur multi pro repræsalijs, præsertim si cessauerint aliqua ex causis prædictis. Vide etiam, quæ dicentur *infra §. 7.* de non carcerandis ijs, qui non tenentur, vltrà quam facere possunt. Ij enim, nec pro repræsalijs, carcerati poterunt.

41 Alios quamplures casus, quibus repræsaliæ non permittuntur habes apud Io. de Lignano. *in tract. de bello. à cap. 132. vsque ad finem tract.* vbi latè de hac materia, quę penes ipsum videri poterunt.

CAPVT XV.

De alijs causis excarcerandi Debitores, præter expressas in Constit. Pontificum.

SVMMARIVM.

1 *Pluribus carceratis pro eadem causa, Visita aliquem habilitat ex eis ex benignitate.*

2 Pro

2 *Pro repraesalijs carceratis pluribus, aliqui dimittuntur.*
3 *Patre & filio carcerato pro eadem causa, Visita vnum dimittit.*
4 *Pluribus carceratis, vnus dimittitur ad reddendam faciliorem concordiam cum creditoribus.*
5 *Fideiussor pauper quandoque liberatur à Visita si principalis sit diues.*
6 *Filio concesso dilatione, liberatur etiam pater.*
7 *Marito concessa dilatione, liberatur vxor.*
8 *Pluribus pro causa criminali carceratis, si quid fuerit foris procurandum, dimittitur vnus.*
9 *Cum cautione de se repraesentando ad primam Visitam consueuit olim Visita multos relaxare.*
10 *Fideiussor de repraesentando deficiens grauabatur executione ex decreto Visita antiquitus in causa ciuili.*
11 *Ad se repraesentandum quandoque Visita concessit prorogationem.*
12 *Repraesentandi in Visita olim debebant praesentari pridie ante Visitam.*
13 *Cautio de se repraesentando in prima Visita posset hodie vtilis esse pauperibus artificibus, atque etiã diuitibus.*
14 *Cautio de se repraesentãdo datur per carceratum, quando requiritur aliquod ministerium debitoris facilius foris exequendum.*
15 *Cautione de se repraesentando consulitur aliquando carceratis cum mandato ciuili.*
16 *Fideiussores de repraesentando aliquando mitius à Visita tractati secuta repraesentatione.*
17 *Fideiussores differentes repraesentare carceratum Visita olim rigorosè tractauit.*
18 *Fideiussor de repraesentando potest moram purgare post condemnationem.*
19 *Fideiussor de repraesentando satisfacit praesentando post condemnationem, etiam si fuerit postea arrestatus ab alijs creditoribus.*
20 *Fideiussor de repraesentando non liberatur, si post condemnationem repraesentat debitorem, qui pro debitis contractis post moram incursam arrestatur.*
21 *Fideiussor de repraesentando liberatur in casibus, in quibus praesentatio redditur impossibilis, vt mortis.*
22 *Fideiussor de repraesentando liberatur morte ciuili Rei.*
23 *Fideiussor de se repraesentando liberatur, mutato statu Rei.*
24 *Debitor cum cautione de concordãdo infra certum tempus, vel se repraesentando aliquando relaxatur à Visita.*
25 *Cum cautione de concordando non relaxatur regulariter carceratus cum mandato relaxato, seruatis seruandis.*
26 *Cum cautione de concordando relaxatur debitor etiam carceratus cum mandato, seruatis seruandis, relaxato, si eius obligatio aliquem patiatur defectum, vel sit ad factum.*
27 *Debitores cum obligatione relaxantur aliquando.*
28 *Relaxatio fit à Visita pro ipsius arbitrio etiam modis, & in casibus non expressis in Bullis, vt ex multis decretis.*

1 OFfert se secundo loco consueuisse Sacram Visitam ex benignitate praecipua liberare vnũ, vel plures ex carceratis, quando pro eadem causa multi detinentur, prout notum fiet ex declarationibus, & ampliationibus, & decretis, quae subijciam.

2 Declara primo, vt facile deueniat Visita ad huiusmodi excarcarationem, quando plures carcerati sunt pro repraesalijs, de quibus diximus supra. 1529. 20 Mart. Capit. *Camillus, Dominicus, & Troianus de Sancto Polo. Depositatis bestijs apud hospitium, quas dicti carcerati possint exigere infra quatuor dies, & nisi redemerint dato pretio dicto creditori, illas creditor possit obtinere, vel vendere suo arbitrio; carcerati vero relicto vno, qui maneat pro omnibus, duo relaxentur ad sollicitandum Communitatem pro satisfactione poena, & interim D. Gubernator expediat.* Dicta die. *Antonius & Ambrosius de Sancto Polo. Facta executione contra principalem, relaxentur; & ex nunc vnus ex eis dimittatur, vt indicet executori debitorem principalem.* 1529. 18. Nouem. Sabel. *Meniens Cola, Euangelista, & Fabius de Rocca della Botte pro repraesalijs, Dominus Gubernator, vocato creditore, informet se super executione repraesaliarum, & quatenus sint benè executa, relaxet duos ad effectum procurandi pro alijs, & aliter expediat arbitrio suo.*

3 Declara secundo, vt etiam Visita facilè processerit ad liberationem vnius, quando sunt carcerati pater, & filius; non solum quia habentur pro vna & eadem persona; sed etiam quia credendum est quemlibet eorum, qui relaxetur, futurum sollicitũ pro liberatione illius, qui remansit. 1532. 4. Iun. Nonae. *Bernardinus de Galesio. Relaxetur filius, & detineatur pater, & interim videatur coram D. Gubernatore, an debeat admitti ad cessionem bonorum.* 1597. 19. Iun. Nonae. *Ioannes Baptista. Facta obligatione de soluendo scuta duo quolibet mense, remanente altero fratre in carceribus; relaxetur.* * 1639. 7. Iul. Sabell. *Michael. Stante carceratione filij pro eadem causa, & paupertate in actis probata, relaxetur gratis; sine tamen praeiudicio iurium partis.* * 1640. 15. Mart. Nonae. *Ludouicus. Stante carceratione filij, & sine praeiudicio executionis realis, relaxetur gratis.*

4 Declara tertio, vt fuerit eodem modo relaxatus vnus, quando fuit spes ex eius liberatione faciliorem reddendi concordiam cum creditore. 1530. 13. Mart. Sabell. *Cola, & Petrus. Remaneat vnus ad electionem creditoris, & alter relaxetur gratis ad effectum procurandi concordiam, & interim alimentetur, & intimetur decretum creditori, ad cuius instantiam sunt detenti.*

5 Haec adeo vsu recepta sunt, vt etiam deuentum aliquando sit ad liberationem fideiussorum pauperũ, si principalis fuerit soluendo. 1545. 5. Mart. Sabell. *Leonardus. Relaxetur, remanente principali in Carceribus, & Dominus de Verona expediat auctoritate Visita.* * 1559. 14. Ian. Sabell. *Parmesanus, & Nardus. Relaxentur gratis attenta eorum extrema paupertate, & fiat executio contra principalem, attento quod principalis debitor est soluendo:* Immò verò facto decreto cum dilatione ad fauorem filij carcerati, fuit etiam quandoque factum decretum patrem non molestari. Idem etiam

etiam accidit in marito, & vxore. 1572.22. Octob. Nonæ. *Philippus de Herrera.. Stante decreto concesso eius filio vna cum eo obligato de soluendo scuta duo quolibet mense, Bernardo de Lanzano, non molestetur.* * Dicta die. *Lucida de Martinis vxor*

7 *Bartholomæi de Herrera. Stante decreto concesso eius marito de soluendo scuta duo quolibet mense Bernardo de Ianzano, non molestetur, & executio facta super domo, cuius fructus sunt mariti, qui de illis soluet, reuocetur.*

8 Quæ in hac postrema declaratione diximus, procedunt etiam in causa criminali. 1545. 10. Ian. Sabell. *Zingari. Remaneat Iunior, & alter vadat ad perquirendum equas.*

9 Alia relaxatio non comprehensa in Constitutionibus Pij V. & Pauli V. supradictis est, quando relaxantur carcerati cum sola cautione de se repræsentando ad primam Visitam.

Declara primo, quod hic modus relaxandi olim erat frequentissimus, ita vt quando fiebat Visitatio pro omnibus Ciuilibus, pro quibus particulare decretum fieri non poterat, fieret decretũ de se repræsentando ad primam Visitam, interdum particulare pro vno carcerato, interdum vniuersale pro omnibus. 1540.4 Mart. Sabell. *Bernardinus Venetus. Data cautione de se repræsentando vsque ad primã Visitam; Relaxetur: & interim Dominus Locumtenens Auditoris Cameræ studeat concordare partes etiam auctoritate Visitæ.* * 1545. 15. Ian. Nonæ. *Ludouicus. Facta obligatione per ipsum de se repræsentãdo ad primam Visitam sub pœna priuationis beneficiorum, & præstita cautione per Didacum sub pœna debiti; relaxetur.* * 1545.22. Ian. Sabell. *Bernardus Furnarius. Dominus Gubernator faciat sibi solui eius credita, & data cautione sub pœna debiti de se repræsentando ad primam Visitam; Relaxetur.*

Decreta vero generalia; quæ fiebant in hac materia, erant frequentissima. Duo ponam exempli gratia. 1551. 9. Maij. Capit. *Omnes repræsentati renouata cautione de se repræsentando ad primam Visitam; Relaxentur.* * 1558. vlt. Apr. Capit. *Omnes repræsentati repræsententur ad primam Visitam, renouata cautione.*

10 Declara secundo, vt si defecissent in se repræsentãdo statim contra eos fieret executio de mandato Visitæ. 1546. 21. Ian. Sabell. *Ioannes Antonius. Attento quod non se repræsentauit iuxta promissionem in altera Visita factam, fiat executio vigore mandati iam contra ipsum decreti.*

11 Declara tertio, vt aliquando ex gratia concederetur prorogatio ad se constituẽdum in carceribus. 1552.25. Iun. Capit. *Nicolaus. Visita iterum ex gratia peremptoriè, & in fine prorogat constitutionem in carceribus faciendam pridie ante Visitam nisi interim cõcordauerit: alias sit locus decreto vltimo loco facto, & interim cesset ab exactione creditorum suorum.*

12 Quia verò cœperunt differre repræsentationem vsque ad tẽpus, quo Visita incohabatur, fuit per decretum particulare prouisum, vt infra. 1562.29. Ian. Sabell. *Omnes repræsentandi renouata cautione de se repræsentando pridie ante Visitam hic in Curia de Sabellis, non molestentur.* Hac eadem

13 ratione quando fieri potest sine damno creditorũ, poterunt cum tali cautione habilitari Artifices, qui labore manuum se ipsos, & familiam sustentant; vel etiam nobiles, quibus angustiæ carcerum sunt valdè noxiæ; & alij omnes, qui videbuntur Sacræ Visitæ digni tali beneficio. Relaxatio fit à Visita cum simplici cautione de se repræsentando, quotiescumque debitum requirit aliquod ministerium debitoris extra carceres; vt puta reuisionem computorum, vel aliquid simile. 1530. 24. Nou. Sabell. *Bartholomæus de Nursia pro debito, de quo aliàs. Data cautione idonea approbanda à D. Gubernatore de se repræsentando in carceribus, alias de soluendo, habilitetur per quindecim dies ad effectum, vt possint videri eius computa.*

15 Relaxãtur quoque nonnunquam debitores, cum sola cautione de se repræsentando, etiam si debitum non requirat aliquod ministerium. 1546. 2. Iun. Sabell. *Iacobus Macellarius. Data cautione idonea de se repræsentando, & de renunciando quibuscumque impetratis, & impetrandis sub pœna debiti; Relaxetur.*

16 Declara primo, vt cum fideiussoribus, qui se obligauerunt de se repræsentando, actum sit in euentum repræsentationis aliquando, vt in infrascripto decreto D. Gubernatoris, quod legitur annotatum in libro decretorum Visitæ. 1619. 24. Maij. Nonæ. *Pro Angelica mãtre Matthæi, contra Euphrasiam Gandulpham, & Ioannem Franciscum eius filium. D. Gubernator etiam iuxta mentem Visitæ habitæ sub die 2. Maij præsentis in carceribus Turris Nonæ, mandauit, quod præsentatio Matthæi criminaliter carcerati facta per matrem pro causa ciuili vertente inter præfatos, annotetur in statu, & terminis, in quibus reperitur ad effectum determinandi in causa ciuili, quis sit effectus præfatæ præsentationis, & interim pendente præfata causa criminali mandauit supersederi in causa ciuili, sine præiudicio iurium partium ita &c. omni &c.*

17 Declara secundo, vt Visita rigorosè processerit cum fideiussoribus differentibus repræsentare debitorem. 1541. 7. Maij. Sabell. *Paulus Spinola. Nisi per totam cum intimatione fideiussor eum repræsentauerit in eisdem carceribus, detur mandatum contra fideiussorem.*

18 Declara tertio, vt nihilominus talis fideiussor de repræsentando, etiam obligatus in forma Cameræ, possit non solum suscipere terminum vnius mensis, sed moram purgare, etiam post condemnationem. Rot. in Romana. *Fideiussionis. de repræsentando. 3. Iulij 1617. coram Coccino. impress. post Fenson. ad stat. Vrb. decis. 42. & inter recen. par. 4. tom. 1. decis.* 640. Quam decisionem, quia multa magistraliter explicat super purgationem moræ, posuimus nos quoque in *Append. §. 4. cap. 22.* Hoc autem, quod

19 diximus, procedit etiam si debitor repræsentatus fuerit postea ab alijs creditoribus arrestatus. *Rot. d.*

20 *decis. Rom. Fideiussionis.* Dummodo arrestantes sint creditores ante carcerationem, & moram incursam; secus si post moram superuenerint. Hoc enim casu dici potest factum esse ius partis deterius *Rot. d. decis. Rom. Fideiussionis.*

21 Declara quarto, vt obligatus repræsentare siue ciuiliter, siue criminaliter, liberetur si repræsentatio impossibilis fiat; vtpote si Reus, seu debitor moriatur. *l. si decesserit qui satisd. cog. Vbi Bart. Bald. Ang.*

Ang. Castr. & Alberic. num. 6. Ias. nu. 1. l. sancimus. Et ibi communiter DD. C. *de fideiuss. Far. q. 34. numer. 34.* Quod procedit non solum in morte naturali rei principalis, verum etiam in ciuili; nempe si capitaliter in contumaciam condemnetur. *Boss. de carcer. fideiuss. relax. nu. 41. Clar. §. fin. q. 46. n. 22. Gabr. cons. 181. à num. 20. lib. 1.* Immò verò procedit, non tantum si reus, seu debitor fuerit capitaliter condemnatus; sed etiam, si fuerit solum accusatus, citatus, aut bannitus, antequam fideiussor fuerit citatus ad repræsentandum. *Clar. d. § fin. qu. 46. num. 22. vers. contrarium. Gabr. d. cons. 181. n. 9. lib. 1. Far. d. q. 34. num. 69.*

23 Declara quinto, vt liberetur fideiussor de repræsentando ex mutatione status rei, seu debitoris principalis; vt si de laico effectus fit Clericus, vel aliud simile. *l. si filius. ff. de tu. & rat. distr. Horat. Lut. inter cons. crim. diuers. cons. 163. num. 11. lib. 1.* Vbi dicit ex auctoritate Doctorum mutatis conditionibus personarum, vel negotiorum fideiussorem non teneri. Sequitur *Far. d. q. 34. num. 38.* Vide de eadem materia fideiussionis de repræsentando supra *lib. 1. §. 11. cap. 2. & inf. cap. 4. num. 30.*

24 Insuper relaxatio Carceratorum fit à Visita cum alijs cautionibus diuersis ab illis, quæ in dd. Const. Pij IV. & Pauli V. exprimûtur. In primis cum cautione de concordando infra certum tempus, alias de se repræsentando sub pœna debiti. Et quia multa decreta in hoc opere sparsim posita sunt ad aliũ effectum, quæ continent eamdem cautionem, satis erit adijcere infrascriptum. 1623. 24. Febr. Capit. *Ioannes, & Franciscus. Data cautione de concordando post Octauam Paschatis Resurrectionis sub pœna debiti pro quo detinentur; Relaxentur.*

25 Declara, vt non concedatur habilitatio cum dicta cautione, quãdo quis reperitur carceratus cum mandato, *Seruatis seruandis*, relaxato; vel pro executione sententiæ; quia non debet relaxari cum cautione *de se repræsentando*, vel, *de iudicio sisti*, seu, *De iudicatum soluendo*, vel, *de soluendo iuxta formam mandati*, respectiuè: Quod dicit notabile in

26 praxi Muscat. *in prax. ciuil. par. 3. in glos. in ver. expensis. num. 25. & seq. Vbi plures allegat.*

Hæc tamen declaratio non procedit, quando vel debitum patitur aliquas exceptiones; vel obligatio est ad factum, vt pro renouanda cautione; vel pecuniæ debitæ non sunt soluendæ, sed deponendæ; vel debitor diù stetit in carceribus, & non inuenit aliã cautionem; vel apponitur clausula, *Sine præiudicio executionis realis*; vel casu, quo potest debitor (si excarceretur) efficere meliorem conditionem creditoris in exactione creditorum suorum; vel alia industria sua inuenire modum satisfaciendi; vel denique ex quacumque alia causa Dominis Visitatoribus benè visa.

27 Relaxantur quoque debitores quandoque cum sola obligatione de se repræsentando; vt ex quampluribus decretis in hoc opere ad alium effectum allegatis, & ex infrascriptis duobus, quæ proinde sola satis erunt. 1559. vlt. Ian. Capit. *Iulianus de Fano. Ex quo non possidet bona, & non reperit fideiussorem, facta obligatione per ipsum de se repræsentando, toties quoties sub pœna scutorum 200. & de reperiendo mulierem, & conducere eam in manus Curiæ, pro qua fideiussit, & faciendo omne possibile circa præmissa; prout se obligauit; Relaxetur gratis.* * 1566. 25. Maij. Sabell. *Baptista Furnarius. Facta solutione censuum decursorum in manibus Creditoris, quatenus acceptare velit, seu in manibus Notarij; & facta obligatione per eum de se repræsentando sub pœna debiti; Relaxetur, & in euentum quod fiat solutio, imponatur silentium, quoad sortem principalem.* Quod autem in præfato decreto supponitur fuisse petitã sortem principalem census, quæ iuxta Constitutionem Pij V. super forma creandi census nunquam peti potest, id contigit, quia nondum dicta Constitutio emanarat; cum edita fuerit anno 1568. 14. Kal. Febr.

Vltimo loco succedit relaxatio, quæ fit ex quacũq. causa Visitationibus benè visa. Amplissima enim est facultas Visitatorum circa relaxationem carce-

28 ratorum, vt satis patet ex supra dictis, & ex infra dicendis. In quibuscumque casibus, etiam in Bullis Summorũ Pontificum non comprehensis, Visitæ bènè visis fuerunt relaxari carcerati omni tempore. Ad huius rei comprobationẽ sufficiant Decreta infrascripta, cum multa alia alibi adduxerimus. 1537. 7. Octob. Nonæ. *D. Montanus de Interramna. Moueantur partes nomine Visitæ ad capiendum aliquam deliberationem, & concordiam vsque ad primam Visitam, alias Visitatores prouidebunt.* * 1536. 11. Decemb. Nonæ. *Pasqualis Hispanus. Exhortentur Officiales, quod habeant aliquam misericordiam attenta lõga carceratione; & relaxetur, & ad D. Auditorem Cameræ.* * 1537. 13. Mart. Sabel. *Franciscus Florentinus. Attento, quod pars non comparuit; Relaxetur.* * 1597. 18. Decemb. Nonæ. *Andreas, & Paulus. Auditis hinc inde deductis in voce, & quia multum verisimile visum est* Dominis *Visitatoribus creditum Andreæ non esse nec verisimile, nec verum, sed ex ludo: quia tamen apparet Instrumentum desuper confectum, mandarunt ambos excarcerari soluta medietate præsentis crediti tantum in bonis in Partibus, & facta tali solutione cancelletur Instrumentum factũ per* Paulum, *data tamen prius hinc inde fide de se ad inuicem non offendendo.* * 1619. 24. Ian. Sabell. *Polydorus. Præstito consensu per principalem creditorem de non molestando amplius fideiussorem; & quatenus per creditorem præstetur consensus ad tempus; præstita cautione de concordando fideiussorem intra dictum tempus. relaxetur in forma Pauperum* Verba Decreti prædicti, *in forma pauperum* in Tribunali Burgi importãt medietatem expensarum. Secundum taxam Burgi, quæ est longè maior taxa aliorũ Tribunalium; & ob hanc causam non soluitur à Pietate: Quapropter nuper emanauit Decretum. 30. *Octobris* 1653. *Nonæ. Antonius Iacobi. Soluta captura, Decreto, & mandato, in forma Pauperum solui solitis ab Archiconfraternitate Pietatis, relaxetur.*

§. I.

DILATIO CVM CAVTIONE AD SOLVENDVM.

SVMMARIVM.

1 *Dilationis concessio quomodo facienda secundum Constitutiones Pontificum.*
2 *Dilationum varia nomina, & significatio.*
3 *Dilationum sublevamen non est de iure. ff.*
4 *Dilationes fuerunt etiam ex L. XII. Tab.*
5 *Dilationes conuentionales qua, remissive.*
6 *Dilationes Visita qua.*
7 *Dilationes mixta qua.*
8 *Dilationum Visita materia à nemine tractata.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 PRIMO concedendo dilationem data cautione de soluendo infrà tempus assignatum; & hoc præsertim, quando Visitatores considerant retentionem debitoris cedere non solum in ipsius præiudicium, verum etiam creditoris; cum debitor in carceribus existens efficiatur deterioris conditionis, & in dies minus soluendo: vbi extrà carceres facilius intrà tempus assignatum modum satisfaciendi reperturus sit: & hoc dummodo creditores sint ditiores, & ære alieno non onerati.

HÆC verba Constitutionis Pij V. cum verbis constitutionis LXXI. Paul. V. §. 24. Di-
2 lationis verbum quid importet, satis declarant verbum præfatæ Constitutionis. Has dilationes, alij Inducias in plurali locutione appellant, ducta metaphora à bello. Sicut enim induciæ dicuntur cum ab vtrisque hostibus in breue, & in præsens tempus conuentum est, ne inuicem se lacessant. *l. postlimin §. inducia. ff. de cap. & postlim. reuer.* Ita & dilationes, quæ debitoribus ære alieno grauatis conceduntur, vt illis transactis debita soluant, Induciæ solent nominari. Aliter quoque nuncupantur, Moratoriæ, saluus conductus, qui à nostris practicis dicitur, Non grauetur. *Cacch. de morat. in princ. Muscatel. in prax. fideius. par. 2. q. 9. nu. 17. & 18. Et alij relati a Mauz. de caus. exec. lim. 6. & 28. & per tot. Et à Sanctio. in tract. de inducijs debit. cap. 1. num. 6.* Alij fidem publicam, seu securitatis promissionem melius vocant. *Bald. l. 1. ad l. Iul. maiest.* Quod parum distat à Tregua, quæ definitur: Securitas præstita Rebus, & personis discordia nondum finita. *glos. in cap. 1. vers. tregua de pac. & treg.*

3 Iure ff. nullibi legitur hoc dilationis subsidiũ debitoribus fuisse cõcessum. Et colligitur ex eo, quod, vt maior pars creditorum minori posset præiudicare in remissione partis debiti, fuit necessarium rescriptum l. & suum: §. fin. & l. rescriptum. Vbi Bar. *ff. de pact.* ait, quod tamquam exorbitans à regulis iuris ad similes casus extendi non poterat *l. quod vero. cum legibus seqq. ff. de leg.* Atque ita opus fuit, vt nouiter à Iustiniano induceretur l. fin. C. qui bon. ced. poss. vt considerat *Sanct. de induc. cap. 1.*
4 *num. 7.* qui tamen *q. 2. num. 3.* sentit huiusmodi dilationem extitisse etiam ex l. XII. Tab. vt colligitur ex verbis eiusdem l. XII. Tab. quæ nos quoque retulimus. *Sup. cap. de rig. 12. tab. in proœm. cap. 13.*

Sunt autem dilationes vel Conuentionales, vel
5 à Principe concessæ, vel Mixtæ. De Conuentionalibus non est sermo noster: qui de his plura cu-
6 pit, consulat allegatos Doctores, & alios quos illi referunt: Nos de dilationibus loquimur à Visitatione carceratorum, quæ Principem repræsentat, concessis: suntque illæ, quæ præuia informatione iuxta limites præscriptos a Summorũ Pontificum Constitutionibus conceduntur debitoribus, ne intrà illorum metam possint à creditoribus molestari. *Alex. Trentac. lib. 3. variar. resol. 1. de solut. Boer. dec. 296. Couar. lib. 2. var. cap. 1.* Et dicuntur Collectiuæ, eo quod per eas aliquid adijciatur dispositio-
7 ni principali. *Mantic. de Tacit. Capol. & alij Sanct. de induc. q. 3. num. 4.* Mixtæ verò dilationes sunt, quando concessæ à creditoribus confirmantur à Principe, vt securiores sint, ad maiorem cautelam, quæ semper est proficua. *Bald. in l. testamentum nu. 5. C. de test. l. Imperatores. ff. de priu. cred. Sanct. de induc. cap. 1. num. 23. & 24.* Qui sicut profitetur neminem ex professo, quod ipse viderit, de inducijs scripsisse *cap. 1. num. 11.* Ita nos quoque ne-
8 minem de dilationibus à Visita concedi solitis ex professo tractasse affirmare non dubitamus. Cum autem maior pars carceratorum his indigeat, plenius de illis tractabimus.

CAPVT I.

Dilationis materiam esse fauorabilem.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio fauorabilis debitoribus.*
2 *Dilatio fauorabilis crediteribus.*
3 *Debitores in carcere fiunt deterioris conditionis.*
4 *Debitores extra carceres possunt ditescere.*
5 *Pro dilatione in dubio lata fit interpretatio.*
6 *Salui conductus, beneficia, appellantur.*
7 *Beneficia sunt latè interpretanda.*
8 *Dilatio est inducta ex æquitate semoto iuris rigore.*
9 *Dilationis interpretatio fauorabilis, etiam illa transacta.*

10 *Debitor quo minus obligetur, debet capi interpretatio.*
11 *Dilatio conceditur in casibus, in quibus non legitur de iure probibita.*
12 *Dilatione durante fieri debet interpretatio latissima.*
13 *Beneficium latissime interpretandum.*
14 *Dilatio, quæ non poterat concedi, stare debet.*
15 *Dilatio non ampliatur ad casus priuilegiatos.*
16 *Dilatio non conceditur in casibus, in quibus denegatur bonorum cessio.*
17 *Dilatione finita cessat debitori recursus.*
18 *Dilatione finita non facta solutione propter impedimentum lata sumitur interpretatio.*
19 *Mora propter difficultatem est excusabilis.*
20 *Dilationis materia fauorabilis ex sua natura, & in Visita, quia tractatur de carceratis.*

1 HAnc dilationum materiam certum est respicere fauorem tum debitorum. *Beat. de debit.* 2 *inop. cap. 4. q. 10. nu.* 1164. Tum etiam creditorum, eo quod intendat occurrere damno vtriusque partis, vt benè exprimunt verba Constitutionis superius relata; quod etiam consentit cum iure communi, quod numquam intendit alteri ex partibus præiudicium inferre, sed omnibus æque ius mini-3 strare. *l. continuus. §. Cum ita. ff. de verb. oblig. l. in* 4 *omnibus. ff. de reg. iur.* Debitores enim in carcere quotidiè magis pauperes euadunt; in libertate autem possunt ditescere, & acquisita ita augere, vt creditoribus satisfaciant. *Franch. dec. 179. num. 4. quem refert, & sequitur Muscatel. in prax. fideius. par. 2. q. 9. num. 21. Marches. de commiss. par. 3. §. 1. cap. 1. de commiss. super dilat. morat. num. 10. & 78.* Alia etiam ratione dici potest non discordare omnino à iure communi, dum tractatur de pauperibus carceratis. Licet enim neque creditor teneatur recipere partem debiti, nec debitor soluere partem. *l. quidam. ff. de reb. cred.* Nihilominus à paupere debitore videtur quod possit cogi partem recipere per d. *l. quidam. Leoncil. de priu. paup. par. 2. priu. 376. per totum.* Vbi quamplures allegat idem tenentes in pia causa, qualis est etiam causa carceratorum.

5 Conclusio itaque firmari potest: In hac materia in dubio benignam, & latam fieri debere interpretationem. *l. fin. C. qui bon. ced. pos.* Ibi: *Et quod humaniorem sententiam pro duriore eligimus.* Et inferius: *Tunc vos anteponi qui ad humaniorem decli-* 6 *nant sententiam.* & comprobatur auctoritate Do-7 ctorum qui dicunt saluos conductus Beneficia nuncupari; ac propterea esse late interpretanda. *Menoch. de arbitr. cas. 336. num. 23. lib. 3. Surd. dec. 270. num. 3. Farin. q. 131. num. 1. cum seqq. Sanct. de* 8 *Induc. q. 3. num. 9.* Dilationem enim esse ex æquitate inductam remoto iuris rigore probant verba d. *l. fin. C. qui bon. ced. poss. & not. Bar. Ias. Castr. & DD. communiter in l. receptum. §. fin. & seqq. ff. de pact.* Vnde consequitur, vt semper contra eum capi debeat interpretatio, qui dilationis concessioni aduersari fuerit conatus. *Corn. cons. 167. num. 7. in fin. lib. 3. Decian. cons. 406. num. 7. Farin. de carcer. q. 29. num. 39. & seqq. Sanct. de induc. quæst. 3. numer. 10.*

9 Amplia primo, vt procedat non solum quando est dubium, an dilatio sit concedenda; sed etiam ex post facto, quando iam est concessa; si enim dilatio sit pœnata, & debitor illa transacta non soluens ad certam pœnam teneatur, quælibet colorata causa sufficiet ad debitorem à pœna liberandum. *Gabr. cons. 182. sub nu. 5. & 6. lib. 1. Hippol. Rimin. cons. 10. num. 3. & seqq. lib. 1. Caphal. cons. 587. nu. 12. & seq.* 10 *lib. 4. Mascar. de probat. concl. 1163. num. 11. cum seqq.* Regulariter enim illa sumi debet interpretatio quæ minus obliget debitorem. *l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de ver. oblig. Grat. discept. 676. num. 25. & 26. Sanct. de Induc. q. 3.*

11 Amplia secundo, vt dilatio in omnibus casibus concedi possit, in quibus non legitur de iure probibita, stante generalitate l. fin. C. qui bon. ced. poss. Cui standum est. *l. in fraudem. §. fin. ff. de mil. testam. & ibi Bald.* qui colligit ex illo textu quod determinatio generalis comprehendit casus, & personas multum priuilegiatas. Quam regulam exornat *Mant. sing. 107. Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 14. num. 96. late, & eleganter Barbos. 1. par. l. 1. num. 3. cum seqq. ff. sol. matr.* Qua ratione moti Doctores grauissimi existimarunt dolosum debitorem, qui propria culpa, & fraude decoxit, capacem esse dilationis. *Paris. cons. 100. vol. 3. quem refert, & sequitur Brun. de cess. bon. q. 26. princ. num. 1.* Qui etiam *num. 8.* contra opinionem *Alex. cons. 205. vol. 2. & aliorum* existimat procedere non solum in dilatione concedenda à maiori parte creditorum, sed etiam a Principe; adeoque etiam à Visita, quæ illum repræsentat. Sequitur *Strac. de decoc. par. 6. nu. 20. præsertim prope finem.* cum non solum dolus præteritus remitti possit. *glos. 1. in l. 1. vbi Bar. & Sal. C. si maior. fact. Surd. cons. 49. num. 1.* sed etiam futurus inuolute, & tacitè. *l. si vnius. §. illud. ff. de pact. Grat. discept. 306. nu. 36. Ita Sanct. de induc. q. 12. num. 1. & seqq.* Qui tamen *num. fin. vers. Addenda.* contrarium sensit, cum quo transit, & Visita, ne non solum impunitus debitorũ dolus remaneat, sed etiam gratia dilationis gaudeat, nisi in aliquo casu miserabili, & post longam carcerationem, vt constabit ex iis, quæ infra dicturi sumus.

12 Amplia tertio, vt, si ea concessa ac durante, incidat dubium, an aliquo casu non prouiso illa gaudere debeat debitor, affirmatiuè sit respondendum; 13 quia cum sit beneficium, vt diximus, latissimam interpretationem accipere debet. *l. beneficium. ff. de const. Princ.* Atque hinc est, quod etiamsi con-14 cedi non possit dilatio, si tamen concedatur, stare debet iuxta ea quæ de saluis conductibus scriptores nostri docent. *Menoch. Clar. & Boss. quos sequitur Farin. cons. 131. num. 6. Peguer. dec. 39. Sanct. de induc. q. 3. num. 13. & 14.*

15 Limita primo, si verseur dubitatio circa ampliandam dilationis concessionem ad casus specialiter priuilegiatos in iure, sumitur interpretatio contra debitorem. Quælibet enim dispositio, quantumuis generalis, ita intelligenda est, vt non offendantur illi casus, qui in corpore iuris sunt priuilegiati. *Barbos. 1. par. l. 1. per totũ. ff. sol. matr. Sanct. de induc. nu. 22. vers. finaliter.*

16 Limita secũdo, vt cesset regulariter dilatio in illis casibus, in quibus cessio bonorum denegatur, vt sæpe arguit *Trentac. resol. 2.* Et si enim non detur lex,

quæ

quæ dilationes prohibeat, datur tamen eademmet legis ratio; quæ alias remouet debitores alijs priuilegijs gaudentes. Atque hoc sufficit, vt paritormiter determinentur similia. *l. illud. ff. ad leg. Aquil.* Hinc etiam est vt dicendum videatur eum qui contraxit sub spe gaudendi dilatione, non posse illam petere: idque ob rationes, quas in cessione bonorũ considerat *Brun. q. 30. quæst. 4. princ. Sanct. de induc. q. 12. num 32*

17 Limita tertio, finita iam dilatione. Tunc enim nullus remanet debitori recursus. *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Ea enim est limitati temporis natura, vt illo transacto recursus non detur, & per illius lapsum renunciatio inducatur. *Bald. l. si ego. ff. de neg. gest. & cons. 466. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 3. glos. 4. num. 2. late Surd. dec. 189. nu. 8. Grat. discep. 307. num. 16. & 28. Sanct. de induc. q. 3. nu. 17.* Hinc tamen excipiendus est casus quo dubitatio in eo versaretur, an impedimentum, propter quod non fuit facta solutio, tale esset, vt tempus non curreret. Tunc enim interpretatio pro debitore sumenda esset, eo quod propter difficultatem semper mora sit excusabilis. *l. Thais. v. s. Lucius Titius. ff. de fideic. lib. l. diuortio. in princ. ff. de neg. gest. glos. in l. fin. & ibi Bar. Castr. num 4. Ias. num. 23. & 35. in fin. & num. 36 ff de fer.* Et hoc casu regulariter semper noua dilatio datur, quando propter impedimentum in prima dilatione contingens ex illa sequi non potuit effectus. *l. oratione. ff. de fer. Bald. in l. fin. ff. eod. Scacc. de Iudic. cap. 3. de dilat. ad proban. num. 77. & seqq. lib. 2.* Semperque extensiua admittitur interpretatio; vel quando ratio naturalis suadet; vel quando impedimentum sine iusta causa subest ad illam admittendam. *l. oratio. ff. de spons. Sanc. qui alios allegat de Induc. q. 2. nu. 22.*

18

19

20 Conformia sunt omnia prædicta stylo Visitæ vt ex iam dictis, & ex alijs, quæ dicuntur in contextu operis, apparet. Immo dupliciratione fauorabilis est hæc materia dilationum; Primo ex sua natura ex supra deductis: Secundo ex eo quod agamus de dilationibus concedendis carceratis, quorum causæ piæ, & fauorabiles sunt, vt pluries diximus.

CAPVT II.

De dilatione concedenda concurrente maiori parte Creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Pro dilatione obtinenda citandos esse omnes creditores qui nam docuerint.*
2 *Pro dilatione non esse citandos creditores omnes, quinam docuerint.*
3 *Dilatio a Visita conceditur citatis creditoribus, qui carcerare, seu arrestare fecerunt.*
4 *Dilatio conceditur concurrente maiori parte creditorum.*
5 *Maior pars creditorum intelligitur ratione summa.*
6 *Maior pars creditorum consideratur iuxta* l. fin. C. qui bon. ced. pos.
7 *Creditorum æqualitate concurrente præferuntur dilationem concedentes.*
8 *Maior pars creditorum præiudicant etiam absentibus.*
9 *Maior pars creditorum etiam Chirographiorum attenditur.*
10 *Creditorum minor pars non attenditur dissentiens etiamsi sint priuilegiati.*
11 *Legis scripta rigor præfertur æquitati non scripta.*
12 *Dilationi consentiens vxor pro assecuratione dotis maiori alierum creditorum parti præualet.*
13 *Maior pars creditorum præualet etiam contra Instrumenta iurata.*
14 *Maior pars creditorum simul non conuocatorum non præiudicat minori.*
15 *Pro dilatione concedenda creditores debent esse simul, quia minor pars non potest trahere maiorem in suam sententiam.*
16 *Maior pars creditorum potest præiudicare, etiamsi non conueniant omnes iuxta morem regionum.*
17 *Pro dilatione creditores omnes in curia quandoque conuocantur, quandoque non.*
18 *Dilatio requirit conuocationem omnium creditorum in ijs quæ tangunt plures tamquam vniuersos.*
19 *Creditorum omnium consensum requirit concordia, quia est actus voluntarius.*
20 *In compromisso faciendo omnium creditorum requiritur conuocatio.*
21 *Creditorum maior pars non præiudicat quando adest læsio.*
22 *Dilatio conceditur in Curia absque conuocatione omnium creditorum.*
23 *Dilatio concedenda carceratis fauorabilior, quam concedenda non carceratis.*
24 *Maior pars creditorum non præiudicat, si colludat cum debitore.*
25 *Diuisio pecuniarum fit inter creditores, & quomodo, etiam de stylo Visita.*

AD hanc quæstionem sternet nobis viam alia quæstio, An citandi sint omnes creditores pro obtinenda dilatione, vel sufficiat citare maiorem partem. Quæstio hæc est problematica, potestque in vtramque partem defendi, cum habeamus duos textus, qui videntur inter se pugnare.

1 Affirmatiua, quod omnes citandi sint etiam exteri, & absentes, fundatur in l. si præcedente. §. lucius. ff. mand. Ibi: *sed cum proponas eum absuisse, iniquum est auferre ei electionem.* Et ibi not. *glos. ver. Priuilegium.* Pro hac adducuntur plures rationes; Quod citatio omnium actionum instituendarum sit principium; Quod vnusquisque in negotio ipsum tangente citandus sit propter interesse; Quod res inter alios acta nocere non possint ijs, qui de iure suo nõ docuerunt; & alia, quæ latè adducit *Sanct. de induc. cap. 6. à nu. 1. ad 10.*

2 Negatiuam verò, quod solum præsentes, si eorum debitum præponderet citandi sint, non autem absentes, probat textus in l. rescriptum. ff. de pact. Vbi Iurisconsultus decidit maiorem partẽ etiam absentibus præiudicare. Licet autem in textu de citatione mentio non fiat; ita tamen intelligendus est, vt diximus. Nam si citatio præcederet, nulla

prorsus dubitandi ratio adesse poterat, præsertim quia verba textus: Ibi: *Quasi omnes creditores debeant conueniri*: de aperta citatione loquuntur, Ita sensit glos. *ibi. vers. creditorum. in fin.* Neque etiam facit difficultatem quod textus loquantur de remissione partis debiti, & non de dilatione; Cum ad fauorem huius opinionis intret argumentum à maiori ad minus, vt considerant. *Afflict. dec.* 288. *num.* 3 *Brun. de cess. bon. q.* 26 *num.* 1. Et hanc dicit veriorem *Sanct. de induc. q.* 6. *num.* 11. *vers. verum his non obstantibus.* vbi respondet ad contraria. *numer.* 19. *& seqq.* & præfatas ll. conatur conciliare, quod Lex *Rescriptum* loquatur de creditore priuilegiato. Lex vero *si præcedente* de creditore hypothecario iuxta intellectum *glos. Ibi. ver. priuilegium*, reiecta opinione Ant. Fab. asserentis Tribuniani Vitio textum fuisse deprauatum. Sed hæc dicta sunt ex abundanti. Nam de stylo Visitæ dilatio conceditur carcerato, qui tenetur citare omnes tam eos, qui illum carcerare, quam qui arrestare fecerunt, & hos solum regulariter afficit dilatio, quæ à Visitatione conceditur. Conferunt tamen præmissa ad resolutionem subsequentis quæstionis.

4 Conclusio secunda affirmatiue ex præcedentibus venit resoluenda. Firmata namque pro veriore opinione non requiri citationem omnium creditorum, dicendum erit sufficere concursum maioris partis creditorum pro dilatione obtinenda, vt disponit. *l. fin. C. qui. bon. ced. poss.* Ibi: *Et siquidem vnus creditor.* Et inferius: *Et ipse alios antecellat.* Qui textus loquitur in remissione partis debiti, qui sunt termini fortiores, vt diximus. Ita sentiunt communiter Doctores *Sanct. de induc. q.* 7. *num.* 7. Qui *num.* 1. *ad* 6. adducit argumenta tenentium contrariam opinionem, & *num.* 11. illis respondet.

5 Declara primo, vt maior pars non sit consideranda secundum numerum personarum, sed secundum quantitatem debiti, itaut inter decem creditores, si duo, vel etiam vnus, cuius sit maius creditum, quam aliorum assentiatur, illius consensus sufficere debeat pro obtinenda dilatione, vt in indiuiduo decidit Iustinianus in d. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Idem in pacto, per quod remittitur pars debiti disposuit Papianus in l. maiorem. ff. de pact. *Maiorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum placuit.* Cui conclusioni Doctores assentiuntur sine scrupulo. *Grat. discep.* 222. *Trentac. resol.* 2. *Fontan. de pact. nup. tom.* 2. *clauf.* 5. *glos.* 8. *par.* 7. *num.* 42. *Seraph. dec.* 123. *num.* 1. *Thes. dec.* 186. *& alij relati a Sanct. q.* 8. *nu.* 8.

6 Declara secundo, vt procedat resolutio in omnibus speciebus, quas considerat Imp. d. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Et quas etiam enumerat Sanct. *cit. q.* 8. *num.* 19. Vbi etiam quid dicendum

7 in æqualitate; & quod præferantur dilationem concedentes. *Rom. cons.* 439. *Trentac. resp.* 2. *num.* 5. *in fin.* Et quod quando est minor in principali, & maior cum interesse, praualeat negantibus dilationem. *Strac. de decoc.* 5. *par. num.* 9. *Grat. discep.* 222. *num.* 22. *Sanct. q.* 8. *num.* 19. *vers. tertius si existat.*

8 Declara tertio, vt procedat siue numerus creditorum sit presens siue sit absens. Sifficit enim, vt maior illorum numerus sit presens, & consentiat, vt absentibus præiudicet. *l. rescriptum ff. de pact. Bar. Alex. & Ias. in l. & sum. §. hodie. ff. eodem. Aret. § fin num.* 9. *instit. de act. Trentac. res.* 2. *num.* 8. *tit. de solut. Sanct. q.* 8. *nu.* 11.

9 Amplia primo Conclusionem, vt procedat etiã si maior pars consentiens sit tantummodo ex creditoribus chirographarijs; dissentientes vero vel absentes hypothecarij etiã expresse. In hac enim materia, de qua agimus, hi non sunt illis præferendi. Ita in specie Imper. in d. l. fin. de his, qui bon. ced poss. *Azo. in summ. C. qui bon. ced. poss. Salyc. in d. l fin. num.* 1. *& alij quos refert. & sequitur Grat. discep.* 222. *nu.* 15. *&* 16. *Sanct. de induc. q.* 8. *nu.* 11.

10 Amplia secundo, etiam si dissentientes sint ex creditoribus priuilegiatis, vt sunt crediteres causa

11 dotis. Cum enim non legantur expresse exempti, standum est d. l. fin. C. qui bon. ced pos. Nam rigor. legis scriptæ præfertur æquitati non scriptæ. *l. placuit. C. de iud. Et ita in specie. Franc. decis.* 219. *& alij adducti a Sanct. de induc. q.* 8. *nu.* 16.

12 Amplia tertio, vt si mulier creditrix pro dote marito vergente ad inopiam in vim l. si constante consentiat dilationi, & in quantitate excedat cæteros creditores obtinere possit dilationem pro marito, reluctãtibus cæteris creditoribus: Quę cautela in debitoribus vxoratis est valde vtilis, vt obseruat *Morla in emporio iuris. in præmissis ad tit.* 8. *num.* 21. quem refert, & sequitur *Sanc. de induc. q.* 9. *num.* 19.

13 Amplia quarto etiam contra instrumenta iurata dissentientium, cum fere in omnibus contractibus apponatur iuramentum. Ita de consuetudine seruari docet *Boer. dec.* 296. *num.* 1. *Grat. discep.* 222. *num.* 29. *vers. licet. Sanct. de induc. q.* 12. *n.* 24:

14 Amplia quinto notabiliter vt fauore paupertatis minor pars pręualeat maiori, quia debet magis attendi maior ratio, & maior pietas, quam maior numerus *glos. in cap.* 1. *§. quod circa. verb. rationabiliter. de his quæ fiunt a maior. par. cap. Bomb. cons.* 13. *nu.* 17. *& Nouar. in prax. priu. miser. pers. priu.* 2. *num.* 5. 8. vbi quod itam obtinuit pro constructione Hospitalis. quos refert *Leoncil. de priuil. pauper. par.* 2. *priuil.* 617. *per totum vbi alia similia adducit.*

Quod tamen procedit si assensus maioris partis creditorum obtineatur a singulis, non autem ab omnibus creditoribus in eodem loco conuocatis. Atque hæc est communior inter Doctores, qui mouentur ex eo quod siue à Collegio consensus sit explicandus; siue à pluribus, vt singulis, ad hoc vt maior pars præiudicet minori, semper debent esse isti simul. *Alex. Trentac. var. res. lib.* 3. *res.* 2. *num.* 6. *vers. prima. Tit. de solut. Vbi allegat Bald. in l. fin. in princ.* C. *qui bon. ced. poss. quem sequitur Alex. cons.* 205. *num* 1. *vol.* 2. *iuncta doctrina. Bart. in l. omnes populi. in* 3. *quæst.* 2. *quæst. princ. ff. de Iust. & Iur.*

15 Ratio est, quia minor pars potuisset trahere maiorem partem ad suam intentionem. vide *Fal. in cap. cum omnes. de const. num.* 24. *& seqq.* latissime materiam declarantem, *Glos.* quæ omnia iura congerit. *l. quod omnes. ver. Curiæ. ff. ad municip. laté Grat. discept.* 222. *num.* 3. *& seqq.* Vbi dicit esse de forma. *Sanct. de induc. q.* 10. *num.* 5. *& seqq.* Vbi *num.* 20. dicit contrariam opinionem videri sibi de

iure

iure veriorem; licet ipse tanquam communiorem sequatur, id quod diximus *num.*14. & respondet ad contraria. *num.*23.

16 Quæ omnia intelligenda sunt, cum restrictione; Nisi alia forma subrogata sit loco coadunationis omnium creditorum attento cuiuslibet Ciuitatis more. *Grat discep.*222. *nu.*7. *Sanct. de induc. q.*10. *num.*20. Vbi ait neque in Gallia, neque in Portugallia, neque in Hispania huiusmodi formam practicari, sed semper debitores, qui dilationem postulabant, ab vnoquoq; creditore, prout eis videbatur, assensum exegisse, & postquam maioris partis qualificatæ placita habebant, illa superioris decreto confirmabant: & sic tuti remanebant aduersus alios creditores; quos tamen ad maiorem securitatem iudicialiter pulsabant, vt concordiæ maioris partis

17 starent. Ego vero vidi in Curia seruari vtrumque modum, vt aliquando conuocarẽtur creditores, vel in Claustro Sanctæ Mariæ supra Mineruam, vel in Claustro Sanctæ Mariæ Pacis; Interdum mediante folio subscribendo à creditoribus; ab illisq. cõsensũ exigi & postmodum decreto superioris, concurrente maiori parte, confirmari; & cæteris non consentientibus debitoribus aduersus minorem partem non consentientem inhibitionem, seu, *Non grauetur*, concedi.

Qui præfatas duas conclusiones tanquam communiores sequuntur respondent cõtrariam opinio-

18 nem procedere in eis, quæ competunt vt vniuersis & non vt pluribus, aut singulis, vel in casibus à iure expressis. Nam multoties non tantum maioris partis, verum quoque omnium consensus desideratur; vt probat text. *l. si autem plures. ff. de acq. plu. arc. vbi glos. ver. omn. Sanct. de induc. q.*8. *num.*21.

19 Hinc videmus ex rigore Iuris concordiam requirere cõsensum omnium creditorum. Cum enim sit actus voluntarius, vnius contradictio illum vitiat. *cap fin. & ibi Innoc. num.*3. *ad fin. Butr. in princ. & num.*5. *vers. nota ergo. Abb. in princ. & in* 6. *not.* Vbi limitat, nisi esset vtilis Ecclesiæ. *Cardin. in* 7. *oppositione. Imol. in princ. & nu.*3. 5. *&* 6. Vbi ipse quoque limitat; Nisi notoriè vtilis. *Bellam. num.*6. *vers. item est. ver. noluerit. de maior. & obed. Fel. in cap. cum omnes. num.*17. *circa fin. vers. & hanc fallentiam. de constit. Hostien. cap. fin. num.*18. *vers. vel dic cum agatur. de maior. & obed Rot. dec.*755. *num.*4. *vers. Et tamen. par.*2. *rec.* Idem est in com-

20 promisso. Ias *l. iuris gentium § hodie. num.*8. *vers. octauo limita. ff. de pact. Butr. in cap. constitutus. num.*6. *de appell. Lap. alleg.*78. *nu.*5. *latè Lambert. de iurep.*2. *par.*2. *deb.*2.2. *q. princ. art.* 17. *per tot. Rot dec.*755. *num.*4. *par.*2. *rec.* Et quia, quando ad-

21 est læsio, maior pars non præiudicat minori. *Rot. dec.*623. *par.*3. *&* 162. *par.*4. *rec. & decis.*328. *par.*4. *rec.* si transactio læsiua ex contradictione vnius redditur nulla, tunc etiamsi postea ille, qui contradixerat, acquieuerit, & acceptauerit transactionem, non ideo infringit ius pro nullitate semel Ecclesiæ, vel Collegio acquisitum. *Rot. dec.* 328. *par.*4. *rec.*

22 Cæterum in nostra materia dilationum, quæ est fauorabilis, vt diximus, nec magni præiudicij, recedimus à iuris regulis, & procedimus, vt supra fuit cõprobatum: Et quicquid sit in alijs casibus, numquam trahi potest in consequentiam. *l. quod vero. ff. de legib. vbi glos. Barbos. in l. si alienum. num.*1. *ff. sol. matr. Sanct. de induc. q.*8. *num.*21.

23 Cum autem prædicta omnia, quæ diximus, locum sibi vindicent pro debitoribus extra carceres existentibus. *l. fin.* quæ vnica est materia dilationum. *C. qui bon. ced. poss. Alex. cons.*205. *vol.*2 Nec leges, quas adduximus, loquentes de remissione quotæ debitæ requirant carcerationem debitoris. *Sanct. de induc. q.*19. *nu.*4. *& per tot. vbi respondet ad contraria. & q.*2. *num.*34. multo magis debẽt effectum suum sortiri in debitoribus carceratis, & comparentibus in Visita, quæ habet semper præ oculis æquitatem, vt colligitur ex diuersis eiusdẽ Visitæ decretis: quorum tria infrascripta, speciminis gratia subijcimus. 1617. 6. Iul. Capit. *Dominicus. Quod dilatio concessa ab alijs creditoribus suffragetur etiam quoad debitorem scutorum* 42. *pro quibus fuit arrestatus à Victorio; & relaxetur gratis.* * 1567. 24. Mart. Sabell. *Remboldus. Constito de consensu maioris partis creditorum, etiam respectu summæ, relaxetur: etiam ad Auditorem Cameræ, qui eum relaxet; etiam auctoritate Visitæ.* * 1571. 26. Decemb. Nonæ. *Eques Adrianus. Ad Dominum Doriam, cui constito, quod concordauerit omnes creditores præter Comitem Hippolytum, qui propter eius absentiam concordari non potuit: constito creditum eiusdem Comitis non excedere summam scutorum* 200. *data cautione de soluendo quolibet anno* 100 *mandet relaxari, & huiusmodi decreto etiam D. Marsilium.*

24 At vero si euidens fuerit calumnia, aut fraus inter creditorum maiorem partem consentientem & debitorem; poterit minor pars prouocare. *Bart. in l. fin. ff. de appell. recep. Castr. in l. fuit haeredem § hodie ff. de pact. Sanct. de induc. q* 14. *num.*3. *& per totum. Vbi respondet ad contraria.* Quæ appellatio; seu prouocatio admittenda est quoad effectum non solum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum. *Bar. l. fin. num.*6. *ff. de app. recip. Strac. de decoct.* 6. *par. num.*17. *Sanct. de induc. q.*15. *num.*9. *& per to-*

25 *tum.* Quod pecuniæ soluendæ à carcerato pluribus carceratis sunt diuidendæ inter ipsos. 1540. 22. Iul. Capit. *Romulus Macellarius. Solutis scutis tribus singulo mense (Data cautione de eis soluendo) diuidendis inter omnes creditores; liberetur.*

Hæc autem distributio non est facienda æqualiter inter omnes creditores; sed pro rata pecuniæ, quam quisq; credidit, ita vt qui plus credidit, maiorem partem consequatur, & è contra. *l. Prætoris officium. §. si plures. & ibi glos. ver. possessionem. & in l. si fiusta. § cum autem. ver. sed in totum de dam. inf. Rom. cons.*89. *ante num* 9. *vers. decisum autem habeo: quem sequitur Costa de port. rat. q.*74. *nu.*11. *ver. alioquin.*

Diuersimodè tamen quandoque solutio ex decreto Visitæ fieri solet. 1544. 19. Iun. Sabel. *Bernardus. Solutis scutis sex quoad omnes creditores mense quolibet, quorũ quatuor soluantur D. Iulio del Vecchio, & duo diuidantur inter alios creditores, & facta obligatione per ipsum pro toto, & per eius vxorem pro quatuor tantum, liberetur, prout se obligauit; & Visita interposuit decretum quoad vxorem, & deficiens in duabus solutionibus absque alia dilatione cogatur ad totum.*

CAPVT III.

Dilatione concessa principali an iuuentur fideiussores.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor iuuatur dilatione principalis de iure in exceptione principalis personali, mediante defensione principalis, & nu.4.*
2 *Fideiussor iuuatur dilatione principalis si sit exceptio realis ex propria persona.*
3 *Fideiussor gaudet omni exceptione reo competenti.*
4 *Fideiussor potest allegare exceptionem dilationis, & principalis ad defensionem fideiussoris.*
5 *Sequestratario suffragatur dilatio principali concessa.*
6 *Fideiussor obligatus vti principalis, & in solidum gaudet dilatione concessa principali.*
7 *In Correis dilatio vni concessa non suffragatur alteri.*
8 *Correum iuuat exceptio realis, quæ infringat obligationem à conuento probata.*
9 *Correum iuuat exceptio conuenti, si sit eius socius.*
10 *Fideiussor non gaudet dilatione concessa principali ex Constitutionibus Pontificum.*
11 *Ad fideiussorem non extendi dilationem fuit quandoque in decretis Visita expressum.*
12 *Fideiussor potest contra debitorem habentem respectu creditoris dilationem agere.*
13 *Fideiussor quandoque à Visita fuit comprehensus in dilatione concessa principali.*
14 *Fideiussionis admissio ad dilationem principalis nō est omnino contraria Constit. Pontif.*
15 *Dilatio principalis conceditur fideiussori si pecunia sint deponenda.*
16 *Fideiussoribus aliquando Visita plus fauet quam debitoribus.*

1 CONclusio constitui potest de iure affirmatiua. Nam siue velimus exceptionem dilationis esse merè personalem, poterit debitor assumere in se defensionem Fideiussoris, ne alias ei remaneat inutilis dilatio. *l. idemque. §. generaliter. ad fin. ff. mandati. Et ibi Bart. l. verum in princ. nu.3. ff. pro soc. Guttier. de iuram. cōfirm. par.3. cap.15. nu.16. Brun. de cess. bon. 4 par. q.25. princ. num. fin. Et in terminis dilationis Barbos. in l. maritum. num 87. propè finem. vers. quod tamen tutum non est. ff. sol. matr. & alij quos allegat Sanct. de induc. q.25. n.9.*
2 *Cuec. de morat. num.135. vers. respondet. Franc. decis.476. num.6. & seq. Marsil. resol.139. nu.4. lib.2. Gennen. de scrip: prin. q.116. de dilat. iudic. lib.3.* Siue exceptionem dicamus esse realem. Tunc enim illa iuuari poterit fideiussor ex propria persona *l. exceptiones. ff de excep. & passim notant DD. in § fin. inst. de replic. Odd. de rest. in integ. par.1. q.48.*
3 Siue demum exceptio sit ex ijs, quæ competunt principali debitori propter propriam personam (habita tamen contemplatione obligationis) illa iuuari poterit fideiussor, eo quod regulariter gaudeat omni exceptione reo competenti. *l.2. ff quæ res pig. oblig. non poss. l. constitutionibus. Vbi Bald. C. de vsur.* & ea iuuari potest fideiussor tanquam
4 reali. *Ex Bart. allegato docet Surd. dec.301. numer.13.* Et expressè, quod fideiussor possit allegare exceptionem dilationis principali competētem, & principalis ad defensionem fideiussoris docet *Gost. de portion. rat. cap.1;8. num.8. Surd. dec.301. num. fin. Barbos. in l. maritum. ff sol. matr. nu.87. vers. quod tamen. Hipol. in rub. de fideiuss. nu.275. Sanct. de induc. q.25. num.11. vers. in tertio. & seqq. qui num.13. vers. neque obstat. respondet ad contra-*
5 *ria.* Hæc adeo vera sunt, vt secūdum multos procedant etiam quoad sequestratarium, cui decet dilationem principali concessam prodesse. *Surd. decis.301. nu.7. ver. virtus. & per tot. Grat. discept.12. num.3. cum seqq.*
6 Aduertendum tamen est conclusionem non procedere quotiescumque fideiussor obligatus sit vt principalis principaliter, & in solidum: qua forma se obligant passim fideiussores in Curia. Tunc enim
7 habetur tanquā correus principalis debitoris conuenti respectu creditoris. In correis autem dilatio vni facta, alteri non prodest. *l.2. & Bar. in l. reos. numer.3. ff. de duobus reis. Grat. discep.12. num.10. & 279. num.10. & 11. Surd. cons.20 num.27. & 327. num.2. Mant. de tacit. lib.16. tit.6. num.6. Sanct. de induc. q.25. num.15. vers. semotis vero. Mauz. de caus. exec. lim.6. n 35. & 36. Gualter. in prax. sust.2. par.3. p. princ. rub.2. vers. aut acta. num.27. Muscat. in prax. fideiuss. par 2. q.10. num.30.*
8 Hoc quod postremo dixi limitandum est, quotiescūque exceptio à conuento allegata fuerit realis, quæ infringat obligationem cōtractam, vt probat Textus in *l. idem in duobus. ff. de pact. l. exceptiones. vbi communiter DD. ff. de excep. Sanct. de induc. q.25. num.15.*
9 Immò limitandum est quotiescumque duo rei debendi sunt socij. Tunc enim cum vnius obligatio sit, & consideretur tanquam propria alterius, exceptio personalis, quæ eorum alteri competit, reo conuento etiam proderit. Textus est in *l. si duo rei. ff. de duobus reis. Sanct. cit. q.25. vers. quod tamen intellige.*

Hæc quæ diximus procedunt secundum dispositionem iuris communis. Respectu vero Tribunalis Visitæ licebit negatiuam statuere conclusionem;
10 videlicet, Dilationem concessam à Visita debitori carcerato nequaquam prodesse eius fideiussori non carcerato; Tum quia Visita regulariter non extendit suam Iurisdictionem ad eos, qui sunt extra carceres, vt pluries dicitur in hoc opere; Tum quia contrarium disponit Iulius III. Constitutione incipien. *Cum nuper*, 13. Ibi: *Visitatores Carcerum pauperibus carceratis dilationes dare, sed ad eorum fideiussores extendere non possint:* quod etiam pluries in decretis expressum fuit.
11 Idem etiam subinde consueuit Visita in decretis suis exprimere ad tollendum omne dubium; cum vt supra demonstrauimus, de iure fideiussores in dilatione comprehendantur. 1572. 20. Iul. Nonn. *Iulius repræsentatus per D. Philippum Cicognini contra creditores. Data cautione idonea de soluendo quolibet mense scuta duodecim cum dimidio diuidenda inter creditores, Relaxetur: reseruata tamen actione Leonardo Aspronio agendi tam cōtra personas in eius fauorem obligatas, quam bona, &*

defi-

desiciens in vna solutione careat impetratis, prout D. Philippus præsens promisit &c. * 1589. 7. Decemb. Nonæ. *Martius, & Horatius. Data cautione de soluëdo scuta quinquaginta quolibet anno; videlicet vigintiquinque pro quolibet creditoribus suis sine præiudicio agendi contra principales, & alios fideiussores.*

12 Atq; hinc est quod fideiussor pulsatus à creditore possit contra principalem debitorem habentem respectu creditoris à Visita dilationem agere, illumq. carcerari facere, ne ad imparia iudicetur contra textũ. *l. non debet actori. ff. de reg. iur.* Ne alterius facto prægrauetur. *l. si quis in suo. §. legis. C. de inoff. test. Surd. dec. 102. n. 1.* Et ne fideiussor non maneat indemnis cõtra dispositionem iuris. *c. 2. de fideiuss. Rot. decis. 222. num. 9 par. 6. recen.* Ac propterea cum nec dictæ Constit. LXVIII. Pij V. & LXXI. Pauli V. §. 24. imponant hoc grauamen fideiussori, nec nos illud imponere debemus. *l. si vero. § si vero. ff. sol. matr.*

13 Sciendum tamen est tam ante, quam post dictã Cõstitutionem Iul. III. extensam fuisse dilationem concessam debitori ad fideiussores, siue accessorie, siue vti principales obligatos siue intra, siue extra carceres existentes; quandoque pro tempore limitato, quandoque simpliciter, præsertim concurrente paupertate creditorum, vel alijs causis, vt notũ fiet ex quampluribus decretis, quæ subijciemus præter alia in opere ad alium effectum allegata. 1529. 12. Decemb. Sab. *Petrus. Quia non potest prouideri pauperi carcerato, nisi detur dilatio D. Episcopo Pistoriensi, data cautione per carceratum de docendo de solutione infra quatuor menses, aliàs de soluendo, non molestetur carceratus, nec Episcopus, & quoad pensiones decursas tempore prædecessoris releuetur indemnis dictus Episcopus.* * 1534. 18. Iul. Sab. *Iulius. Attento quod diù stetit in carcere, & quod aliqua bona non appareant, facta per ipsum cessione bonorum in fauorem D. Pompilij creditoris, qui ex nunc, prout ex tunc, possit, si apparuerint aliqua bona eiusdem carcerati, illa in recompensationem crediti propria auctoritate capere; & in euentum, quod bona non appareant; vel si appareant, non sufficiant ad integram satisfactionem ex nunc, prout ex tunc facta obligatione per ipsum carceratum de soluendo eidem D. Pompilio creditori singulo mense Iulios quindecim vsque ad integram satisfactionem, cum decreto, quod si vnica solutione defecerit, possit cum eodem mãdato absque alia citatione pro tota summa capi, & data idonea cautione sub pœna crediti de se repræsentando toties, quoties coram D. Gubernatore, relaxetur: & interim contra eius fideiussorem, attento quod est pauperior ipso carcerato, nihil innouetur sine licentia eiusdem D. Gubernatoris.* * 1538. 17. Apr. Nonæ. *Honuphrio Moratoria concedatur ad sex menses, & suffragetur etiam fideiussoribus, data cautione in forma depositi pro scutis vigintiquinque.* * 1544. 7. Aug Nonæ. *Capitaneus Turris Nonæ. Solutis scutis decem diuidendis inter creditores mense quolibet non molestetur vlterius, neque eius fideiussores.* * 1559. 8. Apr. Capit. *Laurentius. Facta obligatione per ipsum de soluendo scuta decem quolibet mense vsque ad summam scutorum 230. diuidendorum inter creditores, non molestetur & deficiendo in duabus pagbis cogi possit pro tota summa; quod decretum suffragetur etiam fideiussoribus.* * 1559. 29. Apr. Capit. *Comes Marcus Antonius contra Baptistam, & Ioannem. Inhibetur ijsdem, & eorum cuilibet ne contra dictum Comitem, nec eius fideiussores extrahant aliquas censuras, neque eos molestent per totum mensem Maij proximum, donec dictus Comes exigere possit mandata sua ordinariæ prouisionis à Depositario Cameræ Apostolicæ, & ad D. Gubernatorem qui postea studeat concordare partes, & dilationem concedat arbitrio suo; etiam auctoritate Visitæ.* * 1565. 4. Aug. Capit. *Rutilius. D. Gubernator concedat dilationem etiã eius fideiussori suffragantem arbitrio suo; & interim causam reuideat in negotio principali, & eam expediat non obstantibus quibuscumque etiam auctoritate Visitæ.* * 1572. 30. Iul. Sab. *Iulius. Domini declararunt decretum in Curia Turris Nonæ factum de soluendo scut. 12. cum dimidio quolibet mense diuidenda inter creditores dicti Iulij; & huiusmodi decretũ suffragari debere etiam fideiussoribus eiusdem Iulij.* * 1573. 20. Maij. Nonæ. *Decretum alias factum in fauorem Ludouici extendatur etiam ad eius fratrem correum, & obligatum, seu fideiussorem, attento quod sunt æque pauperes.* Alia similia decreta pluries facta sunt præsertim. 1577. 20. Iun. Capit. Pro Tarquinio 1596. 27. Iun. Capit. & 19. Septemb. Pro Iulio; & alia, quæ à nobis allegantur alibi.

14 Hæc, & huiusmodi decreta sunt omnino contraria dictæ Constit. Iulij III. præsertim si fiant ad fauorem fideiussorũ nõ pauperum, vt colligitur ex ratione propter quam motus est Pontifex: *Quia* videlicet *non ob aliud fideiussores accipiuntur, nisi vt si principalis debitor, tempore conuento, soluere nequeat, illi persoluant; conuenientiusque sit, vt illi, qui pro debitore promiserunt expectent, quam creditor, qui ipsorum fidem est secutus, aliter debitori non crediturus.* Supponit itaque Pontifex facultates in fideiussore. Scimus autem, quod quando lex vnum supponit, & aliud disponit, non procedat dispositum, nisi præsuppositum verificetur. *l. 1. §. ait Prætor. Vbi Bar. num. 1. ne quid in loc. pub. Alex. cons. 244. num. 3. lib. 2. Bero. cons. 169. num. 22. lib. 3. Surd. cons. 550. num.* 8.

15 Facilius conceditur dilatio etiam fideiussori; si pecuniæ debitæ sint deponendæ. 1651. 22. Febr. Capit. *Io. & Petrus filius. Præstita cautione de soluendo suo creditori scuta decem quolibet mense ad effectum deponendi vsque &c. & deficiente &c. nisi infra tres cum intimatione, & istud decretum prosit etiam fideiussoribus.*

16 Aliquando etiam Visita plus fauet fideiussoribus, vt infrascripto decreto. 1563. 14. Octob. Nonæ. *Ioannes. Solutis 835. creditori liberetur, dũmodo ipse creditor pro ista quantitate scutorum 835. cedat sibi carcerato actionem contra illum, pro quo fideiussit, & quoad residuum creditor agat contra principalem obligatum, & pro eo idem carceratus vlterius non molestetur.*

CAPVT

CAPVT IV.

De varijs dilationibus; quibus concedantur, & pro quo tempore.

SVMMARIVM.

1 *Dilationis materia continet tempus, cautionem, & solutionem.*
2 *Dilationum alia menstruae, aliae annales.*
3 *Dilationes menstruas, & annales concedit Visita, & quo intuitu.*
4 *Dilationem concedendi facultas competit Visitae etiam de iure.*
5 *Dilatio non conceditur, nisi petatur.*
6 *Dilatio incipit currere à die excarcerationis.*
7 *Dilatione secuta dicitur actus consummatus, & fideiussor datus incipit esse obligatus.*
8 *Tempus incipit currere à die perfectionis actus, & impedito tempus non currit.*
9 *Dilatio facilius conceditur inseruienti carceratis.*
10 *Dilatio breuior conceditur in eodem decreto pro vno debito, quam pro alio.*
11 *Dilatio concedenda habita ratione personarum & qualitatis crediti.*
12 *Dilatio longior conceditur, & facilius soluta parte debiti ante excarcerationem.*
13 *Debitor deficiens in solutionibus ad omnes etiam ante tempus tenetur.*
14 *Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito.*
15 *Dilatio ad summum cōceditur annorum quatuor cum dimidio.*
16 *Dilationem quinquennalem Princeps non solet concedere.*
17 *Copia non est tribuendum plus quam originali.*
18 *Dilatio concedi potest ad quinquennium; & vltra de consensu creditorum.*
19 *Dilatio quinquennalis conceditur personae qualificata, & sine consensu creditorum cum clausula;* Sine praeiudicio executionis realis.
20 *Nobilitati multum defertur in materia dilationum ad soluendum.*
21 *Dilatio concessa intelligitur etiam quoad bona remissiuè.*
22 *Dilatio antiquitus concedebatur cum clausula;* Deficiente in vna teneatur ad totam summam.
23 *Dilatio distributa in menses pauperibus commodior.*
24 *Debitor pauper post obtentam excarcerationem & dilationem frequenter occursum fugit creditorum.*
25 *Dilatio conceditur cum clausula;* Deficiente in duabus paghis debitore teneatur ad totam summam.
26 *Dilatio conceditur cum successiuis temporaneis solutionibus faciendis vsque ad Visitae declarationem.*
27 *Executionem fieri posse cum primo mandato contra non adimplentes decretum Visitae aliquando fuit dictum.*
28 *Dilatio aliquando fuit extensa ad alios creditores.*

1 PRoprius ad materiam huius 1.§. accedendo, tria nobis occurrunt. Dilatio continens tempus solutionis: Cautio praestanda: Solutio facienda: Singula capitibus separatis explanabimus. Incipiamus à primo. Verba Constitutionis sunt. *Concedendo dilationem.*

2 Ad rem nostram. Duae dilationis species considerari possunt, quarū vna solutionibus annuis, altera menstruis distribuitur.

3 Sit igitur conclusio. Posse Visitatores vtramque concedere, & modo longiorem, modo breuiorem, pensata personarum debitoris, creditoris, crediti qualitate, diuturnitate carcerationis debitoris, etiamsi actum fuerit vigore obligationis Cameralis. 1528. 21. Nouemb. Nonae. *Laurentius Collescipuli. D. Ioannes de Viterbio Clericus decreuit hoc modo, videlicet, seruetur moratoria sub poenis in ea contentis salua voluntate Sanctissimi Domini Nostri; contradicente D. Carolo Locumtenente D. Auditoris Camerae pro interesse dicti Domini Auditoris, & eius Domini Auditoris facultates allegante, in quibus clarè constat huiusmodi moratorias in obligationibus in forma Camerae non esse admittendas.* 4 Ratio est quia Visita auctoritatem à Summo Pontifice habens, in hoc ipsius personam repraesentat, vt aliàs saepè diximus; de cuius potestate in his dilationibus concedendis nefas est dubitare, tam de iure fori. *l. quoties. & l. vniuersa. C. de precib. Imper. offer.* quam de iure poli. *Thesau dec. 186. num. 3. Mauzon. limit. 6. num. 3. q 9 & per tot. Gen. de script. priu. lib. 3. q. 5. tit. de annal. & quinquen. dilat. num. 1. & seqq.*

5 Declara primo, vt dilatio non concedatur, nisi petatur. *l. debitoribus. ff. de re iudic.* Fatuus enim dicitur Iudex, qui non requisitus officium suum impertitur. *l. fin. C. de fideic. libert. Surd. dec. 295. num. 20.* Et vbi lex aliquid fieri mandat, habet tacitam conditionem, Dummodo petatur. *l. 2. §. quod ait Praetor. Alex. cons. 96. nu. 1. lib. 4. Dec. cons. 607. num. 3. Surd. cons. 360. num. 34. Mauzon. d. limit. 6. num. 15. & seq.*

6 Declara secundo vt petita, & concessa incipiat currere à die excarcerationis, non à die decreti, vt alias dictum fuit in Visita, habita in Curia Capit. 11. Octob. 1618. Et longè antè 1549. 28. Martij. Nonae. *Christophorus Portugallensis. D. Hieronymus expediat iuxta mentem Visitae, & iuxta formam decreti, & tempus incipiat currere à die relaxationis, & relaxetur gratis vbique:* 7 Quousque enim debitor non relaxatur, actus perfectus & cōsummatus non dicitur, nec fideiussor datus censetur obligatus. *Grammat. cons. 66 num. 65. in ciuil. Afflict. dec. 130. vbi Vrsil. num. 4 Maur. de fideius. sec. 10. 2. p. pri. cap. 72.* 8 Siquidem tempus nō incipit currere, nisi à die perfectionis actus. *l. tali facta. de iur. dot. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 31. num. 4. Gratian. discept. 301. ex num. 26. Seraph. dec. 844. nu. 1.* Adde quod tritum sit in iure, quod impedito non currit tempus. *l. 1. §. fin. C. de annal. excep. Surd. decis. 51. num. 4.* Praeterea natura temporis est operari in fauorem eius, in cuius gratiam adijcitur. *Bald. & Flor. quos sequitur Grat. discep. 549 n. 39. & 40.*

9 Declara tertio, vt facilius concedatur dilatio, si carceratus sit ex ijs, qui carceratis inseruiunt. 1528. 19. Decemb. Capit. *Ioannes Lucas. Data*

cautione de inseruiendo infra duos menses fiat significatis sibi ne molestetur, attenta quod est mandatarius carceratorum.

10 Declara quarto, vt aliquando breuior dilatio concedatur in eodam decreto pro vno debito, quam pro alio. 1573. 20. Maij. Nonæ. *Hieronymus. Facta obligatione per eius matrem de soluendo quolibet anno scuta ducenta, soluendo arbitrio Domini de Vitelis quoad tempus solutionis distribuenda inter creditores, Visita ex nunc supplet omnes defectus ipsius mulieris, relaxetur; Sed, quia creditum Domini Claramundi magis est rationabile alijs, Domini decreuerunt, quod prima solutio fiat integraliter dicto Domino Claramundo.* Ratio est,

11 quam diximus; quia scilicet in concedenda dilatione qualitas personarum, & debiti à Iudice considerari debet; qui in multis casibus eam vel denegat, vel abbreuiat; vt si dabitum sit dotis, locationis, victualium, depositi, pupillare; vel alias qualificatum, alimentorum, censuale; vel aliud habens tractum successiuum. *Baer. dec. 296. num. 6. & per tot. Farin. q. 29. d. nu. 34. Manzan. de cans. exec. limit. 6. num 44. 54. cum seq. Gen. de script. priu. lib. 3. tit. de liber. sndue. vel dilat. num. 61. cum seq. Gratian. discept. 222. nu. 34.*

12 Declara quinto, vt facilius concedatur, & longior, si antè excarcerationem aliqua pars debiti soluatur, vt obseruatum fuit pro Ioanne Paulo. 1621. 7. Ian. Capit. Et alias pluries, vt constabit ex in-

13 fra dicendis. Nam sicuti debitor, qui in pluribus vicibus soluere tenetur, in vna deficiens in omnibus etiam antè tempus obligatus. *Gratian. discep. 19. num. 1. Pantanell. a: pact. nupt. clans. 4. glos. 18 p. 3. num. 85. Cyriac. contrsu. 537. num. 5.* Ita è contra dimidium facti qui bene cœpit habet. Vndè lon-

14 giores dilationes promeretur. *Old. cons. 200. Tusc. canel. 702. num. 1. lit. P.* vt idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. *l. Iulianus. § si venditor. & § si Procurator. de act. empt.* Neuiz. *cons. 70. num. 14. Mensch. cons. 271. num. 10. Surd cons. 310. num. 22. Maceraten. resol. 52. nu. 12. lib. 2.*

15 Declara sexto, vt non concedatur longior annorum quatuor, & ad summam quatuor cum dimidio propter dilationem quinquennalem concedi solitã sub certa forma in vim litterarum Apostolicarum. 1620. 10. Sept. Nonæ. *Alexander. Data cautione de saluendo debitum, pro quo detinetur infra quatuor annos qualibet semestri ratam partem, & deficiente &c. & quatenus vxor recipiatur in fideiussor, Visita supplet, relaxetur gratis.* * 1630. 16 Maij. Capit. Pro Antonio simile decretũ. Nam

16 si numquam Princeps dilationem quinquennalem excedere solet *Natta. cons. 591. Henriq. d. c. 5. ex num. 135 vers. caterum. Manz. d. limit. 6. num. 18. & 19.* multo minus ipsius ministri, & officiales etiã

17 maiores, ne plus tribuamus copiæ, quam originali. *Crauet. cons. 41. num. 1. Bertaz. cons. crim. 3. nu. 20. Surd cons. 135. nu. 97.* & subrogatio plus tribuatur quam subrogaui contra doctrinam *Baldi. in l. si quis. numer. 1. c. de sec. nupt.* Cyriac. *contr. 378. numer. 67.*

18 Hæc tamen declaratio restringenda est in casu, quo accedat consensus creditorum. Tunc enim ad quinquennium, & vltra concedi potest, Arg. *glos. in ver. hypothecat. in l. rescriptum. ff. de pactis.* cum volenti, & scienti iniuria non fiat. *l. cum donationis. C. de transf. Surd. cons. 391. num. 34. Cyriac. contron. 170. num. 28.* Vnde 1621. 7. Iun. Capit. *Ioannes Paulus. Data cautione de soluendo debitũ, pro quo detinetur infra quinquennium, ac qualibet semestri ratam partem, & prima solutio fiat anticipate, antequam relaxetur, attento consensu creditoris in plena Visita data, & fideiussio recipiatur per quemcumque Notarium Auditoris Cameræ, & Cameræ Apostolicæ habentem officium proprium, qui illud possit obligare, Relaxetur.*

19 Quinnimo prædicta sexta declaratio limitanda est in persona qualificata, cui conceditur etiã quinquennalis absque creditorum consensu, præsertim cum clausula *sine preiudicio executianis realis.* * 1527. 28. Ian. Capit. *Iulius, Patritius Romanus. Data cautione idonea de soluenda infra quinquennium quolibet anno ratam, & deficiente &c. & sine praeiudicio executianis realis iam facta, & pro executione ad Dominum Præsidem etiam auctoritate*

20 *Visita.* Nobilitati namque multum defertur in hac materia, maximè, quando super bonis creditori cautum est, & saluum restat ius exequendi super illis. *Conar. resol 2. numer. 8. lib. 2. Sol in decret. Pedemont. tit. quomado pro ced. si act. caus. pers. glos. 3. num. 17. Marches. de cammiss. ad cess. ban. num. 100.*

21 Declara septimo, vt huiusmodi dilatio concessa intelligatur etiam quoad bona, vt dicturi sumus infra. *S. 14.*

22 Declara octauo, vt in decretis olim positum fuerit *deficiente in vna paga teneatur ad totam summam.* 1558. 18. Iun. Sabel. *Antonius. Facta obligatione per ipsum de soluenda Iulios quinque qualibet mense vsque ad integram satisfactionem debiti, & deficiente in vna paga cogi possit pro tota summa, prout se obligauit.*

23 Ista distributio solutionum in singulos menses est commodior pauperibus carceratis, qui facilius minorem summam vnius mensis congerere, quam plurium insimul possunt; idque propterea frequenter obseruat Visita; licet quãdoquè sint adeò paupe-

24 res, vt post obtentum decretum, iurataque solutione, & secuta excarceratione occursum fugiant creditorum, & peierare timentes, celeres vsurarum Calendas detestentur, vt dixit ille:

„ *Si puteal, Ianumque timet, celeresque Calendas.*

Quem versum ita vt supra exponit *Renard. var. siue de iur. ambig. lib. 5. cap. 8. in fin.*

25 Declara nono, vt postea cœptum fuerit poni, quod deficiente in vna paga teneatur ad duas; deficiente in duabus teneatur ad totam summam. 1559. 15. April. Sabel. *Nicolaus. Data cautione de non vendendo officium, & solutis scutis vigintiquinque pro nunc; & in reliquis facta obligatione per ipsum de saluendo scuta quatuor quolibet mense, & deficiente in duabus pagbis cogatur pro tota summa, prout se obligauit &c.* Quod factum fuit vt timore soluendi plures paghas, vel etiam totum adducantur ad ita de rebus suis disponendum, vt statutis temporibus solutiones currant.

26 Declara decimo, vt aliquando concessa sit dilatio cum successiuis temporaneis solutionibus faciendis vsquè ad Visitæ deliberationem. 1654. 3. April.

Sabell.

Sabell. *Antonius soluat scuta triginta moneta quolibet mense, donec Visita aliud deliberabit*. Fortè istæ pecuniæ erant persoluendæ, vel pro alimentis, vel pro alia causa, cuius exitus erat incertus; vel contentio erat de summa quolibet mense persoluenda, & interim Visita declarauit summam scutorum triginta vt supra. Omnibus enim casibus prędictis, & alijs similibus conuenit à Visita opportune prouideri.

27 Declara vndecimo, vt debitores redderentur promptiores ad promissa adimplenda, nec non pro releuatione creditorum ab vlterioribus expensis, appositum fuisse, quod ipsis deficientibus possit exequi primum mandatum. 1624. 23. Maij. Capit. *Petrus Paulus. Data cautione de concordando, vel se repræsentando infrà duos menses, etiam irrequisitus; sine præiudicio executionis realis, relaxetur; & cautio recipiatur per quemcumque notarium Auditoris Cameræ, & possit exequi elapsis dd. duobus mensibus mandatum, cuius vigore ad præsens est carceratus.*

28 Declara duodecimo, vt aliquando dilatio fuerit extensa ad alios creditores vltra extensionem factam ad fideiussores, de qua diximus supra cap. particulari. 1645. 15. Iul. Nonæ. *Ambrosius. Renouatis fideiussoribus extendatur decretum alias factum ad alios creditores.*

CAPVT V.

Dilatio quibus denegetur.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio concedenda debitori habenti creditorem ditiorem se ex Const. Pij V.*
2 *Debitor tenetur probare creditorem esse ditiorem, & ære alieno non oneratum ad obtinenda dilationem ex Constit. Paul. V.*
3 *Particula,* Dummodo, *modificatiua.*
4 *Particula,* Dummodo, *requirit existentiam eius cui iungitur.*
5 *Probari debet qualitas quæ est causa vt quis audiatur.*
6 *Probatio qualitatis, quæ est causa vt quis audiatur, incumbit alleganti.*
7 *Reus nihil probare tenetur contra fundantem se in dispositione conditionali.*
8 *Dilatio datur debitori etiam non probata opulentia creditoris, nisi ipsius creditoris nota esset paupertas.*
9 *Dilatio difficilius datur debitori habenti creditorem, quem est notum Visitæ esse ære alieno grauatum.*
10 *Mora à Constit. Pontificum, & in iure damnatur.*
11 *Dilatio denegatur ei, qui aliam habuit, & non satisfecit.*
12 *Dilationem qui obtinuit, ad cessionem non potest aspirare.*
13 *Dilatio conceditur ei, qui fuit in mora, si concurrat aliqua causa.*
14 *Mora purgari potest per debitorem soluendo pagas decursas ante excarcerationem.*
15 *Mora purgatio semper admittitur de æquitate canonica, & referuntur multa Visitæ decreta.*
16 *Mora purgari non potest, si ius partis factum est deterius, & executio consummata.*
17 *Executio dicitur secuta deliberatione.*
18 *Mora purgatio admittitur etiam post factam executionem adimplendo promissa, & reficiendo damna.*
19 *Mora purgatio non conceditur ei, cui fuit comminatum à Visita non esse ad purgationem admittendum.*
20 *Mora purgatio non datur, si decretum emanauit per modum conditionis.*
21 *Mora purgatio non datur, si decretum contineat pactum resolutiuum.*
22 *Dilatio prohiberi non potest ad soluendum ei, qui fuit morosus in se præsentando post Festa, vel in alio casu simili.*
23 *Dilatio denegatur debitori ex causa Annonæ ex Const. Pontif. & Visitæ decretis.*
24 *Debitori ex causa Annonæ consuluit alias Visita remittendo eum ad Annonæ Præfectum.*
25 *Visita Iurisdictionem alteri demandare potest.*
26 *Annonæ factoris animalia capi non possunt.*
27 *Agricultura merito dantur priuilegia, quia sine ea vita hominis sustentari non potest.*
28 *Annonæ debitores in Visita Gratiosa relaxantur, & quomodo.*
29 *Visita Gratiosa est priuilegium clausum in corpore iuris, & propterea comprehendit etiam casus priuilegiatos.*
30 *Cum Vniuersitate multa transeunt, quæ alias non transirent.*
31 *Annonæ debitori, qui diù stetit in carcere, & paratus est concordare, conceditur dilatio.*
32 *Nemo debet pro debito ciuili marcescere in carceribus.*
33 *Annonæ debitor aliquando relaxatus cum cautione.*
34 *Ripales debitores excluduntur à dilatione, ex constit. Pontif.*
35 Ripales *debitores consueuit Visita remittere carcerum Præsidi.*
36 *Ripalium debitorum causæ remittuntur etiam Iudicibus Visitæ.*
37 Commissio *causæ habet in ventre clausulam;* Prout de iure.
38 *Ripali debito conceditur priuilegium inter alia debita.*
39 Creditoribus *portantibus res Annonæ, & Abundantiæ est fauendum.*
40 Ripales *causæ hodie committuntur vt aliæ carcerum Præsidi.*
41 Grasc*ia materia tractata à Iacobo Coellio.*
42 *Olei distributio in populo quomodo olim fiebat.*
43 Capulatores *qui dicebantur.*
44 *Capulatorum vicus Romæ vbi.*
45 *Grasciæ Præses Edicta proponit contra Capulatores.*
46 *Grasciæ debitor non admittitur ad dilationem, & quid significet nomen* Grasciæ.
47 *Macellarijs debitoribus Visita imposuit antiquitus etiam pœnas corporales, nisi soluerent.*

48 *Macel-*

48 *Macellarij non in Visita Gratiosa fuerunt admissi cum solita cautione.*
49 *Macellarijs, vti male qualitatis hominibus, lex non fauet.*
50 *Macellarij, si bona impendant corpori, congruum est, vt luant in corpore.*
51 *Macellarijs non fiunt decreta à Visita tam fauorabilia, sicut alijs debitoribus.*
52 *In corpore luat, qui non habet in ære, etiam qui ex quasi delicto tenetur.*
53 *Grascia fauore mandauit Visita macellariorum debitoribus, vt illis satisfacerent.*
54 *Grasciam deferens ad Vrbem, si capiatur, relaxandus.*
55 *Animalia conducentia Grasciam non possunt capi.*
56 *Grascia Appaltatores habent facultatem exigendi manu regia a debitoribus debitorum.*
57 *Creditor vt possit agere contra debitorem debitoris de iure tria requiruntur.*
58 *Macellarijs data dilationes paulo post fuerunt reuocata.*
59 *Dilatio non suffragatur ei, qui dolo eam extorsit.*
60 *Dilatio seu securitas non suffragatur non expressis, quæ retrahere poterant concedentem, vel falsis suppositis.*
61 *Macellarij aliquando mitius tractati pro præteritis defectibus.*
62 *Fraudibus obuiam semper ire solent leges.*
63 *Macellarijs datas dilationes non extendi ad forenses fuit dictum.*
64 *Grasciam deferentibus forensibus semper est fauendum.*
65 *Macellarijs particulariter applicantur generales dilationes.*
66 *Macellarijs his temporibus indulget Visita, concedendo remedia fere omnia, quæ alijs dantur.*
67 *Macellarij quandoque sola cautione de se repræsentando relaxantur.*
68 *Depositario non datur dilatio.*
69 *Depositarius fictus non dicitur in dolo, nec infamis.*
70 *Depositarium in forma depositi habuisse bona cum effectu probandum est.*
71 *Depositum non probatur ex verbo, Consignauit.*
72 *In depositarijs in forma depositi præsumitur non fuisse secutam consignationem.*
73 *Depositarij ficti habentur loco fideiussoris.*
74 *In depositis attendendus est vsus.*
75 *Depositario ficto danda est dilatio.*
76 *Depositarius fictus non promittit restituere eadem bona regulariter.*
77 *In depositario ficto non soluente cessat dolus.*
78 *Pro præstationibus annuis non datur dilatio, quia semper currunt.*
79 *Pro pensione domus datur dilatio dimissa domo.*
80 *Causa cessante dicitur cessare effectus.*
81 *Pro præstationibus annuis datur dilatio quotiescumque cessat aliqua ratione tractus successiuus.*
82 *Pro pensione domus datur dilatio nõ dimissa domo, sed cum cautione de soluendo decursas, & decurrendas; non tamen fit hoc decretum passim.*
83 *Fideiussores non gaudent dilationibus datis principalibus remissiue.*
84 *Dilationes non dantur aduersus pauperes priuilegiatos pro scut. 50.*
85 *Dilationes non dantur existentibus extra carceres remissiue.*

Licet dictum fuerit superius omnes in Visita admittendos esse, non tamen omnibus petentibus dilationem Visita concedit. Sunt enim quamplures, qui ab hoc excluduntur beneficio. Sed prius quærendum est generaliter respectu quorumcumque debitorum, occasione illorum verborum in fine huius §. appositorum: *Et hoc dummodo creditores sint ditiores, & ære alieno non onerati:* Cuius videlicet sit onus id probare, debitorisne petentis dilationem, an creditoris volentis illam impedire.

Hunc articulum disputat ad partes *Afflict. dec.* 377 in casu, quo Princeps concesserat propter onera supportata ob bella, quod debitores per triennium non possint conueniri a quibusuis creditoribus; & firmat onus huiusmodi spectare ad debitorem. Sequitur *Manzius in Patrocin. debit. decad. 2. q. 4. num. 33.*

3 Certe negari non potest, quin illa dictio, *dummodo*, sit modificatiua, & restringat. *Dec. in cap. ex litteris. num. 52. de constit.* sicque dispositionem præcedentem coarctet secundum qualitates post eam expressas. *Rot. dec. 777. nu. 6. par. 2. & dec. 247. num. 26. par. 5. rec. cum similibus relatis à Barbos. dict. dummodo. q. 95. num. 9.* Quare Alex. *in l. 1 numer. 8. ff. ad l. Falcid.* notat dictionem, *dummodo*, 4 requirere, quod de necessitate existat illud, cui innigitur, ad hoc, vt actus possit effectum sortiri. *Io. And. in cap. ex tuarum, verbo, dummodo, de auct. & vsu pallij. Alex. in l. 1. num. 8 ff. ad l. falcid. Adden. ad Dec. d. cap. ex litteris. de constit. nu. 52. littera E.* Quoties autem aliquid à lege profertur cum aliqua qualitate, debet vtrumque probari; scilicet illud quod profertur, & qualitas eius. *Bart. in l. 1. §. 1. num. 1. vers. item nota. ff. ne quid in flum. pub. Dec. cons. 435. num. 3. Cyriac. controu. 316. numer. 18.*

5 Ideoque trita regula est, quod qualitas: quæ est causa, vt quis audiatur, vel admittatur debet probari.

6 *Rolan. cons. 10 num. 22. vol. 3.* Talis verò probatio incumbit eam alleganti tamquam actori. *l. 2. ff. de probat. & l. actor. quod asseuerat. ff. eod.* Nam qualem quis alium facit, seu dicit pro fundamento suæ intentionis talem, illum esse probare tenetur. *Menoch. de adipisc. rem. 3. num. 166. Mascar. de probat. par. 2. conclus. 1253. numer. 2. Cyriac. controu. 181. num. 10. ex theorica Bald. in l. per diuersas. num. 20. vers. aduerto. cum seq. C. mand.* Quod comprobarunt Franc. Aret. *cons. 32. num. 2. & alij relat. per Mascard.* Quod etiam confirmatur axiomate indu-

7 bitato, Quod aduersus fundantem se in dispositione conditionali Reus nihil probare tenetur ex parte sua; cum satis, superque sit ei negare; sed ipse agens pro sua intentione fundanda probare debet, quod ipsa conditio purificata sit, vt inquiunt congesti per Carol. de Grassis. *de excep. excep. 33. numer. 20. Præfata.*

8 Cæterum opinio Afflict. & aliorum non vsquequaquè seruatur à Visita in concedenda dilatione; sed nisi Visitatoribus nota sit paupertas creditoris, ad dilationem admittitur debitor; & quandoque etiam

etiam licet creditor sit pauper, præsertim postquam diù mansit in carceribus. An verò creditores sint 9 ære alieno grauati necne, Visita non consueuit exquirere; etiam si in d. §. dicatur, *Et ære alieno oneratis*. Si tamen id esset Visitatoribus notum difficilius ad concedendam dilationem procederent.

His præmissis deueniamus ad eos, qui speciatim a dilatione excluduntur. Sunt enim quamplures; & inter cæteros morosi debitores ex causis Annonæ, Grasciæ, Ripalia debiti, seu annuæ præstationis; Depositarij, de quibus singillatim hoc capite disseremus.

10 Sanè in Moroso debitore non procedit de iure quod *epist.6.lib.2.* dixit Sidonius Appollinaris prouerbialiter celebre esse; *Sepe moram esse meliorem.* Nam a Constitutionibus Summorum Pontificum, & à legibus semper mora damnatur, ac propterea 11 carcerato, cui semel dilatio concessa fuit, & non satisfecit in tempore, denegatur noua dilatio, vt disponitur in Const. LXVIII Pij V. §. 9. Et in Constit. Paul. V. LXXI. *tit. de facult. visitat. §. 24. vers. in præmissis. in Bullar. fol.* 208. Quod est conforme iuri communi, ex textu in *l. oratione. ff. de fer.* Carol. *Barzel. cons. 30. post alios in fin. lib. 1. Gen. de script. priu. tit. de lit. iudic. num. 73.* Præsertim si promissio fuerit cum iuramento. *Bald in Auth. qui iurat. C. de bon. auct. Iud. possid.* Ratio est quia præsumitur iterum deierare. *l. 1. §. a barbaris. ff. de re milit. cap. per vestras. de don. inter virum, & uxor. DD. in cap. qua fronte. in fin. de appell.* vti nec is, qui habuit 12 quinquennalem dilationem potest ad cessionis beneficium aspirare, ne debitor duplici onere grauetur, vt latius dicturi sumus *infra §. 9. cap. 11.* vel si tot subterfugija dilatet solutionem, vt dici possit antiquum illud axioma Iudicum, quotiescumque petitio fiebat in iudicio, vt rationes redderentur alicuius administrationis, quasi irridendo actorem responderetur; Detur copia nepoti. *Bert. in spec. Visit. cap. 23. nu. 166.* vt etiam supra dixi *lib. 1. §. 10. cap. 2.*

13 Limita primo, vt non procedat si concurrat aliqua causa, propter quam sit concedenda noua dilatio. *d. l. oratione. & glos. 2. ff. de fer.* vt infirmitatis, bonorum amissionis, seu alterius infortunij.

14 Limita secundo, vt admittatur tali casu debitor ad purgationem moræ, si soluat antè excarcerationem omnes paghas in vim primæ dilationis decursas, & non solutas. *Thes. dec. 77. Surd. cons. 559.* 15 *num. 11.* Nam semper purgatio moræ admittitur de æquitate Canonica. *Grat. discep. 708. & discept. 915. Seraph. dec. 591.* Maxime quando ob moram Aduersarius nullum damnum passus est. *Caputaq. dec. 230. num. 3. & 231. num. 1. & seq par. 2.* 1551. 5. Febr. Sabell. *Blasius. Solutis paghis in quibus defecit, & solutis expensis captura pro concurrenti quantitate debiti, videlicet scuto vno ex gratia liberetur.* 1560. 29. Febr. Nouæ. *Pro Antonio extra carceres contra creditores. Stet decretum alias factum dummodo deponat tam pro tempore præterito quam pro futuro iuxta formam dicti decreti.* 1597. 23. Ian. Nouæ. *Angelus Pauli de Ciuitate Castelli. Solutis ad præsens paghis decursis admittatur ad purgationem moræ.* 1568. 13. April. Nouæ. *Ioannes Paulus Macellarius. Purgata mora quoad paghas decursas, data cautione de seruando concordiam in futurum, Relaxetur gratis.* 1612. 7. Iun. Capit. *Alexander. Solutis de præsenti paghis decursis a die excarcerationis, & decreti alias ad sui fauorem facti admittatur ad purgationem, & relaxetur gratis.*

16 Quod procedit, dummodo ius partis non sit factum deterius, & res adhuc integra sit, nec executio cõsummata. *Bald. cons. 127. lib. 1. Surd. cons. 101. num. 24. & dec. 265. num. 38. Et in Rom. Assignationis bonorum 26. Iun. 1630. coram Durano. in impressis. dec. 270. num. 9. & 10. & in Rom. fideius. de re repræsentan. 3. Iul. 1617. coram Coccino impressa post Fenson. ad stat. Vrbis. decis. 41. & in Append.* 17 *§. 4. cap. 22.* Quæ consummatio dicitur quando sequuta fuit deliberatio, alias non. *Grat. d. discept. 708. num. 46. & seq. & d. discep. 915. num. 20. & seq.*

18 Quinimo admitteretur etiam purgatio huiusmodi post deliberationem, si ille, qui moram incurrit, vellet adimplere promissa, damnaque, & interesse passa simul. Tunc enim res non integra moræ purgationem non impediret. *Glos. in l. vtique. de recep. arb. Mares. lib 2. resol. 124. nu. 11. Rot. dec. 728. post. num. 4. vers. nec dic itur. par. 4. diuer. adden. ad Buratt. d. decis. 592. num. 13. & adden. ad Ludouis. decis. 559. nu. 10.*

19 Illud tamen hac in re obseruandum vt non facile admittatur ad purgationem carceratus, si fuerit illi id comminatum à Visita. 1552. 2. Iun. Capit. *Nicolaus. Relaxetur iuxta decretum factum sub, die 11. Aprilis cum decreto, quod si redierit ad carceres re infecta, non relaxabitur nisi prius facta integrali satisfactione, & interim indicet ante relaxationem omnia bona, & iura medio iuramento.* Ratio est 20 quia tunc decretum dicitur emanatum per modum conditionis, quo casu moræ purgatio numquam admittitur. *Mares. resol. 124. num. 32. 45. lib. 2. adden.* 21 *ad Greg. dec. 559. num. 10. limit. 6.* Et precipue cum contineat pactum resolutiuum. *Caputaq. dec. 235. par. 2. adden. ad Greg. d. dec. 559. post. numer. 10. limit. 3. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glos. 3. par. 1. num. 35. Rot. decis. 203. num. 20. par. 6. in recent.*

Quæ autem de moroso debitore dicta sunt, procedunt multo magis in doloso, de quo sermonem habebimus infra, vbi tractabimus de fraudolentis decoctoribus.

22 Limita tertio, vt solum procedat quoad dilationes datas de soluendo intra præstitutum tempus, secus verò in dilationibus de redeundo post festa in decreto generali Paschatis, & Natiuitatis D. N. IESV Christi emanare solito, & in alijs concessis ad effectum concordandi; vel se repræsentando, quæ cum sint breuiores per vnum, vel ad summum per duos menses, quando debitor dat aliquem fumum boni iuris quod mandatum reuocari possit; tunc illud tempus modicum nihilo æquiparatur. *l. quamuis. de cond. & dem. Surd. cons. 197. num. 2. qui alios allegat;* & ideo aliam dilationem impedire non potest creditor.

23 Secundo Denegatur regulariter dilatio carcerato ex causa Annonæ ex Constitutione XVIII. & XXVIII. Iul. III. confirmata à Gregorio XIII. Const. LXXVII. Et sæpius decretum est per Visitam, vt tradit *Caball. in pract. ciuil. lib. 2. tit. de execut. real. vers. nec infra.* 1589. 5. Oct. Sabell. *Ioan-*

Ioannes Baptista de Reate. Quatenus non sit mandatum occasione panis, data cautione de soluĕdo scutum unum quolibet mense usque ad integram satisfactionem; Relaxetur.

24 Non me latet consueuisse aliquando Visitam in tali debito remittere causam Præsidi Annonæ; etiãsi non sit de Visita; vel, facto prius verbo cum illo, decernere debitorum relaxationem. 1566.25. Maij. Sabell. *Petrus Paulus Furnarius. Data cautione quoad debita de se repræsentando toties quoties, & ad primam Visitam in hoc loco, etiam irrequisitus sub pœna debiti, & quoad debitum nouum tempore moderni Præfecti, data cautione de soluendo qualibet hebdomada scuta duo; Relaxetur gratis, & nihilominus fiat prius verbũ cum Domino de Grassis, antequam relaxetur.* * 1595. 1. Iun Capit. *Iulius. Ad Dominum Præfectum Annonæ etiam quoad arresta, dummodo non trascendat ad summam*

25 *scutorum 75.* Quam remissionem ad Præfectum Annonæ Visita facere potest, siue habet ordinariam, siue etiam delegatam iurisdictionem immediatè à supremo Principe ad causarũ Vniuersitatem, à quo in suos Magistratus, & Officiales influit semper, & refluit. *l. 1. C qui pro sua iurisd. Peregr. de iurisd. ord. & deleg. in rub. num. 4. & 6. cum seq.* Nam loco ordinarij habetur. *Cap. super quæstionum. § si vero. ubi glos. in ver. delegare. de off. deleg. Menoch. de arb. lib. 1. cas. 67. num. 59 Sanchez. de matrim. lib. 3. disput. 31. num. 10 vers. secundum fundamentum;* Quod confirmauit obseruantia subsecuta etiã in materia Salis: 1540. 9. Iul. Sabel. *Capti pro sale. Ad Dominum Thesaurarium.*

26 Atque hoc q̃ diximus explorati iuris est, vt non solum debitores ex causa Annonæ relaxari non possint, vt supra, sed nec etiam personæ, & animalia fauore eiusdem Annonæ capi. *Cabal. d. lib. 2. de exec. real.* vt dicetur inferius, & obseruatum fuit à Visita. 1552. 12. April. Sabel. *Pro Vniuersitate Morlupi. Non capiantur boues aratorij, neque molestentur aratores, & bubulci pro quocumque debi-*

27 *to.* Et vero merito conceditur talis exemptio ex priuilegio Agriculturæ, sine qua vita hominis sustineri non potest. *l. exequutores. & auth. agricultores. C. quæ res pignor. Gsurb. dec. 40. num. 2. vt etiam dixi supra.*

28 His tamen non obstantibus, in Visitatione Gratiosa relaxantur debitores etiam ex causa Annonæ, licet non semper cum eadem cautione de redeundo post festa, vt fit in alijs carceratis, sed interdum cum alia. 1598. 16. Dec. Nou. In Visitatione Gratiosa. *Ioannes Maria. Data cautione etiam per filium maiorem quoad creditum Annonæ, firmo remanente decreto quod alias de redeundo ad carceris post festa etiam irrequisitus sub pœna debiti, relaxetur gratis non obstante arresto criminali.* Decretum autem ad fauorem Annonæ, pro quo fideiubere debebat filius, erat de stando iuri, & iudicatum soluendo, quod factum fuerat in Visita habita die tertia eiusdem mensis Decembris. Ratio

29 huius rei est, quia cum decretum Visitæ Gratiosæ ante festa Natiuitatis & Paschatis fieri solitum, sit vniuersale, & proueniat à lege in corpore iuris clausa, nempe ex l. nemo deinceps. C. de epis. aud. & l. omnes. §. fin. C. de fest. etiam casus alias priuilegiatos comprehendit, nisi, vt in supradicto decreto, ex-

30 cipiantur; cum multa transeant cum Vniuersitate, quæ alioquin non transirent, vt de patronatu Ecclesiastico docet textus *in cap. ex litteris. Vbi Doctores de iur patron. Couar resol. 18. num. 8. lib. 2. Rot. decis. 399 num. 3 par. 2 rec.*

31 Immò vero relaxatio non denegatur in debitore ex causa Annonæ, q̃ diu steterit in carceribus, & paratus fuerit quantũ in se erat deuenire ad concordiam. 1530. 24. Nouemb. Sabel. *Nicolaus pro debito Abundantiæ. Moneantur partes coram D. Gubernatore ad ueniendum ad aliquam concordiam. alias*

32 *relaxetur infra tres dies.* Idq. rationnabiliter concedendum videtur, ne caro humana pro debito ciuili in carceribus marcescere ex diuturna detentione cogatur contra notata per *Ludouic. dec. Perus. 64. num. 6. & 9.* Et quia carcer est species seruitutis *l. 2. de lib. Rom. exhib.* cui quemquam submittere Christiana pietas nõ patitur. *Brun. de cess bon. q. 1. 2 num 3 vers. 3 Mauzon. de caus. exeq. q. 1. num. 11.*

33 *& 12.* Aliquando tamen huiusmodi carcerati fuerunt relaxati, etiamsi non constiterit diu stetisse in carceribus. 1567. 10. Iun. Capit. *Franciscus. Facta obligatione per eum, & data cautione de soluendo scutum unum cum dimidio quolibet mense relaxetur.*

34 Tertio dilatione excluduntur regulariter carcerati pro debito Ripali, quos Visitatores carcerum non possunt relaxare facere, nisi cum consensu Camerariorum; & interuentu Notarij Ripæ. *ex Constit. VI.* Pauli III. *Cum nobis. §. 4. in Bullar noua fol. 519. Marches. de commiss. ad dilat. quinquen post*

35 *num. 112. vers. pro rebus.* Ac propterea consueuit Visita remittere ad suum Iudicem. 1543. 23. Maij. Sabell. *Domini decreuerunt, quod omnes debitores ex causis Ripalibus remittantur ad D. Decanum Cameræ Apostolicæ.* Quandoq. etiam Visita com-

36 mittit carceratorum relaxationem Camerario Ripæ, etiamsi non sit vnus de Visita. Quippe qui melius scire potest, quid creditori expediat. *l. testium fides. §. ideoque diuus. de test.* 1562. 5. Mart. Capit. *Manfrinus hospes de Catinaria. Dominus Camerarius Ripæ concedat dilationem accepta cautione arbitrio suo, etiam per illius uxorem arbitrio suo, & Visita ex nunc supplet defectum ipsius uxoris, & relaxetur etiam arbitrio suo soluendo expensas in forma pauperum* * 1562. 27. Octob. Capit. *Dominicus de Mattelica contra creditores. Ad Dominum Camerarium Ripæ, qui concedat dilationem arbitrio suo recepta cautione per uxorem, cuius defectus ex nunc Visita supplet.* Porro per prælatam Constitutionem Pauli III. non est inhibitum Visitatoribus, seu Iudicibus ab eis deputatis decernere in causis Ripalibus, cum consensu tamen Camerarij, & interuentu Notarij. Vnde huiusmodi causæ passim committuntur non solum Camerario Ripæ, sed etiam alijs Iudicibus Visitæ. 1560. 10. Febr. Capit. *Ludouicus Perusinus in Curia de Sabell. pro debito Ripali. Ad Dominum Sfortiam, qui citato creditore relaxet arbitrio suo, etiam auctoritate Visitæ.*

37 Commissio enim causæ habet in ventre clausulam, *prout de iure,* quæ in meritis nulli præiudicat. *Rot. dec 492 num. 4. apud Greg.* Vnde dum requiritur consensus Camerarij, & interuentus Notarij, Iudex Visitæ non illis præiudicabit. Nihilominus

 stante

ſtante qualitate debiti Ripalis illud fuit olim priui-
38 legiatum inter cætera debita. 1537. 13. Mar. No-
næ. *Borbona pro debito. Conſentiente vxore, cu-
ius conſenſus ex nunc approbatur à Viſita, non ob-
ſtantibus quibuſcumque relaxetur, & bona rela-
xentur creditoribus vendenda, & diuidenda pro ra-
tatuter creditores, & primò Ripalibus, prout ſta-
tim D. Catherina vxor conſenſit in forma præſen-
tibus &c.*

39 Ratio priuilegij eſt quia ſolent iſti Mercatores
forenſes aſportare res humano victui neceſſarias,
Annonam & Abundantiam augentes, quibus ma-
ximè fauendum, tanquam creditoribus priuilegia-
tis. *Boer. deciſ. 296. num. 4 Vrſil. dec. 288. num. 1.
Menoch. caſ. 203. num. 17. & ſeq. Far. q. 29. num. 35.*

40 Verum quidem eſt hodie non ita ſtrictè ſeruari di-
cta priuilegia. Nam conſueuerunt comparere in
Viſita etiā carcerati pro debitis Ripalibus; & cau-
ſæ committuntur carcerum Præſidi terminādæ iux-
ta facultates Viſitæ, nullo requiſito conſenſu Ca-
merariorum Ripæ, & abſque interuentu Notarij
eorum. Aduertendum tamen eſt Præſidē, ſeu alios
Iudices à Viſita deputandos non æquè facile deue-
nire debere ad illorum excarcerationem, ac ad eo-
rum qui pro alijs debitis carcerati ſunt, & ex qua-
dam vrbanitate valde conueniens eſſe prius agere,
cum Riparū Præſide ſuper illorum excarceratione.

Item pro debito proueniente ex cauſa Graſciæ
vſus loquendi introduxit hoc nomen *Graſcia*, non
ſolum Grammaticis, ſed etiam iuris conſultis inco-
gnitum. *Caſtren. conſ. 40. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 115.*
ſignificat autem cibaria omnia ad veſcendum neceſ-
ſaria: verbum vero Annonæ ad ſolū panem reſtrin-
gitur. *l. fin. §. præterea. de iur. dot. & ex Pontificum
Conſtitutionibus:* Huiuſmodi autem creditum eſt
valdè priuilegiatum.

41 De hac materia Graſciæ multa habes in libro
nuper edito inſcripto: *Notitia Cardinalatus. cap. 50.
tit. de Graſcia Præſide.* Auctore Iacobo Cohellio Ci-
ue Vrbeuetano, notæ probitatis viro, diù hac Ro-
mana Curia verſato, Prouinciarum Status Eccleſia-
ſtici Agente Generali, ex primarijs eiuſdem Curiæ
practicis, vt demonſtrant opera, quæ edidit. Placet
hic referre q̃ eruditè ab eo obſeruatum, & relatum
42 eſt *d. cap. 50. col. 4. in fine.* Diuiſio, ſeu diſtributio
olei in populo hoc modo fiebat. Cōcurrebant, quo-
tidie capulatores (ſic enim appellabant miniſtros
43 ad hanc rem pertractandam deſtinatos, vt ex Cato-
ne. *de re ruſtic. cap. 66. & 67.* liquet) cum Quæſto-
ribus, ſeu potius Ratiocinatoribus in locum, vbi
erat oleum diuidendum, vt hi rationes, ideſt, olei,
quantitatem ſingulis datam, & accipientium no-
mina ſcriberent; illi vero (capulatores) diuiderent.
Locus autem conuentionis erat in tertia Vrbis Re-
gione apud Sext. Rufium, & P. Victorem. Pangiro-
lus *in 3 to Reg. Vrb in 111. Reg. verſ. Schola quæſt.*
44 Et in quinta Vrbis Regione fuiſſe vicum à capula-
toribus dictum, vicum ſcilicet capulatorum. *Pan-
uinius de Vrbe Roma. in 5. Regione Exquilini.* Eſt
etiam hodie in Vrbe vicus propè S. Mariam in
Aquiro, vulgo *gl'Orfanelli, o Capranica* nuncupa-
tus, vbi multæ oleariæ tabernæ cernuntur, & capu-
latores inhabitant, contra quos, & alios omnes,
45 qui olei copiam in Vrbe impedire ſatagunt Gra-
ſciæ Præſes edicta proponit. Huc vſq. Cohell. Sed ad
noſtrum inſtitutū redeundo, ſciendum eſt ex Cōſti-
tutione Pauli IV. Incipien. *Syncera fides* poſt ſta-
46 tuta Vrbis regiſtrata; non dari dilationem ſi quis ex
tali cauſa carceratus reperiatur. Verba Conſtitu-
tionis ſunt: *Ipſaque alternatiuæ, ſignificationes, &
dilationes per quodcumque Tribunal in concernen-
tibus Graſciam cuiuſcumque ſit generis concedi mi-
nimè valeant.* Ex quorum verborum prægnantia
extenſio fit ad omnes res cōmeſtibiles vt apparet:
Ad quas abſque huiuſmodi prægnantia extendi etiā
voluerunt. *Boer. dec. 296. num. 6. Grat. diſcept. 222.
47 nu. 34 & alij ab eis allegat.* Retrotractis tempo-
ribus valde rigoroſe geſſit ſe Viſita contra Macel-
larios, imponendo illis pro debitis ciuilibus gra-
ues pœnas, etiam corporales & ignominioſas, vt vi-
dere eſt apud *Marcheſ. de dilat. quinquen. nu. 129.*
& ex decretis ipſius Viſitæ apparet. 1540. 4 Mart.
Sabell. *Domini Viſitatores prouidere volentes in-
demnitati mercatorum contrahentium quotidie
cum Macellarijs, necnon obuiare fraudibus dicto-
rum Macellariorum, decreuerunt, quod de cætero
Macellarij non poſſint, neque debeant gaudere ali-
quo beneficio alternatiuæ, vel ceſſionis bonorum,
nec moratorijs, neque ſalinarijs, ſed quando fue-
rint reperti pro debito carnium poſt ſecundam Vi-
ſitam, niſi concordauerint creditores, transmittan-
tur ad triremes, ſeu per Vrbem fuſtigentur ar-
bitrio Dominorum, prout qualitas debiti, & perſo-
narum exiget, & mandarunt intimari Conſulibus
Macellariorum.* Quod decretum fuit iterum reno-
natum. 1546. 9. Sept. Capit. *Pro Mercatoribus con-
tra Macellarios, Domini decreuerunt, quod ſtet
primum decretum factum circa Macellarios & ea,
quæ facta ſunt à biennio citra medio tempore re-
curratur ad D. Gubernatorem pro reuocatione eo-
rum, & in futurum non gaudeant aliqua morato-
ria, ceſſione bonorum, & intimetur Cōſulibus Ma-
cellariorum.* Adeo vt neque in Viſita Gratioſa fue-
48 rint Macellarij admiſſi ad excarcerationem cum
ſolita cautione de ſe repræſentando, ſed facto prius
verbo in Camera de ſoluendo ſub pœna etiam fuſti-
gationis, vt ex proximo quod ſubijciam decreto
conſtat;

49 Etenim ſolent nonnulli ex hoc hominum genere
dediti eſſe ventri, & abdomini, & truffæ ſtudere,
quibus lex non indulget, ſed pœnam criminalem
infert. *Bald. conſ. 12. lib. 3. Gen. de litter. iud. nu. 72.
Marcheſ. de dilat. morat. num. 69. & proprius. n. 99.*
Contra quos bene adaptari poteſt reſponſum ab
Alphonſo Rege Aragoniæ datum ſupplicibus pro
huius generis carcerato; *Quia bona impedit corpo-
ris, luat in corpore;* vt Couar. *reſol. 19 num. 2. lib. 2.*
refert. 1536. 23. Decemb. Sabell. *Nunciata, & Ca-
ebus Macellarij. Fiat verbum in Camera quod
opinio Viſitæ eſt, quod interim non moleſtentur,
ſed fiat obligatio per ipſos de ſoluēdo ſcuta quatuor
per ſingulos menſes pro reſiduo pro quolibet, & de-
ficientibus in prima ſolutione, pro toto carcerentur,
& fuſtigentur, & relaxentur.*

50 Quod ſi quando facta ad Macellariorum
fauorem decreta à Viſita, non fuerunt ſimilia de-
cretis fieri ſolitis pro alijs debitoribus, ſed valde
diuerſa ratione breuitatis dilationis, & reſpectu pœ-
næ in ipſis appoſitæ. 1537. 21. Iun. Capit. *Iacoba-
tius Macellarius. Data cautione idonea de ſoluen-*

do

de omnia debita præsentia infra annum futurum, videlicet duodecimam partem singulo mense cuilibet creditori, relaxetur; quod nisi infra quindecim dies fideiusserit, vt supra, fustigetur in præsentia aliorum Macellariorum, & reponatur ad carceres non relaxandus, nisi fideiusserit: vel si malint creditores de præsenti accipere bona in solutum, relinquantur arbitrio eorum, & distractis, vel subhastatis omnibus bonis, relaxetur, si creditores hoc postulauerint, & teneatur termino bidui indicare bona creditoribus prædictis. 1546.27.Octob.Sabell. *Simeon Macellarius. Facta obligatione de soluendo scuta duo quolibet mense diuidenda inter creditores sub pœna triremium, prout se obligauit; relaxetur.* * 1547.19.Nouemb.Sabell. *Matthæus de Petra Sancta Macellarius. Data cautione de se repræsentando toties quoties, & facta obligatione per ipsum de soluendo quolibet mense scuta quatuor diuidenda inter creditores, & deficiente in vna solutione teneatur ad totum, & nisi soluerit, transmittatur ad triremes.* * 1565. 14.April. Nonæ. *Franciscus Macellarius. Nisi satisfecerit parti infra quindecim dies, transmittatur ad triremes arbitrio D. Gubernatoris.*

51 Ad hoc negotium facit dicta regula: *qui non habet in ære, luat in corpore,* de qua secundú LL.XII. Tabul. habemus Tabul.7. *si quis ædes aceruumuè frumenti ad ædes positum sciens, prudens incensit, vinctus, verberatus igni cremator: Ast si casu, noxiam sarcito: si nec idoneus escit leuius castigator.* Et de eadem regula postea *in l.1.§.generaliter. de pæn.* habetur procedente, non modo in debitore ex delicto, sed etiam in eo,

52 qui ex quasi delicto tenetur. *l.fin.de in ius voc. n. Far.q.26.num.1.& seq.* cuiusmodi sunt Macellarij, qui scientes se non esse soluẽdo contrahunt debita, & omnia abliguriunt. *l pen.de iur dot.Crauet. cons.310.in fin.Menoch.de arb.cas.381.nu.25. Far. q 26.nu.28.Gurb.dec.43. nu.10 12.& seq.* licet si regulariter in alijs debitoribus dicta regula locum non habeat, & modo procedat solum in criminalibus causis.

53 Sed & vice versa in fauorem crediti Grasciæ Visita compelli mãdauit Macellariorum debitores ad illis satisfaciendum. 1546. 16.Sept.Sabell. *Pro Macellarijs. D.Gubernator etiam auctoritate Visita compellat quoscumque eorum debitores etiam Romanos ad soluendum eis, summariè etiam auctoritate Visita, & in causis pendentibus coram quibuscumque Tribunalibus.*

54 Quinimò fauore eiusdem crediti Grasciæ relaxari fecit Visita illos, qui dum ad Vrbem Grasciam deferebant, fuerunt capti, prout disponunt etiam bannimenta à Præside Grasciæ emanata, vt in infrascripto, qui ad Vrbem portabat calcem, quæ est species Grasciæ; & clarius in alio decreto subsequenti. 1533.26. Maij.Nonæ. *Iacobus de Fiano pro repræsalijs. Procuratores pauperum informent se, & referant D. Gubernatori, an detulerit calcem ad Vrbem* * 1547.21.Iun. Sabell. *Prosper. Quia portabat Grasciam ad Vrbem, relaxetur gratis, &*

55 *restituantur animalia.* Ius commune animalibus, & iumentis res priuilegiatas conducentibus talem gratiam impertitur. *Io.de Lign. in tract. de repræsal.2.par.2.q.1.Coler.de process.exec par.2.cap.3.numer.183.vers.quod tamen.Mauzon.limit.10. n.11.*

56 Hæc vero adeo vsu recepta sunt, vt Appaltatores Gabellæ quattrini Carnis in Facultatibus habeãt, vt possint exigere Manu Regia etiã à debitoribus debitorum suorum, dummodo debitores debitorum suorum debeant pro Grascia; vt fuit etiam comprobatum. 9 Iul.1640. Sabel in causa Gabrielis Francisci carcerati.

57 Alias enim de iure, vt creditor possit agere contra debitorem debitoris, tria requiruntur; quod debitor debitoris debitum fateatur; quod principalis debitor fuerit condemnatus; & quod fuerit excussus. *l.2.cum duabus. seq. C.quando fisc. vel priuat.Surd.cons.4.num.1.2.& per tot.* Rot *decis. 960.num.2 par.2.*

58 Quod si aliquando Macellarijs dilationes datæ fuerunt, paulò post secuta est earũ reuocatio 1552. 21.Iul.Capit. *Marius contra Ceccum, & alios Macellarios. DD.Visitatores moderati fuerunt omnia decreta in fauorem dictorum Macellariorum, & commiserunt causam D. Senatori auctoritate Visi-*

59 *ta inter eosdem.* Securitas enim non suffragatur ei, qui dolo, vel fraude eam extorsit. *Nell de bannit. in 2.p.2 tempor.q.16 ad fin. vers.præsumitur enim. Menoch.de arb.cas.336. num.20. & seq. Far. q 29.*

60 *num.77.* Vel quando omnes qualitates, quæ concedentem retrahere poterant non fuerũt enarratæ, vel falsæ suppositæ. *Afflict.dec.220.num.13. à n.26. vsque ad 47.Far.d.q.29. num.31.*

61 Nonnunquam etiam fuit cum illis mitius actum, vt non molestentur pro præteritis defectibus. 1545. 24 Septemb.Sab. *Macellarij. Pro decretis factis in*

62 *Visita non seruatis non molestentur, sed seruantur decreta alias facta.* Fraudibus namque, præcipuè de quibus in futurum timetur, leges obuiam ire solent. *l.in fundo.de rei vend. Surd. cons.382. num.6. Ciriac.controu.282.num46.*

63 Quod si aliquando datæ fuerint Macellarijs dilationes decretum fuit non extendi ad creditores forenses. 1540. 27.Apr. Capit. *Dilationes datæ, & dandæ Macellarijs non extendantur ad creditores*

64 *forẽses, nõ trahentes morã in Vrbe.* Forẽsibus enim deferentibus Grasciam, & victualia ad Vrbem semper est fauendum. *Boer.d.dec.296. num.6.cum alibi allegatis: maximè Gen. de lit. Iud. num 7.* Quod

65 decretum Visitæ loquitur de generalibus dilationibus, quæ consueuerunt subinde concedi etiam particularibus personis. Vt colligitur ex decretis infrascriptis. 1540.29.Iul. Sabell *Thaddæus Macellarius. Non molestetur attento decreto Visita, non obstante obligatione in forma Cameræ.* * 1544. vlt.Ian.Capit. *Paulus macellarius. Non molestetur à suis creditoribus arbitrio Domini Bergomensis: & fiat satisfactio in forma.*

66 Illud non omittendum, omnia prędicta de macellarijs non semper fuisse obseruata ita rigorosè, vt scripta sunt; sed ipsis concessa fuisse, vti etiam de præsenti conceduntur à Visita eadem ferè remedia, quæ alijs concedi solent: Cuiusmodi inter cætera est cessio bonorum, quæ legitur expressè supra prohibita in dd.Constitutionibus. Ad illam enim alias fuerunt admissi, vt §.9.cap.6. dictutus sum. 1563.

29 Apri. Nonæ. *Cæsar Macellarius. Ad D. Lomellinum, qui vocatis creditoribus interponat se pro concordia; interim imbibeat, dilationem concedat, & expediat arbitrio suo; etiam auctoritate Visitæ.* * 1564 9. Mart Capir. *Bernardinus macellarius extra carceres. Domini reduxerunt solutiones per eum faciendas singulo mense ad scuta quinque in totum diuidenda inter eius creditores; quibus solutis, vel depositatis mandarunt eumdem non molestari.* * 1567. 24. Mar. Sabell. *Martinus macellarius. Facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties sub pœna debiti, & de soluendo scuta tria quolibet mense; & quod deficiente in duabus paghis possit cogi p tota summa, prout promisit &c. relaxetur gratis; etiam quod arresta; firmis tamen manentibus iuribus parti.** 1568. 14. Iun. Sabell. *Menenecius macellarius. Data cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo, & se repræsentando toties quoties sub pœna debiti; Relaxetur gratis; & nihilominus, antequam exeat, satisfaciat Baldo.*

Rursus addendum est aliquando macellario concessam fuisse dilationem de ordine Sāctissimi. 1569. 2. Iun. Sabel. *Petrus Paulus macellarius. Stante memoriali Sanctiss. D. N. & citatione contra eius creditores facta, exhibita ad præsens, facta obligatione per eum de soluendo scuta tria quolibet mense diuidenda inter eius creditores sub pœna triremium non molestetur, & prima solutio incipiat in fine præsentis mensis Iunij. 1569.*

67 Sola quoque cautione de se repræsentando relaxati interdum fuerunt macellarij. 1546. 2. Iun. Sab. *Iacobus macellarius. Data cautione de se repræsentando, & de renunciando quibuscumque impetratis & impetrandis sub pœna debiti; Relaxetur: & quoad expensas D. Auditor Cameræ expediat.*

68 Denegatur dilatio Depositario, quia dum renuit restituere depositum, intrat in eo dolus, cui non est patrocinandum, & simul debet reputari indignus omni beneficio. *Ex traditis per Put. dec. 384. lib. 1.* Quod tamen procedit quotiescumque depositum est naturale, & cum effectu consignata sunt bona: secus si sit depositum mere ciuile, seu, vt dicitur, obligatio in forma depositi, non amotis bonis de domo vel de manibus debitoris. Quod licet producat eumdem effectum respectu exactionis crediti contra Depositarium, qui compellitur æquè ac principalis executionem passus, vt ait *Burats. decis. 516. par. 1.* licet multi contradicant: Non
69 tamen producit effectum doli & infamiæ, quemadmodum in primo deposito naturali, sed ad istos effectus est probandus dolus liquidè, & positiuè, vt in puncto depositi Cardin. Zabarell. *cons. 115. num. 2. vers item supposito.* Bald. *cons. 250. numer. 1. lib. 1. Rota in Romana. Successionis Instrumenti. coram Robusterio. impress. post vol. cons. Farinac. decis. 9. per tot. & in Romana. Pecuniaria. coram Orano impress. ibidem. dec. 76. num. 3.*

70 Atque ita probandum est bona actualiter, & realiter recepta fuisse ab huiusmodi obligato in forma Depositi: ita vt valeat illa restituere, vel ad sui commodum distraxisse vt notatur. *l. 1. §. inde scribit. & §. inde notarius. ff. deposit. & §. furtum. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. cum alijs per Farinac. q. 169. num. 3. & seqq.* Nam si non habuit, vtique non valet restituere; & consequenter cessat illa perfidia, quæ beneficium auferret iuxta notat. *d. l. 1. §. an autem. & l. bona fides ff. depositi. Ias. in l. actionibus. num. 41. ff. de in litem iuran. Ancar. cons. 360. per tot. Paris. cons. 74. num. 41. lib. 1.*

71 Neque probatur naturalis consignatio ex verbis Instrumenti (*Consignauit*) quia ad effectum, de quo agitur, esset necesse, vt Notarius attestaretur fuisse tradita, & asportata coram ipso, & testibus; cum alias interpretarentur dicta verba de consignatione ficta, & confessionata; vt in puncto depositi *Purpur. in l. singularia. nu. 108. ff. si cert. pet. Ruin. cons. 144. num. 11. propè finem. vers. cum ergo in proposito. lib. 4. quos approbauit Rota in Romana.* Depositi. 16. Octobris 1590. *coram* Bubalo. Licet in illo casu alia concurrerent pro veritate depositi, & auctoritates à Ruin. allegatas Bartol. Salic. & aliorū ex professo alijs pluribus cumulatis amplexa est Rota *in Ianuensi. Pecuniaria. coram* Card. *Lancellotto. impress. post dictum 2 vol. cons. Farinac. decis. 328. per tot.*

72 Contrarium vero, scilicet in his fictis depositarijs non fuisse secutam consignationem effectiuam; suadetur primo ex communi stylo, quod huiusmodi obligationes in forma depositi fiant ad euitandas euacuationes domorum, & ne mobilia deperdantur, ... deteriorentur: ideoq. solum apparenter habent nomen depositi, & bona relinquuntur penes eumdem debitorem, vt de isto vsu bene testatur Corneus videndus *cons. 262. nu. 13. vers. & iste. lib. 4. Cardinalis Tuscus. in ver. Depositum. conclus. 201. n. 16.* Subiungentes solum habere naturam fi-
73 deiussoris; attendendam esse veritatem, non autem simulatū nomen depositi, vt pluribus probat Mandell. *cons. 3. num. 7. lib. 1.* & conferunt quæ de at-
74 tendendo vsu circa deposita tradit Mant. *de Tacit. & ambig. lib. 10. Tit. 3. num. 30.* Maximè si in Instrumento nunquam dicatur obligantem bona recepisse, sed simpliciter dicatur quod se obligauit teneri in depositum: quæ fideiussionem sonant. Vn-
75 de si principali debitori, qui recepit pecunias aduersarij, non denegaretur beneficium Visitæ, multo minus denegari debet huic fideiussori, qui auxit illius securitatem, & innocens pro beneficio vtriusque accessit. *Ad notata in l. Lucius. l. 1. in fin. ff.*
76 *deposit.* Obligatio enim horum fictorum depositariorum non solet esse præcisa de restituendo eadem bona, sed subiungitur clausula; *Alias teneri voluit ad dictam summam*; pro qua v.g. facta erat executio: quæ conuentio egreditur naturam depositi, & facit illud irregulare, & resolui in obligationem fideiussoriam, vt fuit dictum: Et notatur *l. 1. ff. si quoque apud quem. ff. de act. & obligat. §. is quoque. Instit. quibus mod. re contr. obligat. l. Lucius §. 1. ff deposit. Bald. cons. 256. lib. 1. Dec. cons. 627. num. 14. Mantic. d. lib. 10. Tit 4. num. 11.* &
77 consequenter cessat ille dolus qui solet considerari in Deposito naturali. *Bald. cons. 238. num. 3. lib. 2.* eoq. magis si concurreret testium, qui interfuerūt Instrumento, attestatio, bona nullatenus fuisse consignata. Et sanè careret negotium omni difficultate, si vt moris est in huiusmodi obligationibus debitor principalis promisisset releuare indemnem Depositarium; quæ releuatio fideiussioni adaptatur.

tur. Nam habens penes se bona pro quibus tantum est, obligatus non potest aliquam releuationem prætendere, vt patet.

78 Pro fructibus quoque Censuum, Societatis officij, Cambiorum, annuæ Pensionis, Pensionum domus, Canonum, annuarum Præstationum, & similium, qui quotidie currunt, non est concedenda dilatio. *Boer. dec. 296. num. 6. Paschal. de iur. patr. pot. p. 2. c. 9. num. 69. vers. & quod. Par. q. 29. nu. 35. Caroc. de locat. par. 5. quæst. 16. num. 2.* Hinc ex-

79 cipienda est Pensio domus decursa, pro qua conceditur dilatio, dummodo carceratus dimittat domum. *Ioannes Bapt. Caball. in pract. Ciuil. lib. 2. de execut. real. verb.* Pensionis. Et à Visita passim practicatur. 1633. 12. Maij. Sabell. *Ioannes. Dimissa domo, & data cautione de soluendo scuta quinque quolibet mense vsque ad integram satisfactionem, & deficiente &c. & quatenus recipiantur mulieres,* Visita *supplet*. In hoc enim casu

80 cessat ratio tractus successiui, propter quam dilatio denegatur; ac per consequens cessare debet limitationis effectus. *l. adigere. §. quamuis. de iur. patr. Dec. cons. 134 num. 4. Cyriac. controuer. 438. nu. 22.*

81 Idem dicendum est in alijs quibuscumque annuis præstationibus, si in illis terminetur tractus successiuus.

82 Conceditur etiam dilatio pro Pensione domus, si carceratus nolit dimittere domum, sed cauere de soluendo pensiones decurrendas, & decursas. 1637. 23. Apr. Capit. *Pontianus. Data cautione de soluendo pensiones decursas infra tres annos, ratam partem quolibet trimestre, necnon data cautione pro pensionibus decurrendis, vel illis de trimestri in trimestre solutis, & deficiente &c. vel dimissa domo: Relaxetur.* Non tamen fit passim hoc Decretum. Nam in casu suprad&o Visita hoc temperamento vsa est: quia domus Pontiani erat plurium dominorum quorum vnus tantũ eum carcerari pro pensionibus fecerat: cæteri vero domus dimissioni non consentiebant: quibus propterea noluerunt Visitatores præiudicare, sed hoc temperamento omnium indemnitati consulere decreuerunt. *l. 2. § merito ff. ne quid in loc. pub. Rol. cons. 45. nu. 17. lib. 4. Surd. cons. 333. nu. 19.*

83 Excluduntur à dilationibus alij, quos supra diximus in Proœmio. *ver. Debitores.* Vbi inter cætera demonstrauimus dilationes datas carceratis ad eorum fideiussores non extendi. Nec reticendum est

84 non concedi dilationem saltem facile aduersus creditorem pauperem, vt supra diximus, illũ præsertim, cui iura subueniunt, vt non concurrat cum cæteris creditoribus, saltem vsque ad summam scutorum. 5. secundum Constit. XXVII. Pij V. in bull. f. 154. ad quod faciunt etiã verba Constit. LXVIII. eiusdem Pontif. & LXXI. Paul. V. §. 24. ibi. *dummodo creditores sint ditiores, & non ære alieno grauati.*

85 Dicendum esset hic de dilatione concedi solita etiam ijs, qui non sunt adhuc carcerati, nisi dixissem supra *Lib. 1 §. 19. cap. 2. nu. 36.*

CAPVT VI.

De qualitate Fideiussorum admittendorum pro carceratis.

SVMMARIVM.

1. *Fideiussores varij ex benignitate Visita admittuntur pro carceratis.*
2. *Fideiussores etiam in partibus admittit Visita pro carceratis.*
3. *Fideiussores de partibus debent esse subiecti eidem Principi.*
4. *Fideiussores facilius admittuntur de partibus si tam creditor, quam debitor sint eiusdem Patriæ.*
5. *Fideiussio præstanda est de iure in loco contractus.*
6. *Fideiussor de partibus debet præstari Risico* Notarij *Curiæ.*
7. *Fideiussio de sua natura est contractus læsiuus.*
8. *Fideiubere non possunt Communitates.*
9. *Fideiussio præstanda per Acta Notarij per quæ fuit relaxatum mandatum pro maiori summa.*
10. *Fideiussio de partibus habetur pro præstita Risico Notarij causæ, si admisit Instrumentum cautionis non citata parte.*
11. *Fideiussior potest præstari per Acta alterius Notarij, quam causa remissiue.*
12. *Fideiussor potest admitti compatriota in Vrbe possidens.*
13. *Fideiussorem inuenire difficile est.*
14. *Fideiussor compatriota non in Vrbe, sed in Patria possidens aliquando admittitur.*
15. *Fideiussor compatriota admittitur facilius in causis criminalibus, quam in ciuilibus.*
16. *Fideiussor admittitur pro carcerato, etiam prohibitus fideiubere.*
17. *Fideiussor minor vel mulier si recipiantur, qua circumspectione agendum sit.*
18. *Notariorum imperitia mundum destruit.*
19. *Notariorum ignorantia reddit inualidas renunciationes, quæ fiunt à minoribus, & mulieribus.*
20. *Aduocato Pauperum data est facultas interponendi decreta in contractibus minorum, & cur etiam mulierum.*
21. *Visitæ auctoritas supplet defectum solemnitatum, non causa, nec tollit damnum & læsionem.*
22. *Fideiussor pro carcerato potest ante illius excarcerationem pænitere, & sic non teneri.*
23. *Fideiussio re integra desinit esse per pænitentiam, & mutationem voluntatis.*
24. *Fideiussores acceptare non videtur Iudex, quamdiu detinet Carceratum.*
25. *Fideiussoribus committi Reum, & vinculis custodiri diuersa.*

DAta cautione de soluendo. Requiritur pro obtinenda dilatione cautio ex verbis prædicti §. 1. Cautionum materiam in genere, & aliquas eius species explanauimus *lib. 1. §. 11. per totum*. Modo dicendum de cautionibus, & fideiussoribus admittendis pro carceratis in dilationibus quæ ip-

1 sis à Visita conceduntur; quæ mirum in modum benignitatem sua dilatauit in gratiam carceratorū, dum ijs permittit præstare fideiussores etiam in partibus, vel cauere per compatriotas in Curia, vel etiam præstare fideiussores de iure prohibitos fideiubere. Contingit enim plærumque carceratos esse forenses, quibus cum si non impossibile; sal-
2 tem difficillimum sit reperire idoneos fideiussores in Curia, subuenit illis Visita concedendo facultatem præstandi cautiones etiam in partibus. 1530. 14. Maij. Sabell. *Bernardinus de Gallesio. Pro debito detentus. Attento quod est forensis, & non habet cautionem in Vrbe datis fideiussoribus in Terra Gallesij approbandis per Communitatem de stando iuri, & iudicatum soluendo, etiam quoad arresta; Relaxetur.*

3 Declara primo, decretum fieri de præstandis fideiussoribus in partibus, dummodo dentur in loco supposito iurisdictioni eiusdem Præsidis, aut Principis. Textus est *l. si fideiussor §. si necessaria qui satisd. cog. Bald. cons. 312 num. 4. & 5. vers super alio. vers. nec illud. lib. 5. Grat discept. 230 num. 4. & seq.* Eo
4 autem facilius fit decretum præfatum, si tam carceratus quam creditor sint eiusdem Patriæ, & debitum in Patria sit contractum. 1590. 18 Decemb. Nonæ. *Gentilis. Quatenus tam ipse, quam creditor sit Asculanus, & debitum sit contractum in dicta Ciuitate de quo agitur, data cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo sub pœna debiti pro quo detinetur, etiam in dicta Ciuitate Asculana; Relaxetur*
5 *gratis.* Siquidem de iure cautio debet præstari in loco contractus, potius quam in alio. *Boer. dec. 99. num. 4. vers per qua dicit. Vrsill. ad Afflict. dec. 137. num. 4. Rol. cons. 58. num. 13. lib. 1. Grat. discep. 231. nu. 1. & 2.*

6 Declara secundo, procedere etiam si debitum non sit contractum in partibus, dummodo cautio recipienda in partibus recipiatur Risico alicuius Notarij Vrbis. 1616. 23. Iun. Nonæ. *Ouidius. Data cautione in partibus recipienda Risico alicuius Notarij Auditoris Cameræ, de concordando, vel repræsentando per totum mensem Augusti;* Relaxetur. Hoc obseruat Visita, quia in partibus vt plurimum Notarij Officia propria non habent, & Cōmunitates fideiussores approbare recusant. Ac mi-
7 rito; cum fideiussio sit contractus ipso iure læsiuus. *l. ait prætor. §. 1. de minor. Grat. discep. 961. num 2.*
8 *Greg. dec. 333. num. 2.* Quod omnes communitates etiam volentes, cum gaudeant beneficio minoris, subire non possunt. *Surd. cons. 28. nu. 61. Gutteer. de tut. par. 2. c. 5. num. 4.* Immo prohibentur se quoquo modo obligare pro alijs in vim Constitutionis XLII. Sixti V. in *Bull. fol. 545.*

9 Declara tertio, vt in casu prædicto cautio præstanda sit risico Notarij, per cuius Acta relaxatum fuit mandatum pro maiori summa, casu quo debitor reperiatur carceratus, seu arrestatus in vim plurium mandatorum. Ita obseruatur à Visita. 1618. 27. Sept. Nonæ. *Ouidius. Relaxetur iuxta formam decreti Præsidis seu Iudicis cum cautione etiam in partibus præstanda, recipienda tamen Risico Notarij, per Acta cuius fuit relaxatum mandatum pro maiori summa.* Estque hoc conforme dispositioni iuris, arg. *l. fin. §. si vero plures. C. qui bonis ced. poss. Mantic. de Tacit. lib. 10. tit. 7. num. 2.*
Gratian. discept. 222. nu. 19. 20. 21.

10 Declaro quarto, vt censeantur in dubio fideiussiones de partibus receptæ Risico Notarij causæ, si instrumento receperit in actis suis parte non citata, vt patet ex Const. LXXI. Pauli V. §. 23. *de carcer. & carcerat. in Bull. fol. 207.* vbi hæc verba: *Instrumenta satisdationum pro carceratis in partibus datarum vel receptarum, non nisi parte, cuius interest, citata in actis producantur, & aliter producta non suffragentur, & Notarij, qui eas sine partis citatione receperint, periculo recepta intelligantur.* Cuius verba cum clara sint, nulla potest intrare tergiuersatio *l. ille, aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3. Surd. decis. 210. num. 1. Rot. dec. 319. num. 9. par. 6. recent.*

11 Declara quinto, vt etiam cautiones per acta alterius Notarij quam causæ hic in Vrbe præstari possint, modo tamen, & forma quibus diximus supra. *§. 11. cap. 1. num. 20. lib. 1.* In omnibus vero prædictis casibus Notarius recipiens cautionem suo risico tenebitur ad fauorem creditoris. *Farin. de carcer. & carcerat. q. 33. nu. 78. Costa de fact. scien. & ignor. dist. 5. cent. 2. nu 1. f. 439.*

12 Declara sexto, etiam compatriotas in Vrbe possidentes recipi in fideiussores pro carceratis, vt apparet ex his decretis. 1580. 1. Decemb. Nonæ. *Ioannes Hispanus. Ad D. de Vitelis, qui auctoritate Visitæ possit recipere in fideiussorem Hispanum nominandum per ipsum, dummodo obtineat benefi-*
13 *cia, & domos apertas in Vrbe.* Siquidem inuenire fideiussorem difficile est. *l. 2. § sed, & si dubitet. de iud. l. si is à quo. §. vbi vt in poss. leg. Surd. decis. 279. num. 13. Giurb. dec. 4. num. 9. & seq.* maxime forensi, & alienigenæ, ex quibus maior pars Vrbis constatur. *Mastril. dec. 279. num. 83. Marches. de com-*
14 *miss. ad dilat. quinq. num. 23.* Immo compatriotæ quandoque admittuntur, etiamsi in Vrbe non possideant, sed in Patria. 1649. 30. April. Sabel. *Guidottus in Curia Turris Nona. Data cautione in Vrbe, etiam per ciues Bononienses, idoneos facultatibus Bononiæ sub pœna scutorum 400. relaxetur.* * 1549. 30. Septemb. Capit. *Morettus de Sigillo. Data cautione per compatriotas, D. Senator etiam auctoritate Visitæ expediat.* * 1562. 17. Decemb. Cap. *Angelus Nursinus. Data cautione per duos eius compatriotas sub pœna quinquaginta scutorum de se repræsentando ad primam Visitam in isto loco, & statu, & terminis, in quibus reperitur, & facta obligatione per eum sub pœna fustigationis, prout se*
15 *obligauit &c. Relaxetur gratis.* Verum hoc quod postremo loco dictum est, procedit quoad causas ciuiles, quando debitor & creditor sunt eiusdem Patriæ; & facilius admittuntur huiusmodi compatriotæ in causis criminalibus.

16 Demum hoc operatur fauor erga carceratos, vt ad illos à vinculis liberandos Sacra Visita admittat personas quibus alias fideiubere prohibetur. 1536. 23. Decemb. Sabell. *Petrus, Pro debito ciuili. Nisi satisfecerit infra 15. dies, mittatur ad triremes; si soror non fideiusserit in dicto termino, renuntiando etiam auctoritate Visitæ, quæ ex nunc interponit decretum obligationis fienda, non obstantibus statutis, & alijs in contrarium facientibus; Relaxetur: & decretum extendatur, ad alium creditorem, qui eum arrestari fecit.* * 1540. 7. Febr. Sabell. *Ioannes*

ner Neapolitanus. Datis iuratoria cautione per se, & uxorem de se repræsentando ad primam Visitam: Relaxetur: iurarunt ambo. * 1617. 12. Ian. Capit. *Michael Angelus. Relaxetur iuxta formam decreti sui Iudicis cum obligatione Uxoris, docto tamen de dote Uxoris scutorum mille, etiã per indicationem instrumentorum; & iurato per dictam uxorem non esse obligatam pro alio debito pro dicto viro, & quoad uxorem Visita supplet; & relaxetur gratis.* * 1617. 16. Febr. Sabell. *Petrus Paulus. Data cautione etiam per filium de soluendo scutum unum quolibet mense creditori suo usque ad integram satisfactionem, & deficiente &c. Relaxetur gratis.*

17 Sed in hoc non modica circumspectione vtendum, cum minor, & mulier tam ea Statuto Vrbis, quam ex iuris communis dispositione, non solum requirant ad effectum, vt efficaciter obligentur, decretum Iudicis, & consensum proximiorũ; sed etiam causam legitimam, cuius cognitio interuenire debet, considerando an idoneos habeant releuatores, qui eos indemnes seruent.

Nec non animaduertendum pro quibus se obligent; an pro Patre; an pro marito; an pro extraneo; pro qua summa; an parua, vel magna; ne fortè minores nimis depauperentur; & mulieres remaneant indotatæ, & alia de quibus Rol. *cons. 33. lib. 1. Menoch. de arb. cas. 171. Thes. dec. 223. Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 6. Rot. dec. 375. par. 3. recent. Buratt.*

18 *dec. 783.* Quæ omnia Notarij (quorum imperitia totum mundum destruit, & bonorum virorum animas in discrimen ducit *Ang. cons. 338. quem refert. Surd. cons. 116. num. 59. ver. & si hoc. & 60.*) exa-

19 minare non valent; adeò, vt etiam si in instrumentis apponãt renunciationes Velleiano, & similibus beneficijs, illæ substineri non possint, quotiescumque eorum vires ignorant. *l. mater. §. cæterum. de inoffic. test. Pachin. controu. var. lib. 11. c. 65. Paul. Bellon. de potest. cor. quæ inuent. fiunt. c. 121.*

20 Quare iure & meritò factum esse credo vt Aduocato Pauperum, qui in omnibus carcerum Visitationibus interuenire debet, data sit facultas huiusmodi decreta interponendi, & causas examinandi à de qua in Constit. LXXI. Pauli V. §. 13. *de sport. & prop. ver. Quæ decreta. In Bull. fol. 200.* Quæ facultas etiam prius fuerat per fel. rec. Clem. VIII. concessa Iulio Benigno tunc Pauperũ Aduocato, vt constat ex eius Breui. *Append. §. 1. cap. 19.* Alias enim

21 auctoritas Visitæ, licet solemnitates suppleat, defectum tamen causæ, læsionemque & damnum non tollit. *Auchar. cons. 69. ante nu. 4. Bellam. dec. 503. & in terminis animaduertit Marches. de commiss. relax. carcer. par. 2. §. 2. c. 3. num. 87. 89. & 90. f. 221. post Rot. coram Cardinali Arigonio. In Romana fideiussionis de Roncionibus 5. Iulij 1593. de qua apud eundem Marches. par. 1. cap. 730. num. 3. & diximus supra lib. 1. cap. fin.*

22 Neque omittendum hoc loco comparuisse alias debitorem in Visita, qui præstiterat cautionem receptam, & approbatam à Notario causæ, & institisse pro excarceratione iuxta formam decreti à Iudice à Visita deputato obtenti, eique se opposuisse Notarium allegando pœnituisse, nolleque subijcere se periculo soluendi de proprio. Oretenus dictum fuit locum esse pœnitentiæ. Nec immeritò. Si enim id licet fideiussori principali, cur nõ debet licere Notario fideiussori subsidiario. Quamuis enim fideiussio sit contractus nominatus. *Iason. in l. Iurisgentium. §. si cum nulla. nu. 34. ff. de pactis.* tamen etiam in contractibus nominatis habet locum pœnitentia causa non sequuta. *Bart. in l. si pecuniam. numer. 20. vers. ult. ff. de condit. causa data*, præcipuè dum indemnitati creditoris consultum est. Vnde *Bald. in d. l. si pecuniam num. 6.* dicit in contractibus nominatis esse locum pœnitentiæ, quando talis contractus requirit rei interuentum. Tunc enim licet pœnitere ante rei interuentum. *l. qui pecuniam. ff. si cer. pet.* sed quando fideiussor promittit pro debitore carcerato, promittit quatenus è carceribus dimittatur, & sic, antequam debitor excarceretur, potest pœnitere.

Neque obstat, quod saltem propter naturalem obligationem, quæ per fideiussionem contrahitur, dicendum sit non esse locum pœnitentiæ. *l. naturaliter. ff. de condit. Indebit.* quia pœnitentia principaliter non cadit super obligationem fideiussionis, sed super causam, nimirum super nõ excarceratione debitoris, eo quod fideiussor pœniteat, nec velit amplius propter suam obligationem excarcerari debitorem. Atque ita cũ cesset causa obligationis merito cessat ipsa obligatio, in quantum causa redacta est ad non causam. *d. l. Iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact.* Ita subtiliter determinat Caccialup. *de pactis q. 5. nu. 3. vers. sexto quæritur.*

23 Præterea addi potest quod fideiussio re integra desinat esse pœnitentia & mutatione voluntatis, vt Pirrhus Maurus inquit *part. 2. sect. 10. cap. 49. nu. 1.* subdens *num. 8.* quod si pars promisit se fideiussurũ ac de ea promissione pœniteat, priusquã stipuletur, promissio euanescat.

24 Rursus donec iudex detinet carceratum post præstationem fideiussorum, videtur ipsos fideiussores non acceptare; cum sint diuersa inter se vinculis cu-

25 stodiri, & fideiussoribus remitti. *l. 1. ff. de Custod. Reor. in specie tradunt Grammat. cons. Ciuil. 1. numer. 59. in fine, & 60. Ursil. ad Afflict. decis. 130. nu. 4. Maurus dicta sect. 10. cap. 72.*

Ex quibus liquet esse locum pœnitentiæ ante excarcerationem Rei pro cuius liberatione fideiussio promissa, vel etiam præstita fuit, eamque euanescere per se quatenus Iudex ea præstita statim non relaxaret Reum, præueniendo pœnitentiam fideiussoris.

Visitatores autem non solum vsi sunt clementia respectu fideiussorum, sed etiam respectu qualitatis cautionum, vt probabitur ex infra dicendis.

CAPVT VII.

De qualitate cautionum præstandarum pro relaxatione Carceratorum.

SVMMARIVM.

1 *Cautiones diuersæ præstantur pro diuersitate creditorum.*
2 *Cautio, & dilatio danda habita ratione crediti.*

3 *Imple-*

3 *Implementum si non pendeat à carcerato quomodo procedat Visita.*

4 *Cautio datur pro pluribus annis renouanda de anno in annum pro faciliori excarceratione.*

5 *Cautio de dando nouum fideiussorem habet vim fideiussionis.*

6 *Cautio datur de trimestri in trimestre, & se repræsentando.*

7 *Solutio diuisa in partes commodum parit debitori, sed incommodum creditori.*

8 *Contrariorum eadem est disciplina.*

9 *Oppositum in opposito operatur quod propositum in proposito.*

10 *Cautionis loco fit aliquando assignatio seu cessio rei.*

11 *Aliud pro alio solui non potest de iure, inuito creditore.*

12 L.manifestè.C.de solut. *intellectus.*

13 *Obligatio pariata quæ dicatur.*

14 *Aliud pro alio inuito creditore solui potest. in casu* auth.hoc nisi.C.de solut.

15 *Aliud pro alio solui decernit Visita relaxato iuris rigore.*

16 *Cautionis plus est in rem quam in personam agere.*

17 *Concordia vim transactionis habet, & de indebito debitum facit.*

1 SAcra Visita ratione diuersitatis creditorum diuersas mandauit præstari cautiones, etiam in eodem decreto. 1531. 1. Iul. Sab. *Petrus Sanctes de Nursia pro debito ciuili. Solutis scutis 12. ad præsens; & data cautione in forma depositi de soluendo quatuor scuta pro quolibet mense; & quoad arrestum, data cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo; Relaxetur sine aliquo mandato, cum decreto, quod, si deficiat in vno termino, fiat executio pro tota summa, tam contra ipsum, quam contra fideiussorem, prout ex nunc se obligauit; & pro eodem fideiussit Federicus de Nursia, quem ipse indemnem releuare promisit; pro quibus se obligarunt respectiuè in solidū in forma Cameræ, iurarunt &c.* [a] 1531. 1. Iul Sab. *Philannus de Nursia; de mandato Domini Auditoris Cameræ retentus pro debito Ciuili, & diuersis arrestis. Quia Dominus Ioannes Dominicus promisit ipsum repræsentare in carceribus infra quindecim dies, alias de soluendo scuta triginta Domino Ioanni Baptistæ, prout se obligauit; iurauit; & quoad arresta facta obligatione per ipsum de stando iuri, & iudicatum soluendo, & interim de non discedendo à districtu Vrbis sine licentia Domini Auditoris Cameræ sub pœna triremium; Relaxetur.*

2 Qualitas enim debitoris, creditoris; debiti, & crediti natura in arbitrando tempore dilationis, & qualitate fideiussionis spectanda est. *Thes.dec.188.num.3.in fin. vers. debet tamen. & num.7. Marches. de dilat. quinquen.num.78.82. & seq.*

3 Solet etiam Visita prouidere Carcerato, quando impletio conditionis non pendet à carcerato, vt infra. 1559. 12. Aug Nonæ. *Ioannes Franciscus: Data cautione de stando iuri, & se repræsentando sub pœna debiti, donec mater responderit interrogatorijs seu iuramento in actis porrecto; Relaxetur, & interim Dominus Hieronymus non molestetur.*

Ampliori modo consulit aliquando Visita carcerato pro debito particulari, vt facilius inueniat fideiussorem. 1597. 19. Iun. Nonæ. *Antonius. Decretum ad eius fauorem factum quoad scuta sexaginta, & de fideiussore præstando, intelligatur quoad eius vita durante tantum.*

4 Præterea debitori diu carcerato data fuit aliquando dilatio ad plures annos, & ad hoc, vt facilius inueniret fideiussorem, indultum est, vt præstaret cautionem de soluendo quolibet anno ratam partem; quæ cautio deberet renouari de anno in annum; alias de se repræsentando in fine anni. Per quam fideiussionem satis cautum est creditori: & facilius inuenitur per debitorem fideiussor, qui promittat soluere ratam partem vnius anni, & illum in fine anni repræsentare, quam qui promittat pro tota summa. Decreta, quæ subijcimus, clarum faciet quod diximus. 1537. 11. Iun. Nonæ. *Bertus. Data fideiussione de soluendo quintam partem crediti singulo anno, aut de se repræsentando infra terminum mensis post lapsum cuiuslibet termini, si non satisfecerit, & interim data cautione de danda cautione, vt supra; vel de reuertendo ad carceres infra mensem proximè futurum; Relaxetur: & hoc facto Visita remittit pœnam criminalem, si quæ esset, propter longam carcerationem.* [a] 1561. 23. Decemb. Sabell. *Lucas. Facta obligatione per eum sub pœna perpetuæ infamiæ, triremium, & priuationis quorumcumque beneficiatorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque obtinenda, & confessatorum criminum. ita quod eo ipso in euentum contrauentionis habeatur pro conuicto, & confesso de soluendo singulo anno summam scutorum 200. auri, videlicet, in fine cuiuslibet semestris centum Comiti Christophoro, vsque ad summam declarandam per Dominum Gubernatorem, & Dominum Auditorem Cameræ: à qua declaratione sub eisdem pœnis nullo modo appellare, vel reclamare possit, nec aliquod rescriptum aliquo modo desuper impetrare, data cautione de se repræsentando etiam irrequisitus in carceribus, in euentum in quem in fine cuiuslibet semestris non persoluerit; & in fine dicti semestri non renouauerit aliam cautionem pro semestri sequenti, sub pœna arbitranda per eosdem Iudices in eisdem statu, & terminis in quibus reperitur; Relaxetur gratis in honorem Festiuitatis.* Idem fuit factum ad fauorem Hebræi. 1624. 29. Maij. *Moyses de Anticulo. Data cautione de soluendo infra quinquennium; & quolibet anno ratam; & de renouando de anno in annum cautionem alias de se repræsentando sub pœna debiti; Relaxetur.*

5 Illa enim promissio, seu fideiussio de dando nouum fideiussorem de anno in annum habet vim Fideiussionis, ex quo talis promittens tenetur, si deficiat ad interesse. *Rol cons.69.num.22.& 25.lib.3. Montic. de Tacit.lib.3.Tit.15.num.84.& lib.16.tit.13.nu.5. Surd. cons. 201. num. 1.* accedente maximè iuramento, quod præcisè obligat. *Seraph.de priu.iuramenti.c.23.nu.13.& seq.Rot.dec.58.num.8 & 25. par.2.rec.*

6 Nonnunquam etiam alio non multum dissimili modo Visita decreuit carceratorum liberationem. 1579. 14. Maij. Sabell. *Gabriel. Data cautione de soluendo scuta centum infra tres menses proximos hodie inchoandos, & ab inde ab alios tres menses*

ses

ses alia centum; & data cautione de se repræsentando infra dictos sex menses pro complemento medietatis summa, pro qua detinetur, & pro residuo usque ad integram summam, facta obligatione de se repræsentando irrequisitus in fine dictorum sex mensium; Relaxetur in forma pauperum; non obstante arresto, & quoad alios creditores ad Dominũ de Salniatis, qui studeat concordare partes etiam 7 *auctoritate Visita.* Summa diuisa in partes sicuti creditori multa incommoda parit. *l. plane. fam.* 8 *hercisc. Surd. cons. 441. num. 35.* ita debitori, & eius fideiussori multa commoda affert; vt contrariorum eadem sit disciplina. *l. & si contra tabulas. de vulg.* 9 & idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. *Arist. p. topic. & l. si vt proponis. C. de nup. estque pulcherrimus tex. in §. quantitas. Instit. de lege Falcid. Surd. cons. 298. numer. 47.*

10 Rursus aliquando relaxatio debitoris secuta est facta assignatione seu cessione rei loco cautionis. De verbo (*assigno*) per quod fit translatio dominij. *Bar. in l. si constante. num. 93. ff. sol. mat. Bald. in l. vbi adhuc. num. 57. C. de iure dot. & in l. ordo. num. 3. C. de re iud. & in l. vt inter. num. 24. C. de Sacrosan. Eccles.*

Huiusmodi relaxatio contraria est dispositioni, l. cum à quo C. de solut. vbi dicitur; *Eum à quo mutuam sumpsisti pecuniam in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui, compelli iuris ratio* 15 *non permittit.* Ex qua deducitur illa vulgaris regula: *Aliud pro alio inuito creditore solui non potest* de qua *Orfil. in suo examine Apum. concl. 5. lib. 2.* Similiter illo volente potest per regulam l. Mani- 12 festi. proxime sequentis vbi habetur: *Manifesti iuris est tam alio pro debitore soluente, quam rebus pro numerata pecunia, consentiente creditore, datis tolli pariatam obligationem.* Quod enim inuito creditore fieri non potest, id sane illo volente non denegabitur; cum contrariorum sit eadem dispositio. *l. 1. in princ. ff. de his, qui sunt sui, vel alie iur. §. quantitas. Inst. d. lege Falcidia.*

13 Hæc occasione opportunum duco explicare quid sibi velint illa verba (*Pariatam obligationem*) quo loco male passim legitur, *Paratam obligationem*. Sciendum esse veteres suas accepti, & expensi tabulas habuisse, in quarum vna parte solebant notari expensæ; in altera contineri acceptorum ratio. de istis Senec. *de benef. lib. 4.* scribit: *Apud me ista expensarum acceptorumque rationes dispunguntur: Ego, quid, cui debeam, scio; alijs post longam diem repono; alijs in antecessum, aut prout occasio, & rei priuatæ mea facultas tulit.* Quotiescumque autem rationes expensi, cum accepti rationibus conueniebant, & pares erant tunc *Pariari*, & *Paria fieri*, dicebant veteres. *l. Sticho libertas. §. argentarius de statu. lib. l. semper. §. conductores. de iur. immun. l. et. §. proinde de manumission.* Vbi apostilla marginalis notat Accursium non intellexisse verbum (*pariauerit*) quod significat, its rationes reddere vt paria sint expensa acceptis. Vnde idem Seneca. *epist. lib. 17.* ait: *Quotidie, cum ista paria facimus.* Eoque respexisse videtur Terentius, dum sic, *in Phormione.* Danum loquentem inducit.

,, *Lectum est, conuenit numerus, quantum debui.*

Sensus enim est, Legi meas accepti tabulas, & cum ijs nummorum hic numerus æqualem paremque faciet expensi rationem tuam.

Hinc etiam intelligimus. *si pariare* nihil aliud sit quam *paria facere*, hoc est parem cum tabulis expensi sui creditoris accepti rationem reddere. consequi sanè videri, tunc etiam dici posse *Obligationem pariatam*, cum satis creditori factum est. *l. fin. §. item quæsitum. de condit. indeb.* Vbi additio ad glos. explicat verbum (*pariatio*) vt sit illa scriptura, qua rationibus redditis satisfactum apparet creditori, aut domino: & ad hoc allegat Anton. August. *lib. 4 emendat. cap. 12 & l Iulius. de condition. & demonstr. vbi apostil. Martin. allegat. etiam Alciat. lib. 1. pererg. c. 24 pro expositione verbi. Pariator. de quo in d. l.*

Idque etiam ex Seneca probatur, qui sic *lib. 11. epistol.* habet: *An is qui profuit nobis, si postea nocuit,* Paria fecerit, *& nos debito soluerit?* Igitur solutione pariatur obligatio. Atque hoc nimirum est illud, quod dicere voluerunt Diocletianus, & Maximilianus Impp. Cassio scribentes. *d. l. manifesti. C. de solut.* Tertulianus quoque, verborum Iuris admodum studiosus, *pariandi* verbo interdum vsus est. Sic *lib. 4. aduersus Marcio.* scribit: *Si nec in alium spectant, quam cui per omnia pariauerint.* Et Rursus *lib. 5.* dicit *Non rapinam existimauit* pariari *Deo*: sic enim vertit illa verba D. Pauli *ad Philipp. cap. 2.* ex græco, quod alij reddunt (*æqualem esse Deo*) Ita etiam d. l. manifesti. C. de sol. explicat Reuard. *varior. sine de Iuris ambig. lib. 3. cap. 9.*

14 Porrò regula prædicta, qua firmatur aliud pro alio solui non posse, inuito creditore, sic intelligenda est, vt non procedat in casu Auth. hoc nisi. C. de solut. Vbi dicitur: *si debitor quantitatis non habet aliunde, vnde soluat, potest rem meliorem, quam habet, dare creditori, vel vendere emptori, quem inuenit Creditor cum cautela de euictione.* Ita 15 summat illum textum *Salyc.* Ac propterea Sacta Visita relaxato rigore obligationis Cameralis, per quam beneficio d. Auth. renunciatum est, admittit debitorem in casu d. Auth. Hoc nisi. quando videlicet non habet aliundè, vt possit etiam inuito creditore aliud pro alio soluere: & sic relaxari illũ mandat cum assignatione, seu cessione rei loco cautionis, vel facta cessione: Quocumque enim modo satisfiat creditori illum admittit Visita; quæ iuxta dispositionem Iuris non curat de modo, dum habeatur effectus. *l mulier. in princ. ad Treb. Surd. cons. 348. num. 12. Ciriac. contr. 411. num. 21.* Hinc Decretum. 1555. 10 Ian. Capit. *Valerius. Data cautione per matrem de soluendo debitum Capitaneo Nutio infra tres menses, ita quod obliget in specie vineam suam, ac dotem; ita quod si elapsis dictis tribus mensibus non satisfecerit integraliter, Dominus Senator possit eam vendere plus offerenti, prout mater, & filius se obligarunt; & Visita supplet omnes defectus, & dictus Capitaneus Nutius cessit eidem Valerio præsenti omnia iura contra militis, qui ab eo pecunias receperunt.* Plus enim cautionis est in rem, quam in personam agere. *l. plus cautionis de reg. iur* Et melius est rem possidere, quam in personam experiri. Tutiusque habere rem, quam actionem ad rem. *§. furti. instit. de oblig.*

oblig.quæ ex del.nasc. ver. unde constat. 1565. 9. Iun. Capit. *Tarquinius. Dominus de Torres attenta concordia facta de soluendo scuta triginta tria auri de semestri in semestre, & in fine cuiuslibet semestris Hieronymo eius creditori, loco cautionis stes prouisio sui officij substituti Procuratoris pauperum, & mandet renouari executionem, & sequestra alias facta, etiam auctoritate Visita*. Vbi no-
17 ta, quod super huiusmodi solutione præcesserat concordia, quæ vim transactionis habet, & de indebito debitum facit. *l. eleganter §. 1. de condit. indeb.* exceptionemque litis finitæ parit. *l. fratris. & l. causas. C. de transac. Greg. dec. 354. numer. 1. Rot. dec. 86. num. 1. par. 6. rec.* De hac materia habes etiam infra. *cap. 6. vers. declara 4.*

CAPVT VIII.

De relaxatione cum cautione Iuratoria.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussorem dare cuique graue est.*
2 *Fideiussores inuenire difficile est.*
3 *Fideiubens periculo solutionis se subijcit.*
4 *Fideiussorem inuenire pauperibus impossibile.*
5 Impossibile *dicitur, cuius contrarium est necessarium.*
6 *Impossibilium nulla est obligatio.*
7 *Iuramentum præcise obligat ad factum.*
8 *Iuramentum obligat ad ea quæ præcise præstari possunt.*
9 *Iuramentum habet in se clausulam*, si potero adimplere.
10 *Promisisse non censetur quis quod præstare non potest.*
11 *Cautionem non habens admittitur ad iuratoriam, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*
12 *Iuratoria cautione debet iuuari pauper, qui cum magna difficultate cautionem præstare potest.*
13 *Iuratoria cautione relaxatos fuisse debitores comprobatur quamplurimis decretis.*
14 *Cautione Iuratoria iuuatur non valens alium præstare secundum communiorem opinionem.*
15 *Res facile reuertitur ad primæuam naturam.*
16 Cautione quam habet *relaxatus carceratus, intelligitur de Iuratoria.*
17 *Cautione Iuratoria relaxari aliquando debitores à Visita adiuncta pœna.*
18 *Cum pœna relaxati aliquando debitores etiam absque obligatione.*
19 *Soluere omittens præstituto tempore dicitur calumniari.*
20 *Cautione iuratoria relaxatur* Clericus *beneficiatus sub pœna priuationis.*
21 *Beneficiatus tenetur ex fructibus beneficij soluere creditoribus deductis suis alimentis.*
22 *Cautione Iuratoria facilius quis relaxatur, si adsint pignora.*
23 *Cautione iuratoria relaxatur habens bona, vel* Correos *insolidum obligatos.*
24 *Cautione Iuratoria relaxatur carceratus cum expressione,* Attento quod aliam non habet.
25 *Fideiussorem reperiendi impotentia iuramento probatur.*
26 *Fideiussorem reperiendi impotentia probatur, si quis iuret credere se non posse talem fideiussorem dare.*
27 *Cautione iuratoria relaxatur, qui ex operibus suis creditori satisfacere potest.*
28 *Senex infirmo æquiparatur.*
29 *Seni carcerato valde miserendum.*
30 *Cautione iuratoria relaxatur facilius qui cauet de se repræsentando.*
31 *Solutio remittitur quandoque possibilitati debitoris.*
32 *Cautione iuratoria relaxatur facilius beneficiatus.*
33 *Cautione iuratoria relaxatur arbitrio Visitæ carceratus.*
34 *Cautione iuratoria relaxandus non est qui alias non satisfecit relaxatus eadem cautione.*
35 *Cautione iuratoria facilius relaxatur, qui aliquid soluit ante excarcerationem.*

1 MAnifestum est cuique graue esse fideiussorem dare. *l. si is a quo. § fin. ff. vt in poss. legat. Bald. in l. 2. num. 6. ff. de hered. & act. vend. Et ibi Sal. num. 4. Surd. dec. 273. num. 13. vers. graue est. & dec. 205. num. 2. vers.* Necessitas fideiubendi dicitur onus. *Barbos. in l diuortio. § interdum. numer. 16. ff. sol. matrim.*

2 Ratio est quia vt glos. in *l. 3. §. quamuis. ver. quibus. ff. si cui plus quam per leg. Falcid.* dicit Bartolus Ibi: *num. 3.* difficile est inuenire fideiussores idoneos. *Odof. in Tract. de curat. bon. dan. cap. 7. num. 70. vers.* non est facile omnibus præstare fideiussorem. *Caual. Com. con. quæst. 66. num. 5. vers.* difficile est inuenire fideiussorem. Notum est dictum Chilonis Lacedemonij vnius ex septem Græciæ sapientibus: fideiussioni non deesse iacturam. *Quod dictum refert Socin. Iun. cons. 47. num. 8. & seq. vol. 4. & approbauit Rot. decis. 177. numer. 4. par. 1. recent. & dec. 373. num. 2. & seq. apud Greg.*

Quod si etiam diuitibus graue sit inuenire fide-
3 iussores, difficilius postea est inuento fideiussore idoneo illum inducere ad se obligandum. Quilibet enim apud se dicit id quod Seneca *lib. 4. de benef. cap. 12.* refert: *Spondeo pro iudicato, & suspensum amici bonis libellū deijcio, creditoribus eius me obligaturus, vt possim seruare proscriptum, ipse proscriptionis periculum adeo.* Quomodo igitur inue-
4 nient Fideiussorem idoneum, illumque inducere poterunt ad se obligandum ij, qui sunt pauperes, & quidem carcerati; quos etiam propinqui, & amici deserunt? Iure sane ac merito multi Doctores dixerunt impossibile esse pauperi, & atque inopi fideiussorem inuenire. *Guttier. in l. nemo potest. numer. 243. ff. de leg. 1. Ang. in l. 4. ff. de vsuf. Treuisan. dec. 8. num. 10. lib. 1. Anton. de Amat. var. resol. cap. 53. num. 10. vers. facultatibus destituto. Giurb. dec. Sicilia 4. num. 9. vers. fideiussorem inuenire in homine inope, & facultatibus destituto impossibile censetur. Et in puncto notat Valasc. consult. 1. numer. 1. vers. fideiussor pro paupere non reperietur.*
5 Impossibile enim dicitur cuius contrarium est ne-

cessa-

6 cessarium, & impossibiliũ nulla est obligatio. *l. impossibilium. de reg. iur.* Impotentia enim excusat. *cap. si quis. de furt. & ibi glos.* Etiam si adsit pro-
7 missio, & quidem iurata. Quamuis enim iuramenti vis sit, vt præcisè obliget ad factum. *cap. ad nostram. de iureiur. gl in l. si pecuniam. in ver. necesse habens. ff. de cau. dat. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 32. num. 4. Rot. dec. 133. num 5. in 2. par.*
8 *recen. vol. 4.* Semper tamen intelligitur iuramentum in his, quæ præcisè præstari possunt. *Aym. consil. 12. per totum.*

9 Ratio est quia iuramentum semper habet in se clausulam, *Si potero: si Deus voluerit: si Principi placuerit. glos. in cap. Beatus Paulus. 22. q. 2. & in cap. venientes de iureiur. & in cap. 1. eodem tit in 6. Archid. in cap. authoritatem. 15 q. 6. Bart. in l. fin. in princ. ff de municip. & notatur in l. fin. & ibi Ias. col. 1. ff. qui satisd. cog. Beuineas. in tract. de priu. paup. sit de contract. special. 9. num. 14.* Absurda
10 enim res est velle quemquam id promisisse, quod præstare non potest, vt probat textus *l. nolle. & in l. si potest. & in l. is, qui putat. ff. de acq. hered. Corn. in consil. 102. in causa copiji. num. 6. lib 2. Granett. consil. 807. incipien. cogit me. num. 6. lib. 5.* & magistraliter fuit ventilatum, discussum, necnon resolutum in causa Cornetana Aquæductus 30. Martij. 1609. coram bon. mem. Penia, vbi fuit dictum promissionem de ducendo Aquam vsque ad certum locum, ad quem postea fuit compertum ascendere non posse, eo quod locus originis esset longe inferior, tamquam promissionem rei impossibilis nul-
11 latenus tenere. Non ergo mirum, si de iure tam in causis criminalibus, quam in ciuilibus non habens aliam cautionem admittatur ad iuratoriam. Textus est notabilis *l. omnes. § in hac autem Inclyta Vrbe. vbi Bal in 1. col. C. de Episc. & Cler. auth. de istig. §. ad excludendas. ver. si autem dixerit. auth. vt nulli Iud. §. necessarium. & §. si vero. Odof. de curat. bon. dan. cap. 7. num. 70.* Atque hanc opinionem testatur communem *Marsil. in repet. rub. de fideius. num. 166 & seq.* ne carcerati marcescant in carcere, dum, ob inopiam, cautionem non inueniũt. Et hoc laudat *Clar. in prax. crim. § fin. q. 46. vers. sed quid agendum in fin. & not. idem Bald. in auth. sui relictum num. 7. &* 8. *C. de ind. vid. toll.* Vbi Castren. ait illum textum esse meliorem de iure ad declarationem l. sancimus. C. de verb. signif. Et concludit dum quis debet præstare fideiussores, releuari ab illo onere, si non potest, vel non cũ nisi magna difficultate præstare valeat. Quapropter ex ista
12 Castrẽsis doctrina admittendus est ad dictam cautionem pauper, si cum magna difficultate cautionem præstare valeat. Nam difficultas æquiparatur impossibilitati. *l. nepos Proculo. ff. de verb. sig. l. si seruus. ff. de noxal.* Non posse autem dicimus, quod cum difficultate possumus. *gl. in §. pœnales. Inst. de act.* Ideo Baldus *Cons. 101. Quidã testis. post princ. vol. 1.* dixit quod si testes vnius partis dicant, quod non possit accedi per talem locum; alij quod commodè accedi non possit, non dicuntur contrarij; quia posse verè non dicimur, quod cum difficultate possumus. Quod paupertas sufficiat ad eximendum à fideiussione dixit *glos. in l. eum non facile. ff si cui. plusquam. ad l. Falc. l. si quis ad declinandum. C. de Episc. & Cler. Sanct. de iudic. q. 25. nu. 9. & seqq.* vbi disputata quæstione tenet hanc partem per plura quæ allegat.

13 Meritò igitur cum sola iuratoria cautione relaxantur aliquãdo pauperes debitores. 1518. 17. Nouemb. Sab. *Augustinulus. Facta obligatione per se ipsum de soluendo singula hebdomada ducatum vnum vsque ad integram summam; Relaxetur: qui promisit soluere.* * 1530. 10. Nouemb. Sabell. *Zefirus pro debito ciuili cum pluribus arrestis. Data cautione iuratoria de concordando creditores suos infra duos menses, alias de redeundo ad carceres sub pœna debiti; Relaxetur prout statim.* * 1530. 2. Iun. Nonæ. *Felix. Soluat quinque Iulios quolibet mense, & deficiente in solutione detrudatur in carcerem; & relaxetur prout se obligauit.* * 1535. 9. Mart. Sabell. *Bernardinus. Solutis duobus Iulys quolibet mense vsque ad satisfactionem debiti; & deficiente in vna solutione possit capi pro tota summa; & ad hoc se obliget, & relaxetur, prout se obligauit.* * 1637. 3 Septemb Nonæ. *Siluester. Facta obligatione per ipsum de soluendo creditori suo Iulios quinque quolibet mense & deficiente &c. prout se obligauit &c. Relaxetur gratis.* Aliquando vero eidem Iudici committebatur relaxatio cum obligatione; quando non erat certum, quæ dilatio esset concedenda. 1546. 21. Ian. Sabell. *Tarquinius. D Hieronymus Locumtenens Auditoris Cameræ accommodet de honesta dilatione, etiam sub sola bonorum suorum obligatione.*

14 Et sanè hæc opinio videtur communior, quod, vbicumque debitor dilationem petens non reperit fideiussorem, ad iuratoriam cautionem admittatur. *Graff. except. 32. num. 118. Far. q. 29. num. 29. vers. sublimita.* Verum quia hac tempestate Visitatores raro solent relaxari facere debitorem cũ hac obligatione, subiungemus inferius alia quãplura decreta in hac materia facta, vt Visita facile in posterum vtatur hac facultate in casibus pauperum, & miserabilium debitorum, qui singulis ferè Visitationibus
15 contingunt. Est enim Regula quod res facile reuertitur ad suam primæuam naturam. *l. si vnus. §. pactus. vers. quod & in specie. de pactis.* Atque hæc reuersio dicitur fauorabilis. *glos. in cap. statutum. vers. numerandum. de praben. in 6.*

16 Declara primo vt Visita alio modo diceret aliquando, videlicet; *Data cautione quam potest:* cui decreto satisfiebat sola carcerati obligatione. 1528. 4. Aug. Nonæ. *Magdalena pro debito. Data cautione, quam potest; Relaxetur, quæ se obligauit. &c.* * 1529. 16. Septemb. Sabell. *Franciscus. Data cautione quam potest de satisfaciẽdo infra quatuor menses etiam quoad arresta, Relaxetur; prout se obligauit &c.*

17 Declara secundo, vt aliquando admissi fuẽt cum iuratoria cautione sub pœna. 1538. 12. Febr. Sabel. *Ioannes de Prato. Facta obligatione per ipsum de soluendo medium scutum quolibet mense sub pœna triremium; & deficiente in vna solutione possit ipso facto mitti ad triremes; Relaxetur.* * 1540. 7. Febr. Capit. *Bartholomæus macellarius. Facta obligatione per matrem, & per ipsum iuratoria sub pœna triremium de non discedendo ab Vrbe, & soluendo Iulios quindecim singulo mẽse summa per ipsum debita, cum comminatione, quod deficiente in vna solutione, transmittatur ad triremes, & successiuè*

cessinè Emilia matri; & idem Bartholomaus promiserunt. * 1560.9.Apr.Sabel. *Leo. Facta per eum obligatione de redeundo ad carceres Curia de Sabellis ad primam Visitam post festa, & interim ad omne mandatum Domini Sfortia in eisdem statu, terminis, in quibus reperitur, sub pœna debiti, & perpetua infamia, & expulsionis à beneficio cessionis bonorum, prout se obligauit, iurauit &c. solutis scutis duabus executoribus*, Relaxetur, *& ad D. Sfortiam, qui interponat se pro concordia, & expediat arbitrio suo etiam auctoritate Visita.*

18 Aliquando etiam fuit imposita aliqua pœna absque obligatione. 1565.22.Nouemb.Cap.*Aloysius. Transmittatur ad triremes, & ibidem stet donec satisfecerit*. Ratio est, quia calumniari dicitur, qui 19 præstituto tempore non soluit. *l. si quis eum aliter. de verb.oblig. Rebuf.in const.reg.tit.de lie. oblig. artic.10. glos.2. num 2. Sola in Const. Sabaud. Tit. quomodo proced.in exec.caus. pers. glos.3.nu.*8. quæ quidem calumnia per se delictum est. *l.1. §. calumniatores.ad Turpil. Clar. in §. fin. q.62. num.4 & seq. Far.q.16. à num.1.* præsertim in casu nostro, in quo coniuncta est cum contumacia, & cum inobedientia in non parendo superiorum decretis. *l.unica.si quis iusd. non obtemp. & cap. veritatis. de dol. & const.Buccaron.de differ. inter iudic.ciu.& crim. q.191.q.2.num.2. & enim seq. Giurb. cons.83. nu.2. 12.& seq.*

20 Declara tertio, vt habeat etiam locum in Clerico beneficiato cautio iuratoria cum electione; atque etiam relaxetur sine cautione. 1534.13.Nouemb.Nonæ. *Balthasar. Attenta paupertate soluat tertiam partem debiti quolibet anno; & in eventum, quod non soluerit, ex nunc constituit Procuratorem ad resignandum eius beneficia D.Iulium Casarem de Piccolominibus procuratorem, & relaxetur etiam quoad arrestum.* * 1545. 24. Decemb. Sabell. *Ludouicus. Facto deposito pecuniarum sequestratarum penes Iudices, & pro reliquo data cautione de se repræsentando, Relaxetur: vel facta obligatione per ipsum de soluendo sub pœna priuationis beneficiorum: se obligauit.*

21 Tenetur siquidem Clericus ex sui beneficij redditibus, deductis necessarijs alimentis, satisfacere creditoribus. *cap.2.de fideiuss. & cap.Odoardus. de solut. Menoch.de arbitr.cas.183.num.3. Farin.q.27. num* 687. Quod ad probandum ns alienum compellatur, docet post alios *Ioannes Baptista Ciarl. controu* 101.* 1559.13.Maij.Nonæ. *Constantius carceratus in Curia de Sabellis. Facta obligatione per Camerarium S Ioannis Lateranensis de soluendo duas tertias partes fructuum beneficiorum consignandas creditoribus; & facta obligatione per matrem de se repræsentando, liberetur in forma pauperum.*

22 Declara quarto maximè procedere, si adsint pignora. Tunc enim non obligatur de soluendo, sed de non discedendo ab Vrbe. 1530.24.Nouemb.Sabell. *Mons. Petrus Gallus. Remanentibus pignoribus penes depositarium quousque fuerit declaratum per D. Gubernatorem; & facta obligatione per ipsum de non recedendo ab Vrbe sine licentia D.Gubernatoris sub pœna perditionis omnium bonorum suorum; Relaxetur, prout se obligauit.*

De iure procedunt dicta in hac quarta declaratione: Verum, si verba Constitutionis Pauli V. perpendantur, erit forsan aliter tenendum; adiuncto maximè stylo Visitæ, de quo supra diximus; cuius styli rigore, constito plenè de infirmitate, (quæ per medicorum testificationem satis probata videtur. *Bart.in l.quæsitum. num.6. vers. sed qualiter. ff.de iudic. Mascard.de probat.conclus.898.num.12.*) sufficit talis qualis probatio paupertatis; quæ, si carceratus infirmus in Hospitali Carcerum moretur, probatur. *Bald.in l.si quis.num.5. C.de Episc. & Cler.* Nam ægroto celeriter subueniendum est, ne, dum probatur plenè paupertas, infirmus pereat in carceribus in damnum ipsorummet creditorum.

Dixi, *si verba Constit. Paul. V. perpendantur in initio huius §.relata*; etiam non pauperi concedendã esse relaxationẽ cũ iuratoria cautione, iurato aliam non habere, si creditores recusent alimenta, & medicamenta subministrare, propter illam dictionem Constitutionis, *pariter*, quæ importat paritatem iuris, & parificat casum non pauperis cum casu pauperis præcedentis, & disponit idem in vtroque casu. *Tusc. littera D.conclus.323.num.1.Barbosa d.dictione, Pariter* Idq. magis adiuncta dictione, *vt supra*, paulò post subsequente, quæ est repetitiua præcedentis dispositionis. *Decian.cons.86. num.23. & seq. lib.3. Barbos. in eadem dictione num.1.* Ita vt licet Constitutio disponat, dum loquitur de non paupere, debere relaxari cum cautione, dum apponit dicta verba, *pariter*, &, *vt supra*, intelligatur reperere qualitatem superius expressam; Si cautionem habeat; sin minus dimittatur cum iuratoria cautione. *Cephal. cons.153. num.59. Osasch. decis. 164. num.13. Curtius iunior. cons. 115. num.21.* Præterea, cum verba, *si illam habeat*, modificent præstationem cautionis; natura dictionis, *vt supra*, est, vt etiam modum, & qualitates referat. *Decian. cons.84 num.15. lib.3. vbi dicit, ita declarare* De*cium in cons.227.num.3.* Rota. *decis.49 nu.2. par.1. recent.*

Neque incongruum videtur admittere non pauperem ad iuratoriam cautionem, cum certum sit, vt alibi diximus, difficillimum illi esse reperire fideiussores, & remaneat cautum creditoribus in bonis infirmi non pauperis. Si autem tractaretur de non paupere, qui haberet solam domum, quam inhabitat, vel bona infructifera, versaremur extra omnem difficultatem. Huic enim carcerato, vt dicturi sumus §. sequenti, si non sit infirmus, subministranda sunt alimenta, tanquam pauperi; multò magis medicamenta, si sit Infirmus.

23 Declara quinto, vt facilius procedat, quando adsunt bona, & soluitur interesse, vel adsunt Correi. 1546.24.Apr.Nonæ. *Facta cessione bonorum & arrendatis fructibus beneficiorum, si qua habet, pro concurrenti quantitate liberetur; & nihilominus facta obligatione de faciendo ea, quæ Vicarius voluerit, & soluat in forma pauperum.* * 1550 5. April in Sabbato Sancto. Sabell. *Fuluius. Liberetur facta obligatione per ipsum de se repræsentando ad primam Visitam etiam irrequisitus in Curia de Sabellis, in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, etiam sub pœna periurij, & amissionis fructuum Abbatia Sancta Maria in Basilicata, & crediti fructuum, & expensarum, quod habet contra Episcopum Catanensem etiam ad commodum*

cre-

creditorum, prout se obligauit. * 1567.24.Mart. Sabell. *Perusinus. Facto mandato irreuocabili in fauorem creditoris ad exigendum pensiones; & solutis nunc scutis 25. Relaxetur gratis, etiam quoad arresta.* * 1619. 18. April. Sabell. *Ascanius. Facta obligatione per ipsum de soluendo summam debitam infra annum, & quolibet semestri ratam &c. & deficiente &c. prout se obligauit &c. reseruato iure agendi contra alios obligatos, & contra Communitatem quatenus &c. in reliquis; Relaxetur iuxta formam mandati sui Iudicis gratis.* Quod procedit, si sint in solidum obligati, & cautum creditori per alios correos; secus si simpliciter promiserint; Quo casu vnusquisque pro rata parte tantū tenetur; & non est pro portione correorum creditori cautum iuxta textum *l. reos. §. cum tabulis. de duobus reis. vbi Ronchegall. Afflict. dec.* 215. *Capic. dec.* 180. *num.* 1. *Rot. dec.* 41. *num.* 6.7. *vbi bene distinguit par.* 6. *rec.*

24 Declara sexto, vt consueuerit apponi aliquando: Attento quod aliam cautionem non habeat. 1530. 2. Iun. Sabell. *Raphael. Data cautione iuratoria; attēto quod aliam non habet, de soluendo vnum ducatum auri quolibet mense vsque ad integram satisfactionem debitam haredibus de Gottifredis; Relaxetur, prout se obligauit.* * 1531. 15. Iul. Sabell. *Ioannes. Data cautione iuratoria, attento quod aliam non habet, de soluendo Iulios tres quolibet mense: Relaxetur; prout se obligauit &c.*

Est enim de iure, vt qui aliam cautionem præstare non potest ad iuratoriam admittatur, præsertim quando debitor iurat fecisse omnem diligentiam de reperiendo fideiussores, illosque non inuenisse.

25 *Guidopap. decis.* 50. *num.* 3. *& dec.* 189. *per tot.* Quæ quidem impotentia reperiendi fideiussorem iuramento probabitur, vt est textus expressus. *Auth. generaliter.* Ibi: Tactis Sacrosanctis Euangelijs affirmabit se fideiussorem dare non posse. *C. de Episc. & Cler. glos. in l.* 1. *in ver. fideiussores. ff. qui satisd. cog. Clar. recep. opin. §. fin. q.* 46. *num.* 15. *Suarez. in Thesaur. com. opin. in littera F. num.* 159. *Carp. ad Stat. Mediol. par.* 1. *cap.* 44. *num.* 56. *& seq. Henric. de fideiuss. cap.* 10. *num.* 130. *& cap.* 18. *nu.* 119.

26 Atque hoc euentu satis est, si quis iuret se credere non posse talem fideiussorem facile dare. *Alex. cōsil.* 57. *nu.* 7. *lib.* 3. *cum alijs doctè congestis per Bec. cons.* 1. *num.* 18. *Rom. cons.* 439. *nu.* 10. *Papien. pract. in form. resp. reconuen. real. in ver. debitè satisd. Et ibi add. Franc. Mar. dec.* 496. *par.* 1. *Rebuff. ad Gall. const. tit. de sent. exec. art.* 1. *glos.* 16. *Sola ad Const. Sabaud. de sent. execut. ne super deb. glos.* 3. *num.* 5. *Tiraq. de vtraque retract. par.* 1. *§.* 1. *glos.* 18. *nu.* 49. *& copiosius. Lud. Schard. de feud. par.* 10. *sect.* 20. *numer.* 296. *Surd. dec.* 141. *num.* 11. *Giurb. dec.* 4. *numer.* 34. *& seq.*

27 Declara septimo, vt facilius concedatur in casu quo debitor possit ex suis operibus satisfacere. 1531. 9. Dec. Nonæ. *Antonius. Facta obligatione de præstando operas suas ad summam decem ducatorum in commodum Cameræ Apostolicæ, attenta concordia, & longa carceratione, & paupertate; Relaxetur, prout se obligauit.* * 1533. 29. Iul. Sabell. *Diomedes Hebræus. Attenta eius senectute, & quod nisi ex eius operibus satisfaceret, moreretur in carceribus, facta obligatione per ipsum, & eius vxorem de soluendo scutum vnum singulo mēse suis creditoribus diuidendum arbitrio D. Nicolai Locumtenentis Domini Vicarij; Relaxetur; & sine licentia Domini Vicarij, seu eius Locumtenentis vlterius non capiatur.*

28 Hic nota, seni, qui æquiparatur infirmo *cap.* 1. *§. si autem Episcopus. de Cleric. ægro. in* 6. *Paris. cons.* 29. *num.* 68. *lib.* 2. *Grat. discep.* 805. *num.* 9. *& seq.* in materia carcerationis maximè

29 indulgendum esse. *Osasc. dec.* 123 *Grat. discep.* 328. *&* 506. Miserandum sanè est videre languentem senem & corporis viribus collapsum, supremæ vitæ reliquias senilibus membris, ac rugosa fronte in summo otio vix retinentem, grauibus carcerum ærumnis affligari.

30 Declara octauo, vt facilius relaxetur cum obligatione, si caueat de se præsentando, quia tunc nihil deperit creditori, vt dictum fuit supra pro Nicolao de Petra Sancta, & patet ex infrascriptis decretis. 1563. 27. Nouemb. Capit. *Ioannes Baptista. Facta obligatione per eum de soluēdo Iulios* 25. *quolibet mense, & deficiens in vna paga possit conueniri pro tota summa; & data cautione de se repræsentando toties quoties sub pœna debiti in euentum non solutionis, prout ipse promisit, & Appius de Amatis præsens etc. pro eo fideiussit; Relaxetur.* * 1625. 26. Iun. Nonæ. *Nicolaus. Facta obligatione per ipsum de soluendo infra tres menses, prout se &c. necnon data cautione de se repræsentando infra eosdem tres menses; etiam irrequisitus; & in euentum non solutionis sub pœna debiti, pro quo detinetur, ita vt per repræsentationem principalis mora purgari non possit, nec excusari à dicta solutione; Relaxetur gratis.* * 1543. 23. Maij. Sabell. *Matthaus de Bononia. Data cautione pro medietate, & pro altera medietate facta obligatione per ipsum de soluendo quolibet mense Iulios quinque, Relaxetur; & D. Alexander promisit, & idem Matthaus promisit &c.*

31 Quodque etiā in his pauperibus remittitur solutio possibilitati debitoris, quod importat conditionem, quæ probāda est à creditore. *Rot. in Narnien. Terrarum coram Manzanedo.* 6. *Febr.* 1626 *par.* 4. *rec. tom.* 3. *dec.* 639. *in Append. §.* 4. *cap.* 20 * 1548. 26. April. Nonæ. *Catherina Parmensis. Facta obligatione per eam de soluendo, quando poterit, prout se obligauit; Relaxetur.*

32 Declara nono, vt facilius concedatur in causis criminalibus, in quibus tractatur de interesse partis, vel non notabilis summæ, si constet de impotentia Rei, vt fuit factum in Visita Gratiosa 15. Decemb. 1650. Nonæ. pro Ægidio, Sancte, & Dominico fratre, & pro Francisco; Sabellis pro Nicolao, & pro Carolo; constatq. ex quampluribus decretis ad alium effectum relatis.

33 Declara decimo, vt hæc cautio iuratoria sit arbitraria Sacræ Visitæ, ita vt semper admittatur, quotiescumque concurrunt eiusmodi, propter quæ videatur admittenda, etiamsi causa sit alicuius mo-

34 menti. Non tamen admittendus est ad iuratoriam cautionem, qui alias talem cautionem non seruauit. Per hoc enim perdidit huiusmodi beneficium. *Bald. in auth. & qui iurat. in princ. C. de bon. auth. iud. possid. per illum text. Rom. in l.* 2. *in* 9. *col. ff. sol. matr. Marsil. in prax. crim. §. diligenter. num.* 105.

35 Declara vndecimo, vt concedatur longè facilius

relaxatio carcerato pauperi cum iuratoria cautione, si in actu excarcerationis soluatur pars summæ debitæ. Sed quia pauperes nec habent, quod manducent (tãtum abest vt aliquam partem debiti possint persoluere) necesse est, vt illa proueniat ex eleemosynis, & tunc magis constat de carcerati miseria. Si vero Visita aliquando in huiusmodi relaxatione sequirat consensum debitoris, de quo dubitetur, quia est absens; remittitur execusio Præsidi carcerum, qui parte dissentiente ad eam non procedit, vt infrascripto debitore scutorum nouem. 1651. 12. Mar. Capit. *Franciscus. Solutis de præsenti scutis quatuor cum dimedio, & pro residuo facta obligatione de soluẽdo suo creditori Iulios quinque quolibet mense vsque &c. & deficiens &c. prout se obligauit; Relaxetur gratis; & pro executione ad D. Præsidem.*

CAPVT IX.

De liberatione Carcerati cum cautione iuratoria & eleemosynis.

SVMMARIVM.

1 *De eleemosynis prouidet Visita pauperibus.*
2 *Eleemosynis Pij V. alias liberati carcerati.*
3 *Eleemosynis liberatus Episcopus incarceratus à Visita.*
4 *Cum eleemosynis pro parte, & cum eorum obligatione pro residuo liberantur carcerati.*
5 *Eleemosynæ deponantur penes Procuratores Caritatis, vt possit in Visita relaxari debitor.*
6 *Pro eleemosynis desideratur Caritas Sancti Nicolai Episcopi.*
7 *Pro eleemosynis desideratur commiseratio Arcesilai.*
8 *Pro eleemosynis conquirendis opus est quandoque importunitate.*
9 *Eleemosyna est opus dantis aliquid ex compassione propter Deum.*
10 *Visitatores habent præsentes ærumnosos, quibus compatiantur.*
11 *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.*
12 *Pro eleemosynis conquirendis habeant Procuratores Prælatos, & alios pios viros, ad quos recurrant.*
13 *Eleemosynæ procurentur sollicitè pro carceratis à Procuratoribus.*
14 *Misericordiam negantes Carceratis videntur negare Christum.*
15 *In eleemosynis conquirendis diligentia alias adhibita à Procuratore Caritatis, & nunc adhibenda etiam circa modum distribuendi eleemosynas.*
16 *In eleemosynis subministrandis laudatur diligentia Cardinalis Cæsij.*
17 *Eleemosynas subministrantes carceratis Cardinales & Prælati recensentur.*
18 *Eleemosynarum distributio pro alendis carceratis remissiue.*

1 Visita consulit non solum carceratis valentibus, vt per dilationem se ære alieno liberent; sed etiam miserabilibus, & impotentibus prospicit, totum debitum, pro quo detinentur, soluit, partim subministrando per se eleemosynas, partim curando, vt ab alijs subministrentur. Opus sanè præcipuę Caritatis, quo prouidetur honestati illorum, qui potius, quam in dedecus proprium, & familiæ bonis cedant, malunt in carceribus viuere, & in illis marcescerent, prout marcescere, cum clara sint verba Constitutionis proximi §. 2. Ibi: *Etsi bonis cedere non velint, non possint, nisi de omnium creditorum consensu quemquã relaxare; etiam quod illorum sit debitores nullum prorsus habere modum satisfaciendi creditoribus suis, nisi ex sudore vultus sui*, vt inferius dicturi sumus.

2 Eoq. magis est necessaria, & proficua hæc Visitæ erga carceratos commiseratio; postquam cessauerunt eleemosynæ, quibus tempore san. mem. Pij V. illorum sustentabatur inopia, vt ex quampluribus Visitæ decretis, quorum duo subijcimus. 1567. 6. Febr. Sabell. *Thomas. Solutis scutis quinque per Procuratorem Pauperum de pecunijs Sanctissimi, facta obligatione per eum de soluendo Iulios quinque quolibet mense, prout promisit &c. Relaxetur gratis.* * 1567. 19. Iul. Capit. *Gregorius. Ad D. Maceratensem, qui expediat omnes causas iuxta mentem Visitæ; & D. Laurentius Procurator Pauperum ex pecunijs Sanctissimi soluat Diamanti Senensi scuta nouem.*

3 Quam commiserationem exercuerunt DD. Visitatores in Episcopo antiquitus pro debitis carcerato, quæ carceratio, hodie non permitteretur, vt dicturi sumus infra §. 7. 1534. 3. Febr. Nonn. *R.P.D.N. Episcopus carceratus pro debito ciuili in Curia Burgi. DD. Visitatores mandarunt Procuratoribus Pauperum, quatenus nomine dictorum Visitatorum requirant, & hortentur omnes Episcopos in Romana Curia existentes, quatenus dignentur pro opera misericordiæ, attenta paupertate eiusdem Episcopi carcerati, & quod per decem menses stetit in carcere, porrigere manus adiutrices, & facere aliquam eleemosynam pro liberatione eiusdem in honorem Ordinis, & Episcopalis dignitatis, attento, quod non est captus, nisi pro restituendis certis fructibus, ad quos restituendos fuit condemnatus in causa beneficiali, & ex tunc ipsi Visitatores promiserunt soluere ratas debiti ipsos tangentes.*

4 Frequentior autem est consuetudo excarcerandi debitores soluta parte debiti ex eleemosynis, & pro alia parte facta obligatione de soluendo infra assignatum terminum à Visita. Quandoque etiam fit solutio totius debiti ex eleemosynis. 1626. 5. Mart. Sabell. *Natalitius. Stante solutione scutorum quatuor de eleemosyna, pro residuo facta obligatione per ipsum, & vxorem, cui Visita supplet, de soluendo Iulios quinque quolibet mense creditori suo vsque ad integram satisfactionem; & deficiente &c. prout Leonora vxor præsens &c. ac dictus Natalitius se obligarunt &c. Relaxetur.* * 1627. 12. Aug. Cap. *Ioannes Martinus. Aliud simile.* * 1635. 20. Decemb. Nonæ. *Aloysius Bononiensis. Solutis de præsenti ex eleemosynis Iulijs 27. & pro residuo facta obligatione per ipsum de soluendo ad beneplacitum partis; Relaxetur gratis.*

Ad effectum autem, vt in Visitatione ante discessum Visitatorum relaxari possit carceratus, pecu-

nia

niæ ex eleemosynis in Visita redactæ consignantur in manibus Procuratoris, vel Notarij Gubernatoris; & exprimitur in decreto, vt sciat creditor, quẽ adire debeat pro illarum consecutione, si sit absens in Visita. 1652. 14. Mar. Capit. *Ioannes Baptista. Solutis de præsenti scutis quinque, prout soluta fuerunt in manibus Procuratoris Caritatis collectis ex eleemosyna; & pro residuo præstita cautione & per filium de soluendo suo creditori scutum vnum quolibet mense vsque ad integram &c. & deficiente &c. Relaxetur gratis, & pro executione ad D. Præsidem, etiam auctoritate Visitæ.* Quotiescumque dubitatur de facto, vel intendunt Visitatores consensurum creditorem, non dimittitur in Visita carceratus, sed adduntur verba in Decreto, *Et pro executione ad D. Præsidem*, coram quo citato, & audito, si comparuerit, creditore, ipsi concedit mãdatum de excarcerando, si iuxta mentem Visitæ veniat concedendum; si vero dubitet, refert negocium Visitatoribus, vt vel in Visita dimittatur carceratus, vel per Præsidem iuxta eorum Visitatorum mentem expediatur.

6 Non multum esset elaborandum in huiusmodi eleemosynis colligendis, si in Christi fidelibus arderet Caritas, quæ incendebat pectus D. Nicolai 7 Episcopi; inijcerent enim clam, vt ille, pecunias per fenestras carceratorum; vel si imitarentur Arcesilaum Ethnicum. Is Apellem nobilissimum illum artificem cum paupertate conflictantem offendisset, bulgam nummis plenam clam sub puluinar eius subdidit, vt eum debitis liberaret. Verum quoniam huiusmodi munificentia vt plurimum de- 8 sideratur; & potius à nonnullis, quod non datur amico esurienti, datur improbo pulsatori, (quod paucè beneficorum dictum sit) valdè insudare debent Pauperum Procuratores pro pauperibus verecundis, impotentibus, familia grauatis propter mediocrem summam in carcere detentis; & sedulo con- 9 quirere eleemosynas tum ab ipsis Visitatoribus, tũ ab alijs pro eorum liberatione. Cumq. eleemosyna iuxta Diuum Thomam 2.2.*q.32.ar.*1. sit opus dan- 10 tis alicui aliquid ex compassione propter Deum, habent ipsi Visitatores assiduè ante oculos, quibus compatiantur; & optimè norunt, Beatum esse il- 11 lum, qui intelligit super egenum & pauperem. *Psal.*40. Illudq. præceptum *Tob.*4. legunt: *Ex substantia tua fac eleemosynam*. Quoniam vero plerumq. non sufficiunt eleemosynæ, quæ colliguntur 12 ex Visitatorum peculio, ijdem Procuratores habeant beneuolos Prælatos, præsertim ex ijs, qui aliàs carceratorum Visitationibus interfuerunt, vel hoc sanctum Visitæ opus reuerentur; necnon alios diuites pios & eleemosynas elargiri solitos, ad quos in huiusmodi causis confugere possint: Horum vacua manus non erit: nam vt Diuus Greg. 19. *moral.* dixit: *Arca cordis plena est bona voluntate.*

13 Egenis Carceratis subsidia, & eleemosynas sollicitè procurent ijdem Procuratores, perinde ac si ex illorum diligentia stomachi inopum carceratorum, & artus pellerent, & viscera confouerentur: 14 Quod si qui negent misericordiam, vt subsidium oppressis debitum, videntur negare Christum, vt ait Pelagius Papa *cap. omnis. §. qui autem. 7. q. 1.* quanto magis, illi, quorũ proprium munus est pauperum carceratorum necessitatibus animæ, corporis, & causarum assiduè inuigilare?

15 Noui ego aliàs Procuratorem Caritatis, qui stipem certam à diuersis Prælatis, & alijs probis viris colligebat singulis mensibus, quã in liberationem 16 carceratorum erogabat. Hic summopere laudabat inter cæteros munificentiam Eminentissimi Petri Donati Cardinalis de Cæsis, tunc Cameræ Clerici, quem cum sæpius adiret, numquam spe frustratus recessit: Adeo vt etiam ab alijs cum aliquando peteret summam certam scutorum monetæ, illorum loco totidem iusti ponderis auri darentur: nihil negatur, quod interprete petitur Caritate, quæ vna repulsam ignorat. His pecunijs Procuratorẽ illũ ex modicis summis, vt supra, collectis, & insimul cumulatis vniuersã Ciuitatem Dei (sic pauperũ carceratorum familiam appellare licet) perenni eleemosynarum flumine lætificantem omnes admirabantur. Non solum liberabat in Visita propter exiguam summam, sed etiam magna detentos. Inducebat creditores ad consentiendum excarcerationi debitorum, à quibus nihil se recepturos sperabant; recepta modica summa, factaq. obligatione per debitores de redeundo ad carceres per duos menses antè Visitam Gratiosam, vt si fieri posset, consequerentur eleemosynam ab Archiconfraternitate Pietatis dari solitam, commodo creditorum, eaque ratione à carceribus, ac debito omninò liberarentur: Quod si declarati fuissent incapaces illius auxilij, percipiebant creditores certam modicam summam solitam dari à dicta Archiconfraternitate Pietatis etiam exclusis à satisfactione totius debiti. Aliquid etiam à Procuratore Caritis, accipiebant, atque ita creditores excarcerationi denuo consentiebant. His alijsq. id genus modis indemnitati creditorum, & indigentijs debitorum cum dictis pecunijs consultum remanebat. Quæ dicta sunt, erunt successoribus documenta, cum in præsentia habeamus D. Ioannem Zuffum in Procuratorem Caritatis deputatum, qui ita exactè exequitur partes suas, vt in eo nil desideretur. Est enim Sacerdos valde pius, abhorrens à muneribus, omni probitate insignis, prudentia præclarus; non tantum Philosophia, & Theologia dotatus; sed Canonici, ac ciuilis Iuris haud mediocriter peritus, in subleuandis pauperum Carceratorum necessitatibus vigilantissimus, subtilisque inuestigator defensionum ad liberationem: cui etiam alio titulo carcerati omnes, & carcerandi multum mecum debent, cum illius studium non parum mihi profuerit in edendo hoc opere, sine quo fortè vires mihi in hac ætate mea non suffecissent. Gra- 17 tias præterea Deo referamus quam maximas, qui his quoque temporibus suscitauit Ecclesiasticos Principes, & Prælatos adeo Pios, vt numquam incassum ab eis eleemosynæ petãtur; immò ipsi multoties anteuertunt petitionem, illasque spontè offerant. Inter cæteros (sunt enim quamplures, quos omnes nimis longum esset recensere) Eminentissimi DD. Cardinales, Pamphilius, & Homodeus, dum in minoribus fuerunt Carcerum Præsides; Eminentissimus D. Cardinales Lomellinus, dum fuit Vrbis Gubernator, & Illustriss. DD. Farnesius, & Laurentius Imperialis pariter Vrbis Gubernatores; Caffarellus Auditor Cameræ, & Caracciolus Cameræ Decanus, dum fuit Carcerum Præses.

Hactenus recensitæ sunt eleemosynæ consuetæ, & ordinariæ: vt taceam eas, quas extra ordinem fieri persæpe videmus: in quibus celebrandis charta citius, quam scribendi argumentum deesset. Quare nihil dicam de Eminentissimo, & Reuerendissimo Cardinale Carolo Mediceo S. Collegio Decano, qui nuper haud paruam pecuniæ vim captiuis liberandis contulit, quotquot ob minorem triginta scutorum summam detinebantur. Præteribo Eminentissimum Cardinalem Barberinum, Caritatis Protectorem, qui profusissimas varijs in locis, & operibus eleemosynas liberalitate sua indecoras arbitratus, nisi loculos vni Prælatorum, qui carceribus visitandis intererat, apertos tradidisset, vt nunquam deficeret quod pauperibus, & egenis liberandis impenderetur. Tenuit hunc morem semper, quamdiu Vrbanus VIII. fel. mem. patruus ipsius ad clauum Ecclesiæ sedebat: Magnũ imitatus Alexandrum, qui, vt supra narrauimus, milites suos, quod alieno æri soluendo non essent, mœstos conspicatus, decem mille talentis eorum debita dissoluit. Nec referam denique Eminentissimum Cardinalem Antonium Barberinum Protectorem Pietatis, qui præter dimensum menstrui ad instar stipendij egenis in carcere detentis attributum, maximam vim pecuniæ sub festa Natalitia, & Paschalia, liberationi eorum, vna cum Pietatis Archiconfraternitate, erogare consueuit.

18 De alia distributione eleemosynarum, quæ fit pro alendis carceratis, diximus supra lib. 2. §. 24.

CAPVT X.

De solutione facienda à Carcerato.

SVMMARIVM.

1 *Solutio dicitur, quæ per dinumerationẽ pecuniæ fit.*
2 *Solutio permittitur in moneta diuersæ qualitatis.*
3 *Moneta vna pro alia ex consuetudine solui potest.*
4 *Moneta ex ære adinuenta pro rebus minutis solui non potest.*
5 *Solutio aliquando reducitur ad minorem summam.*
6 *Impossibilium & valde difficilium nulla est obligatio.*
7 *Fructus aliquãdo soluendi sunt ex decreto Visitæ.*
8 *Fructus debentur ex pretio rei fructiferæ etiam absque mora.*
9 *Solutio admittitur compensatiua seruitij præstandi.*
10 *Compensatio ipso iure extinguit debitum.*
11 *Debitor etiam ante LL. XII. Tab. operas præstabat creditori.*
12 *Debitor Iudicis arbitrio tenetur seruire creditoribus in Hispania.*
13 *Debitori creditor perpetuò pignori dari nõ potest.*
14 *Compensatio non admittitur in tributo.*
15 *Compensatio non admittitur ad fauorem Depositarij.*
16 *Compensatio non admittitur pro debito iurato extra Visitam.*
17 *Compẽsatio à Visita admittitur pro debito iurato.*
18 *Solutionem admittit Visita in bonis.*
19 *Solutio largè dicitur omne genus satisfactionis.*
20 *Solutio admittitur in assignatione crediti.*
21 *Assignatio crediti habet vim cessionis & traditionis.*
22 *In solutum dari possunt bona debitoris cum tertia parte pluris, vt habet Statutum Vrbis.*
23 *Bonorum assignatio in pluribus admissa est pro solutione, etiamsi de partibus sit creditor.*
24 *Roma communis Patria.*

DE soluendo infra certum tempus assignatum. Verba sunt §. 1. Constitutionis quam declaramus.

1 Hanc solutionem faciendam esse in pecunia numerata dicendum est. Verè enim solutio illa dicitur, quæ per dinumerationem pecuniæ fit. *l. solutã. de sol. & l. vlt. & ibi glos. vers. naturaliter. C. ad exhibendum. Rol. cons. 53. num. 44. lib. 1. Osasc. decis. 92. num. 28* licet largè & impropriè omne satisfactionis genus comprehendat *l. solutionis. 54. de sol. Ciriac. controu. 362. à num. 18. 19. 20. cum seq.*

2 Declara primo, vt aliàs permissa fuerit solutio in moneta diuersæ qualitatis. 1597. 21. Aug. Sabell. *Martha ad cuius fauorem fuit decretum in alia Visita sub die vltima Iulij ad quod &c. Domini decreuerunt, quod scuta viginti debeat soluere hoc modo, scilicet scuta decem in principio cuiuslibet semestris; videlicet partes duas in argento, residuum vero in tot quatrenis, & in reliquis maneat decretum alias factum vt supra.* Nam licet ex ge-

3 nerali consuetudine vna moneta pro alia solui possit. *Bart. in l. Paulus. num. 3. & 4. de sol. Surd. cons. 335. num. 11. & seq* non tamen solutiones huius-

4 modi in moneta ex ære, quæ solum ad res minutas emendas adinuenta est, fieri possunt. *Castr. in dicta l. Paulus. num. 3. de sol. Thes. in addit. ad dec. 174. in fine. Guttier. in pract. 99. lib. 2. q. 179. incipien. Quæstio iucunda. Franch. dec. 508. & ibi add.*

5 Declara secundo, vt aliquando reducatur solutio facienda ad maiorem summam. 1544. 5. April Nonæ. *Baptista. Moderando decretum alias factum in Curia Capitolina reduxerunt ad scuta decem, quibus solutis, Relaxetur.* * 1562. 12. Nou. Nonæ. *Vincentius Neophyta. Attento quod hactenus seruauit decretum, & est grauatus inutili familia, Domini reduxerunt summam solutionis singulo mense fiendæ ad Iulios quindecim.* Impossibilium

6 enim quibus valde difficilia æquiparantur. *cap. breui. de iur. iur. DD. in l. cõtinuus. §. cum quis. de verb. oblig. Far. in frag. verb. difficultas. num. 143. vbi multos allegat.* nulla obligatio est. *l. impossibilium. 145. de reg. iur. idem Far. quamplures allegans. cit. ver. difficultas. num. 144.*

7 Declara tertio, vt iniungatur aliquando obligatio soluendi etiam fructus. 1578. 13. Febr. Sabell. *Matthæus. Data cautione de soluendo debitum pro quo detinetur creditori suo infra quatuor menses proximos, & interim de soluendo fructus ad rationem scutorum septem pro centenario; Relaxetur.* Quod procedit in eo pro quo legitimè percipiuntur fructus; cuiusmodi est pretium rei de sua natura

8 fructiferæ venditæ & traditæ; pro qua ex æquitate *l. curabit. C. de act. empt.* permittũtur fructus, etiam non data mora in fructuum, quos percepit emptor com-

compensationem. *Cou.resol.4.num.2. & seq. lib.3. Mantic.de Tacit.lib.4.tit.24.num.5.*

9 Declara quarto, vt admittatur etiam solutio cō-
10 pensatiua seruitiorum præstandorum. Compensatio enim Ipso iure extinguit, sicut solutio. *l debitor qui potior.in pig.Surd.cons.246. num.12. Rot.decis. 374.num.29.par.5.recen.Tindar.compensat.art.6. num.50.fol.126.* Visita autem huiusmodi seruitiorum compensationem crediti frequenter admittit. 1537.13.Mart. Capit. *Thomas de Aretio. Teneatur seruire ad instantiam creditoris donec sit satisfactus creditor sub pœna triremium, non obstantibus statutis artis, nisi malit Dominus, cui seruit, quod obliget se de soluendo qualibet hebdomada Iulios duos; Relaxetur.* * 1540. 4.Mart. Sab. *Ferrantes Neapolitanus. Relaxetur facta obligatione per ipsum sub pœna triremium de laborando duas horas pro Michaele Rosetto singulis diebus argentum per ipsum consignandum vsque ad currentem quātitatem debiti, vt iurauit &c.* * 1556.22 Octob. Capit *Octauianus. Aut caueat de se repræsentando sub pœna debiti, aut mittatur ad laborandum ad propugnacula Vrbis, donec fuerint satisfacti creditores, & relaxetur.* * 1567.23.Oct. Nonæ. *Bernardinus Murator. Facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties sub pœna centum, & de permanendo ad seruitia creditoris, & eidem inseruiendo vsque ad integram satisfactionem creditoris, prout promisit, Relaxetur gratis etiam quoad arresta.* * 1568.1.April.Sabell. *Aloysius. Facta obligatione per ipsum de inseruiendo creditori, & excomputando medium scutum singulo mense, sub pœna triremium, prout promisit, Relaxetur gratis.* * 1589.19.Octob.Capit. *Antonius. Facta obligatione per ipsum de inseruiendo creditori suo vsque ad integram ipsius creditoris satisfactionem, & quatenus sit culpa ipsius creditoris, facta obligatione per ipsum de soluendo Iulios quinque pro quolibet mense, prout se obligauit, Relaxetur gratis.*

11 Ante leges quoque duodecim Tabularum obseruabatur, vt debitores in seruitute operas præstarēt, donec creditoribus esset satisfactum. Quod ostendit Quintilianus.*lib.8.orat.instit.cap.4* his verbis: *Circa propria; ac differentias magna subtilitas: vt cum quæritur an addictus, quem lex seruire, donec soluerit, iubet, seruus sit.* Ita hunc locum inducit Menoch. *de arbitr.cas.183.num.2.* vbi subiū-
12 git: *In Hispania ex Regni legibus sancitum esse, vt debitores Iudicis arbitrio seruiant creditoribus, donec illis satisfactum sit.* Et allegat *Couar.var resol.cap.1.num.5.*

13 Licet autem sublatus sit rigor, & durities per quam debitores morosi creditori perpetuo pignori dabantur per textum *in l.ob æs. & Auth immò. C. de act.& oblig.* Non tamen est sublatum, quin liber homo possit se submittere ad creditori inseruiendum, donec ei fuerit satisfactum. *cap.ex rescripto.de iureiur.Couar.cit.cap.1. num.1. ver. vnde à plerisque lib.2.*

14 Illud obseruandum compensationem nō admitti in tributo. *l.aufertur. §.vt debitoribus. ff.de iure fisc. latè Ludou Montalt. de reprobat sententia Pilati. num.42.fol.184.* Immò neque admittitur in
15 odium Depositarij. *l fin. circa fin.C.de compensat.* multo minus in odium excommunicati. *Bart. Brixiensis.Quæstionum venerialium q.33.nu 2 fol.68.* Neque ad compensationem admittitur qui iurauit soluere. *cap.ad nostram.de iureiur. Alex. cons.91. vol.2 vbi dicit communem sententiam. M.Ant.Bauerius.de virt iuram.n.49 fol.49.* licet aliter fiat in
16 Visita, à qua admittitur compensatio etiam pro debitis iuratis, vt ex supradictis decretis constat.

17 Declara quinto, quandoque in tot bonis loco pecuniæ admittatur solutio. Largè enim accepta
18 solutio omne satisfactionis genus comprehendit. *l. solutionis.de solut. Cyriac.contr.362. num.18.& seq.* vltra ea, quæ diximus supra cap.5. num.14. 1528.6 Iun. Sabell. *Blasius. Data parte vineæ in solutum iuxta communem æstimationem pro quātitate debita cum obligatione de retrouendendo infra biennium pro eodem pretio; Relaxetur: Etsi fuerit euicta, stet prima obligatio, cum hoc quod frater consentiat.* * 1528. 4 Iul.Sabell. *Tiberius. Consignatis bonis ad summam debiti, & data cautione de euictione; Relaxetur.* Dicta die. *Georgius. Cōsignatis creditori bonis ascendentibus ad summam debiti cum pacto de retrouendendo, prout ipse habet à suis creditoribus; Relaxetur.*

19 Aliquando etiam cum sola assignatione crediti,
20 seu rei facta fuit relaxatio. Assignatio enim habet vim cessionis, & traditionis. *Clem. vlt. §.pen ibi. cæteri vero Religiosi. de vit.& honest.Cler.Rot.decis.130.nu.6. par. 5. rec.* quæ vim solutionis habet *l. si mandato meo § quod mihi debebas.ff. mand. Surd.cons.145. per tot. Rot.dec.392. nu.19. par.5. rec.*1563.4 Febr.Capit. *Franciscus Facta cessione crediti quod habet cum Francisco Fracasso, & in euentum in quem non possit exigi, facta obligatione de soluendo scutum vnum quolibet mense vsque integram satisfactionem dicti crediti, & data cautione per Vercellinum de soluendo scutum vnū quolibet mense vsque ad summam scutorum triginta: Relaxetur gratis.* An autem creditum seu nomen debitoris computandum sit inter mobilia, vel immobilia, habes apud Bart. *in auth. hoc ius porrectum num 21. vers ista quæstio. C.de sacros.Eccles.* 1625.2.Iun Capit. *Petrus Romanus. Facta per debitorem assignatione canneti cum consensu vxoris legitimè præstando, pro pretio æstimando cum tertia parte pluris, iuxta formam Statutorum Vrbis ad fauorem creditorum, & data cautione in euentum impedimenti de se repræsentando; Relaxetur.* Idem decretum fuit factum mense Maij 1624. in Visita, non obstante quod carceratus ante carcerationem adita Signatura Sanctissimi idem petijsset, & Sanctissimus nihil rescripsisset. Visita autem ita decreuit, præsertim quia pretium à carcerato soluendum erat reinuestiendum. Fuit tamen ob reuerentiam ante executionem decreti factum verbum cum Sanctissimo, qui annuit. Valet
21 enim statutum, vt creditor, qui cogitur recipere bona in solutum, loco pecuniæ recipiat à Iudice in solutum tantum de bonis debitoris, quantum ascē-dat ad quantitatem sibi debitam, & tertiam partem vltra, vt habent formalia verba ipsius Statuti Vrbis *cap.93. lib.1. Plot.in l.si quam. num.490. C.vnde vi. Thes dec.158. & Thes sun. q.58. num.1. lib.1.* quod & pacto fieri licitum est; nisi versemur in mutuo, in quo quod datur vltra sortem semper vsura est. *Surd.dec.259.num.13. vers.cum ergo.*

23 Hæc, quæ dixi, adeo recepta sunt, vt cum assignatione bonorum etiam in partibus (præsertim quando creditores sunt eiusdem regionis) aliquando sit facta excarceratio: non solum quia Roma est com-
24 munis Patria. *l. Roma ad municip. Far. q. 27. nu. 12.* sed etiam quia creditor, & debitor erant eiusdem regionis, & forenses; atque intuitu illorum bonorum videntur contraxisse. *Dec. cons. 75. ante nu. 2. vers. 8. & vltimo. lib. 1. Surd. cons. 411. num. 129.* 1548. 26. Iul. Nonæ. *Ambrosius de Mediolano. Datis bonis in solutum pro concurrenti quantitate in partibus in loco de Lonate Francisco Donati Nouariensi creditori, prout ex nunc dat, & Visita supplet omnes defectus; Relaxetur, & extendatur Instrumentum in ampliori forma Cameræ, prout iurauit &c. cum termino quattuor annorum ad redimendum.* * 1552. 8. Decemb. Nonæ. *Ioannes Bergomensis. Facta obligatione per eum de soluendo, obliget bona sua de partibus, & constituat Procuratorem creditorem suum ad vendendum de dictis bonis in euentum non solutionis vsque ad integram satisfactionem, prout se obligauit; & constituit Syluestrum Locatellum præsentem;* Relaxetur. * 1607. 9. Aug. Nonæ. *Camillus facta indicatione, & assignatione bonorum in partibus Etruriæ existentium, & constituto Procuratore irreuocabili ad fauorem creditorum suorum;* Relaxetur *gratis.* * 1597. 26. Iun. Capit. *Iulius Romanus. Facta ante omnia assignatione crediti scutorum quattuor millium depositorum in* Banco DD. de Ruspolis, *nec non crediti aliorum scutorum mille in circa ad quamcumque summam ascendat contra hæreditatem Domitij eius fratris, ac etiam assignatis fructibus omnium, & quorumcumque bonorum subiectorum fideicommisso; & facta obligatione per ipsum nihilominus de se repræsentando ad omne mandatum Domini sub pœna debiti, prout se obligauit; Relaxetur, etiam quoad arresta ciuilia, facta aliquali recognitione arbitrio Domini Iudicis quoad executionem Birruariorum de scutis quatuor;* Relaxetur.

§. II.

RELAXATIO PRÆSTITO CONSENSV SVBHASTATIONI BONORVM.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatur debitor* præstito consensu subhastationi bonorum.
2 *Indicatio bonorum facienda de iure, & ex Constitutionibus* à præstante consensum subhastationi bonorum.
3 *Indicatio bonorum facta minus fideliter non suffragatur.*
4 *Relaxatio*, præstito consensu, *est conformis iuri communi.*
5 *Debitor pauper non potest cogi nisi ad bona, si non habeat pecuniam ex* Auth. hoc nisi. C. de solut.
6 *Debitor tenetur ad bona, si non habet pecuniam, etiam si debitum sit iuratum.*
7. *Caro humana nõ debet marcescere in Carceribus.*
8 *Carceratio species est seruitutis.*
9 *Debitor ad seruitutem non potest se astringere.*
10 *Debitor olim tenebatur creditori seruire.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 RELAXARE possint debitorem, qui licet non habeat pecuniam in promptu, habet tamen tot bona, ex quorum venditione potest creditoribus satisfieri, & ex tunc consensit eorumdem bonorum subhastationi: & Visitatores hoc faciant, facta prius per debitorem indicatione bonorum suorum, ac data cautione de se repræsentando in eisdem statu & terminis in quibus carceratus reperitur, in casu impedimenti, vel quod bona non sufficiant. Et si bona sufficiant, nec bonis cedere velit, neque biretum viride deferre; nonnisi de omnium creditorum consensu, quemquam relaxare possint. Denique seruetur etiam quod clarum sit debitores nullam prorsus habere modum satisfaciendi creditoribus suis, nisi ex sudore vultus sui.

2 HVcusque sunt verba Constitutionis LXVIII. Pij V. Paulus V. in sua Cõstitutione LXXI. §. 24. addidit hæc, quæ sequuntur: *Facta prius per debitorem indicatione bonorum suorum*; etiamsi de de iure subintelligerentur. In similibus terminis docet. *l. pen. vbi glos. & Bart. de cess. bon. Brun. cum alijs per eum adductis. quæst. 5. princ. nu. 1. Put. de Syndicat. §. pone quod commissa. ante finem.* Si vero
3 non omnia bona fideliter indicet debitor, ab hoc beneficio excluditur. *Brun. d. q. 5. & alij cit.*
4 Hæc facultas concessa Visitatoribus est conformis iuri communi cum pro ciuili debito quis carceribus mancipari non possit, nisi prius excussis mobilibus, deinde stabilibus, postea iuribus, & actionibus. Ad not. *in l. à Diuo Pio. §. in venditione. de re iudic. glos. in l. 3. §. tutores. vers. vinculis. de susp. de tut. Cou. cap. 1. num. 2. lib 2. var. resol.*
5 *Surd. cons. 561. num. 27.* Nam creditor pecuniarius ob inopiam debitoris non valentis soluere in pecunia, tenetur recipere tot bona. *Auth. Hoc nisi. C. de solut. Hond. cons. 18. num. 25. & seq. nu. 43.*
6 *lib. 1.* vbi dicit procedere etiamsi debitum sit iuratum, præsertim quando impotẽtia debitoris superuenit post contractam obligationem, & iuramentum,

tum. Ibidem. *num.44. Rot. in Bononien. Dotis. coram Lancell. 26. Febr. 1601.* & huicd versum non intrare d. Auth. hoc nisi. quia non concurrebant requisita. De qua materia tractat etiam *Thes. decis. Pedem. 153. & Hond. d. cons. 18. ex num. 25. lib. 1. lim. 3. num. 6. & 7. & seq.*

7 Hinc est quod huiusmodi facultas indicandi bona, & cauendi, vt supra, facile fuerit à Visita concessa, quia caro humana, vt alius diximus, non debet marcescere in carceribus. *Ioseph. Lud. decis. Per. 64. nu. 6. & 9.* præsertim cum carceratio iniuriam personalem inferat. *Far. q. 27. num. 134.* & sit species torturæ. *Hond. cons. 102. num. 56. lib. 1.* aliaque quamplura mala secū afferat; Qui habet bona, quæ possint subhastari, nō debet carcerari. *Viu. com. opin. 186.* per text. in *l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iud. cap. peruenit de fideiuss.* Atque hoc ma-

8 gis quod carceratio sit species seruitutis. *l. 2. de liber. hom. exhib.* ad quam debitor nostris tempori-

9 bus non potest se astringere. *l. nec si volens. C. de liber. caus. Manzon. de caus. exec. q. 1. num. 11.* prout

10 olim debitor tenebatur creditori seruire. *l. ob æs. C. de act. & oblig. & cap. lator. de pign. Sola de exec. caus. pers. glos. 3. num. 10. & 11. Menoch. de arb. cas. 183. num. 3. cum seq. Thes. d. decis. 13. num. 12. & seq.*

CAPVT I.

De circumspectione adhibenda in admittendo debitorem ad præstationem consensus subhastationi;

Et,

Quomodo antiquitus obseruatum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio*, præstito consensu subhastationi, *cautè concedenda.*

2 *Fideiussio est solutionis securitas.*

3 *Relaxatio*, præstito consensu subhastationi, *danda in quantum probabiliter adsunt bona, & cautum est fideiussione.*

4 *Relaxatio*, præstito consensu subhastationi, *est cessio particularis bonorum.*

5 *Relaxatio*, præstito consensu subhastationi, *liberat à personali, & reali executione; cessio à personali tantum.*

6 *Relaxatio antiquitus consueta loco præstationis consensus subhastationi à Visita, cuius decreta referuntur.*

1 NEmo tamen putet stantibus supradictis esse promiscuè, & indiscriminatim procedendū ad huiusmodi Visitæ prouisionem. Non enim decretum carcerato, vt relaxetur, præstito consensu subhastationi, etiamsi ipse instet pro eiusmodi Decreto, promiscuè faciendum. Multa namque debent concurrere, vt apparet ex verbis d. §. 2. Sed cautè agendum. Aliquando enim hoc decreto abutuntur carcerati indicando bona, pro quibus, vel non inuenitur emptor, vel sunt supra valorem onerata ære alieno, ita vt creditor ex eis nihil recuperare possit. Præsertim quia ex tali consensu debitoris parum commodi consequitur creditor, qui habet debitorem in forma Cameræ obligatum, adeoque absque tali consensu habeat executionem realem, personalem, & ius subhastandi. Cæterum vtilitas haud exigua creditori accidit ex fideiussore, qui in casu quo bona debitoris non sufficiunt, vel non sunt libe-

2 ra, supplere de proprio debet. Fideiussio enim est solutionis securitas. *l. 1. qui satisd. cog.* quam expedit creditori habere. *Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 1.*

3 Atque ob eam rem fit vt talis facultas concedendi liberationem à carceribus, præstito consensu, catenus videatur adhibenda, quatenus probabiliter bona sunt sufficientia, & facilia ad subhastationem; & in subsidium per fideiussorem est cautum: alioquin

4 debitor non admittitur nisi facta cessione bonorum in forma; attento quod ista præstatio consensus reuera non sit nisi cessio bonorum, licet impropria, & particularis pro concurrenti quantitate tantum; non vniuersalis omnium, & quorumcumque bonorum, & de melioribus dumtaxat. *d. Auth. hoc nisi. vers. quam debitor habet meliorem. C. de solut. Mustell. d. glos. adiudicantur. num. 29. Cyriac. d. controu. 393. num. 28. Manzon. d. limit. 3. num. 6. & 8.* & hoc remedium liberat debitorem à reali & persona-

5 li executione; cessio vero bonorū à personali tantum. *l. 1. C. de cess. bon.* ita vt si perueniat ad pinguiorem fortunam, deducto (*ne egeat*) satisfacere debeat. *Giurb. dec. 4. num. 20.*

6 Olim consueuit Visita decreta in hoc genere admodum diuersa facere. Ea subijcienda censui; maximè: quia non sunt ligatæ manus Visitatorum, quin possint eadem hodie quoque facere, si aliquando ipsis opportunum visum fuerit. 1528. 23. Dec. Nonæ. *Michael. Facta obligatione de Domibus, quas possidet, remanente sibi illa, quam inhabitabat, nisi satisfaciat infra duos menses, ex nunc consensit venditioni; Relaxetur: qui sponte &c. obligauit omnes suas domos, & consensit venditioni illarum, nisi satisfaciat infra duos menses, vt supra; pro quibus &c. se obligauit &c.* Dicta die. *Raphael. Solutis quindecim ducatis infra decem dies, & residuum infra tres menses sub cautione idonea in forma depositi, vel assignata domo ex nunc in solutum, & creditor, si voluerit eam reuendere, præponat dictum debitorem omnibus alijs illam emere volentibus; relaxetur.* Quia vero ille Raphael carceratus non inueniebat cautionem pro euictione domus, succurrit illi Visita, vt infra. 1529. 7. Ian. Nonæ *Raphael. Intimetur creditori, qualiter Raphael carceratus non habet modum dandi fideiussionem de euictione domus secum stipulata; & quod nisi capiat domum illam absque fideiussione, relaxabitur sub obligatione primi decreti.* * 1529. vlt. Aug. Sabell. *Camillus. Consignatis bonis æquiualentibus, & quarto pluris iuxta formam statutorum ad iudicium peritorum, & obligatis etiam alijs bonis pro arrestis; Relaxetur.* * 1529. 24. Dec. Nonæ. *Iacobus. Creditores habeāt terminum vsque ad primam Visitam ad se informandum de bonis suis, & ad deliberandum, quæ bona velint in solutum, & interim fiant bānimenta, si quis prætendit habere ius, quod*

com-

comparet in Visito, quo adueniente, bona consignabuntur in solutum, non obstantibus eorum creditis; & intimetur decretum creditoribus. * 1540. 22.Ian. Sabell. *Baptista Bononiensis. Facta cessione bonorum vsque ad cõcurrentem quantitatem; Relaxetur.* * 1544.22.Non.Nonæ. *Loretus. Data cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo quo ad ciuilem; quo vero ad homicidium, stante sententia absolutiua, Relaxetur: & præsens decretum habeat locum etiam quoad Bernardinum eius fratrem in Curia de Sabellis.* * 1565. 4.Aug. Capit. *Georgius. Data cautione de se repræsentando toties, quoties, & sub pœna debiti, per Ioseph, seu alium æquè idoneum; & data pro maiori cautela apocha crediti, quod habet cum Geruasio in manibus Capitanei Antonij, qui Capitaneus Antonius possit exigere dictum creditum per se, vel mediante persona ipsius Georgij pro concurrenti quantitate: quem Capitaneum Antonium ex nunc dictus Georgius constituit Procuratorem irreuocabilem ad exigendum, vt supra, Relaxetur gratis: & hoc sine præiudicio quorumcumque iurium suorum, & hypothecarum.* * 1569.14.Iul.Capit. *Iulius. Constituto Procuratore reperibili, & acceptante in Vrbe, & data cautione, quam de iure potest, de se repræsentando toties, quoties sub pœna debiti, & facta obligatione per eum de soluendo debitum in euentum, quod sententia contra eum lata per D. Camerarium Riparum fuerit confirmata per D. Gubernatorem; Relaxetur gratis.* * 1569.15.Dec. Nonæ. *Franciscus. Constituto quod concordauerit maiorem portem creditorum suorum respectu summa, & data cautione sub pœna debiti de redeundo ad carceres, & se constituendo in eisdem statu, & terminis infra tres menses proximos, etiam irrequisitus, nisi concordauerit reliquos eius creditores, Relaxetur: & interim constituat Procuratorem etiam irreuocabilem ad vendendum quæcumque eius bona, ad effectum integrè satisfaciendi alijs eius creditoribus.* * 1567.23.Dec. Nonæ. *Hieronymus. Data cautione scutorum trium millium de se repræsentando toties quoties, & ad omne mandatum D. Auditoris Cameræ, & facta pariter obligatione per eum de se repræsentando, vt supra, sub pœna debiti, & alijs pœnis arbitrio eiusdem D. Auditoris Cameræ; necnon facta ex nunc cessione bonorum suorum in fauorem creditorum, in euentum non repræsentationis, prout ex nunc cessit omni meliori modo, ac promisit, & se obligauit repræsentare, vt supra, sine præiudicio iurium Fisci & Cameræ;* Relaxetur. * 1563. vlt.Iul. Nonæ. *Bertus. Attento consensu per ipsum præstito, etiam medio iuramento, quod eius bona per Curiam apprehensa assignentur eius creditoribus pro competenti pretio, vel subhastentur, & vendantur, & illorum pretium ipsis creditoribus assignetur, facta obligatione per ipsum de se repræsentando toties, quoties sub pœna residui debiti prout se obligauit; Relaxetur gratis.*

Declara, vt olim aliquando non concederetur à Visitatoribus, nisi sub beneplacito Sanctissimi talis facultas, de qua agitur, consentiendi subhastationi. 1571.25.Ian. Sabell. *Ioannes Baptista. Præstito consensu subhastationi, & deliberationi, & adiudicationi bonorum, necnon præstita cautione idonea de se repræsentando toties, quoties sub pœna debiti, pro quo detinetur, habito prius verbo cum Sanctissimo Domino Nostro, & quatenus Sanctitati Suæ placeat; Relaxetur.*

Cæterum tam superiori, quam nostra ætate fuit ex aliqua parte recessum à præscripta forma *d.C. cap.2. Constitut. Pij V. & Paul. V.* prout visum est Visitatoribus, qui pro diuersitate casuum vsi sunt ijsdem facultatibus vt olim. Non insisto in recensendis alijs casibus antiquis; sed deuenio ad explanationem verborum capituli suprascripti, in qua etiam recensebo prisca decreta, prout se obtulerit occasio.

CAPVT II.

Quibus casibus sit recessum à præscripta Forma consentiendi bonorum subhastationi.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio* præstito consensu subhastationi, *non datur si non adsint bona, sed eius loco cessio, quatenus reperiantur bona.*
2 *Relaxatio,* præstito consensu subhastationi, *fit aliquando cum cautione de partibus.*
3 Relaxatio *loco præstationis consensus subhastationi fit cum cessione rei, seu crediti remissiuè, & quid de cessione crediti, quatenus possit exigi.*
4 *Carceratio longa, & persona maceratio facit recedere à solita forma relaxandi.*
5 *Carceratio longa, & Infirmitas iuuant in Ciuili, & in Criminali.*
6 Relaxatio *fit ob longam carcerationem cum sola assignatione bonorum.*
7 *Repræsentato debitore, & relaxato declaratur haberi pro non relaxato respectu fideiussoris, qui illum repræsentauit, vt in decreto Visitæ.*
8 *Relaxatio,* præstito consensu subhastationi, *conceditur aliquando cum adimplemento aliarum conditionum.*
9 *Notarius recipiens fideiussorem, tenetur de proprio, si non sit idoneus.*
10 Relaxatio *fit cum deposito mobilium loco præstationis consensus subhastationi, vt in decreto Visitæ.*
11 Relaxatio, præstito consensu subhastationi, *cum reseruatione alimentorum, ex decreto Visitæ.*
12 *Alimenta negare est necare.*
13 *Alimenta de proprio debentur debitori.*
14 *Alimentis non obest sequestrum, sed pro illorum rata relaxatur.*
15 *Relaxato debitore* præstito consensu subhastationi, *& non apparentibus bonis, si superueniant, fideiussor non est molestandus: idem dicendum, si bona essent fideicommisso subiecta.*
16 *Exceptio peremptoria superueniens prodest reo etiam pendente iudicio contra fideiussorem.*
17 *Relaxatio,* præstito consensu subhastationi, *quibus casibus concessa cum obligatione loco cautionis à Visita.*
18 *Relaxatio,* præstito consensu subhastationi, *quo casu*

casu admissa etiam in causis criminalibus.

19 *Beneficiatus loco praestationis consensus subhastationi consensit pro fructibus reseruato sibi victu: & ad hoc quamplura Visitæ decreta referuntur.*

20 *Clericus non debet mendicare in contemptum ordinis.*

21 *Beneficiato vltra victum data sunt etiam vestes à Visita.*

22 *Beneficiatus prouidet aliquando cum resignatione beneficiorum creditoribus ex decreta Visita.*

23 *Beneficiatus debitor pro pensione prouidere debet, si alias non valeat soluere, resignatione beneficij.*

24 *Debitores foro cedere qui dicantur.*

25 *Creditorum maiore parte consentiente diuiduntur per Pratorem bona inter creditores.*

26 *Officia quadam sunt in Curia liberaliter tributa.*

27 *Officia venalia fructifera sunt in dominio Principis. nec vendi, sed resignari possunt.*

28 *Officiorum resignatione prastito consensu conceditur relaxatio habentibus officia fructifera venalia.*

29 *Mercator est qui mercibus lucrum quarit.*

30 *Mercatar quod lucrum recipere debeat, vt sit rationale.*

31 *Mercatar fuit relaxatus depositatis libris, & constito auctore, ex decretis Visita.*

32 *Nomina debitorum ratione laboris, & periculi minus astimantur pecunia numerata.*

33 *Relaxatio quandoque concessa cum sola assignatione pensionum domus, seu bonorum.*

34 *Subhastatione, post prastitum consensum à debitore, impedita, vel bonis non sufficientibus, agitur contra fideiussorem.*

35 *Verba*, In casu impedimenti, *Et*, quod bona non sufficiant, *sunt conditionalia.*

36 *Verba*, In casu impedimenti &c. *actionem contra fideiussorem suspendunt.*

38 *Relaxato debitore* præstito consensu subhastationi, *debet creditor discutere bona antequam fideiussorem conueniat.*

38 *Relaxato debitore* præstito consensu subhastationi, *si non inueniatur oblator, non potest agi contra fideiussorem.*

39 *Fideiussionis verba sunt intelligenda.*

40 *Iudicatis bonis, non inuento oblatore; creditor tenetur illa capere ad iustam astimationem!*

HAbet tamen tot bona, ex quorum venditione potest creditoribus satisfieri. Sunt verba d. §. Const. Pij V.

1 Declara primo, vt si non appareat extare bona debitorum carceratorum, relaxentur quandoque post diuturnam carcerationem cum cessione; quatenus reperirentur bona, & cum obligatione desoluendo, necnon cum cautione de se repræsentando toties, quoties, quod est proprium remedium d. Auth hoc nisi. C. de solut. *Fran. dec.* 81. Quapropter fuit factum decretum. 1534. 18. Iul. Sabell. pro Iulio; quod habes supra. *cap. pracedenti num.* 6. ac aliud etiam infrascriptum, de quo alias. 1624. 23. Maij. Capit. *Assignatis scutis quadraginta ex pensione scutorum* 50. *& prastita consensu exigentia, & in euentum, quod non sit exigibilis, vel alicuius impedimenti, data cautione de se repræsentando sub pœna debiti; Relaxetur.*

2 Declara secundo, vt cautio de repræsentando aliquando admissa fuerit de partibus. 1589. 7. Sept. Sabell. *Iacobus Antonius. Praestito consensu subhastationi, & deliberationi bonorum; & data cautione de se repræsentando etiam in partibus, toties, quoties, in euentum impedimenti; & quatenus bona non sufficiant; Relaxetur: & interim ad Dominum de Sabellis.*

3 Declara tertio, vt loco indicationis bonorum, fiat quandoque assignatio, seu cessio rei, aut crediti, vt dixi supra. §. 2. cap. 2. Quibus addo debitorem cedentem in solutum nomina debitorum, cum pacto reficiendi pecunias, quæ à debitoribus cessis non potuerint exigi, non conueniri, nisi facta prius per creditores executione contra debitores cessos ad effectum, vt sciri possit, ad quam summam ascendat creditum, quod consequi non potuit creditor cessionarius. Ratio est, quia hæc obligatio est conditionalis, quæ debet adimpleri in forma specifica, ita vt verè constet quid, & quantum exigi possit. *Aretin. in l. pen. in fine. ff. de fideiuss. & Bart. in l. 1. num. 2. vers. additio. C. de conuenien. fisc. debit. lib. 12. & in l. 1. C. de desert. lib. 10. Angel. in l. fin. ff. cert. petat. Petrus Lanterna de assecuratione. 3. par. num. 57. in fine.* Et sic intelligitur obligatio, quatenus cessionario ex nominibus debitorum satisfieri non possit, de qua impotentia liquidè constare debet. *l. fideiussor. obligatus. ff. de fideiuss. l. decem stipulatus. vbi Iason. num. 11. ff. de verb. obligat. & fuit dictum in vna Anconitana computor. 28. Maij 1614. coram Sanctissimo tunc Rota Auditore.* Et sic si mandatum fuerit relaxatum contra cedentem non constito prius de impotentia dictæ exactionis, erit reuocandum tanquam nullum, & non exequendum. *Galles. de vi Instrumentorum oblig. cam. par. 3. num. 2. Rota in Vrbeuetana dotis. 15. Maij 1600. coram Iusto. inter assertas à Pacif. salu. interd. dec. 135.*

4 Declara quarto, vt per diuturnam carcerationem, & carcerati extenuationem fuerit relaxatus absque cautione, & obligatione, vbi de validi-

5 tate debiti posset dubitari. Longa enim carceratio & infirmitas non solum iuuat in ciuili; cum caro humana non debeat pro ære alieno in carceribus macerari. *Ludou. dec. 64. num. 6. & 9.* sed etiam in criminali pœnam minuit. *l. omnes. C. de pœnis. Tiraq. de pan. temper. caus. 41. in fin. Franc. decis. 317. num. 4. Houd. cons. 96. num. 37. lib. 1. Far. cons. 33.*

6 *num. 65. vers. quarto.* * 1532. 6. Feb. Sabell. *Ioannes, de quo alias. Attenta carceratione tam diuturna, & prasentia vt ex eius aspectu apparet, extenuatione, & attento quod partes sapius monita de eo nihil deliberarunt; Relaxetur, & ipsius bona, in euentum quod declaretur debitor, eo ex nunc cedente, & consentiente, applicentur pro concurrenti*

7 *summa creditoribus, cum decreto tamen, & declaratione quod per huiusmodi relaxationem nullo pacto praiudicetur fideiussori, qui eum in carceribus posuit; sed quoad eumdem fideiussorem habeatur pro non relaxato, cum per ipsum fideiussorem non steterit, quia Reuerendissimus Episcopus alter creditor se de carcerato prauaulerit, prout tactis &c. cessit iuxta formam supradicti decreti.*

8 Declara quinto, vt intuitu partium apposita fuerint

cint quandoque multa alia adimplenda. 1598. 25. Iunij. Capit. *Hieronymus Romanus. Præstita cautione etiam per eius vxorem in Vrbe, & fideiussor debeat recipi per quemcumque Notarium idoneum eius Rifico habentem officium. Ita tamen, quod dicta mulier nō remaneat indotata pro maiori parti, & firmo remanente alio decreto facto vltimo loco in Curia de Sabellis; Quo verò ad arresta præstito consensu subhastationi, & deliberationi bonorum, & in euentum impedimenti, & quod bona non sufficiant, data cautione etiam per Vxorem capienda per Notarium Vrbis idoneum, habentem officium, vt supra, iuxta formam Motus proprij; Relaxetur.* Notarius enim recipiens fideiussorem minus idoneum de proprio tenetur. *l. 1. C. de Magistr. Conuen. cum alijs alibi allegatis.* * 1599. 9. Dec. Sabell. *Sanctes. Facta indicatione penes Iudicem, sub pœna falsi, omnium, & quorumcumque creditorum, iurium, bonorum, & actionum, quæ ipse habet tam in Vrbe, quam alibi, & aliorū locorum, & exhibitis iuribus penes Notarium Causæ arbitrio Iudicis, ac constituto Procuratore irreuocabili Georgio Piscatore cum facultate substituendi ad exigendum omnia sua credita, & quietan. in forma; facta tamen obligatione per ipsum Georgium de restituendo in casu succumbentia, & data fideiussione per ipsum Sanctem de se repræsentando ad omne mandatum Domini sub pœna scutorum duorum millium, ità quod Notarius idoneus arbitrio Iudicis, etiam ex eius Tribunali, teneatur de idoneitate vsque ad summam scutorum mille, & quingentorum, quatenus fideiussor non esset idoneus; pro residuo verò vsque ad summam scutorum duorū millium, Visita probat, & pro tuta obligatione per ipsam summam pro toto debito, & in ampla forma Cameræ Relaxetur.*

10 Declara sexto, vt loco indicationis bonorum quandoque successerit depositum mobilium. 1552. 25. Octobr. Capit. *Thomas Molendinarius. Dato Depositario pro bonis mobilibus, & se mouentibus, vel facto actuali deposito illorum, & inhibito sibi Thomæ de non alienando immobilia, & quoad cautionem de non offendendo, data fide alicuius Nobilis, Dominus Iudex causam expediat, & relaxetur arbitrio suo etiam auctoritate Visitæ.*

11 Declara septimo, vt aliquando non fuerit facta totalis bonorum assignatio, sed reseruatis alimen-
12 tia. Alimenta enim negare est necare *l. necare. de liber. agnosc. cum alijs alibi allegatis.* Et si creditor
13 debitorem pauperem de proprijs, multo magis de bonis ipsius debitoris alere tenetur. *Marches. de com. miss. d. par. 3. §. 1. de admiss. de benef. c. Odoardus.*
14 *num. 89.* Vnde sequestrum relaxatur pro rata alimentorum. *Surd. de alim. tit. 1. q. 113. & tit. 8. priuil. 80. num. 4. Grat. discep. 114. numer. 5.* * 1562. 5. Dec. Sabel. *Rodulphus contra Mariam creditricem. Domini moderati fuerunt decretum factum per D. Auditorem Cameræ, vt pensio domus, pro qua soluuntur scuta quinquaginta, assignetur eidem Mariæ creditrici; vsque ad integram satisfactionem eius crediti; reliqua vero pensio domus remaneat eidem Rodulpho pro eius victu, & ad eumdem Dominum Auditorem Cameræ, qui liquidet creditum, & expediat omnes causas inter ipsum Rodulphum, & Mariam, prout iuris fuerit; ita tamen, quod in euentum venditionis dictarū domuum, seu alicuius earum, Dominus Rodulphus teneatur integrè satisfacere eidem Mariæ.*

15 Declara octauo vt, si facta discussione, non appareant bona sufficientia, ac propterea conueniatur fideiussor ad repræsentandum debitorem, & pendente hoc superueniāt bona debitori, vel ex hæredita-
16 te, vel alio modo, fideiussor non sit vlterius molestandus, quia exceptio peremptoria quandocumque superueniens prodest Reo, etiam pendente iudicio contra fideiussorem. *Bar. in l. 1. §. & parui, quod vi aut clam. & in l. 1. de excep. seu præscript. num. 9. & ibi Alex in addit. præsertim vers. quid si egi contra fideiussorem: qui allegat Bal. in l. peremptoria in fin. C. sent. rescind. non poss.* Quicquid in contrarium dicat Cyn. *in Auth. præsente C. de fideius. per tex. in l. si creditores. de pact. l. si ex toto. §. 1. de leg. 1.* vbi electio contestata nocet creditoribus, vt non possint suas intendere actiones contra debitorem. Est enim communis opinio Bartoli vt testatur *Iulianus Raboetius. in orat. forens. orat. 1. vers. Demetrius vere.* Idem dicendum, si detegantur bona fideicommissaria, quia subhastari potest illa commoditas debitoris eius vita durante in bonis indicatis, nec interim molestandus erit fideiussor. *l. peto §. prædium. ff. de leg. 3. Ias. in l. sed, & si quis. §. sed quia nostra nu. 4. C. commun. de legat.*

17 Admissa autem fuit sola cautio iuratoria in casibus infrascriptis. Confert textus *in l. omnes. §. in hoc autem. vbi Bald. C. de Episc. & Cler. Crass. excep. 32. num. 18. & 19. cum seq. Gen. de script. priu. lib. 3. tit de ann. & quinquen. dilat. à num. 31. Marches. de commiss. super dilat. morat. par. 3. §. 1. nu. 21. & seq. car. 269. tom. 3.* * 1583. 15. Dec. Capit. *Fabritius. Ad Dominum Gubernatorem, qui facta assignatione de suis introitibus alias assignatis suis creditoribus per Dominū de Saluiatis, quibus creditoribus satisfaciendis dicti introitus assignētur, prout assignauit, & cessit alijs creditoribus posterioribus, pro quibus carceratus, & arrestatus existit; & facta obligatione per eum de se repræsentando ad primam Visitam in suo loco, etiam irrequisitus, sub pœna debiti, prout promisit, & se obligauit, Relaxetur gratis.* * 1596. 29. Aug. Capit. *Paulus. Assignet ex nunc omnes suos redditus, & bona, nihil penitus sibi reseruato, ad fauorem creditorum; manuteneat, & ostendat non esse minoris summæ scutorum 400. singulo anno, & relaxetur; facta tamen obligatione de se repræsentando ad omne mandatum Domini sub pœna debiti; & præsens decretum etiam iuuet fideiussores quoad personas tantum; & quoad Hieronymum hæredem quondam Francisci de Nardo fideiussorem conquerentem, ad Dominum Auditorem Cameræ, qui eum expediat, etiam auctoritate Visitæ, & iuxta formam statutorum.* * 1604. 19. Febr. Capit. *Clemens. Facta assignatione redditnum suorum quorumcumque, ac iurium, & actionum, & loco cautionis sequestratis pensionibus domus penes Inquilinos depositandis penes Sacrum Montem Pietatis ex decreto Iudicis, ac interdicto ipsi carcerato ne aliquo modo exigat quoscumque redditus suos, siue quæcumque credita, quæ habeat sine licentia sui Iudicis sub pœnis corporalibus, & pecuniarijs arbitrio eiusdem Iudicis, prout eidem Clementi fuit interdictū, & se promisit, & se obligauit*

gauit &c. & facta obligatione per ipsum de se repræsentando ad omne mandatum Iudicis sub pœna debiti confessati, relaxetur, in reliquis per præsens decretum non intelligatur aliquid innouatum, nec præiudicatum decreto alias facto pro interesse suæ sororis. * 1619. 13. Iun. Nonæ. *Statius. Stante ætate decrepita; & longa carceratione facta indicatione bonorum, medio iuramento, præstito consensu illorum subhastationi, & deliberationi, & in euentum impedimenti, vel quod bona non sufficiant, facta obligatione per ipsum de se repræsentando sub pœna debiti; Relaxetur gratis.*

18 Declara nono vt, quandoque etiam in causis criminalibus, admissus fuerit querelatus pro fraudolenta decoctione ad beneficiũ assignationis. 1649. 27. Maij. Nonæ. *Philippus data cautione scutorum 500. de se repræsentando, & recipiantur oblati; & quatenus mulieres, Visita supplet: ac præstito consensu per illius matrem, & vxorem, quibus Visita supplet, consignationi mercium, de quibus agitur in manibus querelantis, præuia tamen illorum æstimatione, & data cautione per eumdem querelantem de restituendo dictum pretium æstimandum prioribus, & potioribus creditoribus, etiam ipsis mulieribus, qui consentiunt vt supra, pro dotibus eis debitis, quatenus de iure, & non alias &c. ac de concurrendo cum æqualibus, & æqualia iura habentibus, & ad omne mandatum cuiusque Iudicis competentis omni &c. præsentibus DD. Hermanno Thoma Tutio fil. quondam Nicolai Lucensis, & Honorio Masio quondam Aurelij Procuratoribus.*

19 Beneficiati quoque gaudent aliquo modo hoc beneficio. Nam loco indicationis bonorum, illis prouisum fuit, vt in infrascriptis decretis, reseruato iisdem regulariter, vndè viuerent, ne cogerentur

20 mendicare in contemptum ordinis Clericalis. *Benincas. de paup. q. 8. in 4. speciali num. 15. Couar. resol. 1. num. 9. vers. qua in re lib. 2. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. nu. 24. vers. tamen admitti Burat. dec. 97. num. 3.* * 1533. 8. April. Nonæ. *Franciscus Seriglia, de quo alias. Facta acceptatione per ipsum sententia contra eum lata per D. Auditorem Cameræ, & præstito per ipsum consensu assignationi vnius pensionis super omnibus suis beneficijs etiam habendis æquiualentis beneficij, vel beneficiorum quæ per aliquem consensum, vel resignationem ipsius Seriglia auferentur in euentum, in quem constaret de aliqua resignatione, vel de aliquo consensu præiudiciali præstito super beneficijs, de quibus agitur; & præstito consensu per Dominum Aloysium de Torres restitutioni, vel resignationi super beneficio, vel beneficijs per dictum Seriglia eidem resignatis, & parito decreto alias facto; & facta obligatione per ipsum Serigliam sub pœna maioris excommunicationis, & priuationis quorumcumque beneficiorum, & officiorum, quod in euentum, in quem constaret quandocumque aliquid aliud fuisse factum in fraudem Domini Petri super dictis beneficijs, quod se repræsentabit in carcere ad omne mandatum D. Auditoris Cameræ, Liberetur &c. & quoad fructus, & expensas partes pareant sententiæ Domini Ioannis de Guddis, & Domini Auditoris Cameræ, seu eius Locumtenentis.* * 1536. 24. April. Nonæ. *Antonius de Regno. Constituto Procuratore irreuocabili ad exigendum fructus omnium suorum beneficiorum, & aliorum ad eum quomodolibet spectantium Alexandro, & Hieronymo creditoribus, vel nominando per ipsos eum potestate substituendi, vsque ad integram satisfactionem pecuniarum pro quibus detentus fuit, & arrestatus; Relaxetur &c. prout statim constituit vt supra, obligauit &c.* * 1552. 8. Dec. Nonæ. *Marcellus. Facta obligatione per eum de inseruiendo sub pœna amissionis eiusdem beneficij, & pecunia prouenienda ex eius beneficio exigantur per Camerariũ Beneficiatorum Sancti Petri, quæ diuidantur inter creditores, prout se obligauit &c. Relaxetur, & soluat scuta duo quoad omnia, Relaxetur etiam quoad arresta.* * 1565. 5. Sept. Sabell. *Pro Ioanne contra Antonium. Idem Ioannes coram Visitatoribus præsente dicto Antonio protestatus fuit prout in folio teneris &c. quam protestationem Domini admiserunt, sic, & in quantum. Deinde præfati carcerum Visitatores, attenta indicatione facta in scriptis medio iuramento per Antonium, omnium suorum beneficiorum, & bonorum, & constituto prius dicto Ioanne Procuratore irreuocabili, etiam cum potestate substituendi vnum vel plures Procuratores ad exigendũ omnes, et singulos fructus prædictorum beneficiorum, et quorumcumque aliorum suorum bonorum, tam præsentium, quam futurorum, nec non iurium, et actionum, et nominum debitorum, illosque fructus, et bona temporalia præsentia, et futura vendendum vsqueque idem Ioannes, et alij creditores fuerint integre satisfacti de omni eo, quod eis debetur, et pro tempore legitimè debebitur, et etiam exigendum nomina debitorum tam præsentium, quam futurorum, et cedendum tam dicta nomina debitorum, quam omnes, et quascumque actiones eidem Antonio competentes, et facta obligatione per eumdem Antonium de non reuocando eumdem Ioannẽ, vel ab eo substituendos, et de indicando omnia bona futura, postquam habuerit. infra mensem; et de non recedendo ab Vrbe, et de se repræsentando personaliter in eisdem statu, et terminis, in quibus nunc reperitur toties, quoties etc. coram Domino Auditore Cameræ, et quocumque alio Iudice sub pœna perpetuæ infamiæ, & triremium, ac mille scutorum, & amissionis, ac priuationis omnium, & singulorum suorum beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, & alia obtinenda; mandarunt eumdem Antonium relaxari gratis.* * 1567. 10. Iul. Sabell. *Antonius. Deputato Depositario de consensu partium, videlicet Antonio Canonico, prout deputarunt, & in eum consenserunt, qui exigat fructus, & restituat Ioanni de Monte ad computum sui crediti; & idem Ioannes velit assistere, possit assistere in exigendo fructus tantum; Relaxetur gratis non obstantibus arrestis.* * 1569. 10. Febr. Capit. *Baltasar. Ad Dominum Vicarium qui sibi Domino Baltasari assignet scuta triginta de fructibus Sanctæ Cæciliæ pro occurrentibus necessitatibus ipsius, & dictæ Ecclesiæ anno quolibet, reliquos vero fructus assignet, & distribuat pro satisfactione ipsius creditorum; qui Baltasar ex nunc constituit dictos eius creditores Procuratores irreuocabiles ad exigendum dictos fructus pro eorum satisfactione arbitrio Domini Iudicis, & promisit illos modo aliquo non tangere, nec in eius vtilitatem conuertere sub pœnis arbitrio eiusdem Iudicis, prout*

promisit

promisit etc. assignauit, iurauit; Relaxetur gratis. * 1597. 22. Maij. Nonæ. Achilles. Facta assignatione scutorum 65. quolibet anno fructuum beneficij, quod obtinet in Sancta Maria in via lata, sine præiudicio executionis realis; Relaxetur. * 1598. 20. Aug. Nonæ. Armandus. Facta assignatione reddituum Clericatus Sancti Petri pro duabus tertijs, videlicet scutorum decem singulo mense creditoribus prioribus; & posterioribus gradatim; & reseruato residuo pro victu suo, ita tamen, quod Camerarius vel soluere debeat, vel promittat dictam solutionem facere dictis creditoribus; ita quod Deputatus pro tempore ad distributionem penes se retineat dicta scuta decem soluenda singulo mense, vt supra, sine præiudicio executionis realis; Relaxetur, & non molestetur in persona, & teneatur residere, & inseruire, ita, quod per eum non steterit; & si steterit, præsens decretum ei nõ suffragetur. * 1612. 9. Aug. Sabell. Hieronymus Mediolanensis. Facta assignatione fructuum suorum beneficiorũ, & constitutis creditoribus suis Procuratoribus irreuocabilibus ad illos exigendum vt in rem propriam, vsque ad integram satisfactionem debiti, pro quo detinetur; stante etiam verbo facto cum Sanctissimo per Dominum carcerum Præsidem, prout retulit in plena Visita, Relaxetur gratis. * 1618. 18. Oct. Sabell. Petrus Paulus. Facta assignatione ad fauorem Antonij omnium fructuum Parochialis cum oneribus manutenendi seruitium Ecclesiæ, & soluendi pensionem antiquam, nec non constituto Procuratore irreuocabili dicto Antonio, vti in rem propriã; & iniuncto eidem Petro præsenti, & acceptanti, prout iniunctum fuit præceptum, de inseruienda Ecclesiæ gratis, & de non se ingerendo in perceptione dictorum fructuum sub pœna priuationis Parochialis citrà præiudicium iurium quoad litem pendentem in Rota; Relaxetur.

Iste enim Parochus obtinuerat sententiam fauorabilem super nullitate pensionis, pendebatque lis in Rota in gradu appellationis. 1620. 13. Aug. Sabell. Franciscus. Facta assignatione de soluendo infra quinquennium quolibet anno ratam, videlicet annuæ pensionis scutorum centum ipsi reseruatorum super fructibus Canonicatus, seu præbendæ Pauli Aleni in Ecclesia Cathedrali Brixiensi, & in euentum impedimenti, data cautione de se repræsentando in carceribus, nec non facta assignatione fructuum Clericatus, quem ipse obtinet in Ecclesia Sancti Petri de Vrbe, & data pro hac summa cautione in casu impedimenti, & quatenus non inseruiat dictæ Ecclesiæ, de soluendo distributiones, & emolumenta dicti clericatus, dempta tamen pensione reseruata super fructibus dicti Clericatus scutorum nonaginta ad fauorem N. ad quæ omnia teneatur etiam quod fuerit repræsentatus in casu impedimenti solutionis supradictæ pensionis, vt supra dictum est; ad quæ omnia constituit Procuratores irreuocabiles dictos creditores &c. * 1621. 13. Maij. Nonæ. Franciscus. Facta cessione, & assignatione omnium reddituum, & bonorum suorum in fauorem creditorum, ad quorum instantiam detinetur, & constitutis eisdem Procuratoribus irreuocabilibus, vt in rem propriam ad agendũ, & exigendum, & quoquo modo exequendum in dictis bonis, & redditibus, & alia opportuna faciendum vsque ad integram eorum satisfactionem, reseruatis eidem duntaxat scutis quattuor menstruis pro alimentis ex redditibus Canonicatus S. Celsi; & data cautione per eum de inseruiendo dictæ Ecclesiæ ad effectum lucrandi fructus, ad effectum vt supra, sub pœna debitorum, pro quibus detinetur, & quatenus recipiatur mater in fideiussorem in reliquis. Visita supplet; & pro executione ad Dominum Cameræ etiam auctoritate Visitæ sine præiuditio causarum criminalium. * 1624. 23. Maij. Capit. Andreas. Assignatis scutis quadraginta annuatim ex pensione scutorum quinquaginta, præstito consensu exigentiæ, & in euentum, quod non sit exigibilis, vel alterius impedimenti, data cautione de se repræsentando sub pœna debiti; Relaxetur. * 1645. 13. Septemb. Nonæ. Leander Canonicus Sanctæ Mariæ in Cosmedin. Facta assignatione fructuum beneficij ad fauorem creditorum tam decursorum, quam decurrendorum, etiam illorum existentium in manibus Camerarij, detracta portione ad rationem duorum Iuliorum quolibet die pro illius sustentatione, ac facta obligatione de residendo, & inseruiendo in Ecclesia sui Canonicatus in futurum sub pœna carceris in casu contrauentionis, prout se obligauit tacto pectore, Relaxetur.

21 Aliquando etiam vltra assignationem certam pro alendo beneficiato, fuit soluta summa aliqua pro vestibus, & indigentijs. 1648. 20. Aug. Cap. Leander Canonicus Sanctæ Mariæ in Cosmedin alias relaxatus cum assignatione scutorum sex pro alimentis. Impertiatur licentia Camerario eiusdem Ecclesiæ expendendi, pro vnica vice, scuta duodecim ex distributionibus quotidianis eum tangentibus pro vestibus, & alijs eius indigentijs. Clericus enim carceratus absque propria culpa lucratur distributiones, vt firmatur a contrario sensu in Iacen. portionis, 1. Feb. 1610. coram Ortembergo. inter decis. Farin. par. 2. dec. 280. in Append. §. 4. cap. 21.

22 Aduerte loco assignationis fructuum prouisum fuisse aliquando cum resignatione beneficiorum. 1547. 7. Sept Nonæ. Ioannes carceratus in Curia de Sabellis. Facta resignatione beneficiorum per eum tentorum in fauorem personarum sibi, & creditoribus bene visarum, ad effectum vt satisfieri possit eius creditoribus de illorum fructibus, Dominus Hieronymus Locumtenens expediat etiam auctoritate Visitæ. 23 Quod maxime procedit in clerico debitore pensionis, qui illius reseruationi per seipsum consensit, & cum iuramento, & obligatione Camerali deuolutionem promisit per rationem consideratam per Gomez. de compend. signat. in vers. est tamen: quem refert, & sequitur Couar. res. 1. nu. 9. vers. illud etenim. lib. 2. Grat. discept. 222. numer. 50. & seqq.

Consulitur quoque à Visita habentibus officia vacabilia, & mercatoribus cessantibus, vt infra. Solet debitor qui soluendo non est, aut bonis cedere aut foro. De hoc vltimo hic tractamus: de altero dicetur infra §. 9. per totum, Foro cedere debitores dicuntur, qui solum vertunt, qui iudicio prouocati latitant, qui ne per Procuratorem quidem ad ius fori respondent. Huiusmodi debitorum bona si tertio edicto, aut vno pro tribus dato ad sui defensionem non excitentur, non solum possidentur, sed etiam vendi à creditoribus possunt. l. 1. §. quod si nemo,

nemo quod cuiusque vniuers. l. Fulcinius. quibus ex caus. in possess. eat. possidentur per dies triginta, vẽ-duntur lapso trigesimo die, quemadmodũ *pro Publ. Quintio* docet Cic. si modo creditoribus intra dies illos triginta debitores de certa portione soluenda 25 non essent pacti. Solet enim maiore creditorum parte consentiente, à Prætore decretum nonnumquam interponi, vt certam creditores singuli portionẽ ferant. *l. si præcedente. §. Lucius. ff. mand. l. iurisgentium. §. fin. & l. maiorem. iuncto §. fin. legis præceden. ff. de pact.* & nos quoque diximus supra. Ad hoc voluit alludere Seneca dum *lib. 4. de benef. cap. 39.* dixit: *Appellare debitorem ad diem possum, &, si foro cesserit, portionem feram*. Ita proceditur de iure, cum debitoribus foro cedentibus.

Quid consueuerit Visita in illis præsertim, qui habent officia vacabilia tantum, vel sunt mercato- 26 res, patebit ex infra dicendis. Sunt in Curia officia quædam, quæ personis inopia laborantibus ad honestum eorum dumtaxat vitæ, & familiæ sustentationem à Sede Apostolica liberaliter tributa sũt.

27 Alia vero (de quibus nos loquimur) sunt munera, aut officia, seu potius iura, regalia, & emolumenta plerumque maioribus officijs annexa, quæ in vitam, ita vt per mortem vacent, certis personis pretio persoluto concedi solent. Hæc non sunt in commercio nostro, sed in dominio Principis, & propterea vendi non possunt, sed tantum resignari. *Grat. discep. 670. num. 12. Rot. dec. 54. num. 6. & 7. par. 5. recen.* Quod cum ita sit in debitoribus carceratis habentibus huiusmodi officia non potest procedi 28 seruata forma Constitutionis, *præuio consensu subhastationi*, sed *mediãte resignatione*, vt in infrascriptis duobus decretis, quæ speciminis gratia subijcimus, quorum vltimum est aptius respectu verborũ, *facta resignatione*, quæ sunt propria huiusmodi officiorum, vt dixi; non autem verba *præstito consensu subhastationi*. 1568. 20. Maij. Capit. *Leonardus. Attento quod D. Archangelus Raymundus creditor dedit schedulam bãcariam pro summa scutorũ septingentorum quinquaginta vnius auri in auro assignandorum creditoribus, & ipse Leonardus est paratus consentire deliberationi in fauorem ipsius Archangeli, Domini deliberarunt officium pro D. Archangelo, non obstantibus quibuscumque, & quatenus opus sit, suppleuerunt defectus, & renouata cautione de se repræsentando ad primam Visitam; Relaxetur assignata sibi domo pro carcere.* * 1619. 10. Ian. Capit. *Dominicus. Facta resignatione per ipsum officij Notariatus Cameræ Apostolicæ in personam ab ipso nominandam, quæ acceptet dictam resignationem pro pretio arbitrando per D. Datarium, vel Collegium Notariorum Cameræ, & in reliquis adimpleto vltimo Decreto Domini Præsidis; Relaxetur etiam quoad arresta gratis, & interim pro executione dicti decreti ad D. Aduocatum Pauperum, etiam auctoritate Visitæ.*

29 Mercator vero est, qui ex mercibus victum quærit, nec lucrum rationi dissentaneum accipere de- 30 bet; sed secundum nobilitatem, grauitatem, & vtilitatem curæ, laborum, industriæ, & sumptuum, quos facit, & secundum multitudinem, magnitudinem, & pretia rerum, quas, & in quibus ministrat hominibus. *Io. Nider. de contractibus Mercator. num. 16. fol. 164.* Quamdiu se ita gesserint mercatores numquam, vel raro deficient. Si autem carceratus reperiatur mercator, qui ex aliquo infortunio, vel propria culpa ad eam redactus sit inopiam, vt foro cesserit, vel alia persona habens diuersas merces bona, & affictus, proceditur vt declaratur infra.

31 Declara primo, vt depositum librorum cum constitutione actoris aliquando habuerit vim iudicationis, & fuerint relaxati debitores. Nam aufertur commoditas debitori exigendi; & transfer- 32 tur facultas in creditores sibi satisfaciendi super nominibus exigendis; quæ semper quid minus ratione laboris, & periculi, quam pecunia numerata æstimantur. *Spin. cons. 35. num. 27. Cyriac. controu. 169. à num. 21. vsque ad 27. & controu. 170. numer. 14. & seq.* 1562. 5. Non. Sabell. *Franciscus. Sequestratis bonis existentibus penes Curiam Capitolinam, quæ bona dicta Curia ad omne mandatum D. Auditoris Cameræ relaxare, & consignare tenetur, & sequestratis pariter libris, in quibus sunt nomina debitorum, & pro residuo facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties, & sub pœna debiti, prout se obligauit; Relaxetur gratis.* 1577. 20. Iun. Capit. *Tarquinius. Facta consignatione omnium bonorum suorum creditoribus suis, & in solutum, pensione excepta, quæ remanet pro suis alimentis, & præstito consensu per omnes suos fratres alienationi domus; & renunciationi fideicommissi, per alios habentes interesse; & secuta obligatione per matrem de non minuendo eius legitimam, cuius fructus penes ipsam permaneant eius vita durante; & consignatis libris, vel eorum pretio, qui libri remaneant hypothecati dictis eius fratribus pro pretio per ipsos creditores soluendo, ac etiam fructus pensionis dicta de causa remaneant dictis eius fratribus obligati; Relaxetur gratis: & interim fideiussores per mensem non molestentur.* Aliud simile habetur supra pro Camillo *cap. 1. n. 6. hoc §.* * 1578. 17. April. Sabell. *Matthæus. Depositatis libris ipsius penes Mercatorem eligendum concorditer pro maiori parte creditorum, & deputato exactore pariter arbitrio ipsorum creditorum eligendo, qui habeat exigere credita in dictis libris contenta intra quattuor menses proximos, & data cautione per eum de se repræsentando in eisdem met statu, & terminis, in quibus reperitur, etiam irrequisitus, nisi infra dictum tempus creditores fuerint satisfacti concordato prius D. Benedicto; Relaxetur.*

33 Declara secundo, vt relaxati fuerint quandoque cum sola assignatione pensionum domus, seu aliorũ bonorũ. 1597. 22. Maij. Nonæ. *Frãciscus. Facta assignatione scutorum septuaginta quolibet anno super pensionibus domorum, & præsens decretum suffragetur etiam eius fideiussori; Relaxetur.* Quoquo enim modo creditori siue per assignationem stabilium, siue mobilium, siue nominum debitorum, siue fructuum consulatur, & satisfiat, non interest; nec curamus de modo, dummodo habeamus effectum. *l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mort. Surd. cons. 348. nu. 12.* De materia huius Capitis diximus 34 etiam in præcedentibus. In casu autem impedimenti prouident Constitutiones, vt infra, post prædictum consensum.

35 In casu impedimenti, & quod bona nõ sufficiant. Hæc verba absque dubio sunt cõditionalia,

ex *Bald.conf.243.lib.1. Crau. conf.268. ante nu.1. verf.quia testator.Surd.conf.228.nu.8.& conf.452.* 36 *num.39.* quæ propterea actionem contra fideiussorem suspendunt. *l.si quis sub conditione dandorum. Si quis omiss.caus.testam.Surd.d.conf.452.nu.40.* vsqueque de impedimento, & quod bona indicata non sufficiant, doceatur. *l necessario. §. quod si pendente deperit, & com.rei vend.* cum sub vna conditione datum, sub contraria censeatur ademptum. *l.quod pure ff.quando dies. leg.ced. l.aliquando. ff.de cond. & demonst. Rot.dec.172.nu. 64.par.6.rec.*

37 Quare onus erit creditoris curare vt dicta bona subhastentur. Et si veniant tertij anteriores, & opponentes iuxta textum *in l. à Diuo Pio. §. si super rebus de re iudic. & not. Con. pract.qq.99. cap.16. Rot.dec.17.num.6.par.6.rec.* tunc facta huiusmodi discussione, & probato impedimento, vel defectu pretij, fideiussorem ad repræsentãdum reum, vel soluendum quod deest, & non ante, vrgere poterit; cũ actus etiam conditionalis, conditione veniente, perinde sit ac si ab initio fuisset purus. *l.potior. in 2. resp. & l.qui balneum. in princ. qui pot. in pig.hab. l.vlt.§.1.de vulg.Osasc.dec.145.num.3.Mantic.de tacit.lib.14.tit.46.num.1.*

Occasione facultatis concessæ DD. Visitatoribus in hoc §. contingit dubitari, an debitor sit repræsentandus, etiam casu quo bona subhastata non reperiant oblatorem; vel non offerentem, nisi modicum, ac tenue pretium. Difficultas est grauis. Crede-38 rem respondendum esse negatiuè. Ratio videtur esse, quod cum fideiussor non spoponderit, nisi in casu impedimenti, vel quod bona nõ sufficiant, eius promissio non est trahenda ad alium casum, quando non reperitur oblator, vel minus idoneus ex generaliter congestis *per Maur.de fideiussor.par.2. sect.5. cap.2. à num.1. per plures sequen.*

39 Nec obstat, quod ab hac regula recedatur; vel quando versamur in vnitis, & annexis; vel quando ex verisimili mente contrahentium aliud suadetur; vt posset videri hoc casu. Cum paria inter se appareant: Bona non sufficere; Et, Oblatorem non reperiri, ne alias delusus remaneret creditor contra verisimilem mentem Principis, qui iura tertij in quacumque sua dispositione præseruare censetur. Quoniam cum consultum sit creditori, mediante indicatione, iuxta terminos *l. 2. C. si in caus. iudicat.pign.capt.sit,* Vbi Imp. Alexãder per hæc verba rescripsit: *Et si alio emptore non existente, vel existẽte quidem, sed non dignum pretium offerente is cui iudicatus satis non fecit ad licitationem secundum constituta fuerit admissus cuiuslibet alterius vice ex officio emere debet:* inde sequitur, quod nequeat dici creditor delusus, & multò minus quod versemur in æquiparatis, seu vniuersis, in quibus militat eadem ratio. Si enim adest impedimentum, vel bona non sufficiant, non aliter potest consuli creditori, quam per repræsentationem, adeo vt bene inde appareat ratio diuersitatis inter prædictos casus expressos, *Impedimenti* scilicet, & *Insufficientiæ*, & istum non expressum, Non existentiæ *Oblationis*, adeoq. nullo pacto sit dicendum quod fideiussio data in illis sit extendenda ad istum, etiamsi habeant inter se aliquid vnitatis, seu æqualitatis: proue in simili habemus, quod fideiussor datus in casu *Succumbentiæ*, non teneatur, si pars obtineat, *Ex desertione causa:* Licet in multis æquiparetur, cum rursus moueri possit. *Ex congestis per Maur.de fideiussor. d.par 2. sect.5. cap.2. num.74.*

40 Neque obesset replicare, creditorẽ non posse inuitũ cogi accipere pignus in solutũ. *ad coplõti tradita per Rostb. de subhast. inspect.43. per tot.* tum quia nihilominus remanet consultum creditori, cũ sit in eius facultate petere dationem pignoris in solutum; tum quia conclusio præfata videtur dumtaxat posse procedere quando debitor potest alio modo satisfacere creditori: non autem quando versamur in terminis impotẽtiæ aliter satisfaciendi, prout supponit Constitutio Paul.V. dum disponit subhastanda esse omnia, & singula bona debitoris. Vnde data non modo impotentia, sed etiam difficultate aliter satisfaciendi, bene receditur à regula, quod aliud pro alio, inuito creditore, solui non potest, *Ex Iason.in l.non amplius. §.cum bonorum. nu.3. ff.de legat.1. tradit in proposito Scac.de Iudic. lib.1.cap. 96.num.29.ante finem. vers.quid ergo dicemus:*

Quæ fortius procedunt ex arbitrio Visitatoribus concesso disponendi ea quæ æqualitati conueniunt cum, & valde æquum videatur posse creditorem etiam inuitum, cogi ad accipiendum pignus in solutum, quando in pignus iudiciale data fuerũt omnia bona; dum id in quolibet bonorum corpore capto in pignus disponit Statutum Vrbis. *cap.192. lib.1.* quod Statutum, licet sit ordinatorium, sicq. seruandum solum in foro Capitolino, tamen vt cõsonum dispositioni iuris communis, de qua in authent. hoc nisi. C.de solut. posse considerari citra iniustitiam ab alijs Iudicibus dixit *Rot.coram Buratto. decis.96 num.16.*

Sed nos sumus extra difficultatem. Nam satis est quod creditor possit sibi prospicere mediante ista acceptione in solutum, nec sit locus obligationi de repræsentãdo stipulatæ extra terminos huius casus, in quo non militat ratio, quæ intercedit in alijs.

CAPVT III.

De non relaxandis impotentibus ad soluendum, nisi de consensu omnium creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio debitoris non valentis soluere non fit, nisi de consensu creditorum ex Constit. Paul.V.*
2 *Relaxatio debitoris fieri potest de consensu maioris partis creditorum, & in quibus casibus remissiuè.*
3 *Relaxatio debitoris fit à Visita de consensu creditorum, qui comparuerunt in Visita cum dilatione.*
4 *Relaxatio debitoris cum remissione partis debiti fieri non potest, nisi de consensu omnium creditorum.*
5 *Relaxatio debitoris fit à Visita de consensu maioris partis creditorum respectu summæ.*
6 *Relaxatio debitoris fit à Visita etiam quando sunt pares in consentiendo, & dissentiendo.*

7 Re-

7 *Relaxatio debitoris, quem sit certum non posse satisfacere nullatenus fiat, ex* Constitut. *Pij* V. *&* Paul. *V. & de iure.*
8 *Carceratio debitoris nunquam a legibus sublata.*
9 *Debitor alias seruituti voluntariè se addicebat donec satisfaceret.* (alys.
10 *Carcerati debitoris miseria ex D. Ambrosio, &*
11 *Relaxantur aliquãdo debitores impotentes ad soluendum ex benignitate Visita.*
12 *Visita habet magnam auctoritatem.*
13 *Visita Principem repræsentat.*
14 Omnium, *dictio, tamquam vniuersalis neminẽ excludit.*
15 Omnium; & singulorum, *propter geminationem omnes omnino includit.*
16 Omnis, *dictio intelligitur aliquando particulariter, & non vniuersaliter.*

1 ET si bona non sufficiant, nec bonis cedere velit neque biretum viride deferre, nonnisi de omnium creditorum consensu quemquam relaxare possint.

2 Declara primo, vt per hoc non intelligantur exclusi casus, in quibus maior pars potest præiudicare minori, de quibus vide *Stat. Paris. de Salu. interd. inspect 3. cap. 2. num. 411. cum seq.*

3 Declara secundo, vt Visita relaxare consueuerit dictos debitores cum consensu creditorum, qui in Visita comparuerunt; vt in Iulio relaxato cum remissione tertiæ partis debitorum de consensu creditorum, qui in Visita comparuerunt. 1596. 19. 4 Sept. Capit. vt supradictum fuit. Licet aliud sit quando non solum de concedenda dilatione, sed etiam de remittenda aliqua parte crediti tractatur. Nam tunc omnium consensus omnino requiritur, cũ agatur de re maioris præiudicij. Rom. *cons.* 439. *Afflict. d. dec.* 288. *Franc. dec.* 82. *Grat. discep.* 37. *num.* 40. Vbi excipit tres casus, videlicet quando hæres debitoris recusat adire, nisi remissa parte debiti, quando debitor aufugisset; quando debitor vellet cedere bonis.

5 Declara tertio, vt quandoque Visita cum solo cõsensu maioris partis creditorum relaxari fecerit. Quæ quidem maior pars consideratur non respectu numeri personarum, sed respectu summæ. *l. fin.* 6 *§. si vero plura. C. qui bon. ced.* Immò vero ad hoc sufficit si partes sint pares. Tunc enim præferendi sunt, qui ad humaniorem sententiam pro carcerato inclinant. d. l. vlt. *§. si vero vndique æqualitas. C. qui bonis cedere. Paris. d. inspect. 3. num. 414. Barz. decis. 78. num. 1. Costa d. q. 139. de port. rat. Gen. de scrip. priu. de dilat. quinquen.* nisi tamen in decreto Visitæ aliter dicatur.* 1573. 19. Nou. Nonæ. *Claudius. Ad Dominum ac Vitellis, cui constito de maioris partis creditorum consensu tam in numero, quam in quantitate expediat arbitrio suo etiam auctoritate Visita.* Simile decretum fuit factum. 1599. 12. Aug. Nonæ. pro Balduino.

7 Idemque seruetur etiam si clarum fuerit debitores nullum prorsus habere modum satisfaciendi creditoribus suis, nisi ex sudore vultus sui.

Verba sunt *Constitutionis Pij V.* 68. Concordant etiam illa quæ apposita sunt in *Constit.* 71. Paul. V. Quorum vigore deneganda est relaxatio debitoribus impotentibus ad satisfaciendum. Dura quidem lex, sed ita scripta est. *l. congruit. ff. qui. & a quibus.* Nec tamen iuri contraria; immò consentanea. Licet enim inuiti non cogantur debitores seruire creditoribus. *l. ob æs. C. de oblig. & act.* inuiti tamen detruduntur in carcerem, ibi retinẽdi, quousque satisfaciant. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Cumque in *d. l. ob æs.* dicitur: *Ob æs alienum seruire liberos creditores iura non compellunt.* Sciendum est sublata de nexis Lege Decemuirali, non omnino 9 creditoribus debitores addici desijsse. Fuit enim in vsu addictio quædam voluntaria; qua se in voluntariam seruitutem tamdiu addici debitores patiebantur, donec suis creditoribus satisfecissent. Idque testatus est expresse Varro. *De Ling. Lat. lib.* 6. sic scribens: *Liber homo, qui suas operas pro pecunia, quam debeat, dat, dum solueret, nexus vocatur, vt ab ære obæratus.* Inuiti ergo debitores creditoribus seruire non coguntur d. l. ob æs: sed rectè inuiti detruduntur in carceres. d. l. 1. C. qui bon. ced. 10 poss. Itaque si vellent, poterant voluntaria seruitute effugere pœnam de qua D. Amb. *in lib. de Tob. cap.* 5. scribit in hunc modum: *Offertur pecunia creditori. Vix, inquit, hac soluit vsuram, caput debes. Reddit exhausto patrimonio capitis Reus, & imminuto fœnore, accipit inducias, tristiores bellicis, quasi post biduum præliaturus: In bello enim incerta victoria, hic certa inopia; illic se clypeo tegit, hic nudus occurrit; illic lorica pectus includit, hic totus carcere includitur; illic manus onerat, armat sagittis; hic ære vacuas offert vinculis alligandas; Ducitur plerumque vterque captiuus; ille habet, quem accuset aduersum belli euentum, hic præter se, quem accuset, non habet; nihil est intolerabilius hac miseria, qua excusari non potest.* Hucusque D. Ambrosius.

Eoque etiam Iuris consultus respexisse videtur. l. si victum. de re iud. cum ita loquitur: *Si victum vel stratum inferri in carcerem quis iudicato non patiatur, vtilis in eum pœnalis actio danda, vel, vt quidam putant, iniuriarum cum eo agi poterit;* Sensus enim est; Eum pœnali, vel iniuriarum actione teneri, qui non patitur ad debitorem suum condemnatum, & in carcerem detrusum victum, vel stratum inferri. Quare iudicati in voluntariam se conijcere debebant seruitutem, vel certè hoc recusantes squallores, pœnasq. carceris, si iudicatæ pecuniæ non satisdarentur, perferre, ac pati. Quod præter *D. Ambrosium* expressè testatus est etiam Valer. Max. sic de Tiberio Graccho *lib. 4. cap. 1.* scribens: *Cum ex professo inimicitias cum Africano, & Asiatico superioribus gereret; & Asiaticus iudicata pecunia satisdare non posset, atque ideo à Consule in vincula duci iussus esset, appellassetque Collegium Tribunorum, nullo volente interdicere, secessit à Collegio.* Eoq. etiam respexisse videtur tacitè Vlp. *l. si ex pluribus. in fin. de acceptil.* Ita l. ob æs. C. de sol. & oblig. explanat Reuardus. *Var. siue de iur. ambig. l. 4. cap.* 18. Si autem debitores huiusmodi Iro Codroque pauperiores, & Monomachis miseriores nos interrogent, quid ergo? moriẽdum est nobis in carceribus? Respondebimus ijs, qui possunt admitti ad cessionem bonorum, habe-

tis remedium iuris; non habentibus vero intrare regulam: *Qui non habet in ære luat in corpore*; de qua *l. fin. ff. de pæn.*

11 Aduertendum tamen est non ita strictè accipienda esse verba præfatæ Constit. 71. Paul. V. vt sonant; Visitatores enim vtuntur suo arbitrio in liberandis carceratis, ne marcescant in carceribus spectata carceris diuturnitate, creditorum, & debitorum qualitate, vt supra diximus in explanatione verborum §. 1. Constit. LXVIII. Pij V. in huius §. 2. d. Constitutionis, & infra sæpè apparebit ex diuersis casibus, qui contigerunt summa miseratione dignis, in quibus debitores absque susceptione birreti viridis, & absque consensu omnium creditorum fuerût 12 à carceribus dimissi. Visita enim carcerum magna est auctoritate suffulta, vt patet ex dictis Constitutionibus XLIV. Pauli III. & LXVIII. Pij V. & LXXI. Pauli V. & testatur Marches. *de commiss. ad-* 13 *miss. ad cess. bon. nu. 66. cum seq.* Repræsentat enim Papam. *Pereg. de iurisd. ordin. & deleg. in rub.* Arbitrium Visitæ præfatum non videtur inconueniens etiam stante sola dictione (*omnium*) quæ licet tam-14 quam vniuersalis neminem excludat. *l. Iulianus. & l. testatorem. in princ. ff. de leg. 3. cum vulg.* nihi-15 lominus cum non fuerit additum, (*& singulorum*,) quo casu propter geminationem omnes omnino deberent concurrere: *glos. in cap. vt circa. de elect. in 6. ver. (Omnia.)* illud verbum (*omnium*) solum prolatum videtur restringendum non tantù ad omnes creditores, qui carcerare, seu arrestare fecerût, sed etiam ad maiorem partem ipsorum, vt est obseruantia Visitæ prædicta fundata in commiseratio-16 ne Visitæ propria. Vltra quod etiam aliquando verbum (*omnis*) intelligitur particulariter, & non vniuersaliter, vt est textus *in cap. mulier. 15. q. 1.* ibi: *mulier, quæ accesserit ad omne pecus.* vbi glossa declarat intelligi pro accessu ad particulare pecus. Ita etiam tradit Farin. *q 148. num. 30.*

§. III.
RELAXATIO DEBITORIS, QVANDO EST CAVTVM IN EIVS BONIS CREDITORI.

SVMMARIVM.

1 *Relaxandus est debitor, quando in bonis est cautum creditori; ex Constit. Pij V. & Paul. V.*
2 *Executione reali facta non potest creditor de iure ad personalem conuolare.*
3 *Bona recipere tenetur creditor à non valente soluere nummos.*
4 *Obligatio Cameralis facit vt creditor possit à reali conuolare ad executionẽ personalem, & è contra.*
5 *Princeps æquitatem præferre debet rigori.*
6 *Princeps inter æquitatem, & ius scriptum interponit interpretationem.*
7 *Res de facili ad primæuam naturam reuertitur.*
8 *Dictio*, quando, *conditionem importat.*
9 *Cautum esse dicitur per dationem pignoris, seu fideiussoris.*
10 *Relaxatio*, quia cautum est in bonis, *conceditur vt plurimum à Visita, vt in decretis quæ referũtur, non à Iudicibus ab ea deputatis.*
11 *Relaxatio*, quia cautum est in bonis, *conceditur aliquando visitatis bonis.*
12 *Relaxatio*, quia cautum est in bonis, *conceditur, si fiat fides, quod bona sunt æquiualentia.*
13 *Relaxatio*, quia cautum est in bonis, *conceditur si fiat fides à Dominis de Visita*
14 *Relaxatio*, quia cautum in bonis, *conceditur etiamsi executio fiat post carcerationem.*
15 *Relaxatio*, quia cautum est in bonis, *conceditur si creditor habeat pignus æquiualens.*
16 *Relaxatio*, quia cautum est in bonis, *conceditur si creditor sit tutus in vim sequestri.*
17 *Relaxatio facta executione reali fit à Visita cum cautione, vt in eius decretis.*
18 *Relaxatio*, quia cautum est in bonis, *non fit, quando vitiosè est cautum.*
19 *Relaxatione*, quia cautum est in bonis, *consulitur etiam creditori.*
20 *Rei inhærere melius est quam actioni.*
21 *Actio inanis, quam inopia creditoris excludit.*
22 *Cautionis plus est in re, quam in persona.*
23 *Debita Deo maiori diligentia sunt dissoluenda.*
24 *Debita Deo quomodo dissoluerit Monachus.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 RElaxare possint debitorem, quando creditor executionem habet realem; & est in bonis captis per executionem sibi bene cautum.

2 Idem habet Const. Paul. V. In hoc Pontifex se videtur conformare iuri communi, ex cuius dispositione creditor, facta reali executione, non potest variando ad personalem conuolare. *l. à Diuo Pio. §. in venditione. & seq. vbi Doctores. ff. de re iudic.* 3 *Guido Pap. dec. 348. Capic. dec. 33.* Creditor enim pecuniarius ob inopiam debitoris, non valentis soluere in pecunia tenetur recipere tot bona. *Auth. hoc nisi. C. de solut.*

4 Verum quia rigor obligationis Cameralis introduxit vt creditor quandocumque antè addictum pignus, & completam executionem, secutamque integram satisfactionem, variare possit transeundo de reali ad personalem executionem. *Caputaq. decis. 50. num. 5. lib. 1, Rot. dec. 128. nu. 13. & seq. par. 6.* 5 *rec.* Ideo Princeps supremus, qui æquitatem rigori præferre solet. *l. placuit. C. de iud. Surd. cons. 317.* 6 *num. 28.* & inter æquitatem & ius scriptum congruam interpretationem interponere: *l. 1. C. de legibus Rot. dec. 172. num. 61. 62 par 2. rec.* meritò statuit, vt quando bona, super quibus fuit facta executio, sufficiunt, debitor carcerari non possit; & si carceratus

ceratus sit, veniat relaxandus: quasi rem ad Iuris communis dispositionem, & primæuam suam natu- 7 ram, adquam facilis est reditus, reducendo. *l. si vnus. §. pactus. vers. quod & in specie. ff. de pactis.* Quia vero Constitutio non loquitur simpliciter, sed quando in bonis creditoris capti est per executio- 8 nem bene cautum; & sic conditionaliter, vt denotat dictio, *Quando*, quæ conditionem importat. *Leum vir. de condit. & demo. l. quod pupilla. quand. dies. leg. eed. Grauet. consf. 16. num. 3. Greg. dec. 420. nu. 2.* 9 & bene cautum creditori non dicitur, nisi per dationem pignoris, vel fideiussionis. *l. si mandato Tity. §. vlt. mand. Menoch. de arb. cas. 142. num. 3. Sanch. de matrim. lib. 20. disp. 18. num. 35.* Ideo non est fa- 20 cile carcerato obtinere à Iudicibus deputatis à Visita decretum quod relaxetur, *attento, quod sit bene cautum in executione reali*, quia nolunt facere litem suam. Qua de causa vt plurimum fit huiusmodi decretũ in plena Visita, & diuersimode vtuntur Visitatores facultate relaxandi debitores, eo quod in executione iam facta creditori sit bene cautum. 1544. 21. Oct. Sabell. *Ioanna Galla contra Ioannem Antonium de Tibure, & eius Vxorem. Moderetur decretum factum in fauorem Domini Ioannis Antony, nisi habeat modum satisfaciendi in bonis, quo casu fiat executio in illis.* * 1545. 3. Iul. Nonæ. *Antonius. Constito quod dederat pignora in manibus creditoris, vel data cautione de se repræsentando ad primam Visitam; Relaxetur.* * 1567. 16 Oct. Sabel. *Androuicus. Data cautione de se repræsentando toties, quoties coram quocumque Iudice sub pæna debiti; vel constito, quod possideat bona stabilia in Vrbe pro valore crediti, pro quo fuit captus, & arrestatus, Relaxetur, non obstantibus arrestis, satisfacta muliere videlicet, Margerita de Aretio, infra tres dies, Relaxetur.* * 1567. 18. Dec. Capit. *Franciscus Furnarius. Firma remanente executione iam facta, & quæ fieri posset in bonis; facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties sub pæna debiti, & de soluendo scuta duodecim quolibet mense, prout promisit, & se obligauit &c. Relaxetur gratis, etiam quoad arresta.* * 1573. 9. Iul. Cap. *Laurentius. Quoad causam ciuilem, ad primum Collateralem qui constito de executione reali facta, mandet iuxta formam decreti fel. rec. Pij V. & quatenus executio realis facta non fuerit, dilationem concedat, & mandet relaxari sub cautione, & quatenus cautionem idoneam non habeat, recipiat vxorem suam pro cautione in quem casum ex nunc Visita supplet omne defectum mulieris.*

11 Declara primo, vt relaxatio fiat quandoque visitatis bonis. 1596. 2. Dec. Capit. *Bernardinus. Visitetur domus, & si adsunt ibi bona mobilia sufficientia pro credito, vel si dat alia sufficientia, Relaxetur.*

12 Vel etiam quando fit fides, quod talia bona sint æquiualentia. 1591. 23. Dec. Sabell. *Morgantius Furnarius. Facta fide quod sint bona æquiualen-* 13 *tia*; Relaxetur. Et in his sufficit fides Dominorum de Visita. 1579. 29. Ian. Nonæ. *Eques Ioannes. Attenta fide facta viua voce per Dominos de Visita, quod Vinea, super qua facta fuit executio ascendit ad valorem scutorum mille, facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties sub pæna debiti, prout promisit*; Relaxetur.

14 Hoc procedit etiam non facta executione ante carcerationem, sed post. 1567. 24. April. Capit. *Pacianus Pistoriensis. Facta executione reali, & sine præiudicio fideiussionis præstitæ, Relaxetur: & ad Dominum Auditorem Cameræ, qui studeat concordare partes.*

15 Imò procedit etiamsi non sit facta executio, sed creditor pignus habeat. 1530. 10. Nouemb. Sabell. *El Capitano Vettorino pro debito retentus. Attentis pignoribus depositatis penes creditorem, de eius consensu*; Relaxetur. * 1530. 24. Nouemb. Sabell. *Momperus Gallus. Remanentibus pignoribus penes Depositarium, quousque fuerit per* D. *Gubernatorem declaratum, & facta obligatione per ipsum de non recedendo ab Vrbe sine licentia eiusdem Domini Gubernatoris, sub pæna perditionis omnium bonorum suorum; Relaxetur prout se obligauit &c.* * 1568. 26. Febr. Capit. *Petrus Marinarius. Attento quod Creditor habet pignus in manibus, facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties, ac de stando iuri, & iudicatum soluendo sub pæna debiti, prout promisit &c. Relaxetur gratis.*

16 Quin etiam procedit licet Creditori sit cautum solum in vim sequestri. 1579. 4. Iun. Capit. *Cæsar Parmensis. Solutis ad præsens scutis viginti, & sequestratis fructibus Vineæ in manibus sequestratoris eligendi arbitrio* Primi Collateralis, *stante quod satis creditori est cautum sine præiudicio iurium dicti Creditoris contra fideiussores; Relaxetur non obstantibus arrestis.*

17 Tandem procedit etiam ita vt facta executione reali relaxandus sit debitor cum cautione. 1616. 18. Febr. Capit. Iacobus. *Stante executione reali, & data cautione in euentum impedimenti, vel quod bona non sufficiant*; Relaxetur *gratis.* * 1635. 25. Oct. Sabell. *Ioannes. Stante executione reali facta, et præstita fideiussione de se repræsentando quatenus bona non sufficiant, et in euentum impedimenti, Relaxetur gratis: et quatenus recipiatur Vxor, Visita supplet.*

18 Porro hoc, sicut & omnia prædicta, limitandum est casu, quo vitiose cautum sit, quod pro non cauto habendum est. *l. quoties. ff. qui satisd. cog. Iacob. à Canib. de excusat. vltim. volunt. § repetitis. num. 3. fol. 16.*

19 Hæc Visitæ promisio liberationis carcerati *Quando cautum est creditori*, vt supra, de qua in Constitutionibus Pij V. & Pauli V. est valde æqua, cum cedat potius in commodum creditoris, cui seruatur incolumis persona debitoris, & prospicitur pro so- 20 lutione debiti ex bonis ipsius debitoris. Trita est regula, Minus est habere actionem quam rem. *l. minus est. ff. de reg. Iur.* Nam petimus, vel esse aliquid nostrum, vel dari nobis aliquid oportere, cum in rem agimus. *l. si in rem. de rei vind.* Atque ita fit, vt minus sit actionem habere, quam ipsam rem. Quippe qui in rem agit fieri potest, vt licet actionem impetrauerit, rem tamen nunquam consequatur. Ait enim Caius eum nullam videri actionem habere, cum propter inopiam aduersarij inanis est actio. *l. nam et. ff. de dolo.* Testis est etiam Scæuola, qui *l. quod debetur de pecul.* ait: Sumptus in petendo, & euentus executionis posse incertos esse, præsertim in casu carcerationis pauperis debitoris, à quo

tantum abest, vt creditor consequatur, quod sibi debetur, vt etiam ad præstanda illi alimenta grauetur. Quanto ergo melius est habere rem, quam actionem, seu personam debitoris? quod est id, quod alia regula dicitur: Plus cautionis in re est, quam in persona, vt habet Pomponius ad Sabinũ. *l. plus cautionis. de regul. iur. l. à bona fidei. de rei vind.* vbi cautum videri dicimus, cui si non Reis, aut pignoribus, saltem de re aliqua persequenda, restituenda, aut præstando Instrumento quædam securitas est repromissa. Vnde ex regula supradicta firmant communiter DD. ijs rectius & tutius cautum esse qui pignoribus, quam qui sponsoribus acceptis securi sunt.

Non pigeat audire qua ratione Antiochus Monachus de quo S. Ioannes Climacus *in Scala Paradis. grad. 4. non longe à fine.* contractum æs 24 alienum, vt sic dicam, cum Deo dissoluerit: *Cum litteris commendatitijs mei Præsidis ad Cœnobium in Ponto me contuli: quod ingressus, prima statim nocte visus sum mihi secundum quietem videre quosdam, qui rationes à me exigerent, meque post tremendum illud, et horrendum examinis Tribunal, centum auri pondo repetundarum postulatum. Experrectus ergo de obiecto per somnum viso serio cogitaui, ac dixi: Infelix Antioche! graui et vere ære alieno oppressus es. Perseueraui ergo tres annos in illo Cœnobio sine discrimine omnibus subiectus, ab omnibus tamquam aduentitius, despectus, abiectus, & afflictus. Nemo enim alius peregrinus ibi erat præter me. Rursus ergo post triennium ad examen citatus video per somniũ decem dumtaxat auri librarum debitionem remissam. Tum vero post quietem intellecto probe viso, quod per triennium decem tantum pondo satisfeci; Et quando miser omnia nomina dissoluam? Ego mecum ipse; vilissime Anthioche maiori labore opus est, & grauioribus contumelijs assuescendum, vt totam debiti syngrapham aboleas. Deinceps ergo fatui personam sumpsi, non tamen omnino mente destituti. Quod vbi Patres animaduertere, meamque simul animi alacritatem nihilominus in obeundo meo officio sensere, immisericordes illi omnia Monasterij molesta, & grauia onera tanquam purgamento cœnobij imposuere. Quo in genere vitæ cum annos tresdecim durassem; rursus, quos primum videram, exactores rationum mihi oblatos aspexi, qui mihi totius debiti syngrapha præscripta, omne debitum remissum ostenderant. Illis ergo annis, cum me Patres affligerent, semper memor æris alieni omnia inuicto animo exantlabam.* Ecce quomodo illi, qui cordi habent propriam salutem, debita conantur soluere.

Expediti de remedijs liberationis carceratorum ope dilationis, & alijs suprascriptis, properemus ad subsequentia. Ordiamur ab eximia caritate circa infirmos excarcerandos iuxta ordinem Constitutionis Pij V.

§. IV.

INFIRMORVM RELAXATIO.

SVMMARIVM.

1 *Infirmus pauper ciuilis relaxandus, nisi per creditorem subministrentur alimenta, & medicamenta, ex Constit. Pontif.*
2 *Infirmis ciuilibus non prouidit sufficienter Paulus III.*
3 *Infirmi criminales quomodo relaxandi remissiue.*
4 *Infirmorum prouisiones ex notatis à diuersis DD.*
5 *Valetudinis ratio est habenda.*
6 *Moribundos molestantes graui pœna sunt afficiendi.*
7 *Infirmos excarcerare valdè consonum est.*
8 *Infirmos pauperes liberans plura misericordiæ opera exercet.*
9 *Infirmis etiam non petentibus tenemur succurrere.*
10 *Infirmis pauperibus tenemur subministrare necessaria gratis.*
11 *Infirmis quomodo antiquitus subueniret Visitationis decreta referuntur.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 IN casu Infirmitatis creditores eorum sumptibus debitoribus alimenta, & medicamenta, ministrent in carceribus, quibus creditoribus recusantibus, relaxentur; habita fide à medicis deputatis, & recepta cautione, si illam habent, sin minus iuratoria cautione.

Ita Constit. LXVIII. Pij V. Clarius, & plenius postmodum prouidit Paulus V. Constit. LXXI. vbi etiam adiunxit prouisionem pro infirmis non pauperibus in hæc verba. *In casu infirmitatis creditores eorum sumptibus debitoribus alimenta, & medicamenta ministrent in carceribus. quibus creditoribus recusantibus, relaxentur habita fide à medicis deputatis, & data cautione, si illam habent. sin minus recepta iuratoria cautione de se repræsentando; postquã conualuerint: quod seruetur etiã in debitoribus non pauperibus infirmis, qui data pariter cautione de se repræsentando, vt supra sub pœna debiti relaxari possint.*

2 Constitutionis præfata verba consulunt, prout necesse erat, carceratis, qui post carcerationem in morbos incidunt, vt in supradicta Constit. quia præcedens Constit. XLIV. Pauli III. §. 27. minus sufficienter prouiderat. Disponit enim ibi summus Pontifex, vt infra: *Infirmi carcerati, si pro debito ciuili detineantur, facta fide per duos medicos de infirmi-*

firmitate graui, ita quod sit periculum vitæ, præstita cautione de redeundo, recuperata sanitate, relaxentur.

3 Diximus supra *lib.2.* quomodo procedendum sit circa infirmos criminales, dũ explicauimus præfatũ §. 27. Conformes sunt prouisiones prædictæ notatis per Coler. *de process. execut. par. 1. cap. 6. nu. 92. vers. Ripa tamen. Farin. q. 20. num. 143. & q. 33. numer. 28. Maum. de caus. exec. limit. 1. num. 8. 9. & seq. Gualter. de liquid instrum. vers. audiantur. post num. 4 vers. hodie autem. circa fin. Fontan. de pact.*
5 *nupt. claus. 4. glos. 10. n. 10.* si enim ratio valetudinis habenda sit. *l. qui cum uno. §. ff. de re milit.* quanto magis infirmis diligens sollicitudo impendenda.
6 Vnde qui moribundos molestant, sunt graui pœna afficiendi. *Auth. item qui. C. de sepul. viol. Menoch. de arbit. cas. 387. num. 18. Farin. q. 20. nu. 139. vers. quibus adde. Grat. discep. 18. num. 54 & seq.* Qua-
7 propter valde consonum est, vt, si infirmi fuerint carcerati, veniant excarcerandi. *Fontan. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18 par. 4. nu. 10 Lauer. de funer. mort. tit. 2. cap. 1. à num. 121. ad 127.*

8 Quis igitur non promptè ac sollicitè visitet, procuretq. liberationem carceratorum infirmorum, dum plura opera misericordiæ simul exercendo sperare possit se cumulatam quoque à Deo misericor-
9 diam consecuturum? Præsertim cum infirmis etiam non petentibus subuenire teneamur. *Act. de infir. par. 2. ver. carcerati. Et vers. medici. post D. Thom.*
10 *in 3. par. Sum. q. 64 art. 2.* Et, si sint pauperes celeriter, & sufficienter subministrare necessaria gratis debeamus. *Vinc. dec. 159. lib. 2. Act. de infirm. par. 1. cap. 25 nu. 5.*

Olim ante præfatas Constitutiones Visitatores
11 varijs modis infirmis carceratis subueniebant, prout ipsis opportunius videbatur, vt constat ex decretis, quæ non incongruum existimauimus subijcere. 1528. 28. Nouemb. Capitol. *Petrus de Signo infirmus. Videat eum medicus peritus, & si iudicet eum febricitantem infirmitate periculosa, sub obligatione sua de redeundo ad carceres, Relaxetur; & alius captus pro eadem causa non valens facere impensas alimentetur per creditores.* * 1529. 11. Febr. Nonn. *Seraphinus. Facta obligatione iuratoria, attenta ægritudine periculosa, pro qua est facta fides per Ioannem Baptistam de Macerata, de se repræsentando toties, quoties, Relaxetur, qui se obligauit sub pœna debiti.* * 1532. 30. Ian. Sabel. *Ioannes Hispanus, de quo alias. Curetur, dum fuerit infirmus, cum omni commoditate, & habilitatione, qua fieri poterit; & nisi per partes fuerit aliquid deliberatum de eo vsque ad primã Visitam, facta per ipsum cessione bonorum, Relaxetur.*

Interdum prouisum fuit infirmis non carceratis, ne molestarentur personaliter. 1571. 25. Ian. Sabel. *Franciscus contra eius creditores. Docto de infirmitate, non molestetur personaliter, pro tempore quo Medicus fidem fecerit, & ad D. Doriam, qui opportunam concedat significationem etiam auctoritate Visitæ.*

CAPVT I.

Quæ alimenta, & medicamenta præstanda sint infirmis carceratis.

SVMMARIVM.

1 *Medicamenta veniunt alimentorum nomine.*
2 *Alimentorum nomine veniunt omnia sine quibus non potest quis viuere.*
3 *Infirmitas probanda est ab allegante.*
4 *Infirmitatem probant medici maximè ægrotum curantes.*
5 *Infirmo, probata plenè infirmitate, & tali quali paupertate, præstanda sunt medicamenta.*
6 *Medicamenta, & alimenta præstanda diuersimodè, pensata morbi, & personarum qualitate.*
7 *Medicamenta, & alimenta infirmo danda sunt congruentia ad sanitatem.*
8 *Medicamenta, & alimenta arbitrantur à Visita, vt in eius decretis, quæ referuntur.*
9 *Medicamenta, & alimenta à Visita taxata ad situm diurnum, & cur?*
10 *Medicamentis taxatis aliquando addita fuerunt matarati, & medici prouisio.*
11 *Lectus venit alimentorum appellatione.*
12 *Mataratium, & culcitra veniunt alimentorum appellatione.*
13 *Medici conducti pro carceratis, non tenentur curare infirmos pro causa ciuili.*
14 *Medicamentorum, & alimentorum summa non expressa in decreto Visitæ, est à Præside carcerum declaranda.*
15 *Medicamenta, & alimenta augenda, & minuenda iuxta varietatem infirmitatis.*
16 *Infirmitas recipit magis, & minus; & tempore mutatur.*
17 *Tempus edax rerum omnia mutat.*

VErba huius §. quoad Constitutionem LXXI Pauli V. supra relata, duo disponunt; Vnum circa carceratos infirmos pauperes: Alterum circa carceratos infirmos non pauperes. Infirmis pauperibus, de quibus à nobis peculiariter tractandum est, creditores alimenta, & medicamenta præstare debent secundum iuris dispositionem, & Pontificias Sanctiones, vt ex infra dicendis innotescet.

1 Declara primo, vt alimentorum nomine veniant
2 medicamenta, & alia omnia; sine quibus quis viuere non potest. *l. quos nos. §. verbum viuere. de verb. signif. Et melius l. verbo victus.* Ibi: Quæque ad viuendum homini necessaria sunt. *ff. eodem Tit. Bart. cons. 211. Quidam sibi filios hæredes. Alex. cons. 178. num. 7. lib. 6. Bald. l. si cum dotem. §. si maritus nu. 4. & apost. vers. medicina sol. mat. Grat. disp. 610. nu. 2. 10. & seq. Rol. cons. 74. nu. 18. & 19. lib. 2. Surd. de alim. tit. 4. q. 18. & seq. Fontan. de pact. nupt. clau. 6. glos. 2. par. 3. nu. 74. Rot. dec. 31. par. 1. & dec. 195. par. 3. rec.*

3 Declara secundo, vt infirmitas, & mala valetudo pro-

probanda sit ab eo, qui eam allegat. *Sebast. Med. de casib. fortuit. par. 2. q. 6. num.* 5. Et super ea non creditur in specie, nisi medicis peritis; & magis illis, qui ægrotum curant, quam alijs. *l. semel. C. de re mil. lib.* 12. *Hond. cons.* 99. *num.* 33. *& 37. vers.* 1. *Grat. discep.* 19. *nu.* 19.

4

5 Declara tertio; vt si quis infirmetur ante probatam paupertatem, illi nihilominus a creditore præstanda sint alimenta, & medicamenta, probata plenè infirmitate, & tali quali paupertate; quam me præsente Visitatores habuerunt alias pro sufficienter ad hunc effectum probatã, ex eo quod carceratus degeret inter pauperes, & ex relatione cetenus in Visita Procuratoris Caritatis, mandaruntque relaxari Gasparem, vt infrà. 1617. 7. Septemb. Nonæ. *Gaspar. Stante paupertate, de qua plenè constat Visita, & docto de ipsius infirmitate plene, & facta obligatione per ipsum de se repræsentando postquam conualuerit iuxta formam Motus proprij; Relaxetur.*

6 Declara quarto, vt alimenta; & medicamenta præstanda non sint omnibus eadem mensura, sed arbitrio Visitæ, vel Carcerum Præsidis, pensata carceratorum, & infirmitatis qualitate, vt dicturi sumus *seq. §.* quod etiam est de iure. *Surd. de alim. tit. 4. q. 5. art. de infirm. par. 1. cap. 48. nu. 4.* Quorum alimentorum appellatione veniunt etiam medicinæ, vt supra dictum est. In hoc tamen differunt alimenta præstanda benevalenti carcerato; quod hæc, cum in subsidium danda sint, ad meram necessitatem subministrentur, vt dicturi sumus, *§. seq.* medicamenta vero, & alimenta infirmo subministranda, debent congruenter sufficere ad ipsius sanitatem.

7

8 Vt autem apparere possit, ad quam summam arbitrio Visitæ consueuerit se extendere, subijciemus nonnulla decreta diuersis temporibus facta. 1608. 11. Septemb. Capitol. *Dominicus. Stante eius infirmitate, & paupertate, nisi ad primam creditores intimati subministrauerint alimenta & medicamenta ad rationem Iuliorum trium quolibet die. Relaxetur gratis.* * 1610. 5. April. Nonæ. Simile decretum pro Laurentio. * 1634. 28. Septemb. Nonæ. *Alexander. Nisi aduersarius præstiterit alimenta ad rationem Iuliorum duorum quolibet die, & medicamenta necessaria per totum hodie cum intimatione; Relaxetur.* * 1625. 30. Octob. Nonæ. *Flauius. Stante infirmitate, & iuramento præstito se non habere alium fideiussorem, ac obligatione facta de se repræsentando post quã conualuerit sub pœna debiti, pro quo detinetur, nisi aduersarius præstiterit alimenta ad rationem Iuliorum duorum pro quolibet die per totum cras cum intimatione; Relaxetur gratis.* * 1637. 11. Martij. Capitol. *Prosper. Stante graui infirmitate, prout retulit Procurator Caritatis, nisi per totum hodie aduersarius deposuerit Iulios quinque pro alimentis, & medicamentis quolibet die, cum intimatione, Relaxetur.* * 1627. 29. Martij. Nonæ. *Franciscus Maria. Docto de infirmitate, nisi aduersarius præstiterit alimenta, & pro medicamentis ad rationem Iuliorum quatuor; Relaxetur.* * 1630. 27. Iun. Nonæ. Pro Luca simile decretum. * 1640. 23. Septemb. Capit. *Petrus. Stante fide infirmitatis; nisi per totum hodie deposuerit alimenta, & medicamenta ad rationem Iuliorum quinque pro quolibet die, iurato que nihil habere, Relaxetur gratis, cum obligatione de se repræsentando in eisdem carceribus in statu, & terminis, in quibus reperitur, postquam conualuerit, etiam irrequisitus, sub pœna debiti pro quo detinetur, cum intimatione etiam Domi dimissa copia.*

9 Declara quinto, vt quandoque vel considerata qualitate personæ, vel infirmitatis grauis, vel pertinaciæ creditoris taxata fuerint diurna alimenta, & medicamenta vt infra. 1617. 5. Octob. Nonæ. *Ioannes Maria. Nisi aduersarius ad primam diem cum intimatione præstiterit alimenta, & medicamenta ad rationem scuti vnius quolibet die, & fecerit depositum pro decem diebus, Relaxetur gratis.* Cumque creditor, habito recursu ad Præsidem, obtinuisset moderari dictum decretum, habita de hoc notitia Visita, mandauit decretum suum obseruari. * 1617. 23. Nouemb. Nonæ. *Ioannes Maria. Nisi pars per totum præsentem diem præstiterit alimenta iuxta formam decreti alias facti in Visita; Relaxetur gratis.* Simile decretum factum fuit pro Bartholomæo Codutio; anno 1618. Cumque eius creditor in scutis decem tantum esset adeo pertinax, vt assereret velle carceratum perpetuo in illis miserijs nutrire; idque facere posset, cum esset diues, factoque deposito in Monte Pietatis scutorum quinquaginta, ad hunc effectum schedulam in Actis exhibuisset; Visita, cognita creditoris pertinacia, decreuit, vt infra. 1618. 9. Aug. Nonæ. *Bartholomæus. DD. mandarunt de scutis quinquaginta depositatis per creditorẽ pro alimentis d. Bartholomæi in Monte Pietatis consignari D. Procuratori Caritatis scuta decem, ab ipso soluenda iuxta mentem Visitæ, & interim ad D. Præsidem etiam auctoritate Visitæ.* Mens autem Visitæ fuit, vt ex dictis scutis decem, ego, tunc Procurator Caritatis, satisfacerem creditori, & carceratus relaxetur. Id tamen executioni demandari non potuit, quia Mons soluere recusauit propter conditiones appositas in schedula à creditore; quo citato ad consentiendum consignationi dictorum scutorum decem, alias mandari excarcerari carceratum, & vlterius non molestari; creditore non consentiente, fuit excarceratus.

10 Declara sexto, vt vltra alimenta, & medicamenta fuerit aliquando specificè iniunctum, vt daretur culcitra, mataratium, mercesque medico præstaretur, & alia pro indigentijs infirmi. De lecto enim præstando ei, cui debentur alimenta est textus. *l. in strato. & l. quos nos. §. verbum viuere. de verb. sign.* quia sine eo nõ potest homo viuere. *Bart. cons. 211. quidam sibi filios hæredes. Quem sequitur Alex. cons. 178. num. 7. in print. lib. 3. Et in specie de mataratio, & culcitra post alios Surd. de alim. tit. 4. num. 1. & num. 3.* 1623. 2. Maij. Sabel. *Petrus. Stante infirmitate; nisi per totum hodie aduersarius deposuerit Iulios tres quolibet die pro alimentis, & medicamentis, ac etiam mataratiũ præsente D. Cariglia procuratore; Relaxetur, & pro primo deposito deponat scuta duo per Acta Notarij Spada.* * 1638. 29. Iul. Nonæ. *Petrus. Stante infirmitate; nisi pars aduersa præstiterit alimenta, & mercedem medici pro nunc ad rationem Iuliorum quatuor pro quolibet die, & deposuerit pro octo diebus,*

11

12

net

nec non medicamenta ordinata à medico, data cautione, vel iurato non habere cautionem; facta obligatione per se ipsum de se repræsentando postquam conualuerit; Relaxetur gratis cum intimatione.

13 Præfata merces medici debetur à creditore; quia medicus conductus à Camera, & Caritate non tenetur inseruire, nisi carceratis pro causis criminalibus; & quoad ciuiles, tenetur solum facere fidem in scriptis gratis de eorum infirmitate.

14 Declara septimo, vt quotiescunque alimentorum, & medicamentorum summa non exprimitur à Visita; nec determinatur à quo sit declaranda, tunc arbitranda sit à Præside Carcerum decretorum Visitæ executore. *l.2. vbi pup. educ. debeat. & notat. in l.vlt. C.de ordin. cognit. Ang. cons. 357. Dominicus Georgius. num.5. Ancar. cons. 383. Primo, & ante omnia. num.27. Crau. cons. 189. num. 10.* * 1623. 1. Febr. Nonæ. *Franciscus. Docto de infirmitate; nisi per totam præsentem diem cum intimatione aduersarij deposuerint alimenta, & medicamenta; Relaxetur gratis; & pro executione ad D. Præsidem etiam auctoritate Visitæ.* * 1621. 9. Iul. Sabel. *Bernardinus de Gallesio. Nisi per totum præsentem diem cum intimatione aduersarius præstiterit alimenta, & medicamenta arbitrio Physici Caritatis; Relaxetur cum obligatione.*

15 Declara octauo, vt aucta, & diminuta fuerint per Visitam, & Iudices ab eo deputatos medicamenta prout infirmitas augebatur, & diminuebatur. Quod est conforme iuri comuni. *Rol. cons. 79. num. 59. lib. 2. Nellus. de Tutel. cap. 32. & 222. Fontan. de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. part. 3. numer. 74.*

16 Infirmitas enim recipit magis, & minus, ac tempore mutabilis est, ideoque in ea non valet argumentum de præterito ad præsens: Nam tempus

17 edax rerũ, omnia que tempori subijciuntur diuersa facit ac mutat. *cap. quam. tit. de elect. in 6. Rol. consil. 67. num. 17. lib. 2. Surd. cons. 135. num. 55. Seraph. dec. 175. num. 7. Mantic. dec. 169. num. 5.* Cumque tale augumentum, & decrementũ sit incertum, remittitur Iudici declaratio. 1625. 18. Septemb. Nonæ. *Flauius. Stante fide infirmitatis; nisi aduersaria deposuerit pro alimentis, & medicamentis ad rationem Iuliorum trium pro quolibet die plus, & minus arbitrio Præsidis, per totũ cras cum intimatione; iurato se non habere fideiussorem, & facta obligatione per se ipsum de redeundo ad carcerem, postquam conualuerit; Relaxetur.*

Factum fuerat simile decretum antea. 1620. 24. Septemb. Sabell. pro Enrico; & 1621. 21. Ian. Nonæ pro Camillo, sicuti etiam postmodum factum fuit 1629. 29. Martij. Sabell. pro Sebastiano. 1640. 13. Septemb. Sabell. *Dominicus. Stante graui infirmitate, prout docuit ex fide medici Caritatis in Actis data, nisi augeantur per creditores alimenta, & medicamenta ad rationem Iuliorum octo pro quolibet die, per totum cras cum intimatione per totum hodie exequenda, data cautione per ipsum, vel iurato se non habere; facta obligatione de redeundo ad carceres postquam conualuerit sub pœna debiti; Relaxetur.*

CAPVT II.

De non ponendis infirmis ciuilibus in valetudinario carcerum, sed relaxandis, non præstitis alimentis, & medicamentis.

SVMMARIVM.

1 *Infirmi ciuiles ponendi in valetudinario ex Const. Pauli V. quæ non fuit in hoc vsu recepta.*
2 *Infirmaria fit expensis Caritatis, quæ succedit loco Fisci, qui non tenetur subuenire nisi criminalibus.*
3 *Infirmaria debet deseruire solum criminalibus ex Constit. Pauli III. & Pij V.*
4 *Lex noua generalis per antiquam specialiter loquentem distinguitur.*
5 *Infirmis criminalibus non erat sufficienter consultum ex Constit. Pauli III.*
6 *Infirmis ciuilibus medicamenta, & alimenta, ac cubiculi commoditas danda à creditoribus.*
7 *Infirmis ciuilibus, & eorum creditoribus prodest obseruantia illos non ponendi in Infirmaria.*
8 *Quod vni non nocet, & alteri prodest est concedendum.*
9 *Infirmi iuramento statur; an habeat idoneam cautionem.*
10 *Infirmi præstare cautionem saltem iuratoriam debent etiamsi in decreto Visitæ non diceretur.*
11 *Infirmi ciuiles pauperes relaxandi cum cautione iuratoria, etiamsi creditor sit æquè pauper.*
12 *Expressum quod non est à disponente, non est velitum.*
13 *Discretiuus sermo diuersitatem dispositionis inducit.*
14 *Infirmus tristitia continua, & mœrore inconsolabili affligitur.*
15 *Afflictio non est addenda afflicto.*
16 *Infirmis succurrere publici interest.*
17 *Infirmi in carceribus non possunt stare in loco nuncupato da basso, in quo morantur sani.*
18 *Ratio si sit diuersa, ius diuersum statuendum est.*
19 *Infirmitas grauis dicitur, si non adsit spes vitæ 30. dierum.*
20 *Infirmaria criminalium in subsidium debet deseruire etiam pro ciuilibus.*

1 SI attendantur verba Constit. LXXI. Pauli V. *de carcer. & carcerat.* Ibi: *Teneantur custodes etiam pro causa ciuili detentos ponere in Valetudinario, quod Infirmariam appellant;* dicendum erit ponendos esse infirmos in Valetudinario. Contrarium tamen obseruatur, nec vnquã in hac parte vsu recepta fuit præfata Constitutio. Ità vidi obseruari per annos triginta quinque: idem testatur etiam Messorius medicus Caritatis. *in Append. §. 3. cap. 26.* Quippe d. Constitutio in hac parte est carceratis pauperibus valdè præiudicialis.

Scien-

2 Sciendum enim est valetudinarium fieri expensis Dominorum Carcerum; qui non tenentur, nisi pro carceratis criminalibus, cum succedant loco Fisci, qui obligatur ad alimentā dum illos, quando non habent aliunde, *argum. l. si quis à liberis. §. sed si filius. de liber. agnosc. Pap. decis. 439. num. 1. Boer. dec. 303. num. 2.* Pro ciuilibus autem tenentur creditores, si non sunt pauperes; si vero ipsi quoque sint pauperes, tunc victitant ex eleemosynis, quæ subministrant loca Pia Caritatis, Pietatis quotidie,

3 & quandoque aliæ personæ. Hæc obseruantia est conformis Bullæ Pij V cuius vigore erecta fuit Infirmaria. In ea siquidem disponitur, vt erigatur Hospitale, in quo curentur pauperes infirmi, donec adhibeatur diligentia pro illis liberandis iuxta Motum proprium Pauli III. qui *Constitut. XLIV. §. 27* (vbi etiam de hac materia tractauimus lib. 2.) disponit relaxari ciuiles Infirmos cum cautione etiam iuratoria, & criminales consignari Guardiano alicuius Hospitalis cum obligatione illos recōsignandi post conualescentiam. Quare dum Pius Quintus mandat erigi Hospitale in carceribus pro infirmis, & refert se ad dictum Motum proprium Pauli III. vtique dicendum est loqui de criminali-

4 bus, qui ad Hospitalia transmittendi erant. Etenim lex noua etiam generaliter loquens per antiquam specialiter loquentem distinguitur. *Paris. cons. 91. num. 2. & seq. lib. 3. Honded. cons. 24. post num. 27. vers. si vero non constat. lib. 1.* Atque hoc eo magis obseruandum est, quod ratio, propter quam

5 motus est Pius V. ad iniungendum, vt erigatur Hospitale in carceribus pro infirmis criminalibus, vt suprà, fuerit, quia non poterant executioni demādari disposita à Paulo III. quoad consignationem carceratorum criminalium infirmorum Guardiano Hospitalis. Recusabat enim ille recipere sub custodia, quos non valeret continuo custodire, & sub clausura retinere, eo quod portæ Hospitalis stent apertæ. Hac enim ratione poterant facile eludi iudicia, & delicta remanere impunita; maximè cū nec custodes obligari possent ad pœnam. Nemo enim Dominus est membrorum. *l. liber homo. ad l. Aquil. cum ponderatis à Farinacc. quæst. 33. numer. 49.*

6 Atque hinc est quòd Visitatores cum animaduerterent teneri creditores ad alimenta & medicamenta (sub quibus etiam continetur commodum cubiculum, lectus, inseruientes, ac medici) taxauerunt eadem alimenta, & medicamenta quandoque vsque ad summam scuti vnius pro quolibet die, vt

7 in decretis supra relatis. Accedit obseruantia subsecuta, de qua supra, non ponendi infirmos carceratos in valetudinario; quæ obseruantia omnē difficultatē euacuat, ac tollit, valdeq. confert ad excarcerationem infirmorū. Nam quo plus grauātur creditores ad soluendum supra alimenta Iulij diurni, etiam medicamenta, eo facilius permittunt debitores etiam iuratoria cautione à carceribus habilitari. Neque hoc nocet creditoribus, qui vltra expensas, quas euitant, commodum sentiunt, quod debitorū negotia commodius extra carceres pertractentur, ipsique facilius conualescant. Quod si perirent in carceribus, de credito ferè semper actū

8 esset. Quod autem vni prodest, & alteri non solum non nocet, sed vtile est, facile est cōcedendum. *l. 2. §. item Varus. de aq. plu. arc. l. rescripta. C. de prec. Imper. offer.*

Hoc ita stabilito, nempe debitores in valetudinario non esse ponendos, nisi in subsidium, vt infra num. 20. ex supradictis, & alijs *lib. 2. §. 27.* de eadem materia adductis, quæ hic non putamus iteranda; Conclusio sit: Infirmos, si à creditoribus non subministrentur ipsis alimenta, & medicamenta à Visita taxanda, seu à Iudice ab ea deputato, esse cum cautione, etiam iuratoria, si aliam iurent non habere relaxandos.

9 Declara primo, vt stetur iuramento carcerati, an habeat idoneam cautionem. *Auth. generaliter. vbi Bald. num. 4 C. de Epis. & Cler. Osasch. dec. 70 numer. 6. Seraph. de priu. iuramenti. cap. 37. nu. 2. Surd. decis. 141. num. 6.*

10 Declara secundo, vt licet non fuerit aliquando expressum in decretis aliquid de cautione præstanda, illa tamen sit recipienda saltem iuratoria, iuxta dispositionem Constitutionum præfatarum.

11 Declara tertio, vt procedat etiamsi creditor sit æquè pauper. Hoc enim non obstante est excarcerandus infirmus. Primo, quia in dd. Constitutionibus non fuit expressus casus creditoris æquè pauperis, vt exceptus fuit sequenti §. de alimentis.

12 Si enim idem voluissent Summi Pontifices seruari in vtroque casu, id vtique expressissent. *l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. Hond cons. 2. num. 19. lib. 1. Rota decis. 360. num. 33. par. 5. recen.*

13 Est autem de natura discretiui sermonis diuersitatem voluntatis, & dispositionis inducere. *l. liberorum. vers. totius. de verb. signif. Surd. cons. 403. numer. 22.* Deinde accedit etiam ratio diuersitatis in carcerato paupere non ægroto, propter quam non debentur ei alimēta à creditore æquè paupere, quia videlicet illi subuenitur miserabili remedio cessionis bonorum; ad quod licet possit admitti etiam infirmus, tamen cum sit remedium ignominiosum,

14 & in infirmo, secundum Aristotelem. *de arte Poetica.* sit continua tristitia, & mæror inconsolabilis,

15 non est addenda afflictio afflicto. *l. si quis graui. ad Syllan. l. Diuus. ff. de off. Præsid. l. dementis. C. de Epis. aud. cap. cum percussio. 7. q. 1. cap. 1. & cap. ex parte. de Cler. ægrot. & per tot. Sebast. Med. de cas. fortuit. par. 1. q. 17 num. 18 par. 2 q. 6. num. 11. cum seq. Thom. Act. de infirm. par. 1. cap. 28. num. 1. vbi*

16 *num. 5.* affirmat publicè interesse, vt infirmis succurratur. *Ambr. de Vignat. de vsur. n. 150. fol. 169.* Rursus ex alio capite est diuersa ratio in infirmo paupere. Nam pauper sanus potest manere in loco vulgo nuncupato, *da basso*, & viuere ex illo pa-

17 ne, quem suppeditant loca pia Caritatis, & Pietatis, & ex alijs eleemosynis particularium, & aquam loco vini ferè semper bibere; non ita ægroti, quibus nimis dānosū esset habitare in eo cubiculo inferiori, nec possunt ex solo pane, & aqua viuere, prop-

18 terea diuersum quoq. ius statuendū est. *l. si ita scriptum. ff. de manum. test. Dec. cons. 304. num. 5 Surd. cons. 67. num. 19.* Hinc fit vt nonnunquam etiam non relicta facultate creditori subministrandi alimenta, & medicamenta relaxentur pauperes infirmi; vel quia est grauis infirmitas, hoc est, non

19 adest spes vitæ per triginta dies. *Rot. decis. 418. numer. 3. vers. vltra quod. par. 1. rec.* vel ex alijs causis Visitæ bene visis, vt constat ex decretis supra relatis

relatis, & ex his, quæ sequuntur.: 1591. 31. Ian. Nonæ. *Dominicus. Facta obligatione per eum de se repræsentando cum primum conualuerit sub pœna debiti, pro quo detinetur, attenta eius graui infirmitate; prout se obligauit; Relaxetur.* * 1613. 8. Aug. Nonæ. *Liuius. Stante fide infirmitatis, data cautione, vel iurato se non habere cautionem idoneam, loco cautionis facta obligatione per ipsum de redeundo ad carceres postquam conualuerit sub pœna debiti, pro quo detinetur; Relaxetur gratis.* * 1618. 30. Aug. Sabell. *Andreas. Stante infirmitate, & paupertate, relaxetur cum obligatione de redeundo ad carceres postquam conualuerit, etiam irrequisitus: Relaxetur gratis.* * 1619. 19. Septemb. Capitol. *Pro Bartholomæo simile decretum;* Sicuti pro Liuio; 1638. 8. Augusti. Nonæ.

20 Non est tamen reticendum, quod eueniente quocumque casu, quo creditor cogi non possit ad subministrandum alimenta, subsidiarium remedium esse debet Infirmaria Criminalium; quod ita rarò contingit, vt solum nuper (quantum memini) euenerit casus in persona Caroli debitoris, Appaltatoris Cameræ; qui mansit in Infirmaria per paucos dies, fuitq. relaxatus in Visita de consensu creditoris Nonæ 9. Octob. 1653. Et in persona Iosephi, cuius bona infructifera capta fuerunt in executione, & cum propter diuersa impedimenta executionis consummatio, post quam solum potest peti expensa alimentorum & medicamentorum à creditore, in longum protraheretur; cumque venter & morbus moram non patiantur, fuit interim positus in Infirmaria.

Et ita intelligenda etiam videtur Constit. LXXI Paul. V. dum disponit de ponendis ciuilibus in Infirmaria, & sic in subsidium, vt supra. Idq. colligitur ex ijs verbis: *Et in caso di bisogno*, positis tit. *Ordini, e Tasse da osseruarsi da Guardiani*, ibi: *Si faccia l'Infermeria in ciascheduna prigione, e ne habbi la cura il Prelato della Carità pro tempore, & in caso di bisogno se ci mettino ancora li Carcerati ciuili, e li poueri stiano gratis.*

CAPVT III.

De Infirmis non pauperibus relaxandis.

SVMMARIVM.

1 *Infirmi ciuiles non pauperes, data cautione, sunt relaxandi ex Constit. Pauli V.*
2 *Infirmi ciuiles non pauperes, non habentes cautionem iuuandi de bonis proprijs, etiam existentibus penes creditores.*
3 *Infirmi ciuiles non pauperes relaxati ob aliquam causam vltra infirmitatem.*
4 *Infirmus ciuilis habens bona, & non cautionem, non relaxatur* iuratoria cautione.
5 Iuratoria cautione *iuuatur solus pauper, si sit bonæ conditionis, & famæ.*
6 *Infirmus pauper ciuilis iuuatur* cautione iuratoria, *etiamsi non sit bonæ conditionis & famæ.*
7 *Infirmus non pauper non potest relaxari iuratoria cautione, offerente creditore alimenta, & medicamenta.*
8 *Pauperi magis succurrendum, quam diuiti in iudicialibus.*
9 *Infirmæ mulieres omnino relaxandæ, cum non sit pro illis locus vllus in carceribus.*

1 QVod seruetur in debitoribus non pauperibus infirmis, qui data pariter cautione de se repræsentando, vt supra, sub pœna debiti relaxari possint.

1 Verba sunt Constitutionis LXXI. Pauli V. & continent secundam partem huius §. quam paucis expediemus. Conclusio: Relaxandos esse debitores infirmos non pauperes cum cautione de se repræsentando, postquam conualuerint. Probatur ex verbis Constitutionis præfatæ, quæ ita clara sunt, vt nulla ratione eludi possint.

2 Declara primo, vt in carcerato non habente cautionem, sed bona, mandet Visita præstari alimenta, & medicamenta de bonis proprijs. 1609. 12. Nouemb. Nonæ. *Gaspar. Ad D. A. C. met etiã auctoritate Visitæ, & interim subministratis alimentis, & medicamentis ex bonis proprijs ipsius Gasparis, ad rationem Iuliorum quinque quolibet die, non obstantibus quibuscunque sequestris, & inhibitionibus appositis, & apponendis.*

Declara secundo procedere etiam casu, quo bona sint penes creditores. 1629. 24. Iun. Sabell. *Ludouicus. Præstentur alimenta vltra Iulium diurnum datum per Dominos Varesios, pro alio Iulio ex bonis detentis per creditores; & quoad medicamenta præstentur eodem modo, quo præstantur alimenta; & quoad executionem ad D. Aduocatum Pauperum auctoritate Visitæ.*

3 Declara tertio Visitam quandoque habentem bona mandasse excarcerari cum obligatione, si vltra infirmitatem accedat alia causa. 1566. 24. Octob. Nonæ. *Santinus. Attenta infirmitate; & quod pars aduersa fassa est, quod habet in bonis, & quod executio, si non est facta, potest fieri in dictis bonis; facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties, & de soluendo debitum, sub pœna debiti; prout promisit, & se obligauit &c. attenta eius senili ætate; Relaxetur gratis.*

4 Declara quarto, vt in habente bona, & iurante non habere cautionem, regulariter non admittatur cautio iuratoria. Solus enim pauper non tenetur satisdare. *Sebast. Med. de cas. for. par. 2. q. 4. nu. 23.*

5 Requiritur etiam, vt eiusmodi pauper sit bonæ conditionis & famæ. *Natt. cons. 616. num. 9. Far. q. 107. post n. 41. Mauz. de fideiuss. in prælud. tit. 2. cap. 24.*

6 *num. 15. & seq.* In infirmo tamen paupere iuxta stylum Visitæ non inquiritur, an sit bonæ conditionis, sed Visita illum admittit passim ad iuratoriam cautionem, & relaxari mandat.

Hæc dum scriberem incidi in ita luculentam, & eruditam disceptationem Illustriss. D. mei de Rubeis Sac. Aulæ Consistorialis, & Fisci Aduocati clarissimi, qui hunc articulum firmissimis rationibus illustrat; quam propterea in Append. conieci §. 3. *cap. 38.* vt nihil vltrà addendum esse existimauerim.

7 Declara quinto, vt quotiescumque videretur admittendus non pauper qui esset infirmus, ad iuratoriam cautionem, hoc permittendum non esset offerente creditore alimenta, & medicamenta; ne melioris conditionis sit paupere, cui magis succur-
8 rendum est, quam diuiti; præsertim in iudicialibus, in quibus pauperes, vt plurimum opprimi à quibusdam solent. *Caball. Milleloq.676. Nouar. de priu. miser. person. cap.28.num.2.*

9 Declara sexto in mulieribus, in casibus, in quibus possunt carcerari, de quibus *infra §.6.* Istæ enim, si infirmentur, siue diuites, siue pauperes sint, omni meliori modo sunt relaxandæ; cum pro illis neque adsit in carceribus valetudinarium; neque Cameræ, in quibus possint permanere; nec mulieres, quæ illis inseruiant: propter quod omnino ad iuratoriam cautionem, si aliam non habeant, admittendæ sunt, vt diximus *supra lib.2. §.27. circa finem.*

§. V.

RELAXATIO OB NON PRÆSTATIONEM ALIMENTORVM.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes relaxantur, nisi à creditore non æquè paupere præstentur alimenta, ex Constit. Pij V. & Pauli V.*
2 *Alimenta denegare est necare.*
3 *Intolerabilibus oneribus mors præfertur.*
4 *Declarationes libentius ad propositam materiam perducunt.*
5 *Alimenta de iure præstanda sunt pauperi carcerato.*
6 *Alimentorum materia est fauorabilis.*
7 *Alimentorum causa celerem requirit expeditionẽ.*
8 *Alimenta decerni possunt officio Iudicis.*
9 *Alimentis decretis officio Iudicis non datur appellatio suspensiua.*
10 *In alimentorum fauorem in dubio est iudicandũ.*
11 *Alimenta dare indebite melius, quam denegare indebite.*
12 *Alimenta non veniunt in confiscatione bonorum.*
13 *Alimentorum obligatio, & hypotheca in omnes transit.*
14 *Alimentorum fauore potest quilibet hæres in solidum conueniri.*
15 *Alimenta sunt indiuidua.*
16 *Alimenta si debeant plures hæredes, vno effectò non soluendo, onus non accrescit alijs.*
17 *Alimenta à quocumque successore peti possunt.*
18 *Pro alimentis res obligata transit cum onere.*
19 *Alimenta futura sunt priuilegiata, nõ præterita.*
20 *Alimenta debita ex legato, vel contractu diuiti, non sunt priuilegiata.*
21 *Alimenta recepta à paupere non sunt restituenda.*
22 *Alimenta præstita pauperibus antequam superuenirent bona, non sunt restituenda.*
23 *Alimenta diuersimodè decernebantur à Visita antiquitus.*
24 *Alimentis non præstitis antiquitus relaxabatur debitor cum obligatione desoluendo.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

Relaxentur debitores, quando cognita eorum paupertate, & pertinacia creditoris (qui tamen non sit æquè pauper) ei mandatum fuit, vt carcerato debitori subministret alimenta, & ipse hoc facere recusat.

1 Verba sunt Constit. LXVIII. Pij V. §.5. exceptis illis, *(qui tamen non sit æque pauper)* additis à Paulo V. *Constit. LXXI.* §.24. in qua sequuntur etiam alia infrascripta, quæ non leguntur in dicta *Const. LXVIII. Pij V. Quandocumque autem creditor debitori relaxato paratus sit alimenta præstare, possit illum cogere ad redeundũ ad carceres, prout supra dispositum est.*

2 Quam necessaria sint alimenta vinctis, nemo est qui nesciat; eum non alere sit necare. *l. vel necare. de lib. agnosc.* Hinc est quod Iulius Sabinus, vt refert Seneca *Contr.4.* conquerens de inedia carceris, ait: *Nihil onerosum à vobis peto; sed vt me aut mori velitis, aut, si quid morte peius est, viuere.* Vnde M. Tullius. *Orat. pro Quinctio:* rectissimè dixit; *Non alere, est non modo è numero viuorum exturbare, sed infra etiam mortuos amandare.* Certè nisi vinctis prospiceretur de alimentis, cogerentur miseri
3 debitores carcerati exequi, quod dixerunt, vt legitur apud Valerium *lib.6 cap.4* legati Lacedæmoniorum Philippo ciuitatem ipsorum intolerabilibus oneribus implicanti: *Si quid morte grauius imperare perseueraueris, mortem præferamus;* Hinc adagium est, *Cibum è flamma petere:* quo significamus homines quiduis cibi causa passuros, facturosque, cum miserrimum mortis genus sit fame mori: vnde Homerus Odiss. 11.

„ *Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis:*
„ *At periisse fame res vna miserrima longè est.*

Congruum itaque fuit, vt ea pietate, quam præseferunt verba huius §.5. succurretur pauperibus carceratis, alimenta illis subministrando, circa quæ nos distincta capita formauimus, præmissis nonnullis generalibus declarationibus, & decretis, quę lectorem libentiorem ad propositæ materiæ lectionem reddunt, & euidentiorem præstant cognitionem. *l. 1. ff. de orig. iur.*

4 Declara primo, vt hæc dispositio præstandi alimenta consentire videatur cum glossa notabili ab omnibus allegata *in l. iubemus. verb. agnoscere. C. de erog. mil. ann. lib.12.* vbi disponitur, quod debitor carceratus, si non habeat, vnde se alat, alendus sit ab eo, qui fecit eum carcerari.

5 Declara secundo, vt hæc materia alimentorum sit

fit maximè fauorabilis. *l.mela. ff. de alim. & cibar. & legat. & fermè per totum tit. Surd. de alim. tit. 1. q. 120. nu. 10 & alij, quos citat, & sequitur Giurb. obseru. 19. num. 16.*

7 Declara tertio, vt propterea alimentorum causa requirat celerem expeditionem. *Rota decis. 764. num. 1. par. 1. diuers. Et in Fulginaten. alimentorum. 5. Iun. 1624. coram Pirouano. inter recent. decis. 644. num. 6. par. 4.* Vbi dicitur non debere retardari alimenta sub prætextu iurium altiorem indaginem requirentium.

8 Declara quarto, vt eadem alimenta possint decerni, & taxari officio Iudicis, si petantur propter 9 inopiam, & tunc non admittitur appellatio suspēsiua, etiamsi non adsit obligatio Cameralis. *Caputaq. decis. 98. par. 1. Surd. de alim. tit. 8. priu. 69. n. 1.* Secus est si petantur iure actionis. *Trentacinq. 1. var. tit. de alim. resol. 1. nu. 17. Grat. dec. 53. nu. 10. & alij quos citat, & sequitur Giurb. obser. 19. n. 18.*

Declara quinto consequenter, vt in dubio pro alimentis sit iudicandum. *l. sed & si. §. an autem. ff. de Carbon. edic. Coler. de alim. lib. 3. cap. 14. Et* 11 *Giurb. cit. obseru. 19. num. 15.* Melius est enim non alendum alere, quam alendum fame necare. *Surdus de alim. tit. 1. q. 24. num. 9 & text. in d. §. an autem.* Vbi habetur, curam maiorem haberi debere, ne fame pereat filius, quam ne minor hæreditas ad petitorem perueniat, si apparuerit filium non esse.

12 Declara sexto, vt cum alimentorum actio sit tēporalis, & de futuro, propterea in confiscatione bonorum non veniant alimenta. *Pinel. Rub. C. de bon. mat. par. 1. num. 3. ex communi Clar. q. 18. vbi Baiard. num. 109. Et alij plures citati à Giurb. obseru. 19. num. 15. vers. & cum eorum actio.*

13 Declara septimo, vt alimentorum obligatio, & hypotheca trāseat in oēs hæredes. *Crauet. cōs. 522. num. 2. cons. 117. nu. 45. Franc. dec. 87. nu. 15. Grat. discep. 229. num. 11. & 12. Giurb. obseru. 19. nu. 1.*

14 Imò potest quilibet ex eisdem hæredibus in solidum conueniri ex speciali alimentorum priuilegio. *l. 3. ff. de alim. & cib. leg.* qui textus limitat l. pro hæreditarijs. C. de hæred. act. vt expresse ibi *glos. &* 15 *Franc. decis. 203.* Ratio est, quia alimenta sunt indiuidua. *Surd. de alim. tit. 9. q. 14. num. 14. Thesau. lib. 2. forens. quæst. 67. num. 1. & 17. quos sequitur Giurb. tit. obser. 19. num. 2. & 3.* Aduertendum ta-16 men est, quod si plures præstare debeant alimenta quorum aliqui sunt soluendo, altero eorum effecto non soluendo, eius onus cæteris cohæredibus non accrescat. *l. 3. ad fin. ff. de alim. & cib. leg. & ibi Bart. num. 20. Giurb. obser. 19. num. 17.*

17 Declara octauo, vt alimenta non solum ab hæredibus, sed etiam à quocunq. successore peti possint. *l. 2. l. libertis. §. Lucius. ff. de alim. & cib. leg.* & per consequens etiam ab hærede hæredis. *Surd. de alim. tit. 1. q. 26. num. 2.* Ratio est, quia hoc onus 18 alimentorum sequitur rem, & res obligata transit ad quemcumque cum onere suo. *l. debitorem. l. pignorit. C. de pignor.* Adeo vt si plures sint, in quos res transit, in solidum singuli conueniri possint nō pro rata. *l. mosebis. de iur. fis. Rom. cons. 128. vbi Mandos. Giurb. qui quamplures alios allegat obser. 19 num. 5. & seq.*

19 Declara nono, vt præfata priuilegia competant pro futuris alimentis, non autem pro præteritis. *Decian. cons. 90. num. 3. vol. 5. Milanen. dec. 5. nu. 24. & dec. 16. num. 3. par. 1. Giurb. obser. 19. num. 19. vers. futura alimenta.*

20 Declara decimo, vt nec fauor alimentorum competat ei, qui vigore contractus, vel legati debet ali, & est diues, ac habet aliunde. *Surd. de alim. tit. 8. priu. 2. num. 3. post Bart. in l. alio. nu. 4. & 5. ff. de alim. & cib. leg. & alios:* Quos non adduco. cum hæc declaratio non concernat alimenta præstanda pauperi carcerato, de quibus nobis est sermo.

21 Declara vndecimo, vt pauper non teneatur restituere recepta alimenta, quia fuerunt causa pietatis præstita, ne fame periret in carceribus non animo repetendi. *l. cum is qui. §. si mulier, aliàs, si in ea re. & ibi Bar. ff. de condit. & indebiti. l. 1. & 2. & l. alimenta. ff. de neg. gest. D. Thom. 22. q. 1. art. 1. Elisæus Danza. tit. de consum. cap. 3. num. 12.*

22 Sicuti nec restitui debent ea, quæ præstita fuerunt pauperibus, antequam illis superuenirent facultates *Couar. pract. lib. 4. cap. 6. in fine.*

23 Declara duodecimo, vt cum alimenta debeant præstari pietatis causa, ne quis fame pereat, sint præstanda non secundum dignitatem, sed secundum necessitatem viuendi. *Iacob. de Aren. & Bald. in l. si maritus. in fin. ff. solut. matrim. Beat. cons. 17. post num. 73. de debit. inop. Castag. in tract. deduct. ne egeat. q. 11. num. 8.* & dicturi sumus infra ad aliū effectum *§. 7. decl. 8. num. 14.*

Declara decimotertio, vt si proiecta Hospitalis S. Spiritus carceretur, circa alimenta & locum quo veniat recipienda, finita causa prouiderit alias Visita, vt infra. 1621. 21. Ian. Nonæ. *Camilla Consignetur in Hospitali Sancti Spiritus, & quatenus ibi non recipiatur, & infra triduum non deponantur alimenta pro sex mensibus; Relaxetur gratis.*

24 His declarationibus præmissis non abs re erit subnectere nonnulla antiqua Visitæ decreta, antequam deueniamus ad disposita in Pontificum Cōstitutionibus, quas habemus præ manibus. Visita enim, priusquam illæ emanarunt, diuersimodè consulebat pauperibus carceratis pro causa ciuili. 1528. 16. Iun. Capitol. *Iulius Senator expediat auctoritate Visitæ; & stet decretum quoad alimenta, & si creditor non præstabit alimenta infra duos dies; Relaxetur.*

Paulò post emanauit generale decretum Visitæ in materia alimentorum. 1528. 4. Aug. Nonæ. *Auctoritate Visitæ statuitur, & decernitur, quod carcerati pro debito ciuili non detineantur vltra sex dies impensa Capitanei, & si creditores voluerint eos diutius detineri, eos alant de proprijs pecunijs; constito, quod ipsi detenti non habeant modum viuendi, aliàs data cautione, quam poterunt, relaxentur. Detenti autem ratione delictorum expediantur per Iudices infra decem dies, secundum quod Iudices commodè poterunt; & executores non capiant aliquem sine mandato, nisi reperto in flaganti crimine; aut ipsi executores infra duas horas post capturam teneantur significare D. Gubernatori, siue D. Auditori Cameræ; & propter illud rationabiliter fieri debeat captura, & quod singula hebdomada fiat visitatio carcerum diebus solitis, & hoc seruetur ad beneplacitum S.D.N. & Cameræ Apostolicæ.* * 1529. 6. Nouemb. Sabell. *Thomasinus.*

Fiat verbum cum D.*Philippo de Senis, qui prouideat, ne marcescat in carceribus, & quoad alimenta, moneantur creditores pro parte Visitæ ad præstandum alimenta cum comminatione, quod relaxabitur.* * 1529. 18.Nouemb. Sabell. *Don Thomasinus de quo alias. Nisi hodie creditores ceperint alere eundem in carceribus, relaxetur non obstantibus allegatis, & infra quinque dies expediat Vicarius, cui commissa est causa, vigore commissionis.* * 1530. 15.Octob. Sabell. *Laurentius Cimator, de quo in alia Visita. Seruetur decretum alias factum, & intimetur parti, quod præstet alimenta sub cōminatione quod relaxabitur.* * 1545.26.Febr.Nonæ. *Hercules. Facta intimatione creditoribus per totum hodie, & cras de alimentãdo ipsum in carceribus, & nisi præstiterint alimẽta, relaxetur: & interim Commissarius Cameræ expediat per totum hodie de carceribus.* * 1545.19. Mart.Capitol. *Hieronymus. Domini Iudices expediant, & in primis prouideat de alimentis arbitrio suo D.Senator.*

25 Porrò recusantibus, vel differentibus creditoribus subministrare alimenta; Visita quandoque relaxauit debitores cum obligatione de soluendo, non autem simpliciter absque obligatione, vt modo fit in vim Pontificiarum Constitutionum, quæ postea emanarunt. 1579. 30.April.Capitol. *Ioannes Martius. Attenta longa carceratione, & quod nemo ei subministrat alimenta iuxta formam decreti, solutis ad præsens scutis viginti, & pro residuo facta per eum obligatione de soluendo scuta quinque quolibet mense creditori suo, prout præsẽs promisit &c. Relaxetur.* * 1596. 19.Septemb.Capitol. *Ioannes Baptista Alexij. Nisi infra triduum subministrentur alimenta à creditore ad rationem Iulij vnius quolibet die, facta obligatione per seipsum de soluendo scutum vnum quolibet mense creditori suo vsque &c. & deficiente &c. Relaxetur gratis, & intimetur creditori.*

Præfatis antiquis decretis speciminis gratia, & declarationibus præmissis, modo ad ea, quæ in hoc §.5. supra relato legũtur, sermonem conuertamus. Hæc tria sunt. Vnum, quod debitori pauperi præstanda sint alimenta à creditore, qui non sit æquè pauper: Alterum, quod, creditore non præstante alimenta, relaxandus sit debitor: Tertium, quod debitor relaxatus ob non præstationem alimentorum iterum possit capi, si sit paratus creditor illa præstare. Singula singillatim declarabimus.

CAPVT I.

De requisitis ad obtinendum alimenta, & ad quam rationem præstanda sint.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta petens debet probare paupertatem per testes, & quomodo.*
2 *Alimenta petens debet probare inopiam arctissimam.*
3 *Paupertatem probat fides Parochi vsque ad scuta quinquaginta.*
4 *Parocho credendum est, quia suas oues cognoscit.*
5 *Probatio nunquam contrariam probationem excludit.*
6 *Paupertatem probat fides Parochi pro scutis quinquaginta, & fructibus.*
7 *Parum, & nihil in iure æquiparantur.*
8 *Paupertatem non probat semper his temporibus Parochi fides.*
9 *Alimenta quandoq. præstita à Visita facta assignatione bonorum.*
10 *Alimenta in* LL.XII.Tabularum *ad quam rationem constituta.*
11 *Alimenta de iure communi ad quam rationem præstanda.*
12 *Alimenta sunt Iulius diurnus ex decretis Visitæ, & Pontif. Const.*
13 *Alimenta carcerato præstantur in subsidium, & ideo sunt præstanda ad meram necessitatem.*
14 *Alimentorum quantitate taxata non attenditur qualitas personarum.*
15 *Alimẽta taxata ita dantur paruis sicut adultis.*
16 *Alimenta augentur à Visita, quando de proprio sunt præstanda, vel qualificata est persona debitoris.*
17 *Alimenta de iure secundum qualitatem personæ sunt præstanda.*
18 *Alimenta Iulij vnius diurni non sunt facile augenda.*
19 *Alimenta præstanda sunt deponenda anticipate per decem dies ex Constit.Pauli V.*
20 *Alimenta præstari debent anticipate de iure.*

1 Debitor carceratus ad effectum obtinendi decretum alimentorum tenetur probare paupertatem ex regula trita in iudicijs; Fundantem se in qualitate, qualis est paupertas, teneri illam probare, vt etiam diximus *lib.2.* vbi de modis paupertatem probandi latè disseruimus. *§.2. cap.* 5.6. *& 7.*

Paupertas ad effectum obtinendi alimenta probari solet frequentius ex testium depositione formiter examinatorum, qui sint informati de statu debitoris; de illius paupertate; & deponant concludenter, affirmatiuè, cum optima ratione scientiæ. *Conar.resol.6. num.8. vers. cæterum paupertas.lib.2. Mascar.de probat. conclus.*1154.*num.*23. *Grat.discept.*660. *num.*1. *cum seq.* maximè ad certum, & determinatum effectum alimentorum carcerato à creditore præstandorum.

2 Ad quem effectum pauper dicitur, qui nec soluere expensas, nec alimenta necessaria percipere valet, non solum ex fructibus, sed neque etiam ex capitali, & proprietate, adeo vt non simplex paupertas, sed inopia arctissima requiratur; vt præter supra citatos firmat *Grat.discept.*907.*nu.*1. *Giurb. decis.*18. *num* 6. *Rot. dec.*48. *num.*1.3.*&* 4.*par.*2. *diu. & penes Bur.dec.*41. *num.*5.7. *&* 10.*in addit. vers. quod paupertas.* Hi testes ex dispositione Const.LXXI. Pauli V. gratis sunt examinandi. *Tit. de regist.vers. Pauperibus.* Ibi, *Et si quando contigerit probandam esse paupertatem, testes similiter gratis, & summarie examinentur.* Quia tamen id non sine difficultate plærumque à Notarijs obtinetur, in hoc alias Archiconfraternitas Pietatis

conlu-

consuluit carceratis, vt in Edicto *in Append. §.2. cap.13.*

3 Hęc tamen intelligenda sunt in debito excedente summam scutorum quinquaginta. Siquidem pro scutis quinquaginta sufficit testimonium Parochi de paupertate; dummodo sit speciale, & iuratum, asserens specificè de paupertate ad effectum cogēdi creditorum ad præstandum alimenta; & hoc deponat in conscientia, vt in infrascripta Pauli V. taxa: *Se li carcerati sono continui habitanti in Roma, basti la fede del loro Parrocchiano, quando il debito, per il quale sono carcerati, non ecceda scudi cinquanta, & il creditore non proui il contrario per doi testimonij idonei*. sub dat. 21. Decembris 1618. *in Append. §.3. cap.9.* Quæ taxa fuit etiam confirmata ab Vrbano VIII. 15. Nouemb. 1638. *in eadem Append. eod. §. cap. 11.*

4 Credendum namq. est Parocho, qui suas oues cognoscere debet. *arg. cap. fin. de sepul.* Quique est iudex animarum, de quo propterea lex plurimum confidit. *Rota decis. 262. num. 8. par. 2. recen. & dec. 260. num. 14. par. 6. & penes Coccin. decis. 334. num. 2. & dec. 264. num. 8. par. 5. rec.* Quare Visita inhærendo dispositioni dictæ taxæ aliàs decreuit, vt infra. 1620. 14. Maij. Nonæ. *Pro Ioanne Paulo Cæsaris. Fuit decretum procuratore partis præsente, quod nisi infra tres dies probauerit contra fidem Parochi, præstentur alimenta, & in casu non præstationis, Relaxetur gratis*. Probatio

5 enim nunquam contrariam probationem excludit. *Bart. in l. admonendi. de iure iur. Surd. cons. 135. num. 94. Grat. discept. 849. num. 2. 7. & 9. Rota decis. 126. num. 15. par. 5. & decis. 7. nu. 8. par. 6. rec.*

6 Immò vero attēditur etiam fides Parochi pro maiori summa, quam scutorum quinquaginta; videlicet etiam pro infirmis, vt fuit dictum in Curia Capitolij. 6. Septemb. 1640. in Visita pro Carolo carcerato pro scutis quinquaginta, & fructibus, quia fructus ascendebant ad modicam summam.

7 Nam parum, & nihil in iure æquiparantur. *l. quāuis. de cond. & demonst. l. scio. ff. de in integ. restit. Surd. cons. 197. num. 2.* Quamquam his tempori-

8 bus Domini Visitatores non facilè deferant fidei quorundam Parochorum, tum quia experientia docuit illos (ue se reddant inuisos carceratis, quorum cura ad ipsos spectat) facilè attestari de carceratorum paupertate; tum quia, vt plurimum sunt ex alijs locis oriundi, ac proinde non habent de illorum facultatibus sufficientem notitiam.

9 Limita vt prędicta taxa habeat solum locum in carceratis, quorum causæ in Visita sunt introductæ; vel coram Iudicibus à Visita deputatis ventilantur, vt ex eius lectura apparet. In qua taxa animaduertendum est, quod licet fauore carceratorum credatur Parocho, non tamen illi creditur contra carceratum, sed probatio fieri debet per testes, vt ex verbis supra proximè relatis.

Prouisum nihilominus aliquando fuit pro carceratis circa alimenta, vt infra; non tamen frequenter, nec facilè; sed concurrente aliqua causa, vti longa carceratione, seu alia à Visitatoribus pro sufficienti habita. 17. Iunij. 1627. *Eques Ludouicus. Præstito consensu consignationi, & subbastationi omnium bonorum ad fauorem creditorum, nisi ipsi creditores deposuerint alimenta vnius Iulij cum dimidio infra tres cum intimatione; Relaxetur.* In isto carcerato concurrebat qualitas personæ (erat enim eques) longa carceratio, & quod eius loca Montium erant in manibus creditorum, domusque, quam in patria possidebat, nec conductorem, nec emptorem poterat reperire. 1637. 30. April. Sabel. *Ioannes Baptista. Facta assignatione ad fauorem creditorum, & nisi aduersarij præstiterint alimēta ad rationem vnius Iulij pro quolibet die cum intimatione; Relaxetur.* Dixi fieri cum difficultate, quia si creditor habet bona, debet illa vendere, & ex pretio se alere; & si non reperit emptorē, habet remedium iuris; propterea cum inaudito creditore Visita 10. Febr. 1650. fecisset decretum infrascriptum in carceribus Turris Nonæ. *Pasqualis Capitaneus carceratus. Præstentur alimenta facta assignatione domus, quam prætendit creditor possidere; stante quod sit grauata ære alieno pro toto eiusdem domus valore; & aliorum quorumcumque bonorum, quæ creditor reperiret; Relaxetur:* Habita postmodum per creditorem de præfato decreto notitia, obtinuit à Visita decretum infrascriptum. 1650. 5. Decemb. Nonæ. *Pasqualis. Præuia repositione a decreto in Visitatione in istis carceribus facto, facta indicatione bonorum, & præstita consensu illorum subbastationi, & declarationi, & in casu impedimenti, quod bona non sufficiant; præstita cautione de redeundo ad carceres sub pœna debiti, pro quo detinetur; Relaxetur.*

10 Ad quam vero rationem præstanda sint alimenta, si quæramus de antiquissimo tempore, habemus lege duodecim Tabularū cōstitutū his verbis: *Æris confessi, rebusq. iure iudicatis triginta dies iusti sunto; post deinde manus iniectio esto; in ius ducito; ni iudicatum facit, aut quis endo, eo in iure vindicito; tecum ducito; vincito, aut neruo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore; aut si volet, maiore vincito, si volet, suo viuito: ni suo viuit, qui e m vinctum habebit, libras farris endo dies dato, si volet plus dato.* Gottifredus *in notis ad hanc legem* ait verba illa, *libras farris endo dies*, viros doctos iampridem exercuisse, ipseq. illa exponit, vt intelligenda sint, quod dentur singulæ libræ in singulos dies, ex Horatio *lib. 1. sat. 5.*

„———————— rogabat,
„ *Denique, cur numquam fugisset, cui satis vna*
„ *Farris libra foret* ————————
Libra itaque farris in diem, libra in dies singula in singulos, quo minorem modum lex hæc nexo dari vetat, maiorem permittit. Hæc Gottif.

11 Prouidetur etiā circa carceratorum alimēta per l. Iudices. C. de Epis. aud. Ibi: *Victualem substantiā non habentibus faciant ministrari*. Vbi DD. tractant de quantitate subministranda. Nec defuerunt qui dicerent in pane & aqua tantummodo esse

præstanda. *Ang. in l.minime. C.de app.* nos autem versamur extra omnem controuersiam, quia habebemus tũ Visitationis decreta, tum obseruãtiã; qui-
12 bus definitur alimentorum mensura ad rationem Iulij vnius quolibet die regulariter, & numquam
13 minus. Præstantur enim in subsidium, adeoq. non sunt decernẽda, nisi ad meram necessitatem. *Bald. in l.maritus. sol.matr. Fontan. de pact.nupt.claus.4. glos.8. par. 9.num.17. Rot.dec.58.num.2. par.1.& dec.249.num.1.par.2.& dec 30.num.21. par.7.re-*
14 *cen.* Neque attenditur qualitas personæ, vel conditio, quando alimentorum quantitas est taxata. *Bald & Ang. in l.si partem. ff.de ser.rust.præd.* Vbi
15 deputati ad dandas duas buccellas pro eleemosyna tenentur ita dare paruis, sicut adultis *Innoc. & Fel.cap.est in Ferrariensis.de const.Capol.de seruit.rust.præd.tit.de aquad. concl.1. Picus in auth. præterea.num.62. C.und. vir & uxor. quos citat, & sequitur Surd.de alim. q.18.num.64. tit.3.*

16 Multis nihilominus de causis censuit Visita augere huiusmodi alimenta carcerato, puta si præstanda sint de bonis debitoris. Tunc enim ad rationem Iuliorum duorum, aut etiam trium præstari decernit. Vel si carceratus sit persona qualificata, vt Doctor, Mercator, Nobilis: augentur enim hoc casu vsque ad Iulios duos diurnos à Creditore de proprio persoluendos. Quod est conforme iuris
17 dispositioni; quia alimenta augentur, & minuuntur pro qualitate eius, cui præstanda sunt. *l.si cui. de aur. leg.* adeo vt propter dignitatem illius, qui ea recipere debet, maiora solui debeant. *Tiraq. de Nobil.cap.20.nu.143. Rota. decis.194.nu.7. par.7. rec.* Ad quam iuris dispositionem ex æquitate eadem alimenta propter causas prædictas reducit Visita, non obstante quod sint taxata ad rationem solum vnius Iulij, vt supra.

18 Declara primo, vt non facile augeantur alimenta. Nam solutio Iulij vnius quolibet die est valdè competens, cum de iure sufficiat præstare alimenta carcerato, ne pereat, vt supra diximus; & dum Lex XII. Tabularum assignat diurnam libram farris; Et ita l.Iudices. C.de.Epis. aud. mandat præstari duas, vel tres libellas panis, videtur ex his deduci sufficere posse tres, aut quatuor obolos.

19 Declara secundo, vt in euentum præstationis alimentorum debeant deponi anticipatè, saltem pro decem diebus ex Constitut. LXXI. Pauli V. *tit. de carcer. & carcerat. vers. alimenta debitoribus.* De
20 iure etiam alimenta præstari debent anticipatè. *Franc.decis.155.num.3.Surd.cons.123. num.8.* Si vero pertinax esset creditor, & potius liuore, quam spe consequendi creditum aleret debitorem in carceribus, debitori consulit Visita, vt casu infrascripto. 1651.28. Octob. in Visita secreta carcerum Sabell. *Octauius carceratus pro scutis decem. Stante paupertate in actis probata, carceratione duorum mensium, & dierum viginti, & stante pertinacia creditoris, qui deposuit scuta duodecim anticipatè pro alimentis; sine præiudicio executionis realis. Relaxetur gratis cum intimatione, & pro executione ad D. Præsidem.*

CAPVT II.

A quibus præstanda sint alimenta Carcerato.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstanda sunt à creditore, illis non præstitis, relaxandus est debitor de iure, & ex Constit. Pauli V.*
2 *Alimenta præstanda sunt etiam ab arrestantibus.*
3 *Ratio vna casus omnes decidit sub ea comprehensos.*
4 *Alimenta non tenetur præstare creditor æquè pauper.*
5 *Alimenta non tenetur præstare creditor, qui habet redditus pro sui solum sustentatione.*
6 *Caritate quis plus amat se in vngue, quam alium in vertice.*
7 *Caritas primo incipit à se ipso.*
8 *Alimenta matri non tenetur præstare filius, nisi habeat facultates ad victum vtriusque.*
9 *Pauperior quis sit, an debitor, vel creditor quomodo iudicandum.*
10 *Pauperiori Hospitali relictum legatum, cui dandum.*
11 *Alimenta pauperi carcerato ad creditoris pauperis instantiam ex eleemosynis præstanda sunt.*
12 *Alimenta, quæ dantur à locis Pijs pauperibus carceratis, sunt vnicus panis diurnus.*
13 *Eleemosynas præstare pauperibus carceratis valdè pium est.*
14 *Eleemosynas pauperibus carceratis dantes gratijs fuisse affectos probatur exemplis.*
15 *Alimenta præstanda sunt pauperi carcerato, etiam à Religiosis, seu locis Pijs, qui eos carcerare fecerunt.*
16 *Pijs locis non est ita fauendum, vt alijs noceamus.*
17 *Piæ causæ non dantur priuilegia, nisi in casibus expressis.*
18 *Alimẽta præstare carcerato pauperi creditor si sit locus pius pauper, vel Religio verè mendicans non tenentur.*
19 *Alimenta an præstanda sint pauperi carcerato à loco Pio habente redditus ad certum vsum destinatos.*
20 *Alimenta præstandi debitori carcerato pauperi necessitas in creditore non est practiua, sed causatiua.*
21 *Personalis executio à locis Pijs fieri non potest, nisi concurrat obligatio Cameralis.*
22 *Alimenta præstanda pauperi carcerato ad instantiam loci Pij dici possunt conuenienς indigentia eiusdem loci Pij.*
23 *Ad vsum pium relicta, possunt ad magis pium conuerti.*
24 *Mons Pietatis debet mutuare pauperibus non habentibus necessaria pro conseruanda congruentia status.*
25 *Alimentorum causa dicitur pia.*
26 *Alimenta negans, necare dicitur.*
27 *Alimentorum præstatio semper est fauorabilis, & ampliabilis.*

28 *Ali-*

28 *Alimenta frustra dare aequius est, quam necessaria denegare.*
29 *Alimentorum fauor & paupertatis consideratur in praestatione alimentorum.*
30 *Loci Py minister non gaudet priuilegijs loci Pij.*
31 *Fisci priuilegia ad ministros non extenduntur.*
32 *Causa pia Fisco aequiparatur.*
33 *Mons Pietatis Fisco aequiparatur.*
34 *Alimenta praestanda pauperi carcerato à creditore, quia huic non dantur eleemosyna locorum Piorum.*
35 *Obseruantia est interpres optima.*
36 *Alimenta praestanda sunt à detinentibus carceratum ad correctionem.*
37 *Religioso carcerato pro delicto debentur à suo Conuentu ultra alimenta, etiam sumptus litis.*
38 *Cardinales habent ius priuati carceris.*
39 *Cardinales nostris temporibus habent in domesticos ius correctionis tantum.*
40 *Cardinales alere tenentur quos detinent inclusos ad correctionem.*

1 DIximus à creditore praestanda esse alimenta. Vndè consequens est, vt illo non subministrante alimenta, pauper debitor sit excarcerandus, tam de iure. *Guidop.dec.*211.*Far.q.*27.*numer.*149. *Nouar.de priu.miser.pers.cap.*72.*nu.*10.*&* 11.*Rota decis.* 77.*num.*4.*vers.sed potius damnorum. par.* 1. *rec.* quam vigore decretorum Visitae, & Constit. *LXXI. Pauli V. in Bullar.fol.* 193. Haec tamen propositio eget explicatione, quam subijcimus.

2 Declara itaque primo, vt tam à creditore sint praestanda alimenta, qui debitorem carcerari fecit, quam ab eo, siue ab ijs, qui illum arrestari fecerunt. Non enim diuersa ratio allegari potest, cur minus arrestans pauperem carceratum in carceribus alere debeat, quam carcerare faciens. *l. illud. ad l. Aquil.* Ratio namque vna casus omnes decidit 3 in ea comprehensos, non per extensionem, sed per comprehensionem. *Alex.cons.*75.*nu.*3.*lib.*5. *Surd. cons.*301.*num.*9.*&* 20.*Rota decis.*339.*nu.*6. *par.* 5. *recent.* passimque etiam antiquitus obseruatum fuit à Visita. 1532. 13. Ian. Sabel. *Ioannes. Informetur Signatura Papa per D. Gubernatorem; & interim alatur expensis arrestãtis cum intimatione; alias relaxabitur.*

4 Limita tamen in creditore aeque paupere, qui non tenetur praestare alimenta debitori pauperi carcerato. *Constit. LXXI. Pauli V.* cum qua concordat Iuris communis dispositio. *l. non quemadmodum. in fine. de liber. agnosc. Cephal. cons.*127.*numer.*11.*Surd.cons.* 420.*num.* 5.*& de alim.tit.*7.*q.*8. *in fine.Buratt.decis.*707.*num.*9.*Rota decis.*420.*numer.*7.*par.*2.*& decis.*519.*num.*5.*in fin.par.*3.*diuer.*

5 Quae doctrina procedit, etiã si creditor non sit aeque pauper, sed habeat redditus solum sufficientes pro victu suo; vel viuat ex labore manuum suarum; & 6 tantum lucretur, quantum sibi pro victu sufficiat. Nam, vt dixit Baldus *cons.*312.*col.*1.*post med.vol.*4. plus quis amat se in vngue pedis, quam alium in vertice capitis. *Sequitur Grauet.cons.*6.*num.* 25.*idem Bald.cons.*199.*vol.*1. vbi dicit:

„ *Alpibus ille perit, qui se plus diligit vllum.*

7 Caritas enim à se ipso incipit. *l. praeses.* C. *de ser. & aqu.* & in specie de alimentis nemo tenetur arctare sibi victum, vt alteri subueniat. *l.* 1. *§. praeterea* 8 *in fine. de tut. & rat. distrab.* Neque etiam propter alimenta praestanda propriae matri. *Bald. dicta l.* 1. *§. officio. nu.*4. *vbi notat. text. ibi de largis.* & subiungit. *Hoc verbum raro alibi reperies.*

9 In Iudicando verò vter ex duobus sit pauperior, creditor; an debitor; habenda est ratio tam numeri personarum, quam quantitatis expensarum, quae fieri debent. *Bald. l. si quis ad declinandam. num.*5. *vers. quaero super secundo. col.*1. C. *de Epis. & Cler.*

10 Vbi infert, quod si ex duobus Hospitalibus legatum sit applicandum pauperiori; & in vno Hospitali nõ alantur nisi duo infirmi, & habeat in bonis cẽtum; aliud verò habeat quinquaginta infirmos, & in bonis duo millia scuta; istud censebitur pauperius facta comparatione ad expensas necessarias, & ad longè maiorem istius indigentiam. Praedicta limitatio, locum habet etiam in debitore excarcerato ob non praestationem alimentorum; qui licet non possit ab ijsdem denuo carcerari, nisi facto actuali deposito alimentorum ex Constit. LXXI. Pauli V. *tit. de facult. Visit.* poterit tamen carcerari ab aequè paupere, alimentis non depositatis per ea, quae dicturi sumus paullo infra de locis Pijs mendicantibus.

11 Declara secundo, vt, licet creditor pauper non praestet alimenta, debitor tamen excarcerari non possit, sed alendus sit eleemosynis Caritatis, & Pietatis, & aliarum Piarum personarum, vt supra diximus. *Boer.dec.*303.*num.*2.*Cabal.cas.*137.*numer.*7.*lib.*2.*Gram.dec.*261.*num.*2.*Fontan.de pact. nupt.claus.*4.*glos.*17.*par.*4.*num.*35.*Mauz.de caus.* 12 *execut.cap.*11. Hic obiter sciendum est huiusmodi alimenta locorum piorum consistere in vnico pane diurno pro singulis carceratis, & aqua carcerum.

Hoc indicare voluimus, ne quis dum legit praestari alimenta à locis Pijs, arbitretur se exemptum ab eleemosynis. Sciat potius tantas, ac tam varias esse indigentias carceratorum, vt etiamsi multum detur, inter tot singuli vix modicum accepturi sint. Non tamen modica merces proueniet à Deo, qui quandoque miraculis demonstrauit, quam gratae sibi sint huiusmodi eleemosynae; vti contigit in regia puella Catilda, Albienonis Toletani Regis filia. Abiecta Maurorum, in qua nata, & educata fuerat, Superstitione, & iam Christiana; Christianos (qui magno numero captiui tenebantur, in domo Regis) cibo, & alijs rebus necessarijs recreare solita erat clam Patre. Is aliquando deprehendit cibos deferentem: at eos repentè in sinu mutatos in rosas, aliosque flores conspexit. *Theat.vit.hum.in vers. misericordia. fol.* 554 Legimus etiam *Tobiae* 1. inter praeclara eius opera, ipsum omnia, quae habere poterat, in concaptiuos fratres alendos compartitum. Quod si alicubi refrigescat ità Caritas, vt neque à locis Pijs, neque ex eleemosynis possint ali pauperes carcerati pro aere alieno, sunt relaxandi. *Benin. de paupert. q.* 8. *num.*24.

15 Declara tertio, vt quaecunque dicta sunt supra de creditore obligato ad alendum pauperem carceratum, procedant etiam in carcerato ad instantiam Deputatorum loci Pij, seu superiorum Religionis. Ab his enim praestanda sunt alimenta non minus

quam à quolibet priuato. *Surd.de alim.lib.1.q.71. num.2.Cancer.resol.16.nu.9.lib.1. Maur. de caus. exec. lib. 12 Fontan. de pact. nupt. clau.4.glos.18. par.4 num.34 cum seq.Nouar.de priuil.miser pers. cap.72.num.10.Gizarel.in addit.ad Dec.87.num.5. Rot.dec.177.num.4.vers.sed potius damnum par.5. rec.* vbi loquitur de alimentis à Camera creditrice

16 debitori suo præstandis. Locis namque Pijs non est ita fruendum, vt cæteris nocemus. *cap. ex tenore.de for.comp.Paris.cons.86.num.71.lib.2. Tiraquel.de priuil. pia caus. prin. 21.* Piæ enim causæ

17 non dicuntur priuilegiatæ; nisi in casibus à iure expressis. *Graff.§. legatum. q 68.numer.4.vers.contrariam sententiam. Paris. cons. 77. num.42.vers. nam in casu lib. 1. Fontanell. decis. 51. numer. 8. & 13.*

18 Quod proxime dixi de locis Pijs restringendum est, vt sicut creditor pauper non tenetur alere carceratum quoque pauperem. *l. non quemadmodum. in fine.de liberis agnoscendis.glos. in l.si quis à liberis §.si mater.vers.necessario ff.eodem tit. Alex consil.100.num.7.lib.1.Late Surd.de alim.tit.7.q.8.numer.1.cum seqq.Et tradit in specie Ceph.cons.7.numer.11.Rot.dec.470.num.7.par. 2. rec. & Constitut.LXXI. Pauli V. supra relata;* ita quoque locus Pius, si sit ex mendicantibus, & viuat ex eleemosynis alimenta præstare non teneatur. Sin autem sit ex illis mendicantibus, qui habent redditus, vt sunt Conuentuales S. Francisci, non erit exemptus à præstatione alimentorum. Ita fuit resolutum. 1651.2. Aug. Capitol. *Aegidius. Nisi pars præstiterit alimenta infra tres eum intimatione; Relaxetur, & pro executione ad D. Præsidem.* Fuit dictum pro executione ad D. Præsidem, quia si fratres Sanctorum Apostolorum Conuentuales creditores docuissēt nō habere redditus deducto victu, non erant grauandi ad alimentorum præstationē; multo minus eximuntur à præstatione alimentorum, si Religio habens priuilegia mendicantium, vt dicitur, *Ad instar*; verè habeat redditus. Hæc enim tenetur alimenta subministrare. Ita fuit dictum in Curia Capit. 21. Octob.1649. Pro Ambrosio carcerato pro scutis quadragiata quatuor, ad instantiam Camaldulensium; & legitur in mandato eius relaxationis a D. Carcerum Præside subscripto, & registrato lib. 7. diuer. dicti anni 1649. fol. 20. in actis Iordani Reu. Cameræ Apostolicæ Notarij.

19 Sunt, qui restringendum etiam arbitrentur in locis Pijs, qui licet redditus, & bona possideant, ea tamen sunt certis, & determinatis pijs vsibus destinata, à quibus diuerti non posse docet Textus. *in Clem. quia contigit. vbi glos. & scribb.de relig. dom.Couar.in cap.tua.num.7.de testam.Gabr.cons. 183.num. 8. lib. 2.* Et in specie de Monte Pietatis statuit Paulus V. ministros Montis Pietatis nullo pacto pecunias ad diuersum vsum, quā ad mutuandum pauperibus, ad quem destinatæ sunt, conuertere posse. *Constit. LXXXII. de qua Thes. in prax.Eccles.par. 1. in vers. Montium Pietatis officiales. cap. 2. Zarbar. Pasqual. de Monte Pietatis. decis.203.*

20 Aduertendum tamen primo, necessitatem præstandi alimenta debitori carcerato pauperi nō esse absolutam, sed secundum quid, ad certum, & determinatum finem, ac effectum consequendum; nempè vt debitor in carcere diù retentus, ac maceratus modum inueniat soluendi. *glos.in l.& in totum.de impens.in reb. dot. fact.* Quem debitorem

21 equius esset excarcerari, si huiusmodi loca Pia consentirent, & contra eius bona, si quæ sint, actiones suas dirigere. De iure enim ipsum, nisi rigor obligationis Cameralis concurreret, vltra quod facere potest, vrgere non valent, adeoque nec carcerari facere possunt. *glos.in cap.quicunque. 16. q.7. Dec.in cap.episcopi.num.1. vers.non potest Ecclesia. de prab.Gram.dec.85.Surd.de alim.lib. 1. q.78.numer.23.Pascbal.de iur.patr.potest.par.2.cap.91.numer.51.*

22 Aduertendum est secundo, quod possint officiales Montis vltra Sortem exigere à mutuatarijs, nō solum quod est necessarium pro expensis, sed etiam pro paranda domo; custodiendis pignoribus, & alijs causis, inter quas valdè conueniens est numerari hanc alimentorum præstandorum pauperibus ad eorum instantiam carceratis. *Less.de iust.& iur.in Append.ad dub.23.cap.20.lib.2.de Monte Piet. quæ est post tract.Bonac. de contr. tom.2. disp.3.punct. 12.num.6.7.& 8.Pascbal. de Monte Piet. decis. 188. 189.190.& 201.*

23 Aduertendum est tertio, publicam pecuniam ad vnum certum vsum relictam, aut destinatam ad alium pium, & magis necessarium opus conuerti posse. *l.legatum.de admin.rer.ad ciuit. pertin.l.fin. de oper.pub.Ang.in l.1.num.2.vers.& fallit si relinquatur. vbi etiam Imol.num.1. vers.subdit etiam de condit.inst.Couar.in cap.tua num.7.vers.nec tamen inferior.de testam. Et in terminis de Monte Pietatis testatur Pascb.dec. 203. num. 2. vsque ad finem, Rota decis.1122.par.3.lib.3.diuer.*

Quod autem alimentate pauperes in carceribus fit opus magis pium, & necessarium; patet. I. quia

24 ad effectum mutuandi sufficit eiusmodi paupertas, quæ non habeat necessaria ad conseruandam congruentiam status. *Surd.de alim.tit.9.q.37. num.2. Pascbal.decis.191.num.3* Qui *decis.192. numer.2.* affirmat non teneri ministros adhibere rigorosam inquisitionem super paupertate. Paupertas vero ad effectum alimentorum in carceribus debet esse strictissima, & inopia eiusmodi quæ tam fructus, quam principale omne excludat, vt supra diximus. II. quia quandoque pecuniæ à Monte mutuatæ dātur ad suas indigentias; pauperibus verò carcera-

25 tis subministrantur pro alimentis, quorum causa dicitur pia. *l.Mela.§. sed & si generaliter. de alim. leg.Tiraq.de pia caus.in præfat.ver. item legatum*

26 *alimentorum*. Estque adeo necessaria, vt qui alimenta negat, necare dicatur. *l.necare.de lib.agnos.*

27 *& cap.pasce.86.dist.* Et ipsorum præstatio est semper fauorabilis, & ampliabilis. *Peregr. de fideic.*

28 *art.42.num.87.* æquiusque est alimenta frustra dare, quam necessaria negare. *l.1.§ sed & si. de vent. in possess.mitten.Rot.decis.194 nu.28. & 29.part.7.*

29 *rec.* III. quia in mutuatarijs Montis consideratur fauor solius qualis qualis paupertatis; pro carceratis vero pauperibus debitoribus consideratur fauor, ne dum paupertatis, sed etiam alimentorum, & liberationis a carceribus, eius causa semper fauorabilis est, cum carcer tormenti genus nuncupetur, vt pluries diximus.

30 Hæc

30 Hæc omnia considerata fuerunt in Visita occasione debitoris, cui minister Montis, fultus priuilegijs loci *Pij*, recusabat præstare alimenta. Ad quorum præstationem fuit dictum illum absque dubio teneri, non solum ex prædictis, sed etiam, & multo magis, ex eo, quod carceratus non esset directè debitor ipsius Montis, sed Capserij, qui ex incuria in numerando illi pecuniam in sui damnum errauerat; cui propterea Mons patrocinium præstare non tenebatur. *l.res quæ. §.lites de iure fisc. l.1 & tot. tit. C. ne fisc. vel resp. Peregr. de iur. fisc. lib.4. tit.6. n.42.*

31 & 43. Quæ iura licet loquantur de fisco; nihilominus in Monte etiam tanquam potentiori procedunt. *Rota penes Cyriac. contr.205. numer.9. Ciarl. contr.8. num.82.* Concurrit enim eadem ratio. Im-

32 mo clari iuris est causam piam fisco æquiparari. *glos. in l. si procurator. § fin. ff. de iur. fisc. Tiraq. de priuil. piæ causæ priuil. 143. Peregr. de iur. Fis. lib.6.*

33 *tit.2. num.3. vers. & in pluribus.* Et in terminis de Monte Pietatis quod Fisco æquiparetur tradit *Burat. dec.639. num.17.*

Ex quibus videtur, tenendum esse debitorem pauperem nullatenus excludendum esse ab alimentis, quotiescumque locus Pius est creditor, & habet redditus, licet ad alios Pios vsus destinatos.

34 Neque releuat, si dicatur posse huiusmodi debitorem alimentari ex eleemosynis Caritatis, Pietatis, & piorum virorum, quæ fiunt carceratis criminalibus, & ijs ciuilibus, quorum creditor quoque pauper est. *Boer. dec.303. nu.2. Cabal. cons. 137. nu.7. lib.2. Grammat. decis.261. numer.2. Mauz. de caus. exec. lim.12. num.11. Et seq. Fontan. de pact. nupt. claus.48. glos.18. par.4. num. 35.* Tum quia pars illarum est incerta, nec sufficit; tum quia eleemosynæ Caritatis, & Pietatis, quæ consistunt in vnico pane diurno, in singula capita, vt diximus supra, & aqua, sunt destinatæ carceratis criminalibus, & ijs solum debitoribus, qui habent creditores pauperes, non valentes alimenta subministrare: Atque hac de causa nunquam in Visita huiusmodi exceptio fuit admissa, ne omnes creditores diuites hoc

35 clypeo ab alimentorum subministratione se tueri prætenderent; quæ obseruantia optima debet esse in hoc casu interpres. *l. si de interpretatione. vbi DD. de leg. Rota dec.76. nu.6. par.7. rec.*

36 Demum subiungimus esse etiam præstanda alimenta ab habentibus ius correctionis; qui detinent carceratum ad correctionem. De alimentis, quæ præstare debet Pater filio ad correctionem carcerato, diximus supra *lib.1. §.4. cap.1* Quibus addimus concedi correctionem cum alimentorum præstatione, etiamsi filius matrimonium contraxerit. Nam per matrimonium non eximitur à subiectione Patri debitæ, nec Pater amittit ius patriæ potestatis. *l.1. Cod. de bonis, quæ liber. Boer. dec. 197. nu.1. Gutierr in §. sui. de hæred. qualit. & differ. Sanchez. cons. moral. lib.1. cap.1. dub.14. Roder. Suarez. in lib.9. num.11. tit. de litibus.* Vbi in fine dicit, hanc sententiam non habere contrarium. Et ità seruatum fuit in Visita in persona Iosephi, qui detentus à Patre ad correctionem in Carceribus Turris Nonæ, contraxit matrimonium per Procuratorem; & mense Octobris 1653. fuit dictum non esse relaxandum.

37 Amplia primo, idem dicendum esse de Fratre, seu Monacho carcerato pro delicto. Illi enim sunt præstanda alimenta à Monasterio. *Surd. tit.1. q.128. nu.2. & seqq.* Quod procedit etiam si tertius aluerit prædictum Monachum. Potest enim repetere à Monasterio, quicquid expenderit. *Gratian. discept.436. num.14.* Immo Monasterium tenetur ad omnes alias expensas necessarias ad Monachi defensionem, saltem respectu Fratrum Conuentualium Ordinis S. Francisci, iuxta formã Constitut. Vrbanæ. Reg. Min. Conuent. S. Francisci *tit.2. de caus. cognoscendis. §.26.* cuius verba sunt: *Sumptus, qui in causa necessarij fuerint à Conuentibus, donec ad debitum finem producatur, subministrari decernimus.* Et cum in Visita recusaret Notarius non soluta mercede dare copias processus, allegando dictam Constitutionem, & pro Reo fratre allegaretur paupertas eius Conuentus, Illustriss. & Reuerendiss. D. Carolus Gualterius, nobilis Vrbeuetanus, Vtriusque Signaturæ Referendarius, Pauperum Aduocatus, Iurisprudentia, pietate, & in defendendis Reis vigilantia præclarissimus, non est passus fratrem processatum indefensum remanere, donec discuteretur de facultatibus Conuentus; sed institit, & obtinuit in Visita die 23. Octobris. 1653. dari sibi, & Procuratoribus Pauperum processum, & Notario mandatum exequendum super redditibus Conuentus, si qui fuerint.

38 Amplia secundo in Cardinalibus, qui priuatum habere possunt Carcerẽ ad puniendos domesticos, absque eo quod incurrant in crimen læsæ maiestatis. *Manfred. de Card. cap.8. ad finem: quem refert Clar. in prax. crim. §. fin. qu. 98. vers. priuatum carcerem.* Hoc priuilegium Cardinalibus tanquam partibus corporis Papæ competere videtur, & ideo cessat ratio læsæ maiestatis: quia nemo lædere velle seipsum putatur. Facit *Ancharan. cons.245. nu.6.* dum ait inter Papam, & Cardinales indissolubile vinculum esse, sicut inter virum, & vxorem; ita vt sicut Augusta Imperatoris viri priuilegio gaudet, ita Cardinales Pontificis Priuilegiorum participes esse debeant: Securius est tamẽ dicere nostris tem-

39 poribus dominatum Oeconomicum solummodo Cardinalibus competere; nec tamen absolutum, vt fortè antiquitus erat, vitæ & necis, sed ex *Germon. de legat. Princ. lib.3. cap. 13. in princip.* correctionis tantum, vt diximus alias, de Domino in seruum, Patre in filium, marito in vxorem, Abbatem in Monachum. *ex Boer. dec.304. num.3. par.2.* ita quoque sensit Cohell. *in lib. inscripto Notitia Cardinalatus. tit. de priuato carcere Cardinalibus permisso. priuileg.25. per totum.*

40 Consequens itaque est, vt sicut alij habentes ius correctionis tenentur ad alimenta, teneri quoque Cardinales alere domesticos suos, quos carceratos vt supra, detinent.

CAPVT

CAPVT III.

Alimenta non sunt præstanda habenti aliunde; & quomodo id intelligatur, & quibus præstanda sint.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta non debentur à creditore pauperi carcerato, qui potest illa aliundè consequi.*
2 *Actionem habens ad rem, videtur habere eandem rem.*
3 *Actionem habens potest illam cedere, & ex cessione pecunias consequi.*
4 *Alimentorum debitor ad fauorem carcerati cogitur à Visita illa persoluere absque tela iudiciaria.*
5 *Alimenta non sunt continuanda ei, cui superueniunt bona.*
6 *Alimenta cessante paupertate cessare debent.*
7 *Alimenta legata in casu necessitatis non debentur habenti patrem diuitem.*
8 *Alere non tenetur filium Pater non habens congruas facultates.*
9 *Alimenta non præstat collitigans habenti patrem diuitem.*
10 *Alimenta præstare Hæreticus, & Hebræus filio Christiano tenentur.*
11 *Dotare debet filiam Christianam mater Hæretica, seu Iudæa.*
12 *Alimenta non debentur à creditoribus debitori pauperi, si sit magister Domus carcerum, & cur.*
13 *Alimenta habet carceratus pauper sufficientia, si sit magister Domus carceris.*
14 *Magistri domus carcerum officium est lucrosum, & spontè eligerent multi manere in carceribus.*
15 *Alimenta consequi potest a creditore pauper debitor habens officium Magistri Domus, si illi renunciet.*
16 *Alimenta denegantur pauperi carcerato valenti sibi victum quærere ex arte, quam potest exercere in carceribus.*
17 *Alimenta siue petantur officio iudicis, siue iure actionis, denegantur habenti artem, qua se possit alere.*
18 *Alimenta non debentur pauperi carcerato à creditore, si illa habeat in alia causa à collitigante vna cum sumptibus litis.*
19 *Alimenta non debentur à creditore habenti matrem diuitem.*
20 *Alere tenetur mater filium, vt filius matrem.*
21 *Alere tenetur mater filium ex caritate sanguinis, & æquitate.*
22 *Alere tenetur mater filium, etiam si habeat patrem.*
23 *Alimenta præstita filio mater non repetit.*
24 *Alimenta præstanda sunt à matre filio omni loco, & tempore.*
25 *Alimenta debita in domo debentur etiam extra domum.*
26 *Alimenta præstanda à matre filio commoditatem filij non matris respiciunt.*
27 *A dispositione hominis ad dispositionem iuris procedit argumentum.*
28 *Alimenta præstanda sunt vbi vult alendus.*
29 *Alimenta præstanda ab hæredibus, vbi sint præstanda remissiuè.*
30 *Alimenta non debentur à creditore filio habenti patrem diuitem.*
31 *Alimenta non debentur habenti collaterales diuites, qui ratione sanguinis dotare teneantur.*
32 *Alimenta tenetur præstare frater fratribus.*
33 *Alimenta non debentur à creditore debitori carcerato habenti bona sequestrata, sed de his debet ali.*
34 *Alimentis priuari non debet debitor pendente sequestro.*
35 *Alimenta debet habere pauper etiam super bonis controuersis.*
36 *Alimenta de bonis proprijs præstanda sunt ad maiorem rationem, quam vnius Iulij diurni.*
37 *Alimenta de bonis proprijs præstanda, non specificata summa, debent præstari secundum qualitatem personæ.*
38 *Alimenta præstanda sunt nobili carcerato etiam domi.*
39 *Carceratus dicitur detentus sub cautione in Palatio.*
40 *Alimenta præstanda sunt à creditore debitori carcerato habenti bona non fructifera, facta illorum assignatione.*
41 *Pauper dicitur, habens nudam proprietatem in magno prædio.*
42 *Pauper an quis dici possit, considerantur fructus.*
43 *Alimentis debitis titulo oneroso consideratur valor proprietatis ad excludenda ea; secus si titulo lucratiuo.*
44 *Alimenta non præstantur à creditore debitori carcerato habenti etiam solam actionem illa petendi ab alio.*
45 *Alimenta à Visita decreta pauperi carcerato sunt in subsidium in vim Constit. Pontif.*
46 *Alimenta debentur à collitigante pauperi mulieri, etiam habenti maritum diuitem.*
47 *Alimenta præstanda sunt pauperi carcerato habenti vxorem diuitem.*
48 *Alimenta debentur carcerato habenti solum domum, quam inhabitat.*

INspecto tenore Constitutionum præfatarum, & alijs, quæ huc vsque diximus, perlectis; manifeste constat pauperibus deberi alimenta. Quia tamen hæc sunt subsidiaria, nec præstantur nisi carcerato in necessitate posito, consequens est, vt pauperi, qui potest habere aliundè alimenta, non præstentur à creditore, & sæpè neque pauperi non habenti aliunde, præstari debeant. Vtrumque caput examinabimus.

1 Non dicitur pauper, qui licet nihil habeat, aliunde tamen consequi potest alimenta, cum habeat actionem petendi ab aliquo alimenta, & ius illa 2 consequendi. Actionem enim habens ad rem videtur habere ipsam rem. *l. is qui. ff. de Reg. iur.* Et 3 quoniã qui actiones habet, potest illas cedere, & ex pecunijs redigendis interim se alere. *Nouel.* 135.

circa

circa fin. Ibi : *Praeterea si qua ipsi iura*; Idque explanat auctoritatibus Doctorum *Gaspar. Maur. in suo patroc. debit. Decad. 2. q. 2. numer. 44. & seqq.*

4 Praesertim cum Visita in casu quo carceratus habeat ius contra aliquem ad alimenta, illum cogat de facto absque tela iudiciaria ad illa subministrandum. Casus autem, in quibus videtur afferendum carceratum habere aliundè, ad effectum excludendi ipsum à consecutione alimentorum à creditore sunt quamplures.

5 Casus I. in eo, cui facultates superuenerunt post decretum alimentorum, siue etiam postquam fuerunt alimenta praestita per aliquod tempus. *Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. lim. 1 t. num 44. Surd. de*

6 *alim. tit. 7. q. 42. num. 7. & seq.* Cessante enim paupertate, cessat & illius effectus, *L. non tantum §. cot. de excus. Surd. de alim. tit. 7. q. 42. num. t t. 12. 13. & 46. Rota. decis. 72. num. 4. par. 4. rec.* Non tamen tenetur, ad alimentorum perceptorum restitutionem, vt supra diximus paulò post initium huius *§. declar. 12.*

7 Casus II. est in eo, cui relictum est legatum alimentorum in casu necessitatis. Huiusmodi legatum non deberi legatario habenti patrem, qui illũ possit alere, voluit *Rota in Fauen. bonorum. 27. Iunij 1609. coram Ludouisio. Vbi allegat Socc. cons. fol. 34. num. 33. & seq. lib. 1. Et Surd. de alim. tit. t. q. 23. num. 11. & 12. & num. 11.* declarat non procedere, quando pater non habet facultates congruas per *l. Praeses. C. de seru. & aq.* Idem quoque

8 dicit *Rota. in Rom. Alimentorum 27. Iunij 1613. coram Sacrato.* videlicet non teneri collitigantem subministrare alimenta, & sumptus litis collitiganti pauperi habenti patrem diuitem. Hoc autem

10 procedit etiam si pater esset Hebraeus, quia tenetur alimenta praestare filio Christiano, sicut etiam si esset Haereticus. *l. cognouimus, C. de haeret. Vbi Saly. glos. in simili. in l. neque mater pro filia. C. de iur. dot.* Vbi dicitur matrem haereticam teneri dotem

11 dare filiae Christianae. Et ibi Baldus extendit ad matrem Iudaeam, quae tenetur filiam ad fidem conuersam dotare, & alimentare. Hanc opinionem secuta est Visita, vt infra apparebit [illegible]

12 Casus III. est, in quo Visita denegauit alimenta pauperi carcerato, qui exercet officium, quod vocant Magistri domus. Eligitur enim ad hoc officiũ à Procuratore Caritatis vnus è carceratis ob causam ciuilem, aptior ad illud officium. Illi durante officio, non praestantur alimenta à creditore, etiam si probauerit paupertatem, cũ habeat aliunde; videlicet emolumenta officij consistentia in solutione Iulij vnius in carceribus Turris Nonae, & Bononenorum quinque in carceribus Sabellicis, Capitolij, & Burgi à quolibet carcerato, vltra portionem duplicatam omnium eleemosynarum. Hec prouisio ortum habuit à coquestione creditorum, qui allegabant debitorem suum nullam pati molestiam ex carceratione, stante lucro praefato, & alimentis, quae ipsi subministrabant, ideoq. de nullatenus cogitare, quam de soluendo. Immò plu-

14 ries contigit carceratos, qui habebant dictum officium Magistri domus, permanere spontè in carceribus, etiam post expeditam causam. Quo euentu munus est Procuratoris Caritatis prouidere de alio carcerato in Magistrũ domus, vt eleemosynae cedant commodo eorum, qui inuiti detinentur in carceribus. Atque hac de causa fuit aliquando reiectus, qui se offerebat exercere officium praefatum, vitamque ducere intra carceres, spontè se in illis constituens, vt perciperet eiusdem officij emolu-

15 menta. Potest tamen Magister domus, si sit pauper, & renunciet officio, consequi alimenta à creditore. *1616. 20. Octob. Sabell. Peregrinus. Nisi pars aduersa deposuerit per totum hodie alimenta per decem dies ante, & quolibet decennario anticipatè; Relaxetur gratis, quatenus renunciauerit officium Magistri domus aula carceratorum.*

16 Casus IV. potest esse in eo, qui habet artem, ex qua potest sibi victum quaerere, etiam in carceribus. Tunc enim creditor euitare potest praestationem alimentorum, saltem subministrando Laboreria, & alia necessaria pro illis exercendis; vt in sutore, in consuente chirothecas, & similibus, iuxta ea quae dixi supra *lib. 2. §. 2. cap. 7. num. 6. Giurb. qui quamplures allegat. Obseru. 22. nu. 1 t. vers. respondeo quarto.* Vbi dicit procedere siue alimenta peten-

17 tur officio Iudicis, siue iure actionis in paupere habente artem, qua se alat. Nam huic etiamsi debeantur alimenta iure actionis, illi non sunt praestanda. *Giurb. ibid. num. 20.* Et sanè non esse praestanda alimenta ei, qui potest se alere ex industria sua, dicit *Bart. in l. vnica. C. de mil. & inual. lib. 11. Barb. de praest. Card. q. 6. num. 4. par. 1.*

18 Casus V. est in eo qui iam haberet alimenta à collitigante diuite in alia causa, in qua ipsi fuissent decreta alimenta, & sumptus litis.

19 Casus VI. est in eo, qui habet matrem diuitem. Haec enim filio praestare debet alimenta. Est textus

20 expressus in Auth. si pater. C. de diuor. Ibi: *Nam quemadmodum locupletes filij matrem alere cogitur egentem, ita itidem decernimus & à matre filios pasci, l. si quis à liberis. § si mater. Et ibi glos.*

21 *ff. de liber. agnosc.* Ex quorum alimentorum praestatione, cum descendat à caritate sanguinis, & ex aequitate, non ex potestate paterna, vel materna. *l. si quis à liberis.* Ibi: *Et magis puto, etiamsi non sunt liberi in potestate, alendos à parentibus, & vice mutua alere parentes debere:* inferuntur haec co-

22 rollaria. Primum est, vt mater teneatur alere filium, etiam si patrem haberet. *Bart. in d. l. si quis. §. item rescriptum num. 2. in fine. de lib. agnosc. Et in addit. ad Tract. Bar. de alim. num. 13. littera S. Vbi citatur Ripa in l. alimenta. C. de neg. gest.* Se-

23 cundum est, quod mater non repetit huiusmodi alimenta praestita. *l. alimenta. C. de neg. gest.* Ter-

24 tium est, quod omni loco, & tempore praestanda sunt. Non enim locus & tempus sunt modi inducendi hanc obligationem alimentorum, & per consequens, nec esse poterunt modi illam tollendi.

25 *Gram. cons. 33. Cyn. num. 3.* Vbi dicit alimenta, quae debentur in domo alicuius, deberi etiam extra domum. *Citat. Bart. in cons. 211. lib. 1 nu. 4. & 5. per text. in l. libertis. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. & in l. 1. C. de legat.* cum dicta alimenta à matre prae-

26 standa filio commoditatem filij, non matris respiciant. *d. l. 1. vbi glos. post mortem. C. de legat.* Licet autem *Bar. cit. cons. 211. lib. 1.* loquatur de alimentis; quae debentur ex dispositione testatoris, & sic hominis: habet tamen locum etiam in his, quae de-

27 bentur ex dispositione iuris, cum rectè procedat argu-

argumentum à dispositione hominis ad dispositionem iuris. *l.non impossibile.ff. de pact. l.fin. C.de fideic.§.disponat. in auth. de nupt. & notat glos. in rub.C.de Decur. l.si.& l.Domini prædiorum.C.de* 28 *agric.& cens.eod. lib.*10. Cui autem debentur alimenta, ei præstanda sunt, vbi vult. *Bart.in l.libertis.§.Lucius.ff.de alim.& cib.leg.l.3.col.2.ff.eodem. l.diuortio. vers.quæro quid si mulier.ff.sol. matr.* Vnde siue filius sit in carcere, siue alibi, potest petere à matre alimenta: hoc autem casu à tali præstatione immunis erit creditor, qui eum detinet in 29 vinculis; quicquid sit in legato alimentorum ab hæredibus præstando :quod an in domo vnius illorum præstandum sit, & an electio domus fieri debeat à Iudice, aliaq. de hac materia examinantur à *Giurb.Obser.*19.*num.*5.11.12.& 13. quæ tanquam non spectantia ad carceratos non refero.

30 Casus VII. clarior cæteris omnibus est in filio habente patrem diuitem. In quibus terminis loquitur *Rot.in Rom.Alimentorum.*28.*Iun.*1613.*coram Sacrato.* Vbi dicitur non deberi alimenta, & sumptus litis collitiganti habenti patrem diuitem.

31 Casus VIII. est in Patruo, Nepote, alijsq. collateralibus; qui ratione sanguinis ad præstationem alimentorum tenentur. *Giurb. dec.*5.*per totum.*

32 Et de fratre, quod illi incumbat onus conferendi alimenta fratribus, est textus l. si quis ex liberis. *Glos.ibi de lib. agnosc. l.qui filium. ff. de pup. educ. Alber.de Dolar.de testib. num.*13.*fol.*166.

33 Casus IX. est in debitore habente bona propria à creditoribus sequestrata. Hic enim percipere non debet alimenta à creditore; sed decernuntur à 34 Visita ex eisdem bonis proprijs. Et iure ac merito. Etenim pendente sequestro debitor super bonis proprijs alimentis priuari non debet. *Afflict. dec.*10.*& seq.Couar. pract.quæst.cap.*4.*lim.*11. *in fin. & cap.*6.*num.*4. *& seq. Grat.discept.*114.*nu-* 35 *mer.*5. Immò alimenta debet habere etiam super bonis controuersis. *l.fin.§.quod si ei.C.de ordin. cognit.Couar.pract.quæst,cap.*6.*num.*5.*vers.nec oberit.* Hocq. ex decretis infrascriptis constat vsu receptum in Visita. 1554.25.Octob.Capitol. *Marcellus. Consignentur ei de fructibus beneficij S.Petri de Vrbe pro suo victu, & vestitu scuta sex quolibet mense, reliquum beneficij, pensionis, & canonicatus consignentur patri, & creditoribus pro rata arbitrio D.de Cincijs Præsidis, & absoluatur tam ipse, quam Capitulum, & custodes Curiæ de Sabellis quoad interesse partis, saluo iure Fisci cõtra Capitulum, & custodes prædictas; dictusque Marcellus absoluatur etiam à censuris cõtra eum per Auditorem Cameræ latis.* * 1567.5.Iun.None, *Antonius de Sermoneta. D. Auditor Cameræ prouideat, quod possit alimentari in carceribus de bonis suis iuxta mentem Visitæ.*

36 Hæc alimenta de proprio differunt ab illius, quæ præstanda sunt à creditore. Plerumque enim præstantur vltra summam vnius Iulij diurni; & in ijs 37 veniunt etiam vestimenta; ac nisi summa specificetur, debent præstari secundum qualitatem personæ. Est Textus singularis. l.sed etsi quod. §.1. ff. de vsuf. in vet. vestire. Idem tenet Baldus.1543.5.Nouemb.Capit. *Petrus Paulus. Soluantur eidem de bonis proprijs scuta decem pro vestimentis pro vnica vice, & augeantur Iulij duo pro quolibet die pro alimentis de eisdem bonis; & pro executione* 38 *ad D.Præsidem, etiam auctoritate Visitæ.* Præterea veniunt præstanda etiam nobili carcerato in domo propria. *Melch. Pleb. dec. Lusitan.*3. *tom.*1. *per tex.in l.qui neque.§.solutum. ff.de verb.sign.*

39 Detentus enim in domo, vel Palatio sub cautione, merito carceratus dicitur. *l.in eadem. Et ibi glos. vlt.ff.ex quib. caus.maior. cum alijs supra adduct.* 40 *lib.*1.*§.*3.*cap.*2. Hoc tamen non procedit in debitore habente bona voluptuaria non fructifera. Huic enim præstanda sunt alimenta à creditore non paupere, facta illorum assignatione creditori. *Franc. dec.*614. Vbi declarat Surdus *de alim. tit.*1. *q.*20. *Latè Fontan. de pact. nupt. claus.*4. *glos.*18. *par.*4.*num.*79. & 80. *Dec.cons.*163.*num.*7. qui di- 41 cit mulierem appellari pauperem, quæ habet nudam proprietatem in magna domo, vel in magno prædio; quia non poterat cogi ad vendendum, vt se aleret: tum quia forsitan hoc illi erat indecorum, tum etiam quia in iudicando, an quis dicatur pau- 42 per, & non habere vnde se alat, spectatur an redditus sint sufficientes, nec consideratur valor proprietatis. *Vt ad not.Dec.in Auth. præterea.nu.*22. *vers.*4.*quæritur. col.fin.* C.*vnd.vir.& uxor. Pro qua facit Alex.cons.*37.*num.*7.*vers.*3. *fundamento. col.*5.*& Ias.in l. si constante. num.*129. *vers.& adde.ff.solut. matr.* Quæ tamen sic intelligenda sunt, 43 vt procedant in alimentis debitis titulo lucratiuo; secus si deberentur titulo oneroso, seu procedente ex causa onerosa. Tunc enim valor proprietatis inspiceretur. *Alex. l.maritum. in fin. ff sol matr.*

44 Vt igitur finem faciamus enumerandi casus, in quibus debitor dicitur habere aliunde; statuendum est generaliter liberari creditorem à præstatione alimentorum, quotiescumque debitor habet bona, vel actionem petendi alimenta ab eo, qui potest il- 45 la præstare cum creditor non sit obligatus præstare alimenta ex dispositione iuris, sed solum in subsidium, vt sæpè diximus. *glos. l. fin. in vers. agnoscere.C.de erog. mil.ann.lib.*12. Quo verò ad Constitutiones Pij V. & Pauli V. dum disponunt teneri creditorem præstare alimenta debitori suo pauperi, recipiunt eandem interpretationem; vt sit ita pauper, vt non habeat aliunde. Siquidem Constitutiones, & Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi; & secundum illud debet restringi, ampliari, & declarari. *cap. cum dilecti.de contr.cap.ad audictiam.de cleric. non residen. Surd. cons.*4.*num.*49.*Et decis.*138. *num.*22. *Simanc.de decret.lib.*1.*tit.*2. *inspect.*3.*num.*26. *Altograd.consil.*58. *num.*36. Atque ita etiam declarata fuerunt ab obseruantia subsecuta. Diuitem quoque, vt diximus, appellamus, qui habet actionem ad rem consequendam. *l.qui actionem. ff.de reg. iur. Surd.de alim.tit.*9. *q.*35.*num.* 32. & 40. dummodo illam non habeat contra pauperem, quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. *l.nam is. ff.de dol.* & ita limitat *Surd. cit. num.*42. *ita Leoncill.de priu. paup. par.*1. *q.*5. *num.*24.

46 Limita primo, vt dicatur non habere aliunde mulier pauper, quæ habet maritum diuitem. Huic enim collitigans debet subministrare alimenta, & sumptus litis. *Rota. in Fauen. Dotis.* 20.*Nouemb.* 1641.*coram Cerro. vers.diuitiæ mariti non facilit.* Vbi dicitur *frustra, & perperam allegari diuitias*

mariti, si vxor non possit sibi inde sperare sua calamitatis subsidium.

47 Limita secundo in carcerato paupere habente vxorem diuitem. Hæc enim non tenetur alere virum in carceribus; sicut vir; qui tenetur alere vxorem propter dotem, & obsequia, quæ sibi præstantur, liberatur à tali obligatione non soluta sibi dote, vel si à viro ipsa diuertat. *Surd. de alim. quæst. 17. lib. 4.* ita vir alendus est ab vxore diuite, à qua debentur illi alimēta, ita demum, si sustineat onera matrimonij, & præstet seruitia maritalia; quorum neutrum facere potest, dum manet in carceribus.

48 Limita tertio in eo, qui habet solam domum, quam inhabitat, ex qua nullos percipit fructus. Hic enim non dicitur habere aliquid, propter quod excludatur petitione alimentorum. *Rot. decis. 166. num. 4. tom. 4. rec. par. 2.*

CAPVT IV.

De Pauperibus exclusis à consecutione alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta non debentur pauperi carcerato ab habentibus priuilegium illa non præstandi.*
2 *Alimenta non dantur debitori Camerali.*
3 *Alimenta præstantur à Visita pro debito Camerali, concurrente inopia, & longa carceratione.*
4 *Alimenta fuerūt præstita pro debito Doganæ Vini.*
5 *Alimenta fuisse præstita debitoribus Annonæ probatur decretis.*
6 *Alimenta præstanda sunt debitori debitoris Fisci carcerati ad instantiam ipsius Fisci.*
7 *Alimenta deneganda sunt etiam debitori Fisci, si sit debitori occasione rerum Cameræ, seu Fisci.*
8 *Alimenta præstanda sunt pauperi carcerato fideiussori debitoris Cameralis.*
9 *Fideiussori in multis casibus plus fauet ius, quam creditori.*
10 *Vxor fideiubens pro excarcerando marito, exercet opus pietatis; ad id tamen cogi non potest.*
11 *Alimenta cessant debitori pauperi post arrestum criminale.*
12 *Criminalis causa facit cessare ciuilem tanquam minorem.*
13 *Criminaliter carceratus non potest arrestari ciuiliter.*
14 *Alimenta non denegantur carcerato ad instantiam Communitatis.*
15 *Alimenta denegantur debitori ex causa pensionis.*
16 *Alimenta à Visita non denegantur ei, qui diù sustinuit litem.*
17 Cap. Odoardus; *conceditur ei, qui diù sustinuit litem.*
18 *Cessio bonorum conceditur ei, qui diù litem sustinuit.*

PErsæpè accidit, vt ad consecutionem alimentorum non sufficiat carcerato paupertas; neque quod aliunde non habeat. Sicut enim illa non potest habere à creditore paupere, vt iā diximus, ita

1 etiam non potest illa consequi ab habentibus priuilegium exemptionis à præstatione alimentorum

2 debitoribus suis carceratis; inter quos locum primum obtinent creditores pro debitis Cameralibus. *Gram. dec. 261. n. 3. vers. aut sumus in casu. Mant. limit. 5. num. 6. & lim. 12. num. 15. de caus. exec.*

3 Limita primo nisi concurrat longa carceratio cum inopia. Ita seruatum fuit à Visita, in qua post longam discussionem fuerunt decreta alimenta

4 per Præsidem ex ipsius Visitæ ordine; anno 1638. Iacobello Sabel. carcerato ad instantiam Doganeriorum Gabellæ Vini. Et quoad debitores Anno-

5 næ habemus plura decreta Visitæ; duo subijciam. 1546. 4. Iul. Capitol. *Bernardus Furnarius. Sit in electione creditorum accipiēdi omnia bona diuidenda inter omnes in solutum; vel accipiendi tres scutos singulo mense diuidendos inter creditores etiam cum Furnario; vel alatur per creditores in carceribus, non relaxandus, donec soluerit.* 1598. 19. Febr. Nonæ. *Ioannes Franciscus Furnarius. Facta obligatione per ipsum de soluēdis scutis duobus singulo mense, quatenus creditori sua placeat; & quatenus non placeat, teneatur creditor soluere grossum vnum singulo die pro alimentis; & quatenus non soluat, Relaxetur primo mane cum obligatione, vt supra, vsque ad primam Visitam tunc de Sabellis, & non vltra.*

6 Limita secundo si debitor carceratus esset debitor debitoris Fisci, vel Cameræ, & ad instantiam ipsius Fisci, seu Cameræ fuisset carceribus mancipatus tanquam debitor debitoris sui. Non enim potest Fiscus, seu Camera plus Iuris habere, quam habeat principalis creditor, qui alimenta præstare tenetur. Atque ita oretenus fuit dictum Præsidi in Visitatione Capitol. 20. Febr. 1642. pro Michaele carcerato à Dohanerio tanquam debitore debitoris ipsius Dohanæ. Hæc tamen limitatio non ha-

7 bebat locum, si debitor debitoris teneatur occasione rerum Cameræ, seu Fisci, vt quotidie contingit in furnarijs, qui recipiunt frumentum à Camera ad credentiam, & panem ex illo factum vendunt particularibus personis pariter ad credentiam. Contra hos, si Camera procedat, seu Annona, vel tanquam debitores Furnarij, vel ex cautione ab ipso Furnario obtenta, prætendit non teneri ad alimenta, nec cogitur à Visita nisi, vt dixi, post diuturnam carcerationem, & concurrente inopia notoria carceratis facto verbo cum Præfecto Annonæ, seu Præside Dohaneriæ, qui, plærunque agnoscentes impotentiam debitorum, in illorum excarcerationem consentiunt.

8 Limita tertio in fideiussore, qui accedit pro dilatione concessa carcerato ad instantiam Dohanæ. Nam iste accedit post contractum, adeoq. pro solutione pecuniarum absque vllo rerum Dohanæ intuitu, Annonæ, vel similium; ac propterea non censetur consentire facto debitoris, nisi quoad solutionem promissam, vt supra. *argum. glos. in l. 3. §. si is pro quo. vers. exceptione. ff. quod quisque iur.* Quæ ratio cessaret in eo, qui tempore contractus accessit. Præterea priuilegia Cameralibus creditis concessa sunt in odium debitoris, ac proinde non sunt extendenda ad prædictum fideiussorem, qui nec censetur renunciasse priuilegio paupertatis *argum. l. 1.*

l.1.ß.si quis in ius.voc. cum in multis casibus plus faueant iura fideiussori, quam principali debitori: *Iaf.in l.vinum.num.15.ff.si cert.pet.*

9 Excluditur secundo à consecutione alimentorum debitor non adimplens quod ex parte sua adimplere posse creditur, vt ex decreto Visitæ infrascripto. 1598. 12. Febr. Sabel. *Ioannes Franciscus Florentinus. Facta obligatione per ipsum,& vxorem de soluendo scuta duo singulo. mense creditori suo vsque ad integram satisfactionem; & deficiente &c. Relaxetur gratis: quatenus per ipsum stetit, pars aduersa nõ teneatur præstare alimenta; & Visita supplet defectus mulieris.*

Dicendum tamen crederem quod si constaret de recusatione vxoris nolentis se obligare, non essent deneganda alimenta, quatenus creditor non consentiret excarcerari cum sola carcerati obligatione. Licet enim vxor fideiubendo pro mari-

10 to excarcerando opus pietatis exerceat. *Buratt. dec.* 783. *num.* 1. ad id tamen inuita cogi non potest. *l.1.2.& per tot. ne vxor pro marit. Surd. de alim.tit.8.priu.*48. nisi in ipsius mulieris vtilitatem impenderit vir pecunias, de quibus agitur. *Surd. consf.* 420. *numer.* 1. *Grat. discept.* 713. *numer.* 6. & 7.

11 Excluditur tertio ab alimentis debitor habens alimenta, si arrestetur criminaliter; nec illa re habere poterit, nisi postquam fuerit liberatus ab arresto. Vnde in Visita mense Februarij 1640. fuerunt denegata cuidam Francisco arrestato. Causa

12 siquidem criminalis superueniens tanquã maior, ciuilem cessare facit. *l.vlt.C.de ordin.iud.Clar.in,* §.*fin.q.*92.*nu.*4.*vers.sed quæro.Far.q.*100.*num.*59.

13 Ideoque carceratus criminaliter, ciuiliter arrestari non potest; non autem procedit è contra. *Constit.LXXI.Paul.V.tit. de carcer. & carcerat.* §.*relaxari.Franc.dec.*415.*Far.q.*27.*nu.*155. *vers. captus tamen.Cabal.resol.crim.*299.*num.*12.& 18. *vsque ad fin.* & nos supra latè diximus, vbi de arrestis tractauimus.

14 Excludendus quarto à consecutione alimentorum carceratus ad instantiam alicuius Communitatis, eo quod communitas gaudeat priuilegijs miserabilium personarum; quæ ad alimenta non tenentur.

Ego vero non crederem admittendum esse hanc limitationem, non solum quia non est verum miserabiles personas non teneri ad alimenta, sed illas tantum, quæ sunt pauperes; tum quia dum locus Pius, & Religiones ad huiusmodi alimenta tenentur, non video, cur Communitates sint ab hac obligatione, quæ est de iure naturæ, vt infra circa finem huius capitis dicturi sumus, eximendæ.

15 Excluditur quinto debitor ex causa Pensionis. Etenim in eius potestate est liberare se ab debito, dimittendo beneficiũ; Quapropter in carcerato pro scutis 103. pro pensione decursa, qui per multos annos antè dimiserat beneficiũ, & diù steterat carceratus, probaueratque paupertatem, fuit decretum in hunc modum. 1651. 18. Octob. Capitol. *Iosephus. Nisi pars præstiterit alimenta infra quinque dies cum intimatione, Relaxetur gratis, & pro executione ad D. Præsidem.* Quod decretum non sortiebatur effectum, quia creditor opponebat aduersarium possidere bona, & beneficium fuisse ab eo renunciatum proprio nepoti.

16 Non omittendum est fuisse, qui crederent non esse facilè concedenda alimenta pauperi carcerato, si ille diù litem sustinuit fatigando creditorem expensis & laboribus; moti forsan ex verbis Constit. LXXI. Pauli V. *tit.de facult.Visitæ. post.§.10.* Ibi: *In præmissis habeatur ratio paupertatis creditoris, & an debitor calumniose litem sustinuerit, fatigando creditorem expensis, & laboribus.* Sed id potius crederẽ, etiamsi sit dispositio generalis; esse referendum ad alia superius disposita, excepta præstatione alimentorum, ac etiam subministratione medicamentorum; cum non alere sit necare. Atque ita obseruantia subsecuta declarauit. Nunquam enim vidi per spatium triginta quinque annorum, & supra, habitam fuisse rationem, an quis sustinuerit litem diù nec ne; quando debitores institerunt pro alimentis; nec audiui antea fuisse factam aliquam vim in præfata exceptione. Atque hoc magis, cum clarum sit de iure Clericum condemnatũ per tres sententias conformes admitti ad beneficium Capitis Odoardus. de solut. vt docet *Conar. lib. 2. var.*

18 *resol.cap.1.num.9.* & in laico quod bonis cedere possit. *Brun.de ceß.bon.ampl.4.num.13. & ampl.5. nu.17.* etiam si carceratio esset ad instantiam Communitatis, quæ non legitur priuilegiata in præstatione alimentorum plusquam priuatæ personæ.

19 Vtinam pauperes à consecutione alimentorum propter causas prædictas exclusi incidant (quod valdè optandum est) in Iudices similes D. Iuoni: qui, dum Iudicis officio fungebatur, si iustitia impellente cogeretur contra pauperem sententiam ferre; æque sustinebat personam Iudicis, & Patris; tantum de suo ex misericordia soluendo, quantum illi ademerat per iustitiam; vt de Seleuco Rege proditum legimus qui filio Reo ambobus oculis ob legem à se violatam orbando, vnico tantum, & sibi altero eruto oculo, vsum vtrique videndi reliquit; & ita debitum suplicij modum legi à se latæ reddidit, æquitati admirabili temperamento se inter misericordem Patrem, & iustum legislatorem partitus.

CAPVT V.

Quæ alimenta, & à quibus præstanda sit Hebræis.

SVMMARIVM.

1 *Hebræo pauperi à Christiano creditore non esse præstanda alimenta censuit Visita.*
2 *Hebræo pauperi à Christiano creditore esse præstanda alimenta à Iudicibus creditoris censuit Rota.*
3 *Hebræo pauperi carcerato cur non dentur alimenta.*
4 *Eleemosynarum distributio prius facienda carceratis pauperibus, postea non carceratis.*
5 *Hebræis alimenta præstare in carceribus tenetur Vniuersitas.*
6 *Hebræis alimenta ad quam rationem alimenta præstanda sint, discutitur.*

7 He-

7 *Hebræi pauperes quærunt sibi victum ex ciuilibus artibus.*
8 *Hebræi antiquitus habitabant in regione Transtiberina.*
9 *Hebræorum alimenta secundum solitum ab Vniuersitate sunt præstanda, & quale sit huiusmodi solitum.*
10 *Hebræorum inquietudo maxima.*
11 *Hebræi prohibiti dimittere bursas è carceribus pro eleemosynis.*
12 *Hebræorum astus paulatim vsurpandi quæ sunt Christianorum.*
13 *Hebræo pauperi carcerato Hebræus eius creditor tenetur præstare alimenta.*
14 *Alimenta præstanda sunt cuicumque pauperi carcerato Christiano à quocumque absque aliqua distinctione, & comprobatur pluribus rationibus.*
15 *Alimentorum tanquam naturalia legata pauperi incapaci legatorum debentur.*
16 *Alimenta dantur non personæ, sed esurienti naturæ, & num.21.*
17 *Alimentorum quilibet capax est.*
18 *Alimenta præstantur à natura ad instar Patris familias.*
19 *Alimenta habent nutriendi facultatem; vnde illa negans necare dicitur.*
20 *Prædia efficiens deteriora ad æstimationem tenetur.*
21 *Alimentatio serui, & domus reparatio in iure æquiparantur.*
22 *Alimenta belluis arrestatis debentur ab arrestante.*
23 *Alimenta subtrahi non possunt absque subiecti destructione.*
24 *Alimenta denegare non potest pater filio, quem potest exhæredare.*
25 *Alimenta non sunt deneganda, quibus denegatur cessio bonorum, & 27. confutantur tenentes contrarium.*
26 *Alimentis renuntiari non potest, cessioni verò potest.*
28 *Alimenta præstanda tam carcerato pro ciuili, quam pro criminali, vt etiam eleemosyna.*
29 *Debitor dolosus non liberatur eleemosynis Pietatis in Natali, & Paschate.*
30 *Scipio Africanus ob benemerita liberatus à delictis obiectis peculatus, & alijs.*

VLtimo loco in hac materia de præstandis alimentis ponimus Hebræos, cum ex Pontificum permissione tolerentur hic in Vrbe, & multis gaudeant priuilegijs, beneque sint tractandi, vt supra diximus in pluribus capp. proœmij.

1 Fuit pluries dubitatum, an pauperi Hebræo carcerato ad instantiam creditoris Christiani præstanda essent alimenta à Christiano. Pro Hebræis vltra ea, quæ diximus, & infrà *num.* 14. dicturi sumus faciebat Illustre venerandæ antiquitatis exēplū, quod tradit nobilissimus auctor Sadus; quodque refertur a Gregorio Gentio in præfatione ad historiam Indicam de Hebræo in Latinum ab eo versam, & typis nuper traditam. Abraham Patriarcha hospitalitatis gloria celebris, de quo dicitur. *c. quiescamus* 42. *dist. ex Ioanne Chrisostomo*. Quoniam omnes recipiebat, suscepit & Angelos; Ipse vix sibi faustum, felixque credidit hospitium, nisi externum aliquem tanquam aliquod præsidiū domi excepisset hospitio, quem omni officiorum prosequeretur genere. Aliquando, cum hospitem domi non haberet, foris eum petiturus campestria petit. Forte virum quemdam senectute grauem, ex itinere fessum, sub arbore recumbentem conspicit, quem comiter exceptum domum hospitem deducit, & omni officio colit. Cum cænam appositam Abraham, & familia eius à precibus auspicaretur, senex manum ad cibum protendit nullo religionis, aut pietatis auspicio vsus; quo viso Abraham ita eum affatur: Mi senex, vix decet canitiem tuam sine præuia numinis veneratione cibum sumere. Ad quæ senex; Ignicola ego sum istiusmodi morum ignarus; nostri enim maiores nullam talem me docuere pietatem. Ad quam vocem horrescens Abraham rem sibi cum ignicola profano, & a sui numinis cultu alieno esse, eum euestigio à cœna remotum, vt sui consortij pestem, & religionis hostem domo eijcit. Sed ecce summus Deus Abrahā statim monet; Quid agis Abraham? Ita nè verò fecisse te decuit? Ego isti seni quantumuis in me vsque ingrato, & vitam, & victum centum plus annos dedi. Tu homini non vnam cænam dare; vnumquè eum momentum ferre potes? Qua diuina voce monitus Abraham senem ex itinere reuocatum domum reducit, tantis officijs pietate, & ratione colit, vt suo exemplo ad veri numinis cultum eum produxerit. Disputata tandem causa censuerunt Patres die 13. Augusti 1620. in Visita Sabel. habita deneganda esse alimenta. Quæ resolutio fuit etiam à piæ recor. Paulo V. approbata, vt testatur, Ricciul. *de iure person. extra gremium Eccles. lib.2. cap.21. nu.7. & seq. & Cherub. in compend. ad Constit. Pij V. RR. DD. Visitatores. 68. sub schol.2.* Quam resolutionem nos quoque posuimus in *Append. §.3 cap.18.*

2 Negotio postmodum inauditis Christianis ad instantiam Hebræorum à Reuerendiss. D. Manzanedo in Rota proposito, die 11. Ian. 1621. decisum fuit, de iure communi deberi alimenta Hebræis à Christiano creditore, si coram iudicibus ordinarijs petantur: non autem si coram Visitatoribus, vt in decis. de qua in *Append. §.4. cap.8.* Cuius decisionis auctoritate motus Gratianus idem sensit *discept.* 842. *nu.*28. Audita tamen à me ratione, qua mota fuerat S. Visita ad decernendum contrarium, illam approbauit; sicut etiam approbassent, vt mihi persuadeo, sapientissimi Rotæ Auditores, si illis fuisset insinuata. Cum enim consistat in facto, de illa non poterant cogitare, neque illis à Christianis, qui non fuerunt citati, significari poterat. Et sanè non leuis iniureretur iniuria S. Visitæ, quæ semper inclinat ad pietatem, & æquitatem, si diceremus, quod conceditur in materia alimentorum ad fauorem carcerati à Iudicibus ordinarijs, id à Iudicibus Visitæ denegari; præsertim cum ratio, quæ impulit Visitatores ad deneganda alimenta, æque militet in

3 Iudicibus ordinarijs, ac in Iudicibus Visitæ, qui exposito negotio propendebant ipsi quoque in sententiam, quæ suffragabatur Hebræis: sed postquam ipsis innotuit, referente Procuratore Caritatis Hebræorum Vniuersitatem solitam esse desti-

Rr nare

nare particulares personas ad colligendas eleemosynas pro omnibus ipsius Vniuersitatis pauperibus, maximè carceratis, quibus necessaria subministrāt, ne fame pereant; moti sunt Visitatores, vt statuerent alimenta Hebræis esse deneganda. Quippe alimenta debita à creditore debitori carcerato non sunt persoluenda, nisi in subsidium, si aliundè non habeat; vt diximus. Cessat itaque obligatio quo ad Hebræos carceratos, quibus suppeditantur ali- 4 menta ex eleemosynis publicis; eoque magis, cum in huiusmodi eleemosynis præferendi sint carcerati cæteris pauperibus. *Gram. dec.261.nu.1, vers. quod si obijciatur. Mant. ampl.12.num.11. Cabal.cons. 137. num.2. lib.2. Fontan. de pact. nupt. declar.4. glos.18.num.35.*

5 Vim huius rationis optimè intellexit Vniuersitas Hebræorū; quæ propterea cœpit paulatim carceratis Hebræis pauperibus solita alimenta subtrahere. Quare coacti fuerūt Christiani recurrere ad fel. rec. Vrb. VIII. tunc Summum Pontificem, ac petere, vt sicuti eadem Vniuersitas succedit loco Fisci in alendis carceratis pro causa criminali, dū sunt in secretis carceribus; sic quoque succedere debeat loco Christianorum creditorum in subministrandis alimentis carceratis pro causis ciuilibus. Hebræorum calliditate cognita idem Pontifex statuit teneri Vniuersitatem Hebræorum ad subministranda Hebræis carceratis pauperibus alimenta, seu victualia, reseruato tamen eidem Vniuersitati iure illa recuperandi ex bonis ipsorum carceratorum, vt constat ex eius litteris in *Append. s.t. cap.20.*

6 Quia vero alimentorum, seu victualium præstandorum non legitur in præfato Breui determinata summa, succedit alterum caput examinandum, in qua mensura præstanda sint alimenta ab Vniuersitate, quotiescunque pauper Hebræus erit pro causa ciuili ad instantiam Christiani creditoris in carceribus detentus. Hac de re fuit ex professo in Visita tractatum. Prætendebant carcerati Hebræi pauperes hāc controuersiam omni carere difficultate, cum reperiantur taxata alimenta præstanda Christiano pauperi carcerato ad rationem vnius Iulij in singulos dies. Ab hac prætensione fuerunt vnanimi Visitatorum consensu depulsi. Videbant 7 enim maiorem partem Hebræorum in Vrbe miserrimè viuere, Aliquos victum sibi quærere exercendo viles artes, à sedendo Sellularias olim appellatas; & ex his artibus exiguos quæstus percipi. Cogitabant alios circumeundo Vrbem, abiecta quoque ministeria obire, de quibus loquitur *Mart.* 8 *lib.1. epigr.42.*

„ *Hoc quod Transtiberinus ambulator,*
„ *Qui pallentia sulphurata fractis*
„ *Permutat vitris.*

In ea enim Vrbis parte, quæ est Transtyberim, habitabant Hebræi, & cæteri ex vili plebecula, qui sordidissimis operibus victitabant. Cum autem ex huiusmodi laboribus, & molestijs Hebræi, vel sedentes, vel cursitantes per Vrbem corrogant lucellum perexiguum, quodque pani emendo vix sufficiat, facile proprijs ædibus carcerem præferrent, &, vt in illum truderentur, multum æris alieni contraherent, securi de victu quotidiano ciborum pretio Iulij vnius emendorum.

Hanc portionem cum in Visita 27. Iun. 1643. peterent ab ipsorum Vniuersitate vi dicti Breuis Vrbani VIII. fuit responsum debere seruari solitū, 9 hoc est, elargitionem duorum panum diurnorum, olei, & aceti congruum demensum, culcitram; die Veneris propter subsequens Sabbatum Bononenos quatuor; alijs solemnioribus apud ipsos diebus aliquid cibi cocti, & nonnunquam vinum; quæ expensa, computato matarazzio, conficiunt Carolenum circiter vnum quolibet die.

10 Non acquieuerunt Iudæi (adeo inquieta est praua generatio.) sed cœperunt dimittere è fenestris 11 carcerum bursas appensas pro eleemosynis à prætereuntibus recipiendis, easq. miscebant cum illis, quas ad eundem finem pauperes Christiani carce- 12 rati ibidem appendunt. Quod Visitatores cum intellexissent, indignati; vsi sunt responso valdè opportuno, talis, licet alia de causa, ab Innocentio III. dato Archiepiscopo Senensi, & Episcopo Parisiensi. *Regist. cap. & si Iudæos. de Iud.* cuius verba sunt. *Et si Iudæos, quos propria culpa perpetua submisit seruituti pietas Christiana receptet, & sustineat cohabitationem illorum; ingrati tamen nobis esse non debent, vt reddant Christianis pro gratia contumeliam, & de familiaritate contemptum; qui tanquam misericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionem impendant, quam iuxta vulgare prouerbium: Mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis consueuerunt hospitibus exhibere.* Cuius textus dispositioni adhærentes Patres Visitæ dictis Hebræis Sabell. carceratis, & imposterum carcerandis inhibuerunt anno 1643. ne deinceps bursas appensas demitterent è fenestris carcerum.

13 Cæterum hæc non procedunt, quotiescunque Hebræus pauper ad instantiam alterius Hebræi nō pauperis carceratur. Tunc enim, nisi probata paupertate deponat alimenta ad rationem Iulij vnius pro quolibet die, relaxatur carceratus. Ita passim seruatur. Vnicum adducimus exemplum. Die 19. Augusti 1647. legitur decretum Præsidis Carcerum: Pro Isaac de Signo contra Eliam de Castro Nouo, in pede citationis ad præstandum alimenta. Leo de Signo filius, & Procurator petijt, & obtinuit, nisi ad primam diem cum intimatione: & fuit excarceratus ob non præstationem alimentorum ad rationem Iulij vnius quolibet die per acta Mazzatelli Cameræ Apostolicæ Notarij. De Hebræis hactenus.

14 Firmandum itaque videtur ex prædictis, & subsequentibus neminem excusandum esse à præstatione alimentorum pauperi debitori carcerato. Sunt 15 enim naturalia, & sic naturæ debita. Vnde *Bald. in l.1. nu.3. C. qui non poss. ad libert. prouen.* infert, Quod si quis fuerit intestabilis, tam actiuè, quam passiuè, ita vt ei legatum relinqui non possit, tamen si ei legentur alimenta, legatum sustinetur.

16 Præterea in præstatione alimentorum non consideratur persona, quæ secundum se accipit alimenta; sed consideratur natura esuriens, quæ illis sustentatur, vt loquitur *Bald. loco cit. & in cap.1. § aut si libellario. quib. mod. feud. amitt. vna cum Apostilla,* quæ subdit rationem, quod quilibet 17 alimentorum capax est. Sequitur *Felin. in cap. qualiter, & quando. §. ad corrigendos. num.27. & seq. de accusat. Lancell. Gallia. de statut. qu.6. numer.58.*

mer.58. Quæ natura etiam in inimicis ali debet, iuxta illud quod *Prouerb. cap.* 25. dicitur: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum.*

18 Accedit quod natura est ad instar patrisfamilias, qui alijs alimenta præstat. *Io.Garziat.de expens. &*

19 *meliorat.cap.2. num.* 15. Quocirca, cum alimenta præcipuam habeant nutriendi facultatem, qui illa negat, necare dicitur.

20 Comprobatur etiam argumēto à maiori ad minus: Qui prædia vrbana, vel rustica negligentia sua peiora efficit, ad æstimationem tenetur. *l.ei qui. §.fin. ff.de petit. hered.*

21 Insuper (quod magis ad propositum nostrum facit) in iure æquiparantur domus reparatio, & serui alimentatio. *l. sed an vltrò. §.non autem negotia.ff.de neg. gest.* Vnde debitori carcerato vel seruo, non debet alimenta denegare creditor; ne melioris cōditionis sit refectio collabentis domus, vel serui, quam cortuēs natura liberi hominis, propter negatam alimentorum subministrationem à creditore.

22 Rursus (quod plus est) neque ipsis bellnis arrestatis, & sequestratis denegantur alimenta; sed debent nutriri expensis arrestantis. *arg. l. fin in Asia. §.1.ff.depos. Barbos.in cap cæterum.de rescript.Boer.decis.* 303.*num.*3.

23 Huc etiam facit indubitata propositio, quod absque subiecti destructione subtrahi non potest, non est de iure naturæ amouendum. Alimenta autem sunt tale naturæ sustentamentum, vt absque subiecti destructione tolli non possint: nullo igitur modo sunt impedienda. *Pereg.de iur. fisci.tit.*18.*lib.*3.

24 *num.*82. *vers.sed aduerte.* Vbi infert in casibus, quibus filij vti ingrati exhæredari possunt, alimenta minimè eis denegari debere, quia filius sine successione viuere potest, sine alimentis nequaquam.

25 Quod pari ratione dicendum est etiam de cessione bonorum; qua denegata, debitor non perit; perit autem negatis alimentis. Hinc fit, quod cessioni bonorum, quæ ad carcerationem fugiendam adinuenta est. *Boer.decis.*349.*post num.*8. possit renun-

26 ciari. *Brun.de cess.bonor.qu.*21 *num.*13. quod seruauit etiam Visita anno 1567. die 28. Maij; & nos quoque dicturi sumus §.9. Alimentis vero nullatenus renunciari possit. *Vrsil. ad decis. Afflict.*152.

27 *num.*2.*&* 3. Ex quo apparet non sustineri, quod à quibusdam. *Gamma.decis.*261. *nu.*3. *& à Mauz. de cauf. exce. limit.* 5. *num.*60. dicitur non esse admittendos ad alimēta pauperes debitores dolosos, quia à bonorum cessione de iure repelluntur.

Concludendum itaque non posse detineri carceratum pauperem non solum ad instantiam illorum, qui prætendunt exemptionem à præstatione alimentorum, sed nec etiam ad instantiam creditoris pauperis, non valentis alimenta subministrare, sed esse relaxandum, ne fame pereat, vt diximus supra *ex Benine.de pauper. q.*8.*num.*24.

28 Amplia præmissa procedere non solum in carcerato pro causa ciuili, sed etiam in delinquente; cui quoq. præstanda sunt alimenta ab adhærente Fisco, & illo non valente subministrare, præstari debent ab ipsomet Fisco, vt alibi diximus. Quomodocumque enim paupertas euenerit pauperibus, ne fame pereant, subuenire debemus. *cap. non satis. in fin. & cap. Pasce.*86. *distin.* Per quæ iura ita dicit Glos. *in cap.sacrorum.*12. *qu.*2. Et clariùs Glos. *in cap. Pastoralis. §.verum.* Vbi Decius *num.*19. testatur hanc sententiam esse communiter receptam. *Benine. de pauper quæst.*4. *num.*49. *qui num.*50. subdit: *Et hinc est, quod eleemosyna pro corporis nutrimento omnibus petentibus est largienda non habito vllo respectu an bonus, ac merens necne petitor sit, dummodo necesse habeat. cap. quam pio.* vbi etiam notat *Glos.*1.*qu.*2.

29 Non est par ratio liberationis cum eleemosynis Pietatis in solemnitatibus Natalis, & Paschatis ad fauorem pauperum Carceratorum: Hi comparent coram Visitatoribus Pietatis, ostēdant vxores pauperes, plærumque non contemnenda forma, seu infirmas, vel prægnantes; filias, vel sorores, nuptas, nubiles, manifesto pudicitiæ naufragio expositas; numerum inutilium filiorum; quātitatem æris alieni probant ob victum, vestitum, aliasue causas necessaria contractam; diutinam carcerationem, aliaque innumera incommoda commemorant, propter quæ digni habentur liberatione mediante solutione æris alieni in manibus creditorum. Non ita dolosi debitores: cum non possint allegare nisi propriam turpitudinem, & trita est in iure regula: *Proprium dolum nemini debere patrocinari.* Ac licet allegent in honorem Festiuitatum fieri liberationem etiam hominum Delinquentium, audiuntur quidem ab Archiconfraternitate *Pietatis*; verū (etiamsi allegent propria merita, quæ reddunt cæteros debitores non dolosos dignos liberatione) non tamen exandiuntur.

30 Exauditus fuit alias à Pop.Rom. in casu non absimili (si liceat in paruis exemplis grandibus vti) Scipio Africanus. Delatus erat, vt narrat Liuius *lib.*38. *circa finem.* debitor Reip. magnæ quantitatis argenti habiti, & non in publicum relati, sed in vsum priuatum conuersi; nihilominus obtinuit, quod desiderabat, vt testatur Plutarchus. *in Opus. tit. Apophthegmata Regum, & Imper. circa medium.* Ibi: *Contra Scipionem Petilius, & Quintus Tribuni Plebis cum ad Populum multa in ipsum crimina intulissent; hodie Quirites, inquit, Carthaginenses, & Annibalem vici, eoque coronatus, in Capitolium ascendo sacrificaturus; quisquis autem vellet ferre de se suffragium, iussit; Et cum hæc dixisset, Ascendit, Populusque subsequutus accusatores verba facientes reliquit.*

Non procedit absolutè conclusio prædicta in locis, in quibus sunt destinatæ particulares eleemosynæ pro sustentatione pauperum Carceratorum, vti in Vrbe; vbi pauperes ciuiles carcerati ad instātiam creditorum priuilegiatorum, seu pauperum, atque etiam criminales, non relaxantur ob nō præstationem alimentorum, eo quod habeant à locis Pijs Caritatis, & Pietatis, quantum sufficit ad illorum necessariam sustentationem, iunctis alijs incertis piorum eleemosynis, vt alibi diximus. Hæc satis sint de materia alimentorum præstandorum pauperi carcerato; modo ad id, quod supra proposuimus vltimo loco examinandum, gradum faciamus.

CAPVT VI.

Excarceratus ob non præstationem alimentorum potest iterum carcerari,

SVMMARIVM.

1 *Excarceratus ob non præstationem alimentorum potest iterum carcerari.*
2 Quandocunque, *dictio, omne tempus comprehẽdit.*
3 *Alimentorum facto deposito carcerari potest excarceratus ob non præstationem alimentorum.*
4 *Alimenta incipiunt currere à die ingressus in carceres.*
5 *Ob alimentorum omissam solutionem excarceratus, si carceretur non facto deposito, excarcerandus est.*
6 *Ob alimentorum omissam solutionem excarceratus, & denuo carceratus non facto deposito, est excarcerandus, etiam parato creditore alimenta deponere.*
7 *Forma adimpleri non potest per æquipollens.*
8 *Interlocutoria ex deductis tantum, non ex deducendis sustinetur.*
9 Nulliter *captus pristina libertati est restituendus, ita vt non possit iterum statim capi.*
10 *Ob alimentorum omissam præstationem excarceratus non potest carcerari ad instantiam aliorum, nisi facto deposito alimentorum,*
11 *Ob alimentorum omissam præstationem excarcerato conceditur,* Non grauetur, *contra omnes, non facto deposito.*
12 *Ob alimentorum omissam præstationem excarceratus, an possit carcerari non facto deposito pro debito postea facto videndum.*
13 *Ob alimentorum omissam præstationem excarceratus, si se obliget ad soluendum, poterit carcerari absque deposito.*

1 Conclusio sit, excarceratum ob non præstationem alimentorum posse iterum carcerari ad instantiam creditoris parati præstare alimenta. Nam 2 Constitutio LXXI. Pauli V. allegata vtitur verbo, *Quandocunque:* cuius natura est comprehendere omne tempus. *Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. num. 19. 26. 32. vbi etiam alij Doctores Corn. cons. 199. num. 17. Paris. cons. 73. num. 1. vol. 3.*

3 Declara primo, vt non possit carcerari nisi facto deposito, vt expressè disponit dicta Constit. LXXI. *de carcer. & carcerat. vers.* Relaxari *vero.* Ibi: *Facto alimẽtorum deposito, saltem per quindecim dies, aut amplius, arbitrio Iudicis.* Quod concordat cũ iure communi; ex cuius dispositione alimenta semper debent anticipatè solui. *Molin. de Hispan. primog. lib. 11. cap 15. Bald. in l. non potest. ff. de adop. quem sequitur. Caccialup. in l. frater à fratre. q. 29. ff. de condict. indeb. Franc. dec. 155. num. 3. par. 1.*

4 Declara secundo, vt deposito facto possit debitor, si illius notitiam habuerit, sponte se in carceribus constituere, non expectata executione, etiam inscio creditore. Et hoc casu à die constitutionis incipiunt illi currere alimenta depositata. Illis autem finitis, debet intimare creditori, vt possit, si velit, aliam denuò summam deponere. Et ita censuit Visita. 1613. 5. Nouemb. Capitol. *Vincentius. Nisi pars deposuerit alimenta per totum eius cum intimatione; Relaxetur gratis.* Prætendebat enim creditor alimenta non esse soluenda, nisi à die, qua ipsi constitit de spontanea constitutione Vincentij; & propterea fuit decretum, vt supra, eo quod iam à die constitutionis fuerint finita alimenta, quæ à creditore fuerant depositata.

5 Declara tertio, vt si contingat relaxatum ob non præstationem alimentorum denuò carcerari absque eiusmodi deposito anticipato, carceratus, tanquam nulliter captus, sit relaxandus, & pars aduersa in expensis condemnanda. 1639. 11. Mart. Capitol. *Gulielmus. Tanquam nulliter captus, ex quo creditor non depositauit alimenta iuxta formam Reformationis Pauli V. Relaxetur gratis, & detur mandatum contra creditorem pro expensis.* Quod 6 procedere dixerunt, etiam si creditor offerret se paratum soluere alimenta præterita, & deponere futura. 1622. 3. Febr. Capitol. *Adrianus. Tanquam malè captus; Relaxetur.* Iste quoque obtulit soluere præterita alimenta, & deponere futura; sed noluit ied admittere Visita. Cum enim depo- 7 situm requiratur pro forma; hæc adimpleri non potest per æquipollens. *l. qui per salutem. ff. de iure iur. l. 1. §. si quis interrogetur. ff. de verb. oblig.* 8 Præterea captura est interlocutoria; quæ non ex deducendis, sed ex deductis sustineri debet. *Bald. cons. 318 num. 4. lib. 4.* Rursus captus nulliter, tan- 9 quã propria spoliatus libertate, ante omnia est restituẽdus, & ita debet relaxari, vt difficilis sit eius persecutio. *Bar. in l. qua ratione. §. omnia. num. 2. ff de acq. re. dom. Far. q. 29. num. 11.* & in *Const. LXXI.* Pauli V. *de carcer. & carcerat. §. 16.* & dicetur infra *§. 10.*

10 Obseruandum porrò hic est cõtra excarceratum ob non præstationem alimentorum ad instantiam vnius creditoris, non posse fieri executionem personalem ad instantiam aliorum, nisi pariter facto deposito; cum probatio paupertatis contra vnum creditorem facta afficiat omnes tanquam causa status. *l. ingenuum. de stat. hom. Rot. decis. 90. num. 4. par. 3. rec.* Creditor allegare potest ignorantiam debitorem suum ad instantiam alterius alias carceratum, ob non præstationem alimentorum fuisse excarceratum: sed illi subuenit iudex, vel Vicarij 11 Vrbis concedendo debitori, *Non grauetur*, generale quoad omnes creditores cum clausula, *nisi facto deposito alimentorum pro quindecim diebus.* Et propterea fuit relaxatus. 7. April. 1639. Capitol. Michael repertus cum, *Non grauetur*, & nihilomi- 12 nus carceratus non facto deposito. Rursus 1644. 28. Ian. Capit. *Vincentius. Stante non grauetur, ex quo nulliter captus; Relaxetur gratis. Non grauetur* erat generale ob non præstationem alimentorum. 1645. 27. April. Capitol. *Franciscus. Ad Præsidem iuxta mentem, & auctoritate Visita.* Hic Franciscus fuerat carceratus non obstante simili, *Non grauetur*, generali obtento à Senatore, cuius officium iam expirauerat. Fuit tamen dictum durare, *Non grauetur*; apposita autem fuisse verba, *Iuxta mentem*, quia allegabat creditor debitũ fuisse contractum post cõcessionem, *Non grauetur.*

Mens

Mens autem Visitæ fuit, vt seruaretur *Non grauetur*, nisi debitum fuisset postea contractum; quia hoc casu dixerunt Domini discutiendum esse in Visita an faciendũ sit depositum. In quo videtur negatiuè respondendum, cum dictum, *Non grauetur*, comprehendat præteritos, non futuros creditores; adeoq; teneri debitorem captũ nõ obstante huiusmodi, *Non grauetur*, repetere probationes paupertatis ad effectum obtinendi alimenta pro 13 debito post, *Non grauetur*, contracto. Si autem relaxatus ob non præstationem alimentorum, tũc, vel postea se obligasset ad solutionem debiti, nempe tot scutorum quolibet mense, vel anno pro pagħis maturatis, & non solutis, poterit vi eius obligationis carcerari non facto deposito per creditorem.

§. VI.

RELAXATIO HONESTARVM MVLIERVM PRO DEBITO ETIAM PVBLICO CARCERATARVM.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres honestæ etiam pro debito publico carceratæ sunt excarcerandæ ex* Constitut. *LXVIII. Pij V. & LXXI. Pauli V.*
2 *Fæminæ dignæ sunt, quibus parcatur.*
3 *Fæminarum honestas, & bona fama omninò seruanda.*
4 *Honestas est mollis, compositaq. morositas ex Aristotele; ex alijs Formosa corporis dispositio.*
5 *Honestas virtus est spiritualis pulchritudo, res dignissima honore.*
6 *Matronale decus apud Romanos plurimi fiebat.*
7 *Matronã in ius vocatã corpus attingere vetabant Romani.*
8 *Mulieribus honestis, ac etiam inhonestis pro causa criminali carceratis in Vrbe opportunè consulitur.*
9 *Mulier honesta, nec de iure communi carcerari debet pro debito.*
10 *Mulieribus honestis pro causa criminali reis de iure quomodo consulatur.*
11 *Mulierem honestam faciens carcerari pro debito Iudex punitur pœna capitis; si tamen bona occultauerit, potest carcerari ex Guttier.*
12 *Mulierem antiquitus etiam honestam potuisse carcerari apparet ex decreto Visitæ, quod hodie seruandum non est.*
13 *Mulierem honestam pro debito carcerari non posse concernit publicum fauorem, cui renunciari non potest.*
14 *Mulier honesta, etiam Hebræa, carcerari non potest pro debito.*
15 *Mulier inhonesta, si nubat, carcerari non potest pro debito.*
16 *Mulier nupta inhonestè viuens carcerari non potest pro debito.*
17 *Mulier nupta inhonestè viuens, sciente viro, carcerari potest pro debito, secus si ignoret, vel sit absens.*
18 *Mulier inhonesta non facile carceranda est pro debito.*
19 *Mulier inhonesta carcerata pro debito cum amasio fuit à Visita relaxata, quia non erat obligata cum solemnitatibus.*
20 *Mulieris inhonestatem probandam esse à creditore fuit dictum in Congregat. Reformat. sed postea non resolutum.*
21 *Mulieres, etiam viles, si sint honestæ, non sunt pro debito carcerandæ.*
22 *Mulier honesta, nec pro debito publico carceranda, maximè si sint heredes debitores Fisci, etiam de iure.*
23 *Meretrix dicitur à merendo libidinis stipendia.*
24 *Meretrix turpiter facit, non tamen turpiter petit stipendium.*
25 *Meretrices persoluerunt aliàs vectigal.*
26 *Meretrices antiquitus Romæ soluebant vectigal.*
26 *Meretrices Iudici Curiæ de Sabellis, quod tributum dabant.*
27 *Meretricibus Iudex Curiæ de Sabellis faciebat persolui stipendia.*
28 *Meretrices p tributo valde circũspectè carcerata.*
29 *Meretrices non facilè pro criminali causa carcerandæ.*
30 *Mulieres honestæ, non nisi ex necessitate carcerantur criminaliter.*
31 *Meretrices quando capta, & relaxata pro tributo à Visita.*
32 *Meretricium tributum moderatum à Visita ad certam summam.*
33 *Meretricium tributum quale ex Bannimentis, & taxis.*
34 *Meretricium tributum sublatũ à Gregorio XIII.*
35 *Meretricium tributum detestabile.*
36 *Meretricium tributũ detestabile in S. Scriptura.*
37 *Meretricium tributum est Gabella contra formam iuris.*
38 *Meretricium tributum in Ciuitate Neapolis sublatum.*
39 *Mulieribus inhonestis alias locus separatus destinatus Romæ.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 RElaxentur mulieres pro debito ciuili detentæ, quando sunt honestæ, etiamsi captæ sint pro debito publico.

3 Dignæ sanè sunt fœminæ quibus parcatur. Parcitur illis tempore belli captis vrbibus, ne captiuæ ducantur; Vnde secundum Pausan. improbatur factum Aristomenis in Lacænis virginibus intercipiendis.

tercipiendis; nec probatur pro earum liberatione 3 pretium exactum. Non enim quicquam omittendum est, vt seruetur honestas, & bona fama mulierum, in quibus honor familiarum mirificè corruscat, & vix sine dedecore ad illarum carcerationem deueniri potest. Non solum autem de illa honestate intelligendum est, quæ à nonnullis definitur, vt 4 sit mollis, compositaq. morositas: vel formosæ corporis dispositio: Hanc enim mirum in modum etiam inhonestæ mulieres affectant; sed de hone- 5 state, prout est virtus, quam definit D. Thomas 2.2. *q.145. art.2. vt sit id, quod spirituali decore nitet.*

6 Sanè Romani matronale decus mirum in modū olim tenerebantur; &, vt verecundiæ munimento tutius esset, in ius vocanti matronam, quemadmodum refert Aul. Gellius *lib.10. cap.23.* corpus at- 7 tingere non permiserunt; vt inuiolata manus alienæ 8 tactu stola relinqueretur. Quare, quando in Vrbe contingit (raro autem contingit) honestas mulieres carcerari pro causa criminali, opportunè consulitur earum honestati, vt constat ex *Constit. LXXI.* Pauli V. *tit. de carcer & carcerat.* Vbi disponitur, quod etiam carceratis inhonestis mulieribus, custodes non permittant, postquam è carceribus secretis educuntur, & in publicis permanent, aliquē ex carceratis accedere, neque versari quemquam ad earum cancellos, seu fenestras. Dispositio au- 9 tem *Constit. LXXI.* proximè relatæ, minimum pro causa ciuili mulieres honestas non esse carcerādas, consentit cum dispositione iuris communis, quo statuitur mulierem honestam carcerari non posse, etiamsi debitum sit Fiscale gabellarum, & tributorum. *Auth. sed hodie. C. de off. diu. iud. Auth. hodie nouo iure. C. de quæst. reor. glos. in l. sed & si. ff. de in ius voc.* Quibus legibus sancitum est mulieres non solum ob debitum priuatum in carcerem mitti 10 non posse, sed nec etiam ob causam criminalem, si pœna sit pecuniaria. *Bald. in l. plerique. ff. de in ius voc.* Si corporalis; committendas esse iuratoriæ cautioni, aut debere tradi honestis mulieribus custodiendas. *Gram. dec. 33. num. 12.* qui loquitur in atrocissimis. *Menoch. de arbitr. cas. 88. nu. 20. & seq. lib. 5.* Etiam si sint debitrices propter administrationē filiorum, contra Bartolum, cui respondet Couar. *Resol. 1. nu. 3. vers. fœmina tamen. lib. 2. Amat. decis. 16. num. 13. & 14. cum adductis à Far. q. 27. num. 42. & pluribus seqq. Giurb. decis. 4. num. 25.* Immo iudex carcerari faciens mulierem honestam 11 ob debitum, punitur pœna capitis iuxta textum *l. 1. ff. de off. diu. iud. & in d. Auth. hodie nouo iure. C. de cust. reor. Guid. decis. 256.* Vide etiam *Iasonem l. plerique. num. 34. & l. neque in priuo. vers. contra istum. ff. de in ius voc.* Limitat Guttier. *de iuram. par. 1. cap. 16. numer. 33. 34. & 35.* quem sequitur Sāct. *de induc. cap. 27. num. 6.* in muliere bona occultante in fraudem creditorum, vt possit carcerari; Vt enim gaudeat beneficio, vt non possit carcerari ob debitum ciuile, debet versari bona fide.

12 Aliter olim factum à Visita apparet ex infrascripto decreto. 1560. 18. Capitol. *Francisca Mei Tabernarij, & ipse Meus. Ad D. Sfortiam, qui, citatis creditoribus, interponat se pro concordia; & expediat arbitrio suo auctoritate Visitæ, cum auctoritate interponēda decretum ad effectum, quod mulier etiam honesta, in euentum contrauentionis suæ promissionis, capi & carcerari possit.* Hoc tamen decretum tanquam contra ius, & honestatem mulierum nunquam reiterandum censerem, præsertim post dictas Pij V. & Pauli V. Constitutiones. Nam neque per pactum expressum mulier honesta potest carcerari. *Auth. hodie nouo. C. de cust. reor. Menoch. cas. 88. num. 12. de arbitr.* cum hoc aduersetur pudori, & honestati eorius fœminei sexus; ideoq. publico fauori priuilegium hoc concessum sit. *Far. q. 27. nu 62. Mauzon. de caus. exec. lim. 10.* 13 *num. 23. per tot.* Ex quo fit, vt non possit illi renunciari. *Bald. in Auth. cui relictū. C. de indic. ind. tol. Barbos. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. Aegid. de iur. honest. art. 3. num. 6. Marsil singular. 247. Brun. de cess. bon. q. 4. num. 5. quos citat, & sequitur Sanct. de induc. q. 29. num. 4.*

14 Amplia primo hanc conclusionem etiam in muliere Hebræa carcerata ob debitum ciuile; quia ipsa quoque relaxari debet gratis sine præiudicio executionis realis. 1641. 7. Mart. Sabell. *Bellaflores, vxor Aaron Hebræa carcerata pro debito ciuili. Quia mulier, relaxetur gratis sine præiudicio executionis realis.*

15 Amplia secundo, vt meretrix, si deinde nubat, carcerari nō possit in honorem matrimonij. *Mauz.* 16 *lim. 10. num. 30. & 32.* Immo mulier nupta, licet inhonestè viuat, carcerari non potest ob rationem supradictam per textum *l. si vxor. §. 1. ff. de adul. Cou. de spons. 2. par. cap. 8. §. 11. num. vlt. Riccius. de pers. quæ in stat. reprob. lib. 2. cap. 3.* Ceterum 17 hæc sic intelligenda sunt, vt procedant, quādo vir, aut ignorat, aut absens est, aut in furore existit, *Aegid. tract. de iure, & priuil. honest. art. 9. de meretrice. num. 12.* Secus si vxoris turpitudinis vir conscius esset. *Menoch. de arbitr. lib. 1. cas. 88. numer. 18. Riccius. cap. 3. num. 5. 6. & 7. lib. 2. de pers. reprob.*

18 Aliter statuendum est de mulieribus inhonestis debitricibus. *Couar. resol. cap. 1. lib. 2.* ad quarum tamen carcerationem non est facile deueniendum. *Far. q. 27. num. 64.* Et si carcerentur, concurrentibus certis causis, sunt relaxandæ, vt sensit Visita 19 in casu Faustæ Neapolitanæ Curialis, tanquam suspectæ, carceratæ pro summa scutorum 140. ad quorū restitutionem se obligauerat vi apochæ. Quæ Fausta comparuit in Visita. 15. Nouemb. 1640. Nonæ; & fuit relaxata cum obligatione de se repræsentando, tum quia non erat obligata cum solemnitatibus, tum quia creditor erat illius Amasius, quo casu non solent facile carcerari ob debitum. *Farin. q. 27. num. 64.*

20 Equidem memini me ad hoc propositum legisse in quodam Diario, in quo fuerunt annotata decreta Congregationis tempore Pauli V. institutæ pro Reformatione Tribunalium Vrbis, fuisse dubitatum, vtrum in noua Bulla edenda super Reformatione Tribunalium viderentur apponenda verba: *Mulieres vero pro debito ciuili non carcerentur, nisi creditores probent eas inhonestas, & habitare in prostibulo.* Negotio tamen discusso Patres Congregationis censuerunt non esse apponenda. Nec erat abs re apponere verba, *Habitare in prostibulo,* quia leguntur ad hunc effectum antiqua decreta, de quibus paulò infra dicemus.

Hodie stantibus dictis Constitutionibus Pij V. & Pauli V.

21 Pauli V. vna cum obseruantia subsecuta, non crederem esse recedendum ab illorum Dispositione de non carcerando honestas mulieres etiã viles. Huic sententiæ non refragatur decretum factum. 1620. 10. Septemb. Nonæ. Lucretia in eo nominata carcerata fuerat cum mandato Vicarij pro truffa, pro qua datur actio criminalis. *Lucretia, Hieronymi Lauandaria. Facta obligatione per ipsam, & Bastianum eius virũ de soluendo Iulios quinque quolibet mense creditori suo vsque ad integram satisfactionem pro scutis quatuor, prout ibidem præsens Lucretia, & Bastianus se obligauerunt &c. Relaxetur gratis, & Visita supplet.*

22 Honestæ itaque mulieres relaxandæ sunt, etiam si capiantur pro debito publico, vt in dictis Constitutionibus. Quibus multo magis fauendum est, si fuerint heredes relictæ ab aliquo Fisci debitore. *Baez. tract. de inop. deb. cap. 15. numer. 5. Egid. de iure, & priuil. honest. art. 3. de carceris except. num. 3.*

Quid dicendum de publico debito exigendo à 23 meretrice? Meretrix dicitur à merendo libidinis 24 stipendia. Licet enim turpiter faciat, non tamen turpiter petit. *l. item si ob stuprum. §. sed & quod* 25 *meretrici. ff. de condit. ob turp. caus.* Ab his meretricibus exigitur Vectigal, siue Gabella singulis annis in quibusdam ciuitatibus. Primus qui hoc nouum in Vrbe vectigal exigendum statuit, fuit Caligula, Teste Suetonio *In ipsius vita*. qui illud appellat *Capturas prostitutarum*. Alij prodiderunt facetam, sed pestilentem illam vocem Vespasiani, qui cũ ex lotio vectigal faceret homo turpiter auidus; superque eo facto à filio admoneretur, quod e re tam putida lucrum faceret, paulo post collectam pecuniam filij naribus admouit, rogauitque; Et quid illa poteret? Vndè adagium: *Lucri bonus est odor* 26 *ex re qualicunque*. Idem tributum vsque ad nostra tempora ex parte perdurauit Romæ; vbi meretrices nonnihil persoluere Iudici Curiæ Sabellorum ex antiqua forte conuentione dicit Vestrius. *In sua praxi lib. 2. cap. 14.* inter eundem Iudicem, & ipsas 27 meretrices. Quæ non habentes à lege actionem, qua possent pro mercede suæ artis, hoc est, ob turpem causam agere, Iudicem sibi hoc annuo censu conduxerunt, vt deficiente actione, quasi in subsidium, suum impertiretur officium. Hinc ad eum omnes meretrices confluebant, qui officio suo meretricias mercedes pro conditione mulieris arbitrabatur, & passim de illis, præscripto sibi iure iudicabat.

28 In exigendo hoc tributo ab inhonestis mulieribus, non nisi magna circumspectione deuentum est ad earum carcerationem. Nam cum olim id genus mulieres annuum tributum solitæ fuissent dependere Domino Marescallo Curiæ de Sabellis, & post tanti temporis lapsum nullo apparente titulo, iure iam dicto præscripto illum exigeret etiam interueniente illarum carceratione. *Vestr. in sua praxi cap. 14. lib. 2. vers. hac etiam.* Visita contra has mulieres inhonestas noluit ob hoc debitum deueniri ad carcerationem in via publica, sed in prostibulo tantum quemadmodum bene colligitur ex 29 decretis, quæ subijciam, vt iudices criminales non facilè contra mulieres mandata relaxent; & omnino euitent, quantum possunt, ne id vnquam in mu-30 lieribus honestis contingat, nisi quando præcisa causa necessitatis id postulat. *Clar. §. fin. q. 28. n. 3. Menoch. cas. 88. lib. 2. de arbitr. nu. 21. Farin. violen. q. 27. numer. 55. & 56.* Vbi instruit iudices de modo procedendi ad carcerationem mulierum.

31 Decreta autem occasione Tributi, & alia desuper disposita sequuntur. 1541. 12. April. Sabel. *Capitaneus Curiæ de Sabellis. Non possit capere meretrices, neque pignorari extra earum domos occasione Tributi, sub pœna decem ducatorum pro qualibet vice.* * 1541. 24. Nouemb. Sabel. *Ex ordinatione Dominorum, quod ratione Tributi non possint molestari aliquæ mulieres, nisi prius fuerint coram iudice de Sabellis citatæ; & per D. Iudicem determinatũ teneri ad dictam solutionem, & quæ solitas soluere non possint capi per vias, & plateas publicas.* * 1555. 7. Febr. Sabel. *Domini decreuerunt, quod Capitanei Curiæ de Sabellis non possint auferre Tributũ mulieribus, nisi in prostibulo constitutis, nec alijs nisi vocatis coram Iudice de Sabellis, & obtento ab eo mandato, sub pœna duorum ictuum funis.*

32 Legitur etiam per Visitatores moderatum huiusmodi Tributum ad certam summam. 1560. 7. Septemb. Sabel. *Non exigantur à Curialibus per Capitaneum Curiæ de Sabellis ratione Tributi, nisi decem caroleni pro qualibet sub pœna Furcarum.*

33 Concordant etiam cum præfatis decretis Bandimenta, seu reformationes, & Taxæ alias factæ illis temporibus pro custodibus carcerum, & executoribus per Cardinalem Ascanium Sfortiam Camerarium Dat. 13. Iulij 1561. in quibus inter cætera capitula leguntur quatuor infrascripta: Item, *Che il Capitano di Corte Sauella non pigli per tributo dalle donne meretrici, che dicono pagarlo oltre dieci carlini, come era solito antico, non ostante che da vn certo tempo in quà habbi pigliato per abuso giulij dieci sotto pena di tre tratti di corda, & ancora della Galera, se cosi parera al Gouernatore.* * Item *che doppo che hauerà ottenuto il mandato contro di esse, non lo eseguisca personalmente, ne pigli pegni da loro per le strade, ma vadi à fare l'essecutione reale à casa loro sotto la pena predetta.* * Item: *Che li pegni, che pigliarà per li tributi non li possi tenere, e vendere lui da se stesso, ma li debba depositare appresso il Notaro della sua Corte, e farli subastare citata la parte, e se si venderanno più, renderlo alla detta parte sotto la pena detta di sopra.* * Item: *Che non possa riscuotere detto Tributo senza prima farle citare à pagarlo dinanzi al suo giudice sotto la medesima pena, e le spese che si faranno le possi recuperare da esse.*

34 Succedente postea fel. rec. Gregorio XIII. ipse, non autem Pius V. vt habet praxis Archiepiscopalis Neapolitana. *cap. 14. in addit. ad num. 15.* tale Tributũ exigi prohibuit. *Const. XXVI. anno 1575. in Bull. fol. 295. §. 13.* his verbis: *Postremo exactiones illas, quæ à mulieribus inhonestis singulis annis, singulisque sex mensibus, aut alias sub nomine Tributi fieri solebant, omnino prohibemus, proposita Marescallo illas attentanti pœna priuationis officij ipso facto incurrenda.* Hæc Tributa exigentes dicebantur, A mortuis tributum exigere. Et me-35 rito: Est enim vectigal impurum, detestabile, & absurdum. *Niceph. lib. 6. cap. 20. hist. Eccles.* Vbi

landibus

laudibus effert Anastasium Imp. qui illud sustulit; quamuis Platina. *in vita Pontiani* tribuat Alexandro, vt refert, & sequitur Nauarrus. *In Manual. cap.17.nu. 195. & seqq.* qui ait esse peccatum mortale lucrum quærere ex meretricis opera, & lucro.

36 Reijcitur etiam à Deo in Sacra scriptura. *Deuteron.23.* Ibi: *Non offerens mercedem prostibuli, nec pretium canis*: Quæ verba, *nec pretium canis*, sunt posita ad maiorem detestationem lucri meretricij; Si enim pretium, quod exigebant Domini canum, qui eos locabant ad coeundum cum fœminis canibus, vt catulos procrearent (quemadmodum narrat Iosephus Hebræus) Deus prohibuerit sibi offerri, quanto magis lucrum, quod percipitur ex actu fornicario? Pulchre D. Hieronymus. *Isaia 66.n.3.* Canis, & meretrix copulantur, quia vtrumque animal pronum est ad libidinem. Addit Cornel. à Lapide loco cit. vtrumque animal ob impudentiam, vilitatem, & fœtorem abominari homines. Hanc oblationē de mercede prostibuli in lege veteri prohibitam fuisse propter immunditiam; in noua propter scandalum dixit D. Thomas 1.2.*q.*102.*art.*3.7. & 22.*q.*32.7.

37 Est etiam contra formam iuris, quod ex huiusmodi turpi lucro gabella soluatur. *Angel. in Auth. de Lenon.col.2.vers.meretrices.* *Ricciul. etiam qui alios plures allegat. lib. 2. cap. 37. num. 4. & per totum de person. reprob.*

38 Hoc Tributum olim etiam introductum Neapoli ad instar Gabellæ aboleuit Alphonsus I. data recompensa cuidam nobili Neapolitano, qui ius illud exigendi in feudum tenebat, quod tamen his temporibus renouatum est. *Ioannes Dom. Tasson. Antefat.vers.3.obser.3.nu 342.*

39 Non tamen fuit aliquid immutatum circa locum destinatum pro huiusmodi inhonestis mulieribus à Pio V vt diximus supra *lib.1 §.3.cap.4. numer. 8.* & constat decretis infrascriptis. 1571. 23. Maij Sabel. *Faustina Maria, & Alexandra*. *Confinentur ad Hortaccios cū comminatione, quod indè non discendant sub pœna fustigationis; relaxentur gratis.* * 1577. 17 Octob. Sabel. *Ioanna Curialis. Facta obligatione per eam de accedendo ad habitandum ad loca deputata sub pœna fustigationis, Relaxetur.* * 1593. 22. Decemb. Sabel. *Hieronyma, Ioanna, & Lucia eius filia. Renouato eis præcepto de accedendo ad loca deputata, seu de honestè viuendo sub pœna fustigationis; prout fuit iniunctum; Relaxentur gratis.*

De simili loco videtur locutus Plutarchus in libello, quē vocat Amatorem. Hoc tamen tempore, quo in Vrbe decentius viuitur, ac modestius non est opus huiusmodi locis particularibus.

§. VII.

RELAXATIO DEBITORVM, QVI NON TENENTVR VLTRA ID, QVOD FACERE POSSVNT.

SVMMARIVM.

1 *Debitores, qui non tenentur,* nisi in quantum facere possunt, *relaxari debent ex Constitut. Pontif.*
2 *De debitoribus, qui non tenentur,* nisi in quantum facere possunt, *quinam doctores scripserint.*
3 *Impossibilium nulla obligatio.*
4 *Legem adimpleuit, qui fecit, quod potuit.*
5 *Debitorum persona, quæ non tenentur* vltra id, quod facere possunt, *sub iurisdictione Visitæ sunt.*
6 *Debitorum persona, quæ non tenentur* vltra id, quod facere possunt, *à quibus Doctoribus recenseantur.*
7 *Debitorum persona, quæ non tenentur,* nisi in quantum facere possunt, *ordine alphabetico enumerantur.*
8 *Verba,* Ex natura debiti, *quid importent.*
9 *Debitor propter reuerentiam sibi debitam, vel honestatem non tenetur nisi cum commodo suo ad solutionem.*
10 *Verba,* De iure, *intelligenda sunt de iure concesso a lege, vel pacto.*
11 *Ius suum integrum ab vnoquoque abtineri vult lex.*
12 *In iustitia administranda prudentia considerat personam, tempus, & locum.*
13 *Priuilegium, vt non teneatur quis,* vltra, quam facere potest, *est personale.*
14 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *competit, quacunque actione petatur debitum.*
15 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *est personale actiuè, & passiuè.*
16 *Debitum eius, qui non tenetur,* Nisi in quantum facere potest, *si ad alium transeat, exigitur in solidum.*
17 *Debitor in correlatiuis potest priuari à creditori priuilegio, ne teneatur* in quantum facere potest.
18 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *non competit agenti ex alterius obligatione.*
19 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *finitur in vita, & non transit ad hæredem.*
20 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *est exceptio dilatoria, non perpetua.*
21 *Priuilegium habens,* In quantum facere potest; *si deueniat ad pinguiorem fortunam, tenebitur in solidum.*
22 *Priuilegium habens;* In quantum facere potest, *tenetur cauere de soluendo, si deuenerit ad pinguiorem fortunam.*
23 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *non est exceptio dilatoria iudicij, sed solutionis.*
24 *Lex præsumit quemlibet posse ditari.*
25 *Priuilegium habens,* In quantum facere potest; *tenetur ad iuratoriam cautionem tantum, quod si deuenerit ad pinguiorem fortunam, soluet.*

26 Pri-

26 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *allegari potest post sententiam*.

27 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *non eget probatione, sed patet ex instrumento, quo agitur*.

28 *Priuilegium*, In quantum potest, *opponitur, etiam stante statuto, quòd nulla exceptio opponi possit*.

29 *Nisi Iudex statuisset terminum ante sententiam ad opponendum omnes exceptiones*.

30 *Carcerari possunt à iure non prohibiti*.

31 *Carcerari non possunt habentes priuilegium*, In quantum facere possunt.

32 *Priuilegium habens*, In quantum facere potest, *illo gaudet etiam in promissionibus facti*.

33 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *conceditur respectu reuerentiæ, honestatis, accidentia facti*.

34 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *concesso respectu reuerentiæ, vel publici fauoris renunciari non potest*.

35 *Renunciatio contra bonos mores nec iuramento firmari potest*.

36 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *renuntiatur tacite soluendo totum, vel cedendo bonis, vel petendo dilationem*.

37 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *non inducto respectu reuerentiæ, vel publici fauoris renunciari potest*.

38 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *renunciari potest, si sit inductum respectu reuerentiæ ducta à moribus iuris ciuilis*.

39 *Renunciatio generalis, priuilegium* In quantum facere potest *comprehendit, si renuncians sciebat illud sibi competere*.

40 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *habentem iudex condemnans in solidum in Syndicatu tenetur*.

41 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *amittitur ex causa ingratitudinis*.

42 *Alimenta denegantur ex causa ingratitudinis, & eur*.

43 *Pro beneficio maleficium sumere durum est*.

44 *Beneficia iniurijs rependere maxima dementia est*.

45 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *amittitur propter bannum capitale*.

46 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *gaudet, qui ex opere suo victum sibi quærere potest: contrarium tenentes adducuntur &c.*

47 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *priuatur, qui culpa sua incidit in paupertatem*.

48 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *dolosus non gaudet*.

49 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *amittit negans dolosè id, quod est causa priuilegij*.

50 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *competens vni ex correlatiuis, competit, & alteri*.

51 *Correlatiuorum dictum de vno censetur dictum etiam de altero*.

52 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *competit contra obligatos alere extra carceres*.

53 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *ob reuerentiam competens habentes, etiam si quandoque possint conueniri in solidum, non possunt carcerari*.

54 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *non suffragatur fideiussori*.

55 *Priuilegium*, In quantum facere pote^[?], *habens potest tenere illo fideiussorem intern... iens eius defensor*.

56 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *competit administratori adultæ pro ea dotem promittente*.

57 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *non competit fideiussori, quando potest executere in solidum principalem*.

58 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *non iuuat fideiussorem; si super beneficio sit cognitum, & à Iudice reiectum*.

59 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *non iuuatur fideiussor, qui se obligauit vti principalis in solidum*.

60 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *non suffragatur in casibus, in quibus non potest fieri cessio*.

61 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *gaudet hæres eorum, qui de bonis postea quæsitis non tenentur, nisi inquantum facere possunt*.

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 RElaxari possint debitores, qui ex natura debiti de iure non tenentur vltra id, quod facere possunt: tunc enim nec carcerari poterunt, & propterea contra bona est executio dirigenda.

Honestas mulierum, reuerentia, & alij respectus ipsarum impediunt carcerationem. Dimittamus mulieres, de quibus iam diximus; aduocemus viros 2 eodem priuilegio munitos. De his latè scripserunt Doctores, & inter nouissimos Ioannes Castag. qui de beneficio, *deducto ne egeat*, copiosũ edidit Tractatum. Ab his, qui voluerit, poterit plena manu accipere; nos ea, quæ tangunt facultatem Visitæ adducimus.

Imperiti terminorum iuris prima facie iniquum valdè existimabunt prætendere ab homine vltra id, 3 quod facere potest, cum iuris sit dispositio: Impossibilium nullam esse obligationem. *§. impossibilis. in* 4 *Auth. de her. instit. Et ibi Aret cum vulg.* Præsertim cum vulgò dicamus: *Qui fecit, quod potuit, legem adimpleuit*: quia lex debet esse possibilis. *cap. erit autem lex. dist.* 4. Quis enim quærat ab asino lanam? quis ab alio petat, vt ex arena funiculum nectat? Nos tamen, qui cum Iurisperitis loquimur, & ad quos non pertinet respectu facultatum Visitæ alia cognitio, quam personarum, quæ intuitu huiusmodi priuilegij carcerari non possunt, consulto omittimus discutere, quid importent dicta verba: *Vltra id, quod facere possunt*, sicut & examinare verba illa: *Executio contra bona est dirigenda*, de quibus per transennam in præfato. *§. 7.* Constitutio-

turionis. Ne manum in alienam messem inijcere dicamur, prædicta relinquimus Iudicibus causarum cognoscenda, & definienda; contenti dicta inuestigatione personarum, quæ ex natura debiti carcerari non possunt: vt si aliquando carceratæ reperiantur, statim, tanquam nulliter captæ, relaxari possint iuxtà facultatem Visitæ, in vim huius, §. 7. concessam.

Verum quia multa possunt contingere propter quæ in dubium reuocetur nullitas capturæ, opportunum duximus hoc particulari capitulo infrascriptas declarationes præmittere, quę sternãt nobis viam ad facile intelligendum ea, quæ de personis particulariter dicturi sumus.

6 Declara I. ne erremus in terminis, verbum il-
7 lud, *Debitores*, hoc casu comprehendere infrascriptos; ordine Alphabetico pro maiori facilitate à nobis relatos, cum indicatione loci, vbi de singulis sigillatim infrà tractaturi sumus: quos ferè omnes reperies nominatos à Castag. *in suo tract. deduct. ne egeat.* Illos quoque referunt *Surd. de Alim. tit. 1. q.78. Amat dec.16. Mauz. de cauf. exec. à limit. 1 ad 20. & per tot. Pascbal. de ciuil. patr. potest. lib.2. c.9. per tot. Gratios. Vbert de citat. p.1. cap. 7. n.17. vers. vel multa pensiones, & seqq. post Farin. q.27. nu.40.*

Administrator adultæ. cap.7. nu.1.
Aduocatus. cap.6. num.38.
Arbiter. cap.6. num.48.
Ascendentes. cap.2. num.1. & seqq.
Baro. cap.7. num. 17.
Bonis casu fortuito spoliatus. cap.7. num.3.
Bonis qui cessit. cap.7. num.2.
Ciues particularium Ciuitatum. capit.7. num.4.
Clericus. cap.6. num.1. & seqq.
Clientulus. cap.6. num.39.
Colonus partiarius. cap.5. num.8.
Commater. cap.2. num.10.
Compater. cap.2. num.10.
Compromissarius. cap.6. num.48.
Consiliarius. cap.6. num.48.
Curator adultæ. cap.7. num.1.
Debitor loci Pij. cap.7. num.8.
Defensores personarum habentium hoc priuilegium. cap.7. num.6.
Delegatus. cap.6. num.48.
Descendentes. cap.2. num.13.
Doctor. cap.6. num.43.
Doctorum liberi. cap.6. num.44.
Doctoris Socij. cap.6. num.45.
Dominus. cap.7. num.7.
Donator. cap.5. num.18. & seqq.
Filius. cap.2. num.13.
Filius factus sui Iuris. cap.3. nu.17.
Filius familias. cap.3.
Filius emancipatus. cap.3. num.11.
Filius exhæredatus. cap.3. num.12.
Frater. cap.2. num.15.
Gener. cap.2. num.15.
Iudex. cap.6. num.48. & 49.
Libertus. cap.7. num.9.
Maritus. cap.1.
Mater. cap.2. num.1. & 2.
Mater Tutrix. cap.2. num.9.
Medicus. cap.6. num.46.
Medicorum filij. cap.6. num.46.
Miles. cap.6. num.19. & seqq.
Nepos. cap.1. num.31.
Officiales in Syndicatu. cap.6. nu.47.
Pacto habens priuilegium. cap.7. numer.10.
Parentes. cap.2. num.1. & seqq.
Pater. cap.2.
Pater bannitus. cap.2. num. 16. in fine.
Pater spiritualis. cap.2. num.10.
Patrona. cap.7. num.11.
Patronorum filij. cap.7. num.11.
Patronus. cap.7. num.11.
Patruus. cap.1. num.31.
Pauper in foro conscientiæ. cap.7. numer.16.
Procurator doctor. cap.6. num.52.
Socer. cap.2. num.11. & 15.
Socius. cap.4. & 5.
Subfeudatarius. cap.7. num.17.
Vassallus. cap.7. num.17.
Vxor. cap.1.

8 Declara II. (& hoc quoque concernit notitiam terminorum) verba illa: *Ex natura debiti*: non importare,

portare, quod priuilegium, de quo agimus, sit reale; sed connotare originem debiti cū speciale qualitate importante, circa personam debitoris, reuerentiam, vel honestatem. *Bald. cons. 358. in princ. lib. 1. Mant. de Tacit. lib. 1. tit. 13. numer. 3.* Propter quam reuerentiam, & honestatem debitor non tenetur, nisi cum commodo suo ad solutionem. *l. Nepos Proculo. ff. de verb. signif. l. Auus ff. de pact. dot. glos. in l. in condemnationem. ff. de reg. iur.* Quapropter non tenetur debitor soluere vltra suas facultates. *l. liber captus. §. proprietatis. C. de postlim. reuers.* Ibi: *dotem ab eo debitam iure concesso postulat.*

10 Declara III. propterea verba: *De iure*: de quibus pariter in dicto. §. 7. intelligenda esse de iure concesso à lege, vel pacto, si sic conuentum fuerit. *l. liber captus. §. proprietatis. C. de Postlim. reuers.* Hoc est, vltra generalem iuris determinationem huiusmodi iure vti possumus. Lex enim generali-

11 ter vult vnum quemque integrum ius suum consequi; cum hoc pertineat ad iustitiam; sed spectata aliqua causa (quæ ad æquitatem, & ad publicam vtilitatem confert) restringit illam generalitatem, quæ potius ad rigorem tenderet, adeoque ad perni-

12 ciem Reipublicæ, quam ad prudentiam in administranda iustitia, quæ personas, tempus, locumque considerat; vt post Aristotelem. *lib. 8. Ethic. cap. 10, Coras. lib. 1. Miscel. cap. 18. num. 12. Couar. in reg. potior. 2. §. 6. nu. 3. & per tot. Franc. Salern. cons. 35. num. 26. in fine.*

13 Declara IV. cum dixerimus hoc beneficium nō esse reale, consequens esse vt sit personale. *Alex. in l. Nesenius. in princ. ff. de re iud. & ibi Castr. num. 1. & sequitur Ias. num. 1. 2. 3. & 6. quos allegat cum alijs Castag. in tract. deduct. ne egeat. in proœm. 2. par. num. 5.*

14 Atque hinc multa inferuntur. In primis beneficiū hoc competere, etiamsi debitum petatur alia actione ab illa, qua peti debuerat, ratione primi contractus. *l. quid id quod. ff. de donat.* Vbi dicitur, quod si quis ex causa donationis promisit dare, postea se constituit hoc idem soluturum; si conueniatur de constituta pecunia, non tenetur in solidum. Attenditur enim origo contractus. *Surd. decis. 102. num. 11.* Siquidem in petitione debiti consideranda est præcisa qualitas respectu personæ debitoris, cui competit, vt non conueniatur vltra facultates. *l. inter eos. §. is quoque. ff. de re iud.*

15 Deinde infertur, quod, cum priuilegium sit personale, tam ex parte agentis, quam ex parte rei, in quo reo habet se actiuè, in actore vero passiuè. *Ias. l. Nesenius. numer. 6. ff. de re iud. & alij adducti per Castag. in tract. deduct. ne egeat in proœmio 2. part.*

16 *num. 5.* si debitum transit ad alios, in solidum exigi debet. *l. sciendum. & l. si fideiussor. ff. de re iud.* quia non amplius consideratur vti talis, & cum tali qualitate. *l. si cum procuratore. ff. de re iud. Barbos. sol. matr. num. 77. vers. & hæc de ampliatiuis. Cyriac. contr. 5. num. 181. & 172. cum seqq. Castag. latè*

17 *in proœm. 2. par. numer. 5. & seqq.* Erit itaque in potestate creditoris priuare debitorem hoc priuilegio, vt si donatarius deleget alteri debitum sibi à donatore, & sic donator ex sua liberalitate inops factus periclitabitur. *Ias. in l. Nesenius. nū. 3. de re iud.* similiter priuilegio prædicto vti non potest hæres extraneus donatoris. *Franc. decis. 698. Pasch. de iur. patr. potest. par. 2. cap. 9. num. 45. vers. hoc tamen beneficium.*

18 Præterea infertur, vt beneficium istud concedatur personis, de quibus infra, quando conueniuntur ex ipsorum contractu; secus si ex alterius obligatione. *Ang. Aret. in §. sed vt si quis. post num. 3. Instit. de act. Castag. in proœm. 1. par. num. 3.*

19 Tandem infertur, quod, cum hoc beneficium sit temporale, tanquam personale, finitur in vita. *l. ex diuerso. §. si in iudicio. ff. solut. matr.* Vbi *Bart. num. 5.* ad hæredem non transit. *l. maritum. & seq. l. etiam si filios. & ibi per Doctores. ff. solut. matr. Ias. in l. 1. nu. 15. C. de iur. & fact. ignor. Franc. dec. 198. Paschal. de iur. patr. potest. par. 2. cap. 9. nu. 45. vers. hoc autem beneficium. Fontan. de pact. nupt. clau. 7. glos. 3. de dot. rest. part. 11. numer. 90. lib. 2. fol. 743. Castag. tract. deduc. ne egeat. in proœm. 2. part. numer. 4. excipitur tamen casus, de quo infra declar. 23.*

20 Declara V. exceptionem, *Ne quis vltra vires teneatur*, esse dilatoriam, non pepetuam. *Bart. in l. sunt qui. num. 1. ff. de re iud. & in l. 3. vbi glos. nu. 4. de except.* quia actionem non perimit. Nam si ve-

21 nerit ad pinguiorem fortunam poterit conueniri debitor insolidum. *Alex. in l. sunt qui nu. 9. ff. de re iud. Giurb. dec. 41. post num. 15. & alij quos citat, & sequitur Castag. in tract. deduc. ne egeat. in proœm. 2.*

22 *par. num. 1. & seqq.* Et propterea tenetur cauere de soluendo, si deuenerit ad pinguiorem fortunam. *l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxor. act. l. patronus. vbi glos. vers. de dote. ff. de re iud. Guttier. de Iuram. par. 3. cap. 15. nu. 9.*

23 Declara VI. exceptionē hanc, *Ne quis teneatur vltra, quod facere potest*, non esse dilatoriam iudicij, sed solutionis. *Castr. l. sunt qui. num. 9. ff. de re iud.* Etenim si peruenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur soluere, vt diximus; & patet per ea, quæ notantur. *l. si patronus. ff. de re iud. Bart. in l. si creditores. num. 3. ff. de separ.* Vbi dicit, licet hodie non acquirat, cras poterit acquirere. *glos. l. si defunctus. C. de arb. tut. quos citat, & sequitur Castag. in tract. deducto ne egeat in proœm. 2. part. n. 2.*

24 Lex enim præsumit quemlibet in futurum posse deuenire ad pinguiorem fortunam, & ditari. *l. cum. §. deficientem. ff. de muner. l. si defunctus. C. de arb. tut. Soc. sen. cons. 24. num. 41. lib. 1. Menoch. latè præsumpt. 18. nu. 2. & per tot. lib. 6. Guttier. de tut. par. 3.*

25 *cap. 4. num. 1. & seqq.* Intelligitur tamen de nuda cautione; eo quod debitor in paupertate non facile reperiret fideiussorem. *glos. in l. vnic. C. de rei vxor. act. Giurb. dec. 4. nu. 9. vers. idque in homine. Guttier. de Iuram. par. 3. cap. 15. nu. 9. Fontan. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 11. num. 70. & 75.* Hinc conse-

26 quitur, dici posse huiusmodi exceptionem perpetuā, ea ratione, quia à non habente sufficiens patrimonium pro se, & creditoribus, semper poterit allegari hoc beneficium: *Deduc. ne egeat*; etiam post sententiam. *glos. fin. in l. inter eos. ff. de re iud. Bald. in l. 1. C. quod cum eo. & glos.* Nam exceptio, quæ non impugnat sententiam, sed concernit modum, & formam illam exequendi, seu de executione infringenda, qualis est hæc nostra, opponi potest post sententiam. *Fontan. de pact. nupt. claus. 6. glos. 3. n. 46. par. 3. lib. 2. fol. 468. Mantic. dec. 326. num. 1. Castag.*

qui

qui alios allegat in procem. 2. par. num. 1. & seqq. Immò etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. Angel. de Aret. in l. Nesenius. ff. de re iud. Guidopap sing. 735. & dec. 49. num. 3. Castag. in 27 procem. 2. par. nu. 16. & 26. Neque indiget probatione per testes, vel alias scripturas; sed patet ex ipso instrumento, cuius vigore agitur. Castag. in 28 procem. 2. par. nu. 18. & num. 82. Vbi dicit propter hoc posse opponi, etiam non obstante statuto, quod nulla exceptio opponi possit. Bart. in l. si filius. §. sed quæro ff. quod cum eo. Bald. in l. ex prædijs. C. de euict. & ex alijs ibi allegatis per Castag. nu. 86.

29 Qui tamen limitat prædicta casu, quo iudex statuisset terminum antè sententiam ad opponendum omnes exceptiones. Alex. in l. ex aduerso. §. si in iudicio. post numer. 4. vers. hoc singulariter limitanit. ff. solut. matr. & ex alijs ibi allegatis.

30 Declara VII. omnes personas pro debito ciuili carcerari posse exceptis ijs, quæ à iure expressè prohibentur. Farin. q. 27. num. 42. Guaz. def. 5. cap. 3. post nu. 1. vers. & regula est.

31 Declara VIII. personas à iure eximi à carceratione, quibus beneficium conceditur, vt conueniantur, In quantum facere possunt, & non vltra. Vinc. de Franch. decis. 164. num. 2. Flam. Castar. decis. 7. num. 1. Capol. caut. 14. vers. sed cautela est. Iason. in l. qui iurasse. §. si pater. num. 2. ff. de iure iur. & alij, quamplures, quos citat, & sequitur Castag. in procem. 1. par. nu. 12. & seqq. Qui inferius num. 78.
32 dicit habere locum etiam in promissione de rato; etiam non obstante statuto Siciliæ, Promittens de rato, aut adimpleat, aut carceretur.

33 Declara IX. dictum priuilegium concedi personis, diuersis respectibus scilicet reuerentiæ, dignitatis; & accidentiæ facti, videlicet, qui bonis cesserunt, vel quorum bona casu fortuito perierunt; ratione etiam liberalitatis. glos. in l. condemnatione ff. de reg. iur. Bald. in cap. 1. in princ. ver. sed numquid. de nat. feud. glos. in l. verum in princ. ff. pro soc. ratione contractus putà societatis, & ratione pacti, prout notum fiet infra, cum sigillatim de personis verba faciemus: propter quos respectus inconueniens est huiusmodi debitores carcerationis incommoda pati. Captura enim nunquam sine iniuria fieri potest. l. pen. C. qui bon. ced. poss. Et præiudicium irreparabile infert. Rol. cons. 65. nu. 16. lib. 3. Farin. q. 27. num. 13. Estque species torturæ. l. item apud Labeonem. §. quæstionis. de iniur. Hond. cons. 102. numer. 56. lib. 1. Imò vero morti æquiparatur. Eugen. cons. 76. nn. 161. Giurb. cons. 67. nu. 7.

34 Declara X. huic beneficio renunciari non posse à personis, quibus debetur reuerentia, vel quibus priuilegium hoc publico fauore conceditur. l. alia. §. eleganter. vbi Doctores, & præcipuè Barbos. numer. 28. ff. sol. matr. l. rei iudicata. §. socio. iuncta glos. & l. quia. ff. de re iud. §. sed, & si quis. Instit. de act. Couar. in cap. quamuis pactum in init. 2. part. nu. 8. de pactis in 6. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. num. 48. Beat. de Inop. deb. cap. 17. num. 34. & seqq. vbi testatur de communi. Et alij plures adducti per Castag. in procem. 1. par. num. 19. & seqq. & in procem. par. 2. num. 11. 28 & seqq. latissimè. Talis enim renuncia-
35 tio est contra bonos mores, & proinde nec iuramento firmatur. glos. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matr. & Doctores supra proximè citati. De tacito ta-
36 men renuntiari potest, etiam si per errorem fiat solutio. l. quod nomine. l. siq. & ibi Alex. ff. de cond. indeb. Beat. de inop. deb. cap. 17. num. 78. Castag. q. 1. fall. 9. vel cedendo bonis, aut petendo dilationem ad soluendum. Castr. in l. commissoria, quam repetit l. 1. num. 9. & 10. col. vlt. C. de pact. inter empt. Grat. discept. 302. nu. 2. Ità cũ alijs adductis sentit Sanct. de Induc. q. 5. num. 20. respondeo ad contraria. In alijs vero personis, quibus non debetur reuerentia,
37 vel publicus fauor non concurrit, poterit huiusmodi beneficio renunciari nõ solum expressè, sed etiam tacitè, & per generalem renunciationem omni legum, & iuris auxilio, maximè si adsit obligatio Cameralis. Dec. in l. Diuus. ff. de reg. iur. Aret. in §. si quis. & in §. si de dote. Instit. de act. Grat. discept. 799. num. 16. vers. maximè stante. Giurb. decis. 42. nu. 9. & num. 12. Burat. d. decis. 20. numer. 1. & ibi adden. Tenuit etiam Rota, ex multorum sententia in Brundusina: Pecuniaria: decis. 495. nu. 1. par. 2. rec. Castag. in procem. 1. par. n. 27. in procem. & p. 2. nu. 262.
38 & seq. Vbi ampliat procedere etiam in priuilegio concesso ex causa reuerentiæ ductæ à moribus iuris ciuilis, vt ea, quæ debentur nobilibus, & militibus. Ladereb. cons. 30. num. 10. qui ita distinguendo intelligit. Capell. Tolos. q. 258. Brun. de cess. bonor. q. 22. par. 4. princ. circa fin. num. 2. Fontan. de pact. nupt. claus. 7 glos. 3. num. 66. fol. 743. dum dicunt renunciantem huic priuilegio cum iuramento indigere absolutione. Buratt. d. decis. 20. qui allegatis quampluribus contrarium tenentibus subiungit num. 2. tolli omnem difficultatem, si huiusmodi priuilegio sit expressè renunciatum, esseque indubitatum, si renunciatio sit iurata; etiamsi admittat tale priuilegium secundario esse fauore publico inductum.

39 Declara XI. renunciationem generalem ità demum comprehendere beneficium, vt supra, si renuntians sciebat illud sibi competere; alias secus. Intrig. sing. 99. num. 115. Mut. super consuetud. fen. Panorm. cap. 21. num. 16. Castag. tract. deduc. ne egeat. q. 1. fall. 16. num. 31. Ignorantia autem probatur iuramento contrahentis. Paris. cons. 99. nu. 26. lib. 3. Castag. q. 1. num. 96. Ratio est; quia renunciatio generalis extenditur ad ea, quæ poterant competere tempore renunciationis, vel sciebat posse in futurum sibi competere. Castag fall. 16 nu. 24. q 1. intelligitur enim huiusmodi renunciatio, Rebus sic stantibus. Vnde si renuncians tunc non erat pauper, nec apparet notitiam habuisse huiusmodi beneficij, non censetur illi renuntiasse.

40 Declara XII. vt iudex iniustè condemnans in solidum huiusmodi priuilegiatos in syndicatu veniat puniendus. Bart. in l. Nesenius. §. in solidum. num. 1. vbi Castr. num. 1. & 2. ff. de re iud. idem Bart. in l. ex diuerso. §. fin. num. 10. & ibi Castr. num. 2. & 3. ff. sol. matr. & alij relati per Castag. in procem. 2. par. num. 88.

41 Declara XIII. vt amittatur huiusmodi priuilegiũ
42 ex causa ingratitudinis, quemadmodum denegari possunt alimenta, ab eo qui tenetur alere. l. fin. C. de reuoc. donat. Bart. in tract. de alim. num. 11. Iason. in §. sunt præterea. vers. sed si quis. num. 5. Instit. de act. Castag. in procem. 1. par. num. 102. & 103. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. nu. 58. & 59. vbi dicit hunc casum
43 ab alijs non esse positum. Durum sane est pro summo beneficio summum sumere maleficiũ. Quinimo

Maxima

Maxima dementia est beneficia iniurijs rependere. Dandi & accipiendi beneficij commercium (sine quo vita humana vix constat) tollit, quisquis benemerito parem referre gratiam negligit. Grauissimam reprehensionem merentur, qui, cum iniquissima habeant ingenia, moribus suis, quam legibus etiam naturalibus vti maluerint. Digni profectò sunt, quibus dicatur: Quia benemeritis de vobis noluistis obsequijs debitis respondere, læsis ingratitudine soluendo totum, iustas pœnas redditis. Aliter statuendum esset, quoad præstationem alimentorum, si ingratus esset carceratus. Huic enim deberentur alimenta per ea, quæ diximus supra. §.5. *cap vlt. circa finem.* Ratio discriminis est, quia denegatis alimentis, existenti extra carceres potest sibi consulere aliquo modo, saltem mendicando; carceratus autem omni destituitur auxil.o, & nisi alatur, periret.

45 Declara XIV. vt etiam amittatur hoc beneficium propter bannum capitale, propter quod quis possit impunè occidi; cum dicatur hostis publicus Patriæ, & Reip. *l.minimè. & ibi Bart. ff. de relig. & sumpt. funer. Marsil. in l.1. §.præterea. nu.33. ff.de quæst. Farin. q.103. num.275. & 276. & alij plures, quos adducit Castagn.* Qui latè *quæst.5.* examinat hunc articulum, allegans contrarium tenentes; vbi loquitur in patre bannito. *à num.21. vsque ad num.38.* ibique subiungit: *Et quia non est præsentis speculationis, relinquo cogitandum:* & quod notauimus de patre intelligimus de filio; & multo magis de omni alio habente huiusmodi priuilegium. *Bart. & alijs relatis per Farin. q.103. num.275.*

46 Declara XV. personas gaudentes hoc priuilegio ab illo non excludi, etiamsi opere suo victum sibi quærere possint. Quippe satis ad effectum, de quo agitur, dicitur pauper, qui ex opibus suis viuere non potest. *cap. quod super his. de vot. vbi Abb. numer.3. l. paupertas. cum glos. ff. de excus. tut. Ias. l. si constante. num.147. ff. sol. matr. Barbos. l. maritū. ff. eod. tit.* Contrariam partem tenuerunt quamplures adducti *à Castag. deduct. ne egeat. q.1. fall.8. per tot.* quotiescunque prætendens priuilegium, artem exercere potest absque dedecore; & sufficit ad eius victum: alias supplendum est de eius bonis, cum quibus ipsemet Castag. sentit *q.1. fall.8.* Senserunt alij, licet ad carcerationem huiusmodi personarum plerunque deueniri non debeat, posse tamē executionem realem pro tota summa fieri. Sufficere enim dixerunt, si ipsi, vel eorum filij habeant artem, seu officium, quo ali possint. *glos. fin. singularis. in l. si maritum. ff. sol. matr. Quem sequūtur Castr. ibid. num.8. adden. ad Bart. ibi. num.1. littera. C. Bald. Alb. de Rosat. Alex. & alij, quos citat, & sequitur Guttier. de iuram. par.3. cap.15. nu.4. & seqq. Campeg. de dot. q.238. fall.15. par.3. Surd. de alim. q.78. num.31. & 32.* Priorem sententiam tenet Giurb. *obser.22. vbi articulum discutit ad partes; respondens ad contraria. num.10. & seqq. ac per tot.* Loquitur in eo, qui erat pauper, & causidicus. *& num.19. vers. declara 1.* dicit secus esse in habente officium, quo se alat. Non enim censeri debent pauperes, qui possunt esse diuites, si volunt vti iure suo.

47 Declara XVI. priuari hoc beneficio qui culpa sua incidit in paupertatem. *Surd. de alim. latè examinans hanc quæst. tit.1. q.78. num.42. & seqq. per tex. in l. etiam. §.1. ff. sol. matr.* Idque magis si culpa cadat in dolum. Nam tunc etiam maritus perdit hoc priuilegium, vt pulchrè notatur *l. etiā. § licet. ff. sol. matr. Castagn. deduct. ne egeat. in procem. 1. par. num.46.* Et dolosum non gaudere hoc beneficio dixit Vlp. *l. si ex parte. §. interdum. vers. quamquam. ff. quod cum eo. Franch. dec.164. num.11. & 16. & dec.221. num.13. & alij plures allegati per Giurb. decis.53. num.1. & 2. Vital. decis.278. Ioannes Baptista Ferret. cons.149. Gomez. in comp. vtriusq. sig. cap.3. num.6. & alij; quos citat, & sequitur Castag. q.10. lim.5. Surd.* Vbi *d. q.70. num.44.* dicit culpam hoc casu æquiparari dolo.

48

49 Declara XVII. si fiat negatio eius, quod est causa huius priuilegij dolo, vel lata culpa, perdi priuilegium; alias secus. *Intrig. cas.30. num.57. & alij citati per Castag. q.1. num.15. & 16.*

50 Declara XVIII. vt in personis, quæ non tenentur, *Nisi in quantum facere possunt*, si sint correlatiuæ, quod dicitur de vna, intelligatur etiam dictum de alia. Nam in Correlatiuis, etiam si lex non dicat, nec mentionem faciat, nisi de vno, tamen idem est statuendum & de altero. *l. fin. C. de indict. vid. toll. Marsil. sing. 389. num.2. Bald. in Auth. ex testam. in vlt. col. C. de secund. nupt. latè Euerard. loco à correlatiuis. nu.3.4. & 7. Mastril. dec.106. Dec. in rub. si cert. pet. num.9.* Vbi dicit correlatiuorum vno expresso alter in consequentia intelligitur, præterquam in pœna adulterij. *l. quamuis cum. Auth. sed hodie. C. de adul. Boer. dec.262. post num.10. & alij, quos citat, & sequitur Castag. tract. deduct. ne egeat. q.2. num.19. & seqq.* Et dispositū in vno locum habet in alio. *l. fin. C. de indic. vid. toll. & per Doctores præfatos. Castag. q.5. ampl.3. num.9.*

51

52 Declara XIX. vt nemo eorum, qui tenentur alere aliquem extra carceres, possit eum conuenire nisi in quantum facere potest. Huiusmodi enim debitori, licet dicere creditori suo; Si vna manu solidum vis, à me consequi, alia da mihi alimenta. *l. si quis à liberis. in princ. §. parentis. ff de liber. agnosc. Socin. cons.43. lib.1. Surd. de alim. q.17. nu.1. Bar. in tract. de alim. num.8. Castagn. qui quamplures allegat. num.5. q.5.* Ac licet loquatur in parentibus, quos filij alere tenentur; eius tamen opinio ex identitate rationis ad omnes alios extendi debet. *R om. sing.198. Castag. q.5. ampl.4. num.8.*

53 Declara XX. vt quibus debetur reuerentia, si cōueniantur, non possint carcerari, etiam in ijs casibus, in quibus in totum excuti possunt; qui in patre sunt quamplures, quos referemus *in limit. cap. seq.* quia durat respectus reuerentiæ.

54 Declara XXI. vt licet fideiussor regulariter non habeat hoc beneficiū, Nisi in quātum facere potest: eo quod proueniat obligatio ex facto suo, & ratione suæ promissionis. *Alex. in l. quia tale. num.9. ff. sol. matr. Castag deduct. ne egeat. q.4. num.11.* & huiusmodi beneficium sit personale, & non transeat ad fideiussorem. *Beat. de inop. debit. q.17. post num.45. Aret. in §. fin. in vers. in ea ibi. instit. de replic. Alex. cons.233. lib.5. & alij, quos allegat, & sequitur Castag deduct. ne egeat. q.4. num.2.*

55 Nihilominus habet remedium, quod potest denunciare principali, vt opponat exceptionem dicti beneficij ex persona sua; & hoc casu principalis dicitur necessarius defensor fideiussoris. Ratio est, quia ad ipsum spectat commodum, & incommodum. *Bart. in l. verum. num. 3. ff. pro soc. & in l. idemq. §. generaliter: ff. mand. Angel. Aret. in §. sunt praeterea. vers. sed & si quis. post num. 3. de act. Beat. dec. 56. num. 9. in fin.* Et quod ad fideiussorem non transeat, nisi veniat principalis, & suscipiat in se iudicium, multi dixerunt. *Franc. Marc. decis. 313. & Brun. de cess. bon. q. 25 num. 5. Aret. §. in omnibus. vers. an priuilegium. col. 2. Instit. de fideiuss. & alij, quos citat, & sequitur Castag. deduct. ne egeat. q. 4. num. 12. Surd. decis. 301. nu. 16. & consil. 345. num. 12. Castag. q. 4. num. 14. vers. & illud quod dicitur. Vbi ex Castr. in l maritum. num. 10. ff. sol. matr. & alij quos ibi allegat.* dicit hoc beneficium habere locum non solum in fideiussore mariti, seu vxoris, sed in omnibus etiam haeredibus, & procedere etiam in eorum defensore. *d. q. 4. n. 1.*

56 *& seq.* & in administratore, seu curatore adultę pro ea dotem promittente, qui non potest conueniri, nisi in quantum facere potest. *Bart. in l. cum post mortem. §. quadam cum esset. num. 2. de admin. tut. latè Castag. q. 2. ampl 1. num. 1. & seqq.* Hinc fit,

57 vt non procedat declaratio praedicta quotiescũque fideiussor non potest excutere in totum principalem, quia tunc cessat ratio praedicta commodi, & incommodi. *Imol. in l. cum filius. §. 1. de verb oblig. Campeg. in tract. de dot. q. 243. vers. cautela. & alij, quos citat, & sequitur Castag. deduct. ne egeat. q. 4. num. 12. vers. Et hoc procedit. circa fin. & eadem q. 4. fall. 2.* Sed neque procedit declaratio, quando

58 coram Iudice, coram quo praestita fuit fideiussio, fuerit cognitum de isto beneficio, & reiectum. *Cartar. dec. 7. num. 12. Castag. in procem. par. 2. fall. 2 & in quaest. 4. num. 16. in tract. deduct. ne egeat.* Nec

59 demum locum habet, quotiescunque fideiussor se obligauit veluti principalis principaliter, & in solidũ, prout est consuetum fieri in instrumentis, praesertim obligatione Camerali vallatis. Hoc enim casu non vti fideiussor, sed tanquam principalis conuenitur. *l. 2. ff. de duob. reis. Bertaz. claus. 39 glos. 7. num. 3. vers. sed quando. Manzon. de caus. execut. lim. 6. num. 36. Marc. decis. 44 num. 3. par. 1.*

60 Declara XXII. vt non intret hoc beneficium in ijs casibus, quibus cessio non prodest cedenti. *Carpan. super Stat. Mediol. cap. 408. num. 109. lib. 1. Grass. de except. except. 17. num. 61. Castag. q. 11. ampl. 3. num. 2.* Vbi ennmerat varios casus, in quibus cessio non suffragatur, vt in obligato ad fauorem Reipublicae, vel ad factum; & alios.

61 Declara XXIII. vt haeres illorum, qui de bonis quaesitis postea (vt sunt ij qui cesserunt bonis, & alij similes) gaudeat hoc priuilegio, etiamsi inuentarium non confecerit. Haeres enim subrogatur in locum defuncti. *Bald. in l. fin. num. 8. de cess. bonor. Beat. de inop. deb. cap. 6. num. 22. Castag. ded. ne egeat. q. 2. ampl. 2.* non obstantibus ijs, quae supra diximus. *declar. 4. vers. Tandem infertur.*

62 Declara vltimo, vt si huiusmodi personae priuilegiatae carcerentur, veniant statim relaxandae, salua executione contra bona, vigore dictarum Constit. Pij V. & Pauli V. Atque ita seruat Visita. 1598. 8. Maij. Cap *Hieronymus Vercellensis. Procedi to ad instantiam vxoris expensarum litis; Relaxetur sine praeiudicio executionis realis.* Quod etiam est conforme iuri communi, vt constat tum ex praedictis, tum quia natura huius beneficij, de quo agimus, est ne debitor carceris incommoda patiatur. *Couar. var. resol cap. 1. num. 4. lib. 2. Rimin. cons. 28. num. 3. vers. nec est dubium. Et cons. 124. num. 4. in fin. vers. Vbi etiam. lib. 2. Fontan. de pact. nupt. clau. 3. num. 12. & 15. & claus. 8. glos. vnic. num. 2.*

63 Vnica limitatio, quae adducitur est, quotiescunque haec exceptio à Iudice reijcitur, & reprobatur, & insolidum condemnat. *Alex. l. ex diuerso. §. ex iudicio post num. 4. vers. 2. etiam. ff. sol. matr. & ibi Bald. Campeg. tract. de dote q 238. fallen. 17. par. 3. Castag. in pr oem. 2. par. num. 87.* licet Iudex iniustè procedens condemnari possit in syndicatu, vt dixi supra *declar.* 10 Haec tamen limitatio non obstat

64 Visitatoribus, quibus expressè facultas excarcerandi hoc genus personarum conceditur à dictis Constit. Pij V. & Pauli V.

His ita digestis praemittendo declarationes, quae circa generalia huius §. versantur, pedẽ referamus, & in medium adducamus personas, quae gaudent hoc priuilegio, de quo agimus.

CAPVT I.

De marito, & vxore non carcerandis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non cogitur* Vltra id, quod facere potest.
2 *Vxor non cogitur* Vltra id, quod facere potest.
3 *Inter virum, & vxorem seruanda est aequalitas in pactis dotalibus.*
4 *Priuilegio*, In quantum facere possunt, *gaudent maritus, & vxor, etiãsi condemnarentur in totũ.*
5 *Maritus in restitutione dotis non tenetur, nisi* In quantum facere potest.
6 *Maritus carceratus ad instantiam vxoris, si excarceretur cum cautione de redeundo, non tenetur redire.*
7 *Maritus non tenetur*, Nisi in quantum facere potest, *etiam non obstante pacto in contrarium.*
8 *Maritus non tenetur*, Nisi in quantum facere potest, *etiam non obstante renunciatione.*
9 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *maritus renunciare non potest, nec cum iuramento.*
10 *Maritus etiam obligatus in forma Camerae non tenetur*; Nisi in quantum facere potest.
11 *Maritus per spontaneam solutionem potest de facto renunciare priuilegio, vt non teneatur*, Nisi in quantum facere potest.
12 *Maritus soluens totum, etiam per errorem, non repetit.*
13 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *non habet locum in actione rerum amotarum inter coniuges.*
14 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *non habet locum si vxor eget tota dote propter paupertatem.*

15 *Ma-*

15 *Maritus tenetur in totum, quando res est dotalis, vel acquisita ex re dotali.*

16 *Maritus excutitur in totum, si constituit se possidere precario nomine: contrarium alij tenent.*

17 *Maritus, seu vxor negans matrimonium excutitur in totum, si dolosè neget, & non purget negationem ante litis contestationem.*

18 *Maritus tenetur in totum pro restitutione dotis faciendo extraneo.*

19 *Maritus tenetur in totum pro assecuratione dotis, si vergis ad inopiam.*

20 *Maritus malè tractans vxorem, seu erga eam ingratus excutitur in totum.*

21 *Maritus dolosus nõ gaudet priuilegio* In quantum facere potest, *quod procedis etiam in vxore, quæ fuisset in dolo tempore promissionis dotis.*

22 *Maritus, qui non recipit vxorem eiectam, vel non alit, seu dotem in tuto non ponit, potest carcerari secundum* Statutum *Vrbis.*

23 *Maritus non habet priuilegium,* In quantum facere potest, *si valet præstare cautionem de restituendo dotem tempore legali, seu conuento.*

24 *Matrimonium Hebræorum, & Infidelium non est confirmatum ab Ecclesia.*

25 *Matrimonium* Infidelium *facilè dissoluitur ambobus viuentibus.*

26 *Dotes mulierum Hebræorum, & Infidelium non sunt priuilegiata.*

27 *Dos mulieris in hæresim lapsæ perdit priuilegia.*

28 *Vir infidelis, Hæreticus, seu Hebræus potest conueniri in solidum, & non habet priuilegium,* In quantum facere potest.

1 MAritus, & vxor hoc eodem iure vtuntur. Maritus enim siue ex dote, siue ex alio quocunque contractu conueniatur ab vxore, habet priuilegium, ne exigatur, vltra quod facere potest. *l. maritum. ff. sol. matr. l. rei vindicata. eodem tit. l. non tantum. ff. de re iud.* cuius verba sunt. *Non tantum dotis nomine maritus in quantum facere possit condemnatur, sed ex alijs quoque contractibus ab vxore conuentus. §. item si de dote. Instit. de act. Surd. q. 78. num. 13. Mastril. decis. 93. Amat. decis. 76. numer. 11. Fontan. d. claus. 7. glos. 3. par. 11. num. 25. Baratt. decis. 281. num. 20. in addit. Castag. deducto ne egeat. q. 1. 2. 29. 33.*

2 Itidem in vxore, quod in eius persona æqua lance seruari docet textus. *l. non tantum. in fin. vers. quod & in persona. ff. de re iud. l. ex diuerso. §. item similiter. & ibi gloss. ff. sol. matr.* ratione correlationis, quæ inter eam & maritum existit. *Brun. de cess. bon. 4. q. pr. q. 21. Castagn. latè deduct. ne egeat. q. 2. num. 1. 4. 14. & seq.* Vbi ponit ampliationes, & limitationes, & inter cætera *Ampl. 1.* dicit curatorem, seu administratorem adultæ promittentem dotem pro illa, gaudere hoc priuilegio. Aequali-

3 tatem etiam inter virum & vxorem seruari debere in pactis dotalibus inter eos inita voluerunt. *Saluth. de æqual. dot. Fontan. claus. 7. glos. 3. par. 11. num. 16. Pasch. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 9. Vbert. de citat. cap. 7. num. 182.*

4 Amplia I. vt si maritus, vel vxor condemnarentur à Iudice in totum, eo non obstante, vterentur hoc beneficio. *l. ex diuerso. § si in iudicio. ff. sol. matr. Bald. in l. 2. C. quod cum eo. post nu. 1. vers. Et nota.* Vbi dicit, licet Iudex simpliciter in sententia condemnaret, tamen tacitè hoc beneficium ei datur à lege. *Campeg. de dot. q. 238. fall. 17 par. 3. Alber. de Rosat. in l. sunt qui. ff. de re iud. & alij, quos citat & sequitur Castag. deduct. ne egeat. q. 1. ampl. 1. num. 1. & seqq.*

5 Amplia II. vt nec ad restitutionem dotis teneatur maritus, nisi deducto, ne ipse, & filij egeāt. *l. maritum. & l. alia. §. eleganter, & ibi Doctores. ff. sol. matr. Bald. in l. liber captus. in fin. C. de postlim. reuers. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 4. vers. fit tandem. Thes. dec. 119. num. 2. Franc. dec. 164. numer. 2. quos cum alijs allegat, & sequitur Rota in Recanaten. separationis thori. 26. Febr. 1625. coram Pirouano, impressa apud Impressores Camerales, & in Fanuen. separationis thori. 4. Iulij 1633. coram Coccino dec. 231. par. 6. recen. Castag. deduct. ne egeat. q. 1. num. 1. & seqq.*

6 Amplia III. vt procedat etiamsi maritus de facto carceratus postea excarceratus fuisset cum cautione de redeundo ad carceres, quia nec teneretur redire. *Rota in d. Recanaten. Separationis thori. Et ita firmat per iura ibi allegata.*

7 Amplia IV. etiam non obstāte pacto, quod maritus conueniatur, vltra quod facere potest. *Afflict. dec. 222. nu. 2. & alij plures, quos allegat, & sequitur Castag. deducto ne egeat. in proœm. 2 par. numer. 51. & seqq. d. Recanaten. Separationis thori,* quia est contra bonos mores, vt diximus supra.

8 Amplia V. etiamsi expressè fuisset renunciatum per maritum huiusmodi priuilegio. Nam illi renunciari non potest. *l. alia §. eleganter. ff. sol. matr.* Esset enim contra bonos mores, nempe contra reuerentiam maritis exhibendam. *Iulian. Taboletius in orationibus forensibus. orat. 1. vers. Aemilia Victorio. & in d. Recanaten. Separationis thori. & per alia iura supra adducta.*

9 Amplia VI. quod nec renunciatio dicti beneficij cum iuramento valeat, eo quod maritus, & vxor sunt vna caro; ideoq. illis hoc beneficium propter reuerentiam maritalem debetur. *d. alia. §. eleganter. sol. matr. Brun. de cess. bon. 4. par. princ. q. 20. num. 22. & q. 20. princ. nu. 8. Surd. q. 78. Vbi multas fallentias adducit. num. 33. & distinguit. n. 49. Amat. decis. 16. num. 11. & à num. 31. 36. vsque ad fin. Paschal. de virib. potest. par. 2. cap. 9. num. 26. vers. Cui similiter. Giurb. decis. 42. nu. 9. Castag. cit. par. 2. proœm. num. 53. & seqq.*

10 Amplia VII. etiamsi maritus esset obligatus in forma Cameræ; quicquid sit in alijs habentibus hoc priuilegium ratione contractus, vel societatis; vt distinguit Rota *in d. Recanaten. Separationis thori. 26. Februarij 1625. coram Pirouano.* Et dixi supra initio huius *§. declar.* 10 Quod vero dicitur maritum non posse renunciare huic beneficio, distinguendum est, vt infra. Si renunciatio directa sit ad illum conueniendum in iudicio pro solutione dotis in solidum, non obstante beneficio, *In quantum facere potest;* renunciatio illi prohibita est ob rationes, & iura supradicta. Sin autem importet

11 solutionem spontaneam de facto faciendam ab ipso de integra dote, renunciatio illi permittitur. Vnusquisque enim de facto potest renūciare fauori suo, licet de iure non possit, nec debeat; maximè quando fauor respicit ipsammet personam renunciantis

habentis beneficium per modum exceptionis tantum; vti habet maritus, qui soluendo exceptionem præfatam facto suo amittit. *glos. fin. in l.3. C.de rebus alien. non alien.* eoque magis, quia exceptio, quam habet maritus per dictum beneficium, est tē-12 poralis & dilatoria, quousque veniat ad pinguiorem fortunam. Et hæc sufficit ad impediendam repetitionem soluti. *glos. fin. in l. inter eos. ff. de re iud.* Atque hoc procedit etiamsi per errorem, seu ignoranter maritus soluerit. Nam dicta exceptio non est perpetua. *arg. l. si non sortem. § adeo, vbi glos. ff. de cond. indeb.* Sed est in diem, licet incertum, vt videtur dicere Glossa *pecuniam. in l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb.* Maritus enim ignoranter indebitum soluens non potest repetere; quia non erat indebitū, nisi ope exceptionis tēporalis, vt dixi. Satis enim est, quod debitor sciat se esse debitorem; licet ignoret exceptionem, quæ à Iure sibi conceditur. Hæc ergo ignorantia, quia est ignorantia iuris, non excusat. *arg. l.2. C. de iur. & fact. ignor.* Siue enim scienter, siue ignoranter soluat maritus repetere non potest propter rationem supradictam. *l. nam & maritus. ff. de cond. indeb.*

13 Limita I. conclusionem vt non habeat locum, quando agitur actione rerum amotarum. Cum enim hæc actio oriatur ex furto, diuortio facto, maritus vel vxor non vtuntur hoc beneficio. *l. si cum mulier. §. fin. & ibi glos. ff. rer. amot. Guttier. de iuramento confirm. par. 1. cap. 16. numer. 33. vers. nam si mulier. & 34.* Pro debito enim ex delicto descendente mulier carceratur. *Far. q.27. num.60.*

14 Limita II. quando mulier, quæ agit pro dote, est adeo pauper, vt ad ipsius victum tota dos sit necessaria. *Imol. in l. si maritus. Alex. in l. si maritū. post nu.2. vers. hac concordia. ff. sol. matr. Castag. deducto ne egeat q.1. ampl. 1. num. 12. Vbi etiam allegat Brun. de cess. bon. q.31. princ. post num.3. idem Castag. d. q.1. fall.4.* Vel quando res est do-15 talis, vel acquisita ex re dotali. *glos. in vers. facultates. in addit. margin. in §. item si de dote. Instit. de act. Surd. de alim. tit. 1. q.78. num.34. 35. & 36. Vbi rationes affert Barbos. in d. l. maritum. num.46. vers. 4. sol. matr. Fontan. claus. 7. glos. 3. par. 11. num 93. cum seq. Rota in Ianuen. Separationis thori. 4. Iulij 1635. coram Coccino. num.2. & per tot. par.6. recen. dec.231.* Idem quoque est, si maritus sit pauper. Nam caritas incipit à seipso. *l. qui seruandarum. ff. de praescript. verb. l. Praeses. C. de seruit. & aq. Rom. cons.364. num.2. Surd. decis.236. num.21.* In pari casu necessitatis vxor præfertur. *d. decis. Ianuen. vers. vt certius in hoc casu procedatur sciendum est vxorem de iure non præsumi habere, nisi dotem, & excepta dote esse pauperem. Thes. decis.43. num.5. Franc. decis.490. num.28. in fin. Castag. in suo Tract. deducto ne egeat q.1. fall.4. num.8.*

16 Limita III. quando maritus se constituit precario nomine possidere dotem; tunc vigore constituti soluto matrimonio dominiū incontinenti est translatum in mulierem. *l. quod nemo. ff. de acquir. poss. glos. in l. ab emptione. ff. de pact.* & hoc casu hæredibus mulieris competit rei vendicatio contra maritum; neque habet locum hoc beneficium. *l. Nesennius. vbi Bar. §. ff. de re iud. Castag. deducto ne egeat. q.1. fall.1. n.1. & seqq. vbi quamplur. et adducit.*

Cæterum contrariū esse verius, hoc est, non esse differentiam inter actionem realem, & personalem docet Surdus *d. q.78. num.40. vers. ego non video. Fontanel. d. glos.3. par.11. claus.7. num.79. 80. 81. cum seq. de pact. nupt.* Castag. *deduct. ne egeat. q.1. num.61. qui num.97. in fine concordat opiniones.*

17 Limita IV. quando maritus, vel vxor negant matrimonium. Tunc enim amittit hoc beneficium, qui negat illud, quod est causa beneficij. *l. sed hoc. §. quod autem. ff. de re iud. Bart. in l. etiam § licet. num.3. vers. quaero quid. Et ibi sequitur Alex. in 11. fall. col. vlt. & in d. §. licet. vers. successio quaesit. col.2. Surd. de alim. q.78. num.28. & alij quos citat, & sequitur Pacian. de probat. lib.1. cap.19. num.29. & num.46.* Vbi allegat Iasonem contrarium tenentem in tutore negante se tutorem, & illius opinionem confutat respondēdo ad contraria. *Castag. deduct. ne egeat. q.1. lim.6. num.1 & seqq. ac per tot.* Hæc tamen limitatio militat quando dolosè negant, & perseuerant in negatione. *l. inde Neratius. §. hac actio. vbi glos. ff. ad l. Aquil.* Secus enim si fit per errorem, aut per ignorantiam. *Rol. cons.88. num.7. & 18. lib.4. Surd. quaest. 28. 29. & 30. lib.1. de alim. Castag. deduct. ne egeat. quaest.1. fall.6. num. 3. & seqq.* Purgatur tamen hæc negatio ante litis contestationem. *Surd. vbi sup. nu.28. vers. vbi tamen limitat.*

18 Limita V. quando restitutio dotis est facienda extraneo. *Mastril. dec.93. Paschal. de virib. patr. potest. par.2 q.9. num.29.*

19 Limita VI. quando maritus propter suam inopiam conuenitur pro dotis assecuratione. *Surd. de alim. tit.1. quaest.78. num.41. Paschal. d. cap.9. numer.28. par.2. Fontanell. d. claus.7. glos.7. par.11. num.82. Gurb. dec.43. num.3.* Et est fauore dotis quod afflictio detur afflicto. *Bapt. à S. Blas. de priuil. dotal. num.65. fol.38.* In alio tamen subleuatur, vt vxor propter illius inopiam teneatur illum alere. *glos. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Ias. in l. si constante, nu.3. ff. sol. matr. Castag. deduct. ne egeat. q.1. num.33.* Vbi adducit tenentes hanc affirmatiuam opinionem vsque ad num.53. Et num.54. adducit tenentes negatiuam vsque ad num.97. & successiuè concordat opiniones: quam concordiam poterit quisque apud eum videre.

20 Limita VII. si maritus malè tractauit vxorem, vel erga eam fuit ingratus. Tunc enim perdit hoc & alia priuilegia. *Rota in d. Ianuen. 231. par.6. rec. & in alia facta inter easdem personas. Ianuen. Praetensa excarcerationis. 19. Nouembris 1636. coram eodem Coccino, apud Impressores Camerales:* Et respondet decisioni Recanaten. *Separationis thori.* 26. Febr. 1625. coram Pirouano, in qua fuit firmatum propter sæuitiam virum nō amittere hoc priuilegium; quidquid sit propter ingratitudinem, & easdem decisiones inter se conciliat.

21 Limita VIII. si maritus mala fide, & animo impediendi dotis restitutionem bona alienauit. Dolosus enim non gaudet hoc beneficio, quia dolus facit illud cessare. *l.1. in fin. C. vbi Senat. vel clariss. Et ibi gloss. & Doctores. Castag. deducto ne egeat. q.9. fall.10. vbi alios allegat. Vital. decis.278. par.1. & alij, quos pariter allegat; & sequitur Castag. q.10. lim.5. num. 3. & in Ianuen. Praetensa excarcerationis. 19. Decemb. 1636. coram Coccino nu.17.*

Simi-

Similiter mulier, si tempore promissionis dotis fuisset in dolo, non gaudet beneficio, de quo agimus. *Brun. de cess. bon. quast. 21. par. 4. princ. circa medium. Amat. decis. 16. num. 14. Castag. q. 2. fall. 2.*

22 Limita IX. secundum statutum Vrbis. *cap. 139. lib. 1.* vbi statuit, quod si maritus non recipiat vxorem eiectam, vel non alat, seu dotem in tuto non ponat, detur mandatum contra eum realiter, & personaliter exequendum.

23 Limita X. si maritus soluto matrimonio satisdare potest de restituendo dotem tempore legali, scilicet post annum, vel post tempus conuentionale. *glos. in l. 1. vers. an post solutum matrimonium. C. ne fideius. dot. dent. Et ibi Angel. Vinc. de Franch. decis. 216. num. 5. Castag. deducto ne egeat. q. 1. fall. 3.* Vide quæ dicentur infra de donatore, qui carcerari non potest.

Limita XI. in coniugatis Hebræis, & infidelibus. Ratio est, quia eorum matrimonium non dicitur ratum, & confirmatum ab Ecclesia. *cap. quanto. & cap. gaudemus. de diuort. & notat. in cap. de Infi-* 25 *delib. de consang. & affin.* Hinc est quod huiusmodi matrimonia, non ita tenacia, magis facile possunt dissolui, etiam quoad vinculum, & ambobus viuentibus, vt habemus *in d. cap. gaudeamus. & cap. quã-* 26 *to de diuort.* Ideoque dos talium mulierum non gaudet priuilegijs aliarum dotum mulierum fidelium, quarum matrimonia sunt altioris Ordinis vt colligitur ex textu *in Auth de priuil. dot. hared. mulier. non prastan. coll. 8.* Vndè est sumpta Auth. item 27 priuilegium. C. de hæret. vbi disponitur idẽ, si mulier fuerit in hæresim lapsa. Quippe tunc dos huiusmodi mulieris nullo gaudet priuilegio. Licet enim dictum matrimonium fuerit verum, ac etiam ratũ, & firmum, & sic dos data cœperit esse fauorabilis & priuilegiata, tamen propter prauitatem hæresis omne priuilegium perdit, vt ibidem habetur. Eadem igitur ratione, & multo maiori potest idẽ dici in muliere infideli, ac in viro Hebræo, seu infideli, vt nullum habeat priuilegium ratione dicti sui ma- 28 trimonij, ac propterea poterit conueniri in solidum, & sic vltra quod facere potest, vt est ex mente Glossæ. *d. auth. item priuilegium. C. de haret. & tractatur in corpore, vndè sumitur. ita Bald. Nouel. de Dot. par. 11. num 45. Sequitur Ricciul. de iure pers. cap. 48. lib. 2. num. 10.*

CAPVT II.

De ascendentibus, & descendentibus; Genero, & Socru non carcerandis.

SVMMARIVM.

1 *Parentes non tenentur nisi* In quantum facere possunt.
2 *Parentum appellatione veniunt omnes ascendentes vtriusque sexus.*
3 *Parentes non tenentur nisi* In quantũ facere possunt, *etiam respectu filiorum emancipatorum.*
4 *Parentes non tenentur, nisi* In quantum facere possunt, *etiam contra filiam, quam dotare tenentur.*
5 *Parentes non tenentur, nisi* In quantum facere possunt, *contra filiam, etiam si non haberent nisi bona dotalia.*
6 *Parentes non tenentur, nisi* In quantum facere possunt, *etiam pro peculio.*
7 *Parentes non tenentur, nisi* In quantum facere possunt, *etiam respectu extraneorum pro dote restituenda à filijs sine eorum iussu recepta.*
8 *Parentes carcerari non possunt ijs casibus, quibus excuti possunt pro toto.*
9 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *competit matri tutrici.*
10 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *competit compatri, commatri, & patri spirituali.*
11 *Priuilegium,* In quantum facere potest, *competit socero, siue mariti, siue vxoris.*
12 *Socer conuentus pro antefato non tenetur nisi,* In quantum facere potest.
13 *Filij, & descendentes vtriusque sexus non conueniuntur, nisi* In quantum facere possunt.
14 *Filij, & descendentes non possum renuntiare priuilegio, vt non teneantur nisi* In quantum facere possunt.
15 *Gener, & Socrus renuntiare non possunt priuilegio, vt non teneantur, nisi* In quantum facere possunt.
16 *Pater naturalis non habet priuilegium, vt non teneatur, nisi* In quantum facere potest.
17 *Vitricus non habet priuilegium, vt non teneatur, nisi* In quantum facere potest.
18 *Affinitas est vinculum causatum ex carnis copula consanguineorum ex D. Thoma.*
19 *Reuerentia operatur, vt non possit quis vocari in ius sine venia.*
20 *Vitricus potest vocari in ius sine venia.*
21 *Priuignus non habet priuilegium, vt non teneatur, nisi* In quantum facere potest.
22 *Priuignus potest vocari in ius sine venia.*
23 *Filius valde inops potest patrem insolidum excutere.*
24 *Caritas ordinata incipit à seipso.*
25 *Filius in actione contra patrem insolidum praefertur cæteris creditoribus.*
26 *Pater mandans alteri, vt contrahat cum filio, tenetur in solidum.*
27 *Pater fideiubens pro filio tenetur in solidum.*
28 *Pater tenetur insolidum pro sumptibus prastitis filio in studio, quos tenebatur pater facere.*
29 *Pater pro sumptibus prastitis filio, ad quos pater non tenebatur, de peculio solum tenetur.*
30 *Pater tenetur insolidum pro pecunia mutuata filio & in vtilitatem patris versa.*
31 *Pater proponens filium publica negotiationi tenetur insolidum.*
32 *Pater expresse contradicens, ne filius praponatur publica administrationi, pro eo non tenetur.*

1 CErta est conclusio parentes à filijs conuentos non teneri, nisi in quantum facere possunt. *§. sed si qnis. Et ibi scribentes. Instit. de act. l. sunt qui. Et ibi glos. ff. de re iud. Surd. de alim. part. 1. q. 78. num. 3. Amat. decis. 16. num. 4. Gomez. §. pana-*

let. vbi etiam Aret.& Iaſ.de act. Brun.de ceſſ. bon. q.1.par.4 princ.num.1.Laderch.conſ.30. poſt nu.9. Gaſpar Beat.de inop.deb. q.17. num.33.& 34. Vbi dicit, quod obſtat filijs reuerentia à natura inducta, & à diuino præcepto confirmata. *Franc. deciſ.162.& 164.num.12. & 13.* Qui loquitur in matre, cui debeatur reuerentia ſicut patri. *Bald. in l.cum furioſus.num. 1.C.de Cura fur.Tiraq. de leg. connub.gloſ.5.num.36.Crauett.conſ.49 vol.1.nu.2. Surd.q.14.tit.1.de alim. Farin.q.27. poſt num.63. quos cum pluribus alijs citat, & ſequitur Caſtagn. tract.deductio ne egeat.q.5.num.1.cumſeqq. vbi numer.3.quamplures allegat rationes.*

2 Declara vt aſcendentium, & parentum appellatione veniant omnes aſcendentes vtriuſque ſexus vſque in infinitum. *gloſ.in l. patronus. & in l.ſunt qui in verſ.item parentes.ff.de re iud. l.appellatione. ff.de verb.ſignif.Amat.deciſ.16.num.7.& alij, quos citat.& ſequitur* Caſtag.*ded.ne egeat.q.5. num.42. & 45.Surd.de alim.tit.1.q.78.num.4.* & propterea procedit etiam in matre. *gloſ.in l.liber captus in verſ.conceſſo.& ibi* Bald.*C.de capt.*Caſtag. *cit. q.5. ampl.2.*

3 Amplia I. concluſionem; vt procedat etiam in filio emancipato, cum ipſe quoque teneatur alere patrem. *Bar.in tract.alim.nu.9.per l.2.ff.de ingrat. liber.Surd.de alim. q.17.poſt.num.5.* Et ſi neget alimenta, poterit reuocari in patriam poteſtatem à Patre. Ita per Doctores præfatos *Caſtag. deductio ne egeat q.5.num.15.*

4 Amplia II. vt procedat etiam contra filiam, quam parentes dotare tenentur, vt gaudeant hoc priuilegio, Deducto ne egeat. *Alex. in l.maritum in addit.littera B. ff.ſol. matr.* Vbi dicit: Deducto ne egeat ipſe, & miniſtri, ſine quibus eſſe non poteſt. *Ang.conſ.17.circa fin.Caſtag. deductio ne egeat q.5.num.41.*

5 Amplia III. etiam ſi parentes non haberent niſi bona dotalia, quibus dotanda eſſet filia. *l.ſunt qui ff.de re iud.l.fin.de dot.proœm.iuncta gloſ. in §.fin. eiuſdem l.verſ.pertinet.* Vbi circa finem dicit, quod ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam inſolidum conueniri poterit. *Caſtag. deduct. ne egeat q. 5. lim.5.* Vbi arguit de maiori ad minus, quod ſi pater propter nimiam paupertatem, egeſtatemque filios vendere poteſt. *l.2. C. de patr. qui fil.ſuos*, multo magis bona.*gloſ.d.l.2.verſ.vendiderit.*

6 Amplia IV. vt procedat, etiam ſi parentes conuenti ſint pro peculio, vel obligati ad dotis reſtitutionem. *Bart.in l.filio familias.num. 6.ff.ſol. matr. Gomez.in.§.actionis.num.5.de act.not.q.7. Caſtag. deductio ne egeat.q.5.nu.47.*

7 Amplia V. vt nec etiam reſpectu extraneorum teneatur pater inſolidum pro reſtitutione dotis, ſi eam filius recepit ſine iuſſu, & voluntate ſua. *l.filio fam.& ibi Bart.ff.ſol.matr.* niſi de peculio. *Ang. in l. fratre.ff.de cond. indeb. Caſtren. d. lege filioſam.* Bart.Bald.*& Doctores in l.ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff.ſol. matr.Caſtag.deduct.ne egeat.q.5. num.46.*

8 Amplia VI. vt nec etiam poſſint carcerari parentes ijs caſibus, quibus non gaudent hoc beneficio; & poſſunt excuti in totum; vt ſi filius non habeat vndè ſe alat, vel mutuatam ſibi pecuniam verterit in vtilitatem patris. Ratio eſt, quia durat reſpectus reuerentiæ. *l.præſes.C.de ſer.& aq. l.rerum. §.fin. ff. de minor. Caſtag. deduct. ne egeat. q. 5. fall.2.*

9 Amplia VII. in matre tutrice, vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt. *Bald.in l.ſi liber captus.in fin. C.de capt.& poſtlim. reuer.Couar. reſ.1. num.3.lib.1.Menoch.de arb.lib.1.q 88. numer. 12. Far.alios referens.q.27.num.62.Caſtag.deductio ne egeat.n.5. ampl. 2. Quicquid dixerit poſt* Dec. *in l.fœmina nu.74.de reg.iur.Montan.de tutel.cap.15. num.65.& 66.verſ.verum quicquid.*

10 Amplia VIII. in Compatre, commatre, & patre ſpirituali, cui debetur magna reuerentia, ſicut carnalibus parentibus. *Bar.in l.1.col.7.ff. de verb. oblig.Surd.de alim.q.78.num.8.par.1.Amat.deciſ.16. numer.4.Gomez.in.§.pœnales.num. 24.& ibi Aret. num.11.& Iaſ.num.25.& 26.de act. Maſcard.de probat.concl.332.num.11.lib.1.* De patre ſpirituali, *Surd.de alim.tit.1.q.78.num.24.& alij plures,quos allegat, & ſequitur. Caſtag. deduct. ne egeat q. 5. ampl. 4. per totum.* Vbi dicit *num. 11.* quod huic beneficio ratione reuerentiæ conceſſo renunciari non poteſt. *ad not.per Franc.dec 164.* & quod non tranſit ad hæredes patris ſpiritualis, quia eſt perſonale. *Beat.de debit.inop.q. 17.num.39.Tiraq.in l.ſi vnquam. verſ.ſuſceperit liberos.nu.2.C.de reuoc. donat.*

11 Amplia IX. in Socero ſiue ſit vxoris, ſiue mariti; quia loco patris habetur. *l. gaia parentis. & ibi gloſ.in verſ.Socer.ff.ſol.matr.l.rei iudicatæ. §.ſocero.ff.ſol.matr.Brun.de ceſſ.bonor.par.4. princ. q.22. Theſ.dec.119.in addit.& alij plures, quos citat, & ſequitur Giurb. in ſuis obſeruationibus, obſer. 22. num.1.Latè Caſtag.deduct.ne egeat.q.7.initio. numer.92. & per tot.* Quod inductum eſt reſpectu reuerentiæ; ac propterea illi renunciari non poteſt, nec cum iuramento. *Franc.dec.164. num. 12. 14. & ſeq.Caphal.conſ.492.num.15.latè Amat. dec.16. à num.26.ad fin.Mauz.de cauſ.execut. lim. 16. numer.4. 5. & ſeqq. Caſtag.cit. q.7.numer. 89.* Quod

12 priuilegium extendunt vt procedat etiam, quando ſocer conuentus eſt pro antefato. *Vinc. de Franch. dec.71.nu.13.& dec.164.num.15.Caſtag.deductio ne egeat.q.7.ampl.1.*

13 Concluſio ſecunda, quæ conſequitur ex prædictis, eſt vt cum correlatiuorum eadem ſit diſpoſitio, expreſſo vno alterum conſequenter expreſſum intelligatur, vt diximus ſupra. *declar.16.* Filij quoque, & deſcendentes vtriuſque ſexus habeant idem beneficium, ne vltra id quod facere poſſunt conueniantur *§ ſed et ſi quis.vbi Faber.Iaſ. & Ang.de act. l.etiam filijs. ff. ſol. matr.Surd.q 78. nu.5.Caſtag.deductio ne egeat. qui alios allegat q.3.*

14 *num.3.* Neque poſſunt huiuſmodi beneficio renunciare; quia ſi non relinquunt ſibi tantum, vt nõ egeant, tenentur parentes eos alere. *l. ſi quis a liberis. ff.de liber. agnoſc. Surd. de alim. tit.1.* Et per conſequens parẽtes peterent id, quod ſtatim eſſent reſtituturi, vt argumentatur ex *Beat. de deb. inop.q. 17.num.47.Surd.de alim.tit.1.q.78. num.5. Amat. dec.16.num.9.Paſqual.de patr. poteſt. cap.num.17.* Etiamſi renunciatio eſſet cum iuramento. *Spec.in tit.qui fil.ſint legit. §.1. num.12. verſ.ſed pone. Ancar.conſ.375.num.4.Couar.de ſponſ.par.2.cap.8. §.6 num.3. Surd.de alim. tit.8. priuil.56. num.54. verſ.*

vers. sed contrarium, & signanter num. 59. Vbi contrarias opiniones conciliando hanc opinionem in filio tenet.

15 Idem dicitur etiam in Genero, & Socero, qui sũt loco filiorum. *l. quia parentes. ff. sol. matr. Surd. de alim. tit. 1. q. 39. num. 16. & 17. Castag. deducto ne egeat. q. 1. num. 7.* cui beneficio, nec cum iuramento renunciare possunt. *Conn. in. lib. 8. cum iur. ciu. fol. 542. & fol 543. in princ. & alij, quas allegat Castag. ded. ne egeat q. 1. num. 8. & seqq. & praesertim num. 21. & seqq. q. 7. per tot.* vbi latè examinat materiam de Socero, & Genero adducens declarationes, ampliationes, limitationes. Ad quem remitto Lectorem; cum non sit nostri instituti texere hic tractatum, sed quæ sufficiunt ad vsum Visitatorum in medium afferre.

16 Limita primo, vt conclusio locum non habeat in patre naturali. Huic enim filius ex illicito coitu non debet reuerentiam. *glos. notabilis in l. quia semper. ff. de in ius voc. Castag. deduct. ne egeat. q. 5. num. 20. vers. nisi sit filius naturalis.* Multo magis in incestuoso. *toto tit. C. de incest. nuptijs.* Secus se habet in patre bannito, nisi in aliquibus casibus, vt ibidem declarat latè Castag. apud quem videri poterunt.

17 Limita secundo in Vitrico; quia hoc beneficiũ habet locum dũtaxat inter parentes consanguineos vtrinque coniunctos. *l. etiam filios. ff. sol. matr.* non inter affines, nisi inter eos, inter quos lex disponit habere locum. *Ias. l. si cum procuratore. nu. 8. ff. de re iud. l. si propter. C. de compens.* Vitricus autem non habet cum priuigno consanguinitatem, sed affinitatem. *l. non facile. §. affines. ff. de grad.* affinitas

18 enim enim ex D. Thom. *in 4. dist. 41. q. 1.* est vinculum causatum ex carnis copula consanguineorum, cui non est intrinseca aliqua obligatio naturalis, sed solum ex *Salyc. in l. expilata hereditatis. C. de crimine expil. hered.* reuerentia, quæ prouenit ex quadam honestate, ratione dictæ affinitatis; quæ non est sufficiens ad parturiendum (vt ita dicam) beneficium, de quo agimus. Sicuti etiam licet reuerentia operetur, vt non possit quis vocari

19 in ius fine venia. *Spec. de actor. in 11. col. in fin. vers. numquid edictum.* non tamen hoc operatur

20 reuerentia debita Vitrico; qui potest in ius vocari fine venia. *Alex. in l. generaliter. ff. de in ius voc.*

21 *num. 8.* Sed neque Priuigni, cum sint filij alterius matrimonij, gaudent hoc priuilegio contra Nouercam. *glos. in l. sicuti dum. ff. de re iud. l. verum. §. 1. in ver. caeterorum. ff pro soc. l. assiduis. §. & ideo. vers. exceptis. ver. matris suæ. C. qui pot. in pign.*

22 *bab. Surd. de alim. q. 78. num. 33. lib. 1.* Idem quoque in Nouerca, cum sint in eodem ordine, seu gradu: Quam Nouercam pariter in ius vocari posse sine venia dixit *Alex. loco cit.*

23 Limita tertio si filius sit valde inops, & non habeat vnde se alat. Hoc enim casu potest patrem ri-

24 gidè executere. quia ordinata caritas incipit à seipso. *l. præses. C. de ser. & aq.* Isto autem casu filius

25 præfertur creditoribus, & patrem ab eorum manibus liberabit; quia præferendus est, qui tractat de damno vitando. *l. verum. §. fin. de minor.* Et magis fauendum est repetẽti. *l. matrem. ff. ad Vell. l. qui filium. §. Sabinus. ff eodem tit.* Quam opinionem æquiorem, & sanctissimam, & valde piam esse dicit *Beat. de inop. debit. q. 17. num. 42. ita Castag. deducto ne egeat. q. 17. num. 42.*

26 Limita quarto, si pater alteri mandauit, vt contrahat cum filio, & sic actione (*Quod iussu*) tenebitur in solidum. *l. 1. ff. quod cum eo.* Vel si pater

27 pro filio, qui accepit pecuniam mutuam, fideiussit. *l. si mandator. l bi Bal. & Castr. C. quod cum eo. Carol. de Grass. de except. exceptione 27. num. 7. & 9. post Petr. de Fider. tract. de mand. fine clausul. cap. 62. num. 3. Rebuff. tract. Beneuent. de ord. iud. par. 7. rub. ad Senatuscons. Maced. nu. 5. Castag. qui prædictos allegat, & sequitur, tract. deducto ne egeat. q. 5. fall. 3.*

28 Limita quinto pro sumptibus præstitis filiofamilias in Studio, quos pater tenebatur facere, ex quo ad studium miserat filium. Pro his enim insolidum tenetur. *l. Macedoniani. C. ad Senat. C. Maced.* secus si sumptus essent tales, vt ad eos pater

29 nõ teneretur. Tunc enim tenebitur solũ de peculio. *glos. in d. l. Macedoniani. vers. non recusaret. in fine. Carol. de Grass. de except. excep. 27. num. 8. post Matth. Coler. de process. execut. par. 1. cap. 10. nu. 22.*

30 Limita sexto, quando filius mutuatam sibi pecuniam vertit in vtilitatem patris. *l. sed & si filiusfa. ad Maced.* & quando pater præposuit filium nego-

31 tiationi quæsturæ. *l. si mandatorum. Ibi Castr. C. quod cum eo.* Vel quando filius habuit officium authoritate publica, respiciens publicã vtilitatem, aut cum expressa voluntate patris, aut cum tacita, quia non contradicit: tunc etiam in solidum tenetur, excusso tamen prius filio. *l. 2. & ibi glos. sing. & l. libertus. §. filium. ff ad municip.* Ratio est quia in officijs publicis patet pro filio tanquam fideiussor tenetur. *d. l. 2. ad municip. Boer. decis. 217.*

32 *post num. 11. in fine.* Secus si expressè contradixerit. *Boer. dec. 221. num. 3. ita Castag. deduct. ne egeat. q. 5. fall. 5.* Qui alios allegat; quos consultò omittimus hic recensere, cum ex abundanti prædictas limitationes adduxerimus, stante quod pater cum tenetur in solidum, non potest ad instantiam filij carcerari, vt probauimus. *cap. praeced. decl. 18.*

CAPVT III.

De filijsfamilias non carcerandis ab extraneis.

SVMMARIVM.

1. *Filius obligatus cum patre*, In id quod facere potest, *conueniendus est.*
2. *Beneficium*, deducto ne egeat, & Quod cum eo; *differunt.*
3. *Beneficium*, Quod cum eo, *à Pratore miserationis gratia datum.*
4. *Beneficium*, Deducto ne egeat, *reuerentia & honestatis gratia datum.*
5. *Beneficium*, Quod cum eo, *vt detur, quæ concurrere debeant.*
6. *Fraudibus via non est aperienda.*
7. *Pro versione in rem patris sufficit eius tacitus consensus.*
8. *Beneficium*, Quod cum eo, *semper allegari potest.*

test, & importat peremptoriam exceptionem.

9 *Beneficium*, Deducto ne egeat, *dilatoriam importat exceptionem, quousque ad pinguiorem fortunam deuenerit; & tam hoc, quā aliud*, Quod cum eo, *quoad iuris effectum idem important.*

10 *Beneficium*, Quod cum eo, *competit, etiamsi pater dolosè absque culpa filij decoxerit.*

11 *Filius emācipatus habet beneficium*, Quod cū eo.

12 *Filius exhæredatus habet beneficium*, Quod cum eo.

13 *Filius obligans se cum patre pro dote sororis habet beneficium*, Quod cum eo.

14 *Filius habet beneficium*, Quod cum eo, *etiamsi creditor sit pauperior.*

15 *Filius, qui renunciauit omni legum, & iuris auxilio, etiam cum iuramento, habet beneficium*, Quod cum eo.

16 *Beneficium*, Quod cum eo, *non competit filio conuento viuente patre.*

17 *Beneficium*, Quod cum eo, *competit filiofamilias sui iuris effecto conuento viuente patre.*

18 *Beneficium*, Quod cum eo, *non competit filio cōuento viuente patre dolosè emancipato.*

19 *Præfecti Vrbis Imperator debita soluit, nisi ea dolosè contracta sint.*

20 *Beneficium*, Quod cum eo, *non competit filio, qui acceptauit hæreditatem patris.*

21 *Beneficio*, Quod cum eo, *non gaudet filius, qui debitum agnouit.*

22 *Beneficio*, Quod cum eo, *gaudet filius, qui adiuit hæreditatem patris cum beneficio legis, & inuentarij, vel se abstinuit ab hæreditate.*

23 *Beneficio*, Quod cum eo, *non gaudet filiusfamilias, qui nomine proprio contraxit.*

24 *Beneficium*, Quod cum eo, *non competit filio respectu bonorum patris, quæ habet penes se.*

25 *Beneficium*, Quod cum eo, *non competit filio respectu bonorum castrensium, vel aduentitiorum.*

26 *Beneficium*, Quod cum eo, *non competit filio pro pecunia ei mutuata in castris.*

27 *Filiusfamilias non gaudet beneficio*, Quod cum eo, *si se asseruit sui iuris.*

28 *Dolosus omni legum auxilio priuatur.*

29 *Filius non gaudet beneficio*, Quod cum eo, *si culpa sua desijt esse soluendo.*

30 *Filiusfamilias non gaudet beneficio*, Quod cum eo, *si illi expressè renuntiauit.*

31 *Filiusfamilias habens beneficium*, Quod cum eo, *tenetur in foro poli ad totum.*

1 SIt conclusio. Filius familias, qui simul cum patre se obligauit, cum eius sit fideiussor, in id quod facere potest conueniendus est, nec potest carcerari. *l.1. & tot. tit. ff. & C. quod cū eo. Giurb.* 2 *decis.42. num.*1. Præmitto primo, quod licet beneficium, *Deducto ne egeat*, & beneficium, *Quod cum eo*, de quo hic agimus, quoad iuris effectum idem significent, vt debitor carcerari non possit; differunt tamen inter se in pluribus.

3 Primò hoc beneficium à Prætore miserationis gratia datum est. *Franc. decis.*181 *num.*11. siuè, vt verius dixerim, æquitatis ratione, & iure quodam speciali. *Azon. in sum. C. qui bon. ced. poss. in princ. & alij supra cit. Petr. de Vzol. in tract. seu pract. art. Notariat. in Rubr. de filiof. Rouit. ad pragmat. Regni Neapol. tit. ad Macedonianum. num.*25. *quos citat. Castag. deduct. ne egeat. q. 6. num.*3. Aliud vero beneficium, *Deducto ne egeat*, ratione reuerentiæ, seu honestatis. *Giurb. decis.*42. *num.*10.

Sequitur secundo alia differentia, quod beneficium, *Deducto ne egeat*, concernit solum fauorem debitoris, hoc autem, etiam creditoris. Cum enim miserendo inopiæ filij propter patris obseruantiam se obligantis. *Bart. ad rub. ff. quod cum* 4 *eo. iuncta l.2. eod. tit. Iaf. in l qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. Franc. decis.*181. *num.*6. *& dec.*222. *num.*10. non conuenitur, nisi in quantum facere potest, ex æquitate Prætoris receditur à rigore iuris in fauorem creditoris, quia de iure ad nihilum filiusfamilias se obligans tenetur, tanquam nouus homo effectus. *l.2. ff. de cap. dimin. Bart. ad rub. ff. cum eo. Ibi adden. iuncta l.2. ff. eod. tit. Giurb. decis.42. num.*10.

5 Tertio beneficium, *Quod cum eo*, datur pluribus concurrentibus, quod videlicet tempore contractus fuerit filiusfamilias. *l.1. ff. quod cum eo. l. si ex alio. C. eod.* quod tempore, quo conuenitur, sit sui iuris, & paterna abstinuerit hæreditate. *l.2. ff. & C. quod cum eo.* & quod prouenit ex contractu, versum fuerit in rem patris. *d. l.2. ff. & C. cum eo. eo. l. si ex contractu. C. eodem.* Quæ omnia cumulat *Giurb. dec.*43. *num.*21. *&* 32. *& dec.*42. *num.*13. Beneficium vero, *Deducto ne egeat* nullo horum indiget, vt patet ex prædictis. Atque hinc est non gaudere hoc beneficio filium familias, qui creditam pecuniam, non in rem patris, sed in proprios vsus magno cum dispendio consumpsit. Non enim æquitatis benignitas beneficium hoc filijsfamilias 6 indulsit, vt in alterius damnum extendatur, ne nimis lata via fraudibus aperiatur. *Giurb. dec.*43. *numer.*16. Qui *num.*28. dicit, si præualeant testes dicentes nihil versum in rem filij, illis standum esse.

7 Porrò ad docendum, quod pecunia versa sit in rem patris, non requiritur expressus eiusdem patris cōsensus, sed sufficit tacitus, & idem operatur. *Bart. in l. fin. ff. quod cum eo. & in l. quicunque. ff. de instit. & alij, quos citat, & sequitur Giurb. decis.*43. *num.*33.

8 Quartò huius beneficij exceptio peremptoria est; quia nunquam tenetur filiusfamilias nisi in- 9 quantum facere potest: illius autem, *Deducto ne egeat*, est dilatoria, neque per eam liberatur debitor, sed tenetur soluere, si ad pinguiorem fortunam deuenerit. *Glos. & Bart. in l. si ex parte. §. sed an etiam. Vbi glos. Abb. & alij. ff. quod cum eo. Franc. decis.*164. *num.*10. *& dec.*221. *nu.*5. *&* 11. *& alij, quos citat & sequitur Giurb. dec.*45. *num.*15. *vers. huius beneficij exceptio peremptoria est.* Quod autem spectat ad iuris effectum præfata duo priuilegia idem esse, etiam respectu Visitæ, dicere possumus. Vtrumque enim consulit filio, & eius personam eximit à carceratione. His præmissis veniamus ad ampliationes, & limitationes præfatæ conclusionis.

10 Amplia I. propositam conclusionem procedere, etiamsi pater dolosè & fraudolenter decoxerit: quia id non est imputandum filio, qui non præsumitur in decoctione culpam habuisse; secus esset si probaretur etiam illius culpa. Tunc enim insolidum teneretur. *Paris. cōs.*94 *n.*62. *lib.*1. *Giurb. decis.*43. *n.*30.

11 Am-

11 Amplia II. vt procedat etiam in filio emancipato emancipatione legali, quæ fit à lege sine ministerio hominis. Huiusmodi enim filiusfamilias contrahens iussu, & auctoritate patris non obligatur, nisi in quantum facere potest, quando verè sui iuris effectus fuerit. *Bald. in l. apud hostes. ad fin. C. de suis, & legit.* Vbi reddit rationem; quia videlicet hæc legalis emancipatio patriam potestatem tollit quoad damna, & incommoda; non quoad vtilia, & fauorabilia. *Guttier. in §. sui. num. 121. instit. de*
12 *her. qual. & diff. Giurb. dec. 43. num. 31.* Immo vero procedit etiam in filio exhæredato. *l. ex hereditatum. ff. de re iud.*

13 Amplia III. vt procedat etiam in filiofamilias obligante se vna cum patre pro dote sororis. *Iason in l. sunt qui in id. num. 4. ff. de re iud. Thes. decis. 109. num. 2. dec. 153. num. 5. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. numer. 6. Giurb. dec. 45. num. 10. 14. & per tot.*

14 Amplia IV. procedere etiamsi creditor pauperior sit. *Bald. in l. 2. num. 5. C. quod cum eo. Alex. ad Bar. in rub. ff. eodem. Paris. cons. 94. num. 50. vol. 1. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. num. 36. Giurb. dec. 42. numer. 2. quos allegat, & sequitur Castag. deducto ne egeat. q. 6. num. 6.* Licet secus sit in alio priuilegio, *Deducto ne egeat*, vt diximus supra de marito, *Giurb. cit. dec. 42. num. 3.*

15 Amplia V. etiamsi fuisset renunciatum generaliter omni legum, & iuris auxilio, etiam cum iuramento, *Giurb. qui quamplures allegat, & respondet ad contrarium tenentes. d. decis. 42. à num. 15.* Quicquid sit quando renunciatum fuit specialiter, vt infrascripta sexta limitatione.

16 Limita primo vt non procedat in filiofamilias, qui se obligauit cum patre, & qui conuenitur viuente patre, ipse adhuc sub patria potestate existens. Hoc enim casu in solidum tenetur Textus est; & ibi *Saly. in l. si ex alio. C. quod cum eo. Bart. in l. fin. ff. quod cum eo. Et in l. quicunque. ff. de instit. l. cum quid. ff. si cert. pet. Paris. cons. 94. nu. 13. 43. 53. 64. lib. 1. Giurb. dec. 42. num. 1. Castag. ded. ne egeat. q. 6. fall. 10.* Si tamen post condemnationem in solidum viuēte patre effectus fuerit sui iuris, gau-
17 det hoc beneficio. *l. si filiusfamilias. in fin. ff. quod cum eo, Et pluribus probat Castag. deducto ne egeat. q. 6. nu. 14* Hinc est, quod ad euitandos carceres detur cautela filijsfamilias, vt curent à patre emancipari, cum etiam emancipatus filius habeat hoc priuilegium. *l. 2. in princ. ff. quod cum eo. Bald. in l. si ex alio. C. quod cum eo. Saly. ibid. numer. 1. Giurb. dec. 42. 43. & seqq. Grat. discept. 799. num. 1. & seqq. & diximus supra ampl. 2.* Est enim emancipatio relaxatio patriæ potestatis coram Iudice competente patris, & filij voluntate concurrente.

18 Limita secundo, vt non procedat in filio emancipato in fraudem creditorum, & dolosè. *Caros. decis. 1. num. 15. Gram. dec. 25. num. 2. Crot. decis. 1. num. 15. Vrsil. ad Afflict. decis. 84. num. 2. Giurb. dec. 43. num. 12.* Docuit propterea *Paris. cons. 94. num. 47. vol. 1.* faciendam esse emancipationem post contracta debita per aliquod temporis spatiū: *Giurb. cit. dec. 43. nu. 23. & 24.* Secus est si incontinenti, vel paulò *l. 1. §. hac autem actio. & ibi not. Bart. ff. si quis test. lib. esse iuss. fuer.* Vbi dicit de
19 consuetudine esse, quod quando Imperator recipit coronam Romæ, liberat à debitis Præfectum Vrbis; sed si Præfectus Vrbis sciens Imperatoris aduētum contraxit multa debita, Imperator non tenetur eum liberare, & allegat textum *in l. omnia. §. cum ita legatur. ff. de leg. 2.* faciunt adducta per *Vrsill. ad Afflict. decis. 84. num. 2. Castag. deducto ne egeat. q. 6. fall. 5.*

20 Limita tertio vt non procedāt in filio, qui acceptauit hæreditatem patris. Nam adeundo, in solidum obligatur. *Castren. cons. 323. lib. 1. Giurb. decis. 42. num. 1. vers. dummodo sui iuri: & decis. 43. num. 25.*
21 Vel factus sui iuris debitum agnouit, vel solutione
22 partis, vel noua promissione. *Grass. de except. except. 27. Castag. deducto ne egeat. q. 6. fall. 11.* Nisi filius hęreditatem patris cum beneficio legis, & inuentarij acceperit. *l. fin. §. et si præfatum. C. de iur. delib. vbi Bald. & Salyc. Ias. in d. leg. fin. §. in computatione. num. 9. Ad idem est text. in l. debitor. ff. ad Trebell. & in l. ita tamen. ff. eodem tit. Giurb. decis. 43. num. 25 qui alios citat.* Vel si ab hęreditate patris abstinuerit. *l. 2. C. quod cum eo. Paris. cons. 9. num. 43. & seq. lib. 1. Giurb. dec. 42. & seq. Grat. discept. 799. num. 42.*

23 Limita quarto in filiofamilias nominė proprio contrahente eo casu, quo filius familias potest contrahere. Tunc enim in solidum obligatur, neque gaudet hoc beneficio; *Bald. in l. si quis fermo. C. quod cum eo.* prout in dubio contrahere præsumitur. *l. 3. §. si quod de tutore. vers. & siquidem. ff. iud. sol. Bart. & Bald. in l. si patruus. C. com. vtriusque iud. Et alij, quos citat, & sequitur Giurb. decis. 43.*
24 *num. 17.* Vel in casu, quo habeat bona paterna, quorum intuitu contraxerunt creditores, quorum respectu tenetur: non autem vltra ea conueniri, & multo minus carcerari potest, *Castr. in l. ait Prætor. vers. in bonis autem. col. 2. ff. quod cum eo. Ca-*
25 *stag. deducto ne egeat. q. 6. fall. 6.* Vel in casu, quo habeat bona castrensia, vel quasi, aut bona aduentitia. Horum namque respectu pariter conuenitur in solidum. *Castr. cit. l. ait Prætor. in fin. Paschal. de virib. patr. potest. cap. 6. num. 125. & alij, quos citat. & sequitur idem Castag. q. fall. 7.* Vel si erat mercator. *Bart. & Doctores in l. penul. C. qui bonis ced. poss. Beat. de inop. debit. cap. 19. & alij adducti a*
26 *Castag. cit. q. 6. fall. 13.* Vel si pecunia fuisset mutuata filio existenti in Castris. *l. fin. C. de Maced. Grass. de except. except. 17. num. 6. 11. & 13. Castag. qui alios adducit q. 6. fall. 14.*

27 Limita quinto in filiofamilias, qui se asseruit esse sui iuris, & induxit creditores ad secum contrahēdum. Tunc enim propter mendacium amittit hoc priuilegium. *l. sed hoc ita. §. 1. ff. de re iud.* Neque
28 mirum est cū dolosus omni legum priuilegio priuetur, & in solidum teneatur. *Far. q. 26. nu. 5. & 6. Giurb. 43. num. 3. Grat. discept. 799. num. 37.* Idem est de quocunque, dummodo dolosè contrahat cū creditore. *l. sed etsi. § interdum. l. cum qui. ff. quod cum eo. Far. quæst. 26. num. 5.* Vel si aliàs dolosè sit versatus, dum contraheretur cum eo. *Franc. decis. 164. num. 11. 16. dec. 221. num. 13. Paris. cons. 94. numer. 8. 13. 42. 54. & per tot. vol. 1. qui dicto num. 13. allegat. Io. Crot. in repet. l. frater à fratre. col. peu. vers. vltimo pro complemento. ff. de condit. indeb.*
29 ampliantem prædicta etiam ad filium, qui culpa sua desijsset esse soluendo; vel abusus fuisset bonis, vt à dicto beneficio, *Quod cum eo*, excludatur. *Giurb. dec. 43.*

dec.43.num.1. & seq. Castag. *deducto ne egeat.q.6. fall.2. fall.4.* Idem est si filiusfamilias decoxisset; quia tenetur insolidum. *Brun. de cess. bon. q.3. princ.post num.8.vers. fallit. Paris. cons 94. in fin. col.17. vers.nec istis.lib.1.* Castag. *deduct. ne egeat, q.6. fall.9.* Vel si esset debitor ex delicto. *Cepol. caut.161. alias 14. num.3.* Vbi etiam dicit, quod filiusfam. si post multa contracta debita incontinenti se fecerit emancipari conueniri poterit insolidum à creditoribus, quasi in fraudem creditor dicta debita contraxerit; & constat ex textu *l.1. §.1.* & diximus etiam sup. *lim.2. Monach. de excent. in vestibus cap.12.num.57. quos citat Castag. d.q.6. fall.15.*

30 Limita sexto in filiofamilias, qui expressè renũciauit huic beneficio, cui expressè renunciari posse tenent quãplures, quos allegat & sequitur *Gierb. cit.decis.42. à num.4. Vbi adducit contrarium tenentes vsque ad num.8. illisq. respondet vsque ad num. 14. & decis.45. num.16. 18. & seq.* asserit formalia verba renunciationis esse: Si filiusfamilias sciens se sui iuris effectum, & à paterna hæreditate abstinendo non teneri, nihilominus huic priuilegio renuncians teneri velit. *Merl.* Pignat.*contr.for.cap.* 39.*num.*5. *&* 10. *& alij plures, quos allegat, & sequitur* Castag.*deduct.ne egeat.q.6. num.6.*

31 Vltimo loco non omittimus aduertere huiusmodi priuilegium procedere quidem in foro fori; secus autem esse in foro poli, secundum quem tenetur filiusfamilias in totum. *Innoc. in cap quia plariq. in fin. & ibi etiam Abb. num.26. de Immunit. Eccles. quos citat, & sequitur* Castag.*deducto ne egeat.q.6. fall.14.*

CAPVT IV.

De fratre ad instantiam fratris non carcerando.

SVMMARIVM.

1 *Fraterna beneuolentia laudes.*
2 *Fraternum fœdus rumpere indignum est.*
3 *Fraternam beneuolentiam conseruat æqualitas.*
4 *Inæqualitas discordiam fouet.*
5 *Fratrum rara concordia, & dissensiones periculosa.*
6 *Fratres non tenentur nisi* In quantum facere potest, *ad instar socij.*
7 *Frater tenetur alere fratrem.*
8 *Beneficium,* Ne quis teneatur vltra vires, *conceditur ratione alimentorum.*
9 *Frater non tenetur vltra vires propter strictam inter fratres necessitudinem, & exuberantiam caritatis.*
10 *Frater non habet beneficium, vt* Non teneatur vltra vires, *quia non est de personis in iure expressis.*
11 *Frater non habet beneficium, vt* Non teneatur vltra vires, *ratione alicuius correlationis.*
12 *Fratri non congruit aliqua ratio propter quam* Non teneatur vltra vires.
13 *Coniuges etiam dicuntur socij.*
14 *Socij habent beneficium,* In quantum facere possunt, *propter publicam vtilitatem.*
15 *Societatis ratione fiunt res communes.*
16 *Socij vnius rei habent beneficium,* In quantum facere possunt.
17 *Beneficium,* In quantum facere potest, *appellatur à lege beneficium de iure concessum.*
18 *Fratres ob societatem initam non tenentur, nisi* In quantum facere possunt.
19 *Socij habent beneficium,* In quantum facere possunt, *ratione contractus, quæ ratio cessat in fratribus.*
20 *Societas non dicitur omnis conuentio, sed tantum illa quæ ex contractu parit actionem.*
21 *Frater in fratrem non habet beneficium,* In quantum facere potest, *in iudicio familiæ herciscundæ.*
22 *Frater vltra peculium non tenetur, sed non proptera habet beneficium,* In quantum facere potest, *quia sunt diuersa.*
23 *Frater tenetur ad alimenta fratri intuitu pietatis, & iure sanguinis.*
24 *Frater tenetur ad alimenta fratri, etiamsi non sit hæres patris.*
25 *Fratrem frater potest accusare in leuibus delictis.*
26 *Beneficium,* In quantum facere potest, *conceditur ratione alimentorum.*
27 *Beneficium,* In quantum facere potest, *competere fratri plures fortè tenent, quam contrariam sententiam.*
28 *Beneficium,* In quantum facere potest, *non competere fratri, nimis dura opinio; affirmatiua humanior.*
29 *Frater ad instantiam fratris pro debito non potest carcerari, etiamsi illi non competeret beneficium,* In quantum facere potest.
30 *Frater dicitur pars corporis fratris.*
31 *Beneficium,* In quantum, *habet locum, vbi intercedit naturalis obligatio.*
32 *Fratres sunt consanguinei.*
33 *Beneficium,* In quantum, *non habet locum inter Vitricum, & Priuignum quia affines.*
34 *Fraterna consanguinitas antecedit cæteras.*
35 *Fratres appellantur dulcissimi & charissimi.*
36 *Frater pro alio fratre aduocatum semper se exhibere debet.*
37 *Frater fratri nunquam deesse solet.*
38 *Resignatio beneficij non valet facta pro liberando fratre à carceribus.*
39 *Contumelia illata fratri alteri fratri illata censetur.*
40 *Fraterna pietas, vbi deficit prouidentia iuris supplet.*
41 *Frater carcerans fratrem non succedit in feudo.*
42 *Nepos & Patruus habent se tanquam fratres illisq. parificantur.*
43 *Inter Nepotem & Patruum adest idem caritatis vinculum quod inter ipsosmet fratres.*
44 *Patruus & Nepos habent ad inuicem beneficium* in quantum.
45 *Fratrum appellatione veniunt nepotes ex fratre.*

PIetatem præfatam erga parentes proximus fraternæ beneuolentiæ gradus excipit. Nam, vt rectè Valerius Maximus *lib.5. cap.5. in princ.* scribit: *Primum amoris vinculum ducitur plurima, & ma-*

maxima beneficia accepisse; ita proximum iudicari debet simul accepisse: Quam copiosa enim suauitatis illa recordatio est, in eodem domicilio, antequam nascerer, habitaui; in ijsdem incunabulis infantiæ tempora peregi; eosdem appellaui parentes; eadem pro me vota excubuerunt; parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi. Cara est uxor; dulces liberi; iucundi amici; accepti affines; sed postea cognitis nulla beneuolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat.

Iure igitur, & merito frater collatus fratri ferè alter ipse dicitur, nō tamen semper est cum alio fratre concors: etiamsi Salustius. *In Iugurth.* dixerit: *Quis est amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies? si tuis hostis fueris?* Dicebat quoq. Socrates, qui præteritis suis alios amicos acquirunt, ijs similes esse; qui relicto agro suo alienum colunt. Et Salomon, omnium sapientissimus. *Prouer. cap. 18.* docuit fratres, qui adiuuantur à fratre, esse quasi ciuitatem firmam. Quod etiam affirmauit Laert. *lib. 6. cap. 1.* Ibi: *fratres concordes omni pariete fortiores:* Indignum propterea dixit Horatius ep. 3.

2 *Fraternum rumpere fœdus.*

Monuitque Diuus Paulus dicens: *Caritas fraternitatis maneat in vobis.* Sanè seruanda est 3 æqualitas inter ipsos fratres. Hæc enim gignit, nutrit, & confirmat concordiam, & affectum fraternæ caritatis. *Soc. in cons. 4. in 1. par.* E contra 4 inæqualitas fouet discordiam. *Lcum oportet. C. de bon. quæ liber. in princ. & in §. fin autem.*
Videmus nihilominus frequenter fratrum alter-5 cationes valde periculosas. *L. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.* Has intuens Plutarchus. de frat. amore, *scripsit: Ego nostra ætate non minus varii video fratrum beneuolentiam esse, quam fuerint quondam odia fratrum.* Vnde Ouidius in Metam.

Fratrum quoque gratia rara est.

Petrarcha etiā *de remed. vtriusq. fort. dial. 52.* dixit: *Penè laboriosius est exquirere, qui amici fratres fuerint, quā q. hostes.* De hoc latius apud *Leoncill. in tract. de priuil. paup. par. 2. priu. 167. n. 9.* Ita fert humana conditio. Verum quotiescumque lites ciuiles inter fratres oriuntur, dubitatum fuit, an gaudeant inter se priuilegio, *Ne teneantur vltra quod facere possunt.* Quæstio hæc est brocardica, & propterea illam diffusius examinabimus ad partes. Pro affirmatiua faciunt, quæ infra subijcimus.

6 Primo socij ea ratione habent hoc priuilegium, quia societas est ad instar fraternitatis per textum & *ibi glos. in l verum. ff pro socio. l. sunt qui de iud.* ne sit melioris conditionis socius, quam frater. *Auth. multo magis. & ibi Bart. C. de sacros. Eccles.* Ob quam rationem senserunt quamplures hoc priuilegium fratri competere; quos refert *Castag. de ductio ne egeat. quæst. 13. num. 8. & seqq. Thomo. decis. 85. num. 43. & seq. Altograd. cons. 39. per totum.*

Secundo quia frater tenetur alere fratrē inopem. 7 *Faber. in §. sunt præterea. vers. sed etsi quis. post num. 1. Instit. de act. Franc. dec. 559. Valens. cons. 98. num. 18.* Hoc enim beneficium conceditur ratione alimentorum. *Angel. in §. sed si quis. Instit. de* 8 *act.* vbi dicit quod fratres vtrinque coniuncti habēt inter se hoc priuilegium, quia inter se tenentur alere & dotare. *glos. in l. cum plures. §. fin. in vers. alio parente in fine. ff de adm. tut.* Quam opinionem sequuntur *Surd. de alim. q. 78. num. 6. Ias. in §. sunt præterea. vers. sed etsi quis. num. 4. Instit. de act. Castag. ded. ne egeat. q. 13. nu. 12. & seqq. & Leoncill. de priuil. paup. par. 2. priuil. 167. nu. 1. & seqq.* qui alios allegat.

9 Tertio, quia inter fratres vtrinque coniunctos est adeo stricta necessitudo, vt fratris egestati impendendum sit, quicquid vltra vitæ necessitatem habemus. And. *Eboren. in exemp. inter fratres, fol. 470. circa fin. lib. 1.* Et Ioannes Stobæus. *Serm. 82.* dixit: *Honorabilem esse erga Deum, & homines paupertatem causatam fratribus subueniendis. Sunt enim sanguinis stricta vincula caritatis. Archid. c. non satis. 86. dist.* Vnde Ecclesiast. *cap. 40.* ait: *Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit.* vide etiam Plutarchum. *Opusc. de fratr. amor.* Vbi inter cætera sic habet: *Frater recuperari non magis potest, quam manus abscissa, aut erutus oculus.* Huic præclarè mulier, illa Persica, cum fratris salutem, saluti liberorum anteculisset, dixit: *Posse aliam se prolem nancisci, fratrem parentibus amissis non posse.* Et sanè rectissimè; siquidem frater nil aliud est, quam diuisus spiritus, & frater dicitur quasi ferè alter. *Festus Pompeius lib. 6. Tiraq. de pæn. temp. caus. 22. n. 7. & 8. Valens. cons. 98. Vbi alia maiora dicit circa debitum inter fratres. Castag. q. 13. num. 27. vers. quod inter fratres.*

Constat igitur non debere fratrem, *Nisi in quantum facere potest,* conuenire. Atque hanc opinionem tanquam veriorem, & humaniorem tenet *Franc. Munoz. de excubar. de ratioc. cap. 35. nu. 11.* etiam pro debito administrationis tutelæ. Maximè si frater debitor sit maior, cui debetur reuerentia à fratre minore. *Tiraq. de ll. connub. glos. 5. num. 26. Soc. cons. 263. num. 3. vol. 2. Grauett. cons. 39. nu. 2. vol. 4. Castag. ded. ne egeat. q. 13. num. 27. vers. & istam opinionem tanquam veriorem, & humaniorem.*

10 Pro negatiua vero opinione vrgent infrascripta: Primo, cum priuilegium, *Ne quis teneatur vltra vires,* sit exorbitans à iure communi, non extenditur vltra personas à iure expressas. *l. ius singulare. ff. de leg. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr.* Frater autem non legitur enumeratus inter personas hoc priuilegio gaudentes; de quibus in l. sunt qui. cum seqq. ff. de re iud. Nec vllibi de eo in iure fit mentio. Licet autem lex extendat hoc priuilegium ad alios vltra maritum, & vxorem; non tamen huiusmodi extensio fieri potest ab homine, quia secundum *Iasonem in l. si constante. ff. sol. matr.* aliud est aliquid fieri auctoritate legis; aliud auctoritate magistratus. Primo casu fieri potest extensio; quia lex est, quæ propria auctoritate facit; nec est inquirenda ratio. *l. & ideo. ff. de leg.* secundo vero casu non, etiam concurrente ratione. In ijs enim, quæ exorbitant à iure, non est licita extensio, etiam ex identitate rationis. *L. ius singulare. ff. de leg.* Rursus non 11 potest frater dici nominatus ratione alicuius correlationis; cum non sit correlatiuus alicui personæ ex nominatis in iure. Si enim esset correlatiuus etiam non nominatus comprehenderetur; quia dispositum in vno censetur dispositum in altero. *l fin. C*

vers.

*verſ.aqua lance.*C.*de diuort.*vt æqualitas in eis ſeruetur. *l.fin.* C.*de fruct. & lit. expenſ. l. in prioris* 11 *vltima.*C.*de prox ſacr. Scrin.lib.*12. Rurſus præſenti non poteſt aſſignari aliqua ex iis rationibus, propter quas priuilegium hoc conceditur patri, marito, & alijs. Frater enim erga fratrem non dicitur teneri ad exhibendam reuerentiam, *arg. l. ſi minor. la 2. ff. de manum. vind.* Vbi dicit fratrem eſſe poſſe alterius fratris ſeruum, quod repugnat reuerentiæ. Nec publica concurrit vtilitas cum frater contrahendo cum alio fratre nõ plus afferat commodi Reipublicæ, quam quælibet alia perſona, vt eſt per ſe notorium. Non ipſa fraternitas, quia non eſt potens inducere ſpecialem obligationem, cuius intuitu frater poſſit gaudere hoc priuilegio. Quibus firmatis facile ſubuertuntur fundamenta partis contrariæ.

12 Non enim obſtat primum, quod ius fraternitatis præſtet rationem ſocijs, propter quam ipſi habeant hoc beneficium, & propterea ex maioritate rationis ipſi fratres etiam beneficium idem habere debeant, vt aſſerit *Iaſ. in l. ſunt qui. in d.num. 3. ff. de re ind.* Nam etiam ſocij præſtãt rationem maritis, & vxoribus, cur ipſi gaudere debeant dicto beneficio, quæ non eſt alia, niſi quia coniuges veluti ſo-13 cij ſe habent. *l.aduerſus.*C.*de crim.exp.hered. l.1. ff.de ritu nupt. gloſ. ſacer. in l.alia ex cauſa. & l.ex diuerſo. ff. ſol. matr.* Et tamen ipſimet ſocij non habent hoc priuilegium, quia præſtant ipſis coniugibus rationem ſocietatis; ita vt ex maioritate rationis ipſiſmet conuenire debeat præfatum beneficium; ſed quia ſocietatis commercium in vtilita-14 tem publicam tendit. *Bald. in l. Macedoniani.n.5.* C.*ad Maced.* ex eo quod per huiuſmodi ſocietatem ciues inuicem, vti fratres, ſe diligunt; & quia ra-15 tione ſocietatis fiunt res communes, ſicut ratione fraternitatis. *gloſ. fraternitatis in d.leg. verum. ff. pro ſoc.* Lex enim aduertit, non tam communionem bonorum, quam vnionem animorum, ad alliciendos ciues ad ſocialem vnionem, tale beneficiũ illis conceſſit; & tanti facit hanc vnionem, communionemq. vt non ſolum ſocijs vniuerſorum bonorum, ſed etiam ſocijs vnius rei tale beneficium 16 concedat. *d. l.verum. ff. pro ſoc.* Atque hinc eſt, quod ipſa lex tale beneficium, tanquam quid ſpeciale, & ſingulare appellet; *Beneficium de iure conceſſũ. l.libertus. §. proprietatis.* C.*de poſt lim. reuerſ.* 17 Quaſi dicat eſt ita conceſſum ſocijs, & alijs perſonis, vt ad alios minimè expreſſos extendi non debeat. *Caſtag. q.13. num.25.* Vbi allegat etiam tenentes negatiuam opinionem propter alias rationes, & dicentes ab hac non eſſe in iudicando recedendum. *Bald. in l.in verum. num.2. ff. pro ſocio. Guidopap. ſing.512.* & hanc negatiuam diſputando tenet *Beat. de inop. debit. cap. 17. num. 80. & ſeq.* Meritò ergo frater contra fratrem habere non poteſt tale beneficium, niſi inter ipſos fratres ſocietas inita ſit. Societas enim inter eos arguit affe-18 ctionem, eoſq. cariores reddit. *Argumento l.cum allegas.* C.*de caſtren. pecul. lib.12. l.pen. ff. eodem. Caſtag. deduct. ne egeat. q.13. num.21.* Atque hæc opinio confirmatur per gloſſam *Fraternitatis. in d l. verum.* Vbi expreſsè dicit fratrem contra fratrem non habere hoc beneficium, eo quod in ſocija 19 ſubſit præcipua ratio contractus, per quem quærãt opulentiores fieri, quod maximè intereſt Reipublicæ: Fratres vero non ex conuentione, ſed occaſionaliter habent bona communia. Neq; enim omnis communio dicitur ſocietas, ſed illa ſolum, quæ ex contractu parit actionem pro ſocio. *l.4. ff pro ſoc.* 20 *l.vt ſi. vbi gloſ. ſocietate ff. eodem.* Hinc eſt quod frater contra fratrem in actione familiæ herciſcundæ nõ gaudeat hoc beneficio. *l. ſi filia § filiusfam. ff. fam. herciſc.* Ratio eſt, quia in hoc fratres non 21 habentur, vt ſocij. *Argum. l.ex parte. § filius. ff. eodem.*

Similiter nihil obſtat *Gloſſa. oportet. in l. frater à fratre. ff. de cond. indebiti.* Vbi dicitur, fratrem vltra peculium non teneri. Ex quo arguitur, neque teneri debere vltra quam facere poteſt. Ad hoc enim facilis eſt reſponſio. Quippe non teneri vl-22 tra peculium, & non teneri vltra quam facere poteſt, ſunt diuerſa. Qui enim non tenetur vltra peculium, non habet beneficium, *Deducto ne egeat*; Quod beneficium habet, qui *Non tenetur vltra quam facere poteſt.*

Neque etiam obſtat l.4. & ibi gloſ fin. & gloſ. 1. in l. 1. & 2. C. de alien. lib. Vbi dicitur fratrem teneri alere fratrem inopem. Etenim hoc beneficium, *In quantum facere poteſt*, non intendit aliud quam, quod debitor non teneatur vltra quam facere poteſt deducto ne egeat, id eſt reſpectu ſuſtentationis propriæ vitæ. Reſpondetur enim fratrem ad alimenta teneri erga fratrem intuitu pietatis domeſticæ, non reſpectu alicuius priuilegij. *l. pietatis.* C.*de ſuſp.tut. l.1.* C. *de neg. geſt.* vel potius teneri 23 iure ſanguinis. *Surd. de alim. tit.1 q.25. num.31. & 32. Molin. de primog. lib.2. cap.15. num.59. Rot. deciſ.538. num.4. par.1. recent.* Quocirca non eſt ne-24 ceſſe vt ſit hæres patris; cum non iure hæreditario, ſed iure fraternitatis, pietatis, & ſanguinis, vt dixi, ad alimenta teneatur. *Rota dec.538. num.4. par.1. rec. & penes Duran. dec.95. num.10.* Facit etiam ad hoc ſaltem argumentatiuè l. ſi magnum. l. ſi ſororem. C. de his qui accuſ. non poſſ. Vbi dicitur fratrem in leuibus criminibus accuſare alium fratrem 25 poſſe. Ergo poterit illum pro debito in carcerem detrudere, quod eſt leuius omnibus leuibus criminibus, adeoq. non poterit hoc priuilegium locum habere.

Ad tertium de ſtricta neceſſitudine, quæ intercedit inter fratres, patet reſponſio ex dictis, ſcilicet, hanc non eſſe ſufficientem ad producendum hoc priuilegium, de quo agimus; cum etiam inter alios intercedat neceſſitudo, non tamen propterea gaudeant dicto priuilegio.

Quid dicendum? Credo amplectendam eſſe 26 ſententiam affirmatiuam. I. quia non video ſufficienter reſponſum motiuo alimentorum à fratre præſtandorum; cum huiuſmodi priuilegium concedatur ratione alimentorum, ne egeat alendus. *Gloſ. & Bart. in l. maritus. Et ibi Alexan. in fine. ff. ſolut. matr. Caſtag. ded. ne egeat. quæſt.7. nu.56.* quocumque autem iure debeantur alimenta, ſemper verum erit dicere fratri, qui fratrem inſtat carceribus mancipari; Si vis vna manu ſolidũ, alia da mihi alimenta. *l. ſi quis à liberis. in princ. ff. de liber. agnoſc. Socin. conſ.43. lib.1. Caſtag. qui alios allegat. ded. ne egeat. q.5. num.3. verſ. Secundo quia, peteret quod ſtatim reſtituturus eſſet, contra text.*

tex.in l.dolo facit.ff.dol.mal.except. vt *considerat Thes.decis.*119.*nu.*3.*Surd.de alim.tit.*1 *q.*78.*nu.*4. Et in circuitus inutiles incideret, à quibus lex abhorret: *Clem. Auditor.de rescript. Surd.cons.*248. *num.*18.*Rot dec.*116.*num.*3.*ver.& hoc.par.*3.*rec.* II. quia fortè si numerarentur tenentes hanc opi-27 nionem, quorum multos refert *Castag.deduct.ne egeat.q.*13.*nu.*8.*& seqq.* excederent numerum illorum, qui contrariam sententiam amplectuntur, quos idem pariter recenset loco citato. III. quia cum negatiua opinio dicatur nimis dura, affirma-28 tiua humanior, & benignior. *Mut. decis.*94.*post num.*27.*circa illas personas.Manz.de excubar.de ratioc. cap.*35. *num.*11. *Thes.alleg. dec.*119.*& alij plures ex adductis pro affirmatiua opinione.Castag ded. ne egeat q.*13. *num.*27. Qui dicit, hanc opinionem teneri à multis modernis. IV. demum tollitur omnis amaritudo. Nam etiam multi ex ijs, qui negatiuam sequuntur opinionem, quod fratri contra fratrem priuilegium, *Deducto ne egeat*, non competat; admittunt tamen non 29 posse fratrem carcerari ad instantiam fratris. *Thes.dec.* 119. *in fine num.* 1. *vers. & propterea. & dec.*153. *Qui dicit, quod ita iudicauit Senatus. Sequitur Decian.in tract crim. cap.*13, *num.*16. *lib.*7. *tom.* 1. *Castag: ded.ne egeat.q.*13.*num.*28. *Manz.de caus.execut. limit.*16. *num.*8. *Paschal. de patr. pot. par.*4.*cap.*9.*num.*18.*&* 20 *Surd.de alim.q.*78 *n.*6. *Amat.dec.*16. *num.*10. *Adden. ad Buratt. decis.*20. *num.*9.*vers.& quid etiam. Giurb.dec.*45. *num.*14. *&* 15. Frater enim dicitur pars corporis alterius 30 fratris. *Menoch.præsump.*16. *nu.*2.*&* 3. *lib.*1. *Cyriac.contr.*518.*num.*12. *& seqq.* Nouissimè vero *Leoncill. de priuil.paup, par.*2. *priuil.*168. relatis nonnullis auctoribus in vtràque parte, dixit sequẽdam esse hanc mediam viam, quam secutus est Senatus Pedemontanus.*d.decis.*119.vt non possit frater ad instantiam fratris carcerari, & hanc dicit se quoque in praxi tenuisse in Hebræo carcerato ad instantiam fratris, quem fecit excarcerari: & nos quoque valde congruam arbitramur in hoc Tribunali S. Visitæ, fundato in æquitate. Hanc affirmatiuam sententiam; & præferendam esse negatiuæ infrascriptis rationibus corroborari posse credimus.

31 Primo beneficium, *In quantum*, habet locum inter eos, inter quos intercedit naturalis obligatio ex sanguinis coniunctione proueniens. *glos fin.in l.qui exceptionem.§. fin.ff.de cõdit.indeb.& glos.*1. *in l.quoties.ff.de probat.* tales sunt fratres cum sint 32 consanguinei. *l.*1. *§. consanguineos.ff.de suis, & legit.* Secus est in ijs, qui sunt affines vt Priuignus & Vitricus, inter quos habere non potest locum 33 hoc beneficium. *Iason l.si cum procuratore. nu.*8. *ff.de re iudic.* & videtur facere textus. *in l. si propter.C.de compensat.*

34 Secundo quia est ista consanguinitas fraterna talis, vt cæteras antecedat, vt ait *Valer Max. de piet.cap.*5.*lib.*5. vt supradixi, & à Iurisconsultis nõ 35 semel fratres, sororesque vocantur dulcissimi, & charissimi. *l.cum pater. §. dulcissimi. ff. de leg.*2. *l. Thais. §. sorore. ff.de fideicom. lib.* dulcissimus autem, & charissimus quomodo potest, in carcerem conijci.

36 Tertio quia frater se aduocatum pro altero fratre semper exhibere debet, & illũ nõ iuuare contra ius naturæ est. *l.generaliter.ff.de verb.signif.* quoniam vt dicit Tiraquell. *de pœnis temper. causa* 22.*nu.*9. nunquam frater solet deesse fratri. Qua 37 ratione igitur poterit ipsemet illum carcerari facere?

Facit quarto id quod dixit *Rot.decis.*7.*alias* 463. 38 *de renunciat. in nouis.* non valere resignationem beneficij factam vt frater liberaretur à carceribus tanquam metu factam, cum illata fratri contume-39 lia alteri fratri illata censeatur: ergo quanto magis se exhibere debet clementem in non astringendo fratrem carceribus pro interesse proprio?

Addimus quinto, quod etiam si isto beneficio, *In quantum facere potest*, non adiuuaretur frater, conueniens nihilominus esset, vt vbi fraterna pietas deficit, prouidentia iuris suppleres, *Arg. l.pœn. ibi, hoc summa prouidentia.ff.de legit.tutor.* Suadet, hoc quoque naturalis ratio. *arg. l.venia edicti. C.de in ius vocand.* & hinc est, quod frater procurans carcerari fratrem non succedat ei in feudo. *Bald. in cap.*1. *§. fin. qua sit prim.caus.benef.de feud.*

42 Amplia, vt licet iura loquantur solum de fratribus, ac proinde ad eos videantur restricta. *Giurb. dec.*5. *num.*3. nihilominus omnia dicta de fratribus habent locum etiam in Patruo, & Nepote ex fratre. I. quia repræsentatiuè nepos habetur pro fratre. *Instit.de hered. qua ab intest. defer. §.cum filius.* II. Quia considerata propria persona nepotis, non excluditur à ratione sanguinis, propter quam frater erga fratrem crudelem se præbere non debet. *cap.non æstimemus.*13.*q.*2.*Coler.de alim.lib.*1. *cap.*9.*num.*29.*Giurb.decis.*5. *num.*15. III, Quia 43 inter nepotem, & patruum adest idem caritatis, & pietatis vinculum, quo fratres coguntur sibi ad inuicem præstare subsidia, vt probat Textus *cap. cum quidam. vbi Bald.num* 8 *de iur. iuran.* Hinc est, quod patruus tenetur dotare neptem ex fratre. *l.& nihil. ff.de in rem. vers.& nepotem pariter ex fratre alere.Crot.in l. filiusfam. §.diui. num.*30. *in fine. ff.de leg.*1. *Bart.in l qui filium.ff. vbi pupill. educ. debet.Surd.de alim.tit.*1. *q.*25. *Rota dec.*194. *num.*4. *par.*7. *recent.* Ex quo consequitur patruũ 44 hoc beneficium præstare debere nepoti & è conuerso; cum beneficium, *In quantum facere potest*, nihil aliud in substantia contineat, quam alimentorum præstationem. *l.si maritus. vbi DD. ff. solut. matrim.* IV. Quia ius fraternitatis, quod inter fratres consideratur, tribuit socijs alicuius mercaturæ causam, cur ipsi hoc beneficio inter se gaudere debeant, vt est Textus *in l. verum.* ibi. *Hoc enim summam rationem habet cum societas ius quodãmodo fraternitatis in se habeat ff. pro soc.* Propter quod à fortiori idem inter ipsos fratres beneficium admittitur. *Alber.in d.l.verum. & Iason. in l.sunt qui. num.*3. *ff.de re iud.* Qoare cum non possit assignari disparitas cur nepos ex fratre à patruo, & patruus à nepote hoc beneficium exposcere non valeat, cum arctiori sanguinis vinculo, quam socij per mercaturam constringantur; hocque suadeat paritas æquitatis, & identitatis iuris, non sunt quoad iuris dispositionem separandi. *l. illud quæsitum. vbi Bald. ff ad l.Aquil. l. fin. Cod. ad l. Falcid.Coler. de alim. lib.*1. *cap.*9. *num.*29. *Giurb. decis.*5. *num.*15. 45 V. quia tollitur omnis difficultas, cum appellatione fratrum etiam nepotes ex fratre veniant. *§.cum*

filius.instit.de hered. qua ab intest. defer. c. quaritur.22.q.2. Coler. de alim. lib.1. cap.9. num 8 in fin. & num.29. Giurb. dec.5. num.15. Idem habetur in sacris litteris. *Genes. cap.12. & 13. num.8.* Abraham enim & Loth, eius nepos dicuntur fratres. Item *Genes. cap.29. numer.15.* Laban & Iacob, eius nepos, pariter appellantur fratres. vide *c. quaritur 22. quaest.2.* vbi defenditur à mendacio Abraham dum dixit Saræ vxori: *Dic obsecro quod soror mea sis*; quia filia fratris erat: atque ita absque immutatione veritatis soror dici poterat ex prædictis.

CAPVT V.

De socio, & donatore non carcerandis.

SVMMARIVM.

1 *Sociabiles fecit homines natura.*
2 *Societas humana lapidibus in fornicem constructis similis.*
3 *Discordia est acerba ira corde concepta, & odio aucta.*
4 *Discordia sociorum est ex D. Thoma; Volütaria disgregatio eorum, quos primus amor coniunxit.*
5 *Societas est ex D. Thoma,* Coniunctio *plurium contracta ob commodiorem vsum, & vberiorem quaestum.*
6 *Socius habet priuilegium,* In quantũ facere potest.
7 *Societas ius fraternitatis obtinet.*
8 Colonus *partiarius non tenetur nisi* In quantum facere potest.
9 *Socius promittens integrè soluere tenetur ad totũ.*
10 *Socius renunciare potest priuilegio,* In quantum facere potest.
11 *Socius non habet priuilegium,* In quantum facere potest, *aduersus socium, qui nihil habebat in bonis nisi debitum societatis.*
12 *Socius non habet priuilegium,* Iñ quantum facere potest, *si habet artem, cum qua viuere possit.*
13 *Socius obligatus in forma Cameræ conuenitur in solidum.*
14 *Socius conuenitur in solidum, si dolose gessit, secus si culpa.*
15 *Socius conuenitur in solidum, si negauit se socium vsque ad litem contestatam.*
16 *Socius conuenitur in solidum, vbi non habetur vt socius, vt dicitur de fratre in iudicio familiæ herciscundæ.*
17 *Donatio est largitio ex liberalitate nullo iure cogente.*
18 *Donator,* Deducto ne egeat, *tenetur.*
19 *Donator tenetur,* Deducto ne egeat, *quacunque actione conueniatur.*
20 *Donator retento vsufructu non tenetur nisi* In quantum facere potest.
21 *Donatoris priuilegium,* In quantum facere potest, *semel deductum transit ad haredes.*
22 *Dotans extraneus tenetur,* In quantum facere potest, *tanquam donans.*
23 *Donãs ex causa remuneratoria tenetur in solidũ.*
24 *Donatori ex causa remuneratoria excedenti remunerationem pro excessu competit priuilegium,* In quantum facere potest.
25 *Donatori, vt gaudeat beneficio,* In quantum facere potest, *sufficit, si liberalitas sit ex parte sua.*
26 *Frater dotans sororem pauperem non tenetur, nisi* In quantum facere potest.
27 *Donator soluens totum, non repetit.*
28 *Donator tenetur in totum, si post traditionem res donata ad illum perueniat.*
29 *Donator in solidum tenetur, si constituit se precario nomine possidere.*
30 *Donator tenetur in totum, si beneficio,* In quantum facere potest, *renunciauit.*
31 *Donator pro opere publico tenetur in solidum.*

ARctissimis sanguinis vinculis pietas satisfecit: Restat vt cæteris quoque exhibeatur.
1 Alia persona, vt supra, priuilegiata est socius. Nobis enim natura mutuum indidit amorem, & sociabiles fecit. *Senec. epist.95.* Non est tamen mirandum, si etiam inter socios lites nascuntur, & discordiæ. Nostra enim societas lapidibus in forni-
2 cis modum constructis est simillima, qui nisi inuicem obstarent lapidea, & substinerent se mutuo ne-
3 xu, non consisteret. Discordia est acerba ira corde concepta, & odio intimo aucta. *Cicer. Tuscul. q.5.* Illa autem, quæ inter socios ad lites ciuiles suscitatur, potius definiri potest cum D. Thoma
4 2.2. *q.37. art.1.* Et cum Isidoro. *In etymolog.* vt sit
5 voluntaria disgregatio, & diuisio eorum, quos primus amor coniunxit. Societas vero ex eodem D. Thoma *lib. cõtra oppugnatores Religionis. cap.3. vol.3.* Coniunctio duorum, pluriumue contracta ob commodiorem vsum, & vberiorem quaestum.
6 Si itaque lis moueatur inter socios, habet hoc priuilegium; deducto ne egeat. *l. sunt qui. ff de re iud. §. sed & si quis. vers. item si socius. Instit. de act.*
7 Ratio est quia. *l. verum. ff. pro socio.* societas ius fraternitatis obtinet. *Bero. cons.10. num.1. & 4. vers. ex quo sequitur. lib.3. Paris. cons.99. num.6. vers. postremo. lib.3.* siue sit vniuersalis. *d.l. sunt qui.* Siue particularis. *l verum pro soc. Alex. in l. sunt qui. in vers Alber. de Rosat. hic. ff. de re iud. in fin. Brun. de cess. bon. q 40. princ. q24. num.1 & 4. Paris. cons.99 num.64. cum seq. lib.4. Hond. cons.85. num.23. lib.1. Castag. ded. ne egeat. q.13. num.1. & seq. vbi multos alios allegat: præsertim num.31. & 32. & ampl.2.* Et siue conueniri fiat actione pro socio, siue alia, dum tamen fiat occasione societatis. *Oinot. §. sed & si quis. numer.4. de act. & ibi Ioannes Faber. Surd. q.78. post num.9. de alim. Castag. deduct. ne egeat.* Qui loco citato. *Ampliatio-*
8 *ne quarta*, ad colonum partiarium extendit hoc beneficium pro fructuum solutione, cum socio æquiparetur. *Brun. de cess. bon. q.4. par. princ. q.33. num.1.* nisi renunciauerit, aut iurauerit. *num.23. lib.1. Honded. cons.85. nu.23 lib.1. Amat. decis.16. num 22.*
9 Limita primo, nisi socius promisisset integrè soluere. Tunc enim videtur renunciasse huic beneficio. *gl. in l. si quis crediderit. ff. de pact. glos. in l. si conuenerit. ff. de re iud. Alex. cons.133. num.2. lib.5. Seraph. de priuil. iur. cap.56. Castag. deduct. ne egeat. q.13. fall. 4.* Huic enim exceptioni, nun-

quam

10 quam à contractu procedenti, proculdubio renunciare potest. *Brun. de cess. bon. q. 24. par. 4. pr. nu. 2. Giurb. decis. 42. num. 7. vers. non obstat.* Idem est si promisisset soluere sine aliqua exceptione iuris, vel facti. *Specul. de empt. & vend. § 1. col. 2. vers. sine aliqua exceptione. l. 2. in princ. ff. de except. Castag. cit. q. 13.* Vel si in instrumento Societatis renũciasset cum iuramento generaliter omni priuilegio iuris. *Brun. de cess. bon. q. 24. nu. 2. Castag. num. 13. fall. 6.*

11 Limita secundo, si socius, nil aliud habeat in bonis, nisi debitum Societatis. Hoc enim casu alter socius conuentus hoc beneficio non gaudet. *Ioannes Faber in § item si de dote. Instit. de act. Castag. deduct. ne egeat. q. 13.*

12 Limita tertio si habeat artem, ex qua viuere possit. *Molin. de primog. cap. 15. num. 46. Guttier. in terminis. cap. 15. num. 5. par. 1. de iur. confirm. Castag. cit. q. 13. fall. 8. & in q. 1. pariter fall. 8. nu. 1. & seq. Roland. d. cons. 88. nu. 5. lib. 4. Surd. de alim. d. tit. 1. q. 78. num. 28.*

13 Limita quarto, in casu quo fuisset obligatus in forma Cameræ Apostolicæ; prout fuit alias in Visita dictum in causa Iacobi Ioannis Romandioli, carcerati ad instantiam Vincentij Syluestri socij merciariæ pro scutis 57. Tunc enim non gaudet hoc priuilegio, cum vigore dictæ obligationis renunciauerit omni iuris & legum auxilio. *Alex. cons. 133. num. 2. lib. 5. Giurb. decis. 42. nu. 9. Barat. decis. 20. num. 1. qui multos allegat, & ibi adden. qui etiã adducunt quamplures alios in contrarium tenentes. Castag. deduct. ne egeat. q. 13. fall. 6.*

14 Limita quinto, si dolo aè minus facere potest. Tunc non gaudet hoc beneficio, secus si culpa. *l. verum. § tempus. in fin. ff. pro socio Brun. de cess. bon. q. 33. post nu. 2. vers. limita tamen. Castag. deduct. ne egeat. q. 13. fall. 3.*

15 Limita sexto, in socio negante se socium, & perseuerante vsque ad litem cõtestatam. *glos. in § sed si quis. de act. & ibi Oinot. num. 4. Brun. de cess. bon. q. 24. num. 3. quos cum alijs adducit Castag. q. 13. fall. 2.*

16 Limita septimo in actione familiæ herciscundæ, cuius vigore frater vxoris dotem integram potest ab alio fratre petere, cum cautione tamen, vt in l. si filia. § si filiusfamilias. ff. fam. herciscundæ. Ratio est quia hoc casu fratres non habentur vt socij. *Argum. l. ex parte. § filius. ff. fam. herciscund.* vt dixi etiam supra cap. præced. *num. 20.* De socio ad donatorem conuertamus sermonem iuxta ordinem præscriptum.

17 Cum donatio sit largitio, quæ fit rei licitæ ex mera liberalitate, nullo iure cogẽte ex Hostiensi, me-
18 ritò donator, qui ante traditionem rei donatæ effectus est inops, In quantum facere potest, deducto ne egeat, tenetur *l. inter eos. § is quoque. ff. de re iud. & l. ne liberalitate. eodem tit. § sed & si quis eti parente. Instit. de action. l. Diuus. ff. de reg. iur. Doct. l. si quis argentum. § sed & si quis. vers. quantum. C. de donat. Ang. in l. maritus. ff. sol. matr. Rol. consil. 37. vol. 2. num. 2. vol. 2. & alij, quos citat, & sequitur Castag. deducto ne egeat. q. 12. num. 1. 4. & per tot.* Ratio est, ne liberalitate sua inops factus periclitetur. *d. l. ne liberalitate. ff. de re iud. Brun. de cess. bon. q. 27. 4. par. princ. num. 1. Franc. decis. 697. Amat. in dec. Marcb. dec. 16. nu. 20. Giurb. dec. 45. num. 11. vers. quod generale. Castag. cit. q. 12. num. 2.* Immo donanti pinguius succurritur, quam marito. *l. exheredatum. § fin. in fin. de re iud. Franc. dec. 697. Giurb. d. decis. 45. num. 10.*

19 Amplia primo, vt hoc priuilegium habeat locũ, etiamsi ex alia actione contingat donatorem conueniri; quæ tamen originem habuerit ex donatione: Puta actione *de constit. l qui id. ff. de donat. glos. in d. l. Diuus ff. de reg. iur. l. 1. vers. paruiq. ff. de priu. cred.*

20 Amplia secundo in donante retento sibi vsufructu. Cum enim ex sua liberalitate conueniatur, cum eo mitius agendum est. *Argum. l. ad res donatas. ff. de adil. edic.*

21 Amplia tertio, vt hoc priuilegium semel deductum transeat in hæredes donantis. *Franc. decis. 698. sequitur Paschal. d. cap. 9. nu. 43. 44. 45. vers. hoc autem beneficium. de iur. patr. potest.*

22 Amplia quarto, vt etiam dotans extraneus hoc priuilegio potiatur, non tanquam dotans. *Argum. l. Nesenius. vbi glos. de re iud. l. pen. ff de re iud.* Sed tanquam dotans. *l. si extraneus.* Ibi: *Ex liberalitate. de iur. dot. Giurb. d. dec. 45. num. 11. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 11. nu. 97. Castag. deducto ne egeat. q. 12. ampl. 2. num. 26. & 27.*

23 Limita I. conclusionem, vt non procedat in donante ob causam remuneratoriam. *Ang in l. sed hoc ita. ff. de re iud.* Illa enim donatio non est vera liberalitas. *l. 1. & ibi glos. ff. de donat.* Et consequenter nõ est vera donatio, sed potius permutatio quędam. *l. sed & si. § consuluit, verbo: Velut genus quoddam permutationis. ff. de pet. hæred. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 13. tit. 2. num. 9. & tit. 15. num. 39. Giurb. decis. 45. nu. 10 vers. verius tamen. Barb. de præstantia Cardinalium. num. 17. fol 49. Castag. deduct. ne egeat. q. 12. ampl. 1.* Vbi loquitur in donante, vt donatarius aliquid faciat pro eo, & dicit non competere hoc beneficium; quia est permutatio, vel contractus innominatus, do vt facias. *l. 1. & l. Aristo. ff. de donat. Ias. in § sed & si quis. post num 6. vers. si autem. & ibi Oinot. post num. 5. de act.* Atque hinc est, quod donatio remuneratoria sit irreuocabilis in illis casibus, in quibus aliæ donationes reuocari possunt: Ad quod facit notabile dictum Bartoli. *in l. iure gentium. § quinimmo num. 20. ff. de pact.* quod l. si quis argentum. C. de donat. non habeat locum in donatione remuneratoria.

24 Cæterum aduertendum est hanc limitationem non procedere, si donatio excederet causam, ob quam facta fuit. Nam in illo excessu haberet hoc beneficiũ *Bald. in l. illud. in 3. q. n. 4. C. de sacr. Eccl. eũ simil.* vt tradit *Alex. in d. l. si donatione. nu. 4. C. de collat.* Facit textus *in l. si sponsus. § circa venditionem.* Ibi: *Quatenus locupletior facta est. ff. de donat. inter virum, & vxorem. & in cap. relatum. § licet de testam.* Ibi: *Iuxta seruitij meritum.* Qui-
25 nimmo, vt donator gaudeat hoc beneficio, sufficit, si liberalitas sit ex parte donatoria, licet ex parte accipientis donatio sit ob causam; puta in eo, qui donat marito ob dotem alicuius mulieris. Donans enim ex mera liberalitate donat; sed donatarius accipit ob causam, scilicet dotis. *l. si donaturus. ff. de cond. caus. dat. Giurb. decis. 45. num. 10.*

26 *verſ. verius tamen.* Idem dicendum eſt de fratre dotante ſororem pauperem. *Iaſ. in l. ſunt qui. nu. 4. ff. de re iud.* Habet enim dictum beneficium, vt non conueniatur niſi in quantum facere poteſt. *Theſau. deciſ. 119. num. 2. & deciſ. 153. num. 5. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. num. 6. Giurb. dec. 45. num. 14.*

27 Limita II. concluſionem, vt non procedat, quãdo donator ſoluiſſet totum. *l. nam & maritus. ff. de cond. indeb.* facilius enim retentio permittitur, quam petitio. *l. 2. vbi Bald. in princ. & in 3. not. C. de fideic. l. per retentionem. C. de vſur. in cap. intelleximus. de iud. iuncto cap. cum inter. de except.*

28 Limita III. vt non procedat, quando res donata tradita fuit donatario, & poſtea aliquo caſu ad donantem peruenit. Tunc enim donator tenetur in ſolidum, quia tunc conuenitur actione reali, & perſonali. *l. Neſennius. §. fundum. ff. de re iud. Bart. in l. maritum. circa princ. ff. ſol. matrim.* Ratio eſt, quia donator iam eſt liberatus à cauſa donationis. *l. qui fundum. Et ibi Bart. ff. de contrahend. empt. Caſtag. deducto ne egeat. q. 12. fall. 13.* Qui *fall. 6.* dicit idem eſſe, ſi donator cõſtituit ſe donatarij no-

29 mine poſſidere. *Brun. de ceſſ. bon. q. 27. nu. 5 par. 4. princ.*

30 Limita IV. quando donans huic beneficio renũciauit, cui, tanquam ex contractu competenti, renunciari poſſe docet Barboſa *in d. l. alia. § eleganter. num. 35. ſol. matr. Baez. de debit. inop. cap. 16. n. 83. Brun. de ceſſ. bon. q. 27. 4 princ. quaſt. nu. 6. Et alij, quos refert Paſchal. de patr. pot. par. 2. cap. 9. num. 4. Caſtag. deducto ne egeat. q. 12. num. 9. & ſeq.* Vbi confutat contrariam opinionem tenentes, ac etiam nu. 27. & 31. Quod extenditur etiam ad fratrem dotantem ſororem pauperem. *Giurb. deciſ. 45. numer. 14. & ſeq.* Vbi dicit procedere etiam ſi ſe obligaſſet cum patre, & renunciaſſet. l. 2. ff. & C. quod cum eo.

31 Limita V. In donatione pro opere publico. *Lex pollicitatione. ff. de pollicit. Brun. de ceſſ. bon. q. 27. num. 4. par. 4. princ. Caſtag. q. 12. fall. 2.*

CAPVT VI.

De Clericis, Militibus, Aduocatis, Doctoribus non carcerandis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

2 *Clerici non poſſunt renunciare beneficio, vt non teneantur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

3 *Clericus non tenetur,* Niſi in quantum facere poteſt, *etiam pro expenſis.*

4 *Clericus etiam condemnatus per tres ſententias non tenetur,* Niſi in quantum facere poteſt: *alij tenent contrarium, conciliantur opiniones.*

5 *Clericus debitor ex delicto tenetur in ſolidum.*

6 *Clericus malè viuens tenetur in ſolidum.*

7 *Clericus non tenetur,* Niſi in quantum facere poteſt, *etiam in bonis communibus cum fratribus.*

8 *Clericus effectus poſt debitum ante capturam non tenetur,* Niſi in quantum facere poteſt.

9 *Clericus pro penſione, cui conſenſit, tenetur in ſolidum, & carceratur.*

10 *Clericus in forma Cameræ obligatus tenetur in ſolidum, & carceratur.*

11 *Clericus recurrens ad Papam obtinet commiſſionem ſuper admiſſione ad* Cap. Odoardus.

12 *Clericus tenetur in ſolidum in caſibus, in quibus non admittitur ad beneficium* cap. Odoardus. *remiſſiuè.*

13 *Clericus obligatus cum iuramento tenetur in ſolidum.*

14 *Clericus de fuga ſuſpectus capi poteſt etiam à creditore, ſi ſit in fuga.*

15 *Clericus ſuſpectus captus ab incompetenti Iudice remitti debet ad ſuum Iudicem.*

16 *Clericus habens modum ſoluendi, & recuſans, tenetur in ſolidum.*

17 *Clericus conuentus actione reali tenetur in ſolidũ.*

18 *Clericus mercator tenetur in ſolidum.*

19 *Milites pro debitis occaſione militiæ non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

20 *Milites equeſtres, pedeſtres, ac etiam datis exercitijs armorum non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

21 *Militum arma in cauſa iudicati capi non poſſunt.*

22 *Militū ſtipendia exempta ſunt ab executionibus.*

23 *Milites electi à non recognoſcente ſuperiorem non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt, *ſecus eſt in alijs.*

24 *Militibus non ſuffragantur priuilegia, niſi citati illa allegent, nec ſufficit allegare poſt ſententiam.*

25 *Milites nauales non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

26 *Milites ſtationis non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

27 *Milites ſtipendiarij cuſtodientes Principem non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

28 *Notarij militum non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

29 *Milites veterani, vel redditi inhabiles propter ſeruitia præſtita, non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

30 *Militum victualia ducentes non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

31 *Equites, ſeu Commendatarij ordinum Militiarum non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

32 *Miles renunciare non poteſt priuilegio, ne teneatur,* Niſi in quantum facere poteſt.

33 *Milites, ſi vacent mercaturæ, & negotijs priuatis, non gaudent priuilegijs militaribus, & pro debitis tenentur in ſolidum.*

34 *Milites, Gaudentes nuncupati, non habent priuilegia Militum.*

35 *Milites conducti pretio, & aliquando in bellis iniuſtis non gaudent priuilegijs militum.*

36 *Miles ignominia miſſus, vel proditor amittit priuilegia militum.*

37 *Miles heres inſtitutus nõ conficiens inuentarium tenetur in ſolidum.*

38 *Aduocati non tenentur,* Niſi in quantum facere poſſunt.

39 *Clientulus debitor ex cauſa patrocinij non tenetur,* Niſi in quantum facere poteſt.

40 *Aduocatis competunt priuilegia militum.*

41 *Do-*

41 *Doctoris Privilegium, vt non teneantur*, Nisi in quantum facere possunt, *competit Lectoribus, Aduocatis, & Iudicibus.*
42 *Doctores non possunt renunciare priuilegio, vt non teneantur*, Nisi in quantum facere possunt.
43 *Doctores etiam obligati in forma Cameræ non tenentur*, Nisi in quantum facere possunt. *Romæ seruatur contrarium; & in Regno Siciliæ.*
44 *Doctorum liberi non tenentur*, Nisi in quantum facere possunt.
45 *Doctorum socij non tenentur*, Nisi in quantum facere possunt.
46 *Medici non tenentur*, Nisi in quantum facere possunt.
47 *Officialis, qui per imperitiam iudicauit, condemnatus in syndicatu, non tenetur*, Nisi in quãtum facere potest, *siue filiusfam. siue emancipatus.*
48 *Delegatus, Compromissarius, Arbiter, Consiliarius non tenentur*, Nisi in quantum facere possunt.
49 *Iudicantes dolo tenentur in solidum.*
50 *Doctor absque iusta causa non exercens tenetur in solidum.*
51 *Doctor mercaturam exercens, seu vilia officia, etiam Procuratoris tenetur in solidum.*
52 *Doctor exercens officium Procuratoris, in curijs Principum non tenetur*, Nisi in quantum facere potest.

1 Clerici priuilegio vt non teneantur nisi in quantum facere possunt, fruuntur. *cap. Odoardus de solut. cap. peruenit. de fideiuss.* tanquam cælestis militiæ milites. *glos. in militet. verb. facere potest. vers. si item quid. Bar. num. 3. de re iud. Roman. cons. 369. num. 30. Gomes. de fideius. lib. 2. cap 13. nu. 18. vers. vnum tamen. Couar. resol. 1. nu. 9. lib. 2. Brun. de cess. bon. q. 3. princ. num. 10. & seq. Seraph. de priuil. iur. cap. 56. nu. 7. Menoch. de arb. cas. 183. num. 29. & 30. Giurb. dec. 42. nu. 21. Castag. deduct. ne egeat. q. 10. num. 1. & seqq. Rota, quæ de obseruãtia in Curia Romana testatur. dec. 645. nu. 2. par. 2. recent. Leoncil. de priu. paup. part. 2. priu. 53. num. 1.*

2 Clerici huiusmodi priuilegio tanquam in clericalis ordinis fauorem introducto (ne in sui ordinis opprobrium mendicare cogantur contra textum *cap. Diaconi sunt. vers. mendicat infelix. 93. dist. Concil. Trid. de Reform. sess. 21. cap. 2.*) nullo pacto, quouis iuramento roborato possunt renunciare. *Couar. resol. 1. nu. 4. vers. à quo ipse. lib. 2. Menoch. cons. 183. num. 18. Thes. dec. 36. M. Ant. Amat. Qui testatur de obseruãtia Rota Romana. lib. 1. resol. 41. num. 5. Giurb. dec. 41. num. 21. Castag. deduct. ne egeat. q. 10. num. 49. & seqq.*

3 Amplia I. vt procedat etiam respectu expensarum, in quibus condemnatus esset clericus. *Host. Gio. Andr. & Imol. in cap. reprehensibilis. Et ibi Abb. de appell. Castag. ded. ne egeat. q. 10. ampl. 1.* Immò etiã si fuisset condemnatus per tres sententias con-

4 formes. *Castag. q. 10. fall. 5.* Vbi adducit contrarium tenentes, & conciliat opiniones ab ipso pro vtraque parte adductas; vt qui non habuit iustam causam litigandi tanquam dolosus condemnatus per tres sententias conformes, non gaudeat hoc be-

5 neficio. Multò magis illud perdit, qui debitor est ex delicto. *cap. 1. & ibi Butr. de pos. Matthes. sing. 5. & alij relati per Castag. ded. ne egeat. q. 10. fall. 1.*

6 Hoc etiam beneficio priuatur clericus, qui ludendo, & luxuriando bona consumpsit. *Ferrett. cons. sil. 144. num. 13. per Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Genuen. in praxi Archiep. Neapolitan. cap. 13. n. 10. Castag. q. 10. fall. 7.*

7 Amplia II. vt procedat etiam in bonis communibus cum fratribus. *Spec. de Cler. cogn. vers. si clericus. c. similiter. 16. q. 1.* Sed non semper. Regulariter enim clericus nõ est priuilegiatus in bonis patrimonialibus. *glos. in cap. possessionem. 16. q. 4. & in cap. quamquam. verb. ipsorum. Et ibi Ancar. de cẽs. nu. 6. Castag. q. 10. ampl. 2. num. 10. & seq.* affirmat clericum tam pro bonis ecclesiasticis, quam pro patrimonialibus gaudere hoc priuilegio, & contrarium tenentibus respondet.

8 Amplia III. etiam si factus sit clericus post contractum debitum, antequam fuerit captus à creditore. *Beat. in tract. de inop. debit. cap. 17. num. 22. Doctores, & maxime Alex. in l. cum quadam puella. ff. de iurisd. omn. iud. & alij adducti à Castag. q. 10. ampl. 13.*

9 Limita I. in Clericis Titularibus, qui pensioni sub obligatione iurata consenserunt. Illi enim tenentur in solidum, & passim carcerantur. *Far. q. 27. numer. 70.* Ratio est, quia ipsi cum dimissione beneficij se liberare possũt. *Gomes. in cõp. signat. vers. est tamen verum. Couar. resol. 1. num. 9. circa fin. vers. illud etenim. lib. 2. Brun. q. 3. princ. num. 16. Grat. discept. 222. num. 50. & seq. Castag. ded. ne egeat. q. 10. fall. 2.*

10 Limita II. vt stantibus Constitutionibus Gregor. IV. *de facult. Auditoris Cameræ. §. 26. impress. post prax. Salust* & Paul. V. Constit. XXVIII. §. 25. & 27. hoc beneficium generaliter Clericis obligatis in forma Cameræ non suffragetur. *Castag. latè ded ne egeat. q. 10. fall 9. per tot.* Verum quidem est Summum Pontificem ex sua benignitate recurrentes Clericos admittere ad huiusmodi beneficiũ vigore *Cap. Odoardus. & Cap. Peruenit* secundum Theoricam Staphil. *de litt. grat. quam refert Couar. resol. 1. num. 9. vers. quoties. Marches. de commiss. admiss. ad cap. Odoardus. par. 3. num. 64. 71. & per tot. Bur. dec. 97. num. 2.*

12 Limita III. vt in omnibus casibus in quibus admittitur Clericus ad beneficium *Cap. Odoardus.* quos habes *infra §. 9. cap. 3. & seqq.* possit carceribus mancipari.

13 Limita IV. in Clerico obligato cum iuramento propter peccatum periurij, quod est peccatum graue. *cap. hoc videtur. 22. q. 5* quem carcerari posse, dixit Afflictus. *in Const. Reg. si quis clericus. in 6. notat Rub. de cler. conuen. Brun. q. 3. princ nu. 17.* Et Clericum periurum in totum exigi posse comprobat pluribus adductis Castag. *q. 10. lim. 4.* Ad probandum autem periurium sufficit probare tempus soluendi esse elapsum. *Fel. in cap. querelam. de iure iur. in princ.*

14 Limita V. in Clerico de fuga suspecto, qui poterit carcerari, ac etiam ab ipsomet creditore capi, si aufugiat cum bonis. *Abb. in cap. cum non ab homine. de iud. Brun. q. 3. Couar. resol. 1. Farin q. 27. numer. 20. latè Castag. deducto ne egeat. q. 10. nn. 37.*

15 *& seqq.* Debet autem quamprimũ suo iudici præsentari, & si caueat, relaxari: alias creditor esset

excommunicatus. *Bal. & Fel. in d.cap.cum non ab homine. ind.*

16 Limita VI. notabiliter secundum Abb. *cap 1. de depos.* in clerico habente modum soluendi, & soluere recusante. Hoc enim casu poterit carcerari, sicuti etiam quando creditor esset pauperior clerico. *Genu.in prax. Archiep. Neapolit.cap 3.num.14. Barb.in cap.Odoardus.num.2. de solut.* Castag.*deduct.ne egeat q.1. fall.4. q.10. fall.8.*

17 Limita VII. in casu, quo Clericus conueniatur actione reali. *Brun.de cess.bon.q. num.14. vsque ad num.20.Gen.in prax.Archiep.cap.3.nu.7.* Castag. *ded.ne egeat.q.10.fall.6.*

18 Limita VIII. in Clerico mercatore, qui beneficium perdit alijs Clericis concessum, *Ioãnes Franc. Leon.in praxi Archiep.cap.35.num.1.par.3.de prohib.& pœn.cap.Sacerdotibus.& ibi glos. fin. in fin. & Abb.num.1.ne cler.vel Monach.Castag.ded.ne egeat. q.10 fall.3.* A militibus cælestibus militiæ descendamus ad terrenæ milites.

19 Hi Milites gaudent beneficio deducto ne egeãt, pro debitis, quæ in militia, vel occasione militiæ contraxerunt. *l.miles. & ibi glos. Bar. Alex. Alber. Castr.& Ias. l.item miles.de re iud. Couar.resol.1. num.4. lib.2. Sol.in comment. ad constit. Sabaud. Tit.quomodo proced.in execut.caus.aut pers.glos.3. num.12. vers.item nec miles. Latè* Castag. *deduct. ne egeat.q.8.num.1.& seqq. Leonsil.de priu. paup. par.2. priu.256. num.1.* Siue sint equestres, siue

20 pedestres. *l. à Calligato vbi glos. & Bar.C.de nup.Rom.cons.45. Castag.deducto ne egeat.q.8. numer.15.* Vbi ait iura loquentia de militibus habere locum etiam in magnificis Dominis, qui dati sunt exercitijs armorum; allegat *l. fin. ff.de testam. mil. Sequitur Soccin. in l.Centurio. num.2. ff.de vulg.Dec.rub.de testam.mil.num.5.* Immò nec eo-

21 rum arma in causa iudicati capi possunt. *glos.in l.nepos.Proculo. Vbi Doctores de verb.signif. Cabal. resol.294. num.318. Castag. deduct. ne egeat,*

22 *q.8.num. 40.& 41.* Idem quoque dicendum est de eorum stipendijs. *Cabal. resol.314 per tex.in l.stipendia.C.de exec.rei iud. Aysil.de priuil.militum lib.3.cap.17.post num.2. Io.Bap.Ciarl. controuers. 112.num.30. Castag. ded. ne egeat. q.8. num.41. & seqq. & num.54.*

23 Declara I. hoc priuilegio gaudere milites electos à Principe etiam de facto non recognoscente superiorem. *Bald.in rub.de rer.diuis. Rom.cons.59.Carol.de Graß.de except.except.1.num.30.& 31. Bald. eleganter.in l.precibus. in vlt. col. de vulg.& pup. subst.Latè Castag.ded.ne egeat.q.8.ampl.3.* Secus est in militibus electis à recognoscẽte superiorem. *Alex.in l.centurio.num.26. ff.de vulg. & pup.subst. Dec.in rub.C.de mil.test.num.5.in fin. Castag.q.8. fall.6.*

24 Declara II. priuilegia militum in Vrbe non suffragari militibus, nisi citati illa allegent in iudicio, *Post Andream Iserniam, Afflict.super const. Reg. lib.2.rub.19.nu.234.& tit.de except.Hostie. Vinc. de Franc.dec.164.num.9. Graß.de except.except.3. num.23.* Et si opponantur post sententiam, ijs non obstantibus, executioni demandabitur. *Giurb.decis.118. num.16.Vinc.de Franch. decis.286.num.7.*

25 Amplia I. vt procedat etiam quoad Nauales milites in quibus militat eadem ratio. *l.1. ff. de bon. possid.ex testam. milit. l.in nomine Domini. C.de off. Praef. Prator Africa. Dec. in rub. C.de milit. test.post num.5.in fin. Castag.deduct.ne egeat.q.8. ampl.1.*

26 Amplia II. vt extendatur etiam ad milites Stationarios, in quibus pariter eadem militat ratio. *Gam.dec.306.Mauz.de caus.execut.lim.8.Fontan. de pact.nup.glos.3.nu.17. Castag.deducto ne egeat. q 8.num 12.17.47.& seqq.*

27 Amplia III. in militibus stipendiatis degentibus apud personam Principis, illumq. custodientibus. *Rom.cons 93.Castr in l scriniarios.C.de milit.test. & ibi Alex. post num.7.& alij quamplures, quos allegat Castag. deducto ne egeat q.8. ampl.2. per tot.*

28 Amplia IV. in Notarijs militum, qui se exercẽt in actu militiæ. *glos. in l. scriniarios. & ibi Castr. num.2.3.& 4. C.de test.mil. l.fin. & ibi Bar.in fin. ff.eod.* vel quando iurarunt se non vitaturos mortem Reipub causa. *Bald.in l. scriniarios num 2.in fine. Castag. q.8. ampl.4. vbi latè examinat hunc articulum.*

29 Amplia V. in milite Veterano, propter seruitia præstita membris mutilato, vel sene extra castra residente, & stipendiato. *Guidopap.dec.388.in add. lit.B. Castag.8.ampl.5.*

30 Amplia VI. in conducentibus victualia ad exercitum per textum. *l.semper. ff.de iure immun.l.1.C. de nauic.*

31 Amplia VII. in Equitibus, seu commendatarijs Ordinum militarium, quia sunt ad bellum parati. *Alex.in l.Cẽturio. ff.de vulg.n.23.Cerdan.in Opusculo inscripto Visita della Carcer.cap.11.§.4.nu.13. Castag.deduct.ne egeat.q.8. nu.18. & seqq. qui allegat Sforz. in tract. de subsid. part.5. 3. praemis. Bart.in l.2.C.de his qui nõ complet.ie stipend.lib.10. & alios quamplures:* Qui loquuntur maximè de Equitibus Hierosolymitanis.

32 Amplia VIII. vt procedat, etiamsi miles prærogatiuæ huiusmodi renunciauerit. Nam illi tanquam fauore publico introductæ renunciari non potest. *Alex.alia. §.eleganter. post num.16. ff.sol. matr. Gom. resol.11. num.54. tom.2. Brun.de cess. bon.q.11.4.quaest. princ. num.15. Leoncil.de priu. paup. par.2. priu.256. num.2. Castag. deduct. ne egeat. q.8. num. 51.* Qui postea *num.54.* adducit alios contrarium tenentes, & conciliat opiniones, dicens negatiuam esse communem, & sic intrare ampliationem, sed procedere quoad stipendia. *& num.65.& seqq.*

Quia vero huiusmodi priuilegia conceduntur respectu seruitij, quod ab ipsis Militibus præstatur ad defensionem Reipub. cessante huiusmodi causa, cessant etiam priuilegia. Et propterea multas patitur præfata conclusio limitationes, quarum nonnullas subijciemus.

33 Limita I. si vacent mercaturæ, & negocijs priuatorum, non autem armis. *l.eos qui. C.negot. ne mil. lib.2. Dec.in rubr.de milit.test. num.3. Alex.in l.Centurio. num.24. de vulg. & pup. & alij relati per Castag. deduct. ne egeat. q.8. fall.1.* Vel si sint vagantes per mundum, vel maneant domi. *glos.in l.milites.ff.de iud. §.hactenus.& ibi glos. vers. post missionem de milit.test. Castag. q.8. fall.3.* Vel non sint in expeditione belli, sed sint de genere militũ, qui sequuntur Curiam. *Albert.Brun.in tract. de dispos.*

dispos. dub. col. 4. quem allegat, & sequitur Castag.

34 *fall.* 5. Vel si sint milites Gaudentes, qui causa exitandorum munerum dederunt se militiæ. *Andr. Barb. in l. placet. in addit. ad Bald. post num. 5. in verb. militibus Gaudentibus. C. de sacros. Eccles. litt. B. Vbi idem tenet Bald. Ioannes And. in cap. 2. de for. com. Castag. q. 8. lim. 4.* Vel si sint milites conducti pretio, qui castra sequuntur propter pretium, & aliquando in bellis iniustis. Priuantur etiam propter ipsorum culpam. Vnde conclusio limitatur etiam vt infra.

36 Limita II. in Milite ignominia misso. *arg. l. testatorum. ff. de test. milit. glos. in l. miles ff. de re iud. & ibi Ias. nu. 9.* Vel delinquente. *l. miles de quæst.* Reatus enim omnem honorem excludit. *l. 1. C. vbi Senat. vel Clarist. Cerdan. in libello. Visita del carcel. cap. 11. §. 4. num. 2. Castag. ded. ne egeat. q. 8. fall. 2.* Multo magis in milite proditore. *l. proditores. ff. de re mil. Castag. fall. 9.* vti etiam in milite doloso, per iura supradicta. *Castag. q. 8. fall. 10.*

37 Vel demum si miles relictus hæres inuentarium non confecit. Tunc enim tenetur in solidum. *Angel. in l. scimus. §. nouissimum numer. 1. C. de iur. delib. & alij a Castag. adducti. q. 8. fall. 7.*

38 Aduocati causarum habent etiam istud priuilegium. *l. miles. & ibi glos. sing. in vers. fatere potest. ff. de re iud. Bar. Alex. & aly in l. si ut proponitis. C. de dignit. lib. 12. Brun. de cess. bon. q. 4. princ. numer. 2. & alij quos citat, & sequitur Castag. deduct.*

39 *ne egeat. q. 9. num. 1. & seqq.* Clienculus etiam debitor ex causa patrocinij contra Aduocatum, seu Procuratorem vtitur hoc beneficio. *Barz. de debit. inop. cap. 12. num. 13. & seqq. Paschal. de iur. patr. potest. cap. 4. nu. 42. par. 2.*

40 Amplia I. omnia priuilegia competentia militibus, de quibus supra, multo magis competere Aduocatis. *Dyn. & Salyc. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Farin. de indic. & tort. q. 41. num. 38. lib. 2. & alij relati per Castag. deduct. ne egeat. q. 9. num. 4. 14. & 16. Leoncil. de prin. par. 2. priu. 256. numer. 3.* Ipsique debetur maior honor quam militibus, præsertim in Vrbe, in qua tanti fiunt, vt plærumque vbi eorum finiuntur actiones, incipiant dignitates, & in ipso statu aduocatoriis, dicuntur viri honorati. *l. 1. C. de offic. diuers. iud. Castag. nu. 19.*

41 Amplia II. vt priuilegium concessum Doctoribus competat Legentibus, Aduocatis, Consulentibus, & Iudicantibus. *Honded. cons. 81. numer. 52. Amat. dec. 16. numer. 27. Brun. de cess. bon. q. 10. 4. quæst. princ. num. 7. & 10. Castag. deduct. ne egeat. q. 9. num. 55.*

42 Amplia III. vt nec huiusmodi priuilegio renunciare possint tanquam inducto fauore publico, vt doctoratus dignitas conseruetur. *Cyn. in l. nec honorem. C. de Episc. & cler. Far. q. 27. nu. 84. & q. 41. num. 42. Brun. de cess. bon. q. 11. num. 11. vers. idem priuilegium. Castag. deducto ne egeat. q. 9. num. 31.*

43 & 54. Quod seruatur etiam si sit obligatus in forma Cameræ. *Iacob. Bimus. de priuil. Iurist. priuil. 49. num. 4. Brun. de cess. bon. q. 10. numer. 5. Farin. q. 27. num. 80. Castag. q. 9. num. 34.* Vbi *numer. 37.* dicit Romæ contrarium seruari de facto in doctoribus obligatis in forma Cameræ ex Farin. q. 27. numer. 83. & eidem testatur seruari etiam in Regno Siciliæ.

44 Amplia IV. in Doctorum, seu Aduocatorum liberis. *Franc. Marc. decis. 639. Guidop. sing. 67. Castag. q. 9. ampl. 1.*

45 Extenditur etiam ad socium doctoris. *Bald. in proœm. Const. § illud vero. num. 16. & §. hac autem. num. 31. Castag. ampl. 2. q. 9.* Imo

46 etiam ad medicos. *l. medicos. C. de profess. & med. lib. 10. glos. communiter approbata in l. miles. & de re iud. Doctores omnes, dempto Alber. in d. l. miles.* Eorumque filios, & vxores. *d. l. medicos. & ibi glos. in vers. & filijs.*

47 Amplia V. in officiali, qui propter imperitiam iudicauit, & in syndicatu condemnatus est. Is enim non tenetur vltra, quam facere potest. *glos. in l. si filius familias. & ibi Alex. in add. ad Bart. §. iudex. tit. L. in fine. ff. de iud. Surd. de alim. q. 78. num. 19. Tit. 1. & alij quamplures quos citat, & sequitur Castag. deduct. ne egeat. q. 14. per tot.* Quod procedit siue iudex sit filius familias. *Dec. cons. 8. num. 10. Brun. de cess. bon. q. 19. num. 3. vers. fallit tamen. Castag. q. 14. ampl. 1.* Siue sit emancipatus. *Nicas. in §. 1. nu. 1. Instit. de oblig. quæ ex del. nasc. per tex. in l. 2. ff. quod cum eo Far. q. 111. num. 449. lib. 3. in prax. crim. Castag. q. 14. ampl. 5.* Procedit

48 etiam in iudice delegato, vel compromissario. *glos. in l. si iudex. ff. de var. & extraord. cog. Bart. in l. qui fortunæ. C. de pignor. act. Castag. ampl. 2.* Vti & arbitro, seu arbitratore. *l. 1. & ludem Pompeius. §. recepisse. ff. de recep. arb. Late Far. q. 111. numer. 345. vsque ad fin. & aly relati a Castag. ampl. 3.* Ac demum in Consultore, seu Consiliario. *Bart. in l. mandatum. & l. idque §. si cui mandauero. vers. si quis. ff. mandati, vel contra. Menoch. cas. 339. nu. 24. Castag. ampl. 4. q. 14.*

49 Cæterum hæc quinta ampliatio locum non habet, si dolo iudicaret. Tunc enim teneretur in solidum. *l. si filius familias. §. dolo autem malo. C. de pœn. Iud. qui male iud. et ibi Auth. nouo iure. Bart. in l. mandatum. ff. mand. et alij plures, quos citat, et sequitur Castag. ded. ne egeat. q. 14. num. 16. et seq. fall. 1.*

50 Neque etiam locum habet in Doctore nō exercente officium doctoris. *Brun. q. 10. p. 4. princ. numer. 10. et 21. de cess. bon. Rom. sing. 814. Castag. q. 9. lim. 2.* Nisi tamen ex aliqua iusta causa ab officio destitisset. *Guidop. dec. 388. in addit. litt. B.* Ratio est quia immunitas non cum dignitate, sed cum persona extinguitur. *l. maximarum. in fine. et ibi glos. in vers. possidere. C. de excus. mun. lib. 10. Castag. q. 8. ampl. 5. num. 5.*

51 Similiter locum non habet in Doctore exercente mercaturam. *Brun. cit. q. 10. nu. 7. Guidop. decis. 196.* multo minus in exercente vilia officia. *Castag. q. 9. fall. 4.* etiam officium Procuratoris per Curias hinc inde discurren-

52 do. *Guidop. dec. 388. num. 10.* nisi exerceat huiusmodi officium in Curijs Principum. *Honded. cons. 81. num. 6. Canal. dec. 51. par. 1. Castag. q. 9. fall. 5.* Qui *fall. 5.* dicit nec habere hoc priuilegium doctorem, qui recipit gradum Doctoratus per Bullam, & Rescriptum Principis. *ex Guidop. cit. dec. 388. num. 11. et 16. in addit. litt. G. in fine. Hond. cit. cons. 81. num. 58.*

CAPVT

CAPVT VII.

De cæteris non carcerandis ordine alphabetico adnotatis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *administrator, seu curator adultæ pro dote promissa gaudet, & nu.4.*
2 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *gaudet qui bonis cessit.*
3 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *gaudet bonis priuatus casu fortuito.*
4 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *habent ciues Barcinonenses, Messanenses, & Panormitani.*
5 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *gaudet Curator, seu administrator adultæ pro dote promissa.*
6 *Priuilegio*, In quantum facere potest, *gaudet defensor personæ habentis huiusmodi priuilegium, remissiue.*
7 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *habet Dominus contra Vassallum.*
8 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *habet Ecclesia, seu hospitalis, debitor, nisi Ecclesia sit æquè pauper.*
9 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *habet libertus contra patronum.*
10 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *haberi potest ex pacto.*
11 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *habent patroni contra libertos.*
12 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *habet patronus conuentus nomine alterius.*
13 *Patrono reuerentia debita non intelligitur remissa spontanea remissione Iurispatronatus.*
14 *Patrono pauperi alimenta debentur.*
15 *Patronus ob indignitatem amittit priuilegium*, In quantum facere potest.
16 *Priuilegium*, In quantum facere potest, *competit pauperi in foro conscientiæ.*
17 *Vassallo competit priuilegium*, In quantum facere potest.
18 *Vsurarius in foro conscientiæ non potest vti priuilegio*, In quantum facere potest, *si sit ex personis quibus id competat.*
19 *Carcerari qui non possint, licet in solidum teneantur, remissiuè.*

1 ADministrator, siuè Curator adultæ pro ea dotem promittens gaudet hoc beneficio. *Bart. in l. eum post mortem. §. quadam cum esset. num. 2. de adm. tut. & alij plures adducti a Castag. deductio ne egeat. q. 2. ampl. 1. per tot.*

2 Bonis cedentes non tenentur. *Nisi in quantum facere possunt*, respectu bonorum post cessionem quæsitorum, prout dicturi sumus *infra. §. 9.*

3 Idem est, de ijs qui Bonis casu fortuito, vt belli, naufragij &c. priuati sunt. Non enim isti debent esse deterioris conditionis quam prædicti, qui voluntariè, & multoties propria culpa inciderunt in paupertatem. *§. fin. Instit. de act. & ibi Faber. & Ias. num. 7. Gam. dec. 85. num. 2. Brun. de cess. bon. q. 14. 4. q. princ Beat. de inop. deb. cap. 4. Pasch. de iur. patr. potest. par. 2. cap. 9. num. 50. 90. & seqq. Castag. ded. ne egeat. q. 12. ampl. 1.*

4 Ciues Barcinonenses, cuiuscunque conditionis sint in illo Regno, habent hoc priuilegium, quando constat non habere vndè alimenta sibi procurent absque detrimento honoris, seu status sui. *Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 11. numer. 4. & 104. lib. 2. fol. 743. quem adducit Castag. deduct. ne egeat. q. 12. ampl. 2. nu. 3.*

Ciues Messanenses, qui per quadraginta quinque dies manserunt carcerati, si sint pauperes, relaxantur cum iuratoria cautione; & de postea quæsitis non tenentur, nisi Deducto ne egeant. *In statut. tit. qualiter credit. sunt ad solutn. cogen. cap. 40. vers. debitor. Castag. deduct. ne egeat. q. 12. num. 42.*

Ciues Panormitani habent idem priuilegium. Nam postquam per annum fuerunt in carceribus, liberantur, & de postea quæsitis non tenentur nisi ad instar eorũ, qui bonis cesserunt. *Castag. deduct. ne egeat. q. 12. num. 40.*

5 Curator adultæ pro ea dotem promittens, vt dixi supra. *in verbo Administrator.*

6 Defensores personarum habentium hoc priuilegium non possunt conueniri vltra quam facere possunt. *l. alia. & l. maritum ff. sol. matr.* Rationem ibi ponit textus; quia videlicet defensor non potest plus grauari, quam dominus præterquam in fideiussore. Si ergo dominus habeat hoc priuilegium, & defensor. *l. verum. & ibi glos. in ver. conuenitur Bart. & Ang. ff. pro Soc. Castag. deduct. ne egeat. q. 4. qui late examinat articulum.*

7 Dominus a Vassallo conuentus non tenetur, Nisi in quantum facere potest. *Marian. Ferescia de subfeud. Baron. & inuest. feud. nu. 1. lib. 1. fol. 22. Ioannes Monach. in cap. in generali. num. 2. de reg. iur. in 6. Ioannes Faber. in. §. sunt præterea. vers. sed, & si quis, & ibi Aret. de act. Castag. ded. ne egeat. q. 5. ampl. 3. per tot.*

8 Ecclesiæ debitor, vel Hospitalis non potest conueniri, Nisi in quantum facere potest. *glos. sing. in c. quicunque 16. q. 7. Facit cap. quamquod 16. q. 1. & c. non satis. 86. dist. Surd. de alim. q. 78. num. 23. Gam. decis. 85. Paschal. de iure patr. pot. cap. 9. nu 52. par. 2. Castag. deduct. ne egeat. q. 9. num. 15. Nouar. de priuil. miserab. pers. priuil. 90. num. 6. & 8. Franc. dec. 536. num. 29. vers. quod cum Ecclesia.* Nisi tamen Prælatus Ecclesiæ sit æquè pauper. Tunc enim exigere potest in totum. *Dec. in cap. Episcopus. num. 2. de præb. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 84. num. 4. Paschal. par. 2. cap. 9. nu. 51. vers. quam aliquibus. Nouissimè Leoncil. de priu. paup. par. 2. priu. 100. nu. 1. & 3.*

9 Libertus contra patronum habet hoc beneficium. *glos. § sed, & si quis. & ibi Ioannes Ottot. numer. 3. in fin. Vbi etiam Ias. num. 4. de act. Surd. de alim. par. 1. q. 78. num. 7. Castag. deducto ne egeat. q. 6. ampl. 3.*

10 Pacto conuenientes nolle teneri in solidum habent pariter hoc beneficium. *Surd. de alim. q. 78. num. 16. l. si quis crediderit. & ibi Bald. ff. de pact.*

Castag. deduct. ne egeat. in proœm. 1. part. numer.56.

11 Patroni, & patronæ habent erga libertos istud beneficium. *Surd q 73.nu.7.de alim. Amat.dec.16. num.19.Dyn.de reg.iur.reg.7.post num. 2.* vti eorum filij. *l.patronus.ff.de re iud.l. 2. Et ibi glos. in vers posset C.quod cum eo.Castag.deduct. ne egeat. quæst 4.ampl.1.*

12 Hoc adeo verum est, vt habeat locum etiamsi conuenti fuerint tutorio nomine alterius, eo quod etiam hoc casu patrono reuerentia debeatur. *l.sed si hac lege.§ semper autẽ.ff.de in ius voc.l.1. §. quæ oneranda. ff. quarum rer. actio non detur. Castag. ded.ne egeat.quæst.5.ampl.1. num.4.* Immo nec ex

13 spontanea renunciatione, seu remissione Iurispatronatus intelligitur remissum ius reuerentiale. *l.fin.post med.vers.reuerentia tamen.C.de bon.qua lib.* Et propterea remanere debet hoc beneficium, quod ratione reuerentiæ datur. *l. alia. §. 1. ff sol.*

14 *matr.* Qua etiam ratione patrono pauperi alimenta debentur. *c.quicumq.16.q.7.Lotter. de re benef.*

15 *lib.2.q.4.et 5.* Nisi patronus vel patrona ob aliquã causam beneficium hoc, de quo agimus, amittant, quod multis modis amittitur. *l. fin. in fin. & ibi glos.ac Doctores.ff.de bon.qua lib.* tunc enim in solidum conueniri poterunt. *glos. 1. in l. patronus. ff.de re iud.Castag.ded.ne egeat.q.51.fall.1.*

16 Pauperi in foro conscientiæ competit hoc beneficium In foro enim conscientiæ nõ tenetur, Nisi in quantum facere potest *glos.& Abb.Sicul.in cap. cum tu.de vsur.Bald.in l.continuus.§. illud nu. 3. ff.de verb.oblig.Castag. ded. ne egeat. quæst. 12. ampl.2.*

17 Vassallus conuentus à domino nõ tenetur, Nisi in quantum facere potest. *Surd.de alim. q.31.n.6. & 7.* Non enim iudicantur ad imparia Vassallus, & Dominus. *cap.1.in fin.de pact.iur.firm.* Eadem ratione Baro debitor suo subfeudatario, non tenetur vltra quam facere potest. *Castag.ded. ne egeat. q.5.amp.3.nu.19.& 20.*

18 Vsurarius, si sit ex personis, quæ gaudent hoc beneficio; illo vti poterit in foro contentioso; secus in foro pœnitentiali. *cap.2. de pignor. Abb. in cap. causa tua.num.10.& ibi Goffred.ac Ioannes Andr. de vsur.Castag.q.31.ampl.3.nu.15.*

10 Hic omittimus tractare de personis, quæ licet teneantur in solidum, non tamen possunt ex aliquo personali priuilegio carcerari, quia de illis tractaturi sumus suo loco. *infra.§.10.de nullitate capturæ respectu personæ. cap.4.per totum.*

§. VIII.

RELAXATIO CAPTI VTI DE FVGA SVSPECTI.

CAPVT I.

Quid sit mandatum suspicionis fugæ; De varijs dispositionibus circa illud, & de causis varietatis.

SVMMARIVM.

1 *Suspicionis fugæ mandati denominationes.*
2 *Suspicionis fugæ mandatum sequestratio personæ dicitur.*
3 *Suspicionis fugæ mandatum conceditur in vim mixti imperij.*
4 *Suspicionis fugæ mandati definitio.*
5 *Debitor contumax in soluendo, seu faciendo quod debet, potest iurari suspectus remissiue.*
6 *Suspicionis fugæ mandatum datur pro assecuratione creditoris.*
7 *Suspicionis fugæ mandatum datur ad effectum cauendi, non tamen illi repugnat solutio.*
8 *Suspicionis fugæ praiudicio ius permittit Iudices occurrere, ac etiam ipsimet creditori remissiue.*
9 *Manus iniectio per capturam fit, & fuit nota etiam tempore. LL. XII. Tab.*
10 *Mandatum suspicionis fugæ respicit tria tempora antequam creditor compareat coram Iudice; tempus quo comparet; tertio captura.*
11 *Iuramentum suspicionis præstandum a principali, seu ab habente mandatum speciale.*
12 *Suspicio Auditoris Cameræ arbitrio committitur absque probatione partis propter amplitudinem Tribunalis.*
13 *Suspicionis mandatum etiam post litem contestatam concedit Gubernator Vrbis.*
14 *Suspicionis fugæ mandatum in Capitolij Curia secundum statutum particulare relaxatur.*
15 *Suspicionis fugæ mandatum a Curijs particularibus Vrbis relaxatur fere vt in Curia Capitolina.*
16 *Disposita in Constitutionibus Pontificum, recipiunt interpretationem passiuam a iure.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

RElaxentur debitores capti vt suspecti de fuga, data cautione de se repræsentando sub pæna debiti.

OPportune post debitores, qui à nemine capi possunt se offerunt qui ab omnibus ferè capi valent. Isti sunt debitores suspecti de fuga. Fuga frequens istorum cogit nos ad hanc materiam, tanquam inVisita frequentissimam non strictim, sed suse examinandam. Vt ordinatè procedamus, à definitione, seu descriptione ordiamur præmissa prius illius denominatione; & Iurisdictione, qua mandatum præfatum conceditur.

1 Mandatum suspicionis fugæ alij licentiam, seu veniam; alij Arrestum vocant. *Pecbius. de iure sistn.cap.* 44. Alij sequestrum, seu sequestrationem appellant; quia huic æquiparatur. *Alex. cons.* 19. *num.* 1. & 2. *lib.* 3. *Decius cons.* 75. *num.* 1. *vers. sexto. Paris.cons.* 99. *num:* 32. & 33. *lib.* 3. *Buratt.* 2 *dec* 105. *num.* 8. Mandatum enim suspicionis fugæ, sequestratio personæ dicitur. *Caccialup. de debitor. & suspect. & fugit. q.* 15. *num.* 3. Atque hinc est, quod in Const. LXXI. Paul. V. tit. de A.C. habeatur: *In concedendis mandatis suspicionis fugæ seruetur idem, quod seruari debet in concedendis sequestris.* Quod tamen intelligendum est, vt expla-3 nabimus infra *cap. seq. Ampliat. vltima*. Hoc mandatum suspicionis fugæ quatenus in iussu alicuius Magistratus consistit, conceditur in vim mixti imperij Iudicis. Eius enim iussu expeditur. Nam inter varios modos, quibus Iudex iubere dicitur, numeratur etiam hoc mandatum, quod nihil aliud importat, quam vt quia caueat de stando iuri, seu de iudicio sisti. *l.* 1. *& tot. tit. ff. si quis cautionib. de Iudic. sisten. caus. fact.* Boscerus *tract. de Iurisdict. cap.* 4. *de mixto imperio. num.* 15. Et Ita de illo possumus definitionem, seu descriptionem penes po-4 tius effectus, quam eius naturam, concipere: *Mandatum suspicionis fugæ est debitoris pro iuris creditoris assecuratione iure permittente facta prehensio.* Re vera enim mandatum indicat licentiam, seu iussionem prehendendi debitoris personam non ipsam prehensionem, quæ in actu capturæ facienda est. Veteres enim differentiam ponebant in verbo *mandatu*, &, *mandato:* in illo mandatum priuati hominis, in hoc mandatum publici magistratus denotabant. *l. qui concubinam ff. de leg.* 3. *Scardius in lexic. iur. Ver. mandatu meo.*

Cæterum iuxta propositum nostrum præfatam amplectimur descriptionem. Alias enim mandatum suspicionis nihil operaretur, nisi cum illo fieret prehensio personæ, de qua non hic particulatiter agimus.

In descriptione mandati suspicionis fugæ, dixi; *Debitoris*; cuius appellatione veniunt Debitores, 5 de quibus infra *cap. seq.* Sciat itaque omnis debitor sub hac censura se reperiri, dum est contumax in soluendo, seu faciendo, quod debet, & de illius fuga potest esse suspicio. *l. consentaneum: & ibi DD. C. quomod. & quand. Iudex.* Et dicturi sumus infra. *cap. seq.*

Dixi, *Pro Iuris Creditoris assecuratione*; non enim

6 enim ad alium finem primò & principaliter, quam ad occurrendum indemnitati Creditoris huiusmodi mandata relaxantur. *Rot. post. Zaeh de oblig. Camer. dec.* 118. *num.* 10. non autem ad effectum solvendi, vt dicit Berò *cons.* 10 *lib.* 3. Quæ assecuratio dupliciter fieri potest; vel cautione, vel solu-
7 tione: Et licet principaliter mandata huiusmodi concedantur ad eff. ctum canendi, vt dixi, nihilominus non repugnat eorum naturæ solutio; sicut nec naturæ sequestri, quod non semper remouetur cautione, sed aliquando solutione. *Ricc. collect. decis par. 2. collect.* 328. *in fin. Rot. in d. decis.* 118. *num.* 1. Mandata enim huiusmodi adinuenta sunt pro faciliori executione. *d. decis.* 118. *num.* 2. *& 6. Ianuen pratensa excarcerationis. num.* 10. *in Append.* §. 4. *cap.* 3.

8 Dixi (*Iure permittente*) Iudici enim Ius permittit occurrere præiudicijs ciuium inbendo, vt in casu suspicionis suspectus caueat, *l.* 1. *& tot. tit. ff. si quis caution.* & inf. dicturi sumus. *cap.* 5. Possunt addi etiam verba (*Vel legis indulgentia*) vt comprehendatur casus, quo permittitur eidem creditori propria auctoritate capere suum debitorem, quatenus illum in fuga reperiat, vt infra dicturi sumus. *cap.* 3.

9 Dixi, *Factam prehensionem*; Quæ fit quotiescunque manus inijcitur prehendendo aliquem. *Badaus l. ult. ff. de senat.* Quæ manus Iniectio per capturam personæ fit. *l.* 3. *ff. ad l. Aquil.* Atque hoc etiam de iure LL. XII. Tabul. erat cognitum, in quibus ita legitur, *Confessis, rebusque iure iudicatis triginta dies sunto; post deinde manus iniectio esto. Vulp. in l. sed si hac* §. 1. *ff. de in ius voc. l. pen ff. de fer. exportan.* Atque impedimentum, quo personæ interdicitur è loco, aut statu, in quo inuenta est, ne excedat, nisi rebus cum eo compositis, qui de illo apud Iudicem conquestus est. *Pyrrhus ad consuetud. Arel. Rubr. de execut. Instrum. cap.* 12. *Lap. in sua methodo cap. de execut. rei iud.*

His ita constitutis præmittendum quoque est vltra prædicta Constitutionia LXVIII. Pij V. & LXXI. Paul. V. in plurbus alijs locis in eadem Const. LXXI. Paul. V. sub distinctis Titulis, necnon Statutis Vrbis de mandatis suspicionis fugæ diuersimodè fieri mentionem. Indagemus itaque, cur hoc factum sit, cum in vno Capitulo de illis mentio fieri potuerint.

10 Mandata suspicionis fugæ tria tempora respiciunt; primum antequam creditor compareat coram Iudice; alterum quando coram eo comparet; tertium quando sequuta est captura debitoris suspecti. De primo tempore disponere videtur dicta Constitutio LXXI. §. *idem. in Tit. de A. C. & §. mãdata suspitionis. il 2. in tit. de iud. in cauf. Ciuil.* sicut etiam statutum Vrbis. *cap.* 98. *lib.* 1. De secundo eadem Constitutio. §. *suspectus. In tit. de Gub. Vrbis.* Tertium verò habemus expressum. §. *oct aua relaxentur in tit. de facult. Visit. eiusdem Constit.* Quæ vt facilius dignosci possint posuimus. *in Append.* §. 3. *cap.* 39. Statutum Vrbis disponens de suspicione fugæ: Et *cap.* 40. posuimus verba per extensum Constit. LXXI. Paul. V. ad cognoscendas causas diuersitatis, & vt clarior notitia haberi possit dictorum, & dicendorum.

Rursus quia Iuramentum super suspicione præstandum est; de hoc Constic. Paul. V. *tit. de Notarijs* §. *iuramenta.* disponit, quod iuramenta non recipiantur, nisi à principalibusmet, vel eorum Procuratoribus mandatum sufficiens habentibus.

Succedit secundo loco indagatio causarum varietatis. Diuersimodè enim tribuitur facultas concedendi huiusmodi mandata. Quod disponitur. *tit. A. C. in* §. *idemque in sequentibus. d. Const.* 71. concernit forenses, propriè illius subiectos iurisdictioni; & propterea non est mirum, si dicatur, quod ad relaxandum mandatum suspicionis fugæ in Tribunali A. C. sufficiat solum iuramentum partis, absque alia probatione super suspicio-
12 ne. Atque hoc propter amplitudinem, quam habet dictum Tribunal, propter quam illi conceditur vti arbitrio, & aliquid de iuris rigore remittere contra forenses, vti faciles ad fugam capiendam. *Rot. in Ianuen. Pratensa excarcerationis. vers. quantum attinet.* 19. *Decembris* 1630. *coram Gorerno.* in Append. §. 4. *cap.* 3.

13 Diuersa sunt, quæ disponuntur in tit. de Gubernatore in eadem Constit. LXXI. quia illius Tribunal principaliter circa causas mercedum versatur; quibus, vti priuilegiatis, concedenda est relaxatio mandati suspicionis fugæ, etiam post litem contestatam; quod alias de iure regulariter relaxari minimè potest, vt infrà dicturi sumus: Capitolij
14 verò Curia, cui subiecti sunt Ciues, & Incolæ, horum respectu aliquid particulare habet in Statuto, de quo in Append. §. 3. *cap* 39. Pro alijs
15 verò Curijs Vrbis positus fuit §. sub tit. de Iudicibus ciuilibus concordans ferè in omnibus cum Statuto Vrbis præfato.

16 Non omittimus subiungere, quod prædicta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi. *Dec. cons.* 75. *sub nu.* 1. *circa fin. vers. & hoc etiam procedit. Castal. sup. de debit. susp. q.* 6. *post medium vers. adde prædictis.*

Hæc Generaliter præmissa sufficiant particularia sequentibus capitibus explanabimus.

CAPVT II.

De debitoribus qui allegari possunt suspecti, & de ijs qui non possunt allegari.

SVMMARIVM.

1 *Suspectus captus tempore, & loco priuilegiato non potest arrestari.*
2 *Suspectus indebitè captus relaxandus.*
3 *Suspecto indebitè iurato datur Actio iniuriarum.*
4 *Suspecto iurato indebitè impensa reficienda.*
5 *Suspectus allegari non potest, si causa suspicionis inerat ante contractum.*

6 Per-

6 Persona approbata non potest reprobari, nisi noua causa superueniente.

7 Suspectus potest allegari ex causa existente tempore contractus ignota creditori.

8 Suspectus potest allegari ex causa existente ante contractum, si proueniat à delicto.

9 Suspectus debitor possidens bona difficilis exactionis iurari potest.

10 Suspectus iurari potest habens bona infructuosa, vel voluptuaria, vel possessa ab alijs creditoribus vigore Saluiani.

11 Suspectus possidens citatus, & contumax potest iurari.

12 Vsufructuarius potest iurari suspectus. num. 19.

13 Vsufructuarius non dicitur propriè possessor. num. 20.

14 Vsusfructus censetur pars dominij.

15 A suspicione fugæ non eximit nuda possessio.

16 A suspicione fugæ liberat possessio cum aliquo dominio.

17 Vsusfructuarius habet solum ius in re.

18 Vsusfructus personæ cohæret, nec transit in hæredem.

19 Fugæ suspicio non cessat in habere vsumfructum.

20 Vsufructuarius non dicitur possidere.

21 Suspectus ex Statuto Vrbis iurari potest non habens immobilia.

22 Habere, verbum denotat dominium.

23 Suspectus nõ iuratur habens nihil pinguem vsumfructum.

24 Suspectus iuratur pensionarius.

25 Pensio vsufructui æquiparatur.

26 Pensio ius spirituale, quod non potest sine Papa transferri in alium.

27 Suspectus iurari potest debitor ad factum, & affertur exemplum de administratore.

28 Suspectus iurari potest debitor ad factum, etiam si summa sit non liquida.

29 Suspectus iurari potest debitor in diem durante termino.

30 Suspectus vt possit allegari debitor in diem, requiritur deterioratio ex Statuto Vrbis.

31 Suspectus vt possit allegari debitor in diem requiritur de iure deterioratio; quæ tollitur, si debitor bona acquisiuit post contractum.

32 Suspectus allegari potest debitor sub conditione.

33 Suspectus vt possit allegari debitor sub conditione, requiritur deterioratio.

34 Deteriorasse conditionem, quis dicatur.

35 Suspectus iurari potest debitor lite pendente absque vitio attentatorum, superueniente tamen suspicione.

36 Mandatum suspicionis fugæ fuit adinuentum pro faciliori executione.

37 Suspectus allegari potest debitor etiam post appellationem, superueniente causa.

38 Suspicionis mandatum relaxandum est à Iudice, qui relaxauit mandatum ser. ser.

39 Suspectus iurari potest, qui promisit soluere, quod alter arbitrabitur.

40 Suspectus allegari poterit, qui promisit, quod alter arbitrabitur, qui sit arbiter de iure, & de facto.

41 Suspectus iurari potest, qui promisit soluere, quod quis arbitrabitur, si summa petita non sit parua.

42 Suspectus iurari potest forensis etiam in loco destinata solutionis.

43 Suspectus iurari potest positus in banno.

44 Suspectus capi potest, etiam qui capi non potest.

45 Mandato suspicionis fugæ assimilatur Arrestum.

46 Mandatum suspicionis fugæ, in quo differat ab Arresto.

47 Mandatum suspicionis fugæ comprehenditur sub Arresto tanquam sub genere.

48 Adoptio comprehendit arrogationem tanquam genus.

49 Iurisdictio, vt genus, comprehendit imperium.

50 Mandatum suspicionis fugæ consummatur per manus iniectionem, arrestum in specie non.

51 Mandatum suspicionis conceditur ob timorem fugæ; Arrestum absque timore ad cautelam.

52 Mandatum suspicionis fugæ supponit fraudẽ; Arrestum non item.

53 Suspicio fugæ vel simplex, vel ob præparationem, vel ob actum fugæ.

54 Suspecti iurari possunt debitores, etiam si sint priuilegiati; si se præparent ad fugam; vel fugiant.

55 Suspecti capi possunt Scholares, eorum parentes venientes ad inuisendum ipsos, ministri ipsorum; milites si fugiant, vel se præparent ad fugam.

56 Fugiens debitor fraudem committit erga creditorem.

57 Suspectus allegari non potest; qui non potest carcerari.

58 Suspectus allegari potest priuilegiatus, si cessauit causa priuilegij, vt socius.

59 Suspectus allegari non potest, qui possidet.

60 Suspectus allegari non potest, qui possidet, etiam si non constet possidere æquiualentia bona.

61 Suspectus citatus ex vi Statuti Vrbis tenetur docere possidere bona æquiualentia.

62 Suspectus iurari non potest possidens mobilia magni valoris.

63 Suspectus iurari non potest, si concurrat inuerisimilitudo fugæ.

64 Suspectus iurari non potest habens diuersa credita exigibilia.

65 Suspectus iurari non potest habens correos, seu fideiussores.

66 Suspicionis mandatum est remedium subsidiarium ad reddendum securum creditorem.

67 Suspectus non potest iurari etiam iurato fideiussore, si Notarius illum recepit Risico suo.

68 Suspectus habens inhibitionem aduersus mandata suspicionis fugæ iurari non potest.

69 Suspecto inhibitiones speciales non sunt concedenda, nisi data cautione in actis concedentis.

70 Suspecto non deseruiunt generales inhibitiones.

71 Clericus non potest allegari suspectus.

72 Clericus renunciare non potest beneficio Cap. Odoardus.

73 Clerico cuicumque, etiam non existenti in actu Ecclesiastico, competit beneficium Cap. Odoardus. quicquid dicant alij in contrarium.

74 Clericus ad cauendum astringi non potest.

75 Clericus non subiacet suspicioni fugæ propter præsumptam vitæ probitatem.

76 Clericus, etiam obligatus in forma Cameræ, non potest iurari suspectus.

77 Clericus in actu fugæ potest capi.

78 Cle-

78 *Clericus debitor ex delicto iuratur suspectus, & amittit beneficium.* Cap. Odoardus.
76 *Carceratus non potest allegari suspectus de fuga.*
80 *Mora periculum facit multa licita, aliàs illicita.*
81 *Arrestari non potest carceratus nisi praecedente mandato ser. ser. relaxato, tam de iure, quam ex stylo Visita.*
82 *Carcerato non potest adhaerere arrestum suspicionis fugae, quod est de ducendo ad praesentiam.*
83 *Mora periculum facit, ut iura transgredi possint, quando est magnum, vel tendens in damnum Principis, & certum.*
84 *Suspectus capi non potest intra horam ab excarceratione relaxatus pro causa criminali, seu ciuili si sit nulliter captus.*
85 *Suspectum non potest iurare cessionarius non intimata cessione, nisi de ea constet notoriè.*
86 *Suspectum iurare non potest haeres, nisi Legitimata persona.*
87 *Maritus releuatur ab onere satisdãdi propter possessionem fundi dotalis, & non potest iurari suspectus.*
88 *Suspectus non potest iurari quis pro debito, pro quo non potest relaxari mandatum* ser. ser.
89 *Libri Mercatorum non sufficiunt ad probandum creditum.*
90 *Suspectus non potest iurari debitor, contra quem fuisset mãdatum suspicionis relaxatum per multos annos ante.*
91 *Suspectus non potest iurari debitor ab aliquo ad instantiam creditoris.*
92 *Suspectus iurari nõ potest debitor pro parua summa.*
93 *Suspectus iurari non potest* Nobilis *pro sola suspicione.*
94 *Suspectum non potest iurare creditor, qui per multum tempus sciuit causam suspicionis, & tacuit.*
95 *Suspectus non potest iurari forensis, si discedat à loco contractus.*
96 *Suspectus potest iurari forensis asportans secum bona creditoris.*
97 *Suspectus iurari non potest forensis, si fuit habita fides de credito.*

SVspicionem fugae sequitur captura debitoris suspecti pro assecuratione illius. De personis, quae allegari possunt suspectae, primo loco tractandum. Conclusio sit: Omnes debitores, de quorum fuga suspicio est, allegari possunt suspecti.

1 Declara primo, vt si quis fuerit iuratus suspectus, & ad docendum de credito fuerit productum mandatum ser. ser. alias contra eumdem debitorem relaxatum, vt plerumque fit in curia *Rot. coram Albergato. in Append. §. 4. cap. 23.* tunc si eiusdem mandati ser. ser. vigore fuerit arrestatus idem debitor, arrestum sit validum; si captura cum mandato suspicionis fugae fuerit facta tempore, & loco, quo dictum mandatum ser. ser. exequi potuerit, vt supra diximus. *§. 1. cap. 1. nu. 23.*

2 Declara II. vt si iuretur suspectus debitor possidens; vel quilibet alius personaliter immunis à captura; vel alias ex aliquo capite, nulla sit captura, statim relaxandus sit, & pristinae libertati restituẽdus, vt in fine huius §. dicturi sumus. Quod si culpa ipsius creditoris nulliter sit captus, tenebitur creditor etiam ad expensas. *Cyriac. contr. 464. n. 23.* maximè si sit persona talis qualitatis, vt eius fama laesa remaneat ex captura. *Neuiz. cons. 52. n. 8. & 22. vsque ad nu. 28* Atque hoc etiam obseruauit Visita. 1590 8. Febr. Sabell. *Ioannes Iacobus. Ad Treuisanum Praesidem; cui constito, quod possideat bona stabilia, mandat excarcerari sumptibus Aduersarij.* Idem quoque seruauit in alijs casibus, quos relaturi sumus. *infra §. 10.* vbi de diuersis

3 nullitatibus. Immo tenebitur creditor actione iniuriarum. *l. si vero. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. si creditores. §. fin. vers. quod si nec inopia. de priu. cred. Bald. in l. per diuersas. q. 10. C. mand. Rol. cons. 17. num. 1. & cons. 65. num. 16. lib. 3. Farin. q. 27. numer. 135.* Hinc fit, vt frequenter contra creditores, tanquam calumniatores porrigantur querelae à debitoribus suspectis iuratis, qui possident. *Fenz. ad Stat. Vrb. cap. 98. num. 8.*

4 Quod diximus de condemnatione in expensis, intelligitur de alijs expensis quam mandati, & capturae. Istae enim, etiam si valida sit captura, faciendae sunt à creditore absque spe repetitionis ex dispositione Statuti Vrbis. *in Append. §. 3. cap. 39.* & Constitutionum Summorum Pontificum, *In Append. §. 3. cap. 40.*

5 Declara III. vt etiamsi debitor non possideat, non possit allegari suspectus, si causa suspicionis fuerat ante contractum. Imputare enim sibi debet creditor, dum approbauit personam debitoris. *l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. inf. l. si quis à quo. in fine ff. vt in possess. leg. l. si creditores. ff. de priu. cred.* adeoq. super suspicione, quae tunc inerat, non potest se fundare. *l. pen. ff. de iur. dot. Caccialup. de debit. suspect. q. 6. num. 7.* Cum enim contractus, qui sunt ab initio voluntatis, sint ex post facto necessi-

6 tatis, non debet licere vni contrahentium reprobare absque noua causa personam approbatam. *Soc. in l. si ab arbitrio. num. 6. qui satisd. cog.* Vt dicitur de teste semel approbato, qui non potest reprobari, nisi ex noua causa. *Fel. in cap. praesentium. num. 10. de test. Paris. cons. 99. num. 45. lib. 3.*

7 Aduerte hanc Declarationem non procedere, si creditor alleget se tempore contractus ignorasse causam suspicionis; &, si eam sciuisset, noluisset contrahere. Paria enim sunt de nouo emergere, vel de nouo ad notitiam peruenire. *Mascard. concl. 823. num. 10. de probat.* Neque etiam procedit dicta declaratio in debitore ex delicto, vel quasi

8 contractu. Nam cum non possit assignari ratio expressi consensus creditoris, benè poterit ille, non obstante scientia causae suspicionis, debitorem de fuga suspectum allegare. *Castr. cons. 473. in vers. 3. requiritur. Mascard. concl. 823. num. 12.*

9 Amplia I. in debitore possidente, sed difficilis exactionis; vti si habeat bona extra statum Ecclesiae, in quo fuit carceratus. Hoc enim casu, si suspectus iuretur, tenebitur cauere. Arg. eorum, quae dixit Rot. *par. 2. diu. dec. 13. per tot.* multo magis

10 si habeat bona infructuosa, seu voluptuaria, ex quibus non potest creditori satisfieri; vel si eius bona possessa sint à creditoribus in vim Saluiani. Haec enim possessio nõ est considerabilis eo quod bona praedicta sint inutilia quoad satisfactionem creditoris. *Paris. cons. 99. num. 22. & 36. ante medium*

verſ.debitor, vt excludat.lib.3. Marſil. in rub.ff.de fideiuſſ.num.295. Adde quod creditori non poteſt dici cautũ ſuper huiuſcemodi bonis,ex quibus fructus percipiendi ſunt minutatim. Debetur autem creditori integrum debitum, nec cogi poteſt vt illud recipiat in pluribus vicibus. *Rot. dec.373.n.6. par.1.rec. Seraph. dec.1226.num.30.ante medium, verſ.vnde non potuit.*

11 Amplia II. in eo, qui poſſidet immobilia, quæ facerent non ſuſpectum debitorem. Is enim ſi vocatus in iudicium ſit contumax, poterit ſuſpectus allegari.*gloſſ.notab.in Authen.de exhiben. reis. §.ſi vero.verb.fideiuſſorem.Caccialup.de debit.ſuſpect. q.1. num.14.* Vnde contumacia eſt cauſa ſuſpicionis,licet debitor poſſideat; quia cenſetur iterum futurus contumax.

12 Amplia III. in vſufructuario, qui poteſt iurari ſuſpectus; & cautionem omnino præſtare tenetur. Ratio eſt, quia vſufructuarius non eſt propriè poſ-13 ſeſſor. *l.ſciendum.§. item qui ſolam. verſ. eum vero.ff qui ſatiſd.cog.* Quamuis naturaliter poſſideat, 14 *l.naturaliter.in princ.ff.de acquir.poſſeſſ.* Et vſuſfructus cenſeatur pars dominij. *l.3.§.1.ff. de vſufruct.Bart.& DD.in l.1.§.fin.ff.de oper.nou.nunc.* 15 Sola enim & nuda poſſeſſio non releuat à cautione iudicio ſiſti, ſed requiritur poſſeſſio cum aliquo 16 dominio, ſiue directo, ſiue vtili. Textus eſt *in l.ſciendum. §.poſſeſſor.& §.item qui ſolam.ff.qui ſatiſd.cog. Butrig.in d.§.poſſeſſor.& ibi Alex.num.6. Caſtr.num.1.Iaſ.nu.2. verſ.nono fallit Rom.nu.10. verſ.ad hoc vt poſſeſſio.Cyn.in l.ſciendum.nu.11.ff. qui ſatiſd.cog.* Quare vſufructuarius ſicut & creditor non habent ius rei, ſcilicet directum, ſeu vtile dominium, ſed habent ius in re. *l.eorũ.ff.de damn.* 17 *infect.Alex.d.l.ſciendum.§.poſſeſſor.num.6.ff.qui* 18 *ſatiſd. cog.* Tum quia vſusfructus eſt ius perſonæ cohærens,quod nõ poſſumus cedere, nec transferre de perſona in perſonam: ac proinde nec tranſit ad hæredem; & facile corrumpitur. *l.corruptione. C.de vſufr.§.finitur. Inſtit.eodem.* Ideo in haben-19 te vſumfructum non ceſſat fugæ ſuſpicio. *Iaſ. in d.l.ſciendum. §. poſſeſſor. num.2.* quia illum, quocumque vadat, ſecum portat, & poteſt quandocũque illi cedendo efficere, vt cum directo domi-20 nio conſolidetur; nec poteſt vſufructuarius dici poſſidere. *l.raptores.C. de Epiſc.& Cleric.l. cum quis.§.is, qui ff. de precar.* & declara verbum poſſidet, idest, detinet: vel dic, quod vſufructuarius nõ reputatur poſſeſſor quoad effectum ſatiſdandi, de ſtãdo iuri propter facilem amiſsionem vſusfructus. *Bar. in d.l.ſciendum. §.ſed & qui vectigale. ff.qui* 21 *ſatiſd. cog.* Facit Statutum Vrbis. Cap.98. *In Append. §.3. cap.39.* Ibi: *bona immobilia in Vrbe* 22 *habere*: Verbum enim,*habere*,denotat dominium. *l.habere. ff.de verb.ſig.* Ratio prædictorum eſt,quia cum tractetur de aſſecuratione creditoris, nuda poſſeſſio,qualis eſt illa vſufructuarij ad id ſufficiens eſſe non poteſt:Et iam ſi aliter dicendum ſit in vſu-23 fructu pingui; eo quod non ſit veriſimile debitorem eiuſmodi velle fugam arripere. *Angel. in l.ſciendũ. Alex.in l.poſſeſſor.num.6. ff. qui ſatiſd. cog.*

24 Amplia IV. concluſionem, vt idem ſit in Pẽſionario, cum penſio vſufructui æquiparetur. *Rot.deciſ.401. num.4.par.1.diuer. Et poſſit penſiona-* 25 *rius quandocumque conſentiendo illius extinctioni, illa priuari*. Immò multo magis locum habet ampliatio in penſionario, quam in vſufructuario. 26 Penſio enim eſt quid ſpirituale,quod non venit in commercio; & ſine Apoſtolica auctoritate transferri non poteſt. *Rot.dec.129.num.4.par.1.recen.*

27 Amplia V. concluſionem in debitore ad factum. Is enim de fuga ſuſpectus allegari poteſt; ſicuti & in adminiſtratore, qui, licet de debito liquido non conſtet, allegari tamen poteſt ſuſpectus. *l.1.§.præterea ſi tutela.de conſtr.tut. & vtil.actio. Alex. conſil.192 viſis narratis.lib.7.Bart.in l.1.C.ſi aduerſus rem iudic. Caſtr. conſ.473. col.2. verſ. Et videtur, quod ſaltem. Et verſ. primoque probatio requiratur.Et col.3. verſ.concluditur ergo.lib.1. Antonel. conſ.1. num.20. & ſeqq.* Vbi firmat id in omnibus Orbis Curijs ſeruari. *Fontanel. deciſ. Catalon.235. num.6.& per totam.Crauett.conſ.231.nu.16.Gratian.diſcept.129.num.1.2.& ſeqq.Rot.dec.612.numer.3. par.1.rec. Et in Ianuen.Prætenſa excarcerationis.19.Decemb.1636.coram Coccino quæ eſt dec.742.num.11.par.4.tom.3. recent.& in noſtra* 28 *Append.§.4.cap.3.* Non enim carceratur pro ſumma, & quantitate certa, ad quam teneatur, ſed pro facto, ad quod tenetur; videlicet ad reddendam rationem. In qua, dum moroſè ſe gerit, ſuſpectum ſe reddit de fuga, ſi non poſſideat. *Gratian.diſcept. 665. num.17.18.22. Seraph. dec.805. num.3.& 4. Saluſt.Tyb.in praxi.lib.1.cap.58. nu.8. Caccialup. de debit. ſuſpect. q.6. §.ſexto principaliter quæro. num.13. Cancer. var. reſol. lib.2. cap.10. num.18. Fontanell.dec.23. per tot. & præcipuè nu.11.* Factum enim ad quod quis ſe obligauit, liquidum eſt; licet intereſſe pro facto non executo ſit illiquidum.

29 Amplia VI. vt procedat in debitore in diem, qui pendente termino poterit,pro ſuſpecto.*cap.gloſ. in l.quæſitum.ff.de pignor.* non vt ſoluat, ſed vt caueat de ſtando iuri; & ſe repræſentando adueniente die. Ratio eſt, quia quando aliquid eſt in obligatione, quod de ſua natura tranſit ad hæredem, cõmittitur ſtipulatio quoad obligationem,& actionem.*l.cedere diem.ff.de verb.ſignif.* Ac propterea poteſt allegari ſuſpectus debitor; ſecus ſi res non ſit tranſmiſsibilis ad hæredes.

30 Declara primo Ampliationem, vt hoc caſu requiratur deterioratio,vti dicturi ſumus infra.*Ampl. ſeq.* quæ deterioratio ſecundum Statutum Vrbis, debet probari. *cap.98. lib.1.* Ibi: *Et ſi obligationis dies nondum venerit, de deteriorationis conditione docuerit. Latè Fenzon.ad d.cap.98.* Quam opinionem ſequitur Viſita.1544.14.Maij.Sabel. *Iacontinus. Attento quod non deteriorauerit conditionem ſuam; & durat tempus ſolutionis; Relaxetur.* Quod eſt etiam de iure. *l.in omnib. ff.de iud.& ibi DD.gloſ. ſing. in l.quæſitum eſt. ff. de pignor.Ne-* 31 *guſ. de pignor. par.4. princ. num.16. verſ.& facit. Pariſ.conſ.99.nu.4. verſ.& primo.lib.3. Surd.conſil.68.num.4.& per tot.& conſ.411. num.9.Giurb. dec.4.num.28.verſ.ſi tamen.Gizar.in addit. ad deciſ.85.poſt num.2.Manz.de cau.exec.Ampl.22. n.4. Caccial. de debit.ſuſp. q.3.num.2. & ſeq. Rot. in Ianuen.Prætenſæ excarcerationis. in Append. §.4. cap.3. & coram Albergato in Append. §.4. cap.23. num.14.& 15.* vbi *num.16.* firmatur ad elidendum ſuſpicionem deteriorationis ſufficere, ſi debitor in ſtatu Eccleſiaſtico bona acquiſierit.

Pro-

Procedunt prædicta etiam respectu bonorum, de quorum dilapidatione est timor. 1644. 14. Aprilis. Sbbel. *In causa inter Principem Sulmonæ, & alios ex vna, & Hieronymum carceratum ex altera. Visita declarauit licere Creditoribus sequestrare mobilia, fructus, & alia, super quibus cadere potest metus dilapidationis bonorum, remanente in reliquo firmo decreto, & cautionibus alias in Visita factis.* Hieronymus obtinuerat à Visita dilationem cum cautione, illaq. durante, fuit ad instantiam Creditorum factum decretum supradictum.

32 Amplia VII. In debitore sub conditione, vt possit pendente conditione suspectus iurari. *l. in omnibus. ff. de iudic. Bart. in l. quæsitum. ff. de pignor. Negus. de pignor. par. 4 num. 16. Graß. de except. in prælud. num. 138. Caccial. de debit. susp. q. 3. num. 2. & seq.* non obstante conditionis incertitudine. Potest enim euenire, & non euenire. Nam licet conditio nihil ponat in esse, quoad solutionem; & debitor adhuc non sit obligatus soluere. *l. grege. §. si sub conditione. ff. de pignor. Cyriac. controu. 424. num. 5. & 12.* tamen quoad ipsum debitum iam est certum, & liquidum; licet conditione sit incertũ. *Thes. dec. 235. nu. 7.* & ita procedit doctrina Bald. *in l. apertissimi. in fine. C. de iud.* vbi dicit debitum debere esse certum. Nam intelligitur ratione quãtitatis, non ratione euentus; *Decius cons. 75. nu. 1. vers. nam pro responsione.* Præterquam quod sufficit post executionem posse de facili liquidari, vt dicitur de instrumento non liquido, quod facta executione liquidari potest. *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 7. num. 48. vbi citat Castr. cons. 23. col. 2. in princ. vol. 1.*

33 Hæc Ampliatio sic intelligenda est, vt procedat dummodo debitor deteriorauerit conditionem suam; aliter veniret excarcerandus, vt seruauit Visita in debitore in diem; de quo supra proximè diximus. Neque solum dicitur deteriorare conditionem, qui facultatibus labitur, vt in præcedenti Ampliatione, sed etiam, qui malis moribus, & mala conuersatione notatur. *l. si creditores de priu. cred. glos. Bart. & alij in l. si fideiussor. §. fin. qui satisd. cog. Surd. cons. 68. num. 1. & cons. 411. nu. 6. & 20. Grat. discept. 875. num. 23. & 24.* Puta si ludis prohibitis se applicaret. *Paris. cons. 99. num. 11. lib. 3.* si meretricibus. *Surd. d. cons. 68. num. 20. Menoch. de arb. cons. 87. num. 13. Vrsil. ad Afflict. dec. 108. nu. 3. Guerb. dec. 4. num. 20.* Multò magis si esset decoctor, qui vti delinquens priuatur omni priuilegio, & in iure fraudator appellatur. *l. si homine. §. quoties.* ibi, *sed in omnibus fraudatoris facultatibus. ff. depos. Fabin. cons. 18. num. 9.* Isti enim continuò fugiunt, & latitant; ex quo fraudasse præsumuntur, quam præsumptionem esse iuris, & de iure affirmat Tuscus. *ver. præsumptio. concl. 610. nu. 2.* sicut & is, qui non stetit promissis, non minus dicitur suspectus, quam qui deteriorauit substantiam suam. *Surd. consil. 68. num. 17. vers. non etiam mouet. & seqq.* Cæterum vt mali mores suspectum reddant debitorem, debent esse ordinati ad dilapidationem, vel ad fugam. *Surd. cons. 68. nu. 6. cum ibi allegatis.*

Immò neque etiam sufficit defectus solutionis in tempore ad allegandum suspectum de fuga debitorem, sed requiritur, vt mora in soluendo ordinata sit ad fugam. Pauci enim sunt, qui statim adueniente tempore soluunt. *Gratian. discep. 875. num. 23. & 30.* Quare non solum possunt creditores hunc iurare suspectum, vt caueat de se repræsentando, sed & cogere ad cauendum de soluendo adueniente tempore, seu conditione. *Pereg. de fideicommiß. art. 40. num. 14. & seqq.* qui loquitur in legatario in diem, seu sub conditione, ac etiam in fideicommissario.

35 Amplia VIII. vt superueniente suspicione possit debitor iurari de fuga suspectus, etiam lite pendente. *l. si creditores. ff. quæ in fraud. cred.* Ideo enim creditor iurare potest debitorem de fuga suspectum, etiam post introductum iudicium seruatis seruandis. Nam hoc iudicium non inducit approbationem personæ, sed tantum litem, qua pendente, licet nihil innouari possit, suspectus tamen allegari potest debitor absque vitio attentatorum. *Lancell. de attentat. par. 2. cap. 8. limit. 4.* Debet enim in eodem Tribunali allegari suspectus. *Rot. coram Albergato. in Interamnen. seu Romana Nullitatis mandati. 11. Decemb. 1652. in princ.* vbi dicit, non posse iurari coram alio Iudice; præsertim si periculum nõ sit in mora. *In Appen. §. 4 c. 23.* quia non allegatur suspectus, vt soluat, sed vt caueat. 36 *Mauz. de cauf. execut. ampl. 19. num. 18. Rot. decis. 926. par. 3. diuers.* Quod locum habet etiam post 37 appellationem, superueniente timore fugæ debitoris. *Vestr. in praxi. lib. 8. cap. 4. vt lit. pend. nu. 3. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 31. num. 1. & Scacc. de appell. q. 3. num. 27. Rot. diuers. decis. 926. par. 3. lib. 3.*

38 Verum dicta Ampliatio non procedit, quando creditor in vno Tribunali conuenit debitorem, *seruatis seruandis*; & in alio illum allegat suspectum. *l. non vtique. ff. de eo, quod cert. loc. Bald. consil. 285. lib. 1. num. 1.* quod procedit etiam si lis fuerit finita. *Bald. ibidem.*

39 Amplia IX. in debitore, qui promisit soluere suo creditori, quod alter arbitrabitur, vt pariter possit de fuga suspectus iurari. Nam licet sit incertum, donec arbitretur; tamen cum arbitrium regulari debeat à iure, debitum hoc non potest dici incertum; per ea, quæ tradit *Fenz. ad Statut. Vrb. cap. 98. num. 4.* Debitor enim promittens soluere summam arbitrandam, fatetur se debitorem alicuius summæ; ideo cum pendeat ab arbitrio tãquam certo in iure, poterit debitor iurari suspectus: nisi dicamus, quod, cum debitum declarandum possit consistere in tam parua summa, vt pro ea mandatum suspicionis relaxari minimè possit. *Bald. in Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. Dec. cons. 75. num. 1. vers. quinto suadetur.* ideo veluti incertum, quoad quantitatem arbitrandam, non possit pro eiusmodi debito mandatum suspicionis relaxari.

Hæc quæ videntur inter se pugnare, sic meo iudicio, conciliari possunt fœdere distinctionis. 40 Vel non habetur talis notitia prætensionis creditoris, quæ inducat sufficientem probabilitatem, vt summa arbitranda sit sufficiens ad relaxandum mandatum suspicionis fugæ; & tunc dicerem obstare crediti incertitudinẽ, & nõ posse debitorẽ iurari 41 suspectum: Vel arbitrium est ferendum super debito à parte in iudicium deducto; & summa est sufficiens; & hoc casu dicerem posse iurari per ea

Vu 2 quæ

quæ diximus in præcedenti Ampliatione.

42 Amplia X. conclusionem in Forense promittente soluere in certo loco. Nam poterit ibi allegari suspectus. *Rota in Ianuen. Pratensa excarcerationis. in Append. §.4. cap.3.* vbi deciditur, quod debitor dotis, eo quod dotis solutio fuerat destinata Romę, poterat vti suspectus de fuga hic in Vrbe iurari. Si vero promiserit quocumque loco soluere, vbique iurari poterit suspectus, ac etiam in casu, de quo dicturi sumus infra *lim. 19.*

43 Amplia XI. in eo, qui positus est in banno. Hic enim censetur esse in fuga, vt habetur *in tit. de pac. tenen §. si quis hominem in vsibus feudorum. facit l. si eum Cornelius. & l. cli quis. ff. de solut. & quod habetur apud Bald. & moder. in l. rogasti. §. fin. ff. cer. pet. Caccialup. de debit. susp. q.16. sub num.3. vers.2. & sciendum.*

Amplia XII. notabiliter in personis, quæ vigore alicuius priuilegij non possunt sisti, seu arrestari, aut capi (hæc tria verba hic pro synonymis accipi-

44 mus) vt possint iurari de fuga suspectæ illas semper excipio, quæ non tenentur, *Nisi in quantum facere possunt.* Ad intelligentiam huius Ampliationis attentum cupio Lectorem.

Præsciendum est primo, vt etiam supra in

45 initio huius §. diximus, Arrestum assimilari mandato suspicionis fugæ; & cum nullum simile sit idem, intercedere inter illa plures differentias.

46 Vna differentia inter Arrestum, & Mandatum suspicionis fugæ est eadem, quæ constituitur inter genus, & speciem; ita vt Arrestū vti genus cōprehen-

47 dat tam Mandatum suspicionis fugæ, quam Arrestum in specie. *Rot. in Ianuen. Pratensa excarcerationis coram Coccino. 19. Decemb. 1636. in rec. par.3. tom.4. decis.742. num.3. & in nostra Append. §.4. cap.4.* Ibi; *quia hoc verum est in simplici Arresto, secus autem in Arresto, quod relaxatur ob suspicionem fuga.* Atque hoc ipsum declarauit prius eadem Rota *In Roman. Pecuniaria, seu Arresti. 22. Aprilis 1613. coram Pirouano.* Eodem mo-

48 do dicimus de Adoptione, quæ considerata vti genus comprehendit Arrogationem, & ipsam Adop-

49 tionem in specie. Item de iurisdictione in genere; quæ habet sub se Imperium, & Iurisdictionem in specie. *Alex. in l. Imperium. n.1. ff. de iurisd. omn. iud.*

50 Sunt præterea aliæ differentiæ complures quibus inter se distinguntur Arrestum in specie, & Mandatum suspicionis fugæ. Illud non consummitur per manus iniectionem; secus vero istud. Hoc idem videtur sentire Textus *in c. Clericis. §. nos igitur.* Ibi: *Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum personarum vbilibet Arrestauerint, saisiuerint, seu occupare præsumpserint, vel arrestari, saisiri, aut occupari mandauerint, aut occupata, saisita, seu arrestata receperint. de Immunit. Eccles. lib. 6.* Nam verba, *Arrestari, & saisiri* diuersitatem actuum significant, cum saisiri manus iniectionem denotet. *Tiraquell. in tract. de translat. possess. in 1. declarat. num. 3.* Arrestari vero non conceditur nisi ad

51 cautelam creditoris contra debitorem fortè recessurum in aliquo tempore ab aliquo loco. *Mandos. q.8. de monit.* Mandatum suspicionis fugæ pro-

52 pter timorem imminentis fugæ datur; Illud nullam supponit fraudem; istud supponit *Pech. de iur. sist. cap.5. num.2. vers. nam alioquin.*

53 Porrò Mandatum suspicionis fugæ tripliciter potest cōsiderari ex parte personæ de fuga suspectæ. Vno modo, quando quis verè est de fuga suspectus; vel quia deteriorauit conditionem suam post contractum debitum, & colligit sarcinulas pro fuga capienda. *Borgn. dec. 1. num.38.* Vel quando est in ipsa fuga. Vel demum quando quis præsumptè habetur pro suspecto, nimirum quando solum creditor habet suspicionem fundatam in paupertate debitoris, aut eius malis moribus, alijsue similibus causis; & creditor probabiliter credit illum in breui fugam arripere posse.

54 Dum igitur dicimus personas, quæ non possunt sisti, seu capi, aut arrestari, posse capi cum Mandato suspicionis fugæ; accipimus *Arrestum* tanquam speciem, non tanquam genus. Et dum dicimus posse capi cum Mandato suspicionis fugæ, intelligimus si fuga sit, vel actualis, vel imminens, vt in debitore se preparante ad fugam, non autem si sit solum in fuga præsumpta. Huiusmodi autem personæ sunt plures, quas refert Pechius *de iur.*

55 *sist. cap.5. per tot.* Inter cæteras ponit Scholares & eorum parentes venientes ad illos in loco studij inuisendos, qui non possunt sisti. *glos. in l.2. §. legatus. vers. ob aliam causam. ff. de iudic.* Bidelli, Ministri, & Seruientes Scholaribus; Milites quando ad bella properant. Ratio potest colligi ex di-

56 ctis de differentia inter *Mandatum suspicionis fugæ, Et Arrestum.* Debitor enim fugiendo committit fraudem ergà creditorem, quod non concurrit in Arresto in specie. *Pech. cap.5. num.2. vers. nam altoquin daretur per tex. in §. si legationis. de iud.* vt etiam supra diximus. Limitationes infrascriptæ indicabunt personas quæ suspectæ iurari non possunt, vt proposuimus in secunda parte Tituli huius Capitis.

57 Limita I. generaliter conclusionem in personis, quæ carcerari non possunt, quas enumerabimus infra. *§.10. cap. de nullitate capturæ respectu personæ:* secundum tamen terminos supradictæ Ampliationis 12. præter alias personas, quæ non tenentur; *Nisi in quantum facere possunt*, de quibus diximus supra. *§.7. per totum.* Istæ enim sus-

58 pectæ iurari non possunt; Si pple, nisi cessauerit causa, seu priuilegium, propter quod carcerari non poterant; vti disponitur de socio, qui iurari potest suspectus finita Societate etiamsi possit esse, vt factis computis debitor non remaneat. *Boer. cons. 10. lib.3. Rot. decis.321. num.4. par.1. rec.* Quod locum habet etiam nondum redditis rationibus. *Vrsil. concl.753. n.15. vbi multas decisiones allegat.*

59 Limita II. in quocumque possidente. *l. fideiussor. §. fin. vbi DD. ff. qui satisd. cog. Bald. cons.312. num.4. & seqq. lib.5. Idem Bald. in cons.308. num.8. & seq. lib.1.* Ita quoque disponit statutum Vrbis. *cap.98. lib.1. in Append. §.3. cap.39.* Quod procedit,

60 licet non constet, bona esse æquiualentis debito, pro quo iuratur suspectus. *Caccialup. q.1. num.9. & 10. & q.9. num.5. & seq. vbi sentit teneri satisdare, si superueniat suspicio fuga, si bona non sint æquiualentia. Grat. discept. 875. numer. 11. & 12.*

61 *Gratios. Vbert. de cita. cap.17. num.177.* nisi versaremur in casu, quo quis fuisset citatus ad cauendum secundum dispositionem Statuti Vrbis. *In Append. §. 3. cap. 39.* Tunc enim tenetur debitor, ad

ad euitandam cautionem, docere se possidere bona stabilia æquiualentia: alias tenetur ad cautionem, 62 & ad omnes expensas; vti etiam si possideat sola mobilia. *Cyriac.contr.464. numer.21. Caccialup. q.1.num.9.Rot.dec.48.num.3.par.4.rec.* Excipiuntur tamen casus, de quibus supra. *Ampl.1.& nonnullis seqq.*

63 Limita III. quotiescumque concurrit inuerisimilitudo fugæ. Tunc enim, etiamsi alias essent casus, in quibus suspicio admitteretur, ob inuerisimilitudinem tamen excluduntur. Exempla quamplurima possent adduci, nos contenti erimus infrascriptis qui sunt frequentiores. I. est, de quo proximè diximus, de possidente bona mobilia magni valoris. Cum enim in illis cadat affectio, non est credendum debitorem fugam arreptutũ, quod tamen fuit à Statuto Vrbis *d. cap. 98. lib. 1.* restrictum ijs verbis: *Vel mobilia, quæ de facili amoueri non possint, æquiualentia tamen*. II. Casus est in habente pinguem vsumfructum, vt patet ex dictis circa Ampliationem tertiam. III. Casus est in 64 debitore habente diuersa credita magnæ quantitatis exigibilia, etiam si non possideat stabilia; Non enim facile suspicandum est mediaturum fugam tot credita dimittendo. *Alex. l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satisd.cog.*

65 Limita IV. si debitor habeat Correos, seu Fideiussores, per quos creditori fuerit cautum; & idcircò, vt ad prædictam capturã deueniri possit, requiritur, vt correi pariter cũ debitore sint suspecti iurati, alias debitor captus, erit relaxan- 66 dus tanquam nulliter captus. Ratio est, quia datur huiusmodi subsidiarium remedium capturæ propter fugæ suspicionem, non vt reus soluat, sed vt caueat, & creditorem securum reddat. *Caccialup. de debit. suspec. q.9. Fontanell. dec.235. num.6.7.9. & per totum*. Ac propterea, si parti per Correum, vel fideiussorem sit cautũ, tunc petit creditor, quod intus habet. *l. si plures. §. præterea. ff. de fideiuss. l. quoties. §. fin. C. quo quis ordi. conen. lib. 11. Vbi Bart. Franch. dec. 477. num. 13. cum adductis per Buratt. dec.68. num.9. & 10. Mauz. de caus. execut.* 67 *lim.7. num. 2.* Et dicitur cautum creditori, si aliquis publicus Notarius suo rifico cautionem recipiat. Tunc enim non sufficit iurare suspectum debitorem, & fideiussorem, vt etiam dixi supra. *§. 1. cap.3. num.11.*

68 Limita V. quotiescumque debitor esset munitus inhibitione, seu, *Non grauetur*; aduersus mãdatum suspicionis fugæ etiam à Iudice appellationis emanatum. *Tot. Tit. de appell. ff. & C. glos. in l. fin. verb. fideiussionis. C. de ferijs. Bald. cons. 400. num.3. vers. cuius commune lib.1. Surd. dec.307. num. 19.*

Idque seruatum fuit in Visita 1640. 9. Iul. Sabel. pro Bernardino Blasij; in qua fuit dictum nulliter fuisse captum in vim mandati suspicionis fugæ; eo quod in spretum inhibitionis vigore appellationis fuerat carceratus non sine incursu attentatorum. Ratio est, quia cognitio suspicionis pertinet ad Iudicem ad quem, & dum ipse debitorem pro securo approbauit, concedendo illi inhibitionem aduersus mandatum suspicionis fugæ, stante appellatione, non potest ad illius carcerationem de mandato alterius Iudicis deueniri. Idem est si, *Non grauetur*, concessum fuerit à quocumque alio Iudice (etiamsi concedi non debuisset) ne quis sub fide publica decipiatur, vt dicturi sumus infrà. *§. 10.*

Cæterum ità demum suffragantur inhibitiones, seu moratoriæ, si in illis fiat expressa mentio Mandatorum suspicionis fugæ per iura supra proximè allegata. Quæ inhibitiones cum clausula, *Etiam quoad mandata suspicionis fugæ*, non debent concedi, nisi data per debitorem cautione, iuxta dispositionem Constitutionis LXXI. Pauli V. *tit. de Notar. circa medium. vers. alias verò significatio-* 70 *nes*. Generales enim non attenduntur, etiamsi sint tanquam dependentes à fidè publica. *Surd. cons.281. num.9. & seq. & cons.298. numer.22 29. & seq. Farin. q.81. num. 282.* Ad propositum nostrum dixit Pech. *de iur. sist. cap. 7. num. 7.* quod statutum prohibens in nundinis quemquam arrestari non comprehendit casum, vbi periculum est in mora, quod etiam in effectu dixit *Cancer. var. par.2 cap.10. nu.11. melius num. 19. vers. hinc suspiciones*. Vbi quod suspectus de fuga non gaudet aliquo rescripto, seu priuilegio, quod de illo expressè mentionem non faciat.

71 Limita VI. in Clerico, qui non potest allegari suspectus. *Glos. facere in l. miles. ff. de re iudic. Germon. de Immunit. tom.1. lib.3. cap.5. num. 86. & 87. Gratian. discept.222. num.38. & 39. Farin. q.27. num.62. Rot. quæ de obseruantia firmat. in* 72 *dec.645. nu.1. par. 2. rec.* Ità vt nec illi renunciari possit in præiudicium clericalis ordinis. *Menoch. de arbit. cas.185. num. 18. Thes. dec.36. numer.91. Giurb. dec.42. nu. 21.* Hoc etiam fuit obseruatum à Visita. 1637. 5. Mart. Nonæ. *Antonius Seneca carceratus pro mandato suspicionis fugæ. Relaxetur; quia est Clericus*. Quicquid dicat Pascha- 73 lis. *de patr. potest. par.2. num.38.* scilicet procedere in Clericis, dumtaxat in actu celebrandi, orandi, prædicandi: vel sub obedientia superioris, prout sunt Regulares, ad instar militum armatæ militiæ, qui carcerari non possunt, dum in expeditione sunt, & ad bellandum parati; Contrarium firmat. *Ger. Spin. cons.43. num.9. & per totum*. Mandata enim suspicionis resoluuntur præstatione cautionis destando iuri, & iudicatum solueudo. *Soccin. sen. cons.113. num.3. lib.3. Rot. in Venetiarum. Pecuniaria. 17. Iunij. 1605. coram Penia. Inter impressas, par.4. rec. dec.48.* Clericus 74 verò ad prætensarum cautionum præstationem astringi non potest, sed ad promissionem solũ cum hypotheca omniũ bonorum. Textus expressus est. *§. si quis in fin.* ibi. *Si quis autem pro pecuniaria. Authent. de Sanct. Episcop. Card. in Clement. I. nu.13. vers. de Clerico autem de procurat.*

75 Ratio est, quia propter præsumptam vitæ honestatem, & probitatem morum, non cadit in eũ fugæ suspicio. *Gratian. discept.875. nu.28. & 29.* ne si per solam suspicionem sequatur carceratio, maculetur fama Clerici. *Castagn. in tract. deduct. ne egeat. q.10. num.48. Farin. q.27. num.73.* vti & de nobili dicturi sumus infrà. *lim.16.*

76 Aduerte prædictam limitationem procedere etiam in Clerico obligato in *Forma Cameræ*. Nam licet huiusmodi obligatio habeat in ventre clau-

clausulam tenacissimam omni legum, & iuris auxilio, & propterea censeatur renunciatum priuilegio d. §. si quis contra. Auth. de Sanct. Episcop. tamen cum talis obligatio se extendat ad expressa, & promissa, non potest comprehendere ea, quæ extra veniunt, & quæ tempore contractus non extiterunt. *Gratian. discept. 508. numer 19. Zacch. q. 28. num. 2.*

77 Sublimita non procedere quando Clericus esset in actu fugæ. *Dec. in l. 1. nu. 12. ff. de seru. fugit. Genu. in prax. Neapol. cap. 3. num. 17.* Hoc enim casu capi potest, etiam à Laico, ad effectum illum Iudici suo consignandi. *Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de furt. Menoch. de arbitr. cas. 180. nu. 23. Abb. in cap. cũ nõ ab homine. nu. 12. & 17 de Iudic.*

78 Neque etiam procedit quando debitum descendit à delicto. Gratian. *discept. 222. num. 46.* quia tunc propter dolum, qui nemini patrocinari debet, permittatur id, quod alias non permitteretur. Hinc consequitur, vt nec gaudeat beneficio cap. Odoardus, quando est verè suspectus de fuga, *Grass. de effect. Cleric. effect. 7. numer. 37. & 74.* & habetur *in Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 6. circa medium de Reform. & dicturi sumus infr. § seq.*

79 Limita VII. in Carcerato tam pro ciuili, quam pro criminali causa; de cuius fuga timetur post

80 excarcerationem. Licet enim propter moræ periculum multa fiant licita, quæ alioquin illicita forent. *Ad not. in l. de pupillo. §. meminisse. Et §. si quis riuos. præcipuè per Rom. num. 1. & 3. & Alex. num. 1. de op. nou. nunt. Capic. dec. 69. nu. 36. Gayl. obser. 13. in fin. num. 3. vers. preterea. & num. 4. & obser. 16. post num. 8. vers. limitatur. num. 9. lib. 1.* Et propter hoc, quando debitor fugitiuus est, & citatio potest eum instruere, & incitare ad fugam; illa omissa capi potest non solum ab incompetenti Iudice, sed ab ipsomet creditore.

81 His tamen non obstantibus limitatio procedit; Ratio est, quia carceratus non potest nisi cum mandato, *seruatis seruandis*, præcedente sententia, seu decreto relaxato arrestari, vt disponit Constit LXXI. Paul. V. §. 11. Ibi *Non relaxent Arresta contra debitores, nisi præcedente mandato relaxato*, seruatis seruandis, *& aliter relaxata fiat nullius roboris, vel momenti*. Et §. 23. numer. 11. *Arresta contra debitores, aliter quam præcedente mandato*, seruatis seruandis, *relaxato nulla sint, & eis non obstantibus arrestati relaxentur*. Quod & verum esse de iure docet Brun. *de cess. bon. q. 11. 4. q. princ. num. 32. Farin.* qui affert decretum generale Visitatorum mense Aprilis. *1571. q. 27. num. 156.* & de eiusdam Tribunalis stylo testatur, qui etiam comprobatur ex infrascripto decreto. 1651. 22. Decemb. Nonæ. In Visita Secret. Carcer. *Petrus. Ad D. Præsidem etiam auctoritate Visitæ; & quo ad arrestum excarcerari tanquam nulliter arrestatum*. Iste fuerat arrestatus cum mandato suspicionis fugæ. Rursus casus contigit in persona cuiusdam Sanctis carcerati Sabel. in vim mandati suspicionis fugæ. Et postquam vixerat, & obtinuerat mandatum de excarcerando, aduersarius comparuit cum arresto in vim alterius mandati suspicionis fugæ pro alia summa relaxato, quod Cancellarius carcerum acceptare recusauit; quia non erat concessum in vim mandati, *seruatis seruandis*, relaxati. Facto verbo in Visita dictum fuit Auditori Cameræ, qui arrestum concesserat, vt mandaret supersederi in relaxatione. Discusso postmodum vtraque parte informante negotio in Visita habita Cap. 1. Febr. 1652. fuit factum decretum. *Sancter. Relaxetur gratis: non obstantibus arrestis, & supersessoria*. Moti fuerunt Visitatores eo quod de iure carcerationem debet præcedere Iudicis sententia, partibus auditis, & per consequens etiam Arrestum. *Brun. & Farin. cit.* Præterea obstat Constitutio LXXI. Paul. V. cuius verba paulo ante relata sũt, Rursus, quia non potest quis dici de fuga suspectus, quandiu est in carceribus. Non enim est aptus ad fugam, qui est in vinculis. *Bald. in Auth. Et, qui num. 19. vers. quid ergo. C. de bon. auct. Iud. possid. Quem sequitur Alex. cons. 159. num. 7. lib. 2. Brun. de cess. bon. q. 11. num 30.* Demum quia, vt

82 arresta possint adhærere carcerationi iam secutæ, mandata debent esse de carcerando. Mandatum autẽ suspicionis fugæ est de ducendo ad præsentiã Iudicis. Dum autem debitor est carceratus ad instantiam alterius, non potest duci ad præsentiam Iudicis, qui concessit mandatum suspicionis fugæ.

Nec placuit creditoris interpretatio illorum verborum Constit. LXXI. Paul. V. *In vim mandati*; seruatis seruandis, *relaxati*, vt verificentur in mandato suspicionis fugæ, in quo sit doctum de credito, & iuratus suspectus debitor, prout requirit eadem Constit. LXXI. Paul. V. Etenim mandatum, *seruatis seruandis*, relaxatum intelligitur illud, quod est relaxatum de ducendo ad carceres, citato debitore, docto de credito plenè, & præcedente decreto: ad distinctionem mandati in contumaciam relaxati, vel propter suspicionem fugæ concessi.

83 Quæ in contrarium adducta sunt facili negocio tolluntur. Tunc enim moræ periculum efficit, vt iura transgredi liceat, quando periculum non solum est magnum, vel tendens in damnum Principis, vel Reipublicę. *l. de pupillo. §. si quis. & §. meminisse, de oper. nou. nunt. Capit. dec. 69. num. 36. Gayl. Obser. 13. numer. 3. vers. item quando. & seq. lib. 1.* Sed est etiam certum, & summariè saltem probatum, ita vt nec Iudici super illo credatur. *Bensue. dec. 75. num. 3. & 14. Menoch. adip. remed. 6. num. 25. Marc. Ant. resol. 112. cas. 71. vers. primo quia. lib. 1. Modern. de manut. Obseru. 75. numer. 7. & 8. cum seq. Bur. dec. 186. numer. 10.* Non potest autem dici certum, quod is se ad fugam præparet, qui reperitur carceratus.

84 Limita VIII. in debitore, qui fuisset carceratus criminaliter. Iste enim non potest postquam egressus est cancellos carcerum per horam capi pro debito ciuili, vt statuit idem Paulus V. *Constit. LXXI. §. 23. num. 16.* Ibi: *Relaxati à carceribus, in quibus pro causa criminali detinebantur, per spatium horæ non possint pro ciuili causa capi, & carcerari*.

Hoc latè probauimus. *in proœmio huius 3. libri*: vbi de arrestis tractauimus. Eodem modo post-

postquam est relaxatus, & nondum in pristinæ libertatis statum restitutus carcerari non debet. *Farin.q.29.num.*11.*Guaz.qui de præfata Paul.V. Constit.LXXI. meminit.def.5.cap.2.num.*10.*vers. & in curia. & d.def.6.cap.1.num.*85.*vers.Et modo per nouam Reformationem.* Quare ob eandem rationem relaxatus pro causa ciuili ob nullitatē capturæ, non poterit statim capi, cum sit pristinæ libertati restituendus, vt dicturi sumus infra §.10. vbi de nullitate fusius agendum.

85 Limita IX. in Cessionario, qui non potest debitorem cessum de fuga suspectum allegare, antequam cessionem intimauerit, & personam propriā legitimauerit. *Alex.cons.96.num.3.lib.4. & cons.*115.*num.*10.*vers.sicut diximus.lib.7. Boer.decis.*10.*num.*1.*&* 2.*Thes.dec.*220.*num.*5.*Surd.consil.*221.*num.*4. Nisi tamen de cessione notoriè, & manifestè constaret. *Alex. d.cons.96.num.3. lib.4. l.emptorem. vers. quia manifestum. ff. de action. empt.*

86 Limita X. in herede, qui antequam possit debitorem capi facere, debet priua de aditione docere. *Boer.d.dec.*10. *num.*4.*Bart.in l. si quis insitiatus. ff.depos* Quod procedit etiam intra tempus conficiendi inuentarium. *Bald. l.*1. *C.quor. legat. Bart.in l.postulante.ff.ad Treb.Sc.cons.*14.*lib.*2. *quos citat. & sequitur. Salust.Tiber.in sua praxi, lib.*2.*cap.*23.*num.*6.

87 Limita XI. in marito possidente fundum dotalem, qui releuatur ab onere satisdandi propter possessionem dicti fundi doralis. *d.l.sciendum §.si fundus.ff.qui satisd.cog.* Quod procedit etiam in vxore, quando fundus fuerit datus inæstimatus. *l.plerique.ff.de Iur.dot.l.quoties.ff. qui satisd. cog. l.si æstimatus.ff.solutt.matrim.*

88 Limita XII. in debito, pro quo non posset relaxari mandatum, *seruatis seruandis*, vt declarauit Ferz. *ad Statut. Vrbis, cap.*98. *numer.*5.*lib.*1. Nam si quis fuerit carceratus in vim partitarum libri, quæ non faciunt fidem, tanquā nulliter captus, venit excarcerandus. *Rot. coram Caualer. dec.*580.*&* 613.*Cyriac.controu.*464.*num.*19.*vers. sed & adhuc*. Item quando in libro mercatorum non constat liquido de debito; & præcipuè quando dicti libri non continent data & recepta. *Surd. cons.*543.*num.*1.

90 Limita XIII. in debitore contra quem fuisset relaxatum Mandatum suspicionis fugæ per multos annos ante. Suspicio enim debet esse de tempore capturæ, & si caperetur, esset relaxandus. Atque ità fuit resolutum in Visita. 10. *Ian.* 1619.*pro Ioanne Bartlaccio. Et die* 23. *Maij eiusdem anni pro Christophoro.*

91 Limita XIV. in casu, quo captura fuisset facta ab aliquo ad instantiam creditoris. Tunc enim erit nulla, eo quod suspicio consistat in animo solius creditoris, & non tertij. Et ita fuit resolutum 4. *April.* 1620. *In Visita pro Ioanne.*

92 Limita XV. in debitore pro parua summa, pro qua huiusmodi mandata non conceduntur. *Bald. in Auth.sed iam necesse. C.de don. ante nupt. Menoch.cas.*87.*nu.*21.*Lud.lib.*2. *Fontanell. dec.* 234. *num.*11.*Cyriac.contr.*460.*num.*12. *Afin.in sua Praxi.§.*26 *num.*4.*Polid.Rip.de noc. temp.cap.*74. *nu.*20.*vers.necnon.Mauz.de caus. execut. ampl.*25. *num.* 31. *&* 32.*Cacial.de debit.susp.q.*3.*numer.*2. *vers.*3.*vtrum. & numer.*5. *vers.per quæ concludo.* Vbi dicit arbitrio Iudicis relinqui, quæ sit parua summa.

93 Limita XVI. in persona Nobili, contra quàm ex sola Nobilitatis conditione captura pro suspicione fugæ minimè decernitur. *Grat.discept.*875. *num.*28.*&* 29. ne si per solam suspicionem sequatur carceratio, maculetur fama nobilitatis, vt alij etiam in Clerico considerant. *Castag. de duc. nec. eg q.*10.*num.*48.*Farin.q.*27.*num.*73.*de quo Clerico.* Nos quoque supra diximus. *Limit.*6.

94 Limita XVII. si creditor post contractum sciuit debitorem suum esse suspectum, & diu tacuit, antequam de suspicionis causa conquereretur. Tunc enim non debet ipsi suffragari timor suspicionis, cum per longam taciturnitatem videatur personam debitoris approbasse. *Ang.in l.si ab arbitrio.§.vlt.ff. qui satisd. cog. Mascard. de probat. concl.*823.*num.* 13. Debet enim creditor isto casu damnum suæ leuitati ascribere, cum scienti, & volenti non fiat iniuria. *l.cum donationibus. C. de transact. cum vulg. Caccial. de debit. susp. q.* 6. *num.*3 *&* 4.

95 Limita XVIII. si fuit contractum cum Forense, quia non poterit iurari suspectus, si discedat. Potest enim esse quod in suo foro multa bona possideat. *l.sciendum.§.possessor ff.qui satisd. cog.* Iura enim, quæ loquuntur de suspecto de fuga, procedunt; quando est periculum amittendi debitum. *l. ait Prætor.§. si debitore. ff. de his, quæ in fraud. credit. Aret.cons.*95.*in* 3.*col.*

96 Hoc tamen intelligitur de Forense, cum quo creditor contraxit, & poterat tempore contractus credere illum in breui recessurū: secus est si credebat illum non recessurum, antequam solueret. *Bald in rub. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. nu.* 5. Vbi reprehendit Bartolum contrarium tenentem. Ratio est, quia bono viro non conuenit recedere, cum aliena pecunia. *Curt. in l. vnica, num.* 3. *de prohib.seq. pecun.* Vbi ait, ex quo muliones, & similes personæ semper sunt viatores, & in itinere, possunt eorum muli, & equi sequestrari, quia videntur semper suspecti. *Surd. cons.* 68. *numer.*12. Distinguit tamen. *Caccialup.de debit.susp. q.*17.*num.*14. *vbi alios allegat:* quod aut Forensis est recessurus secum asportando rem, seu pecuniam creditoris; & tunc omnino potest iurari suspectus: aut non est exportaturus secum pecuniā, seu rem creditoris; & tunc nullo modo est suspectus dicendus, nisi in casu de quo supra. *Ampliat.*

97 10. Quod si fuisset habita fides de credito, quia debitor Forensis promisisset soluere in suo domicilio, tunc non poterit suspectus iurari. *Bald.in rub.C.de reuoc.his, quæ in fraud.cred. nu.*4. *Menoch.cas.*77.*num.*19.*in fin.Surd.cons.*68.*num.*11. De debitore satis. Creditor, illi correlatiuus, arma induat, & compareat.

CAPVT

CAPVT III.

Ad cuius instantiam relaxari possit Mandatum suspicionis fugæ.

SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum eadem est natura.*
2 *Suspicionis fuga mandatum debet esse ad instantiam certi creditoris.*
3 *Suspectus iurari potest ab habente speciale mandatum.*
4 *Suspectus iurari non potest ob debitū illiquidum.*
5 *Suspectus iurari potest ad factum obligatus, seu in diem, vel sub conditione.*
6 *Suspectus iurari potest ex Statuto Vrbis facta crediti liquidatione arbitrio Iudicis.*
7 *Arbitrium Iudicis intelligitur prout de iure.*
8 *Crediti liquidatio pro suspicione fuga debet fieri testibus.*
9 *Crediti liquidatio non potest fieri testibus in aliena Curia examinatis.*
10 *Crediti liquidatio fieri potest iuribus Authenticis.*
11 *Suspectus captus nō liquidato credito ante capturam est relaxandus, & pro probando credito sufficit mandatum* ser. set. *relaxatum.*
12 *Post mandati suspicionis relaxationē non potest iustificari conditio.*
13 *Suspectus captus, si pro inturbidando credito aliquid produceat, poterit creditor noua iura deducere.*
14 *Suspectus capi potest facta summaria crediti probatione absque citatione.*
15 *Mandatum suspicionis fuga est nullum, si sit excessus in credito.*
16 *Mandatum suspicionis relaxatum contra plures absque clausula,* In solidum, *nullum est, etiam si obligatio sit in solidum.*
17 *Suspectus captus absque iuramento creditoris super suspicione est relaxandus.*
18 *Suspicio de fuga iuramento probatur.*
19 *Iuramento probautur pendentia ab animo.*
20 *Iuramentum suspicionis fuga præstari debet de iure in manibus Iudicis, in Curia de stylo præstatur in manibus Notarij.*
21 *Deterioratio conditionis debitoris quo casu probanda.*
22 *Suspicionis fuga causa de iure est probanda.*
23 *Suspicionis fuga causa, fugiente debitore vel se ad fugam præparante, non est probanda.*
24 *Iuramentum suspicionis non probatur assertione facta in mandato fuisse iuratum, si non sit registratum in Actis, etiamsi Notarius testetur fuisse præstitum.*
25 *Suspicionis fuga causa enarrantur.*
26 *Suspecti simpliciter captura potest à Iudice denegari, non autem suspecti fugientis, vel se præparantis ad fugam.*

SVperuacaneum fortè videri posset discutere. à quibus creditoribus debitores possint iurari de fuga suspecti. Cum enim Debitor, & Creditor sint correlatiui, quæ diximus §. præcedenti de debitoribus, poterunt etiam creditoribus esse 1 communia, cum correlatiuorum eadem sit natura. *l. fin. C. de indic. vid. toll. l. fin ff. de acceptib. cum vulg.* Equidem fateor prædicta de debitoribus adaptari posse creditoribus, sed vltra ea discutienda hic sunt, quæ ex parte sua teneantur creditores præstare ad obtinendam validè mandatum suspicionis fugæ. Debitor enim qui est reus habet se 2 passiuè. Vt itaque Mandatum suspicionis sustineatur, debet ad Instantiam certi creditoris esse relaxatum, alias non haberet priuilegium executionis. *Alex. cons.* 115. *num.* 10. *lib.* 7. Occultus, & incertus creditor dicitur Cessionarius, qui cum per cessionem efficiatur creditor, nō potest suspectum debitorem allegare, nisi prius illi cessionem intimauerit, ac personam propriam legitimauerit, vt supra diximus cap præcedenti.

3 Conclusio sit. Certus creditor potest iurare suspectum debitorem etiam per Procuratorē habentem speciale mandatum, vt disponunt allegatæ Constitutiones Pontificū. *In Append. §. 3. cap.* 40. Quod etiam conforme est dispositioni Iuris communis. *Rom. cons.* 241. *num.* 4. *Soc. Iun. cons.* 2. *nu.* 6. *lib.* 1. *Petr. Peeb. de Iur. fist. cap.* 3. *num.* 4. *vers. sed quod speciale. Barel. in sum. dec.* 66. *de Proc. numer.* 187. *Mauz. de caus. exec. ampl.* 4. *numer.* 25. *& per totum, Vbi limitat post. Alex. cons.* 133. *lib.* 6. *Cyriac. contr.* 466. *nu.* 59. *Vrsil. ad Afflict. dec.* 326. *nu.* 2. *vers. sic tamen. Idem Mauz. ampl.* 19. *Giurb. dec.* 55. *num.* 18. *vers.* 7. *& dec.* 100. *numer.* 53. *Rot. dec.* 500. *par.* 4. *diuers. Bald. in cons.* 318. *nu.* 3. *lib.* 4. *Idem Bald. in l. si quis curiales. C. de Episc. & Cler. & in l. si pecuniam. §. fin. ff. vt in possess. leg. Rot. dec.* 400. *num.* 5. *par.* 1. *rec.* Licet Caccialup. *de deb. susp.* videatur sentire sufficiens esse mandatum generale. *q.* 2. *per tot.*

Sufficeret autem generale mandatum, si ratihabitio subsequeretur. *Bald. in l. si maritus. C. mand. Ang. in l. licet. ff. de iud. Alex. cons.* 133. *num.* 8. *vers. posset. etiam sufficere lib.* 6. *Peeb. de iur. Sist. cap.* 3. *num.* 5. *vers. sed vt omnis, qui num.* 4. *vers. quæ solutio,* dicit, quod licet procurator ad agendum possit arrestare, detinere, ac capi facere debitorē suspectum, tamen si debitor sit nobilis, vt verisimile sit creditorem ipsum noluisse eum capi, non possit procurator illum capi facere tāquam suspectum; sicut dicimus de Birruarijs, qui licet generaliter habeant potestatem capiendi personas debitorum, illa tamen ad egregias personas non extenditur.

4 Declara I. vt ad capturam personæ deueniri non possit occasione debiti incerti, & non liquidi, vt dicit textus. *l.* 1. *C. qui bon. ced. pos. Natt. cons.* 29. *num.* 2. *Bald. cons.* 185. *num.* 7. *vers. &* 6. Quando est incertum, vt quia v. g. creditor dicit sibi deberi damna, & interesse. Potest enim fieri vt debitore audito, & factis computis, vel non remaneat debitorem, vel saltem in parua summa, vt pro ea capi minimè possit. *Dec. cons.* 75. *num.* 1. *vers. quinto suadetur. glos. in Auth. minoris debito. C. qui dar. tut. pos. Bald. in Auth. sed iam necesse. C. de donant. nunt. Caccialup. de debitore suspecto. q.* 3. *numer.* 2. Vel creditum sit superseßoria. iudicis suspensum. Tunc enim dicitur illiquidum. *Rot. coram Albergato. In Append. §.* 4. *cap.* 23. *nu.* 5.

5 Subdeclara primo, vt incertitudo intelligatur solum

solum ratione quantitatis. Sin autem incertum esset ratione conditionis posset ad capturam deueniri. *Dec. cons. 75.* vt diximus supra. *cap. praeced. Ampl. 7.* Vel si debitor teneretur ad factum, vt ibidem etiam diximus. *Ampl. 5.* Tale autem debet esse creditum, vt pro eo possit obtineri Mandatum *seruatis seruandis*, vt diximus *eodem cap. praeced. lim. 12.*

6 Subdeclara secūdo, Vigore Statuti Vrbis *cap. 98.* 7 *lib. 1.* sufficere vt liquidatio crediti fiat Iudicis arbitrio; quod arbitrium intelligitur prout de iure, *Bart. in Extrauagant. ad reprimendum. verb. videbitur. num. 9. per Textum in l. 1. ff. de arbitr. Paris. cons. 56. num. 5. vol. 1.* re ipsa idem est dicere, *Arbitrio Iudicis*, vt considerat etiam *Fenz. ad Stat. Vrb. cap. 98. num. 3.* De iure autem Iudici constare debet de credito liquido. *d. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. l. 1. ff. de arbitr. Paris. cons. 56. num. 5. lib. 1.*

8 Subdeclara tertio, vt licet liquidatio summariè fieri possit, tamen de credito liquido pleuè cōstare debet, saltem per duos Testes. *Bald. in l. creditor. la 2. ff. si cert. pet. Angel. in l. 1. C. quorum appellat. recip. & in repetit. in l. carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. Alex. cons. 241. nu. 1. lib. 6.* Qui testes non debent esse singulares. *cap. licet causam. de probat. l. testium. C. de testib.*

9 Subdeclara quarto non sufficere testes in alia Curia examinatos. Testibus enim, & non testimonijs probari debet creditum. *l. 3. §. idem Diuus Adrianus. ff. de testib.* Ibi: *Quia nō probabat, nec testes producebat, sed testimonijs vti volebat. Natt. cons. 29. num. 1.*

10 Subdeclara quinto, vt possit etiam de liquidatione constare per scripturas priuatas, legitimè tamen recognitas. *Alex. cons. 241. num. 6. lib. 6.* Et multo magis per publica documenta.

11 Subdeclara sexto ad effectum obtinendi, mandatum suspicionis fugæ sufficere si creditor habeat decisionem Rotalem, etiam si nondum sit canonizata per sententiam. *Rot. decis. 742. num. 11. par. 3. rec. tom. 4. in Append. §. 4. cap. 3.*

12 Declara II. vt creditor debeat docere de huiusmodi credito liquido, saltem summariè ante capturam, etiam producendo solum mandatum, *seruatis seruandis*, relaxatum. *Rot. coram Albergato in Append. §. 4.* Nam si capto debitore superuenisset probatio crediti, esset relaxandus suspectus tanquam nulliter captus, cum captus ex iam deductis, non ex nouiter deducendis debet iustificari; *Bald. cons. 418. n. 3. lib. 4. Rom. cons. 241. Thes. decis. 220. n. 3. Grat. discept. 921. n. 18. Alex. cons. 241. n. 1. lib. 6. Dec. cons. 75. nu. 1. vers. 5. suadetur. Rol. consil. 65. num. 18 lib. 3. Rot. dec. 490. num. 5. par. 1. rec. & coram Albergato. In nostra Append. § 4. cap. 23. num. 6. & seqq.* & quia verba, *Constito de credito*, importāt conditionem, quæ non potest iustificari post mandati relaxationem. *d. dec. num. 8. & 9.*

13 Porro hæc Declaratio restringenda est vt nō procedat, in casu quo debitor pro inturbidādo suo debito aliquid produxerit. Tunc enim licet creditori ad diluendam exceptionem, & sustinendam carcerationem noua iura producere. *Abb. in cap. 2. nu. 3. in fin. de mut. petit. Gratian. discept. 224. num. 7. Greg. dec. 581. num. 2. & seq.*

14 Declara III. prædictam summariam probationem fieri posse parte non citata, ne debitor per citationem instruatur ad fugam. *Bart. in l. ait prætor. §. si debitor. num. 6. quæ in fraud. cred. Gabr. cit. concl. 1. num. 304. Asin. in sua praxi §. 7. cap. 5. lim. 12. num. 1. 3. & per tot. Bonel. in summ. decis. dec. cit. num. 291. cum seqq.*

15 Declara IV. vt liquidatio sit talis, quæ non importet excessum summæ debitæ; alias captura esset nulla, vt etiam mandatum. *Rot. in Append. §. 4. cap. 23.*

16 Declara V. vt mandatum suspicionis fugæ relaxatum contra plures absque clausula, *insolidū*, non possit exequi nisi pro virili, etiam si obligatio esset insolidum. *Rot. coram Albergato. in Append. §. 4. cap. 23.*

Credito probato succedit probatio suspicionis, quæ probatur iuramento, quando alia maior probatio haberi nō potest, vt in d. Const. LXXI. Paul. V. *In Append. §. 3. c. 40. Seraphin. de priu. iuram. cap. 7. num. 30. Menoch. de arbitr. cas. 107. num. 3. & seq.* vt ritè, & rectè sequatur captura; aliàs captura esset nulla. *Bald. in cons. 318. circa finem. vers. item non fuit iuratum. lib. 4. & cons. 338. in princ. lib. 4.* Solum itaque iuramentum requiritur ad suspicio-18 nem probandam, ita vt nulla alia probatio necessaria sit. *Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. & Tribut. lib. 10. Roman. in l. fideiussores. §. fin. ff. qui satisd. cog. Paris. cons. 107. num. 54. lib. 3. Alex. consil. 19. num. 2. lib. 3. Natt. cons. 29. nu. 2. & 10. Paul.* 19 *de Castr. cons. 474. num. 1. lib. 1.* Quæ enim pendent ab animo, iuramento probari debent, ita vt etiam si lex, vel statutum simpliciter disponeret secundum opinionem alicuius, intelligeretur tamen, dummodo iuret. *Ias. in l. apertissimi. num. 24. C. de Iud.* Iuramentum vero istud præstandum est ab ipsomet creditore, vel à procuratore habente ad id speciale mandatum vigore Const. LXXI. Paul. V. *Tit. de Notar. Vrbis.* Quod est etiam iuri consonum, vt diximus supra *num 3.*

20 Declara primo hoc iuramentum deferri debere à Iudice, & non à Notario, vt inquit *Paris. consil. 101. num. 2. vers tamen hoc lib. 3.* Tamen stylus in Vrbe est illud præstandi in manibus Notarij, licet eum, tanquam contrarium iuri, dicat non suffragari Anch. *Cons. 178. num. 67. Alex. cons. 132. num. 4. vbi ait hoc DD. sequi. lib. 1. Abb. cons. 53. numer. 1. lib. 2.* fuit etiam resolutum in vna Ciuitatis Castelli Bonorum. Coram Gyptio 11. Febr. 1598. Si deficiat probatio crediti, & iuramētum vt supra, mandatum est nullum. *Rot. in Interamnen. seu Romana Nullitatis mandati. 11. Decemb. 1652. coram Albergato. In Append. §. 4. cap. 23. num. 2. & 12.*

21 Declara secundo, hoc iuramentum non probari præstitum, si non reperiatur annotatum in actis, etiam si in mandato dicatur: *Iurato de fuga suspecto*; & Notarius attestetur in manibus suis fuisse præstitum. *Rota in Appendice §. 4. cap. 23. num. 12.*

Docto de credito, & iurato, vt supra, potest creditor vigore Const. LXXI. Pauli V. *In Append §. 3. cap. 40.* instare pro mandato suspicionis fugæ. In Curia verò Capitolina Statutum habet verba in-22 frascripta; *Et si obligationis dies nondum venerit, de deteriorationis conditione docuerit*; Quæ verba

fuerunt

fuerunt apposita ad tollendam illam difficultatem toties in Tribunalibus agitatam; An pro obtinendo mandato suspicionis fugæ, probatio deteriorationis conditionis post contractum necessaria sit; vt videre est penes Gratian. *discept.875. num. 13. & seqq. Fontan. dec.232. Rot. decis.48. num.2. par.4. rec.* In quo articulo communiter itum est in eam sententiam, vt si dies aduenerit, & debitor non soluat, non sit necessaria probatio deteriorationis, quasi quod fidei defectus sit causa suspicionis; cum debitor, qui non stetit promissis, non sit minus suspectus, quam qui deteriorauerit substantiam. *Surd. cons.68. num.19. vers. non etiam mouet.* Secus vero si nondum dies solutionis aduenerit. Tunc enim ad hoc, vt debitor in diem, siue sub conditione, possit iurari suspectus, necessaria est probatio deteriorationis, vt dixi supra. *cap. præced.*

Hactenus de requisitis iuxta formam Statuti Vrbis, & Constitutionum Pontificiarum. De iure 23 autem requiritur causæ probatio. *l. item si suspectū. ff. de procur. Castr. cons.473. num.1. lib.1. vers. requiritur.* Cuius causæ requiritur alia probatio, vltra iuramentum; cum non omnis causa sit sufficiens ad allegandum debitorem suspectum. Quapropter probanda est concludenter deterioratio, siue alia causa. *Rot. coram Albergato. in Append. §.4. cap.23. numer.14. & 15.* Per testes. *l. habebat quis. in princ. ff. de Instit. act. Innoc. in cap. ex parte Abbatissæ. de priuileg. & per Bart. in l.1. ff. de eden.* Qui testes aliquando recipiuntur, debitore non citato, ne ad fugam instruatur. *Bald. ad l. consentaneum. nu.25. C. quomodo, & quando.* aut recipiuntur, postquam cessauit periculum fugæ; nimirum post factam assecurationem debitoris per capturam eius, & tunc per apertissimas probationes iustificari debet causa suspicionis. *Imol in l.2. ff. solut. matrim. Roman. in l. fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. Ias. & Bald. in l. apertissimi. nu.22. C. de iud. Alex. cons.19. lib.3. Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. Trib. lib.10.*

24 Hoc tamen intellige casu quo debitor deprehēsus non fuerit à creditore in actu fugæ, & nullā habēte copiam Iudicis ad effectū impetrandi veniam de illo capiendo: tunc enim nulla requiritur probatio, nec iuramentum, vt dicturi sumus infra *cap. seq.*

25 Causæ verò suspicionis, quarum aliqua probanda est à creditore, sunt quamplures relatæ à multis. *Caccialup. de debit. susp. q.1. & à nobis. cap. præced.* Inter alias præcipuę, sunt dilapidatio bonorū; mali mores; mora in soluendo; decoctio; inter has est etiam defectus bonorum, seu potius defectus affectionis ad bona possessa. *Caccialup. de debit. susp. q.1. num.9.* Qui est sufficiens causa suspicionis. Ea autem dupliciter considerari potest; vel quia debitor immobilia non possidet; vel si possideat, non sunt sufficientia ad debitum persoluendum, aut ad tollendam suspicionem fugæ. Non enim sufficit esse æquiualentia debito, sed requiruntur tot bona, vt ad illa affectio debitoris sit tanta, quæ verisimiliter excludat suspicionem fugæ. *Caccialup. de debit. susp. q.1. num.9. & diximus cap. præced.* Causa verò suspicionis imminentis fugæ, cap. seq. examinabitur.

26 Declara tertio, & vltimo, quod diximus huiusmodi causas esse arbitrarias Iudici, procedere quotiescūq. quis iuratur simpliciter de fuga suspectus; vt si v.g. iuretur suspectus, eo quod non possideat immobilia ad sufficientiam. Hoc enim casu non potest cogi Iudex ad concedendam capturam debitoris, cū possit pensatis pensandis, quæ supra diximus, arbitrari debitorem non esse fugam arrepturum. *l. si fideiussor. §. si satisdatum.* Ibi: *Si hoc Iudici sederit, quasi sit arbitrarium. ff. qui satisd. cog.* Ideo non cogitur. *l. non quicquid. ff. de iudic.* Secus est in casu instantis fugæ, quo potest cogi ad concedendam capturam contra fugientem, tanquam contra delinquentem. *Caccialup. de debit. susp. q.4. & 6. numer.22.* Completis ijs quæ pertinent ad debitorē, & creditorem, remanent ea, quæ sunt præstanda à Iudice, cum iudicium constet ex Actore, Reo, & Iudice. Hæc sequenti capitulo nota fient.

CAPVT IV.

Qua auctoritate sisti, seu capi possit suspectus de fuga, quo loco, & tempore.

SVMMARIVM.

1. *Suspectum fugitiuum capere possunt Iudices omnes, & creditor.*
2. *Suspectus iurari debet coram Iudice competenti.*
3. *Suspectus potest iurari tempore Feriarum; Visitationis Gratiosæ coram Vicegerente.*
4. *Suspectus non potest iurari, nisi vigore iurium sufficientium.*
5. *Suspecto iurato Iudex per seipsum debet videre iura.*
6. *Suspicionis causæ Iudicis arbitrio remissæ sunt.*
7. *Suspecti qualitates sunt considerandæ à Iudice.*
8. *Suspicionis fugæ mandatū subscribitur nullo præcedente Decreto.*
9. *Mādatum suspicionis fugæ est Actus prouisionalis.*
10. *Fuga sapit aliquo modo crimen.*
11. *Fugitiuus dicitur facere furtum sui.*
12. *Mandatum suspicionis relaxatum citata parte requirit decretum, sicut* Mandatum ser. ser.
13. *Suspecto parāte fugam Iudex, alias incompetens, est competens.*
14. *Suspecto parante fugam nihil debet creditor adimplere ante capturam, sed post.*
15. *Suspectus solum potest capi de mandato incompetentis Iudicis, deficiente competenti.*
16. *Suspecto fugiente, & deficientibus Iudicibus, creditor potest eum capere, vel alter eius nomine.*
17. *Suspecto parante fugam, & deficientibus Iudicibus potest creditor illum capere propria auctoritate.*
18. *Suspectum, de cuius fuga timens Creditor, potest ipse capere iudicibus deficientibus.*
19. *Suspectum non potest capere Creditor, quia non possideat stabilia.*
20. *Suspectum non persequitur Creditor, nisi multo dispendio.*
21. *In tempore melius est occurrere, quam post persequi.*

22 Suf-

22 *Suspectus captus à Creditore est consignandus Iudici competenti ad euitandum priuatum carcerem.*
23 *Suspectum si detineat Creditor ad eius instantiam non incurrit priuatum carcerem.*
24 *Suspecti in captura Creditor non excedat modum.*
25 *Suspectum potest Creditor occidere, si in captura armis se defendat, si fiat in propulsione resistentiæ.*
26 *Fugitiui res, & pecunias potest capere Creditor.*
27 *Fugitiui bona capta Creditor det Iudici.*
28 *Fugitiui bona capta Creditor non communicat cum alijs Creditoribus.*
29 *Suspectus simpliciter capi potest omni tempore.*
30 *Suspectus simpliciter non perdit priuilegia iuris.*
31 *Suspectus simpliciter non potest capi in die feriato in honorem Dei.*
32 *Suspectus in actu fuga potest capi etiam in die feriato in honorem Dei.*
33 *Suspectus fugitiuus amittit priuilegia iuris.*
34 *Suspectus simpliciter potest capi in loco contractus, & destinato solutionis.*
35 *Suspectus debitor in Nundinis capi potest.*
36 *Suspectus in quocumque loco iurari potest, si sit fugitiuus, vel si se praparet ad fugam.*
37 *Suspectus, etiam simpliciter, potest capi quocumque loco, si consensit in obligatione,* Posse vbique conueniri.
38 *Debitor consentiens*, Posse vbique conueniri, *in Iudicem non suum consentit.*
39 *Suspectus, etiam fugitiuus, capi non potest in loco immuni.*
40 *Argumentum de Loco ad Tempus non valet quoad capturam fugitiui.*
41 *Suspectus fugitiuus capi potest in die Feriato in honorem Dei, at etiam delinquens at non possunt capi in loco sacro.*

1 FVgitiuum non valet comprehẽdere vnus. Debitorem suspectum sistere possũt Iudex competens, cæteri quicumque Iudices; ipsemet creditor, seu alter ad eius instantiã; adeo vt sicut dicitur, *Fugit impius nemine persequente*, ita dicere possimus, fugit debitor omnibus Iudicibus, ipsomet creditore, ac etiam alio pro eo persequentibus.

Conclusio I. Iudicem competentem ad infrascripta adimplenda teneri.

2 Præmitto primo, quod Iudex competens sit ille, ad quem solum recurrendũ est pro obtinendo mandato suspicionis fugæ. Ita disponit Sixtus IV. *in Capitulis declaratorijs iurisdictionum Vrbis, registratis post Statutum.* Ibi: *Item quod quicumque voluerit aliquem capi facere pro suspecto, & fugitiuo, non possit facere, nisi per Iudicem competentem.* Quod etiam est de iure. *Bald. in cap. causam matrimonij. circa finem. vers. extra quaro. de offic. delegat.* Vbi dicit, quod ille, qui facit debitorem detineri à Iudice incompetẽte, debet causam amittere; allegat Cynum *in l. fin. & glos. extat. ff. quod met. caus. Dec. cons. 75. num. 1. Ias. tamen in l. plerique. num. 26. ff. de in ius vocan. & in l. eum iurisdictio. num. 15. ff. de iurisd. omn. iudic. contrarium tenet.*

3 Præmitto secundo, quod cum esset dubitatum, an tempore Feriarum, quæ indicuntur in Visitationibus Gratiosis, Vicesgerens Vicarij Vrbis esset Iudex competens ad subscribendum huiusmodi mandata suspicionis fugæ, fuerit in Visitatione Gratiosa habita 20. Decemb. 1618. Nonæ, dictum fieri verbũ per Gubernatorem cum Sanctissimo. Quo facto Sanctitas Sua annuit 22. eiusdem, vt legitur in libris Decretorum, vti etiam diximus *lib. 1.* vbi de Gratiosa Visitatione tractauimus.

Præmitto tertio differentiam inter suspectum de fuga, & se ad fugam præparantem, hanc esse. Ille à lege præsumitur aliter quam ex aliquo actu ipsius extrinseco; Iste animum suum fugiendi declarat aliquo extrinseco actu, ex quo vitium mentis colligi potest. *Caccialup. de debit. susp. q. 1. num. 16.* Vbi dicit notandum, quia apud alios non inuenit, *iuncta l. fugitiuus. ff. de ver. sig.* His præmissis:

4 Debet I. Iudex competens inspicere iura Creditoris, an sufficiant pro relaxatione mandati, vt in simili dixit Rota. *Coram Canal. dec. 580. & 613. per tot. circa libros Mercatorum: & disponitur in Cõstit. Pauli V. LXXI. Tit. de Iudic. in caus. ciuil. vers. mandata suspicionis fuga non subscribant &c.* Atque hoc propter iniuriam, quam irrogat carceratio.

5 Quæ inspectio iurium delegari non potest alteri, vt in cit. Constitutione LXXI. & dixit Rota *in Toletana Iurisdictionis. 10. Decemb. 1620. & 14. Decemb. 1621. coram Pirouano.* Ad ipsum enim spectat considerare quantitatem, & qualitatem debiti;

6 causam suspicionis: cum omnes causæ eius arbitrio remissæ sint. *Menoch. de arb. cas. 87. num. 13. Vrsil. ad Afflict. dec. 108. num. 3. Ginrb. decis. 4. numer. 29.*

7 Qualitatem debitoris, an Plebeius, vel Nobilis. *l. neque. C. de dignit. lib. 12. Surd. cons. 68. num. 15. & 16. Gratian. discept. 875. nu. 29.* An vir probus, ac bonæ reputationis, & famæ: quia tales nõ sunt faciles ad fugam, quæ sapit delictum, vt diximus. Sapientis esse fugere negant Stoici. An Laicus, vel Clericus: Clericus enim est inter debitores, qui non possunt allegari suspecti. An sit ex illis personis, in quas, vel non cadat suspicio; vel propter aliquam causam iurari non possint; quas enumerauimus supra, *cap. 2. & alias etiam infra. §. 10.* enumerabimus; vbi de nullitate capturæ respectu personæ verba faciemus.

Itaque non potest Iudex non iurato suspecto; nec docto de credito deuenire ad subscriptionem Mandati absq. vitio nullitatis. *Bald. in l. apertissimi. numer. 9. C. de iud. Dec. cons. 75 nu. 1. Natt. cons. 430. in fin. Rol. cons. 63. num. 9. & 10. lib. 3. Rot. in Veneta. Pecuniarum. 7 Iunij. 1605. coram Penia. & in Interamnen. seu Rom. Pecuniaria. 11. Decembris. 1652. in Append. §. 4. cap 23. num. 2.* Quod dicendum est etiam si Iudex, qui capere fecit, haberet facultatem procedendi, *Manu Regia, & sola facti veritate inspecta.* Nam hæ clausulæ licet tollant solemnia, non tamen tollunt substantialia. *Natt. consil. 15. num. 41. Rom. sing. 792. Rot. coram Seraph. dec. 377 num. 7.* siquidem dicta requisita pertinent ad iustitiã, non autem ad solemnitatem. *Rot. coram Sacrato. in Forolimien. Nullitatis obligationis. 20. Martij 1613. apud Marches. de commiss.*

8 Potest etiam Iudex, si omnibus consideratis, arbitretur locum esse suspicioni, ad mandati subscriptionem nullo præcedente decreto deuenire. Sola tantum subscriptio sufficiens est ad tollendam

dam nullitatem defectus decreti, quæ allegari pos-
9 set. Quippe mandatum suspicionis fugæ conside-
ratur tanquam actus merè prouisionalis, qui fre-
quenter non citata parte expeditur. Vnde potius
dici potest simplex captura ad effectum ducendi ad
præsentiam Iudicis, ad instar prouisionis, qua vtun-
tur Iudices criminales; quam vocant *Adducatur:*
Cum enim huiusmodi fuga sapiat aliquo modo cri-
10 men. *Baiard. ad Clar. q. 21. num. 72. Bald. in Rub. C. de reuoc. ijs, quæ in fraud. num. 5.* attento quod
11 debitor fugitiuus dicatur facere quodammodo fur-
tum sui ipsius. *Bald. in cap. conquestus. num. 12. in fin. de ferijs. Anchar. cons. 192. num. 9.* Ex quo se-
quitur, quod sicut Iudices criminales pro assecu-
ratione iudicij, nullo præcedente decreto, capere
faciunt delinquentem; ita pari modo procedatur
in suspecto de fuga: cum non ad alium finem, quam
pro assecuratione iudicij, & iurium creditoris mã-
data huiusmodi relaxentur.

12 Cæterum his non obstantibus, si citatur pars
ad cauendum, iuxta formam Statuti Vrbis, decre-
tum non potest omitti absque vitio nullitatis, si-
cut dicimus de mandato, *seruatis seruandis*, re-
laxato. *Postb. de subbast. insp. 11. num. 54. Duran. dec. 14 num. 2. Rot. decis. 644. num. 2. par. 4. tom. 3. recent.* Diximus quænam adimplenda sint à Iu-
dice competenti: dicamus modo de incompe-
tenti.

13 Conclusio II. parante fugam debitore, & defi-
ciente præsentia competentis Iudicis, excitatur iu-
14 risdictio incompetentis, quem adire potest Credi-
tor, &, absque vlla probatione, aut etiam iuramẽ-
to, instare pro captura; Qua sequuta tenebitur iusti-
ficare Creditum, iurare, adimplere alia, de quibus
supra, coram Iudice competenti, ad quem remit-
tendus est suspectus captus de mandato incompe-
tentis Iudicis. *Alex. cons. 205. nu. 6. & 8. lib. 9. Gratian. qui alios allegat discep. 875.*

15 Hoc procedit etiam in casu quo debitor non pa-
rat fugam, sed simpliciter iuratur suspectus, & de-
ficit Iudex competens. *Aret. cons. 95. Dec. cons. 75. Adden. ad constit. Marchia. lib. 6. cap. 23. nu. 4.* Imò
vero procedit etiam si creditum esset tempore pe-
riturum. Tunc enim non potest opponi Iudicis in-
competentia. *Anchar. cons. 192. num. 3.* Nam vbi
est periculum in mora, ac fuga debitoris, ibi cele-
riter est occurrendum. *l. 1. ff. de exercit. cap. vbi periculum. de elect. in 6. Anchar. d. cons. 192. num. 5. in fin.*

16 Conclusio III. si deficiat Iudex ad quem possit
Creditor recurrere, licet ei vti facultate capiendi
debitorem fugientem propria auctoritate, quam
concedit illi Prætor. *l. ait Prætor. §. si debitorē. Et ibi Bart. ff. quæ in fraud. cred. Cancer. var. lib. 3. cap. 11. n. 10.* vel potest illũ capi facere ab alio suo nomine. *Glos. notab. in l. 1. C. vbi quis Decuria, vel Cohort. superuer. ab his, ibi: procuratorib. Caccial. de debit. susp. q. 4. num. 17. & seq.*

17 Declara I. non esse necessarium debitorem in
ipso actu fugæ reperiri; sed sufficere si sit in fugæ
præparatione. *Glos. & DD. in l. quæsitum. in ver. interest. ff. de pignor. Oinot. §. actio. num. 151. in fin.*
18 *Instit. de act. Cancer. loc. cit. num. 12.* Immo vero
satis est timor de fuga, vt si extent signa quæ fugæ
suspicionem ingerant. *Bald. in l. si quis in tantam.*
19 *C. de pignor. Viuius. com. opin. cap. 177. num. 4.* Ita
vt sola deficientia bonorum immobilium non sit
sufficiens causa propter quam Creditor possit debi-
torem suum propria auctoritate capere. *Caccialup. de deb. susp. q. 4. num. 16.* Cui creditori lex indul-
get, vt cocurrente præparatione ad fugam, vel tre-
pidatione, vt supra, possit id facere ad se subleuan-
20 dum: eo quod immoderatæ sint expensæ, quæ fiunt
in persequendo debitore fugiente, ita vt aliquando
excedant summam debiti principalis cõtra l. Medi-
21 terranea. C. de annon. & tribut. lib. 10. Meliusq. est
in tempore occurrere, quam post tempus persequi. *l. 1. C. quand. lic. sine Iud. vind. Rebuff. ad Constit. Reg. tom. 1. tract. de litter. oblig. art. 6. glos. 3. nu. 41.*

22 Declara II. vt teneatur Creditor, debitorem
competenti Iudici consignare intra viginti horas
23 ad euitandam pœnam priuati carceris, quam alias
incurreret. *Ias. §. 1. inst. de act. Bar. in l. capite quinto. num. 3. ff. de adult. Caccialup. de debit. susp. q. 12.*

24 Declara III. pœnam prædictam non incurrere
Creditorem, si detineat vltra viginti horas rogatus
à debitore timente, ne si ducatur ad carceres ab
alijs creditoribus arrestetur. *Alber. in l. iubemus. num. 2. vers. in contrarium. C. de priuat. carc. Decian. lib. 7. cap. 10. num. 8. Farin. q. 27. nu. 30. Guaz. def. 5. cap. 7. num. 5. vers. dicit procedere.*

25 Declara IV. vt requiratur creditorem non ex-
cedere modum in captura. *Scacc. de Iud. cap. 37. num. 8. & 9. lib. 1.* qui modus est inter cæteros co-
nari fugientem voce retardare; Si enim illum à lon-
ge offenderet ad retardandam fugam, puniri posset,
& vlterius amitteret ius suum. *Bald. in Auth. sed omninò. num. 14. C. ne vxor. pro marito. Gayl. Obseru. 44. num. 4. lib. 2.*

26 Declara V. vt si debitor in actu capturæ se ar-
mis defenderet, vulnerari, & occidi possit à Cre-
ditore, dummodo hoc sequatur in propulsione re-
sistentiæ. *Bald. in l. si vt allegas. num. 3. C. ad l. Cornel. de sicar. Ias. in §. 1. Institut. de action. num. 76.* Facit Textus *in l. si ex plagijs. §. Tabernarius. ff. ad l. Aquil.*

27 Quæ diximus de captura debitoris facta credi-
toris auctoritate, locum habent etiam *in re*, seu
pecunia; ita vt liceat Creditori à debitore fugiti-
uo illam capere. *Alex. cons. 64. per tot. lib. 3.* Quam
tamen debet creditor Iudici consignare. *Arg. l. fin.*
28 *C. de malef. & mathem.* Debet enim illam Iudici
exhibere, vt sibi pro suo credito consignet. *Bald. in rub. C. de reuoc. ijs, quæ in fraud. &c. nu. 4. vers. modo quæro:* Ratio est, quia non potest sine
auctoritate Iudicis, dominium illius pecuniæ adi-
pisci, nisi esset eademmet pecunia, seu res, quam à
creditore recipisset: quia tunc potest illam sibi re-
tinere. *Caccialup. q. 4. num. 11. & seqq.*

29 Porro creditor, qui pecuniam sibi debitam à de-
bitore fugiente abstulit, non cogitur communica-
re alijs creditoribus. *l. ait Prætor. §. debitorem meum. ff. quæ in fraud. cred.*

Succedit sermo de tempore, & loco. Qui pru-
denter agunt, solent dicere: *Consilium Tempus, Locusque dabunt.* Contra fugientem non est opus
consilio; Ne (vt est in adagio) dum Romæ consuli-
tur, Saguntum expugnatur. Et meritò. Qui à loco
suo recedunt, ac fugiunt; & tempore præfixo non
soluunt,

soluunt, quique non solum peccant in tempore, sed & in iure, omni beneficio Loci & Temporis carere debent.

30 De tempore sit prima conclusio. Si quis simpliciter sit suspectus, quia videlicet non possidet immobilia, & nullis alijs concurrentibus indicijs, seu signis fugam indicantibus habeatur pro suspecto de fuga, & à suo creditore suspectus iuretur, capi non potest die feriato, vt dicit *Paul. de Castro cons. 473. lib. 1. num. 1. vers. Est alia differentia. Caccialup. de debitore suspecto. quaest. 8. num. 2.* vbi dicit esse 31 perpetuo mente tenendum, quia alibi non reperitur; & ratio esse potest, quia huiusmodi debitor priuilegia iuris non amittit, & si caperetur, veni- 32 ret relaxandus tanquam nulliter captus, per text. *l. dies festos, C. de ferijs.*

Rursus conclusio secunda sit etiam de tempore. 33 Si quis sit in actu fugae, vel ad fugam se praeparet, cum amittat ea, quae iuris sunt potest capi quocumque tempore, etiam die feriato in hono- 34 rem Dei, & hoc propter periculum morae. *Felin. in cap. significauerunt num. 14. de indicijs. & facit glos. in l. dies festos C. de ferijs. verb. fideiussionis.*

De loco etiam duae constitui possunt conclusio- 35 nes. Prima est debitorē simpliciter de fuga suspectum iurari posse in loco contractus, & destinatae solutionis, vt supra diximus *cap. 2.* vel si quis sit debitor nundinarum. Nam quamuis recipiendo in nundinis non se obligauerit personaliter, tamen, si intra tempus nundinarum non soluat, potest iurari suspectus, si debitum sit factum nundinarum causa, & solutio sit ibidem destinata. Ratio est, quia Mercatores omnes, dum sunt in nundinis, suspecti 36 de fuga sunt. *Curt. de sequest. num. 3. Niger. de exec. rei iud. cap. 14. §. 5. num. 23.* Secunda con- 37 clusio est fugientem, seu parantem se ad fugam, quocumque loco reperiatur, capi posse. *l. 1. C. vbi qui de Curial. aliaud cond. conuen. Caccial. de susp. deb. q. 7. num. 1. & 2.* Qui ampliat etiam vt in alieno territorio, vbi non contraxit, capi possit à creditore, si deficiat copia Iudicis.

38 Aduerte etiam non praeparantem se ad fugam, si in obligatione consensisset posse omni loco conueniri, posse vbique iurari suspectū. *Glos. in l. ait Praetor. §. si debitorem. vbi DD. ff. de his quae in fraud. cred. Alex. in l. 2. num. 8. vbi Ias. nu. 15. ff. de iurisd. omn. iud. Rom. cons. 242. lib. 2. Caccial. de debit. susp. q. 7. num. 1.* Ratio est, quia dum vbique se soluturum promisit, vbique conueniri, & de fuga suspectus iurari potest. *Lap. alleg. 19.* Addoq. hoc pacto contrahendo, debitorem in Iudicem non suū, de cuius 39 mandato carceratus fuit, consentire. *Castr. in l. non vtique. §. si quod ita. ff. de eo, quod certo loco. Marches. de commiss. appell. in caus. Cam. oblig. num. 34. & seqq. fol. 790.*

Verum tamen est nullo ex casibus praedictis capi 40 posse suspectum de fuga, in loco immuni. *Couar. 2. var. cap. 20. num. 14. Germ. de immun. lib. 3. cap. 16. num. 99. & seqq. Farin. in Append. de Immun. cap.* 41 *17. num. 3.* Atque iste est vnus ex illis casibus, in 42 quibus non valet argumentum de loco ad tempus. *Ias. in l. vinum. num. 3. ff. si cer. pet.* Potest enim capi fugitiuus tempore feriato, etiam in honorem Dei, vt diximus, non tamen in loco sacro. *Bonac. quaest. 7. de Immun. in princ. Thomas Del Bene tract. de Immun. cap. 16. dub. 11. sect. 4. num. 5.*

Quod si deficeret aliquod tam ex praedictis requisitis quam ex alijs in praecedentibus capp. enarratis, Mandatum redditur nullum, & carceratus est gratis relaxandus. Nullitas enim mandati influit in executionem; & illam inficit. *Rota coram Remboldo. in Append. §. 4. cap. 23. num. 7.* Postquam, vt infra, constituimus suspectum in manibus Executorum, ne aufugiat; videamus quid deinde agendum. Hoc capite sequenti indagabimus.

CAPVT IV.

Post capturam suspecti, quae remaneant adimplenda.

SVMMARIVM.

1 *Suspectus captus ducendus est ad praesentiam Iudicis.*
2 *Suspectum duci ad praesentiam Iudicis est de forma.*
3 *Forma omissio reddit actum nullum.*
4 *Mandati fines sunt diligenter custodiendi.*
5 *Suspecto non ducto ad praesentiam Iudicis, captura est nulla de iure.*
6 *Suspecto non ducto ad praesentiam Iudicis, captura est nulla de stylo Visitae.*
7 *Obseruantia prodest ad legislatoris intentionem interpretandam.*
8 *Suspecto non ducto ad praesentiam Iudicis, Executor condemnatur in expensis ex Decreto Visitae.*
9 *Forma omissa nullus est Actus, si verba sint concepta negatiuè, seu prohibitiuè, alias secus.*
10 *Clausula,* sublata, *&* Decretum *irritans, reddunt actum nullum factum in contrarium.*
11 *Suspecto non ducto ad praesentiam, quia noluit iri, non est nulla captura.*
12 *Suspectus debet cauere solum de se repraesentando, ex Const. LXXI.* Paul. V.
13 *Suspectus de iure debet cauere de stando iuri, & se repraesentando.*
14 *Suspectus cauet in Visita, & in omnibus Tribunalibus Vrbis, de se repraesentando solum. & num. 16*
15 *Suspectus de fuga in* Curia *Capitolina vigore Statuti cauet de stando iuri, & se repraesentando.*
17 *Statutum Vrbis disponens suspectum de fuga cauere de stando iuri concernit ordinatoria; propterea non seruatur in Visita, nec in alijs Tribunalibus Vrbis.*
18 *Suspectus de fuga non relaxatur cum cautione iuratoria.*
19 *Suspectus relaxatus in Visita* Capitolij *tenetur ad solam cautionem de se repraesentando.*
20 *Suspectus relaxatus in Visita in* Curia Capitolij *cum cautione de stando iuri, obtinet moderationem, vt caueat solum de se repraesentando.*
21 *Suspectus, si caueat, dum disputatur super competentia, non amittit priuilegium fori.*

22 *Suspectus non approbat capturam nulla apposita clausula,* sine præiudicio, *ac etiam non apposita* Cauendo de se repræsentando.

23 *Suspectus debet cauere de stando iuri coram Iudice competenti.*

24 *Suspectus, si caueat de stando iuri coram Iudice incompetenti, prorogat eius iurisdictionem, etiam si reseruet sibi omnia iura.*

25 *Suspectus, si caueat, dum disputatur super competentia Iudicis non prorogat eius iurisdictionem.*

26 *Suspectus simpliciter non amittit priuilegia iuris, sed qui præparat se ad fugam, vel fugit.*

27 *Suspectus fugiens potest capi à Creditore.*

28 *Suspectus simpliciter, & præparans se ad fugam à Constit. LXXI. Paul. V. æquiparantur.*

29 *Suspectus fugiens non opponit incompetentiam Iudicis.*

30 *Suspectus etiam simpliciter potest iurari docto solum de credito, & iurato; ex Constitut. LXXI. Paul. V.*

31 *Suspecto carcerato potest ad eius instantiam præfigi creditori terminus ad iustificandum creditum,* seruatis seruandis.

32 *Debitores sunt bene tractandi à creditoribus, ne aufugiant.*

CApto debitore de fuga simpliciter suspecto debent Birruarij adimplere formam Mandati, cuius tenorem posuimus. *in Append. §. 3. cap* 41. quæ forma consistit: Primo in ducendo eundem suspectum ad præsentiam Iudicis. Secundo in præstanda cautione. Vtrumque examinemus.

1 Conclusio sit. Tenetur executor ducere debitorem ad præsentiam Iudicis, non autem ad carceres, ad effectum vt possit Iudex, debitore coram se ducto prouidere, prout sibi videbitur, vt ex formula dicti mandati apparet, & vt disponit Constit. LXXI. Paul. V. Estq. de iure, vt diximus.

2 Declara I. huiusmodi adductionem ad præsentiam Iudicis esse de forma, cuius propterea omis-3 sio actum nullum reddit, vt in similibus terminis perpendit Castren. *Cons.* 31. *lib.* 1. *Neniz. cons.* 52. *Natt. cons.* 430. *Cyriac. contr.* 464. *num.* 22. & 23. *Monach. dec. Bonon.* 26. *num.* 2. & 3. & *seq. Fontan. dec.* 230. *num.* 14. & *in alijs materijs. Rot. dec.* 143. *num.* 4. *par.* 3 *rec.* Quod magis in hoc casu militat, in quo hæc forma ordinem actus concernit. *Rot. dec.* 124. *num.* 41. *vers. quia.* & 42. *par.* 6. *rec.*

Declara II. formæ huius omissionem eo magis reddere actum nullum, quia fuit inducta non solum à iure, nempè à Constitutionibus Pontificum, sed etiam apponitur in ipsomet mandato, vt dixi, Ibi: 4 *Capiatur N. N. & ad præsentiam Iudicis ducatur &c.* quorum mãdatorum fines sunt diligenter custodiendi. *l. diligenter. ff. mand. Felin. in cap. cum dilecta de rescrip. cap. cum olim de offic. deleg. cap. per tuas de arb. Rot. decis.* 82. *nu.* 6. *par.* 6. *rec.*

5 Declara III. à Doctoribus, hanc nullitatem fuisse canonizatam. Ita enim indicauit Senatus Cataloniæ. *Fontanel. dec.* 230. *num.* 14. & *seq.* & *Rot. Bonon. dec.* 26. *num.* 2. *penes Monac.*

6 Declara IV. Visitam eandem opinionem passim sequutam fuisse, vt paulò infrà apparebit: Vltra ea, quæ dicturi sumus inferius §. 10. *Constit. Paul. V.* Vbi de carceratis culpa executoris verba faciemus. Quæ obseruantia multum prodest ad legislatoris intentionem interpretãdam. *Surd. cons.* 440. *num.* 17. *Gregor. dec.* 325. *num.* 1. & 26. *Rot. dec.* 150. *num.* 27. *par.* 5. *rec.* Quapropter in Visita fuit de-8 cretum pro nullitate etiam cum refectione expensarum. 1529. 19. Iun. Capit. *Marianus pro debito. Quia ex forma mandati debet duci ad præsentiam D. Gubernatoris, & hoc non seruato, fuit carceratus, & propterea iniustè, & malè, remanente Decreto Gubernatoris contra alios;* Relaxetur: & *D. Gubernator prouideat super mala carceratione, & expensas soluat executor.* Iterum 1630. 10 Ian. Capit. *Marcus Aurelius. Ex quo non fuit perductus ad præsentiam; Relaxetur gratis.* 1637. 16. Febr. Sabel. *Carolus. Ex quo non fuit ductus ad præsentiam, neque descriptus in libro Carceratorum iuxta formam Reformationis; Relaxetur gratis.* 1637. 24. Feb. Nonn. *Ioannes Amicus. Captus pro suspecto fugæ. Pars aduersa intimata nisi per totum hodie docuerit fuisse ductum ad præsentiam Iudicis iuxta formam mandati; Relaxetur gratis.*

9 Declara V. quando concepta sunt verba negatiuè, vel prohibitiuè, cuiusmodi sunt verba Cõstitutionis præfatæ; tunc licet vlterius non progrediatur legislator actum annullando, illum tamen nullũ, & inualidum reddi omissione formæ vt docẽt Auctores. *Alex. cons.* 24. *num.* 3. *lib.* 4. *Mascard. de general. stat. interp. concl.* 9. *num.* 1. & 33. *Farin. in fragm. ver. lex. num.* 170. & 196. *Rot. dec.* 52. *nu.* 12. *par.* 5. *rec.* Quicquid sit quando lex affirmatiuè, & permissiuè loquitur absque impositione pœnæ nullitatis. *Ex Vant. de nullit. tit. quib. mod. null. in ind. propon. num.* 64. *Caphal. cons.* 47. *num.* 14.

10 Declara VI. in nostro casu nullitatem tanto magis intrare concurrente clausula, *sublata &c. & decreto irritanti* in fine dictæ Constitutionis LXXI. Paul. V. appositis, quæ clausula nullitatem absque dubio propter formæ omissionem inducit. *Gonzal. ad reg.* 8. *glos.* 67. *num.* 12. *Mares. resol.* 37. & 38. *lib.* 2. *Grat. discept.* 191. *num.* 13. *Rot. dec.* 62. *numer.* 6. *par.* 6. *rec.*

11 Verum hæc intelligenda sunt vt non procedant quotiescumq. debitor iuratus suspectus, & captus nollet ire ad præsentiam Iudicis. Quo casu, vt præstetur fides Executoribus id allegantibus, debet annotari in libro Carceratorum per Cancellarium hoc modo: *N. N. Carcerato con mãdato di sospetto di fuga &c.* Et in fine partitæ addere: *Non volse andare alla presenza del Giudice.* Nunc dicamus quid agendum sit postquam debitor ad Iudicis præsentiam ductus est.

12 Conclusio sit. Ducto Debitore ad præsentiam Iudicis, nisi ex aliqua causa videatur Iudici liberè dimittendus, tenetur illum Iudex habilitare cum cautione (si illam præstare possit) de se repræsentando sub pœna debiti. Ita disponunt Constitutiones Pij V. & Paul. V. citatæ.

13 Declara I. vt specificatio qualitatis cautionis deseruiat ad remouendam illam difficultatem: An ad effectum excarcerationis teneatur suspectus de fuga cauere de se repræsentando tantum; vel etiam simul de stando iuri. Prima opinio verior est, posterior de stando iuri, magis vsu recepta. *Castr. in l. neque impuberes. §. 1. de in ius voc. Afflict. decis.* 170.

cis.170.nu.4.vbi Vrsil.nu.2.& Paris.conf.99.lib.2.

14 Declara II. vt prima opinio de præstando cautionem solum de repræsentando seruetur in Visita, & in omnibus Tribunalibus Vrbis (excepto Capi-15 tolij) stante citato Statuto requirente vtramque cautionem; *De stando iuri*; Et, *Iudicatum soluendo*. Propter quod non procedunt in foro Capitolino dispositiones Constitutionum Pij V. & Pauli V. quæ contentæ sunt sola cautione de se repræsentando, vt diximus.

16 Declara III. non seruari dictum Statutum in 17 cæteris Tribunalibus Vrbis, quia concernit ordinaria. *Seraph.decis.208. num.2. Greg. decis. 352. num.7.*

Declara IV. longè ante prædictam Constitutionem LXXI. Paul V. anno 1612. emanatam, decretum fuisse à Visita, vt infra. 1587. 6. Aug. Nouæ. *Omnes detenti vigore mandatorum suspicionis fugæ, data cautione de se repræsentando toties quoties sub pœna debitorum, pro quibus detinentur; Relaxentur.*

18 Declara V. vt huiusmodi cautio non admittatur iuratoria, sed cum fideiussoribus à Notario habente officium publicum, quod possit obligari, ipsius periculo recipientis, etiamsi impossibilitas allegetur. *l. filiusfamilias §. ijdem Principes. ff. de leg.1. Surd. conf.68. num.23.* Aliàs enim creditori non esset cautum, & mãdatum executũ remaneret elũsoriũ cõtra textum in l. si pecuniæ, vt in possess. leg. *Gurb.dec.4 nu. 35. Caccialup. de debit.susp.q.11. num.8.* Qui *nu. 9.* limitando supradicta sentit posse admitti cautionem iuratoriam, si aliam debitor non inueniat propter paupertatem, in quam inciderit absque culpa, & sit bonæ conditionis, & famæ.

19 Declara VI. vt Visita cum sola cautione de se repræsentando decernat relaxationem, (etiam in Curia Capitolina) quotiescumque carceratus pro suspecto relaxatur ex decreto Visitæ. Vnde cum fuisset carceratus tanquam suspectus Ioannes Baptista vigore mandati præfatæ Curiæ, commissa causa Auditori Cameræ, obtinuit excarcerationem, data cautione de se repræsentando, & instante creditore addendã etiam cautionem de stando iuri, fuit dictum oretenus Auditori eiusdẽ Auditoris Cameræ, qui 15. Decemb. 1639. exquisiuit Votum in Visita habita in Capitolio, cautionem de stando iuri non esse addendam.

20 Declara VI. etiam facto decreto de stando iuri, & iudicatum soluendo, illud instante carcerato moderatum fuisse. 1637. 1. Octob. Capit. *Petrus Antonius. Præstita cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo; Relaxetur: & quatenus mulieres, Visita supplet.* 1537. 8. Octob. Sabel. *Petrus Antonius carceratus in Carceribus Capitolij vigore mandati suspicionis fugæ. Moderando decretum, vel præstita cautione de se repræsentando; Relaxetur: & quatenus mulieres, Visita supplet.*

21 Declara VIII si dum disputatur super competentia Iudicis, debitor caueat, non amittere priuilegium fori, nec dici posse illi renunciasse, per ea quæ tradit *Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori nu.2. ff. de nou. oper. nunc.* nam dum disputatur de incompetentia iudicis impeditur debitor coram suo iudice conueniri, idcirco cauendo non censetur sibi præiudicium intulisse super iurisdictione iudicis competentis, sed sibi consulitur vt suspectus non habeatur penes suum creditorem, quæ cautio vti actus per quem creditori prospicitur *l. 3. ff. de transact. l. si mercedem in fin. ff. de actio. empt. arg. l. si conuenerit §. si quis ff. de pignor.* non concernit iudicem, seu eius iurisdictionem, sed ipsas partes, eorumque interesse.

22 Declara IX. vt per istiusmodi cautionem non censeatur approbata captura, nec conualidata carceratio, seu mandatũ, si possit aliqua ratione opponi de nullitate; maxime si sit apposita clausula sine præiudicio nullitatis. *Rot. corã Albergato in Appen. §.4. cap.2. nu.17.* ac etiam non apposita dicta clausula, cum per huiusmodi cautionem nullum ius acquiratur creditori, quin possit debitor, etiam post excarcerationem opponere nullitatem. *Peguer. decis.74. per tot. Farin. q.27. num. 150. & seqq. vbi disputat hanc quæstionem.*

23 Conclusio III. si quæ præstatur coram Iudice incompetenti Cautio, præstanda est de respondendo, seu se præsentando coram competenti. *Dec. conf.75. num. 1.*

24 Declara I. vt si fuerit satisdatum, de stando iuri coram incompetente, actus iste faciat talem prorogationem iurisdictionis, vt non sufficiat reseruatio omnium iurium, etiam capturæ, ad impediendam prorogationem. Huiusmodi enim reseruatio intelligitur de alijs iuribus, quam incompetentiæ propter repugnantiam. Nam incompetentia tendit ad omnimodam exclusionem Iudicis; promissio verò de stando iuri ad præparationem iudicij, & litis decisionem coram eodem Iudice. *Anchar. conf.192. num.4. vers. non obstat reseruatio.* Quod si debitor dum disputatur super competentia iudicis, caueat; tunc non amittit priuilegium fori, vt dixi supra. *decl.8.*

26 Declara II. ne sint prædicta contraria dispositioni iuris, & Constit. Sixti IV. disponenti cautionem esse præstandam coram Iudice competenti, distinguendum esse; aut debitor suspectus de fuga cum iuramento, docto de credito, pro iudicij assecuratione capitur; & hoc casu non amittit priuilegia iuris, quin possit de competentia opponere: aut ad fugam se præparat, & periculum est in mora, vel in actu fugæ reperitur; & tunc, vt supra diximus, quæcumque priuilegia iuris amittit, ita vt ab in-27 competenti Iudice, immo propria creditoris auctoritate absque incursu priuati carceris, vel ab alio eius nomine retineri possit, vt etiam diximus. E. si apud nos cesset iuris dispositio, cuius vigore 28 non eodem modo proceditur in de fuga suspecto simpliciter, quo in præparante se ad fugam, vel in actu fugæ reperto, vt supra diximus, stante dispositione Constitutionis LXXI. Paul. V. supra relatæ, requirentis solum ad concessionem mandati suspicionis fugæ, probationem crediti, & iuramentum creditoris super fuga; ita vt non intret oppositio incompetentiæ Iudicis: quod docet etiam praxis, cum passim in Curia à quibuscumque Iudicibus concedantur huiusmodi mandata. Cum suspicio fugæ consistat in animo creditoris, & propterea dum statur eius soli iuramento, poterit semper di-29 cere creditor habuisse suspectum suum debitorem, quia se ad fugam præparabat, quo casu incompetentia non attenditur. *Anchar. conf.192. quem se-*

quitur Rom. in conf. 242. *num.* 2. Vbi additio testatur communem stare cum Ancharan. quicquid aliqui cōtra dicant: & communem quoque dicit Boss. *In pract. crim. tit. de confess. num.* 53. Idque hac inuincibili ratione probatur. Nam debitor suspectus de fuga, scilicet se præparans ad fugam, vel in actu fugæ repertus, potest capi per creditorem, sicque per priuatam personam. *l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit. vbi Bart. Ang. Aret.* cæterique scribentes: Ergo à fortiori per Iudicem quamuis alias incompetentem. *Argum. l. fin.* C. *de maled.* Quare dum Constitutio L X X I. Pauli V. non requirit aliam probationem, quam crediti, & iuramentum creditoris, illi stādum est. *Castr.*

30 *in l. iusto. ff. de vsucap. in fin.* Vbi vult, quod si creditores faciant capi suos debitores tanquam suspectos, & fugitiuos præstito solo iuramento de suspicione, & non facta fide, quod ipsa suspicio emerserit de nouo, & contra capturam opponatur per debitorem non valere, quod huiusmodi oppositio admitti non debet propter frequentem vsum, & ne multæ irritentur capturæ. Atque hoc notandum tradit Marsil. *In singul.* 282. & hanc esse communem DD. sententiam firmat Paris. *in conf.* 99. *num.* 32. *lib.* 3.

31 Declara III. Non habente cautionem suspecto ne detineatur carceratus propter debitum, & deteriorationem summariè tantum probatam, (quæ plerumq; plenè probari non poterunt) posse astringi creditorem ad proprium creditum *seruatis seruandis* verificandum agendo ordinariè. *Castr. consil.* 473. *post nu.* 1. *circa medium. vers. & nisi actor. lib.* 1. *Caccial. q.* 6. *num.* 25. *Mascard. de prob. concl.* 823. *num.* 16. *vers. & nisi actor. Ciriac. contr.* 464. *num.* 13. *vers. adcirco. & nu.* 14. 15. *&* 19. *vers. sed & adhuc. Bur. dec.* 105. *num.* 8. *& dec.* 531. *num.* 5. cum suspicionem, & deteriorationem concludenter probare debeat. *Alex. conf.* 19. *num.* 1. *&* 2. *vers. quod quamuis lib.* 3. *Dec. conf.* 75. *num.* 1. *circa fin. vers. septimo aduertendum est. Paris. conf.* 99. *numer.* 33. *& conf.* 101. *num.* 5. *&* 5. *lib.* 3. *Mand. in addit. ad Rom. conf.* 241. *vers. quod sufficit. vbi de communi. Rot. pluries citata Ianuen. Pratensa excarcerationis. num.* 10. *&* 16. *coram Coccino. In Append. §.* 4. *cap.* 3. Quæ accipienda sunt secundum ea, quæ diximus supra de deterioratione, quando, & & quomodo probanda. *Cap.* 2.

32 Hoc loco moneo creditores, ne illos fugiat, fore plærumque, vt dum sperant fugientem debitorem posse comprehendere, bolus, (vt dicitur) illis è faucibus eripiatur; ac propterea debitores esse ab ipsis bene tractandos; & dilationibus subleuandos, ne si eos toruo aspectu, verborum asperitate, minis carcerum perterreant, ne, inquam, oculos, & conspectum ipsarum declinent, existimantes se obsertis quasi auribus preces fundere, eligāt fugam, & terga vertant. Hoc monet adagium, *Fugientem quid insequeris? Præsentem mulge.*

Atque hoc satis de carcerandis, & carceratis. Reliquum est, vt cum propè finem operis iam consistamus, agamus de ijs, quibus ianuæ carcerum sunt aperiendæ. Isti sunt, qui bonis cedunt, de quibus 9. §. sequenti, & nulliter capti, de quibus §. 10. verba faciemus.

§. I X.

RELAXATIO DEBITORIS FACTA CESSIONE BONORVM.

SVMMARIVM.

1 *Cessione bonorum facta prout de iure, & seruata forma Const. Pij IV. relaxandus est carceratus.*
2 *Carceratio debitoris nunquam fuit sublata.*
3 *Debitoris bona erant obnoxia, non corpus, ex lege Petiliana, seu Iuliana.*
4 *Cessionis bonorum beneficium cur inductum.*
5 *Cessio bonorum conceditur non valentibus soluere, ne marcescant in carceribus.*
6 *Debitoris qui in bonis damnificauit, in bonis puniatur.*
7 *Carceribus perpetuo detineri debitorem nolunt LL.*
8 *Cessio bonorum miserabile beneficium appellatur.*
9 *Cessio bonorum flebile adiutorium nuncupatur.*
10 *Cessio bonorum conceditur pro liberatione à carceribus.*
11 *Creditorum duritia in debitorem à iure improbatur.*
12 *Cessio non est necessaria, si debitorem non esse soluendo certum sit.*
13 *Cessio bonorum an concedenda sit existentibus extra carceres.*
14 *Cessio bonorum secundum praxim non est concedenda extra carceres.*
15 *Cessio bonorum est remedium miserabile debitori ad carceres euitandos concessum.*
16 *Cessio bonorum est iuri, & æquitati consona.*
17 *Cessio bonorum fundatur in iure naturali.*
18 *Cessionis bonorum vigore debent creditores recipere pro rata crediti pretium à Iudice, alias omnia essent nulla.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 RElaxentur debitores facta cessione bonorum prout de iure, & seruata forma Constitutionis fæl. rec. Pij Papæ IV. incipien. Cupientes. XXIX. & Pij Papæ V. incipien. RR. DD. Visitatores. LXVIII.

1 LIcet vt supra diximus, sublatus fuerit rigor duodecim tabularum contra debitores; & cautum ne traderentur in eorum manus vinciendi,
2 ac etiam flagellandi. Saluum tamen remansit creditori ius conijciendi debitorem suum in carcerem publicum. *l.* 2. C. *de exact. trib. lib.* 10. Quamuis enim

sea. l.Petilia Papiria cautum esset propter pecuniã creditam bona debitoris, non corpus, obnoxium esse vt ex Liu. *lib.8. & in Indice LL. Roman. post cõment.verb.iuris.& obseruat.Ant.Aug lib.de LL. Romanorũ. ver.Petilia*, seu, vt certius reputatur, *Iuliana constit.* vt scribit *Rosinus lib. 8. de antiq. Ro.c.19.& cõprobatur ex l.4.C.qui bon.ced.possint*

4 *Sanct.de indue.q.2.nu.1.* Postquam tamen eo peruenit hominum inhumanitas, vt si quem habeant debitorem, qui in paupertatẽ inciderit, illum protinus in carcerem detrudi faciant, ibique computrescere squallore, & pedore; consiel miserijs, ac mori potius sinant, quam vt misericordiæ visceribus apertis illum relaxari permittant: Opus propterea fuit remedio ad effugiendum huiusmodi in-

5 humanitatem. Vnde inuentum est beneficium legis Iuliæ de bonis cedendis, quod conceditur ijs, qui debita soluere non possunt, ne perpetuis opprimantur carcerum molestijs. *l.1. C.qui bon.ced poss.* Quod caput legis Iuliæ fuit deinde comprobatum ab Alexandro, Diocletiano, & cæteris Impp. Cum enim malint omnia homines, quam vitam, & libertatem perdere, id, quod possunt, faciunt, omnibus bonis cedunt, & renunciant ad vtilitatem cre-

6 ditorum, & meritò. Quemadmodum enim Alexandro iubente, fumo puniebatur, qui fumos vendiderat; ita damno affici in bonis, qui damna alijs intulit, durum videri non debet. Crudelem medicum intemperans æger facit.

7 Hanc cessionem leges pro solutione acceptant; quia nolũt quemquam pro pecuniario debito vinculis perpetuis teneri constrictum. *l.nemo carcerem.C.de exact. trib.lib.10.* Hoc beneficium mi-

8 serabile appellatur. *l fin. C. qui bon. ced. pos.* eo quod homines miserabiles reddat. *Bald ibidem Tiraq. ad l.si vnquam. ver.Bona.num.1.vers.& ĩ diuerso.C.de reu.don.* In tantam enim paupertatem mergitur miser cedens, vt vix ei interula dimittatur. *Rom.cons 439.col.1. vol.4. & alij. quos allegat Rol. cons.7.num.1.vol.2.* vt proinde iure & merito,

9 *flebile adiutorium*, nuncupetur à Iustin. l.Cum & Filij. C.eodem.

Huiusmodi beneficium concedendum est carce-

10 ratis inopia miseris, ac ære alieno grauatis vt liberentur à carceribus. *§.soluitur. instit. de societ. l.1. pen. & fin. C.qui bon.ced. poss. §.Quod autem. in Auth. fideiuss.* Ibi: *Agnoscant autem creditores.* Vbi præscribitur modus, quo cessio facienda est. *Brun.de cess.bon.q.3.Couar.resol.1.nu.5.lib.2. Rol. cons.7.num.1.& seq. lib.2. Menoch. de arbitr.cas. 183.num 1.8. 11.& per tot.Thes. decis.36.num.1. Leoncil.de priu. paup. par.2 priu.49. per totum.* Apparet itaque cessionem adinuentam esse pro de-

11 bitoribus, qui, cum sint impotentes ad soluendũ, in carcere detinentur nimia creditorum duritia, quæ à iure magnopere reprobata legitur. *l.seruus ea lege.ff.de ser.exp.* Et quia diuturna carceratione quasi marcescebant, meritò hoc iuris remedium, tanquam benignius, in illorum gratiam introdu-

12 ctum fuit, licet dixerit Imola *cap.Odoardus.nu.20. vers.& aduerte de solut. vbi cit. l. fin.& ibi glos. ff.si cer. pet.* non esse necessariam cessionem, quando certum est debitorem non esse soluendo.

13 Hinc orta est quæstio, an concedenda sit cessio solum existentibus intra carceres, an etiã alijs nondum carceratis. Negatiuam, quod minimè admitti debeat debitor ad cessionem, nisi prius se eo constituat, tenuerunt quamplures. *Iacob. de Aren. Alber. in rub.C.de cess.bon.num. 3.vers.Item numquam debitor. Cyn. in l.1. q.8. num.8. & seq. C.eod. Vbi etiam Bald.nu.9 ver.ergo.& ibi adden. litt.C. idem Bald. in §. fin. nu.24. Instit.de act. & ibi Ias. n.9. Henr. Boich. in cap.Odoardus.num 11.vers.quia beneficium de solut. Couar. var. resol.lib.2.cap.1. num. 4. in fin. ver.regulariter.& num.5. Brun.de cess.bon q.3. princ. num.2.vers.à quo carcere.& 3. ac q.7. quæst.4 princ. nu.2. Rol.cons.7.nu.9.vol.2. Cancer.par.2. resol.cap.9. decis. bon.24. Salgad.in laber.cred.par.1.cap.1.num.10.Brunor. à Sol q 9. num.21. vers.prima igitur.Trentacinq. var.resol. tom.1.lib.3.tit.de solut. resol.27. nu.4. Intrigl singul.lib.3.cap.2. vbi adden. num.3. vers. hodie. & 4* asserens ita statutum esse in Regno, quod scilicet debitor, petens admitti ad cessionem, non audiatur nisi intra carceres. *Carbon.in pract.lib.3.cap.8. numer.9.Carl.Graff.de excep.excep.17.nu.53.Maur. de caus.exec lib.1. tit.5. num.57. vers.decl.9. Boer. dec. 349.nu.8.in princ.vers.& ipsa cum seq. Gtub. dec.41. num.5.* asseuerans ita sæpius vidisse indicatum. *Sanct.de indue.q.2. num.12.* Vbi dicit magis communem.

Affirmatiuam vero, quod etiam extra carceres admittatur debitor ad cessionem probat textus *l.1. C.de his qui bon. ced.poss.* Ibi: *In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prod sit, ne iudicati detrahantur in carcerem.Et in l. pen.C.eod.* Ibi: *Propter iniuriarum timorem ad cessionis flebile veniũt adiutorium.* Vbi *glos. in ver.iniuriarum.* intelligit de carcere. Quos textus Baldus *l.nemo carcerem. num.3.ver.& hoc probatur.C.de exact trib lib.10.* notat probare, quod ideo debitor cedat bonis, ne ponatur in carcere, largè sumpto vocabulo carceris, pro qualibet carceratione, seu detentione corporis. Nam si beneficium cessionis iuuat ad carceris iniuriam euitandam, sicut etiam fatentur Henric. Boich. Brun. & plærique ex allegatis pro negatiua; vtique poterit peti extra carceres, ne debitor inuitus cogatur illorum iniuriam subire, dum vult cedere bonis, quod esset iniquum. *Ad text.in l. fin. §.fin. ff. de his, quæ in fraud. cred.* Ibi: *& iniquum esset actionem dari in eum, cui bona ablata sunt.* Vnde *Brun.d.q.3. principali.num.7. vers. item operatur.* animaduertit beneficium cessionis operari, vt is, qui bonis cessit, nequeat carcerari, & ire possit, quo malit. *glos.in cap.2. ver. lex. in fin. ver.alias de pignor.* Quæstio hæc est adeo brocardica, vt liceret dicere, quod, dissidentibus Cæsare & Pompeio, dixit Tullius apud Plutarchum. *in Apoth.* quem fugiam, noui; ad quem fugiam, non

14 noui, nisi Iudicum subsellia priorem sententiam admisissent, cui propterea in praxi erit inhærendum. In Curia sanè Capitolina non auditur, qui instat pro cessione, nisi sit in carceribus constitutus, etiamsi in Statuto nouo id non legatur, prout legebatur in antiquo. *Lib.5. cap.30.* Ego quoque in hac Curia Romana per quinquaginta annos versatus neminem vidi ab vllo Iudice ad cessionem admissum, qui non esset carceratus, non tamen vidi hanc quæstionem in iudicium deductam.

15 Hoc cessionis subsidium Brun. *in suo tract. de bon.*

bon.ceff q 1. *nu.*1. definit esse Beneficium, sine remedium miserabile, & flebile debitori pro carceribus euitandis concessum. *Rol. Conf.7.num.4.lib.2. Menoch.caf.*183.*num.*1.2. *& per tot.* Quod iuri, & 16 æquitati consonum affirmat Baldus.*Conf.*301.*n.*2. 17*lib.*5. *Rom. conf.*439. *num.*1. *in fin. verf. vnde fi. Rol. loco cit.* Et fundatur in iure naturali. *Gurb.* 18*dec.*41. *nu.*1. *& feq.* Itaque bonorum cessio, quoad substantiam consistit in tradendo creditoribus, quicquid debitor in bonis habet; non vt in solutũ, aut adiudicatum habeant, sed vt illa Iudicis auctoritate vendant, & pretium pro rata sui crediti inter se ipsos diuidant. *l.*4.*vbi glof.* C. *qui bon. ced. poß. l.pro debito. l.in poffeffionem.* C.*de bon. auct. Iud. poß.* Si secus fieret, possent dicta bona auocari ab ipsis creditoribus non obstante quacumque longi temporis præscriptione. *Ex cit. iur. & per Crau. conf.*213.*num.*1. *Menoch.caf.*183. *nu.*19. *de arbit.*

CAPVT I.

De qualitatibus ceffionis bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Ceffio bonorum debet effe voluntaria.*
2 *Ceffio bonorum eft reuocabilis.*
3 *Ceffio bonorum habetur pro non facta, fi fatisfactum fuerit, re integra, creditoribus.*
4 *Ceffio bonorum eft valida, etiam poft interpofitam appellationem à debitore, nec dicitur attentata.*
5 *Iure fuo vtens non dicitur innouare.*
6 *Ceffio bonorum admittitur non obftante lapfu fatalium.*
7 *Fatalia in caufis ceffionis bonorum funt trium menfium ex Conftit.Clem.VII. cum facultate Iudici prorogandi ad menfem.*
8 *Inftantia non currit contra miferabiles perfonas.*
9 *Fatalia non currunt coram Principe, nec coram Vifita.*
10 *Ceffio bonorum eft reiterabilis.*
11 *Cedens bonis non poteft conueniri nifi* In quãtum facere poteft; fi ad pinguiorem fortunam deuenerit.
12 *Ceffio fieri poteft pro vna parte creditorum, pro alia non.*
13 *Ceffio non compatitur fecum dilationem, & quibus cafibus poffit concedi vtrumque.*
14 *Pars maior creditorum in credito, fi pares, tunc in perfonis, fi adhuc pares tunc fauorabilior.*
15 *Ceffio bonorum, & dilatio funt contraria.*
16 *Ceffioni bonorum nemo cogitur renunciare, & quomodo hoc intelligatur.*
17 *Creditori non intereft debitorem mori in carcere.*
18 *Carcer ad cuftodiam, non ad pœnam inuentus.*
19 *Cedens bonis conuenire poteft, vt in bonis quafitis teneatur infolidum.*
20 *Ceffio bonorum principalis non fuffragatur fideiuffori: & num.*26.
21 *Miffio in poffeffionem non eft vera folutio.*
22 *Cedens bonis non liberatur ab obligatione debiti.*
23 *Fideiuffor datur, vt foluat, quando principalis non foluit.*
24 *Ceffione bonorum iuuatur fideiuffor, fi principalis compareat.*
25 *Ceffione bonorum non iuuatur fideiuffor, etiamfi compareat principalis, fi fe obligauit vti principalem.*
26 *Ceffio bonorum conceditur inuitis creditoribus.*
27 *Cedens bonis non poteft amplius carcerari.*

1 QValitas cessionis est multiplex. I. vt sit voluntaria; Ad cessionem enim nemo cogi potest. *Auth. ne quis cog. bon.* Contra recusantem tamen cedere Visita alias rigoroso remedio prouidit. 1563.2.Decem.Sabell. *Ioannes Antonius. Attento quod non vult cedere bonis, nec in folutum dare tot de eius creditis pro folutione debiti, pro quo detinetur; attentaq. eius contumacia, nifi infra menfem fatisfecerit eius creditoribus, vel bonis cefferit, aut in folutum tot de eis dederit, trãfmittatur ad triremes, à quibus non exeat, donec fatisfecerit, vel cefferit, aut de bonis in folutum dederit, & interim tranfmittatur ad carceres Capitolij.*

2 Qualitas II. vt sit reuocabilis. Facta enim cessione, si debitor sit paratus soluere, illam reuocare potest. *l. fi priufquam.* C. *de diftr pig. l quem pœnitet. l.is qui bonis. ff.de ceß. bon. l. fi quis libellos.* C.*de appell.* Et si re integra satisfaciat creditoribus, cessio habetur pro non facta. *Soc. iun. conf.* 58.*num.*14. *vol.*4. Hæc enim pœnitentia conceditur cedenti in casu, quo res adhuc sit integra, & bona ipsius nondũ distracta fuerint. *l.*2. *vbi Bar. Bal. Salyc. Caftr.& alij.* C.*de ceff.bon. Iaf. in §.fin. numer.*23.*& Aret.inft.de act.Soc.iun. conf.*58.*n.*14. *lib.*4. *& docet Cæphal. conf.*193. *& per tot. vol.*1. *Pafchal.de iur. patr. pot. par.*2. *cap.*9. *nu.*55. *verf. fed an bonis. Mauz de cauf. exec. lib.*5. *num.*26. *Brun. q.*15. *Grat. difcep.* 486. *num.*24. 25. *&* 26. *Cancer. refol.*9. *num.*54. *lib.*2. *Marchef. de comt miß.admiff. ad ceff. bon. par.*3. *cap.*2 *§.*2. *num.*44. Idem quoque dicendum, si debitor partes concordauerit. 1565. 17.Maij. Sab. *Vincentius de Orbetello. Domini mandarunt caßari decretum alias factum, attenta concordia partis.*

4 Qualitas III. vt sit valida cessio, etiam si fiat post interpositam appellationem à debitore; nec reuocari debeat tanquam attentata; Quotieicũque enim 5 fit, *feruatis feruandis*, est de illis actibus, qui licitè fieri possunt; nec innouare dicitur, qui iure suo vtitur. *glof.in cap.nõ folum.§.fin.de appell.in* 6.*Brun. de ceff. bon. q. vlt. Lancell. de attent.par.*2. *cap.*4. *lim.* 11.*num.*1. *& feq.* sicuti nec eidem cessioni obstat lapsus fatalium. 1555. 14.Maij.Capit. *Ioan-* 6 *nes Baptifta. Admittatur ad ceffionem bonorum prout de iure; non obftante lapfu fatalium.* Pro quo decreto videtur facere arg.cap.ex more. de appell. 7 Quæ quidem fatalia in huiusmodi causis ex Constit.XVI. Clem.VII. sunt trium mensium cum facultate Iudicibus data, de ijs ad alium mensem prorogandis. Visita autem admisit dictum Ioannem Baptistam, vel per viam restitutionis in inte-8 grum. *d.cap. ex ratione.de appell.* vel quia contra personas miserabiles instantia non currit. *Trentacinq. refol.*9. *num.*5.*in fin. lib.*2. *Nouar.de priu. mifer. perfon. cap.*96 *num.*3. *& feq. Thef. decif.*10. *num.*5. *Myfinger.obfer.*98.*num.*2.*lib.*5. *Scacc.de* app.

app q.13.num.44.vers.exemplifica.Grat.discep.34. num. 10. *& per tot. Cass.ad dec.6. de app.* vel melius, quia coram Principe, quem repræsentat Visi-
9 ta, vt pluries diximus, fatalia non currunt *l. cum anterioribus. §. si tamen. C. de temp. app. Rot. decis.416. num.4. in fin. par.4. rec.*

10 Qualitas IV. Vt sit reiterabilis. *Saly. & Castr. d.l. ex contractu. C. de bon. auct. Iud. l. si seruus communis Manij. §. fin ff. de stipul. ser. Caphal. cons. 193. Paschal. d. par.2. cap.9. num.56. de iur. pat. potest. Caphal. cons. 192 vol.2. Treutacinq. variar. lib.3. tit. de solut. resol.27. num.33. Sanct. de induc. q.27. num.17.* Et ita seruat Visita. 1573. 24.Sept. Sab. *Bartholomaeus. Ad D. de Vitelis, qui confisso, quod mandatum fuerit relaxatum ante admissionem ad cessionem bonorum, mandet relaxari; & quatenus opus sit, ipsum admittat ad cessionem bonorum, prout de iure, & seruata forma Motus proprij.* Quod decretum videtur conuenire cum teatu in l. ex contractu. C. de bon. auth. Iud. poss. Sumendo arg. à contrario sensu. Ratio eiusdem decreti videtur fuisse, quia forsitan erat obligatus nouo creditori non habenti causam ex contractu celebrato ante cessionem; quo casu potest debitor de nouo cedere, si vero habuisset causam à contractu celebrato ante cessionem, non po-
11 tuisset carcerari, sed solum conueniri, vt infra dicemus, executione reali; *In quantum facere potest,* si ad pinguiorem fortunam deuenerit. *l. in condemnatione. ff. de reg. iur.* Quod iuri consonum existimat Cæphal. *consil. 193. quem sequitur Paschal. de iur. pat. pot. par.2. cap.9 num.56. vers. & auit. Mauz. lim.5. n.27.* licet contrarium propter fraudis suspicionem teneat Grass. *excep.17. numer.68. ver.8. quaero. de excep.*

12 Qualitas V. Vt possit fieri pro vna parte creditorum, & pro alia non. 1530. 24.Decemb. Sab. *Thomasius pro debito cum pluribus arrestis retentus. Quoad causam Pauli de Caualerijs, videlicet pro summa declaranda per Computistam, & arbitros, vel maiorem partem ipsorum, infra tres dies assignetur ei vsusfructus domus dotalis vxoris q. Alberti, & ad præsens vxoris d. Thomasij ad Imaginem Pontis; & obliget se, quod vxor præfata ratificabit sub pœna perpetui exilij ab Vrbe infra quatuor menses; & cedat actiones aduersus debitores occasione grani, si quæ sunt, & indicet debitores. Et quoad alios creditores admittatur ad cessionem bonorum, & relaxetur. Deinde idem Thomasius sponte, & iuxta formam supradicti decreti ex nunc, prout ex tunc, assignauit vsumfructum domus suæ vxoris ad Imaginem Pontis eidem Paulo licet absenti, & mihi Notario &c. & si non poterit locari alteri, promisit locare eidem Paulo ad rationem, prout iustum fuerit, & promisit, quod eius vxor ratificabit sub pœna perpetui exilij infra quatuor menses; & cessit actiones erga debitores; qui sunt ij, prout inuenit, videlicet nominati in lista, quam promisit mihi Notario dare infra tres dies. Et quoad reliquos suos creditores cessit bonis suis quibuscumque mobilibus, & immobilibus obligando se in forma Cameræ &c. deinde fuit relaxatus.* 1534. 3. Decemb. Capit. *Marcus Pelamantellus. Præstita cautione de soluendo singulo mense ducato vno excepto casu mortis, & infirmitatis; & facta obligatione per ipsum de non discedendo ab Vrbe nisi prius satisfecerit creditori sub pœna banni perpetui; relaxetur etiam de consensu partis, & quoad alios creditoris admittatur ad cessionem bonorum seruatis seruandis.* Huic Visitæ decreto videtur obstare. l. cum solito. C. qui bon. ced. poss. Vbi disponitur, quod aut dilatio debet cōcedi sine cessione, aut cessio admitti sine dilatione, habita ratione maioris, vel minoris partis creditorum, aut inspecto cumulo debiti. Nam si debitor vult cedere bonis, nisi sibi detur dilatio ad soluendum, est in electione creditorum dare dilationem; & si sint
14 discordes, præfertur maior pars, quæ consideratur primo respectu cumuli debiti; vel si par sit cumulus, respectu numeri personarum, & si ambæ sint pares; benignior sententia eligitur, vt habeat dilationem, & non cedat. *l. fin. C. qui bon. ced. pos. Pacif. de salu. insp.3. cap.2. nu.414. Cost. de post. rat. q.139. Mauz. de caus. exec. lim.6. num.64. Grat. discep.222. num.9. & 10 Paschal. cap.9 par.2. num.64. & 65. & seq.* & dixi etiam supra § 1. *cap.2.* Cui dispositioni Visita se conformat. 1597. 17.April. Capit. *Petrus. Ad D. Senatorem, qui eum expediat auctoritate Visitæ, & in euentum, quod maior pars creditorum consentiat dilationi, vel excarcerationi, & facta obligatione per ipsum de se repræsentando sub pœna delationis bireti viridis; Relaxetur.* Ra-
15 tio est, quia dilatio, & cessio bonorum sunt contraria, & non possunt esse simul in eodem subiecto, cum pro cessione bonorum requiratur indicatio, & assignatio omnium bonorum. Quomodo ergo poterit debitor facere solutiones adueniente die solutionis si per cessionem omnibus bonis se spoliauit? Nisi dicamus procedere in debitore habente bona in diuersis locis, & in vno cedat, in alio caueat se soluturum adueniente die solutionis: vel nisi versemur in Artifice, qui labore manuum suarum possit creditoribus suis pro aliqua modica summa satisfacere, vt erat Marcus præfatus Pelamantellus.

16 Qualitas VI. vt sicut nemo cogi potest ad cessionem, vt diximus, sic etiam nemo compelli possit ad illi renunciandum: Quod tamen intelligendum est cū hac distinctione videlicet: Aut quis renunciat cessioni, vt si carceretur, ad illam non possit admitti, & renunciatio non tenet, etiam si cum iuramento renunciasset; quia, vt dicit Brun.
17 *de cess. bon. q.13.* Creditoris non interest debito-
18 rem mori in carcere. Carcer enim ad custodiam, non ad pœnam inuentus fuit. *l. aut damnum. §. so-*
19 *lent. ff. de pœn.* Aut quis renunciat cessioni, vt in bonis postea quæsitis teneatur in solidum, *Deducto ne egeat,* & hoc casu tenet renunciatio, vt dicit Brun. *q.20. num.12.* quā distinctionem secuti sunt alij. *Thes. dec.36. nu.4. Giurb dec 41. num 3. & 4.* Aliter tamen à Visita fuit alias decretum. 1567. 28. Maij. Sab. *Io. Baptista. Facta renunciatione per d. Io. Baptistam imprimis, & ante omnia beneficio cessionis bonorum petita, seu forsan obtenta, & de amplius non obtinendo d. cessionem; & pariter facta renunciatione quarumcumque dilationum etiam moratoriarum obtentarum, vel obtinendarum; & facta obligatione per ipsum de stando iuri, & iudicatum soluendo cum Episcopo Asculano, & data pariter cautione per patrem, vel alium de stando iu-*

ri,

ri, & iudicatum soluendo pro summa contenta in sententia Auditoris Cameræ iam liquidata vsque ad summam scutorum 600. auri in auro vel circa; pro reliquis vero, & pro quibuscumque assertis creditis, quæ Episcopus prætendit, data cautione per eumdem patrem de stando iuri, & iudicatum soluendo, de ipsum repræsentãdo in eisdem carceribus; ac in statu, & terminis, in quibus reperitur sub pœna debiti; Relaxetur etiam quoad arresta; & quoad prætensionem Fisci D. Auditor Cameræ prouideat arbitrio suo, etiam auctoritate Visitæ.

Contra prædicta facere videtur, quod renunciatio habet quamdam speciem seruitutis. *l. Titio certum. §. 1. cum ibi not. ff. de cond. & dem.* quæ nec etiam per consensum induci potest. Pro solutione distingue: Aut renunciatio fit in contractu; & valebit. *l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact.* tamquã vestita cohærentia contractus. Aut fit postea, & sic ex interuallo; & non valebit. *Imol. cap. nullus presbyter. num. 19 de pignor.* Bartolus vero *in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr.* tenet, quod regulariter non valet tale pactum, & talis renunciatio: Fallit quando debitor dissipasset omnia bona in fraudem creditorum, & quando sciebat non esse soluendo, & dolosè illud tacuit. *l. pen. ff. de iure gen. Imol. cit. loco qui respondet ad contraria.*

20 Qualitas VII. est vt illius exceptio sit inhærens personæ; quo fit, vt non extendatur ad personam fideiussoris. *l. exceptiones. ff. de excep. l. priuilegia. l. in omnibus. de reg. iur. l. si præcedente. §. Lucius. ff. mand. §. fin. & ibi Aret. inst. de replic. Guid. pap. dec. 211. num. 3. facit arg. l. hæres à debitore. §. quod si stipulator. ff. de fideiuss. in fine. Ibi: quod si possessio verum debitoris data sit creditori æquè dicendum*

21 *est fideiussorem manere obligatum:* Ratio est quia non extinguitur obligatio; cum missio in possessionem non sit vera solutio. Possidet enim creditor vt pignus conuentionale, & propterea non facit fructus suos. *Saly. in Auth. ei, qui iurat. C. de bon. auth. iud. possid. 12. col. vers. quinto videndum est de effectu: quem citat, & sequitur Alex. cons. 72.*

22 *num. 7. in causa, & lite inter. Alex. lib. 7.* Ita, qui cedit bonis non liberatur ab obligatione debiti. *l. 1. vbi Bar. & Castr. C. qui bon. ced. poss.* Merito ergo, cum adhuc obligatio principalis sit in suo robore, fideiussio non censetur remissa. *l. vbicumque. ff. de*

23 *fideiuss. Brun. de cess. bon. q. 8. num. 3. & per tot.* Immo dantur fideiussores ad effectum, vt soluant, quando debitor principalis soluere nõ potest. *§. vlt. Inst. de replic. l. hæres à debitore. §. quod si stipulator. de fideiuss. Emin.* Cardinalis *de Lugo de iust. &*

24 *iur. tom. 1. q. 23. sect. 3. num. 39.* Ita igitur se res habet, nisi principalis, qui cessit bonis compareat, & suscipiat in se iudicium, & fideiussorem ope suæ exceptionis defendat. *l. idemque. §. generaliter. ff. mand.* Quod procedit, si principalis sit in statu, quo ab ipso fideiussore possit conueniri, aliàs non. *l. itẽ si vnus. ff. de recep. arb. Marese. resol. 130. num. 4. lib. 2. Surd. cons. 345. num. 12. Grat. discep. 12. nu. 2. 4. 5. & seq. Vbi exemplificat multis modis.* Vel si fideiussor se tanquam fideiussorem obligauit; secus

25 si, vt nostris temporibus ferè semper fit, se vti principalem, & insolidum obligauit. *l. 2. de duob. reis. Bertaz. de claus. claus. 39. glos. 2. num. 3. vers. sed quando. Muscat. in prax. fideiuss. par. 2. q. 10. numer. 30. Mant. lim. 6. num. 36. de caus. execut.* saltem respectu creditoris, licet respectu debitoris, ille semper dicatur principalis, ad quem pecunia peruenit. *Gabr. cons. 63. num 2. Rot. dec. 41. nu. 10. par. 6. rec.* cum enim cessio bonorum ipso iure

26 cõcedatur debitori petenti sine facto creditorum, & contra eorum voluntatem, ita vt illi non possint eam impedire; non est mirum quod iisdem creditoribus quoad fideiussorem nullum præiudicium inferatur per dictam cessionem *tot. Tit. C. qui bo. ced. pos. l. vbicumque. ff. de fideiuss. Brun. de cess. bon. q. 21. Fenz. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 161. nu. 6. & seq.*

27 Qualitas VIII. est vt cedens bonis non possit amplius carcerari à creditoribus, contra quos cessit. In hoc enim prodest, ne iudicati detrudantur in carcerem. *l. 1. C. qui bon. ced. pos. Brun. de cess. bon. q. 7.* Quod intelligitur respectu debiti contracti ante cessionem. *l. 4. §. Sabinus. Et ibi glos. ff. de cess. bon.* Atque ita obseruatum quoque fuit à Visita. 1534. 24. Mart. Sab. *Thomas Calceolarius. Constito quod creditum, pro quo fuit decretum mandatum contra eum per iudicem de Sabellis, sit contractum ante cessionem bonorum, non molestetur.* * 1544. 18. Decemb. Sabell. *Ioannes Petrus. Facta fide, quod non detinetur pro debitis factis post cessionem admissam; Relaxetur.*

CAPVT II.

De admittendis ad cessionem bonorum.

SVMMARIVM.

1. *Cessio bonorum competit omnibus, qui carcerari possunt.*
2. *Cessio bonorum requirit paupertatem, & miseriã.*
3. *Cessioni contradicere possunt creditores ex decreto Visitæ.*
4. *Paupertas probanda est ab allegante.*
5. *Pauper dicitur cuius facultates creditoribus non sufficiunt.*
6. *Cessio non competit ei, qui potest satisfacere creditoribus.*
7. *Cedens bonis debet docere de paupertate post contractum debitum ex Statuto Vrbis: quod tamen declaratur per Castren.*
8. *Cessio bonorum competit pauperi fideiubenti pro eius creditore.*
9. *Cessio bonorum ex benignitate Visitæ competit etiam ei, qui erat pauper ante cõtractũ debitum.*
10. *Cessionis bonorum periculum timeant etiam, qui in præsenti sunt diuites.*
11. *Cessio bonorum competit Vniuersitati.*
12. *Cessio bonorum competit mulieribus inhonestis.*
13. *Mulieres viles plus possunt puniri quam nobiles.*
14. *Mulier pauper mercimoniis vilibus inseruiens suspecta redditur de honestate.*
15. *Mulier non tenetur ad ignominiosam cessionem.*
16. *Mulier honesta ad cessionem bonorum est admittenda; & quomodo.*
17. *Mulieribus decipientibus iura non subueniunt.*

18 *Mulier*

18 *Mulier inhonesta his temporibus à Visita ad cessionem admissa.*
19 *Cessio bonorum competit etiam Religiosis.*

1 Sit conclusio; Omnes, qui possunt carcerari, regulariter ad cessionem esse admittendos. *l.1. C.qui bon.ced.poss.* Ibi: *Iudicati non detrudantur*
2 *in carcerem.* Si tamen sint pauperes. Requiritur enim vt is, cui concedenda erit cessio bonorum sit ære alieno grauatus, pauper, & miser. Nam paupertas, & miseria sunt principalia motiua ad cessionem concedendam. *Rol. cons.7.nu.1.& seq.lib.2. Menoch.de arb.cas.183.nu.1. & seq. Thes. dec.36. Giurb.dec.41.num.4.& seq.* idcirco non competit nisi miseris, & inopia tentis. *§.quod autem. Auth. de fideiuss.* Ibi: *Agnoscant autem creditores. Feder.de Sen.cons.193.post num.1.vers.nonne est dissentiendum. Afflict.dec.71.num.4. Graff. excep.17. num.54.vers.decimus tertius. Manz.lim.5. nu.35.*
3 Hoc enim beneficium cessionis bonorum conceditur in subsidium. Hinc est, quod Visita admittat creditores ad contradicendum. 1534.18.Iul Non. *Paulus. Attento quod diu stetit in carcere, & propter eius paupertatem non potest expedire causam in iudicio; Visitatores admiserunt ipsum ad cessionem bonorum, nisi infra duos dies eius creditores allegauerint coram D Gubernatore causam, quare admitti non debeat; & procurator pauperum curet præsens decretũ intimari creditoribus* Pauper-
4 tas autem debet probari ab allegante. *l.2. & l.ab ea parte, qua dicit. ff de probat. Brun de cess bon.*
5 *q.26. nu.1.5. & seq.* Pauper autem ad hunc effectum
6 dicitur, cuius facultates creditoribus non sufficiũt. *Rot.decis.48. num.3. vers.tunc enim. par.2.diuer.*
7 Alias, qui satisfacere potest, ad hoc beneficium non admittitur. *Grat. discep.485. num.5.* Aduertendum tamen est paupertatem suffragari cedenti, si superuenit post contractum debitum, alias secus. *Stat.Vrb. cap.161. lib.1.* Ille enim, qui tempore contractus erat pauper, & sciebat se non esse soluendo, non vtitur hoc beneficio. *l.pen. in fin. ff.de iur.dot. facit d.stat. ibi: Post contracta. Crau.consil.38.in fin. Menoch.de arb.cas.381.nu.25.Giurb. dec.43.num.10. & seq.* Hoc tamen procedere docet *Castr.l.etiam §.licet. num.3. ff.solut.matrim.* quando induxit creditorem ad contrahendum secum asserendo habere idoneas facultates. *per l.fin. ff.de reg.iur.* secus si non induxit per dolum, quia imputet sibi creditor, quod non inuestigauerit de facultatibus. *l.qui cum alio. ff.de reg.iur. Brun.de cess.bon. q.31.num.2.in fin. & num.3.in princ.*
8 Aduerte conclusionem non procedere, si is, qui erat pauper, fideiussit ad fauorem eius, cuius erat debitor, & occasione huius fideiussionis petat admitti ad cessionem bonorũ.* 1641.6.Iun.Non.*Fabius infirmus Sabellis carceratus. Admittatur ad miserabile beneficium cessionis bonorũ; & pro executione ad D.Præsidem etiam auctoritate Visitæ.* Hic erat carceratus occasione fideiussionis, vt supra, præstitæ, & fuit admissus ad cessionem, etiam contradicente creditore, quia non poterat dici contraxisse nouum debitum.
9 Neque etiam dicta conclusio procedit in Tribunali S. Visitæ. Nam Visitatores circa hoc vsi sunt æquitate, qua passim admiserunt ad cessionem carceratos, nulla habita ratione, an tempore debiti essent pauperes necne, vt apparet ex varijs decretis per nos in hac materia adductis; ea moti ratione, quia nemo adeo est pauper, qui spem aliquã non habeat deueniendi ad meliorem fortunam; qua spe non carent, dum, licet sint pauperes, contrahunt, cum miseri, quod cupiunt, facile euenturum credant, vt dixit Seneca. *in Herc.Furen.* Mo-
10 nendi sunt vice versa, qui hodie sunt diuites, ac sibi pollicentur exemptionem ab hoc miserabili beneficio, vt parcè bonis proprijs vtantur, nec absque timore incidendi in paupertatem viuant, excitati exemplo Licinij Crassi, cui pecuniæ magnitudo Locupletis nomen dedit, eidemque postea inopia turpem decoctoris superlationem iniunxit. Si quidem bona eius à creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venierunt; nec amara sugillatione caruit, quia cum egens ambularet, Diues ab occurrentibus salutabatur. *Val.Max.lib.6.cap.9. num.12.*
11 Amplia I. conclusionem in Vniuersitate quæ bonis cedere potest. *Ang.in §.fin. inst.de act.quem sequitur Peguer.dec.200. num.5. Lancellot. de Attentatis limitat.11.nu.4.* Quod procedit siue vniuersitas sit sæcularis, siue Ecclesiastica. *Stephan. Aufrer. in addi. ad decis. capell. Tholosana.136.in fine. l.4. §.si act. ff. de re iudic. §.si quis autem adsceisset. in Authen. vt determ. sit numer. cler.*
12 Amplia II. in mulieribus inhonestis, quæ sicut carcerari possunt, ita ad cessionem sunt admittendæ eodem modo, quo de viris dicitur. De iure autem Cod. cum etiam honestæ mulieres possint carcerari, istæ quoque beneficio cessionis gaudere debent. *l pen. circa medium verbis: Vtriusque sexus. C.qui bon.ced.Brun.de cess. bon. q.14. quæst. princ.num.1. Ias.& alij in §.fin. num.4 Inst. de act.Manz.de caus.exec.lim.5.num.4.& 5.* Visita quoque admittit ad cessionem mulieres. 1537.21. Iun. Sab. *Filippa. Facta cessione bonorum; Relaxetur, prout statim cessit, & iurauit pro suis debitis tantum, præsentibus Procuratoribus pauperũ testibus.* * 1554. 26.Apr. Sab. *Magdalena Pedissequa. Committé D.Gubernatori, seu eius Locumtenenti, vt admittat eam ad beneficium iuris citatis partibus, prout de iure.* * 1554. 8.Septemb. Sab. *Paula Venita. Admittatur ad cessionem bonorum prout de iure citatis creditoribus arbitrio Domini de Cincijs, etiam auctoritate Visitæ; & interim concedatur sibi significatio.* * 1554. 15. Decemb. Sabel. *Maria Veneta Lauandaria. Ad.D.de Sanlis, qui studeat concordare partes, vel admittat eam ad cessionem bonorum, prout de iure, citatis creditoribus etiam auctoritate Visitæ.* * 1650 19. Maij. Capit. *Ioanna Bertoccia. Admittatur ad miserabile beneficium cessionis bonorum, & pro executione ad D. Auditorem Cameræ etiam auctoritate Visitæ.* Istæ, etiamsi non appareat fuisse inhonestas, fuerunt carceratæ, quia nondum emanauerat Constitutio Pij V. prohibens mulieres honestas carcerari pro debitis: & quia tamquam viles personæ, sicut possunt plus quam nobiles puniri. *glos. in ver. ver. infames. l. seruos. C.ad l. Iul.de vi.* ita etiam pro debito poterunt carcerari. *arg. l.quæ adulterij. C. ad l.Iul. de adult. ibi. Quas vitæ vilitas dignas legum obseruatione non credidit.* Ex paupertate

enim

enim mulieris, si præsertim mercimonijs, & artibus vilibus inseruiat, valde suspecta sit illius honestas. *Luc. de Pen. in l. quemadmodum. nu. 9. vers* 65. *præsumitur pauperenla. de agric. & cons. lib.* 11. *Mascar. de prob. concl.* 1063. *num.* 32. *&* 33. *lib.* 2. *Far. q.* 136. *num.* 101. *&* 102.

15 Cæterum illud sciendum est non teneri mulieres ad ignominiosam cessionem. *Guidop. dec.* 343. *ibique adden. in fin.* vbi dicitur: Mulieres non teneri consuetudine ignominiosa illarum partium in cessione bonorum.

16 Honestæ vero mulieres Romæ, vbi prohibetur earum carceratio, videntur admittendæ extra carceres ad beneficium cessionis bonorum, que priuentur illis effectibus cessionis, quorum sunt capaces. Effectus enim cessionis sunt, vt cedens non possit carcerari. *l.* 1. *C. de cess. bon.* vt non possit excommunicari. *Feder. cons.* 193. *Caucer. resol* 9. *num.* 3. *lib.* 2. Vt ex bonis postea quæsitis in tantum solum teneatur, in quantum facere potest, deducto ne egeat. *§. siu. inst. de act. Marches. de commiss. cess. bon. num.* 3. Licet autem primus effectus, & forsan secundus cesset in muliere honesta, sane tertius non cessat, & est valde proficuus. Merito igitur l. pen. illis verbis: *Quare filij familias vtriusque sexus*, & mares & fœminas ad hoc beneficium admittit. *Mauz. de caus. exec. lim.* 5. *nu.* 4. *&* 5. Alias vtilitates refert *Menoch. vbi supra. num.* 40. 41. *& seq.*

17 Addo quod sicut mulieribus succurrendum est, ne decipiantur; ita illis decipientibus iura non subuenire. *l.* 1. *§.* 1. *ff. ad Vellcian.* Infirmitas enim earum non autem calliditas meretur auxilium, vt inquit textus ibidem. Esse autem ad calumnias mulieres natura admodum procliues docuit Iuuenalis. *Saty.* 6.

,, *Nulla ferè causa est, in qua non fœmina litem*
,, *Mouerit, accusat Manilia, si rea non est;*
,, *Componunt ipsæ per se, formantq. libellos,*
,, *Principium, atque locos Celso dictare paratæ.*

Mulieres propterea vafræ excluduntur tam ab impetratione dilationum, quam ab hoc beneficio cessionis, ac etiam alijs omnibus exceptionibus, quibus excluduntur viri. Illis enim fauendum est, cum opus habent defensione, ne opprimantur, non autem, cum ipsæ volunt calumniari.

Tandem operæpretium est subiungere nostris etiam temporibus fuisse factum decretum à Præside carcerum, Iudice à Visita deputato, per acta Plebani admissionis ad cessionem bonorũ Luciæ Curialis carceratæ, quæ bonis cessit die 21. Iulij 1628. fuitq. excarcerata.

18 Sed quid de Religiosis in hoc negotio dicendũ? Num illi ad hoc beneficium admittendi. Respondeo pluries in Visita admissos fuisse ad cessionem. 1545. 5. Febr. Sab. *Frater Ioannes Paulus de Landis. Data cautione de se repræsentando ad primam Visitam; Relaxetur, nisi interim fuerit expeditus per D. Vicarium, cui causa remittitur.* * 1545. 19. Febr. Sab. *Frater Io. Paulus in executionem decreti præcedentis Visitæ, fecit fidem de sententia contra eum lata, petit admitti ad cessionem bonorum; & Domini illum admiserunt, & mandarunt cassari obligationem per eum factam.* * 1562. 19. Septẽb. Nonæ. *Frater Gabriel. D. Auditor Cameræ votatis creditoribus admittat ipsum prout de iure ad beneficium* cap. Peruenit. *& interim facta obligatione per eum de se repræsentando sub pœna debiti, & perpetua infamia toties quoties; Relaxetur attento maximè eius infirmitate, & gratis.*

CAPVT III.

De remedio Cap. Odoardus. *quo succurritur Clericis loco cessionis.*

SVMMARIVM.

1 Cap. Odoardus, & cap. peruenit *quid importent.*
2 *Clericus non tenetur cedere bonis pro debitis.*
3 *Clericus non tenetur nisi* In quantum facere potest, & beneficium Cap. Odoardus. *potest peti, vt illud, In quantum facere potest.*
4 *Ad* Cap. Odoardus. *admissus iurat satisfacere, si deuenerit ad pinguiorem fortunam.*
5 *Ad* Cap. Odoardus. *admittitur clericus in minoribus.*
6 *Clericus, vt gaudeat priuilegijs clericatus, debet incedere in habitu, & tonsura, adscriptus esse Ecclesiæ, &c.*
7 *Ad* Cap. Odoardus. *admissus potest iterum admitti.*
8 Cap. Odoardus. *beneficio renunciari non potest.*
9 *Ad* Cap. Odoardus. *dum discutitur, an sit admittendus clericus, poterit relaxari, si cauerat de se repræsentando.*
10 *Ad* Cap. Odoardus. *non admittitur negans debitum.*
11 *Ad* Cap. Odoardus. *non admittitur non probans paupertatem.*
12 *Pro* Cap. Odoardus. *quomodo probanda sit paupertas.*
13 *Ad* Cap. Odoardus. *non admittitur clericus pauper, si creditor quoque sit pauper.*
14 *Ad* Cap. Odoardus. *non admittitur exercens illicitam negotiationem.*
15 *Ad* Cap. Odoardus. *non admittitur dolosus.*
16 *A* Cap. Odoardus. *beneficio vt quis excludatur propter dolum, qua consideranda.*
17 *Ad* C. Odoardus. *nõ admittitur debitor ex delicto.*
18 *Ad* Cap. Odoardus. *admittitur debitor ex delicto, si pecunia est applicanda parti.*
19 *Ad* Cap. Odoardus. *non admittitur debitor pro delicto, quando pecunia soluenda parti respectu soluentis est pœna.*
20 *Ad* Cap. Odoardus. *admittitur pro mulctis.*
21 *Ad* Cap. Odoardus. *non admittitur conuentus actione reali.*
22 *Ad* Cap. Odoardus. *non admittitur quis pro pensione, dum obtinet beneficium.*
23 *Clericus coniugatus non gaudet beneficio* Cap. Odoardus.
24 *Clericus coniugatus Ecclesiæ seruitio deputatus gaudet beneficio* Cap. Odoardus.
25 *Clericus coniugatus non gaudet beneficio* cap. Odoardus *quoad bona.*
26 *Clericus excommunicatus gaudet beneficio* Cap. Odoardus.

27 Ad

27 Ad cap. Odoardus. *admittendus obtinebat à Visita alias causam committi*, Prout de iure.
28 Ad Cap. Odoardus. *admittendus obtinebat à Visita alias causam committi* Data cautione de se repræsentando.
29 Ad Cap Odoardus. *admittendus obtinebat alias à Visita relaxari cum cautione de se repræsentando in euentum non admissionis.*
30 Ad Cap. Odoardus. *admissus fuit aliquando à Visita clericus cum cautione de se repræsentando, & sub pœna.*
31 *Clerici aliquando cum sola obligatione relaxati à Visita.*
32 *Clerici aliquando relaxati cum cessione beneficij.*
33 Ad Cap. Odoardus. *aliquando fuit admissus Clericus non quoad omnes creditores.*
34 *Clerico admisso ad* cap. Odoardus. *fuit dictum à Visita prouideri de loco condecenti.*
35 Ad Cap. Odoardus. *alias poterant admittere Visita, & Iudices.*
36 Ad Cap. Odoardus. *non admittitur obligatus in forma Cameræ.*
37 Ad Cap. Odoardus. *nec Visita, nec Iudices admittunt.*
38 Ad Cap. Odoardus. *admittuntur habentes beneficium.*
39 Ad Cap. Odoardus. *admittit Cardinalis Vicarius.*
40 Ad Cap. Odoardus. *admittit Cardinalis Vicarius etiam existentes in districtu, quia habet cumulatiuam iurisdictionem cum Ordinarijs.*

FActa mentione in proximè relato decreto de beneficio *Cap. peruenit.* quod idem importat *Cap. Odoardus* concessum Religioso; opportunum duximus separatim explanare, quomodo Clerici, & Religiosi ad hoc beneficium admittantur. Inter cætera priuilegia ordini clericali cōcessa illud præcipuum est, vt clerici carcerari non possint, vt supra dictum fuit *§. 7. &* 8. Verum, quia multi dantur casus, in quibus clerici ære alieno grauati carceres euitare non possunt, his subuenitur, non vt laicis, miserabili beneficio cessionis bonorū, de quo agimus; sed cessionis loco ipsis consulitur, vt infra.

1 Sit conclusio. Ex dispositione iuris Canonici in vim Cap. Odoardus de solut. & c. peruenit. de fideiuss. clericum nō habentem, vnde satisfaciat creditoribus non debere excommunicari, nec aliter molestari, sed præstando cautionem saltem iuratoriam in subsidium de soluēdo, si peruenerit ad pinguiorem fortunam debere excarcerari.

2 Declara I. vt licet Clericus pro debitis non teneatur cedere bonis. *Abb. Imol. Ancar. in d. cap. Odoardus. Couar. cap. 1. num. 9. var. resol. lib. 2. Beat. cap. 17. numer. 8. de inop. debit.* Ideo præfatum remedium cap. Odoardus. cessionis loco cedat; & ijsdem fere regulis procedat, quibus ipsa cessio, vt ex infra dicendis notum fiet; possit nihilominus, si velit in Visita cedere bonis, vt diximus *cap. præcedenti. num.* 19. quod est etiam de iure. *Riccius. decis. 308. num. 7. par. 4.*

3 Declara II. vt Clericus vltra beneficium, quod nōn possit conueniri nisi *In quantum facere potest*, & declarauimus supra. *§. 7.* habeat etiam & hoc beneficium cap. Odoardus, quod peti potest post rem iudicatam ad instar beneficij, *In quantum facere potest*, & ad similitudinem exceptionum, quæ modificant sententiam: & sic peti potest tam coram iudice à quo, quam coram iudice ad quem; & potest opponi in qualibet parte iudicij. *Riccius decis. 160. par. 1. num. 3.*

4 Declara III. vt clericus ad beneficium cap. Odoardus admittatur, debere solum cauere de soluēdo, si deuenerit ad pinguiorem fortunam saltem iuratoria cautione, si aliam non habeat. *Abb. Imol. Ancar. in cap. Odoardus. de solut. Couar. cap. 1. nu. 9. var. resol. lib. 2.*

Declara IV. hoc beneficium non prodesse fideiussori, cum sit personale. *Riccius decis. 173. nu. 7. par. 4.* quod tamen intellige modo, & forma supradictis de cessione bonorum. *cap. 1. num. 20. & seqq.*

5 Declara V. vt hoc beneficio gaudeat tam Clericus in minoribus, quam in sacris ordinibus constitutus. cum d. cap. Odoardus. indistinctè loquatur. *Abb. in rub. de vit. & honest. cler. & in cap. 2. de cohab. cler. & mul.* Dummodo in minoribus ordi-

6 nibus constitutus habeat requisita à Concil. sess. 23. cap. 6. de refor. incedat videlicet in habitu & tonsura, & alicui Ecclesiæ sit adscriptus, vel beneficiū obtineat. *Couar. cit. cap. 1. lib. 2. var. resol. Io. Guttier. de iuram. confirm. par. 1. cap. 17. num. 10. Menoch. de arbitr. cas. 183. Par. q. 27. nu. 69.* vel in aliquo Seminario degat. *Riccius. decis. 20. num. 7. par. 2.*

7 Declara VI. vt semel admissus Clericus ad dictū beneficium non prohibeatur iterū admitti, quemadmodum dicitur de cessione, quod potest reiterari. *Castr. in l. ex cōtractu. C. de bon. auct. ind. possid. vbi etiam Saly.*

8 Declara VII. vt huiusmodi beneficio tamquam in honorem Ordinis Clericalis inducto non possit renunciari, ne cogatur Clericus debitor cum dedecore mendicare. *Host. & Io. And. in d. cap. Odoardus. Suarez. in prax. 3. par. 2. tom. cap. vnic. Beat. cap. 17. num. 8. de inop. debit.* Quidquid dicat Guttier. *cit. cap. 17. nouissimè Leoncil. de priu. paup. par. 2. priu. 53. num. 3. & 4.*

Declara VIII. vt causa super admissione ad huiusmodi beneficium terminari debeat infra tres menses, & ad summum infra quatuor, vt in Constit. Clem. VII. XVI. Et XVII. *in Bull fol.* 489.

9 Declara IX. vt dum pendet discussio super admissione ad hoc beneficium, Clericus detineri debeat carceratus in ijs casibus, in quibus potest carcerari. Neque dicitur hoc tendere in præiudicium Ordinis Clericalis pendente tali discussione; nec poterit habilitari, nisi caueat de se repræsentando in euentum, in quem non esset locus huiusmodi admissioni; eodem modo, quo dicimus respectu carceratorum laicorum petentium admitti ad cessionem bonorum. Multi enim sunt casus, in quibus Clericis denegatur beneficium cap. Odoardus. Inter cæteros infrascripti.

10 Primus est in eo, qui non confitetur debitum, vt exprimitur in eodem cap. Odoardus. vbi Abb. *num. 7.* reddit rationem. Quæ debiti recognitio fieri potest etiam post sententiam. *Afflict. dec 379 per totam. Brun. de cess. bon. q 2. principali num. 4. &*

11 *seqq.* Secundus est in eo, qui licet fateatur debitū, non tamen probat paupertatem. *Stapbyl. de litt. grat. & Iust. fol. 159. Couar. cap. 1. var. lib 2. Brun.*

de

de ceß.q.26. Quæ paupertas probanda est, vel per 12 famam in vicinia, vel quia visus est mendicare, vel alijs modis; ac etiã Iudicis arbitrio. *Gloſ.in Auth. præterea.C.vnd.vir.& vx.Couar.cit. cap.1. Brun. cit q.26.& diximus ſupra lib.2. §.2. cap.5.6. & 7.* Hæc paupertas summariè probanda est; nec in ea probanda est nimium ſcrupulosè, ſed vrbane agẽdum. *Riccius.decis.81.num.6.par.1.* Tertius est, si 13 probata paupertate à debitore creditor quoque probet se esse pauperem. Siquidem in pari cauſa præferri debet, qui tractat de damno vitando. *Ad trad. per Bar.in l.maritum. ff.ſol. matr. Genou.in prax.Archiep. Neap. cap.3. num.14. Leoncil. de priu.paup.priu.53. num.6.* & diximus supra, vbi de alimentis tractauimus *§.5.cap.2. num.4.* Quartus 14 est, si Clericus exerceat illicitam negotiationem. Nam eo modo, quo priuilegio Clericali quoad collectas priuatur. *cap fin.de vit.& honeſt.cler.* Ita priuari debet hoc beneficio. *Brun.de ceſſ.bon. q.3.* 15 *in princ.nu.1.* Quintus est, si Clericus sit dolosus, nõ gaudet hoc beneficio. *Veral.dec.218.par.1.Ioannes Rap.Perret.conſ.144.* Porro hoc contingere pos- 16 set, vel si tempore contractus sciebat se non esse soluendo, & falso asserebat possidere sufficientes facultates per textum notabilem *in l. pen. ff.de iur. dot.* Secus si non asseruit ex Reg. *Qui cum alio. ff. de Reg. iur.* Vel si in fraudem creditorum bona consumpsit. *Ferret. vbi ſupra ex l. ſi quis dolo. ff. de re iud. & l.etiam. §.iiect. ff. ſol .mat.* Vel si debita contraxit sub spe gaudendi hoc beneficio. *Ferret. loco cit.* Vel si bona occultauit. *Beat. de inop.deb. cap.17. num.12.* vel si efficiatur Clericus post debita cõtracta in fraudem creditorum. *Beat. cit.num.22.* qui ex mente Ioannis Andreæ, & Abbatis dicit, quod si debitor fuit carceratus, vel etiã citatus, tunc præsumitur in fraudem, alias non, nec præsumitur factum in fraudem, nisi creditor iactauerit velle debitorem conuenire. *Farin. de inquiſ. q.8.num.3.* Vel demum si ludo, vel viuendo luxuriosè bona sua consumpsit, non admittitur. *Ferret. vbi.cit.conſ.144.ex Bald.in l.1.C.qui bon. ced.poſſ. Leoncil. de priu. paup. par.2. priu.53. num.5.* vbi loquitur de clerico, qui propria culpa factus est pauper.

17 Sextus est si debitum clerici proueniat à delicto, pro quo, qui non habet in ære, luere debet in corpore, vt dicemus infra *cap.ſeq. num.24. vſque ad* 18 *finem* Hoc tamen procedit, si pecunia sit applicãda Fisco ad vindictam publicam; secus si parti debea[illegible] ratione interesse. *Ioan. And. & Abb.in cap. Odoardus. Idem Abb. in cap.finem litibus.de dol. & cont.Couar.lib.2.cap.1.var.reſol. vbi allegat tenentes contrarium.* Hæc tamen verior est. *Menoch. de arb. caſ.447. Riccius.decis.308. num.4. part.4.* 19 Aliter tamen se res habet si pecunia soluẽda parti ratione interesse, respectu Clerici soluentis sit pœna, vt in condemnato ad expensas propter indebitam vexationem. Tunc enim si non poterit soluere, luet in corpore. *Abb.in d.cap finem litibus. num.5. per illum tex.qui eſt clarus. Fut.dec.56.lib.1.Boer. decis. 349.* Hic textus limitandus est in mulctis 20 debitis Fisco ex quacumque causa. In his enim Clericus gaudet hoc beneficio, cum mulcta propter paupertatem etiam in totum remittatur. *l. illicitas. §. fin. ff.de aff. Praeſ.Brun. in 4. quaſi princ. num.5. in fin. Clar. §. fin. q.95. qui teſtatur de communi. Far.de delic.q.18. num.57.*

21 Septimus casus quo Clericus excluditur ab hoc beneficio est, quotiescumque conuenitur actione reali. *Riccius. decis.308.num.5. par.4. & Bart.in l.maritum. ff. ſol.matr. Brun.de ceſſ.q.3.nu.14.* Vbi 22 dicit pensionarium, dum beneficium obtinet, non posse vti exceptione *cap. Odoardus.* vel alia simili contra eum, cui soluit pensionem. *Couar. var. reſ. cap.1. lib.2.*

23 De Clerico coniugato quid dicendum? Duæ sunt opiniones; affirmatiua vna, negatiua altera. Pro affirmatiua faciunt ea, quæ tradit Felinus. *in cap.Eccleſiæ S.Mariæ.num.103.verſ.ſunt autem multa de conſtit.* & facit doctrina Lap. *in alleg.11.* qui concludit Clericum coniugatum pro debito Ciuili non posset carcerari, & cum Lapo transit Ioannes Andreas *in cap.vnica. de oblig. ad ratiocin. Imol.in cap.ex parte.num.3.de Cleric.coniugat.& alij, quos citat Guttier. de iuram.confirm.par.1.cap.17.n.11.* Si igitur non potest carcerari, multo minus poterit spoliari ijs priuilegijs, quibus eximi possit à carceratione; quorũ vnum est priuilegium Cap. Odoardus. & concessum Clericatui, non personæ, vt etiam priuilegium Fori, quo sine dubio gaudet clericus coniugatus, quibus priuilegija, nec renunciari potest. *Graß.de effect.clericat.effect.7. num.22.*

Negatiuam sententiam quod Clericus coniugatus non gaudeat beneficio Cap. Odoardus. tenet idem Graß. *d.effect.7. num.52.* quia Clericus coniugatus habetur pro sæculari duobus priuilegijs seclusis, videlicet, Fori, & Cap. Si quis suadente Diabolo. Pro qua opinione adducuntur Textus *in cap.Ioannes.de cler.coniug.& cap.vnica.eodem tit. in 6.Natt.conſ.356.num.1.Molin.de contract.diſp. 571.num.13.* Ratio est; quia matrimonium reducit eum ad instar laici, cum per contractum matrimonij explicetur actus contrarius Clericatui, ideoque contrahendo matrimonium, tacitè renunciat priuilegio Clericatus, qui eximit personam quo ad omnem manus iniectionem, vel districtionem, vt dicit Ioannes Andreas *in cap.vnico.num.19. circa finem de obligat. ad ratiocin.* & sic per matrimonium videtur se obligare ad carceres. *Natt. dicto conſ.356. num. 2. & per DD. in cap.diuerſis fallaciis. & in cap. Ioannes. de Cleric.coniug.*

Hanc negatiuam opinionem Clericum coniugatum non gaudere beneficio Cap Odoardus; vti verissimam tenendam esse affirmat prædictus. *Guter. in d.tract. de contract.iurat.d.cap.17 num.11.verſ. ſed hæc opinio.* Vbi opinionem Lapi, vti falsissimam, reijciendam autumat authoritate Montalui. *in l.25. tit.9.partita.1.in gl.magna.col.3.in verb.contrarium tenent communiter DD. &c. per text.expreſſum in d.cap.vnico. de Cleric.coniug in 6.in verſ.in cateris. Ibi: in cæteris autem, vel (niſi vt præmittitur) tonſuram, vel veſtes deferant Clericales, etiam in præmiſſis eos non gaudere volumus priuilegio clericali.*

24 Sed quidquid de his sit, certè opinio limitãda est in casu, quo prædicti Clerici alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem Ecclesiæ inseruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura incedant, ex dispositione S.Concil. Trid. *ſeß.23.cap.6.de reform. Ita idem Guter in d.tract.*

d. tract. de contract. iurat. cap. 17. num. 13. Riccius decis. 170. num. 4. par. 3.

25 Aduerte præfatam limitationem non habere locum quoad bona secundum Glossam communiter receptam. cap. unico de Cleric. coniugat. in 6. Couar. pract. quæst. cap. 31. num. 9. Farin. q. 8. num. 9. Riccius in prax. fori Eccles. res. 253 licet quoad personam, vt diximus, gaudeat ne à iudice sæculari possit, seu debeat carceribus mãcipari, & si carceretur nonnisi à iudice Ecclesiastico de eius carceratione cognosci. Iste Lapus d. allegat. 118. quem refert & sequitur Riccius par. 3. decis. 170. numer. 2. Paulus Squillant. de priuil. clericor. cap. 10. dubitat. 1. nu. 7.

26 Altera est difficultas an clericus excommunicatus gaudeat hoc beneficio. Non gaudere tenet Carol. de Grass. de effec. cleric. effectu 7. nu. 54. qui allegat Solã pro hac opinione. Marches. de commiss. par. 3. §. 1. num. 60. fol. 317. Firmioribus fundamẽtis nititur Squillan. tract. de priuil. cler. cap. 10. 1. dubit. num. 6. contrarium tenens: tum quia canonis, Si quis suadente, & fori priuilegijs gaudet. cap. intelleximus. de iudic. & tradunt communiter DD. vt testatur idem cap. 6. num. 13. Tum quia hoc beneficium non continet sub se actionem, sed potius exceptionem, cum soleat opponi contra petentem, quod sibi debetur, excommunicatus autem potest etiam in iudicio vti reus. d. cap. intelleximus. & ibi communiter DD. Squill. cit. cap. 10. num. 6.

Modi vero quibus admissi fuerunt Clerici ad hoc beneficium à S. Visita diuersi fuerunt, vt notum fiet ex ijs quos subijcimus. Causa interdum commissa fuit simpliciter pro hoc beneficio cap. Odoardus. Prout de iure. 1548. 25 Iul. Nonæ. Ioannes Baptista. D. Hieronymus Locumtenens Auditoris Cameræ admittat ad beneficium. cap. Odoardus, vel cap. Peruenit; prout de iure, & Procurator pauperum sollicitet. Aliquando post verba: Prout de iure, fuit additum. Et data cautione de se repræsentando. Quæ cautio locum habet in casu non admissionis ad beneficium, de quo agitur, vt patet manifestè ex alijs decretis mox adducendis. 1551. 21. Iun. Nonæ. Ioannes. Admittatur prout de iure ad cap. Odoardus. & interim data cautione de se repræsentando toties quoties sub pœna debiti; Relaxetur gratis.

29 Nonnunquam dictum fuit, Cum cautione de se repræsentando; & expressum, In euentum non admissionis. 1540. 7. Ian. Nonæ. Alphonsus. Data cautione in euentum, quod non veniat admittendus ad cap. Peruenit, siue Odoardus de se repræsentando liberetur, & pro eo promisit D. Io. &c. 1551. 5. Febr. Sab. Ioannes Baptista. D. Auditor Cameræ admittat ad cap. Odoardus, vel cessionem bonorum prout de iure, & quoad Gerardum creditorem fiet decretum, & soluat præterita, & relaxetur cum cautione de se repræsentando in euentum non admissionis. Fuit alias dictum cum obligatione, & data fide, sub aliqua pœna. 1564. 12. Octob. Nonæ. Michael Hispanus. Auditor Cameræ admittat eum ad beneficiũ cap. Odoardus, seu Peruenit. prout de iure, seruata forma Motus proprij, & interim data fide alicuius nobilis de non discedendo ab Vrbe, & de se repræsentando toties quoties, & facta obligatione per ipsum de prædicta obseruando sub pœna debiti, & priuationis beneficiorum, quæ obtinet, & inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda, prout se obligauit; Relaxetur.

31 Legimus etiam clericos cum sola obligatione de se repræsentando fuisse relaxatos. 1504. 26. Octob. Sab. Petrus Hispanus. D. Auditor Cameræ admittat eum ad beneficium cap. Odoardus, seu cap. Peruenit; prout de iure, seruata forma Motus proprij, & interim facta obligatione per eum de se repræsentando toties quoties sub pœna debiti in euentum non admissionis; Relaxetur. Extat quoque decretum, quo admissus fuit clericus ad hoc beneficium cũ cessione beneficij Ecclesiastici, quod obtinebat. 1534. 24. Mart. Sab. Marinus pro debito. D. Auditor facto verbo cum D. Sermoneta, & facta per carceratum cessione beneficij admittatur ad beneficium cap. Odoardus. attenta paupertate.

33 Insuper admissionem ad hoc beneficium non semper fuisse vniuersalem quoad omnes, sed excipiẽdo aliquem creditorem apparet ex decreto Visitæ relato supra.

Tandem comperimus iniunctum fuisse Iudici

34 admittenti clericũ ad hoc beneficium, vt illi prouideat de aliquo loco condecenti. 1599. 1. Iul. Capit. Augustinus Presbyter detentus in carceribus Burgi. Ad D. Vicegerentem, qui eum admittat ad beneficium cap. Odoardus, necnon prouideat de aliquo loco condecenti in honorem Sacerdotij.

35 Hoc beneficium cap. Odoardus. non solum à Visita concedi potest, vt supra, & testatur Marches. de commiss. cess. bon. num. 66. Verum etiam à Iudicibus ordinarijs, & delegatis ex Constit. XVI. Clemen. VII. §. 1. in illis verbis: Siue ordinarij, siue delegati, vt habetur in Bull. fol. 489. Quæ diiunctiua (siue) iurisdictionem in illis supponit. l. si duo rei. de verb. obligat. Surd. consil. 393. num. 9. Quod tamen non procedit, quando Clericus est in forma Cameræ obligatus. In hoc enim casu non potest gaudere beneficio cap. Odoardus. ex Constit. Gregor. XIII. post Saluit. in sua prax. Trib. Aud. Cam. §. 26. & ex Constitut. XXVIII. Paul. V. §. 26. & 27. nisi ex speciali gratia, & rescripto Sanctissimi Cou. lib. 2. var. res. c. 1. n. 9. vers. quoties.

37 Immo nostris temporibus neque à Visita, neque à Iudicibus Ordinarijs regulariter admittũtur Clerici ad hoc beneficium, sed ad Signaturam Sanctissimi remittuntur; ea forte ratione, quia æs alienũ, pro quo carcerari solent, ferè semper debetur in vim contractuum munitorum obligatione Camerali.

38 Nihilominus Clerici habentes beneficia, seu pensiones consequuntur ex decretis Visitæ commodum ferè simile beneficio cap. Odoardus. Admittuntur enim ad solutionem debiti sub varijs dilationibus, diuersimodè pro ipsorum qualitate conceptis, vt latè diximus supra. §. 2. cap. 2.

39 Postquam hucusque scripsimus ad notitiam nostram deuenerunt duæ commissiones Signaturæ Iustitiæ, quibus comprobatur etiam pro debitis obligatione Camerali vallatis posse absque recursu ad Sanctissimum concedi beneficium, de quo agimus, à Tribunali Eminentiss. Vicarij iuxta suas ordinarias facultates, quas commissiones opportunum duximus ponere. in Append. §. 3. cap. 42.

40 Quas facultates Eminentiss. Vicarius etiam in districtu exercere poterit, cum habeat cumulatiuè iurisdictionem cum Ordinarijs, vt diximus, dum

Yy supra

supra *lib.1.* de illius facultatibus tractauimus, & oretenus aliàs fuit dictum in Signatura Iustitiæ, vt in Commissione. *in Append. l.3. cap.34.*

Cum satis dictum sit de admittendis ad cessionem bonorum consequens est, vt dicamus de non admittendis; inter quos primum locum damus dolosis capitulo particulari; alios postea vnico capitulo complectemur.

CAPVT IV.

De dolosis debitoribus ad cessionem non admittendis.

SVMMARIVM.

1 *Dolosi apud omnes grauiter puniuntur.*
2 *Falliti sunt infames, tradendi creditoribus laniandi.*
3 *Decoctis Græci corbem imponebãt ludibrij causa.*
4 *Decoctos sequuntur pueri marsupium vacuum portantes apud Tyrrhenos.*
5 *Decoctis foro interdicebãt Athenienses & Smyrnæi.*
6 *Decoctorum corpora Aegyptij oppignorabant creditoribus.*
7 *Decoctos Romani per contemptum Diuites appellabant.*
8 *Decoctores Romani à Theatris eiecerunt.*
9 *Decoctores apud Romanos catamidiabantur, id est; deridebantur.*
10 *Decoctores apud Romanos publicè vendebantur.*
11 *Decoctores apud Romanos etiam Reges vendebantur.*
12 *Decoctores capite plectunt Turcæ.*
13 *Decoctores apud Flandros vltimo supplicio afficiuntur.*
14 *Decoctores habentur Romæ plusquã Grassatores.*
15 *Decoctores Romæ puniuntur pœna vltimi supplicij.*
16 *In decoctores rigor laudandus.*
17 *Improbitas hominum seueris legibus compescẽda.*
18 *Metus habendus, aut faciendus in omni colluuie morum & hominum.*
19 *Decoctores essent puniẽdi pœnis ipsis comminatis.*
20 *Decoctorum malitia, vt inducant creditores ad concordiam refertur, & improbatur.*
21 *Decoctoribus fraudulentis non sunt seruandæ transactiones.*
22 *Decoctores nõ admittendi ad cessionem bonorum.*
23 *Ex dolo proprio nemo debet commodum reportare.*
24 *Debitor ob delictum nõ admittitur ad cessionem.*
25 *Debitor maritus, qui mala fide bona alienauit potest carcerari, nec potest cedere bonis.*
26 *Debitor pro expensis trium conformium non cedit bonis.*
27 *Debitor componens cum Fisco potest cedere bonis.*
28 *Debitor in causa criminali pro interesse partis cedit bonis.*
29 *Debitor fideiussor in causa ex delicto cedit bonis.*
30 *Debitor fraudulentus decoctor de iure grauiter punitur.*
31 *Cessio bonorum requirit casus fortuitos in debitore de iure, & ex Statuto Vrbis.*
32 *Dolo non caret, qui ex inopinato incidit in paupertatem.*
33 *Omnino, verbum significat indistinctè, & totaliter.*
34 *Cessio ex Statuto Neap. datur pro debitis per annum ante contractis: & est etiam de iure.*
35 *Fraus est accipere, quod non potes reddere.*
36 *Cessio bonorum conceditur, etiam non docto de infortunio, & pro debitis etiam ante annum contractis.*
37 *Cessio bonorum non suffragatur obligato pro oneribus publicis.*
38 *Pro collectis impositis persona pro rebus nemo carceratur.*

1 TEnetis, dixit Portius Latro. *In Catil declam.* exemplum maiorum, atque omnium gentiũ auctoritatem, qui semper summas ac singulares pœnas in eo genere hominum consumendas esse putauerunt, quorum libido posita esset in diripiendis ciuium facultatibus. De eisdem Baldus quem
2 refert *Caccial. In tract. de susp. & fug. q.1. num.13.* ita sentit & scribit: *Falliti sunt infames, & infamissimi, & more antiquissimæ legis deberent tradi creditoribus laniandi propter dolum suum.* Lepidè Martialis in sextum fallitum *Lib.2. epig.3.*

,, *Sexte nihil debes, nil debes Sexte, fatemur;*
,, *Debet enim si quis soluere, Sexte, potest.*

Pro infamibus habitos fuisse fallitos docent diuersarum gẽtium ritus. In quibusdam Græciæ Ciuitatibus mos fuit, vt refert Alexander ab Alexan-
3 dro *lib.6. cap.10.* decoctores in forũ inducere, & sedere iussis cophinum, siue corbem capiti imponere
4 ludibrij causa: Apud Tyrrhenos, si quis æs alienum, quod conflauerit, non persoluat, sequuntur cum pueri vacuum gestantes marsupium, ignominiæ causa. *Homelid. in Polit.* Aegyptijs in vsu erat Defunctorum corpora vnguentis delibuta, ac si viui essent, creditori oppignorari, & super his fœnerari magno dedecore illorum, qui constituta die non reluissent. Imò adiecit Græcorũ Rex Aischis, qui legem præfatam promulgauit, vt legitur apud Herodotum & Diodorũ, vt si debitor dissoluere æs alienum recusaret, fas non esset illum vllibi sepeliri, & quod longe peius est, nec progenitos ab ipso.
7 Apud Romanos pluribus ignominię notis diuersis temporibus inusti fuerunt. I. per contemptum Diuites sunt cognominati, vt diximus supra de Crasso. II. Lex Othonis debitores a theatris
8 eiecit, sed cum discrimine. *Alex. ab Alex. lib.5. cap.16.* nam decoctoribus, qui fortunæ naufragio, non suo vitio decoxissent, certus in theatro locus constitutus erat; qui vero vilitate, aut gula se auctorassent, vel ære ligassent, à theatro arcebantur penitus. III. Lex Roscia theatralis certum locum decoctoribus, seu fallitis constituit, in quo spectandi causa starent, vt ab alijs digito monstraren-
9 tur. *Tull. Philipp.2. & Beuuenut. de decoct.* Hanc ignominiæ notam insigniorem fecit Adrianus Imp. qui edicto suo mandauit, vt Decoctores in amphitheatro caramidiarentur, idest, deridendi omnibus
10 per theatrum præberentur. *Spartianus in eius vita.* IV. Si quando damnati debitores Iudicatum facere non poterant, publicè vendebantur. Et quæ ignominia maior esse potest, quam sub præcone

subijci

subijci? Maioribus enim priuilegijs hominis opificium à Deo est præditum, quam, vt ei, cum bru-
11 tis animantibus, quæ ratione carent, eadem sors deputetur, a qua nec ipsi Reges eximebantur, vt habetur de Ptolomæo Rege Cypri. *Cicero. in Orat. pro Domo*. Quam publicandi Regni consuetudinem Clodius lege sua præscripsit, de qua mentionem facit Dionysius. *lib.38*.

Quid mirum propterea, si hoc genus hominum fuit vbique gentium grauissimis pœnis subiectum. Istis namque improbis indicta fuerunt supplicia, vt eorum metu humana coerceretur audacia, tutaque foret inter improbos innocētia, & in ipsis improbis, formidato supplicio, refrænaretur nocendi facultas.

12 Turcarum morem narrat P. Aerod. *lib.1. dec.* qui est, vt detecta per Principem perfidia debitorum
13 capite in eos animaduertatur. De Flandris extat Constitutio Caroli V. 7. Octob. 1531. Bruxellis promulgata, in qua statuit decoctores, & fallitos, qui fraudulenter, & dolosè auferunt pecunias, & bona aliorum, eorumque opitulatores, latronum & salutis publicæ violatorum supplicio absque vlla dissimulatione, aut mora in propatulo afficerētur; vt inde alijs exemplum suppeteret. Rursus, & clariùs in alia Constitutione anno 1540. renouata superiore Cōstitutione vult, & mandat huiusmodi fraudolentos decoctores haberi tamquam fures manifestos, & velut prædones, hostesq. publicæ salutis; iniungitque Iudicibus, apud quos accusabuntur, vt si de fuga, fallaci ablatione, aut suppressione bonorum constiterit, ad laqueum illos cōdemnent, sine dilatione, fauore, aut dissimulatione sub pœna totius debiti fallitorum. In Regnis Valentiæ, & Aragoniæ pœna mortis imponitur. Cerdan in paucorum foliorum opusculo inscripto: Visita de de las personas. *cap.11. num.21. & 23.* dicit non esse eis seruandam fidem à creditoribus, qui concordarunt, si deueniant ad pinguiorem fortunam. Ex eod. Boer *decis.215. Strac. de decoct. par.4. num.9.* lex quoque Hispana, & Lusitana graues imponit pœnas. *Sanct. de induc. debit. q.12. num.10. & seqq.* vbi alia ponit de materia fraudulentorum decoctorum, quæ apud ipsum videri possunt.

14 Longum esset exterorum pœnas impositas contra decoctores referre: ad nostras redeamus. In hac Alma Vrbe statutum est eos grauius delinquere, quam ipsosmet fures, & viarum Grassatores. Hi enim cum vitæ periculo latrocinia peragunt; decoctores, de quibus agimus, sine vllo vitæ discrimine creditores suos defraudant. In hos propterea sanct. mem. Pius V. Constitutionem promulgauit,
15 quæ est CXII. *Postquam eo vsque. In Bull. fol.238.* In qua huiusmodi perditis hominibus pœna vltimi supplicij decernitur.

Quid in his legibus, decretis, & constitutionibus durum, quid rigidum censeri potest? Nulla
16 esse potest in tanti sceleris immanitate puniendi crudelitas. Improbis pœna grauis statuenda est, vt quos natura retinere in officio non potest, ij ma-
17 gnitudine pœnæ à maleficio submoueantur. Immò laudanda est in ferendis aduersus improbitates le-
18 gibus nostri sæculi salutaris seueritas. In omni colluuie morum, & hominum habendus, vt dixit Salustius: *In orat. Lepid.* metus, aut faciendus est, *Quoque pluribus præsidijs nititur improbitas ad excutiendum imperij iugum, hoc arctius, contentiusque legum habenæ moderandæ sunt*. Vtinam
19 exclamat Iodocus. *In sua prax. ciu. cap.70. num.7.* prout latæ sunt leges executioni mandarentur, & durius in iudicio cum istis ageretur, quam nostra
20 ætate fit. Et recensitis conditionibus adimplendis ab his, qui bonis cedunt, & præsertim persoluendi reliqua, si ad pinguiorem fortunam deueniāt, subiungit: *Has quoque conditiones seruare deberent furaces nostri Bancherotti, qui fraudulenter cum creditoribus transigunt, & post annum ditiores sunt, quam prius; reliqua tamen non persoluūt.* Præterea idem Iodocus. *cap.64. circa fin.* ait: *His fraudatoribus, vel verius furibus rapacissimis, nec domus, nec templum, nec vllus locus sacer præsidio esse debet, qui simulant mendaciter sese fractos, ac planè perditos, & ad aliquot menses domi latitant, donec cum creditoribus dolosè transegerint, & postea non minus splendidè, ac pomposè prodeunt, quam prius, & ad intermissam negociationem demum, ita fraudatis, & illusis creditoribus, re-*
21 *deunt.* Hæc Iodocus.

22 Contra hos omnia iura clamant, indignosque reddunt omni priuilegio paupertatis, & præsertim cessione bonorum, quæ est subsidium miserorum, non præsidium dolosorum. *Bald. cons.249. num.1. vers. fin. lib.1. l. fin. ff. quæ in fraud. cred. l. pen. ff. de iur. dot. Boer. dec.399. num.8. Stat. Vrb. cap. 161. lib.1. & ibi Fenzon. num.22. & 31. Vinc. de Franch. copiosè dec.529. num.8. cum seq. Eminen. de Lugo. de Iust. & Iur. tom.1. q.21. sect.3. nu.39.* Ita quoque sensisse videtur alias S. Visita. 1554. 19. Mart. Nonæ. *Perotius Florentinus. Ad D. de Saulis, qui vna cum D. Iulio Camera Apostolica Commissario admittāt eum ad cessionem bonorum, prout de iure, in quibus non deliquit; in quibus vero deliquit, concordet creditores, & quatenus eisdem Dominis aliter videatur, expediant eum arbitrio suo etiam auctoritate Visita, & iuxta mentem*
23 *Visitæ.* Ratio fundata est in trita illa regula; Nemo ex proprio dolo, fraude, ac delicto debet commodum reportare. *l. non fraudantur. §. nemo ex suo delicto. ff. de reg. iur. cum vulg.* Ex qua ratione prodeunt quamplures ampliationes, & præsertim infrascriptæ.

24 In primis in condemnato ob delictum ad pœnam pecuniariam, quam si soluere non possit, reijcitur à cessione, & luere debet in corpore; vt diximus supra. *cap. praeced. num. 17.* & dicturi sumus infra de debitoribus ex causis Ripali, vel Fiscali. Quid autem dicendum sit in summa parti debita per sententiam ex causa delicti vide Thes. *dec.182. per tot.*

25 Deinde in marito, qui licet regulariter non teneatur, *Nisi in quantum facere potest*, vt supra §. 7. diximus, si tamen mala fide, & animo impediendi restitutionem dotis, bona alienauit, carcerari potest, nec admittitur aduersus vxorem ad cessionem bonorum. *Rot. in Ianuen. prætensa excarcerationis. 19. Decemb. 1636. nu.18. coram Coccino in Append. §.4. cap.3.*

26 Præterea in temere litigante. Is enim non admittitur quoad expensas trium sententiarum conformium ad cessionem; cum temerè litigans di-

catur delinquere; & hoc beneficium delinquentibus, vt diximus, denegetur. *Grat. discept 222.numer. 47. in fin. ver. vbi limitat. Buccar. qui latè*
27 *disputat hunc articulum. differ.* 192. Hoc tamen non procedit in eo, qui conuentus criminaliter super fraudulenta decoctione composuit cum Fisco: Licet non constaret de eiusmodi fraudulenta decoctione. Iste enim admittendus est ad cessionem, cum non censeatur fateri delictum. *Rot. in Ancon. pecuniaria coram Manzanedo.5. Iun. 1609. nu. 5. In Append. §. 4. cap.* 1. Quod adeo certum est, vt
28 admittendus sit, etiam si per Iudicem esset lata sententia condemnatoria ad interesse ciuile partis. *d.dec. Ancon. in princ. & num.2. & seq.*
29 Generaliter vero omnia dicta de debitore ob delictum non admittendo ad cessionem, sic accipienda sunt, vt non procedant in eius fideiussore, in quo cessat ratio prædicta doli, quique tenetur solum ratione contractus, & propter obligationis. Is enim ad huiusmodi cessionis beneficium admittendus est. Non enim in eo locum habet regula, *Qui non habet in ære, luat in corpore*, sed remanet ad eius fauorem. l.fin.C.qui bon.ced.pos. Vt deducit Franc. contra fiscum contrarium prętendentem.
30 *dec.507.nu.3. Cabal. cas.77.nu.70.* Aliter de principali dicitur, quia fuit fraudulentus decoctor. Non enim solù à cessione excluditur, vt diximus, sed etiam de iure (vbi non sunt Constitutiones particulares) grauiter puniendus est. *Giurb. dec. 40.*
31 *num.9.& seq. Far. q.26.nu.26.& seq.* Immò adeo rigorosè cum petentibus admitti ad cessionem proceditur, vt licet delicta non præsumantur, refundatur tamen in eos probatio, quod post debitum contractum aliqua damna, seu fortuitos casus passi fint; alias hoc remedium initia illis non conceditur. Non enim caret dolo, qui absque in-
32 fortunio, atque inopinato casu in paupertate incidit. *Brun. de ceß. bon. q. 5. 4. par. princ.* Et disponunt ita etiam diuersa Statuta locorum, præsertim Statuta Vrbis. *cap.* 161. *lib.* 1. *in nouis: & ibi Fenzon. num.* 23 Quod statutum, cum dicat omnino excludi, intelligitur indistinctè, & totaliter. *cap. Iudex. in fin. de off. deleg. lib.6. & in cap. si beneficia de præb. in 6. Eug. conf.* 1. *num* 40. *tom.* 2. Idem dis-
33 positum quoque fuerat in præcedenti antiquo Sta-
34 tuto. *cap.* 19. *lib.* 4. Similiter per particularem Pragmaticam in Regno Neapolitano constitutum est, quod debita, pro quibus cessionis remedium imploratur, fint per annum ante petitionem huius remedij contracta. Quod iuri quoque consonum est *Mastat. in praxi. gloß detinebitur. nu.3.& seq.*
35 *Manz. lib.5. num.*50. Dixit quoque Seneca. *Fraus est accipere, quod non poßis reddere.* Non tamen
36 vidi in Curia Romana, & multo minus in Tribunali Visitæ hanc praxim vsu receptam. Admittuntur enim pauperes carcerati ad cessionem bonorum nulla præcedente probatione damnorum, seu infortuniorum; neque habetur ratio temporis contracti debiti.
37 Fraude quoque carere non dicitur, qui vt oneret onera publica impetrat cessionem. Hoc enim illi non suffragatur. *l. propter. C. qui bon. ced. poss. Capell. Tolos dec.* 124. *Brun. de ceß. q. 9. Ludou. decis. Perus. 32. nu. 2. Far. q.26. nu.8. Manz. lim.5. nu.*51. Ea forte ratione quia pro collectis impositis personæ pro rebus nemo potest carcerari. *l.* 2. *C. de exact. trib. & Luc. de pen. ibi Alex. conf.* 152. *nu.* 5. *lib.5. Dec. conf.694. num.2.6.&* 10. *Menald. conf.*11. *nu.6. lib.*1.

CAPVT V.

De Macellarijs, & alijs ad cessionem non admittendis.

SVMMARIVM.

1 *Macellarijs cessio bonorum denegatur, conceditur tamen à Visita.*
2 *Annonæ debitor excluditur à cessione bonorum, à Visita tamen quandoque admittitur.*
3 *Ripalibus debitoribus, & aliorum deferentium Grasciam ad Vrbem prohibetur cessio bonorum.*
4 *Fiscale debitum non comprehenditur sub cessione bonorum.*
5 *Fiscalis debitor si non habet in ære, luat in corpore; vbi allegantur etiam contrarium tenentes.*
6 *Fiscale debitum originatum à contractu venit in cessione bonorum; quia Fiscus vtitur iure priuati.*
7 *Debitor debitoris Fisci à Fisco conuentus potest cedere bonis.*
8 *Cessio bonorum non datur valenti soluere.*
9 *Cessio bonorum non datur obligato ad factum sibi possibile.*
10 *Cessionis bonorum causa est impotentia soluendi.*
11 *Cessio bonorum, vel obligatio de soluendo datur à Visita ad electionem creditorum.*

Dimissis dolosis hominibus, cum quibus malè viuitur, ad Macellarios, sine quibus non benè viuitur, sermonem conuertamus. Contra Macellarios Reip. tam vtiles diuersimode antiquis & nostris temporibus actum est circa concessionē dilationum, vt latè diximus supra, §. 1. cap. 2. Sed
1 hic non sistitur, eædem Summorum Pontificum Constitutiones, & Statuta Vrbis ipsos à beneficio quoque cessionis excludunt. Est tamen exclusio huiusmodi, vt aliquas patiatur exceptiones apud Visitatores, qui vt diximus, habent fauore Carceratorum amplissimas facultates. Fuerunt enim tam olim, quam nostra ætate, admissi ad cessionem, præsertim quando constitit non dolo aut malis artibus in paupertatem incidisse, vel si longa carcerario, manifesta paupertas, & aliæ causæ, seu aliqua earum concurrat, propter quas Visitatoribus videatur conueniens eis hoc beneficium concedere, vt ex infrascriptis decretis. 1562. 23. Decemb. Sab. *In Visita Gratiosa. Petrus Paulus Macellarius. Data cautione de se repræsentando sub pœna debiti in eisdem statu & terminis, in quibus reperitur ad primam Visitam in isto loco post festa sub pœna debiti; Relaxetur, vel admittatur ad cessionem bonorum prout de iure, seruata forma Motus proprij.*" 1563. 7. Aug. Capit. Lucas Macellarius. D. *Auditor Cameræ admittat eum ad cessionem bonorum prout de iure, seruata forma Motus proprij.*

prij. § 1565. 29. Nouemb. Capit. *Petrus Paulus Macellarius. Ad D. Auditorem Camera, qui studeat concordare partes, vel admittat eum ad cessionem bonorum prout de iure, & seruata forma Motus proprij.*

Vidi ego admissum ad cessionem bonorum Dominicum de Rubeis Macellarium Romę commorantem anno 1618. Alterum quoque Macellarium circa idem tempus, qui publicè carnem vendebat in Macello propè Ecclesiam S. Mariæ ad Rotundam, ad cessionem bonorum pariter admissum bi- retum viride in capite tenentem.

2 Caro pani adiungitur, & licet non in solo pane viuat homo, sine pane tamen regulariter non viuit; propterea inducta fuerunt tot priuilegia fauore Annonæ, de quibus diximus supra. §. 1. cap. 2. Inter quæ etiam hoc expressum legitur in Constitutione Leon X. pro Furnarijs, confirmata a Iul. III. Greg. XIII. Pio V. Sixto V. Paulo V. vt eorum creditis bonorum cessio non obstet. Ex diuersis tamen causis Visitæ benè visis fuerunt etiã Furnarij quandoque admissi. 1562. 17. Decemb. Cap. in Visita Gratiosa. *Nanes Florentinus Furnarius. D. Senator studeat concordare partes iuxta mentem Visita, & vbi non sit locus concordia, vocatis creditoribus, non obstante statuto, quod furnarij non possit admitti ad cessionem bonorum, admittat eum ad d. cessionem, si alias de iure admitti debeat, seruata tamen forma Motus proprij.*

Priuilegijs ex causa panis succedunt priuilegia ex causa vini, cuius pretium censetur inter credita Ripalia. Debitoribus ripalibus prohibetur quoque cessio bonorum in Bulla XV. Innoc. VIII. & XLV. Paul. III. *Cum postquam sal. rec. in bull. fol. 561.* Et apparet ex hoc Visitæ decreto 1551. 16. Maij. Sab. *Gregorine. Facta indicatione bonorum, prout ex nunc dixit nihil habere, Visitatores admiserunt eum ad cessionem bonorum, & quoad arrestum ex causa debiti Ripalis facta obligatione per ipsum de stando iuri, & iudicatum soluendo, prout se obligauit; quoad cautionem de non offendendo data fide D. Camilli de Vrsinis; Relaxetur: & quoad arrestum debiti Fiscalis D. Gubernator expediat.*

Ampliatur limitatio ad quoscumque debitores mercatorum deferentium Grasciam, & alias merces ad Vrbem. *Boer. dec. 296. num. 6. Mauz. lim. 6. num. 54. 55. Grat. discept. 222. num. 34. Marcb. de commiss. admiss. ad dilat. quinquen. nu. 110.*

4 Fiscale quoque debitum, de quo in superiori decreto, habet idem priuilegium, vt sub cessione bonorum non comprehendatur. *Bald. & Salyc. in l. propter honorem, C. qui bon. ced. pos. iuxta communem opinionem fundatam in glossa in ver. debita. §. soluitur. Instit. de Societ. Graff. except. 17. nu. 41. vers. 6. casu Peregr. de Iur. fis. lib. 6. tit. 7. num. 37. Mouz. de caus. exec. lib. 5. nu. 52. & sequuntur alij plures, quos citat Ruit. dec. 86. num. 1.* Cum in his

5 habeat locum regula: Qui non habet in ære, luat in corpore. *l. fin. ff. de in ius voc. l. fin. C. de sepul. viol. l. 1. § generaliter ff de pan. Brnu. de cess. bon. q. 17. Franch. dec. 358. Iodoc. in prax crim. cap. 19. numer. 15.* Sicuti huiusmodi debitoribus Cameræ non sunt præstanda alimenta, vt dixi supra. §. 5. cap. 4. num. 6. Idem sensit *Eminentissimus Card. de Lugo de Iust. & iur. tom. 1. disp. 21. sect. 3. numer. 4. cum Molina, quem allegat, relata opinione Greg. Lopez l. 4. tit. 15. p. 5. gloss. pen. Couar. var. cap. 1. num. 8. & Guttier. de iuram. conf. cap. 17. num. 27. contrarium tenentium.* Super quo vide etiam Peguer. *dec. 68. per tot.* Et declara, vt per Baldum

6 *l. si prius. num. 25. C. de iur. fis.* Hæc tamen locum nõ haberent, si debitũ Fiscale originaretur ex contractu, vel quasi. Tunc enim cessio conceditur. Ita distinguit Cæpol. *cons. crim. 9. num. 2. & seq. gloss. in §. penul. in ver. debita de societ. instit. Thesau. dec. 182. numer. 4. & seq Brun. de cess. bon. 4. par princ. q. 17. num. 1. Franch. dec. 507. num. 3. in fin. Boer. dec. 349. Far. q. 26. nu. 8. & 25. Ruit. cit. dec. 86. numer. 2. & seq.* Ratio est, quia fiscus vtitur iure priuati exceptis casibus, in quibus reperitur expresse priuilegiatus. *l. non puto de iur. fis. Peregr. de iur. fis. lib. 6. tit. 1. numer. 1. & 3. Surd. cons. 519. num. 20. & dec. 13. num. 2. Pegner. dec. 9. numer. 3. Ronit. dec. 69. num. 7. & 8. & dec. 68. num. 3.* Sicuti etiam locum non haberent in debitore Fisci carcerato ad instantiam Fisci, quia non habet plus iu-

7 ris, quam habet principalis creditor, vt dixi supra §. 7.

8 Denegatur quoque valenti soluere. Fundamentum enim cessionis. vt diximus, est paupertas, & impotentia satisfaciendi. Quotiescumque igitur vel debitor potest adimplere suam obligationem, vel creditores consentiunt illius promissioni, vel alicui facto, ipsi debitori carcerato possibili, cessio-

9 ni locus esse non potest. Hinc est, quod obligatus ad factum sibi possibile cedendo non liberatur. *l stipulatio. §. habet. & §. fine. ff. de nou. oper. nunt. Peguer. qui hoc limitat dec. 200. numer. 15. vers. sed Bald. Coller. de proc. exec. cap. 9. n. 28. vers. ideoque. Graff. excep. 17. nu. 49. vers. decimus casus. Mauz. lib. 5. num. 56. Marches. commiss. de cess. bon. nu. 83.* Est autem obligatus ad factum, qui exempli causa promisit ædificare domum, vel insulam fabricare, terram fodere, ratum habere, & his similia, de quibus in diuersis ll. tit. de verb. oblig. Idem etiam procedit in obligatis ad solutionẽ sibi possibilem.

10 Ratio est, quia causa propter quam qui cedit bonis est, vt dixi impotentia satisfaciendi. *Ias. § fin. numer. 12. inst. de act. & alij supra proximè citati.*

11 Qua de causa factum est, vt Visita quandoque concesserit dilationem cum obligatione, vel cessione bonorum ad electionem creditorum. 1530. 5. Iul. Sab. *Stephanne. Facta obligatione per ipsum de soluendo ducatum vnum de carolenis singulo mense, vel admittatur ad cessionem bonorum ad electionem creditoris per totum cras, & deficiente in vna solutione, quod possit reintrudi in carcerem.* * 1531. 23. Decemb. Capit. *Iulius pro homicidio. Quoad causam ciuilem admittatur ad cessionem bonorum, vel ad cautionem iuratoriam de soluendo scutaduo quolibet mense ad electionem creditorum, & quoad causam criminalē D. Senator expediat de mente Sanctiss. D. N.* * 1545. 5. Mar. Capit. *Valerius. Admittatur ad cessionem bonorum iuxta formam iuris, nisi creditores velint scutum vnum singulo mense; quo casu caueat.* * 1545. 21. Maij. Capit. *Marcus. Indicatis bonis ad cessionem bonorum, saluo nisi creditor malit sibi*

 satis-

satisfieri pro scuto vno cum dimidio qualibet mense, pro quo teneatur fideiubere; Relaxetur. * 1571. 12. Decembr. Capit. *Felix. Ad D. Doriam, qui eum admittat ad cessionem bonorum prout de iure, & seruata forma Motus proprij, etiam auctoritate Visitæ, & hoc in euentum, in quem creditores non contententur, quod mater promittat soluere scuta quinque qualibet mense diuidenda inter creditores, & in euentum relaxationis; Relaxetur gratis.* Excluduntur quoque a beneficio cessionis quibus concessa fuit dilatio quinquennalis, vt dicturi sumus infra de quinquennali dilatione, *cap 11. numer. 5.*

CAPVT VI.

Cessio bonorum, prout de iure, quid importet.

SVMMARIVM.

1 *Cessio bonorum per verba,* Prout de iure, *restringitur ad limites iuris communis, seu Statuti Vrbis.*
2 *Cessio bonorum quæ requirat ex Statuto Vrbis, quod refertur.*
3 *Cessio bonorum potest concedi a Visita non seruata forma Statuti Vrbis.*
4 *Cessio bonorum antiquitus à Visita admittebatur absque aliqua obligatione.*
5 *Cessio bonorum dum discutitur an sit cōcedenda, debitor debet detineri in carceribus.*
6 *Cessio bonorum dum discutitur, an sit concedenda, Visita relaxat cum cautione de se repræsentando.*
7 *Cessio bonorum sola voluntatis professione perficitur.*

1 PRout de iure: *sunt verba dictarum Constitutionum Pij V. & Pauli V. Restringunt modum admittendi aliquem ad cessionem bonorum ad limites iuris communis, seu Statuti Vrbis. *cap. 161. lib. 1.* quod facit ius. Cuius statuti forma est verbis infrascriptis concepta: *Quicumque vero petierint se admitti, interim, dum petunt, non audiantur, nisi publicè, & palam biretum viride ita discoopertum, quod ab omnibus videri possit, in capite deferant, nec Iudex aliter, nec in vim commissionis, nec litis pendentia possit inhibere, & facta inhibitio non teneat, & tam ij, qui ad cessionem, quam ij qui ad quinquennales inducias fuerit admissus, dictum biretum portare debeat, alioquin ipso priuilegio priuatus censeatur, & mandata etiam alias contra eos relaxata sine nouo decreto, & citatione contra eosdem, si sine bireto viridi reperti fuerint, executores quicumque exequi possint.* Quod ta-
3 men habet tunc locum quando in specie Statuto prædicto nō derogatur à Visita, prout alias factum fuit. 1545. 16. April. Sab. *Bernardinus. Iudicatis bonis, & citatis creditoribus D. Auditor eum admittat ad cessionem bonorum, prout de iure, & omissa forma Statuti, & facta obligatione per ipsum & eius vxorem de se repræsentando toties quoties, liberetur. Idem Auditor obligationi vxoris auctoritate Visitæ interponat decretum, prout ex nunc in euentum obligationis Visita interponit.*

4 Aduertendum tamen est decretum præfatum emanasse tempore Statuti antiqui, & antequā inducta esset obligatio deferendi biretum viride; quæ forma à summo Pontifice solum remitti potest; & sicuti præcedens decretum ponit solū verba, *Prout de iure,* sic alia multa antiquis temporibus cōcipiebantur decreta absque illa obligatione, ac etiam sub diuersis formis. 1528. 21. Septemb. Capit. *Bernardinus. Admittatur ad cessionem bonorum seruatis seruandis summariè, non obstante quacumque eius obligatione, etiam in forma Cameræ, & facta cessione relaxetur, & committatur Auditori Cameræ.* * 1530. 13. Mar. Sabel. *Franciscus. Facta cessione bonorum relaxetur, prout incontinenti sponte &c. cessit in fauorem creditoris omnia sua bona &c. transferens &c. iurauit &c. citata parte per Ioannē de Pontis mandatarium, prout retulit &c.* * 1543. 28. Maij. Non. *Simon. Facta cessione bonorum, & illis iudicatis relaxetur, & ex nunc cessit, & iudicauit habere tantum vineam extra Portam Pertusam, quæ est obligata pro dote vxoris, prout iurauit tactis &c. & soluat expensas in totum pro executione scuta duo.* * 1541. 20. Iul Sab. *Ioannes. Facta cessione bonorum reseruata sibi facultate redimendi infra quatuor menses, & etiam vendendi deposito pretio penes notarium causa pro satisfaciendis creditoribus, Relaxetur prout ex nunc cessit; promisit dare schedulam iudicationis bonorum per totum hodie.* * 1544. 18 Decemb Sab. *Laurentius. Iudicatis bonis per ipsum admittatur ad cessionem bonorum, & cassetur obligatio* * 1549. 13. Iun. Cap. *Franciscus. D. Iudex admittat ipsum ad cessionem bonorum prout de iure, & interim alatur a creditoribus, & alias relaxetur, & intimetur.*

5 Dant itaque iudici Visitæ normam præfata verba, *Prout de iure,* vt ea, quæ iuris sūt, faciat. *Cran. cons. 182. num. 9.* Quia verò multa de iure interuenire debent dum discutitur an concedenda sit cessio, licet de iure in carceribus detineri deberet debitor. *Pasch. de iur. fili. cap. 31. num. 8. quem citat, & sequitur Iodoc. Damona in sua prax. civ. cap. 70. in annot. ver. relaxari. in fin.* consueuit tamen
6 Visita consulere carcerato cautione de se repræsentando ad euitandos carceres. Ad hoc enim adinuenta est huiusmodi cautio. *Marant. de ordin. Iudic. in 6. par. memb 8 num. 4.* Et tunc locus est cautioni, quandocumq; dubitatur de calumnia, vel fraude. *Menoch. lib 1. q. 35. nu. 38. de præsumpt. Fontan. de pact. nup. claus. 4. glos. 18. nu. 38. par. 4.* Immò erga non habentes fideiussorem benigna fuit Visita in recipiendo eorum obligationem; dum discutitur, an concedenda sit cessio. 1553. 5. Iul. Capit. *Ioannes de Osimo. Pro debito Ciuili facta obligatione per ipsum, & eius fideiussorem de soluendo singulo mense Carlenos decem vsque ad integram satisfactionem, Relaxetur cū decreto, quod si fideiussor noluerit se obligare, procurator pauperum procuret, quod Ioannes principalis admittatur ad cessionem bonorum, attento quod est pauper.* * 1551. 16. Iul. *Antonius, alias Diauolello. Data cautione de se repræsentando sub pæna debiti* in-

in euentum non admissionis ad cessionem bonorum & interim quandocunque liberetur. * 1530.9.Iul. Capit. *Vincentius. Data cautione iuratoria, attento quod aliam non habeat, de comparendo coram D. Gubernatore, Relaxetur; & vocatis creditoribus admittatur ad cessionem bonorum auctoritate Visita, seu alias expediatur arbitrio ipsius* Auditoris. * 1554. 24. Decemb. Nonæ. *Simon. Facta obligatione per eū de se repræsentando ad primam Visitam in isto loco sub pæna amissionis litis, & causa; Relaxetur gratis: & in euentum non repræsentationis, ex nunc intelligatur facta cessio bonorum in fauorem creditorum, prout se obligauit, & ces-*
6 *sit &c.* Ad quod facit textus in l. omni C. qui bon. ced. poss. vbi sola voluntatis professio pro cessione sufficit. *Genuen. de scrip. priu. tit. de ess. bon. nu.* 3. cum tunc factum Iudicis pro facto partis reputetur, *l. ob causam. vbi Bar. & Bal. de euict. Rot. dec.* 184. *nu.* 2. *par.* 1. *rec. Caual. dec.* 3. *nu* 3.

Importante itaque verba, *prout de iure*, vt in cessione concurrant ea, quæ leges disponunt debere concurrere; quorum nonnulla apparent ex supra deductis, cætera manifesta fient ex infradicendis.

CAPVT VII.

In cessione bonorum quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Cedens bonis debet agnoscere debitum, & fateri saltem post sententiam.*
2 *Cedens bonis debet indicare omnia bona sua.*
3 *Cedens bonis absque indicatione bonorum nihil agit.*
4 *Cedens bonis, si nil habet, debet dicere se nil habere.*
5 *Cessio si dubitetur an sit danda, quomodo prouisum a Visita.*
6 *Cedens bonis spoliari non debet vestibus, sicuti nec ad mortem damnati.*
7 *Cedenti bonis vltra vestes relinquuntur etiam necessaria ad victum.*
8 *Cedenti bonis relinquebant Vurtembergenses etiam necessaria pro alenda familia.*
9 *Cedenti bonis a Visita relicta vestes.*
10 *Cedens bonis non est priuandus Instrumentis Artis sua.*
11 *Cedens bonis non est priuandus bonis probibitis alienari, sed solum eorum commoditate.*
12 *Post cessionem superueniens turris cedenti, etiam valoris scutorum mille, potest ab eo retineri pro habitatione.*
13 *Cessio requirit citationem creditorum.*
14 *Cedens bonis relaxandus è carcere etiam inuitis creditoribus.*
15 *Cessio bonorum fit in Visita absque citatione, quia tabella citat omnes.*
16 *Citatio per edictum in albo pretorio est de iure.*
17 *Citationem tollere non potest nec Princeps, nec consuetudo.*
18 *Citationis modum, & formam variare potest Princeps.*
19 *Pro cessione bonorum citandi sunt creditores qui carcerare, seu arrestare fecerunt, vel instant vt ipsis satisfaciat debitor.*
20 *Cessio bonorum afficit omnes etiam non citatos.*
21 *Inuentarij confectio afficit creditores etiam non citatos.*
22 *Cessio bonorum comprehendit etiam Commentariensem creditorem pro alimentis.*
23 *Cessio bonorum requirit vt creditores in vnum conueniant, & ad hoc monendi sunt.*
24 *Cessio bonorum fit de consensu maioris partis creditorum.*
25 *Cessio bonorum ita requirit conuentum creditorum, vt non sufficiat, si subscribant folio.*
26 *Cessio bonorum fit etiam absque conuentu creditorum.*
27 *Cessio bonorum requirit causæ cognitionem super debito, & super paupertate.*
28 *Cessio bonorum ex facultate Visitæ fit etiam cum summaria cognitione.*
29 *Cessio bonorum habet instantiam trium mensium ex Constit. Clem. VII. quæ potest prorogari ad alium mensem.*
30 *Cessio bonorum habet instantiam triennij de iure.*

1 Requiritur I. in cessione, vt cedens agnoscat debitum, illudque fateatur; saltem post sententiam. *l. pen. ff. de ess. bon. glos. liberati. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Brun. de ess. bon q* 2. *num.* 6. Sufficit enim, quod post sententiam fateatur debitum, *Rol. cons.* 7. *nu.* 5. 7. *& seq. lib.* 2. *Afflict. decis.* 379. *num* 4.

2 Requiritur II. vt volens gaudere hoc miserabili beneficio indicet omnia bona sua. *Arg. l. fin §. licentia. ff. de iure deliber.* Quod etiam in Visita practicatum fuit. 1541. 28. Maij. Capit. *Orpheus. Facta cessione bonorum in forma, videlicet, in fauorem creditorum, qui tactis &c. indicauit bona sua, prout in lista, & cessit in fauorem creditorum,*
3 *Relaxetur.* Vndè, qui simpliciter dicit *Cedo bonis.* absque eo, quod bona indicet, nihil agit. *Gloss. in ver. liberati. l.* 1. *C. qui bon. ced. poss.* Ideoque ad hoc, vt legis dispositio adimpleatur, oportet, vt ille, qui cedit, indicet bona, quæ ha-
4 bet; & si non habeat, dicat se nihil habere, & iuret. *l. cum & filij. C. qui bon. ced. in vers. & si nihil. super quo videri poterunt Rol. cons.* 7. *vol.* 2. *Natt. cons.* 361. *num.* 8. *Cancer. resol.* 9. *numer.* 18. *&* 19. *Giurb. dec.* 41. *nu.* 19. *vers. denique &c.* Et ita quoque obseruatum fuit in Visita, licet diuersimode verba concepta fuerint. 1540. 19. Aug. Nonæ, *Franciscus Florentinus. Facta cessione bonorum liberetur, & indicauit se nihil habere, & iurauit in forma.* * 1545. 19. Mar. Cap. *Petrus. Ipso iurante, quod non habeat bona, quæ possint indicari, prout iurauit, Domini admiserunt ad cessionem bonorum, & liberari a carceribus mandarunt.* * 1545. 19. Mar. Sabel. *Raphael. Attento iuramento, quod non habet bona, & confitetur debitum, consignatis vtensilibus domus creditori, ex nunc ad cessionem bonorum admittitur, prout cessit;*

salua

salua actione creditori contra fideiussores; Relaxetur; & si deuenerit &c. teneatur soluere. * 1545. 7. Maij. Cap. *Petrus. Facta propalatione bonorum sub pœna triremium, si aliquam minimam partem conticuerit, & cedendo illis liberetur; ita tamen, quod si bona non sufficiant, adhuc teneatur soluere scutum unum quolibet mense, & eidem decretum fit etiam pro fideiussore.*

5 Declara I. vt in dubio, an quis sit admittendus ad cessionem, à Visita prouisum fuerit vt infra. 1545. 1. Octob. Nonæ. *Alexander. D. Auditor Cameræ studeat concordare partes, & si alias fuerit admissus ad cessionem, & admissio valeat, faciat obseruare: si vero non fuerit admissus, vel admissio veniat rescindenda ex noniter deductis, permaneat in carceribus, donec satisfecerit, & si veniret de nouo admittendus; Relaxetur.* * 1545. 22. Octob. Nonæ. *Nicolaus. D. Auditor Cameræ admittat ad cessionem, ad quam de iure, vel præstita idonea cautione de soluendo hinc ad festa natalitia;* Relaxetur. * 1545. 12. Nouemb. Nonæ. *Vincentius. Auditor Rotæ admittat ad beneficium, ad quod venit admittendus.*

6 Declara II. vt qui bonis cedit, non debeat spoliari vestibus, quas defert. *l. Diuus. §. Adrianus. ff. de bon. dam.* quamuis Glossa. non debet. in l. qui cedit. ff. de cess. bon. dicat quod, qui bonis cedit, debeat ita cedere, vt etiam vnum denarium non retineat. Sed contrarium determinat Bartolus *l. pen. in fin. de cess. bon.* dicens, quod saltem viles vestes ei relaxari debeant, ne nudatus remaneat, sicuti damnatis ad mortem relinquuntur. *Peguer. decis. 199. num. 18 vers. limitetur etiam.*

7 Declara III. vt cedenti relinqui debeant vltra vestes, etiam alia, quæ ad quotidianum victum necessaria reputantur. *Bar. & cæteri in l. pen. ff. de cess. bon. Brun. par. 3. in princ. num. 9* Couar. *resolut. 1. nu. 5. vers. is autem qui. lib. 2. Duen reg. 275 lim. 1. vers. pro quo facit com. opin. diuer. tit. qui bon. ced. poss. num 3. tom. 2. Merlin de controu. q. 3. cen. 3. & q. 5. Peguer. dec. 199. num. 18. vers. limitatur etiam. Gail. de cred cap. 4. q. 7. num. 116. Inst. de act. §. vlt. num. 8. Aufrer. ad dec. Tolos. 28. Rolan. cons. 7. n. 18. lib. 2. Marchesan. de cess bon. num. 27. & seq. fol. 291.*

8 Consulebat his Vurrembergensium ius municipale pinguius, vt refert Ioannes Harpprechtus. *Ad tit. de act.* quod illis ad victum, & amictum quotidianum relinquebant, quæ sufficerent ad se, familiam-

9 que suam alendam. In Visitis quoque alias quoad vestes fuit decretum. 1546. 26. Aug. Sab. *Præcisens Furnarius. Facta cessione bonorum, quam nunc facit indicando se nihil habere præter vestes tritas, quas defert, medio &c. tactis &c. Relaxetur gratis.*

10 Declara IV. vt nec debeat priuari instrumentis ad artem suam spectantibus. *Couar. resol. 1. num 5. lib. 2. com. opin. diuer. tom. 2. tit. de cess bon. num. 3. Peguer. dec. 199. num. 18. vers. limitatur etiam. Medin. de rest. q. 3. caus. 3.* Contrarium tamen sentit Eminentiss. de Lugo. *de Iust. & iur. q. 21. sect. 3. num. 38. vol. 1.* vbi dicit hoc non probari lege, ac propterea saltem in foro externo locum non habere ea Molin. & Couar.

11 Declara V. vt nec spoliari debeat bonis prohibitis alienari, vt feudo, emphyteusi ecclesiastica, vsufructu, & similibus. *Bal. in l. 1. C. de cess. bon. Brun. q. 3. princ.* Præterea cum superuenisset cedēti post

12 cessionem Turris valoris scutorum mille, & hanc vellent vendere creditores allegantes sufficere cedenti paruulam domum, responderunt Bartolus & Baldus. *l. cum solito. num. 6. C. qui bonis ced. pos.* cedentem posse illam retinere pro sua habitatione.

13 Requiritur III. citatio creditorum. *l. 1. §. 1. de lib. agnos. l. eum qui res. C. de procur. & §. fin. Inst. de pœn. tem. litig.* Idem quoque in Visitis fuit obseruatum. 1544. 7. Aug. Nonæ. *Alexander. D. Auditor Cameræ citatis creditoribus admittat ad*

14 *cessionem bonorum.* Licet enim cedens bonis ex carcere relaxandus sit, etiam creditoribus inuitis. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* ijs tamen ignorantibus, & non citatis permitti non debet. *Muscatel. ver. detinebitur. num. 88. Manz. lim 5. num. 20. Marches. de cess. bon. num. 26.* Immò admisit quandoque Visita creditores ad contradicendum, cum multi sint casus, in quibus cessio denegatur, quos supra retuli-

15 mus. Aliquando tamen debitores in ipsa Visita, absque eo, quod appareat de citatione contra creditores, cedunt bonis, quia tabella, quæ ponitur ad valuas carcerum, in qua legitur (*Cras erit hic Visitatio*) citat indistinctè omnes. 1535. 26. Ian. Sab. *Bernardinus. Attenta paupertate, facta cessione bonorum, & indicatis bonis relaxetur, prout statim Bernardinus sponte &c. & iuxta formam dicti decreti cessit bonis suis, iurauit &c. renunciauit &c. in forma &c. præsentibus &c.*

16 Hæc cessio videtur conuenire cum textu l. in omni. C. qui bon. ced. pos. Citatio enim per edictum in albo prætorio proponi solet, de qua textus l. Senatus. *§. Diuus. de iur. fisc.* & in Clem. 1. de Iudic. *Bo-*

17 *rel. in sum. tit de cit. num. 177.* Licet enim Princeps, aut consuetudo citationē tollere non possint. *Clem. Pastoralis. §. cæterum de re iud.* Modum tamen, &

18 formam mutare, & variare possunt. *Old. cons. 53. num. 1. vers. ad hunc modum. Alex cons. 225. num. 8. lib. 6. Rot decis. 716. num. 3 par. 2. rec.* Ne tamen fatigentur creditores in comparendo, quotiescumque fit Visitatio in carceribus, in quibus detinetur eorum debitor, decreuerunt Visitatores, vt post primam vicem, qua carceratus comparuit in Visita, alijs vicibus teneatur citare creditores, vt diximus supra. *in Procem. super verbo; A carceribus.*

19 Non tamen est necesse citare omnes creditores, sed illos tantum, ad quorum instantiam est carce-

20 ratus, seu arrestatus, vel qui instant pro solutione, & alios efficit. *l. is qui bonis. §. Sabinus. & ibi glos. ff. de cess. bon. Rip. cons. 124. nu. 8. Peguer. decis. 199.*

21 *num. 10.* Sicuti vna inuentarij confectio sufficit pro omnibus creditoribus, etiam non citatis, post factū inuentarium apparentibus. *l. fin. §. licentia.* C. *de iur. delib.* Brun. *q. 5. num. 4. & q. 10. num. 4. & 5.* Por-

22 ro cum alijs creditoribus debet concurrere etiam Capitaneus carcerum pro alimentis præstitis in carceribus etiam secretis; & ita fuit dictum oretenus in Visitatione anno 1645. circa mensem Februarij pro Ludouico Nonæ carcerato: nisi tamen carceratus esset de pauperibus comprehensis in eleemosynis Caritatis. Tunc enim à Caritate satisfieri debet Capitaneo pro alimentis in carceribus secretis præstitis.

23 Vltra citationem vero præfatam oportet, vt creditores in vnum conueniāt, atque ad hoc in certam diem,

diem, & horam moneri debent iuxta formam. l. fin. C. qui bon. ced. pos. Quod etiam videtur innuisse Visita in decreto 18 Iul 1534. *Paulus &c. Relatu supra. cap. 3. paulo post princ.* Et tunc quod maior 24 pars determinat, alijs praeiudicat etiam absentibus. *l. maiorem. ff. de pact.* vt dixi supra: & facit etiam decretum. 1597. 17. April. Capit. *Petrus Firmanus. Ad Senatorem, qui eum expediat auctoritate Visitae, & in euentum, quod maior pars creditorum consentiat dilationi, vel excarcerationi facta obligatione per ipsum de se repraesentando sub poena delationis bireti viridis; Relaxetur.* Qui creditorum 25 conuentus ita necessarius est, vt non sufficiat, si creditores singuli subscribant se in folio particulari. *Rot. coram Seraph. dec. 1233. num. 1. & coram Coc-* 26 *cino. dec. 440. num. 1.* Nihilominus cum concedatur bonorum cessio etiam recusantibus creditoribus, vt dixi, ad illam absque huiusmodi conuentu creditorum deueniri poterit; & potius dicendum erit requiri respectu concedendae dilationis quinquennalis, quam cessionis. Quod si vero tractetur de compositione facta cum decoctore à maiori parte creditorum, haec non praeiudicat alijs, qui non consenserunt. *Genuen. dec. 57. num. 1.* quae procedunt secundum ea, quae diximus supra. *§. 1. cap. 2.*

27 Requiritur IV. plena causae cognitio tam super debito forsitan nondum cognito, quam super paupertate, vt admittatur debitor vel ad bonorum cessionem, vel ad quinquennalem dilationem; propter quam causae cognitionem diximus supra. *numer. 12.* requiri citationem. *Luc. Pet. in sua prax. lib. 2. cap. 1. num. 4. Aret. §. fin. in addit. ver. voluntatem. Instit. de act.*

28 Hac plena cognitio aliquando commutata fuit à Visita in summariam. 1530. 15. Octob. Sab. *Zephirus pro debito ciuili retentus. Attenta longa carceratione, D Fabius Locumtenens Auditoris Camerae, de cuius mandato fuit captus, auctoritate Visitae vocet creditores, & admittat ad cessionem bonorum summariè, & extraiudicialiter vnica audientia omissis terminis, & alias arbitrio suo, etiam quoad arresta.* * 1548. 26 Ian. Nonae. *Ioannes Baptista de Viterbio. D. Gubernator admittat ad cessionem bonorum, prout iuris fuerit, summariè, & sine confectione registri.* Quoad instantiam 29 vero in hac materia aduertendum est terminari debere infra tres menses secundum Constitutionem XVI. Clem. VII. *Cum ex multorum relatione in Bullar. fol. 489.* quam instantiam Iudex ex se potest prorogare ad alium mensem, vt in Constitutione eiusdem Clementis VII. *Cum nuper.* edita ad declarationem praelatae Constitutioni XVI. *eodem fol. 489.* Alias enim de iure communi instantia du-30 rat triennio in ciuilibus, in criminalibus biennio; quo termino elapso reus amplius inquiri non potest. *Franc. dec. 653. Guaz. def. 2. cap. 2. num. & seq. & per tot.* etiamsi per eum steterit. *Capobl. de off. baron prag. 6. num. 39. Donat. Anton. Marin. resol. 184. num. 4. & per totum.*

Requiritur V. aliud, quod diffusius tractandum sequenti capitulo particulari complectemur.

CAPVT VIII.

Cedens bonis ad pinguiorem fortunam deueniens ad quid teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Cedens bonis iuratoria saltem cautione promittit soluere, si deueniat ad pinguiorem fortunam.*
2 *Cedens bonis praesentia bona tenetur indicare, & consignare.*
3 *Cedens bonis etiam de bonis acquisitis debet soluere creditoribus.*
4 *Cessione bonorum non tolluntur debita, sed remanent consopita.*
5 *Cedens bonis de bonis acquisitis potest retinere alimenta.*
6 *Cessio solum prodest in foro exteriori ne debitor carceretur, & prodest etiam eius filijs conuentis, & eius haeredibus.*
7 *Cessio ignominiosa liberat debitorem secundum aliquos DD.*
8 *Cessio etiam ignominiosa secundum veriorem opinionem non liberat debitorem in foro conscientiae.*
9 *Conscientia tot nõ ligat, quos natura non obligat.*
10 *Poena corporalis succedit loco pecuniariae.*
11 *Bireti viridis delatio est in poenam propter culpam praetensam.*
12 *Bireti viridis delatio non tollit naturalem obligationem.*
13 *Cessio excusat à solutione, prout mera necessitas.*
14 *Necessitas non operatur, quin debitor deueniens ad pinguiorem fortunam teneatur soluere.*
15 *Cessionem ignominiosam liberare debitorem quinam DD asserunt: vbi etiam respondetur ad cõtraria.*
16 *Cessio ignominiosa an liberet? est problema sustentabile pro vtraque parte.*
17 *Debitor concordans cum creditoribus pro minori summa non tenetur soluere, si fiat diues.*
18 *Debitor concordans fingendo se impotentem, vel recipiendo se in locum tutum, non liberatur, si fiat diues.*
19 *Debitoris concordia potest fieri de consensu maioris partis.*

1 DEbet cedens bonis creditoribus cauere de satisfaciẽdo, quatenus peruenerit ad pinguiorem fortunam, deducto ne egeat, saltem iuratoria cautione, vt in simili diximus supra, de ijs, qui non tenentur vltra quam facere possunt. §. 7. Ita quoque seruat Visita. 1528. 23. Maij. Nonae. *Petrus pro debito ciuili. Facta cessione bonorum in fauorem Monasterij S. Brigidae, & aliorum, cum obligatione si deuenerit ad pinguiorem fortunam de soluendo, & quod non occultabit bona, & in euentum occultationis censeatur commisisse furtum, & relaxetur, & ex nunc cedit cum promissionibus supradictis, iurauit &c.*

In debitore vero, cui superuenerunt bona ratione filiorum, fuit decretum ab eadem Visita vt infra.

1528.

1528.13.Aug. Sabb. *Philippus, Seruetur ei priuilegium cessionis bonorum, & si quod habeat ratione filiorum suorum, reseruato ne egeat, detur creditoribus prout de iure, & ad D.Commissarium delegatum, & soluto executori, qui eum cepit vno ducato, relaxetur.* * 1529.18.Mart. Nonæ. *Philippus. Quia alias ex decreto Visitæ fuit admissus ad cessionem bonorum, & constat de eius paupertate; Relaxetur: & creditor capiat de bonis suis vbi reperiuntur, significato* Domino Gubernatori *bona, quæ repererit.*

Ad clariorem tamen intelligentiam huius articuli distinguendum crederem inter bona præsentia, quæ debitor bonis cedens tempore cessionis habet; & futura, quæ perueniendo ad meliorem fortunam post cessionem acquirit. Præsentia, quæ tempore cessionis possidet, creditoribus vsque ad obolum cum iuramento indicare, ac consignare tenetur. *Doct. in l. 1. qui bon. ced. poss. Natt. cons. 361. nu. 8. Rolan. cons. 7. num. 6. lib. 2 Muscatell. in prax. in 3. par. vers. detinebitur. num. 12. Peguer. decis. 199. num 15. Cancer. resol. 9. num. 18. & 19. lib. 2. Mauzon. de causis execut. lim. 5. num. 59. Giurb. decis. 41. num 19. vers denique. Eminentiss. Card. de Lugo de iust. & iur. tom. 1. q. 21. sect. 3. num. 36. & seq.* Vbi *num. 37.* dicit minus bene Sotum 4. *de iust. q. 7. artic. vlt. in fin.* confudisse bona præcedentia, & subsequentia cessionem: Et minus esse audiendum Lessium *cap. 16 dub. 3. num. 46.* qui cum vtraque bona distinxisset, & fassus esset leges saltem de posterioribus bonis concedere alimenta congrua, dicit postmodum eidem concedenda esse etiam de bonis ante cessionem habitis, per textum in l. qui bonis. ff. de ceß. bon. Quem non facere ad rem ibi demonstrat idem Eminentiss. de Lugo Excipiuntur tamen vestes, & alia, de quibus supra diximus. *cap. praced. num. 6. & seqq.* Quoad futura vero bona, quæ post cessionem cedens acquisiuit, tenetur ex ijs satisfacere creditoribus. *l. qui bonis. ced. poss. §. fin. de act. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 12. dub. 3. Filliuc. tract. 32. cap. 5. quæst. 7. num. 153. Bonac. de restit. in genere. disp. 1. q. vlt. punct. 1. num. 36.* Ratio est, quia per cessionem debita fuerunt solum consopita, non autem extincta. Extinguntur enim per remissionem liberam factam à creditoribus. Eamdem rationem adducit Ceual. *com. contra com. opin. 729. in fin.* Vbi dicit primæuam obligationem non fuisse extinctam ipso iure, sed suspensam, & quasi sub vmbra aduersæ fortunæ, & illucescente meliore fortuna erit facienda restitutio eius, quod debetur: propter quod debitor tenetur (vt diximus) præstare cautionem saltem iuratoriam de creditoribus super eis satisfaciendo; deducto tamen, ne egeat, & relictis alimentis, iuxta personæ qualitatem necessarijs. *l. 4. de ceß. bon. Brun. de ceß. bon. q. 28. princ. & quæst. seq. vsque ad fin. Con. Res. 1. num. 6. lib. 2. Menoch. de arb. cas. 183. nu. 21. Peguer. dec. 199. num. 20. & 21. Cancer. Resol 9. numer. 27. in fin. lib. 2. Surd. de alim. tit. 4. q. 24. num. 9. Paschal. de iure pat. potest. par. 4. cap. 9. nu. 52. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 16 dub. 3. nu. 42. & 44. cum seq. Præcipue num. 47. vers quod tamen. Marches. par. 3. §. 1. de commiss. admiß. ceß. bon. nu 6 & 60. fol. 289. & 298.* Cessio enim solum prodest in foro exteriori, ne possit debitor conijci in carcerem. *l. 1. C. qui bon. ced. poss* Neuè possit ipsi quicquam auferri ex ijs, quæ sunt necessaria ad sustentationem, quando ea post cessionem acquisiuit. *l. is qui bonis. l. qui bonis. ff. de ceß. bon. §. fin. Inst. de act.* Quod procedit etiam in filijs eorum, qui bonis cesserunt, conuentis vt hæredibus patris à creditoribus. Gaudent enim hoc beneficio cessionis, sicut ipsorum pater gaudebat. *Bald. in l. fin. de ceß. bonorum. Muta super cap. Regni Siciliæ. cap. 190. n. 1. Castagn. de due. ne eg. quæst. 6. ampl. 4.*

Sunt qui dicant non procedere prædicta, quotiescumque cessio postulantibus, aut consentientibus creditoribus ignominiosè secundum Statuta, aut consuetudines locorum fit. Nam eo casu ignominia loco solutionis cedere dicitur; & cedēs ab omni vinculo liberatur. *Guidopap. decis. 343. Brun. q. 3. de ceß. bon. num. 6. Rol. d. cons. 7. nu. 10 & 11. lib. 2. Muscatell. in prax. crim. par. 3. vers. detinebitur. numer. 8. in fin. vers. est autem aduertendum. & n. 87. vers. sed si cum ignominia. Menoch. de arbitr. cas. 183 nu 22. Peguer. dec. 197. Vbi distinguit Caball. Resol. crim cas. 77. num. 31. Cancer. Resol. 9. nu. 26. lib. 2. Ceual. com. con. com conclus. 729. num. 12. Paschal. de iur. patr. pot. par. cap. 9. num. 53. Giurb. decis 41 num. 21.*

Aliter tamen procedere in foro conscientiæ docet Lessius. *de iust. & iur. lib. 4. q. 7. art. vlt.* Tum quia naturalis obligatio, qua cedens nihilominus post cessionem astringitur in foro conscieñtiæ, nō sufficit, quia, vt dixit more suo Baldus, cōscientia eos solos non ligat, quos natura non obligat. *l. 2. C. de vestig. & commiss in fin. per glos. in cap. Fraternitas. 12. q. 2. Latè Ioannes Buonter. de primog. fol. 185. n. 13.* Tum quia ratio desumpta à Regula: Peccatum. de reg. iur. in 6. vbi habetur; quod punitus corporali pœna loco pecuniariæ, quam præ inopia quis soluere non poterat, etiamsi bona acquisierit, non tenetur ad pecuniariæ pœnæ solutionem, non procedit hoc casu quo pœna delationis bireti viridis imponitur propter culpam prætensam, quæ præsumitur commissa ab accipiente mutuum, & contrahente, cum non possit soluere, ideoq. remanet eadem obligatio naturalis, & ciuilis, qua tenebatur ante cessionem sub turpi forma. *Idem tenet Emin. de Lugo de iust. & iur. tom. 1. q. 21. sect. 3. num. 40. Vbi dicit esse veram, & communem DD. sententiam. Conar. d. resol. 1. num. 6. in fin. vers. atque ideo. lib. 2. Cuius sententiam verā affirmat Marches. de commiss. admiß. ad ceß. bon. par. 3. §. 1. num. 17. vers. secus vero in foro poli. fol. 290. Leß. de iust. & iur. lib. 2. cap. 16. dubit. 3. num. 42. vsque ad 52. Et signanter num. 49. Elisæus Danza: In pugna Doct. cap. 3. de contum. nu. 12. Diana, qui contraria refellit. tom. 4. tract. 4. Filliuc. tom. 2. tract. 32. cap. 5. n. 153. Bonac. disp. 1. de Restit. quæst. vlt. punc. 1. num. 38. Turriann. disput. 17. dub. 2. num. 2.* Addi potest & alia ratio, quia videlicet cessio bonorum in foro conscientiæ non magis excusat, quam mera necessitas absque cessione excusaret. *Nauar. in Manual. cap. 17. nu. 86. Leß. d. dubit. 3. lib. 2. cap. 16. num. 42.* Quæ quidem necessitas etiam extrema non operatur, quin debitor ad pinguiorem fortunam proueniens aliena restituere teneatur. *Couar. in Reg. peccatum. par. 2. §. 1. num. 3. & 4. Tolet. in summa. lib. 5. cap. 24. numer. 11. Leß. d. cap. 16. lib. 2. dub. 1. num. 8.* Com-

plures

plures tamen sunt, qui tenēt in ignominiosa cessione debitorem in totum liberari, & nihil creditoribus soluere debere, si deueniat ad pinguiorem fortunam, etiam in foro conscientiæ; eo quod dicta ignominia, quæ pœna temporalis est, loco solutionis debiti pecuniarij succedat. *Glos. communiter recept. in cap. sicut dignum. §. eos insuper. In verbo: Si habent. vers. nisi pro eo iam sustinuisset pœnas corporales. de homicid. volunt. Et ibi allegatur tex. in can. si res. 14 q 6. Bald. in l. fin. ff. de in ius voc. Vbi adid allegat text. quem ad hoc dicit meliorem, qui sit in mundo; in l. sed si vnus. §. sed ante. ff. de iniur. & fam. libel. Paul. de Cast. Ang. Aret. Ias. n. 19. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud. Rom. in sing. 24. incip. quod non valens soluere. Vbi addit aliam glos. præter supradictam in cap. peccatum, de Reg. iur. in 6. Capol in suo Tract. cautel. 3. incipien. Nota cautelam pulchram, & vtilem. Bell. in tract. de re milit. par. 9. tit. de saluis. num. 47.* Qui dicit ita se alias legisse etiamsi tunc locum memoriæ excidisse profiteatur. *Muscatel. in prax. par. 3. glos. detinebitur. nu. 87 88. & sequen. Brunor. à Sole. q. 7. num. 10. & 11. & q. 9. num. 38. in 2 resol. qu. 8. de cess. bon. num. 23. Costa de remed. subsid. remed. 27. num. 3.* Nec obstare dicunt Cou. lib. 2. var. resol. cap. 1. num. 8. quia vt aduertit Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. centur. 2. cas. 83. num. 23.* procedit eius consideratio, quando cessio est facta simpliciter iuxta communem iuris dispositionem, & non quando ignominiosè fit iuxta locorum cōsuetudinem. Nā tunc illa cessio ignominiosa est pœna, quæ solutionis loco subrogatur. *l. vlt. ff. de in ius voc.* Qua tollitur ciuilis, & naturalis obligatio. *Franc. dec. 358. num. 4. Cabal. crim. 77. num. 31. Paschal. de iure pat. potest. lib. 2. cap. 9 num. 54. Peguer. dec. 199. nu. 30. Cancer. resol. 9 nu. 26. lib. 2. Maur. lim. 5. num. 44. Buccar. de diff. inter iud. ciu. & crim. num. 2. & per totum.* Atque in hoc casu procedit Gloss. *in l. vbicumque. de fideius. cap. sicut dignum. § eos. de homicid.* Quodque à prædicta opinione non sit recedendum, monet Alex. Trētacinq. *Var. resol. vol. 1. lib. 3. tit. de solut. resol. 27. num. 8. in fin.* Et sic iudicauit Senatus Gratianopolitanus. *Guicciard. decis. 343. num. 1. vers. nisi vituperosa fieret cessio.* Ita pariter sentit Concistorium Regni Siciliæ. *Giurb. decis. 41. num. 21. vers. quod verum intellige, nisi cessio ignominiosè fieret: Quia tunc bonis liberatur in totum, vt nihil suis creditoribus soluere teneatur. Guidopap. dec. 343. Brun. de cess. bon. q. 3. num. 7 Rol. 7. numer. 10. & 11. lib. 2. Menoch de arb. cas. 183. nu. 23. Muscatel. ver. detinebitur. num. 88. in fin. vers. est autem aduertendum. & num. 87. vers. ignominia.*

16 Ab huiusmodi controuersia se expedit Diana, *tom. 4. tract. 8. de eleemos. res. 9.* licet videatur inclinare in præcedentem partem contrariam asserendo vtramque opinionem esse sustentabilem.

17 Quando verò debitor peruenit ad necessitatem, & concordat cum creditore pro minori summa, tunc indubitati iuris est neque in foro conscientiæ teneri, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, integrum debitum persoluere. *Nau. cap. 17. nu. 75. vbi citat pro se cap. peccatum. iuncta glos. in ver. restituatur. de reg. iur. in 6. Siluest. verb. restitutio. numer. 2. Emanuel Sà. ver. debitor. num. 27. Bonac. de rest. in gen. disp. 1. q. vlt. punct. 2. num. 6.* Ratio est, quia huiusmodi cōpositio censetur quædam remissio, quæ habet vim donationis, & tollit obligationem. De hac quæstione mentionem facit Rota. *In causa Romana, seu Amerina. Aperitionis oris. 27. Iulij. 1635. coram Coccino in fine. & ibi ad hoc allegatur Nauarr. de restit. tom. 1. lib. 4. cap. 4. n. 17. Addo Lud. Lopez. in instruct. conscient. par. 1. cap. 109. in fin.* Quod tamen intelligitur dummodo non

18 intercedat dolus, vel metus; vt si debitor fingeret se impotentem ad soluendum, vel reciperet se in locum tutum, vt induceret debitorem ad remissionem. *Boer. decis 215. num. 8.* Alios tres casus enumerat Lugo. *de iust. & iur. tom. 1. disp. 21. sect. 4. num. 51.* quibus non prodest remissio, quin debitor teneatur in conscientia restituere, qui apud eum

19 videri poterunt. Porro in isto casu sufficit maior pars creditorum. *l. & sum bares. §. vlt. cum tribus. ll. seq. ff. de pact.* quod quomodo, & quando procedat habes eruditè explanatum ab eodem Lugo, *loc. cit. num. 50.*

CAPVT IX.

De forma seruata antiquitus in cessione bonorum, & seruanda post Constitutionem Pij IV.

SVMMARIVM.

1 *Cessio ignominiosa Romæ, & in Sabaudia olim fiebat ascendendo marmoreum leonem, & dicendo,* Cedo bonis.
2 *Cessio ignominiosa quomodo fiat in diuersis orbis partibus.*
3 *Cessio simpliciter fieri potest de iure Cod. Theod.*
4 *Cessio ignominiosa seruata post ius Cod. Theod.*
5 *Cessio in forma pudenda reprobatur à Baldo, & alijs.*
6 *Cessio cum delatione bireti viridis ex Constitutione Pij IV.*
7 *De delatione bireti viridis Constitutio Pij IV. refertur.*
8 *De delatione bireti viridis, de qua in Constitutione Pij V. fit mentio à Stat. Vrb. & à Marchesano; & cessio non infamat, sed cedens videtur reponendus inter infames.*
9 *Cessio bonorum facienda seruata forma Constit. Pij IV. & additum aliquando à Visita,* Iuxta formam Statuti Vrbis.
10 *Cessio ante Constitutionem Pij IV. aliquando fiebat simpliciter in Visita.*
11 *Cessio ignominiosa non dissimili forma à Romana seruatur Ferrariæ.*
12 *Cessio ignominiosa Rhotomagi, prout Romæ, seruatur.*
13 *Cessionis ignominiosæ loco Athenienses in agris fallitorum columnam defigebant cum debitis, & nomine eorum.*
14 *Cedētes bonis apud omnes particulari signati nota*
15 *Cedens bonis debet coram Iudice comparere cum bireto viridi.*
16 *Cedens bonis etiam domi biretum viride gestare debet.*

17 Ce-

17 *Cedenti bonis Visita minuit aliquando pœnam Constitutionis Pij IV.*
18 *Cedenti bonis Visita aliquãdo condonauit pœnam incursam ob non delationem bireti viridis.*
19 *Pœna rigorosa ad terrorem censentur imposita.*
20 *Biretum viride non tenetur deferre extra Vrbem qui cessit bonis.*
21 *Pœnalis Constitutio extendi non debet.*
22 *Pœnalis Constitutio, nec ex maioritate rationis extendi debet.*
23 *Biretum viride gestans carcerari non potest, etiã pro debito postea contracto, & propterea dari solet*, Non grauetur.
24 *Biretum viride gestandum est ante cessionem, & concessionem dilationum, de quibus in Constitutione Pij IV.*
25 *Ad alternatiuas dilationes admittebat Visita ante Constitutionem Pij IV.*
26 *Cessio conceditur cum clausula*, Seruata forma Motus proprij *Pij IV.*
27 *Clausula*, Seruata forma, *importat conditionem.*

1 ET *seruata forma Constitutionis Pij IV.* Incipiente. Cupiẽtes. in Bullar. 39. fol. 40. Hæc verba leguntur in Constitutionibus *Pij* V. & Paul. V. supra citatis. Ante præfatum Motum proprium Pij IV. ille, qui bonis cedere volebat, leonem marmoreum prope Scalas Capitolij ad hunc vsq. diem existentem ascendebat, & ibi nates percutiens dicebat, *Cedo bonis*. Quem modum cedendi bonis videtur quoque innuere Glossa. *in ver. ex integro. in addit. ad §. fin. Inst. de act.* Eandem formam in Sabandia seruari dicit Thes. *dec. Pedem. 37. in fine*
2 *refert Ducis Sabandiæ decretum.* De ignominiosa Mediolani cessione habes apud Baldum. *cons. 301. num. 2. lib. 5. adden. ad Roman sing. 19. in fin.* De præfata consuetudine seruari solita Lugduni. *Gusdopap. dec. 3 43.* Testatur quoque de hoc modo, & forma cedendi bonis. *Cynus in l. 1. num. 5. ubi Alber. num. 6. vers. Roma. C. qui bon. ced. poss. Corn. in l. fin. C. eod. Quem refert, & sequitur Alex. cons. 210. lib. 2. Rol. cons. 7. nu. 15. lib. 2. Brun. q. 6. princ. nu. 5. vers. Roma enim. Thes. dec. 36. in fin.*
3 De iure autem Cod. Theodosius huiusmodi rigore, & scrupolositate sublata statuit, vt simpliciter verbo cessio fieri posset. *l. in omni. C. qui bon. ced. poss. vbi Alber. num. 6. Bal cit. cons. 301. num. 3. lib. 5. Brun. q. 6. princ. per totum. Rol. cons. 7. num. 15. lib. 2.*
4 Formam tamen pudendam cedendi bonis fuisse denuò vsu receptam, forsan ex Constitutionibus, seu statutis particularibus locorum, apparet ex citatis auctoribus, qui post constitutionem Theodosij, scripserunt. *Beat. de inop. debit. cap. 1. num. 74. vers. at moribus multarum gentium.* Idem etiam Romæ seruatum fuisse à Visita ante Constitutionẽ Pij Quarti apparet ex decretis antea emanatis, in quibus forma pudenda remittitur, & quandoque etiam de ea nullam fuisse factam mẽtionem apparet. 1546. 26. Mar. Sabell. *Ioannes Maria Pizzicarolus. Facta indicatione, & citato creditore, admittatur ad cessionem iuris citra formam pudendam.* * 1545. 15. Octob. Sab *Petrus. Admittatur ad cessionem bonorum sine forma pudenda, quatenus videlicet veniret admittẽdus.* * 1545. 12. Nouemb. Non. *Presbyter Tabernarius. Admittatur ad cessionem bonorum, prout de iure citra formam pudendam.* * 1545. 22. Octob. Non. *Nicolaus Galzettarius. D. Auditor Cameræ admittat ad cessionem ad quã de iure, vel præstita idonea cautione de soluendo bene ad festa natalitia; Relaxetur.* * 1545. 12. Nouemb. Non. *Vincentius. Auditor Rotæ admittat ad beneficium, ad quod venit admittendus.*
5 Quam formam pudendam tanquam contra bonos mores reprobat Baldus. *cons. 301. num. 5. lib. 5. Rol. cons. 7. num. 12. & 15. lib. 2. Thes dec. 36. in ad-*
6 *dit.* Quia vero huiusmodi forma pudenda breui tempore expediebatur, nec habebat tractum successiuum, ita vt aliquo signo permanenti dignosci possent & euitari cedentes bonis: vt homines sub humanæ ignominiæ permanentis timore abstinerẽt à contrahendis debitis sub clypeo cessionis bonorum, Pius IV. 1561. 27. Octobris Constitutionem edidit. *In Bull. Constit. 39. fol. 40. in Append. §. 3. cap. 42.* cuius nihilominus summarium subijcimus:
7 *Debitores in Vrbe obtinentes alternatiuas significationes, & dilationes etiam secundum cap. Peruenit. vel Odoardus, seu inhibitionem aliquam nonnisi iuxta formam iuris, & Statutorum Vrbis obtinere possint, & illa obtinentes semper biretum viride deferre debeant. Insuper ijdem debitores corã Iudicibus, antequam inhibitionem obtineant, dictũ biretum gestare debeant, & promittere illud de cætero deferre.*
8 De hac Constitutione Marches. *de commiss. de cess. bon. nu. 93. & 94. par. 3. §. 1. fol. 302.* Idem disponit Statutum Vrbis. *cap. 161. lib. 1.* Sub Greg. XIII. compilatum, vt qui volunt admitti ad beneficium cessionis, non admittantur, etiamsi per Rescriptum Apostolicum petant admitti, nisi palam biretum viride gestent, quodque Iudex non possit inhibere super hac delatione.

Aduertendum tamen est, quod sub hac forma pudenda non cedunt admissi ad cap. Peruenit, seu cap. Odoardus. Nam præcitata Constitut. Pij IV. in hac parte non fuit vsu recepta propter dignitatem status clericalis. Aduertendum quoque est, quod laicus cedens etiam si ligaretur ad columnam, non est infamis. *l. debitores. vbi Bald. C. ex quibus caus. infam. irrog.* quia tamen plerumq. sunt fraudatores, in numero infamium, viderentur reponendi. *Bald. in l. 1. ff. de ijs qui not. inf.*
9 Hinc est, quod post dictam Constitutionem Pij Quarti, & Statutum, incæperit Visita decernere, vt iuxta eandem Constitutionem admitterentur debitores ad cessionem, & aliquãdo addidit etiam, *Iuxta formam Statutorum.* 1571. 7. Iun. Cap. *Capitaneus de Rocca Cõtrada. D. Doria de communi omnium Dominorum voto, nemine discrepãte, admittat eum ad cessionem bonorum iuxta formam Motus proprij S. D. N. & mandet eum relaxari data cautione per d. D. Doriam arbitrandam de non offendendo in persona, nec in bonis per ipsum possessis, & cessis, & cedendis.* * 1571. 7. Iun. Cap. *Iacobus Teutonicus. D. Doria admittat eum ad cessionem bonorum seruatis seruandis.* * 1567. 3. Octob. Cap. *Andreas. Data cautione de soluendo scutum vnum quolibet mense relaxetur, vel Senator admittat eũ ad cessionem bonorum iuxta formam Statutorum, & Motus proprij.* * 1571. 15. Ian. Sab. *Menicus, & omnes alij detenti pro debito ciuili. Ad D. de Auria,*

qui

qui expediat iuxta formam decreti S.D.N. Papæ; admittat ad cessionem bonorum, prout de iure, seruata forma Motus proprij S.D.N.

30 Antea autem admittebantur aliquando à Visita ad cessionem simpliciter, vt apparet ex quamplurimis decretis in hoc §. relatis, & ex infrascriptis. 1572. 21. Iul. Capit. *Nicolaus. Stet decretum alias factum, & renouetur, & interim se obliget de obseruando illud, prout se obligauit, iurauit &c. & Dominus de Gineijs expediat, & ex nunc cessit, & cedit bonis, & causa expediatur ante primam Visitã.*

31 Non dissimilis multum forma obseruatur Ferrariæ: *Gen. q. 35. num. 14.* Et in Regno. *Muscat. glos. detinebatur. num. 84. Mauz. de caus. lim. 5, num. 24.*

32 Similis autem omninò prouisio post præfatam Constitutionem Pij IV. emanauit à Senatu Rhothomagensi anno 1580. prout habetur in lib. 5. inscripto Mastix Fallitorũ, Danielis Sautorij. *cap.* 11. cuius verba, quantum ad rem nostram attinet, sunt. *Senatus Curia Rothomagensis decreuit, vt qui ad cessionis beneficium admittuntur, ij teneantur, cogantur que Galerum viridem gestare, vt hac quasi nota ab omnibus dignoscantur; neuè temere per imprudentiam contingat, vt recipiantur in pactiones frustraneas, & irritas: Tum siquando forte committantur, & deprehendantur sine viridi Galero non admitti. Hac in causa idem Senatus potestatem porrò facit ipsorum creditoribus, vt ipsos de integro in carcerem curent concludendos nulla beneficij cessionis prius iam ipsis adiudicati habita ratione.*

33 Quam Romani, & Rothomagenses notam inurebant personæ, Athenienses rebus inurebant. Nam in agris eorum, qui ære alieno obruti, soluendo non essent, columnæ defigebantur, in quibus præscripta erat debiti magnitudo, & nomen debitoris. Porro 34 genus hoc hominum fuit semper apud exteras nationes, & Romanos aliqua peculiari designatum nota in opprobrium, vt euitari possent vt diximus supra. *initio Cap. V.*

Plura quoque alia possent referri exempla, sed illis, tamquam non necessarijs, omissis, redeamus ad nostra tempora. Vltimo itaque loco emanauit Pij Quarti Constitutio, quam supra retulimus, ex qua tria notanda possumus colligere.

35 Vnum, quod omnes, qui admittuntur ad delationem Bireti viridis, se debeant præsentare coram Iudicibus, gestando illud in capite. Quod etiam in Visita obseruatum fuit. 1567. 9. Septemb. Nonæ. *Philippus Ciabattinus. Attenta assumptione bireti viridis, quod ex nunc gestat; Relaxetur gratis, iniuncto ei sub pœna fustigationis, quod d. biretum viride deferat.* * 1640. 19. Iul. Sab. *Pasqualis. Asserens nihil habere, nisi vestes tritas, stante susceptione bireti viridis facta in plena Visita, & præcepto eidem iniuncto de illo deferendo sub pœnis contentis in constitutione; Relaxetur gratis.* Et iure, ac merito, vt innotescat cessio, cum biretum deferri debeat, vt diximus, in ignominiam cedentis; vtq. ab alijs euitetur. Quod etiam ex contextu nostræ prædictæ Constitutionis animaduertit Muscatell. *glos. detinebatur. numer. 81. Mauz. de caus. execut. ampl. 5. num. 24. Marches. de cess. bon. num. 93. 94. & seqq.*

Alterum est, quod dictum biretum viride, vt assignatur cedenti in pœnam, ita illum debeat semper retinere: & propterea, tàm publicè, quàm secretè, illud gestare debet sub pęna fustigationis pro 1 prima vice, & triremium pro secunda; atquè ad id se iuramento debet astringere ex dispositione præfatæ Constitutionis, & ex decretis Visitæ. 1571. 27. Septemb. Capit. *Bartholomaus. Attento quod fuit* 2 *admissus ad cessionem bonorum, teneatur deferre biretum viride sub pœna triremium, & relaxetur gratis.* * 1619. 6. Iul. Sab. *Bartholomaus. Stante cessione bonorum in plena Visita facta obligatione per ipsum de deferendo biretum viride sub pœna contenta in Bulla, prout se obligauit; Relaxetur* 16 *gratis.* Vnde etiam domi gestare debet propter verbum, *Secretè*, in d. Constit. Pij IV. appositum. *Menoch. de arbitr. 537. num. 1. & seq.* Pœnam præ-17 fatam aliquando diminuerunt Visitatores. 1568. 24. Iul. Nonæ. *Franciscus Tinctor. Admittatur ad cessionem bonorum, prout de iure, & seruetur forma Motus proprij, & relaxetur, & si repertus fue-*18 *rit sine bireto viridi, denuo carceretur.* Imò nonnunquam eamdem pœnam ob non delationem bireti viridis incursam condonauerunt. 1596. 12. Septemb. Nonæ. *Donatus. Quo ad causam criminalem ob non delationem bireti viridis liberetur; & data cautione de soluendo scutum vnum quolibet mense creditori suo, donec &c. & deficiente &c. & quatenus creditum non excedat summam scutorum sexaginta; & quo ad reliquos sine praiudicio iuris creditorum; Relaxetur.* Ratio esse potest, quia pę-19 næ rigorosæ in pœnali constitutione inductæ magis ad terrorem, quam, vt realiter exigantur, imponi solent. *Rol. cons. 46. num. 60. lib. 2. Farin. in frag.* 20 *ver. bannimenta. §. 2. num. 44.* Illud vero aduertendum est obligationem deferendi biretum viride non extendi extra Vrbem. Nam Constitutio Pij V. super dicto bireto loquens intelligitur de debitoribus, qui post cessionem bonorum non discedunt 21 ab Vrbe, & tanquam pœnalis & correctoria non debet extendi. *l. factum. §. in pœnalibus. Vbi Dec. num. 6. 9. & per totum. & ibi Cagnol. num. 1. de reg. iur.* Nec etiam ex identitate, seu maioritate ratio-22 nis. *Hond. cons. 95. num. 98. & seq. lib. 1. Farin. in frag. vers. extensio. Alios referens. nu. 162. & 165.* Ita quoque sentit Visita quæ alias consulta ad instantiam capti Imolæ ob non delationem bireti viridis, quod cedendo bonis Romæ promiserat gestare, respondit esse relaxandum, tamquam nulliter captum. Id quoque addendum quod qui gestat bi-23 retũ viride, dicitur portare secum, *Non grauetur*, ne possit carcerari etiam pro debito postea contracto: licet ad maiorem illius securitatem dari soleat, *Non grauetur*, in scriptis. Vnde cum Petrus Paolus Nursinus habens huiusmodi, *Non grauetur*, fuisset carceratus ex causa mercedis ad instantiam famuli, fuit ex decreto Visitæ relaxatus. 1641. 11. Iul. Sabell. *Petrus Paulus* Nursinus. *Stante, Non grauetur, relaxetur gratis.* Istud, *Non grauetur*, ob cessionem bonorum factam concessum est.

24 Tertium, & vltimum est, quod colligitur ex dicta Constitutione Pij V. videlicet Inhibitiones, dilationes, & alternatiuas significationes, ac cessiones bonorum non posse concedi, antequam dictum biretum viride gestent debitores. Quod etiam seruat S. Visita. 1607. 23. Aug. Capit. *Sanctes de*

Anania. Ex quo comparuit in publica Visitatione cum pileo viridi, ideo fuit admissus ad cessionem 25 *bonorum; & ideo relaxetur etiam gratis.* Ante dictum Mutum proprium Pij IV. ad alternatiuas Visita admittebat simpliciter. 1526. 11. Febr. Non. *Pitrus. Admittatur ad beneficium alternatiuum.* 26 Post dictum vero Motum proprium Pij IV. admittitur cedens cum clausula, *seruata forma Motus proprij*, quæ importat conditionem. *Bar. in l. à Testatore. ff. de cond. & dem. Far. cons. 62. num. 7. vers. primo quia. Rot. decis. 663. num. 7. par. 2. rec.* Quæ conditio debet prius adimpleri, quam quis commodum consequatur. *l. cedere diem. de verb. sig. Dec. resp. 1. num. 209 lib. 2. Surd. cons. 91. num. 11. vol. 1. Cyriac. controu. 424. num. 4. & 12.*

CAPVT X.

Delatio Bireti viridis quibus casibus remittatur.

SVMMARIVM.

1 *Bireti viridis delatio remittitur in honorem Religionis.*
2 *Equites dicuntur verè Religiosi.*
3 *Bireti viridis delatio remittitur Iudæo in odium.*
4 *Ex culpa propria nemo commodum sentire debet.*
5 *Hebræi ex Constitutione Pij V. biretum portare debent.*
6 *Hebræi ante delationem bireti flaui admittebantur ad cessionem cum delatione bireti viridis.*
7 *Hebræi hodie cedentes portant biretum partim viride, partim glaucum ex decreto Visitæ.*
8 *Bireti viridis delatio remissa Neophyto à Visita.*
9 *Bireti viridis delatio remittenda debitori, in casu quo omnia amisit fortuitò.*
10 *Bireti viridis delatio remittitur ex causis Visitæ bene visis.*
11 *Promissio capienda, qua vtrique parti consulitur.*
12 *Biretum viride deferendum est etiam ab admisso simpliciter ad cessionem.*
13 *Bireti viridis delationem non remittit Visita post Motum Pij IV. nisi facto verbo cũ Sanctissimo.*
14 *Biretum viride non tenetur portare, qui concordauit maiorem partem creditorum.*

1 CAsus primus, quo delatio bireti viridis remittitur, est in honorem Religionis: propter quã causam inter cætera habemus decretum Sacræ Visitæ. 1638. 18. Nouemb. Capit. *Eques Ioannes Franciscus. In honorem Religionis admittatur ad cessionem bonorum absque turpi forma; & relaxetur gratis; & pro exequutione ad D. Præsidem etiã* 2 *auctoritate Visitæ.* Dicuntur enim huiusmodi Equites veri Religiosi. *Farin. cons. 197. num. 1. Grat. discept. 88. num. 1. Greg. decis. 109. num. 1. Rot. decis. 177. nu. 1. par. 2. recen. Nauar. in manual. de equit. Calatr.*

3 Casus secundus, est in odium cedentis, puta in Iudæo, qui honoraretur bireto viridi, cum longè turpius sit gestare pileum flauum, quod continuo gestant. Nec posset euitari à Christianis tanquam Hebræus, si absque signo Hebræorum incederet. 4 Non enim est conueniens, vt ex propria culpa commodum sentiat. *l. itaque fullo. de furt. Surd. cons. 16. num. 29.* Quod tamen procedit post Pij V. 5 Const VI. *Romanus Põtifex. edita. 14 Kalen. Maij. 1566. in Bull. fol. 136.* In qua sic habetur: *Et ad omnem circa colorem bireti per masculos, & signi per fœminas Hebræas deferendi submouendam hæsitationem declaramus dictũ colorem esse, qui vulgo, Giallo, dicitur:* Licet enim antea Paul. IV. in *constitutione edita anno 1555. pridie idus Iulij. Bull. fol. 529.* Ibi: *Et ad hoc, vt pro Iudæis vbique dignoscantur, masculi biretum, fœminæ vero aliud signum patens, ita vt nullo modo celari, aut abscondi possit, deferre teneantur.* Nihilominus fortasse non fuerat positum in vsu propter dubietatem coloris, quam vt supra Pius V. submouit. Quare ante 6 & post Constitutionem Pauli IV. leguntur admissi Hebræi *simpliciter prout de iure*, ac etiam, *cum obligatione deferendi biretum viride*; vt infra: non autem post dictam constitutionem Pij V. 1559. 15. Iul. Nonæ. *Mirinellus Hebræus. D. Nerua admittat eum ad cessionem bonorum &c. prout de iure, aut concordet arbitrio suo, & interim data cautione de se repræsentando; Relaxetur.* De iure enim admittendi sunt ad cessionem bonorum. *Brun. de cess. bon. in 4. quæst. princ. q. 36. Farin. in frag. ver. Iudæis. nu. 608. Leoncil. de priu. paup. par. 2. priu. 49. num. fin.* 1565. Sab. 14. Iul. Capit. *Seruetur Motus proprius contra Hebræos obtinentes commissiones alternatiuas super delatione bireti viridis.* Post 7 declarationem vero Pij V. emanauit in hac materia cessionis bonorum ab Hebræis faciendæ particulare Decretum Visitæ. 1568. 29. Ian. Capit. *Hebræi non admittantur ad cessionem bonorum, seu beneficij quinquennalis, nisi deferant biretum partim viride, & partim glauci coloris.* Habemus modernum decretum Præsidis carcerũ per Acta Pulloti Leonis de Rosa, Hebræi Nonæ carcerati ad cessionem admissi. 28. Aug. 1646. *Ex tunc D. Auditor stante decreto alias, & sub die 29. Ianuarij 1568. facti per Sacram Visitam, facta cessione bonorum si quæ habet, ac obligatione de deferendo biretum partim glaucum, & partim viride sub pœnis contentis in Const. Pij IV. & Pij V. prout cessit, & se obligauit &c. & biretum capiti suo imposuit, & mandatum fuit excarcerari.* Ratio est non solum, vt dignoscantur à Christianis bonis cedentibus, sed etiã quia libenter contraherent debita alienis pecunijs ementes libertatem à delatione bireti glauci, quam emerent proprija. Hoc tentauit alias Iudæus prædictua, qui, Principum aliquorum amicitia præfidens, conabatur fixam à Paulo IV. crocei galeri legem refigere. Post multa in cassum tentata; demum, impetrato ad Pontificem aditu, Sanctissimi Principis integritatem ingenti oblato auri põdere labefactari posse sibi impudentissimè persuasit. Non tulit vilissimi capitis audaciam Paulus; sensit Pontificiã læsam esse Maiestatem: itaque abripi illicò, virgisque publicè hominem cædi mandauit, vt sentiret se fuisse impudentem. *P. Io. Rhò. in Hist. virt. lib. 4. cap. 2. hist. 2.*

8 Casus tertius vice versa, quo Visita remisit delationem bireti viridis, concernit fauorem Christianæ Religionis in persona Octauij Bandini Neophyti.

Hic

Hic ad baptismum promotus, postea ære alieno contracto, in carceres Capitolij detrusus coram Visitatoribus comparuit, & cum Sacra Visita suscepit. Cumque instisset vt ad miserabile cessionis beneficiũ admitteretur, indecens existimarunt, & pessimi exempli Patres Visitationis, eum qui volens, & lubens exuerat Hebraicã ignominiam, glaucum pileum proijciendo mærentem, & dolentem induere pudendam formam cessionis bireti viridis delatione, ob quam ab Hebræis irrideretur, & à Christianis vitaretur. Discusso negotio in eam itum est sententiam, vt absquè dedecore bonis cederet. Facto propterea per D. Gubernatorem verbo cũ Sanctissimo, Sanctitas sua annuit, & rescripsit Præsidi carcerum, vt eũ citra formam pudendam ad bonorũ cessionem admitteret prout die 29. Martij. 1616. fuit admissus per acta Saluiati; nunc Pulloti Notarij Cameræ; illique idem Præses inhibitionem concessit in forma, *Ne molestaretur*, quatenus repertus fuisset absque bireto viridi.

9 Casus quartus est, si quis non suo, sed fortunæ vitio decoxerit. Nouel 135. à qua Constitutio Pij IV. recipere debet interpretationem, dummodo iurent se pares non esse soluendo, idest, si eiurent bonam copiam. Quod congruit L. XII. Tabb. secundum quam debitores creditoribus nectebantur, & addicebantur; sed ab his nexibus liberi erant, qui bonam copiam eiurabant. Vnde Cicero. *Epist. ad Petum scribit quod bonam copiam eiures, nihil est, idest, quod iures tibi non suppetere facultates ad faciendum impendiũ cœna. Calepinus in ver. Eiuro. Caluinus in ver cessionis bonorum.* ità exponunt.

10 Casus quintus est, quo Visitatores bireti delationem remiserunt, ex causis ipsis benè visis admittendo debitores ad cessionem bonorum citrà delationem bireti viridis. 1577. 21. Sept. Sab. *Martius. Domini Visitatores fuerunt in voto, quod deberent præstari alimenta per eius creditores ad rationem duorum carolenorum singulo die, & vnius grossi respectu Custodis carcerum; & in euentum non solutionis facta formali cessione bonorum suorum absque eo, quod deferat biretum viride, relaxari facta prius obligatione de se repræsentando toties sub pœna debiti.* Atque hoc non alia ratione, nisi quia fortè creditor debitori carcerato ob paupertatem petenti alimenta opponebat habere bona, quæ sufficere possent, quo casu Visi-

11 ta hanc in cessione bonorum conditionem apposuit, qua vtrique parti consulitur. *Castr. in l. 1. num. 3 si quis caut. Dec. cons. 162. num. 1. vers. sed tamen Becc. cons. 99 nu. 26. Surd. cons. 383. nu. 19.*

12 Cæterum non sufficeret, si quis à Visita admitteretur ad cessionem simpliciter nulla facta mentione de dilatione bireti. Tunc enim censetur admissus iuxta formam *Motus proprij*; attento quod in eodem Motu proprio expresse iniungitur dela-

13 tio dicti bireti. His temporibus Sacra Visita non decernit cessionem absque delatione bireti viridis, nisi facto verbo cum Sanctissimo. il ante dispositione dicti *Motus proprij* Pij IV. 1638. 15. Aprilis. Capit. *Nicolaus. Facta cessione bonorum ad fauorem omnium creditorum, prout cessit in plena Visita absque turpi forma de mandato Sanctissimi, prout D. Senator asseruit in plena Visita; Relaxetur gratis.*

14 Casus sextus est quotiescumque concordantur creditores, vel illorum maior pars: Tunc enim obligatio delationis Bireti viridis cessat, cum cassetur decretum cessionis bonorum. 1565. 17 Maij. Sabell. *Vincentius. Domini mandarunt cassari decretum cessionis bonorum alias factum attenta concordia partis.*

Casus septimus non transit sicuti præcedentes absque contradictione. Dubitatum fuit aliàs in Visita, ad quem spectet onus emptionis Bireti viridis, ad creditorem ne, an ad debitorem? Dicendum videbatur onus esse debitoris, cum Pij IV. Constitutio illud non imponat creditori; immo ex ipsamet ratione in Proœmio eiusdem Constitutionis expressa iniungendum sit debitori; Ibi enim motus est Pontifex ad irrogandam ignominiam delationis Bireti viridis decoctoribus, vt qui non Diuini numinis, saltem humanæ ignominiæ timore abstineant à defraudandis creditoribus, & vt mercatorum securitate hac ratione magis sit consultum. In odium igitur est cedentis, & in pœnam ipsius non soluentis. Vnde consequens est, vt ad illum quoque spectet bireti viridis emptio, ne creditor vltra crediti amissionem, vel incertam, ac difficilem recuperationem hoc nouo onere aggrauetur. *l. fin. & ibi gloss. siu de dot. præleg. cum vulgaribus.* Accedit, quod addit Pius V. *in Constitut. 112. in bull. fol.* 238. vt animaduertit etiam Marches. *de commiss. ad cess. bon. num.* 94. videlicet vt decoctores non solum insignum publicæ verecundiæ gestantes biretũ viride a contrahentibus euitentur, ac a publicis muneribus, & comercijs repellantur, vt bene etiam considerauit S lyc. *in l. eum solito. num. 2. C. qui bon. ced. poss vers. Item nota.* Sed etiam tamquam humano generi infesti è cæterorum cætu segregentur. Quæ omnia tendunt in odium cedentium, & ad reddendum securos contrahentes, ne decipiantur. Alij tamen dixerunt teneri creditores ad emendum biretum viride, cum absurdum videatur cogere debitorem ad emendum ea, quæ in dedecus ipsius tendunt, sicuti dicimus non teneri quemquam fustiganti mercedem soluere. Præteres cum cedens nihil penes se retinere possit, nisi quotidianas vestes tritas, vnde habere poterit pecunias ad emendum biretum? Emant potius creditores ex bonis cessis, siquæ sint: si verò nihil extet, non est cogendus debitor ad impossibile iuribus vulgatis. Et ob id ità sensit Visita. 1641. 27. Iun. Non. *Ludouicus. Ex quo non fuit ei per creditores datum biretum viride, iniuncto præcepto de deferendo in futurum quatenus detur ab eisdem creditoribus sub pœnis &c. cum intimatione facienda supradictis; Relaxetur gratis, non obstantibus arrestis.*

Et merito quidem non solum ex supradictis rationibus, sed etiam, quia cessio est ad commodum debitoris, delatio verò bireti viridis dici potest aliqualis satisfactio creditoris; dum eius debitor non habens in ære, soluit in corpore, ignominiosè ferendo biretum viride, & a cæteris irrisionem, & contemptum perferendo.

Audio nihilominus aliquos nobis obijcientes,

quomodo iste Ludouicus admissus fuerit in Visita ad cessionem bonorum, si nemo admitti potest, nisi compareat cum bireto viridi in capite, & indicatis bonis proferat verba, *Cedo bonis*, iuxta formam dictæ Constit. Pij IV. Sed facilis est scientibus stylum Visitæ solutio; quem tamen tamquã notum paucis hic subiungimus. In quolibet carcere, vbi fit Visitatio, adest ad hunc effectum penes Custodes carcerum biretum viride, quod singulis debitoribus eueniente casu cessionis, pro illo actu accomodant, & secuta cessione restituitur a cedente, qui relaxatur, nec tenetur incedere cum bireto viridi, nisi de eo sibi a creditoribus prouideatur.

CAPVT XI.

De Quinquennali Dilatione.

SVMMARIVM.

1 *Quinquennalis dilatio est terminus quinque annorum ad soluendum.*
2 *Quinquennalis dilatio est beneficium miseris creditoribus datum.*
3 *Quinquennalis dilatio incipit a die data, non à die præsentationis.*
4 *Quinquennalis dilatio differt a cessione, cum ea non se compatitur, nec simul, nec successiuè.*
5 *Quinquennalem dilationem impetrans videtur renunciare beneficio cessionis.*
6 *Quinquennalem dilationem obtinens tenetur portare biretum viride ex Constit. Pij IV. quod tamen non seruatur.*
7 *Quinquennalem dilationem obtinens si caueat, non tenetur gestare biretum viride ex statuto Vrbis, & de iure.*
8 *Dilationem obtinens cauere tenetur.*
9 *Dilationem obtinens cauere debet, si id petatur à creditore.*
10 *Dilationem obtinens, si non habeat cautionem admittitur ad iuratoriam cum obligatione bonorum, & pœna adiectione.*
11 *Quinquennalis dilatio est concedenda a Principe, si debitor passus sit damnum, propterea datur de obreptione.*
12 *Dilatione obtenta datur de obreptione, & subreptione, non facta mentione dilationum alias obtentarum, & qualitatum debiti.*
13 *Quinquennalis dilatio conceditur etiam a maiore parte creditorum.*
14 *Creditorum pars maior debet conuenire pro concedenda dilatione, non solum separatim subscribere, & præiudicare minori, etiam remittendo debiti partem.*
15 *Creditorum pars maior potest ex causa concedere dilationem etiam absque cautione: & infra num. 16.*
16 *Creditorum maior pars potest admittere ad dilationem debitorem, cui ex aliqua causa deneganda esset cessio bonorum.*
17 *Dilationem quinquennalem obtinens non potest debitores suos conuenire, etiam si ea vsus non sit.*
18 *Electio ex Aristotele est appetitus consiliatiuus eorum, quæ in nobis sunt operari, & cessare, vel hoc, vel illo modo.*
19 *Carcerato volente cedere, vel dilationem obtinere electio est carcerati, non creditorum.*
20 *Volens cedere proponit aliquando electionem creditoribus, an velint dilationem concedere.*
21 *Cessio bonorum conceditur ipso iure à lege siue facto creditorum; immò etiam ipsis contradicentibus.*
22 *Ad cessionem bonorum potest conuolare carceratus, etiam postquam creditores declarauerunt velle dare quinquennalem.*
23 *Cessionis bonorum, seu dilationis electio datur aliquando a Visita ipsi creditori.*
24 *Quinquennalis dilationis concessio raro fit propter multas rationes, quæ referuntur.*
25 *Quinquennalem dilationem obtinens debet portare biretum viride.*
26 *Quinquennalis dilatio non conceditur a Visita, sed a Principe, vel a Iudicibus Capitolij vigore Statuti.*
27 *Cessio non competit ei qui renunciauit dilationi quinquennali remissiuè.*

1 Dilatio quinquennalis, seu induciæ quinquennales sunt securitates debitoribus concessæ per quinque annos ad soluendum. *l. vniuersa. C. de prec. Imp. offer. l. fin. C. qui bon. ced. pos.* vbi dicitur, 2 quod hoc est alterum beneficium concessum pro miseris, quo quinquennio durante molestari à creditoribus non possunt debitores. *l. quoties. C. de precib. Imper. offer.* De vtroque beneficio vt pote solito intentari in Curia Capitolina meminit Luc. 3 Pet. *In sua prax. lib. 2. cap. 1. nu. 4.* Et incipit currere à die datæ, non à die præsentationis. *Arg. cap. eam te. de rescrip. cap. cõstitutus de rescrip. cap. si propter. eodem tit. in 6. & ibi Arcbid. Guid op. dec. 109.* 4 Differt tamen in multis a cessione bonorum, & non cum patitur se nec simul, nec successiuè. Nam debitor nõ potest electo vno ad aliud cõuolare. Impe5trans enim quinquennalem dilationem videtur renuntiare beneficio cessionis bonorum, quod amplius impetrare non potest. *glos. in l. cum solito. 6 ver. generando. C. qui bonis ced. poss.* In eo autem conueniunt, vt tam cedens, quam inducias quinquennales obtinens biretum viride gestare teneatur ex dispositione d. Constitutionis Pij IV. Quod 7 tamen non procedit ex dispositione Statuti Vrbis, in quo disponitur vt admissus ad quinquennalem dilationem, si idoneè cauerit, non teneatur gestare biretum viride. Quod est conforme iuri communi 8 secundum quod obtinens huiusmodi dilationem, ac etiam alias a Principe, cauere tenetur Textus est in l. vniuersa. C. de prec. Imp. offer. vbi Impp. aiunt. *Rescripta, quæ in debitorum causis super præstandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super debiti solutione præbeatur.* Hoc enim in iure generaliter est cautum, vt vbi dilatio conceditur miserationis, seu humanitatis causa, præstari debeat cautio à debitore de soluendo debito post finitam dilationem.

Exem-

Exemplum fit in casu l. vnic. §. cum autem. C. de rei vxor. act. *Franc. dec. 218. Barbos. in l. 2. num. 25. & 27. & in diuortio. §. interdum. numer. 12. ff. sol. matr. Doct. in l. si debitor. ff. de iud. quos citat, & sequitur Pinz. ad Stat. Vrb. d. cap. 161. num. 12.* Et nos etiam supra diximus. §. 1. á Visita feruari. Quod 9 procedit, si fideiussio petatur a creditoribus. *glos. in d. l. vniuersa. ver. praebeatur. C. de prec. Imp. offer.* Idque fuse ibidem comprobat Iason. *nu. 2. & seqq.*

10 Quod intelligitur si praestari possit á debitore; quia si ad id propter paupertatem sit impotens, ne beneficium Principis reddatur inane contra textum in cap. si Papa. de priu. in 6. admittetur ad cessionem iuratoriam, sicuti generaliter tradunt Doctores de obligatis praestare cautionem, & non valentibus illam dare. *in l. 1. ff. qui satisd. cog. in Auth. generaliter. C. de Episc. & Cler. & in casu nostro Bal. Nouel. tract. de dot. par. 8. priu. 12. in fin. Lud. dec. Perus. 63. num. 9. par. 2.* Qui ambo consentiunt hoc casu sufficere cautionem iuratoriam cum generali bonorum hypotheca, cum adiectione poenae. *Hos citat, & sequitur Pez. loc. cit. num. 14. & seq. & nouissimè Leoncil. de priu. paup. part. 2. priu. 84. num. 8. qui alios allegat.*

11 Praeterea haec dilatio est concedenda a Principe casu quo debitor passus sit damnum, propter quod soluere non valeat. Idcirco contra istam dilationem potest opponi, de subreptione, & obreptione. *cap. super litteris de rescrip. l. scio. ff. de rest. in integrum. Henriq. de fideiuss. cap. 3. nu. 103. 104. & seq. Maur. lim 6. num. 65. Marches. de commiss. lit. de morat. dilat. num. 82. 83. & 93.* Sicuti etiam 12 posset opponi de obreptione, & subreptione si nō fuisset facta mentio dilationum alias obtentarum. *Rebuff. in comment. ad reg. const. tom. 2. rub. de litt. dilat. art. 1. glos. 1. num. 30. Menoch. de arb. cas. 203. num. 28. Rol. cons. 31. num. 17. & seqq. vol. 2. Quod loquitur in dilatione quinquenali; quos citat, & sequitur Penz. cit. loco num. 20.*

Et quod impetrans dilationem debeat narrare, an debitum sit iuratū; an causa delicti; an Regium, vel Fiscale; an ex causa locationis; an procedat a pensione domorum; an sit Ecclesiasticum; an sit pupillorum; an sit pro emptione domus; a quo tempore causatum; an lis sit finita; an habuerit aliam dilationem, comprobat Sanct. *de induc. q. 34.*

13 Quae dilatio non solum a Principe; sed etiam per creditores concedi potest; dummodo concurrat maior pars, quae minori in hoc praeiudicare potest. *l. vlt. C. qui bon. ced. pos. & ibi DD. & late Afflict. dec. 288. per tot.* Dummodo seruetur forma ab eadem l. praescripta, vt in vnum conueniant, non autem singuli separatim solium subscribant. *Rot. coram Seraph. dec. 1233. num. 1. & coram Cuccino. decis. 440. numer. 1. & seq. inter impressas Venetijs.* Quod tamen itelligendum est, vt supra dixi. §. 1. cap. 2.

14 Amplia, vt maior pars non solum possit concedere dilationem, sed etiam partem debiti remittere. *Afflict. dec. 288. cum ibi not. per Vrsil. quem secuta est Rot. d. dec. 1233. num. 1. coram Seraph. Farin. q. 14. num. 9.* Vbi tenet posse in hoc praeiudicare minori parti, si fint conuocati, & simul coadunati, per tex. *in l. suum heredem. §. fin. & ibi DD.* 15 *ff. de pact.* Etiam sine cautione. Quod tamen fieri non debet nisi ex iusta causa, eaque vrgentissima, & non nisi claris probationibus debitoria necessitas ostendatur. *l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iur. fisc. Thes. dec. 186. num. 6. circa fin. decl. 2. vbi citat Caccb. de morat. praescrip. num. 13. post Bart. dec. 296. num. 1. & 2.* Potest quoque maior pars ad 16 hanc dilationem admittere debitores, quibus ex aliqua causa denegandum est beneficium cessionis. *Paris. cons. 100 certissimum est. vers. praeterea aduertendum est. vol. 3.* Nam si partem debiti possunt debitori remittere, vt diximus (quod est maius praeiudició) poterunt quinquennalem eis indulgere dilationem sine cautione, quod est minorìs praeiudicii? *cap. cui licet. de reg. iur. in 6. sequitur Franch. dec. 82. Genn. de dilat. quinquenn. lib. 3. de scrip. priu. num. 39 Maur. lib. 6. num. 61. 67. & seq.* Hanc materiam remissionis debiti a maiori parte creditorum habes pertractatam per DD. in l. & suum haeredem. §. hodie. & in l. maiorem. ff de pact. *Trentac. var. Res. lib. 3. vol. 3. per totum. Tit. de solut. Grat. discep. 222. numer. 16. & 26* & concurrente huiusmodi consensu maioris partis creditorum conceditur etiam in Visitatione, quae de anno 1630. in Visita Capit. illam concessit Camillo.

17 Porro illud sciendum, eum qui hanc dilationem impetrauit, etiam si ea vsus non sit, illa durante, non posse debitores suos conuenire. *l. si quis iniquum. ius. ff. quod quis Iur. Afflict. dec. 66. eo modo, quo eum declarat Vrsil. in add. vbi alios citat.*

Demum videndum restat euentu quo carceratus potest vel cedere, vel dilationem obtinere, 18 cuius sit electio. Est autem electio secundum Aristotelem 1. *moral. Eudemiorum. cap. 10.* appetitus consiliarius eorum, quae in nobis sunt operari, & 19 cessare vel hoc, vel illo modo. Hac in redicendum videtur electionem esse ipsius carcerati. *glos. in l. fin. vers. detur. C. qui bon. ced. pos. Franch. decis. 251. qui glos. in verf. inducias. conciliat cum glos. in verb. dosur, quae ad inuicem videntur pugnare. Grat.* 20 *discept. 222. num. 11. & seq.* Proponitur autem aliquando á debitore creditoribus electio, quodnam istorum remediorum veline indulgere. *d. l. fin. in princ.* Non tamen possunt impedire debitorem, quin bonis cedat, si ipsi creditores recusent illi concedere inducias quinquennales. Textus est in *l. 1. C. qui bon. ced. pos. & not. Salyc. in l. fin. eod. tit. vers. quaro debitor conuentus. num. 2. Castr. ibid. num. 1. Aret. in § fin. num. 14. vers. quaro debitor vult cedere bonis. Inst. de act. & ibi Add ver. volun-* 21 *tatem, vt inquit Saly. & alij:* Hoc beneficium cessionis debitori conceditur ipso iure a lege sine facto creditorum. Immo contra eorum voluntatem; Vnde illi hoc non possunt impedire, vt fusius comprobat Brun. *de cess. bon. q. 22. priu. per totum.*

22 Quinimò possunt debitores ad cessionis beneficium conuolare etiam postquam creditores declarauerunt velle se eis quinquennales inducias indulgere. *Brun. eadem quaest. num. 1. & 2. Fenz. ad stat. Vrb. d. cap. 161. ver. vel ad quinquennales inducias, qui praedictos citat, & sequitur.* Interea 23 dum verò ipsi mei Visita imponit electionem creditori. 1532. 11. Mar. Non. *Ioannes de Sancto Martino. Petrus Soler creditor praesens per totum diem crastinum eligat, an velit eumdem admitti ad cessionem bonorum, vel ad terminū quin-*

quennalem; & idem intimetur alijs creditoribus, & termino elapso relaxetur, & expediatur iuxta formam admissionis coram D. Gubernatore, & alias ipsius Gubernatoris arbitrio.

24 Hæc pauca dixisse sufficiat de quinquennali dilatione, de qua etiã tam Constitutio Pij IV. quam Statutum Vrbis tractat, vbi loquuntur de bonorũ cessione. Quippe nostris temporibus fere numquam vsu venit; tum quia S. Visita, vt alibi diximus, quando opus est, longas concedit dilationes vsque ad quattuor annos; interdum etiam ad quattuor cum dimidio; tum quia cum ob hanc dilatio-
25 nem debitor portare debeat biretũ, prout ob cessionem ex dicta Constitutione Pij IV. ad cessionis potius remediũ confugit tamquam pinguius, sibique magis proficuum, tum etiam quia his tempo-
26 ribus Visita non consueuit concedere huiusmodi dilationem, sed conceditur vel à Summo Pontifice, vel in vim Statutorum Vrbis, *seruatis seruandis*, a Iudicibus Capitolinis. Differentias autem inter hanc dilationem, & bonorũ cessionem habes apud Sanct. *De induc. q.* 2. In eo conueniunt, quod vtrũque remedium liberat debitorem à carceribus, dilatio, ea durante; cessio, durante vita cedentis.

27 An vero renuncians induciis à principio postmodum possit debitor i bonis cedere dicit Sanct. *de induc. q. 2. num.* 19 non inuenisse decisum a DD. & disputat articulum in vtramque partem; tenetque negatiuam, videlicet non posse cedere.

§. X.

RELAXATIO NVLLITER CARCERATORVM.

SVMMARIVM.

1 *Nulliter capti, de qua nullitate manifeste constet, relaxandi ex Constitutione Pij V. & Pauli V.*
2 *Nullitatem decretorum, & executionum realium non cognoscit Visita, sed tantum capturæ: Declaratio nominis capturæ.*
3 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
4 *Nullitas sententiæ nullam quoque facit carcerationem.*
5 *Nullitas sententiæ si discutiatur coram suo Iudice, Visita concedit relaxationem cum cautione.*
6 *Nullitatem sententiæ antiquitus cognoscebat Visita.*
7 *Nullitatem circa merita etiam hodie aliquando cognoscit Visita.*
8 *Nullitatem capturæ prætendens, si habilitetur, apponuntur verba, sine præiudicio nullitatis capturæ, etiam illis non appositis non ipsi præiudicatur, & num. 15.*
9 *Nullitas allegata, si non videatur releuans, a Visita declaratur.*
10 *Nulliter captus per quamcumque vim, etiam non spoliatiuam, relaxatur non obstantibus arrestis.*
11 *Nulliter captus debet citare pro relaxatione etiam arrestantes.*
12 *Nulliter arrestatus si satisfecerit creditori, qui eum fecit carcerare, est relaxandus non habita ratione arresti.*
13 *Nulliter arrestatus dicitur, qui erat carceratus pro causa criminali, & expeditus, ac cassata partita libri, sed nondum exierat a cancellis carceris.*
14 *Nulliter carceratum relaxari fuit dictum satisfactis creditis priuilegiatis.*
15 *Nullitas carcerationis allegari potest ab eo, qui cauit de se repræsentando, & postea se repræsentauit, & num. 8.*
16 *Nullitas allegatur a non obligato, qui suscepit terminum ad soluendum.*
17 *Nulliter facta executio etiam realis est reuocanda.*
18 *Nulliter captus tunc excarcerandus est, quando manifestè constat de nullitate ex Constit. Pij V. & Paul. V.*
19 *Attentata sunt in primis reuocanda.*
20 *Attentata si non reuocarentur, esset contra ius.*
21 *Attentata non reuocans Iudex facit iniustitiam.*
22 *Carceratus nulliter est pristinæ libertati restituendus antè omnia.*
23 *Verbum*, Relaxentur, *& verbum*, Possint, *important necessitatem Visitatoribus excarcerandi.*
24 *Nullitates non solum capturæ sed alias cognoscit Visita.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 RElaxentur debitores nulliter capti, de qua nullitate manifeste constet.

Ita LXVII. Constit. Pij V. & LXXI. Paul. V. §. 24.

Præmittamus nonnullas generales declarationes, quæ sternant viam ad faciliorem intelligentiam huius materiæ nullitatum, declarato prius nomine capturæ.

Captura pluribus modis accipitur, aliquando pro præda, quæ capitur. *Plin. lib. 19. c. 10.* Ibi: *Capita eorum morsu corripiens capturam extorqueat.* Aliquando pro quæstu seu gabella. Suet. *in Caligula.* ait: *Ex capturis prostitutarum.* Dixit quoque Valerius Maximus. *lib. 6. cap. 9. num.* 8. loquens de Pub. Rupilio, qui opera Publicanis dederat, & postea consul factus fuerat: *Quem diuturnas capturas exigere animaduerterunt, eumdem iura dantem viderunt.* Aliquando accipitur, Captura,

pro

pro actu capiendi. *Plin. lib. 19. cap. 1.* Ibi: *Ad piſcium capturam.* Denique in Euangelio *Luc. 5.* habetur: *Laxate retia veſtra in capturam.* Et infra: *In captura piſcium.* Atque hoc modo accipitur hic à nobis.

2 Declara I. vt Viſita non cognoſcat regulariter nullitates decretorum, ac ſententiarum, nec etiam executionum realium. Etenim Conſtitut. XLIV. Paul. III. LXVIII. Pij V. LXXI. Paul. V. loquun-

3 tur de nulliter & indebitè captis, non de condemnatis: & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus *l. ſi vero. §. de viro. ff ſol. matr. Farin. conſ. 45. num. 41.* Neque legislatorem id voluiſſe præſumitur quod faci è exprimere poterat. *Surd. decıſ. 322. num. 22.* Attendit enim Viſita nullitatem, & iniu-

4 ſtitiam notoriam carcerationis tantum, in quam licet de iure influat nullitas, & iniuſtitia ſententiæ; quæ ſi nulla, & iniuſta eſt, iniuſtam etiam & nullam executionem reddit. *Rot. conſ. 764. num. 4. in fin. verſ. & conſequenter par 3. rec. Burat deciſ.*

5 169 *num* 8. Hanc tamen cognitionem Viſita Iudicibus ordinarijs relinquit; & interim, dum coram Iudice ordinario negotium diſcutitur, conſueuit conſulere carcerato, decreto prouiſionali eum aliquando relaxando cum cautione de concordando, vel ſe repræſentando infra certum tempus, vt ſupra diximus. *in Procemio Conſt cap. fin. num 60. & ſeqq.* aliquando cum cautione de ſe repræſentando ad omne mandatum Viſitæ, ſeu Præſidis carcerum, quod eſt congruentius: quia docto coram Iudice de nullitate, ſeu iniuſtitia ſententiæ, vel decreti, & obtenta reuocatione, Viſita non reuocat

6 ad carceres obligatum ſe repræsẽtare ad omne eius mandatum. Olim tamen cognoſcebatur in Viſita etiam de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ, vt ex varijs decretis in hoc opere ad alium effectum adductis, & ex infraſcripto, quod ſubijcimus. 1551. 5. Febr. Sabel. *Andreas. Facta obligatione per ipſum, & per fratrem ſub pœna debiti in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, de ſe repræſentando; Relaxetur, prout Matthæus frater promiſit &c. & D. de Cincijs reuideat cauſam quoad nullitatem, & iniquitatem, quantum pertinet ad debitum, &*

7 *ſolutis ſcutis tribus pro captura.* Imò etiam noſtris temporibus fuerunt quandoque in Viſita deductæ nullitates concernentes merita, prout bene viſum fuit Viſitatoribus, quibus non ſunt ita ligatæ manus, quin poſſint carceratos, concurrentibus huiuſmodi nullitatibus, relaxare, vt ex quampluriмis decretis alibi relatis liquido conſtat.

8 Declara II. vt ſi cõtingat habilitari prætendentem nullitatem capturæ præuio aliquo actu, per quem cenſeatur approbata captura, apponenda ſit in decreto Viſitæ clauſula, *Sine præiudicio nullitatis capturæ.* Licet etiamſi non apponatur huiuſmodi clauſula præſeruatiua non intelligatur per præſtationem fideiuſſionis approbata, & conualidata captura, vt ſupra diximus; etiamſi fideiuſſor terminum ſuſcepiſſet ad repræſentandum debitorum. *Peguer. dec. 74. per totum.* 1623. 24. Febr. Capit. *Franciſcus. Data cautione de concordando, vel ſe repræſentando poſt octauam Paſchatis Reſurrectionis ſub pœna debiti, pro quo detinetur, ſine præiudicio nullitatis capturæ, & executionis realis; & cautio recipiatur per quemcumque Notarium habentem proprium Officium, & quod illud poſſit obligare; Relaxetur.*

9 Declara III. vt, ſi allegata nullitas non videatur Viſitæ releuans, id aliquando ſpecificè declaretur. 1645. 5. Octob. Nonæ. *Dominicus. Præuia declaratione validitatis capturæ, præſtita cautione de ſoluendo, vel concordando infra duos menſes, aliàs de ſe repræſentando ſub pœna debitorum, pro quibus detinetur; Relaxetur.*

10 Declara IV. vt diuerſimodè fuerit practicata excarceratio propter nullitatem; Nam poſt Conſtit. LXXI. Paul. V. emanatam anno 1612. per plures annos Viſita ſecuta eſt doctrinam Bartoli. *In quæſt. 6. incipiente: Lapſus captus*, quo quotieſcumque aliquis ſit carceratus per vim ſpoliatiuam, quæ eſt illa, quæ prouenit, vel à Iudice, vel ab executore, ſit tamquam ſpoliatus reſtituendus priſtinæ libertati, non obſtantibus arreſtis, ſi quæ poſt capturam ſuperuenerint: ſi vero ſit carceratus per aliam vim, quam ſpoliatiuam, tunc ſit quidem nulla prima carceratio, ſed arreſta, ſi quæ ſint, ſuſtinentur. Et de iſto tẽpore loquitur Fenzonius. *Ad Stat. Vrb. cap. 98. de ſuſp. fug. num. 32.* A pluribus tamen annis vſque in præſens obſeruatum eſt, & obſeruatur, vt per quamcumque vim fuerit quis carceratus, relaxetur, nulla habita ratione arreſtorum, vt ex decretis infra referendis. Nec immerito: nam deſtructo principali omnia acceſſoria debent corruere. *Bar. in d. q. 6.* In quo licet diſtinguat culpam Iudicis à culpa partis; factum tamen Iudicis à facto partis non diſtinguitur. *Bal. conſ. 90. lib. 5. Alex. conſ. 101. num. 7. verſ. quoniam iſta. lib. 3. Franc. qui optime de hac materia loquitur. dec. 15. Farin. q. 27. num. 152. Rot. deciſ. 150 num. 3. par 2. diuer.*

11 Declara V. vt à prætendente nullitatem debeant citari non ſolum creditor, qui carcerari fecit, ſed etiam omnes arreſtantes, vt fuit dictum Sabellis. 21. Maij 1641. Pro Franciſco Planeta.

12 Declara VI. idem eſſe in nullitate arreſtorum; quod eſt in nullitate primæ capturæ; itaut ſi hæc ſit valida, illa vero nulliter facta, & ſi ſatisfactum fuerit creditori, qui carcerari fecit, relaxandus ſit carceratus, nulla habita ratione arreſtorum nulliter factorum, vt puta in arreſtato qui habuerat de-

13 cretum excarcerationis pro cauſa criminali, & caſſata fuerat eius partita ex libro, in quo per Cãcellarium annotantur nomina carceratorum: & antequam exiret è cancellis carcerum ſuperuenit arreſtum ciuile. Quod ſucceſſit in Dominico criminaliter carcerato, qui 10. Octobris. 1624. obtinuit mãdatum excarcerationis à Viſita, cuius vigore partita iam erat è libro caſſata: Et dum cum Capitaneo carcerum computa ſolidaret pro expenſis carcerum, ſuperuenit arreſtum ciuile, quod Cancellarius noluit annotare, & habito per arreſtantem recurſu ad Viſitam, fuit dictum Dominicum eſſe relaxandum, vt etiam in alio ſimili caſu diximus ſupra. *In procem. cap. 9. num. 29.* Non enim relaxatus criminaliter per horam capi poteſt pro debito ciuili, vt in Conſtit. LXXI. Paul. V. *tit. de carcer. & carcerat. ver. relaxati à carceribus*: & multò minus arreſtari.

14 Declara VII. vt quandoq. excepta fuerint credita priuilegiata à decretis relaxationis ob nullitatem. 1610. 3. Iun. Non. *Tiberius. Concordato credito*

dito

dito Annona, & Aqua Paula, in reliquis tanquam malè captus relaxetur gratis, non obstante arresto.

15 Declara VIII. vt nullitas carcerationis possit allegari etiam ab eo, qui, cum fuisset captus nulliter, dedit cautionem de se repræsentando infra certum tempus, citra quod postea pro liberando fideiussore spontè se repræsentauit, & opposuit de nullitate. Ita Nonæ fuit dictum 28. Maij 1643. pro Ioanne. Facit ad hoc. *dec. Bonon.* 140. *num.* 1. *Far.*
16 *q.* 27. *num.* 150. *vers. tamen.* Immò etiamsi nulliter carceratus suscepisset ante carcerationem terminum ad soluendum. *Rota in Romana de Perottis.* 3. *Decemb. coram Mellino.* 1601. *inter impressas apud Zacchiam. de oblig. Camer. decis.* 52. Ibi: *Non obstat susceptio termini ad soluendum, quia non est attendendum, cum fuerit facta metu mandati, & satis detectus sit error istius confessionis. latè Grat. discep.* 501. *par.* 3. prout etiam diximus. §. 8.

17 Declara IX. vt si facta sit executio nulliter non solum personalis, sed etiam realis, vt super rebus, super quibus fieri non potest executio; videlicet in pallio, lecto, pileo, & alijs vestimentorum generibus, armis, libris, alijsque rebus priuilegiatis. tunc vtraque executio veniat, reuocanda. *Duen. reg.* 75. *lim.* 1. *Asin. in prax.* §. 31. *lim.* 32. *num.* 1.

Declara X. vt quod dicitur in hoc §. conforme sit iuri communi; eo quod in pluribus casibus nullitatis carcerationis interueniant attentata. Re-
18 gula autem iuris est in primis, & ante omnia attentata esse reuocanda: *cap. ex parte. il* 2. *de app. cap. non solum. & ibi scribb. eodem tit. lib.* 6. *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 20. *num.* 152. *secundum priorem impress. Mantic. dec.* 345. *num.* 2. Quod
19 adeo verum est, vt esset contra ius, si attentata non reuocarentur. *Dec. in cap. an sit. num.* 8. *post*
20 *medium. de app.* Et iudex aliter faciens faceret iniustitiam. *Io. Andr. in d. cap. non solum. in princ. de app. in* 6. *Afflict. decis.* 98. *num.* 5. Nec obstat non esse locum reuocationi attentatorum, nisi constet de bono iure: quia iuxta stylum Visitæ sufficit, si ap-
21 pareat de nullitate. Ratio est, (quæ ratio militat in omnibus infra dicendis nullitatibus) quia nulliter carceratus tanquam spoliatus sua libertate venit ante omnia restituẽdus. *Bart. q.* 6. *incip. Lapus captus. Bald. cons.* 318. *num.* 2. *& in fin. Gabr. de rest. spol. concl.* 1. *num.* 20. *Rot. decis.* 153. *num.* 3. *in fin. par* 2. *diuer.* Et infra pluries dicturi sumus.

His præmissis de propinquo res geri potest, &, vt est in adagio, ad pila veniri. Verba prima huius
22 §. sunt: *Relaxentur nulliter capti.* Non defuerunt, qui crederent verbum, *Relaxentur*, Visitatoribus necessitatem; verbum vero, *Possint*, de quo in nonnullis suprascriptis §§. facultatem imponere excarcerandi. Nos autem comprobauimus etiam verbum, *Possint*, necessitatem imponere, vt supra in procem. cap. 12. n. 5. intellige cum referatur ad iudicem, & parte instante, & iusta petente, vt tradit *Angel. in l.* 1. *nu* 4. *ff. de iurisd. omn. iud.* quem sequitur *Ias. in l. quod iussit nu.* 38. *ff. de re iudicata.*

Similiter restringendum putarunt hunc §. ad nullitates quæ committuntur ab executoribus, strictè accipientes dicta verba, *nulliter capti.* Nos autem nec in hoc cum illis conuenire possumus; quia (quicquid sit de stricto significatu præfatorum verborum) sanè Visitæ stylus inualuit relaxandi captos nulliter in alijs quamplutibus casibus, de quibus infra dicturi sumus.

Sequuntur verba §. *de qua nullitate manifestè constet.* Manifestas nullitates requirunt Pontificum Constitutiones. Quæ autem dicantur nullitates manifestæ, cum id multum releuet, particulari capite infrascripto complectemur.

CAPVT I.

Nullitas capturæ manifesta, quæ dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas carcerationis, vt plurimum à captura prouenit; aliquando etiam à Custode, & Cancellario.*
2 Manifestè, *aduerbium, exponitur clarè, apertè palam &c.*
3 Manifestè, *importat idem quod indubitatè.*
4 *Indubitatum est, quod per se ipsum ita perspicuum est, vt de eo dubitari non possit.*
5 *Dubitabile est, quod ambiguitatem, & ambages habet.*
6 *Manifestum est, quod obscuritatem nullam habet.*
7 *Incertum est, quod manifestari, & certum reddi non potest.*
8 *Manifestè constare dicitur, quod est clarum, & perspicuum.*
9 *Manifesto, idest, propalam, & in publico.*
10 *Manifestus vnde dicatur.*
11 *Infestus ab inferendo dicitur.*
12 *Manifestus fur quis dicatur.*
13 *Manifestus sceleris, seu mendacij dicitur is, cuius scelus omnibus patet.*
14 *Manifestum est publica proclamatio ex certa scientia, & à certis auctoribus proueniens.*
15 *Manifestum dicitur, quod claris, & apertis argumentis apparet.*
16 *Manifestum, & Notorium in quo differant.*
17 *Manifestè dicitur testari, qui coram septem testibus nominat heredem.*
18 *Manifestum probandum est; Notorium allegandum solum.*
19 *Manifestum impropriè ponitur pro Notorio.*
20 *Manifestum dicitur, quod re ipsa apparet.*
21 *Manifestum facere quid significet.*
22 *Sacrificantibus Dijs, licet in præteritum suspecti essent Christiani, veniam concessit Traianus.*
23 *Christianorum abnegatio non verbis tantum, sed factis apparere debebat, vt pænas euitarent, puta sacrificando &c.*
24 *Manifestum quoque dicitur, quod ex coniecturis elicitur.*
25 *Coniectura alia simplices, alia legales.*
26 *Manifestus Christianus dicebatur, qui discedebat à Senatu.*
27 *Senatores antequam considerent, debebant sacrificare.*
28 *Præsumptio legis dicitur esse veritas.*
29 *Manifestè constare dicitur siue apertè, seu ex coniecturis*

ctuaris claris constet de nullitate.

30 *Manifesta nullitas in Visita est, quæ non eget probatione.*

31 *Manifesta nullitas est, quæ eget probatione, quæ incontinenti fieri potest.*

32 *Manifestum est minus quam notorium.*

33 Constat, *verbum, pluribus modis sumitur.*

34 Constat, *verbum importat idem, quod verbum Apparet in Constitutione LXXI. Paul. V. Vbi dicitur:* De qua nullitate manifestè constet.

35 *Constare dicitur, quod per summariam cognitionem apparet.*

36 *Nullitas nisi sit manifesta, non sufficit Visita pro excarceratione.*

37 *Aromatarijs obstat præscriptio quinquennalis, quæ non interrumpitur per receptionem partis.*

38 *Aromatarijs non obstat præscriptio quinquennalis, si creditum probent aliter quam per libros.*

1 AD eorum, quæ dicturi sumus, faciliorem intelligentiam præmittendum est verba Constitutionum præfatarum, vt supra etiam diximus, esse: *Relaxentur debitores nulliter, & indebitè capti*, eo quod non à carceratione, sed à captura Birruariorum habeat regulariter, & vt plurimum, ortum nullitas, vt ex infra dicendis. Aliquando tamen euenit, vt licet valida sit captura, nulla tamen, & indebita sit carceratio, vt etiam dicetur inferius, dum tractabitur de defectibus Cancellarij carcerum, seu Custodum & Cursorum.

Subsequuntur in ijsdem Constitutionibus verba: *De qua nullitate manifestè constet.* Hæc paulò diffusiùs explananda sunt, cum generaliter, vt diximus, locum habeant in quibuscũque nullitatibus, 2 de quibus infra: Aduerbium, *Manifestè* exponitur, *Apertè, clarè, palam, euidenter, perspicuè.* Atque ita passim apud iuris nostri Auctores accipitur. *l. si manifestè. C. de seru. & aq. Rebuff. de verb. signif.* 3 *l. generi. vers. manifestissimum.* Potest dici, quoque aduerbium *Manifestè*, importare idem, quod *indubitatè*, idest, sine dubio. *l. si hæres. ff. famil. herc.* Vnde manifesti, & indubitati iuris esse dicitur. 4 *l. 1. C. si vnus ex pluribus.* quod per se ipsum ita perspicuũ est, vt de eo dubitari non possit. Manife-5 stissimo quoque iuri opponitur id de quo quæritur, de quo dubitatio est, quod ambiguitatem habet, vt eadem lex loquitur; idemque deinde *Apertissimum* 6 *ius*, vocat *manifestum*. Itaque idem est, quod *Apertum*, scilicet, quod obscuritatem nullam habet, neque inquisitione, explicatione, aut declaratione aliqua indiget. Quod alibi *Certum*, & *Cer-*7 *tissimum ius* appellatur. Eamdemq. ob causam *l. qui duos impuberes. ff. de reb. dub.* vocat *Incertum* quod manifestari, hoc est, certum, & indubi-8 tatum reddi non potest. Ex quo conijcitur illud dici *manifestè constare*, quod ita clarum & perspicuum est, vt quasi in publica luce expositum omnium oculis nonnisi à volente, & vltro cęcutiente 9 ignorari, aut in dubium vocari possit. Ideoque Plautus. *In Asinaria.* dixit *manifesto verberari*, 10 pro palam, & in publico cunctis inspectantibus. Nam nomen *manifestus*, à quo deducitur aduerbium, *manifestè*, idem est, quod clarus, & apertus: ab antiquo adiectiuo *Manus*, quod *Clarus* significabat. teste Nonio, & verbo *Facio*, vel quasi ad manus foris stans. Cicero. *Verr. 4.* ait: *Manifestis in rebus hominem iam teneri videbitis:* Vel à manu 11 ferendo; Vnde *manifestus fur*, qui manibus furtum ferens deprehensus est. *l. 4. & 5. ff. de fur.* Et 12 furtum manifestum dicitur, quod, vt ait Masurius, detegitur, dum fit. *Gell. lib. 11. cap. cit.* ac etiam quod publicè factum est. *cap. tertio loco de præsumpt.* Vel cum fur in ipso furto, vel res furtiua apud ipsum furem deprehenditur. Cicero. *Pro A. Cluen.* dixit: *Exponam vobis Opiniaci facinus manifestũ, compertum, atq. deprehensum.* Et Ouidius. *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

„ *Hei mihi cur nimium, quæ sũt manifesta, requiris*

& Plautus. *In Asinaria.*

„ *Qui cum manifesto tenetur, Anguilla est,*

„ *Elabitur*

13 Hinc, *Manifestus sceleris, seu mendacij*; cuius scelus, seu mendacium omnibus palam est. Salustius. *In Iugur.* scribit: *At Iugurtha manifestus tanti sceleris non prius amisit &c.*

14 Præmissa etymologia, succedit definitio. Manifestum definitur à Speculatore. *Lib. 3. par. 1. tit. de notor. §. sequitur de manifesto.* vt sit publica, seu famosa proclamatio, ex certa scientia, & à certis 15 Auctoribus proueniens. Itaque *manifestum* dicitur id, quod claris, certisque argumentis, indicijs, & signis patens vltrò, & per se in hominum cognitionem, & notitiam venire potest; & scire volen-16 tem, ac considerantem latere nequit. *Distinguitur à Notorio* siue ab eo, quod omnibus iam cognitum est, vt res potestate cognoscibilis ab actu cognita, potestate visibilis, ab actu visa & perspecta. Quandoquidem *manifestum* est, quod cognosci, scirique potest; *Notorium*, quod iam re ipsa in omnium notitiam peruenit. *Alciat. in l. palam. circa fin. ff. de verb. signif.* Quam differentiam etiam Speculator notauit; ex cuius mente, *Notoriũ* dicitur, quod est publicum, & omnibus patet; *Manifestum* autem, quod innotescit pluribus. *l. palam. ff. de verb. sign. Leum ipse. ff. de contrahen. empt. l. hæres palã.* 17 *vbi Bart. num. 2. de testam.* vult in principio per illum textum palam, & manifestè testari, qui non in publico nominat heredem, sed coram testibus, qui ad solemnitatem testamenti sufficiunt. *Ver-*18 *mig. cons. 185. num. 10.* Atque hinc est, quod Notorium non probatur. *2. q. 1. cap. manifesta.* manifestum verò non est ita notorium quin aliqua probatione indigere possit. *6. q. 3. sect. 11. cap. eorum. in fin.* vbi dicitur: *Licet aperta, idest manifesta sit contrariorum reprehensio oportet ad eorum examinationem ordinem seruari. 2. q. 1. cap. Deus omnipotens.* Ita etiam sensit Speculator loco supracitato. Et Farinacius. *quæst. 21. num. 14.* affirmat notorium dici, quod ex actis probatum resultat. Dum autem aliquando *Manife-*19 *stum* ponitur pro *Notorio*, id impropriè fit. *cap. cum olim. cap. ex parte. in fin. de verb. signif. & Spe-*20 *cul. loc. sup. cit.* Manifestum enim non vno tantum modo accipitur. Nam manifestum dicimus, quod re ipsa apparet; sic dicitur *manifestus fur*, vt supra. 21 Quid autem sit *manifestum facere*, benè colligitur ex celebri Rescripto Traiani Imp. ad Plinij Iunioris consultationem de Christianis, quæ, *Epist. 98.* 22 *lib. 10.* legitur. *Qui negauerit se Christianum esse, idque re ipsa manifestum fecerit, idest supplicando*

Dys

Dijs nostris, quamuis suspectus in præteritis fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Quod Rescriptum postea Romanis pro lege fuisse videtur in Christianorum quæstionibus; vt ex Eusebij Historia Eccl. *Lib.5.cap.*20 apparet, vbi antiquam hāc Romanis legem fuisse affirmat, vt Christianis semel in iudicium pertractis, nisi sententiam mutarent, impune non esset. *Baronius ad annum Chri-* 23 *sti.* 189. Illa autem animi mutatio claris, & perspicuis argumentis manifestanda, non verbis tantum asserenda erat, scilicet vt Cæsaris, & Deorum simulacra venerarentur, ijsque thure, ac vino supplicarent; & Christo maledicerent, vt Plinij ad Traianum præcedēs Epistola nonagesimaseptima luculenter ostendit. Ita in actis Martyrij SS. Perpetuæ, & Felicitatis Hilarinus Præses Perpetuæ Christianam se esse respondenti dixit: Fac sacrum pro salute Imperatoris, hoc est, euidenti, & manifesto indicio ostende te non esse Christianam. Quod cum illa se facturam negaret, statim eam pronun- 24 ciauit: Ad bestias. Manifestum quoque appellamus, quod ex coniecturis elicitur, & verisimilibus præsumptionibus. *l.licet. ff.de leg.* 1. *& ibi Ias.* Vbi dicitur euidens *voluntas testatoris*, quæ ducitur ex coniecturis. *Abb.in cap.*1 *.de Cler.non resid.Glos.*1. *& in cap.*1 *. de consist. Ias.in l.manifesti. num.4.ff. de re iud.* Licet autem vbi coniectura est, ibi veritas non sit per se nota; sciendum tamen est in 25 duplici differentia esse coniecturas. Aliæ sunt simplices; aliæ legales: illæ non faciunt euidentiam; istæ habentur pro vera probatione. *Ias. in l licet Imperator. nu* 13. *ff.de leg.* 1. *Abb. supra cit.* Hinc est, quod probatio coniecturalis dicatur manifesta. *Bart.in l.si quis ex argentarijs. §.pen. ff. de eden. l.cum proponebatur. ff.de leg.* 2. *in ver. manifestam voluntatem*. Vnde colligitur argumentum, quod *manifestus vsurarius* dicatur, si ex coniecturis appateat, licet non constet de contractu. *Ias. in l.licet Imperator. ff. de leg.*1. Sic quoque dicebatur 26 *Manifestus Christianus* Appollonius Senator Romanus, qui discedebat penitus à Senatu. Lege enim Augusti astringebantur Senatores, vt habet 27 Suetonius. *in August.* quem refert Baronius ann. 189. antequam loco considerent, in ara eius Dei, in cuius templo comitia haberent, thure, ac mero supplicare, & ara Victoriæ in Senatu posita, vt est notissimum ex Prudentij, & S. Ambrosij scriptis contra Symmachum, qui eam à Gratiano Imp. su- 28 blatam restitui petijt. Immò fortis præsumptio l.dicitur esse veritas. Textus est iuncta glos. *l. fin. §.fin. ad fin. ff. de probat.* Vndè manifestè etiam constare dicitur id, quod probatione non indiget secundum supradicta. *l. emptorem. ff. de act. emp. & vend. in ver. manifestum*. Quocum- 29 que igitur ex prædictis modis dici poterit *Manifesta nullitas*, intrabit Constitut. Pij V. & Paul. Quinti, de quibus agimus. Frequentius tamen in 30 Visita admittuntur illæ nullitates, quæ non indigent probatione, sed de illis constat iam ex productis iuribus in iudicio, vel in Visita. *cap. fin. de iur. iur.in* 6. Et hoc modo accipitur in gloss. *l.quia imperfectum ff de act.emp.& vend. Io.And. cap.*1. *de in integ.rest.lib.6 super huiusmodi verbo Duran.* 31 *dec.*18. Vel si nullitas aliqua probatione indigeat, sed quæ incontinenti fieri possit. *Glos. in cap.constitutionem. vers.manifestum.de verb.sign. in* 6. Manifestum quoque dicitur, quod ex scientis, & certo auctore procedit, & quod potest probari. *Glos.notorium.in cap.vestra de cohab.cler. glos.in cap.manifesta.* 2.*q.*1. Non enim dicitur in dd. Pij V. & & Paul. V. Constitutionibus superlatiuo modo, quod *manifestissimè constet*, sed positiuo videlicet *manifestè*; Quod non requirit talem euidentiam, vt omnibus pateat. *Ias.in l.si pluribus.num.*12.*ff.de leg.*1. Eoque magis, cum nec vox, *Manifestissimè*, importet tantam euidentiam, quantam importat Notorium. *Ias.ibidem. num.*13. Facit ad maiorem dictorum declarationem verbum, quod vltimo loco apponitur in dicta Constitutione videlicet, *Constet*. Dicitur enim ibi, *de qua nullitate manifestè* 33 *constet*. Quæ dictio, *constet*, licet pluribus modis sumatur. *Luc.de Pen. l.*1.*C.de fid instr. lib.* 10.*col.*1. *circa med. super.ver. constiterit. Rebuff.de ver.sig. l. tigni appellatione super ver. constat.* hic tamen 34 secundum subiectam materiam importat idem, 34 quod verbum *Apparet*, *Certum*, *& Manifestum est. l.inter omnes. ff.de furt. l.qui Romæ. §.Angerius*. ibi: *Quidquod patrem suum Publio Manio debere constitisset.Rebuff. loc.cit.* Propterea illud dicitur *Constare*, quod legitimis probationibus de- 35 monstratur. *l.diuus. ff.de testam. milit.* Interdum etiam dicitur *Constare* aliquid, quod per solam summariam cognitionem apparet. *l.in liberis. §.si vel parens ff.de lib.agnos. Luc. de Pen. loc.cit.* ac id etiam, quod indiget aliqua probatione, quæ tamen non requirat ordinem iudiciarium. *arg. d.cap.manifesta. iuncta glos.*2 *q.*1. Quocumque igitur casu 26 non constat manifestè, vt supra, de nullitate, Visita recusat decernere excarcerationem; prout recusauit die 24 Iulij. 1642. quo Capitaneus Vespasianus allegauit nullitatem capturæ in eius persona secutæ in vim mādati relaxati ante annos duodecim absque solita citatione ad videndum mandari exequi mandatum alias decretum &c. vel ad videndum concedi duplicatum: nam Domini noluerunt firmare eiusmodi nullitatem, & dixerunt in omnem casum non esse Manifestam; & ideo cognitionem spectare ad Auditorem Cameræ, qui mandatum relaxauerat. Similiter disponitur in Constitutione LXXI. Paul.V. *in fin.Tit.de Protom.& Arom.* quod pro pretio rerum Aromatariæ seruetur præscriptio quinquennalis, non obstante quauis interruptione etiam per receptionem partis pecuniarū, aut per dationem aliarum rerum Aromatariæ; & nihilominus, si quis appareat captus vigore man- 38 dati relaxati post quinquennium, non posset dici manifesta nullitas; Cum postmodum idem Paul.V. per particularem Motum proprium, de quo. *In Append. §.*1. *cap.*24. declarauerit dispositionem suam præfatam locum non habere, vbi vel interruptio fuerit iudicialis, vel aliter, quam per libros proprios Aromatarij creditum suum probaret. Potest enim esse, quod in relaxatione mandati præfati antea fuerit doctum, vel de iudiciali interruptione, vel probatum creditum per testes, seu scripturas, aut alio modo, quam per libros.

CAP.

CAPVT II.

De capto nulliter gratis relaxando, & expensis illi reficiendis.

SVMMARIVM.

1 *Nulliter captus gratis est relaxandus.*
2 *Nulliter captus recuperat expensas ratione damni, & interesse, etiamsi creditor bonum ius foueat.*
3 *Nulliter captus consulit Visita pro excarceratione, & expensis.*
4 *Nulliter captus quas expensas recuperet ex Statuto Florentiæ.*
5 *Nulliter captus criminaliter quas expensas recuperet, & quomodo agatur cum instigatore ex Statuto Anconæ.*
6 *Mutinæ Ciuitatis laudes.*
7 *Mutinæ præclari Ciues.*
8 *Attestinorum Principum laudes.*
9 *Patriæ amor dulcis, & valdè potens.*
10 *Patrem filius, filium pater propter patriam oppugnat.*
11 *Mutinæ Statuta quid disponant circa expensas reficiendas.*
12 *Nullitas carcerationis quot modis contingat.*
13 *Nullitatis capturæ iniuria reparari non potest.*

1 VBicumque quis tanquam nulliter captus venit excarcerandus, indubitati iuris est illum gratis esse relaxandum. Hinc inoleuit praxis apponendi in decreto; *Relaxetur gratis, quia nulliter captus.* & voluit Gabr. Berar. *in suo Specul. Visit. cap. 20. num. 19.* etiam addi; 2 *Cum facultate recuperandi expensas ab indebitè carcerante*, si in promptu eas rehabere non potest. *l. si oleum ubi Bart. & alij de dol. Surd. cons. 411. num. 17.* Atque hoc ratione damni, & interesse. *l. minoribus. de minor. Cephal. cons. 168. num. 13. Ciriac. contr. 452. nu. 58.* Quod & in omnibus iudicijs seruandum esse probat. *l. properandum. §. siue autem alterutra. Vbi communiter Scribb. C. de iud. Scacc. de sent. glos. 14. q. 13. num. 67. & 68. Buratt dec. 221.* Quod procedit, etiamsi creditor in meritis causæ alias bonũ ius foueat. *M. Antonius. de ord. iud. part 6. in 7. membr. num. 2. Surd. cons. 39. nu. 17. Scacc. de sent. cit. glos. 14. q. 13. num. 73.*

3 Frequenter S. Visita pro refectione harum expensarum fecit decreta. Vltra relata supra. *§. 2. Constit. Pauli III. lib. 2. § 2. cap. 13.* adiungimus hæc, quæ sequuntur. 1532. 2. Maij Sabell. *Antonius Matthai. Relaxetur gratis, quia malè captus; & expensas soluat, qui eum capi fecit; & ad Dominum de Vitellis Clericum Cameræ, qui prouideat, & expediat etiam auctoritate Visitæ quoad fideiussores.* * 1551. 4. Iun. Sabel. *Stephanus Furnarius. Liberetur gratis, & expensæ soluantur per Mercatorem, quia indebitè captus.* * 1571. 6. Decemb. Nonæ. *Aurelius. Ad Dominum Doriam, cui constito fuisse male captum, mandet ipsum relaxari, & partẽ aduersam in expensis condemnari; & prouideat etiam quoad arresta, etiam auctoritate Visitæ.* * 1588. 9. Iun. Capit. *Antonius. Refectis expensis per Aduersarium, attento quod fuit male captus; Relaxetur.* * 1597. 16. Octob. Capit. *Baptista Florentinus. Stante consensu Domini Fabij Matthæi; Relaxetur in forma pauperum, reseruato sibi iure pro expensis consequendis ab eo, qui eum capere fecit nulliter.* 4 Huic Ioanni Baptistæ Florentino si fuisset carceratus in propria patria nulliter pinguius fuisset consultum vigore statuti nuncupati *El Commune*, eiusdem Ciuitatis Florentiæ, *Tit. de præcepto quarantigiæ. vers. & si apparuerit dictum captum capi non potuisse, Dub. 42. lib. 2.* Vbi disponitur, quod secuta declaratione super nullitate capturæ, captus iniustè consequi debet solidos viginti quolibet die, quo steterit carceratus ab eo, qui illum fecit capere, quodque pro tali debito solidorum 5 viginti possit illum carcerari facere. Vtilius tamen est Statutum Ciuitatis Anconæ disponẽs circa causas criminales, quæ sunt maiores, cum tractetur de persona; vt alibi diximus, & in quibus frequentius exercet odium suum Instigator inimicus faciendo carcerare aduersarium suum, etiam multoties innocentem; Decernitur enim in Statutis dictæ Ciuitatis. *col. 3. cap. 2.* non probante delictum oppositum accusatore, vltra cõdemnationem in expensis, esse condemnandum, & in quinta parte pœnæ, quæ veniret imponenda; si sit pecuniaria; si verò corporalis iuxta veritatem, & grauitatem pœnæ, commutetur illi in pecuniariam iuxta distinctionem ibi positam.

6 Facta mentione de Statutis Florentiæ, & Anconæ audire mihi videor Mutinam patriam meam sic me increpantem: Cur non & in medium Statuta mea profers? Romæ sanè Vrbi iucunda erit mei recordatio. Meis Ciuibus (ex Dionysio Cass. Rom. Hist. lib. 26. col. 6.) in Senatu decretæ fuerunt laudes, cum me Brutus incoleret, quo nomine plus quam quemlibet alium locum celebrem me dixit Volat. in cons. Vrb. lib. 4. tit. Gallia togata: circa medium; videorque mihi iure gloriari posse, quod sinu meo complectar parem gloria Romulo, eumdem Brutum, secundum sententiam Valerij Maximi, qui dixit illum Vrbis conditorem non esse præferendum huic libertatis conditori; quodque in Capitolio Bartholomæus Bellincinnus Senator, & in Camera Apostolica Bartholomæus Morenus Camerarius, Ciues mei ius dixerint. Iurisprudentiæ non displicebit nomen meum audire, quæ non ignorat præcipuum agminis sui Bartolum Nicolai Mattarelli Alumni mei, quem sæpiùs allegat, doctrina eruditum, ad tantæ laudis fastigium peruenisse. Fuit autem ipse Nicolaus Ciuis meus Iurisconsultus celeberrimus, & circa annum 1300. dum Patauij publicè iura interpretaretur euocatus ad Reformationẽ Status mei, quę me in libertatem vindicaueram. Huius scripta graui studiorum omnium detrimento deperdita sunt; licet aliqui asserant apud Rempub. Lucensem asseruari. Ita legitur in Catalogo Episc. Mutiñ. Mutinæ anno 1606. impresso sub Episcopatu Iacobi anno 1291. in Episcopum Electi. Dedit quoque S. Rotæ Auditorio Bartholomæum Bellincinum, qui composuit Tractatum, De caritatiuo subsidio, quem præclarissimum Doctorem vocat *Mandos. de monit. q. 43. in fin.* & de quo facit mentionem Sixtus IV. Constit. 2.

ſtit.2.in Bull.302.Scacc.de Iudic. cap. 11. nu. 812. & ſeq.par.2.

Captiuis quoque veſtris multum erit vtilis inuocatio Sancti Geminiani Patroni mei. Eius enim precibus iniecta anno 476. militibus Attilæ, Flagelli Dei cæcitate liberata fui ab imminenti captiuitate. Pauperibus demum carceratis erit fructuoſus in portas meas ingreſſus, quibus obuiam veniet B. Margherita Fontana, in ſinu pro cibo illorum portans panes illos, quos cum mendicantibus oſtium circumſedentibus in ſumma penuria, brumali tempore portaret, petenti iracundè fratri, quid ferret? Roſas, inquit, ſubridens Margherita; & laxata veſte mutatos in has panes diuinum odorem redolentes effudit. Vinum quoque pretioſum ſuppeditabit de illo dolio, quod integrû clam pauperibus diſtribuit; & poſtmodum iterum plenum fratri indignato ſola cæleſti virtute reſtituit, vt refert Seraphinus Razius in Vitis Sanctorum Dominicanorum. Taceo viros, quos omni ſæculo peperi eruditiſſimos; purpuratos, quos dedi Vrbi, & orbi quamplurimos. De ijs enim & conditæ ab ipſis leges, & tranſmiſſæ ad poſteros, lucubrationes, & commendata in hiſtorijs immortalitati præconia diſertè ſatis loquuntur ad memoriam hominum ſempiternam. Tres Ciues meos ſuperſtites, non poſſum ſilentio præterire, qui egregiam hodie nauant operam Eccleſiæ.

Genui Hieronymum Epiſcopum Montis Alti ex gente Capibouia antiqua, & nobili familia. Hic non ſolum ab Andrea genitore, qui tribus Sereniſſimis Ducibus ſumma cû laude a Secretis, & a Conſilijs fuit, gloriam mutuatus, ſed propria virtute adeptus eſt non vulgarem, dum varijs ditionis Eccleſiaſticæ Vrbibus præeſſet, in quibus ſe geſſit, quod de Sancto Ambroſio dictum iam fuit, non vt Gubernator, ſed vt Epiſcopus. Vndè eiuſdem Ciuitatis Montis Alti, cuius fuerat per multos annos ante Gubernator, iure ac merito factus eſt Epiſcopus. Genui, quem modo veneror, parentis loco Robertum Fontanam per quamplurea annos publicis pro ſuo Principe functum muneribus, quæ ſumma cû laude exercuit, qui renunciatus Epiſcopus meus non minorem commendarionem in obeundis Epiſcopatus functionibus promeretur.

Habeo quoque in Curia, qui audiuit, ac definit cauſas tum ad Sacram Conſultarionem, tum ad alia Vrbis Tribunalia ſpectantes Franciſcû Mariam *Barr*.uzonum *Patritium* meum ex eorum numero, qui in Vtraque Signatura Iuſtitiæ & gratiæ ſuffraggium ferunt, quæ munera mundiſſimis manibus, iuſtitia æqua lance diſtributa, exercuit nuper a Sanctiſs. Domino N. Papa Innocentio X. ſupremi Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis Aſſeſſor tota Vrbe plaudente deputatus verè laudabilis, qui ab omnibus laudari poteſt.

Quid plura? Vnum pro cæteris addamus, & ſane eiuſmodi vt mihimet ipſi vix credam narranti, nec crederem niſi vidiſſem, & audiuiſſem, quæ ſum dicturus. Hiſtoriam eamdem narrant Ianus Nicius. *Pinacotheca 3. Imaginum virorum, qui aliqua genij, & eruditionis fama inſignes fuerunt.* Santes Contes de Rocca Contrada. *In libro inſcripto, La ſapienza de Stoici. paraneſi 3. cap. 33.* Verba referam Iani præfati expreſſo ſolum nomine vnius ex Patribus argumentantibus, ne qui aliquid additum à me pro compatriota fortè ſuſpicentur. Quod mortales omnes ad incredibilem admirationem effert, noſtrós ad ſe oculos puer, annos natus non amplius ſeptem, attraxit, cui nomen eſt Iacobus Martinus Modeneſins, ex ignobili agri Mutinenſis Pago, patre baiulo ortus, ab eoque in ſpem eiuſdem, ſiue artificij, ſiue exercitationis educatus, eo quod nollet filium ſe maiorem habere; vt etiã cum eo, à quo erudiebatur iurgio contenderet, ac quereretur ſibi filium eripi, & aſſidua illa exercitatione ſtudiorû, quæ vires animi augeret, corporis minueret, minus eum aptum ad baiuli munus, cui eû deſtinauerat, reddi. Miſſæ ſacrificium faciebat, ac fortaſſe Parochi partes agebat in eo Pago Frater quidam Ioannes Baptiſta Mazzettus Seruita, qui pueri, ac penè infantis ingenium odoratus ex memoria, qua tradita ſibi omnia tenaciter comprehendebat: & quia ſuis eum imperijs obſequentem haberet, maximã in ſpem venit, poſſe ſe in illa, quamuis infirmiſſima ætate, quoddam quaſi ædificium ex omnium doctrinarum aggregatione conflatum excitare: memor fortaſſe Chryſippi, qui primû ætatis in puero tempus, etiam triennium illud, quod nutricibus datur, dixit aptum ad doctrinarum inſtructionem; neque verendum eſſe ne earum intelligentiam capere, nec diſcendi laborem ferre poſſet, vix è gremio parentis egreſſus. Itaque cæpit penè infantis mentem optimis diſciplinis informare, & (quod incredibile, ac niſi experientia rem ità ſe habere doceret, ſtultum, & ineptum aggreſſu videatur) tantæ molis initium, non à rebus minimis, vt mos eſt, ſed ab omniû maximis, atque grauiſſimis fecit, nimirum à Sacris litteris, & à Regina diſciplinarum omnium Theologia, ac deinceps ad reliquas progreſſus eſt hoc pacto. Docebat illû prius eius, quam tradebat artis, vim definitione explicare, videlicet quid ſit Theologia, quid Philoſophia, quid ars medendi, quid Iuris ſcientia, quid Rhetoria, quid Grammatica (nam in omnibus hiſce doctrinis excultiſſimum eum conatus eſt reddere) Deindè iubebat addiſcere quæ nam ſit illis ſubiecta materia, quam tractent, & in qua verſentur; tum quanam earum vnaqueque ratione ac forma tractetur; poſtremo docebat vnamquamque artem in partes tribuere earumque nomina, & definitiones aſſignare, atque indè occaſione ſumpta, præcipua eidem rerum capita, quæ in ſingulis diſciplinis, in diſceptationem, diſputationemque vocantur proponebat, ſuamque de illis ſententiam aperiebat: quam ille acceptam, ingenij, quo præſtat acumine, aduerſus quoſcumque, qui vellent eam oppugnare, tuebatur. Sed audi rem miram. Tradebantur ei illa omnia à Magiſtro Latino ſermone, ac penitus in memoria defigebantur. Quid ergo? illud etiam aſſecutus eſt puer, vt vſum conſuetudinemque Latini ſermonis conſequeretur, ante quam præcepta latinè loquendi, quæ puerilis doctrina tradit, reciperet. Itaque verba effert, quæ nemo reprehendat; eaque caſibus, & temporibus, & genere numeroque conſeruat. Quid opus eſt verbis? Vix triennium interceſſerat a prima Fratris illius Seruitæ inſtitutione, cum tantam vim doctrinæ, & eruditionis aſſecutus eſſe viſus eſt, vt nihil ſit in vnaquaque elegantiſſimarum artiû adeò abſtruſum atque

recon-

reconditum, quod non illius intelligentiæ funditus pateat. Nam quicumque periculum faciunt in Theologicis, in Philosophicis, alijsque liberalissimis litteris, ijs se eorum, quæ scire æquum est eum, qui eas artes profitetur, solertissimum exhibet. Neque quisquam est in capiendo aduersario ita versutus, qui eundem in aliquos fallacis cuiuspiam argumentationis laqueos induat. Omnes ille sedes, & tanquam domicilia quarumcumque argumentationū nouit; ille ea verbis definit; ille exemplis illustrat. Sex abhinc mensibus venit in Vrbem; continuo fama, eius aduentus exiuit, ac peruenit ad doctissimos viros. Dedit operā vnusquisque ac in primis P. Sfortia Pallauicinus, vt eum nosset, aspiceret, quidque in litteris posset, experiretur; neque solum inuentus est opinioni, quæ de ipso erat, respondere, sed superior etiam existere, atque omnium concursu sic tùm est iudicatum, monstri, ac prodigij cuiuspiam simile videri tantam vim doctrinæ, & eruditionis in eam ætatulam conuenire. Quod cum ad Quæsitores fidei esset delatum, quod suspicarentur id quoque Dæmonum præstigijs posse contingere; est ab illis vocatus in ius; sed statim omnibus sententijs absolutus, atque insuper palma eleganti opere elaborata donatus. Voluit etiam (cuius causa Romam accesserat) aliquod peculiare suæ facultatis specimen dare. Quāobrem, propositis tota Vrbe edictis, ausus est omnes, qui vellent, & quacumque de re vellent in contentionem, certamenque vocare, ac locū pugnæ Aedem Diui Marcelli in Via Lata, ac diem eiusdem pugnæ Festum Pentecostes constituit. Qui dies cum iam aduenisset, tum licuit videre Populi Romani vniuersi erga puerum illum studium, qui nihil sibi esse faciendum prius existimauit, quam vt puerum septennem videret, cum doctissimis viris in litterario certamine compositum, inter quos non est dedignatus argumentari Admodum R. P. Sfortia Pallauicinus è Societate IESV, non solum generis nobilitate conspicuus (est enim primogenitus ex antiquissima, & nobilissima Marchionum Pallauicinorum familia) sed & omni eruditione clarissimus; & vt nulli antiquiorum Theologorum secundus, itá inter sui sæculi sapientissimos, aut Princeps, aut par inter primores, videret, in quam, puerum, quæ ab ipsis argumentantibus obijcerentur, quasi tela retundere, atque reijcere, ac ne aliqua conuentionis suspicio oriri posset, simul ac quisquam ad disputandum accederet ex omnibus omnium artium disciplinis sortito capiebatur, qua de re esset disserendum. Itaque tanti ad eum omnis generis, ętatis, atque ordinis hominum concursus facti sunt, vt ijs non modo Aedes D. Marcelli, quæ satis ampla est, verum etiam viæ ædi proximæ complerentur; neque illi qui paulo serius venissent quidquam esset difficilius, quam cubito, humero, ac toto corporis impetu sibi aditū in Aedem facere, adeò vt Cardinales non pauci, parafrenerijs, & auxilijs suis stipati cum conarentur in confertam turbam se immergere, nec possent, cogerentur conatu desistere, ac domum sese recipere. Hæc Ianus Nicius. Si tales sunt fœtus mei rustici, quales erunt Vrbani? Merito cecinit Merlin. vbi de proprietate diuersarum Vrbium circa finem.

Non sunt ingenij meliores quam Medonesi.

8 *Postremo*, si essem omnibus hisce ornamentis destituta, nonnè digna essem, quæ inter quasuis vniuersi orbis Ciuitates connumeraret, quod Atestinorum Ducum sim Regia, quorum singuli amplissimis Prouincijs virtutum suarum splendore illustrandis sola nominis commemoratione sufficerent. Hos ego hæsitante animo, memoria ac relatione complector; quia animaduerto fore, vt pondere laudis, quam promerentur, obruta imbecillitatem meam potius detegām, quam eorum virtutes, sicut par est, repræsentē. Si Cæsarem dixero primum meū Ducem: nonnè pietatis in Deum, Iustitiæ in homines, clementiæ in subditos, liberalitatis in pauperes, humanitatis in omnes? nonnè prudentiæ in consilijs, in rebus gerendis solertiæ, in secundis modestiæ, in aduersis constantiæ ideam repræsentauero? Alphonsi eiusdem filij, & successoris, vt cæteras oppido egregias laudes prætereā, cui non supra fidem admirandus rerum omnium contemptus, quo singulari exemplo Capuccinorum Religionem ingressus, pannosum centonem purpuræ, sceptro sarculum, auratis laquearibus cellulam, oppiparis dapibus cibarium panem, aulicis pompis nuditatem præferens, humilia tugurioli claustris, tanquam voluntario carceri se deuouit, intra quem vir tantus, gloriæ natus & famæ, sine nomine per multos annos diuino famulatui mancipatus, Angelicam vitam ducens mundo lateret ingloriis, relicto Serenissimo Francisco Filio in Ducatu successore, meorum nunc conciuium habenas manu plane paterna moderante? cuius encomia, ne modestissimas illius aures vulnerem, silebo inuita; sed me tacente loquentur præclara facinora, quæ fortem creatum fortibus, & auitæ virtutis nō ęmulatorem modo, sed etiam amplificatorem domi, forisque luculenta ipsum commendatione deprædicant; dignus ipse quoque vel hoc vno, vt incolumis diutissimo potiatur imperio, cum tam recto nomine imperare vt de recolend. memor. Alphonso II. Ferrariæ Duce eius Atauo dixit Pacianus. *de probat. lib. 2. cap. 44. num 63.*

Quid porro mihi conciliet existimationis, & gloriæ Eminentissimus Raynaldus, tamquam fulgidum sydus purpuratorum suorum cætui additus: Tu ipsa, Tu tibi Roma, testaberis, quæ Principis eximij mores sine labe candidos; maiestatem sine fastu amabilem, admissiones sine obstaculis faciles, sinceritatem sine fuco ingenuam, prudentiam sine calliditate oculatā, in allocutionibus comitatem, in promissis fidem, in negotijs sedulitatem, in arduis animi excelsitatem admirata, illum in delicijs habes, & inter præcipua, quibus vndequaque tædas, lumina, non sine aperta exultantis animi significatione connumeras.

9 Motus sum non inficior, ab hac interpellatione propriæ Patriæ, à qua adolescens tamquam e nido Romam quinquaginta sex ab hinc annis veni; Sensi enim quam dulcis sit amor Patriæ, qui nullo vocis ministerio, nullo vsu litterarum indigens, proprijs ac tacitis viribus se pectoribus ciuium ingerit; expertusque sum, quam efficax sit eiusdem patriæ reuerentia, cuius maiestati auctoritas ipsa Parentum vires suas subijcit, fraternaque charitas æquo, ac libenti animo cedit. Idque iure ac merito. Etenim euersa domo, intentatus Reipub. status mane-

re potest: Patriæ ruina domus omnium trahat secum necesse est. Quam ob causam, & dulcissimam esse cuique patriam suam dixit glossa. *in l. qui habebant. ff. de leg.* 3. Et iura, commodaque illius 10 adeò seruanda esse voluit *l. minime. ff. de relig. & sumpt. fun.* vt impunè in defensione Patriæ non solum liceat filio occidere vel ipsum Patrem, & Patri filium, si illam alter eorum inuadat, sed etiam præmio afficiendos esse iura decernant: Veniam propterea impetrare a Lectore me debere existimo ob tam prolixam digressionem. Eo itaque redeamus, vndè me pietas erga Patriam abripuit.

Audistis Statutum Florentiæ, & Statutū Anconæ circa expensas disponentia, illud ciuilium cau-11 sarum, istud criminalium. Addit quoque suum Mutina, in quo disponit *lib. 3. cap. 5. & 7.* accusatorem cauere debere de reficiendis expensis, & pœnam imponit deficientibus in probatione.

His generaliter prænarratis ad materiam pro-12 pius accedendo, sciendum est nullitatem capturæ prouenire aliquo ex his modis: videlicet; Culpa carcerari mandantis; ratione personæ carcerati; defectu alicuius ex ministris inferioribus, puta Cursoris, seu Mandatarij; executoris; custodis carcerū; vel demum respectu summæ, loci, aut temporis: Facit, quod dixit Baldus *cons. 77. & seq. vol. 3. Boer. dec. 215. num. 33.* pro validitate capturæ concurrere debere quattuor; causam, idest, actionem, iurisdictionem, ordinem, vt scilicet fiat in casu permisso, & formam, vt exequens sufficientem habeat iurisdictionem. Valdè sanè cauendum est ab inuali-13 da captura, cum per liberationem liberi hominis indebitè carcerati iniuria illata non reparetur. *l. ab accusatore. C. quot. app. non recip. & ibi DD. Rom. cons. 517.* Et licet ex sententia prædictorum detur actio iniuriarum, & damnorum passorum, non tamen semper valent grauati illam intentare, & plærumque propter inopiam nil consequi possunt *l. nam. aris. ff. de dol. mal.*

CAPVT III.

De nullitate carcerationis culpa carcerari mandantis.

SVMMARIVM.

1 *Nulliter captus de mandato incompetentis Iudicis est relaxandus.*
2 *Nullitas capturæ ob inconpetentiam Iudicis est actus contentiosæ iurisdictionis, & nu. 5.*
3 *Incompetentia Iudicis est pluribus respectibus.*
4 *Nulliter procedit Iudex incompetens citando opponente citato declinatoriam.*
5 *Incompetentis Iudicis sententia etiam in causa criminali non est exequenda.*
6 *Nulla est captura facta a persona priuata.*
7 *Priuati carceris pœna punitur persona priuata capiens.*
8 *Priuati carceris pœna non punitur creditor capiens debitorem in actu fuga.*
9 *Fugitiuum debitorem, etiam Clericum, potest capere creditor ad effectum consignandi suo* Iudici.
10 *Nulliter capitur quis à familia iudicis sine eius mandato.*
11 *Nulliter capitur quis cum primo mandato, postquam ex decreto Visitæ fuit relaxatus.*
12 *Nulliter non capitur quis relaxatus ex decreto Visitæ cum primo mandato, si à Visita talis facultas data sit in suo decreto.*
13 *In flagranti potest quis in causa criminali capi absque mandato remissinè.*
14 *Nulliter captus dicitur criminaliter a Iudice ciuili; & e contra.*
15 *Nulliter est captus cum mandato heredis non legitimata persona.*
16 *Nulla est captura contra debitorem debitoris iuratum suspectum, nisi eius debitum sit plenè probatum.*
17 *Nulla est captura ad instantiam cessionarij cessione non intimata.*
18 *Nulla est captura ad instantiam cessionarij, si apparet debitorem soluisse cedenti.*
19 *Nulla est captura ad instantiam Appaltatoris Cameralis facta manu regia lapso anno post Appaltum.*
20 *Nulla est captura* Clerici *etiam coniugati, cum mandato Curiæ Capitolinæ.*
21 *Nulliter captus est, qui capi non potest absque licentia, seu* Exequatur *alicuius sui superioris.*
22 *Nulliter captus est condemnatus ab vno, qui duos Iudices deputatos habebat.*
23 *Clericus citatus per iudicem sæcularem, & secuta contumacia captus venit relaxandus.*
24 *Clericus delinquens extra Territorium captus a Iudice laico, debet repeti ab Ecclesiastico.*
25 *Iudex Ecclesiasticus potest procedere contra laicos multis casibus.*
26 *Iudex laicus potest procedere multis casibus contra clericos.*
27 *Clericum carceratum male tractans incidit in excommunicationem.*
28 *Iudex cum limitata iurisdictione debet capi facere delinquentes etiam non subiectos suæ iurisdictioni ad effectum remittendi ad suum Iudicem.*

1 IMprimis se offert nullitas mandati ab incompetenti Iudice relaxati, cuius vigore aliquis carceratus reperiatur: Est enim gratis relaxandus tamquam nulliter captus. *Bald. cons. 285. num. 1. vers. & primo arguo. lib. 1. Rol. cons. 65. numer. 6. lib. 3. Thesaur. dec. 220. num. 1. cum seqq. Far. q. 27.* 2 *num. 4.* Nam est actus contentiosæ iurisdictionis. *Cabal. res. 291. num. 5. Thom. Carneu. de for. comp. lib. 1. disp. 2. p. 6. sect. 1. num. 7. &* 56. Incompetentia 3 autem Iudicis potest esse pluribus respectibus; videlicet, temporis, si exerceret iurisdictionem extra tempus concessum; Loci, rei, personæ, causæ; vel si iurisdictionem concessam pro aliquo casu exerceret pro alio, vel si in singulis prædictis, vel alicuo eorum excederet fines iurisdictionis, de quibus omnibus latè Abbas, & alij. *in cap. P. & G. de off. deleg. DD. ad l. 1. & 2. ff. de iud. & ad l. 1. C. de iurisd. omn. iud. Ægid. Boss. de for. comp. in princ.* Et tunc subiacerent omnia vitio nullitatis. *l. 1. C. si à non compet. Iud. l. extra territorium. ff. de iurisd. omn.*

omn. iud. l. si conuenerit. cum ibi not. ff. eodem tit. DD. in locis supra citatis. Ratio est, quia sicuti si coram incompetente Iudice quis citaretur, & opponeret declinatoriam fori, Iudex nihilominus procederet, omnia essent nulla iuxta notata. l. properandum. & in l. ex quacumque. ff. si quis in ius, voc. l. si quis ex aliena. ff. de iud. vbi DD. Et in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. Iud. Quanto magis in citatione reali, quæ est captura, ita etiam in causa 5 criminali condemnatio Iudicis incompetentis executioni non possit demandari Bald. in l. generaliter. C. de Episc. & Cler. num. 1. per tex. in Auth. statuimus. eodem tit. Hipol. ad l. de vno quoque. ff. de re iud. num. 208. Licet autem ex præallegatis iuribus, & DD. colligi possint omnes ferè casus præfatæ nullitatis, subiungemus nihilominus nonnullos frequentiores, quos iuxta nostrum institutum Visitæ decretis comprobabimus.

Declara I. prædicta multo multo magis proce- 6 dere si captura sit facta à persona priuata sine Iudicis auctoritate, quo casu non solum nulla est. l. neminem. C. de exhib. reis. Far. q. 27. nu. 3. verum 7 etiam capiens puniri poterit pœna priuati carceris; quæ est capitalis. l. 1. de priu. car. latè Far. q. 27. 8 num. 8. & seqq. A qua tamen pœna excipitur creditor capiens suum debitorem in actu fugæ, vt illum coram suo Iudice sistat. l. ait Prætor. §. si debitor. & ibi Bart. ff. quæ in fraud. cred. Castren. cons. 39. 9 seu 272. vol. 2. Quod procedit etiam si debitor esset clericus. Bal. in l. si qui per calumniam. C. de Episc. & Cler. Ias. l. 2. de iuris. omn. Iud. Hip. sing. 43. incip. Debitor fugitiuus. quam dicit communem. Dec. post Abb. in cap. cum non ab homine. de Iud. Ad effectum tamen consignandi suo Iudici, ne incurrat in excommunicationem. c. si quis suadente. 17. q. 4. & dixi supra. §. 8.

10 Extende Declarationem, vt procedat etiam si quis capiatur à familia Iudicis. l. fin. C. de exhib. & transf. reis. Bald. in l. si quando. C. de test. DD. in cap. cum parati de appell. Ita etiam sensit Visita. 1540. 24. Iul. Capit. Bernardinus Mulio. Relaxetur, quia captus fuit sine mandato; & D. Guber. prouideat de salario, facta obligatione per ipsum de stando iuri, & iudicatum soluendo, & non recedendo ad Vrbe, prout se obligauit.

11 Ampliatur declaratio, vt sine mandato captus etiam dicatur is, qui fuit relaxatus ex decreto Visitæ, vel Iudicis à Visita deputati, & postea excarceratus decretum istud pro parte sua non adimpleuerit, & cum creditor capi fecerit denuò cum primo mandato, vt fuit dictum 18. Febr. 1644. Capitol. in causis Nicolai, & Augustini, relaxatorum tamquam nulliter captorum, qui fuerant in casu suprascripto denuo capti cum eodem mandato. Porro hæc Ampliatio sic intelligenda est vt non habeat locum, nisi in decreto Visitæ, seu Iudicis deputati dictum fuisset, Quod, In euentum non adimpletionis Exequi posset primum mandatum, vt aliquando fit ad subleuandum creditores ab expensis, quemadmodum patet ex diuersis decretis Visitæ in opere ad alium effectum allegatis; quæ 13 procedunt in causis ciuilibus. Nam in criminalibus capi possunt absque mandato reperti in flagranti, vt diximus supra. lib. 2. §. 1. cap. 2. num. 13.

14 Declara II. vt nulliter captus sit debitor pro causa ciuili à Iudice criminali; & è contra reus delicti à Iudice ciuili. glos. in l. inter conuenientes. ff. ad mun. cap. Bald. ad l. præscriptiones. C. de excep. Panor. ad cap. P. & G. de off. deleg. num. 15. nisi tamen caperetur in flagranti Bar. ad l. fin. numer. 2. C. de exhib. reis.

15 Declara III. si quis tamquam hæres creditoris mandatum obtinuit absque legitimatione personæ. Bart. in l. 2. num. 3. C. de edict. Diui Adr. toll. Greg. dec. 264. num. 2. & ibi addentes. Rot. dec. 142. nu. 2. par. 1. & decis. 141. num. 16. par. 6. rec. & diximus supra §. 2.

16 Declara IV. si quis iurauit suspectum de fuga debitorem sui debitoris, non probato plenè debito debitoris sui, nulliter egit, prout dictum fuit Nonæ: in causa Ioannis Colæ. 19. Nouemb. 1643. iurati suspecti producta solum memoria Societatis Officij, quæ non probat creditum, fuit proptere a demandatum Præa. Iudici causæ, vt tamquam nulliter captum excarcerari faceret.

17 Declara V. si cessionarius creditoris, cessione debitori non intimata, illum carcerari faciat iuxta tex. in l. 3. C. de nouat. Bald. in l. per diuersas. n. 2t. q. 10. C. mandati. Alex. cons. 115. num. 10. vers. sicut dicimus. lib. 7. Boerius. dec. 10. numer. 1. & 2. Thes. dec. 220. num. 5. Surd. cons. 22. num. 2. & cons. 221. num. 4. Rot. dec. 147. num. 6. par. 7. rec. vt pariter diximus supra §. 8.

18 Declara VI. idem in capto ad instantiam cessionarij si appareat cessionario fuisse à principali debitore satisfactũ vti fuit dictum. 1625 17. Iul. Nonæ. Octauianus. Tanquā male captus relaxetur, etiam quoad arresta. Iste Octauianus fuit relaxatus tamquam nulliter captus, eo quod, cum fuisset carceratus ad instantiam Ducis Ioannis Antonij Cessionarij Marchionis Valerij, creditoris eiusdē Octauiani, docuit Duci fuisse per Marchionem principalem eius debitorem satisfactum. Ratio est, quia omnes exceptiones, quæ competebant D. Valerio cedenti, competunt Octauiano debitori cesso. l. exceptiones. ff. de except. Thes. dec. 221. numer. 1. Surd. cons. 82. nu. 28. Grat. discept. 356. nu. 7. Rot. dec. 391. nu. 7. par. 5. recent.

19 Declara VII. si Appaltator introituũ Cameralium, qui facultatem habet durante Appaltu, & per annum post finito Appaltu procedendi manu regia, processerit manu regia ad carcerationem lapso iam anno post Appaltum finitum.

20 Declara VIII. Clericũ cum mandato Iudicis Capitolini captũ quia vti index secularis nullam in eo habet iurisdictionem, dici nulliter captum. 1543. 3. Dec. Sabel. Hippolytus Clericus. Tanquam nulliter captus cum mandato Iudicis Curiæ Capitolij; Relaxetur gratis. * 1637. 26. Mart. Sabel. Antonius Seneca. Carceratus cum mandato suspicionis fugæ relaxato à Primo Collaterali: Ex quo nulliter captus, relaxetur gratis. Iste Antonius fuit relaxatus, quia erat Clericus, licet in decreto non fuerit expressum. Hæc declaratio octaua adeo vera est, vt militet etiam in Clerico coniugato habente requisita, vt fuit à Visitatoribus pro maiori parte dictum 12. Iunij. 1642. Sabel. in causa Palmerij Clerici coniugati grauiter infirmi, pendente coram Domino Præside, qui votum Visitæ exquisiuit, cui fuit dictũ, vt illum relaxari faceret tanquam nul-

liter captũ. Non enim habet iudex secularis aliquam iurisdictionem in persona, & bonis Clericorum. *ad l. si quis ex aliena. ff. de iud. l. vlt. ff. de iurisd. omn. iud. l. 2. C. eodem tit. cap. si quis contra clericum de for. comp. Seraph. decis. 804. num. 4. vers. Neque obstat.* Ita etiam alij quos citat, & sequitur Eminentissimus D. Corradus, olim Insubriæ oraculum, in Ferrariensi Ducatu Solon, & Numa; in supremo Romanæ Rotæ Senatu senior, æquiorq. Lycurgus; nunc S.R.E. Cardinalis dignissimus in Iuuenacen. & Melphicten. bonorum 15. Ianuarij 1646. paulò ante finem. vers. *Tum quia in executione sententiæ*, secundum opinionem quam Rota moderna tenet, etiamsi secundum opinionem Rotæ antiquæ Statuta Vrbis tamquam condita à deputatis per Papam dicantur Papalia, & comprehendant Clericos, *decis. 452. par. 1. diuers. & in Rom. dotis. coram Robust. 21. Febr. 1567. & in Balneoregien. Bonorũ. coram Pamph. 30 Octob. 1589.* secus de alijs statutis solum confirmatis à Papa. *Bald. in l. ex placito. num. 7. C. de rer. permut. Ias. in l. more. col. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in cap. cum accessissent. num. 17. de constit. Rot. d. dec. 452. par. 1. diuer. & ita quoque respondit Seraph. Rot. Auditor 24. Nouemb. 1588 in Signat. Iustitiæ.*

21 Declara IX. vt nulliter dicatur captus ille, qui certæ alicuius personæ iurisdictioni, vel potestati ita est subiectus, vt absque eius licentia carcerari non possit ab alijs. Tunc enim sine *Exequatur*, vel subscriptione talis personæ nulliter est captus, vt in famulo Palatino absq; manu Præfecti Domus Sanctissimi: In Milite Castri Sancti Angeli, qui nec in vim mandati suspicionis fugæ potest carcerari absque manu ViceCastellani, vt fuit dictum Nonę 28. Maij 1643. *Pro Ioanne carcerato, vt suspecto absque manu ViceCastellani.*

22 Declara X. vt nulliter captus dicatur ille, qui condemnandus erat à duobus, & ab vno tantum fuit lata sententia. 1528. 12. Decemb. Sabel. *Ioannes Petrus. Attento decreto facto, & quod causa erat commissa duobus Iudicibus, & causa non fuit cognita nisi per vnũ. vigore cuius sententia est captus, relaxetur; & si vlterius dicta causa tentanda est, D. Gubernator, & Procurator Fiscalis cognoscant eam, & pars aduersa soluat expensas, & vigore prætensæ sententiæ lata non possit molestari; & non possit conueniri, nec molestari pro dicta causa nisi coram Dominis Commissarijs.*

23 Declara XI. in clerico citato per Iudicem sæcularem, & secuta contumacia capto, & carcerato iuxta *text. in cap. si Iudex laicus de sent. excom. cap. vnic. de Cler. coniug. in 6. Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de seruis, & famil. Epis. cap. 2. de for. comp.* vbi ex DD. Duo hic aduertenda sunt.

24 Primum, vt si Clericus committeret delictum extra territorium sui Ordinarij, & ibi captus esset à Iudice laico, debeat repeti à Iudice Ecclesiastico eiusdem loci ad effectum illum remittendi ad suum ordinarium. *arg. tex. cap. postulasti. & in cap. licet. cum ibi not. de for. comp. cap. Romana. §. contrahentes. de re iud. cap. 1. de priuil. in 6. Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. ag. opor. §. si vero quis prouinciarum. in Auth. vt nulli Iudicum. col. 9. qui est textus notab.*

25 Alterum est, vt sicut potest Iudex ecclesiasticus procedere contra laicos in multis casibus, præsertim, si delictum sit mixti fori, de quibus vide *Spec. de off. ordin. Old. cons. 88. latissimè Aufrer. in Tract. de potest. Eccles. super laic.* sic etiam in nonnullis

26 casibus possit Iudex laicus procedere absque incursu in excommunicationem contra Ecclesiasticos; quos casus refert *Petr. Bellug. de offic. laic. fol. 102. Bernard. Laurent. in suo Tract. casus, in quibus Iudex laicus potest manus imponere in personã Ecclesiasticam sine metu excom. inter tract. tom. 11. par. 1. num. 8. fol. 328. à tergo.* Ac etiam in aliquibus casibus eos punire, videlicet post degradationem *DD. in cap. non ab homine de iudic.* Et sine degradatione, si fuerit reus assassinij. *DD. ibidem Bellug. loc. cit. Couar. pract. quæst. q. 32.*

27 Declara XII. vt quotiescunque licita est captura Clerici, non sit male tractandus: quia tales incurrerent in excommunicationem maiorem. *cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. vt est mirabile, & not. cons. Philip. Corn. cons. vlt. vol. 4.*

28 Declara XIII. vt habentes iurisdictionem limitatã in loco, teneantur capere delinquentes, ad quos tunc eorũ iurisdictio se extendit, ad effectũ tamen illos remittendi ad Præsidem, seu ad Iudicem habentem plenam iurisdictionem. *l. nihil. & l. defensores Ciuitatum. C. de fideiuss. ciuit. l. si quid. ff. de off. procons. Auth. de defens. ciuit. §. audient. col. 3.*

CAPVT IV.

De nullitate capturæ respectu personæ carcerati.

SVMMARIVM.

1 *Qui non tenentur nisi in quantum facere possunt remissiuè.*
2 *Quinam possint renuntiare priuilegio, ne carcerentur.*
3 *Barones Romani etiã in forma Cameræ obligati.*
4 *Bustuarius, dum bustum mortuo parat.*
5 *Ciues Messanæ, & Panormitani, & quando carcerari non possint.*
6 *Cadauer associantes.*
7 *Carcerati in partibus ciuiles non transportantur ad Vrbem.*
8 *Carcerari non potest Ciuis pro debito Vniuersitatis.*
9 *Debitor, qui non est in mora.*
10 *Demens.*
11 *Per errorem captus.*
12 *Grasciam ad Vrbem portans.*
13 *Hæres beneficiatus.*
14 *Infans qui nec verbaliter citari potest.*
15 *Infirmus.*
16 *Minor.*
17 *Qui nec priuilegio potest renunciare.*
18 *Mulier honesta.*
19 *Oratores etiam Communitatum.*
20 *Ab Oratoribus priuilegiati carcerari possunt.*
21 *Forenses in Curia Principis pro negocijs publicis.*
22 *Pater pergens ad visendum filium studentem.*
23 *Peregrinus petens Romam anno Iubilai.*

24 Præ-

24 *Prælatus.*
25 *Praco dum per Vrbem praconizat.*
26 *Pupillus.*
27 *Rusticus.*
28 *Sponsus die nuptiarum.*
29 *Scholaris, quem carcerans sit infamis, & in quadruplum tenetur.*
30 *Scholaris grauiter delinquens; vel ignominiosè dimissus carcerari potest.*
31 *Senes carcerari non possunt.*
32 *Senibus debetur veneratio.*

A Iudice carcerari nulliter ex propria persona mandante, ad personam carcerati aliqua prærogatiua insignitam ne carcerari possit, de facto carceraram transgrediamur. De illis, quæ non tenentur nisi in quantum facere possunt, mentio primo loco facienda esset, nisi plenè facta fuisset supra *§.7. per totum*. Hæ namq. personæ carcerari non possunt. De cæteris tractabimus ordine Alphabetico. Quamplures enim sunt, quæ, si fortè carceribus mancipentur, tanquam nulliter capti veniunt excarcerandi.

2 Præmittendum tamen est omnes ferè personas infradicendas posse renunciare huiusmodi priuilegio, non solum expresè, sed etiam tacitè, renunciando videlicet omni legum, & iuris auxilio, prout fit ab ijs, qui se obligant in forma Cameræ, exceptis solum ijs, quibus concessum est priuilegium ne carcerentur fauore publico, vel alio respectu; non autem contemplatione solius personæ carcerati.

3 Barones Romani etiam in forma Cameræ obligati ex modestia iudicum non carcerãtur. *Salust. Tiber. in praxi A.C. lib.1. cap.41. num.4.* idem est de nobilibus Hispaniarum. *Couar. var. res. lib.2. res.1. nu.4 Castag. in tract. deduct. ne egeat. q.5. ampl.3. in fine.* Qui paulò ante dicit contrarium seruari in Regia Curia Siciliæ, secundum cuius obseruantiã dettuduntur in carceres, & ibi manent vsque ad solutionem; licet de iure carcerari non posse voluerint alij. *Duen. reg.190. Tiraq. de nobil. cap.20. nu.139. & seq. Mauz. de cauf. exec. lim.19.* Hi tamen non loquuntur de obligatis in forma Cameræ, qui omni iuris auxilio renunciant.

4 Bustuarius pariter dũ bustum mortuo parat carcerari nõ potest *l.2. in fin. ff. de in ius voc. vbi Doct.*

5 Ciues quoque in Ciuitate Messanæ ex speciali iure, postquam steterunt per quadraginta quinque dies carcerati, & constat non esse soluendo, præstita iuratoria cautione de fideliter soluendo non possunt amplius carcerari, quia de postea quæsitis non tenentur, nisi in quantum facere possunt. *Castag. ded ne egeat. q.11. num.42. qui allegat consuetudinem. in tit. qualiter debit. sint ad solut. cog. cap. 40. vers. debitor.* Simili beneficio gaudẽt ciues Panormitani, postquam per annum in carceribus detenti fuerunt. *Castag num.40. & 41.*

6 Cadauer associantes ad sepulchrum. *Bart. Ias. & alij. ff. de in ius voc. Cerdan. in opusc. Visita de la Carcel. cap.11. §.6. num.2. & 3.*

7 Carceratus pro ciuili causa in partibus non potest transportari ad carceres Vrbis, vt latè diximus supra. *in Proœm. cap.2. lim.7.*

8 Carceratus pro debito Vniuersitatis, siue pro debito Communitatis, siue pro Barone. Est autem Vniuersitas plurium hominum eiusdem iuris communione sociata multitudo, siue collectio. *Bodin. de Rep. lib.1. cap.7. nu.327. Besol. de iure vniuers. thes. 2. litt. I. Bald. in l. etiam. C. de exec. rei iud.* Et nomine Vniuersitatis veniunt ipsi homines non separatim, sed simul & collectiuè: & propterea qui nõ sunt specialiter obligati nõ possunt carcerari. Vniuersitates Artium in Vrbe iuxta formam Statutorum *lib.3. cap.2.* habent facultatem eligendi Consules qui exerceant iurisdictionem Ciuilem super rebus spectantibus ad Artem; & propterea non poterunt cognoscere causas successionis inter Artifices. *Dec. cons.40. col.2.* An autem eorum iurisdictio sit prorogabilis vide Ias. *in l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. cap.1. de off. deleg.* In Visita habita. Nonæ 16. Maij. 1632 fuit de voto Visitatorum relaxatus, tanquam malè captus, Iacobus, qui ad instantiam Leonis fuerat carceratus pro fructibus census, tanquam Officialis Vniuersitatis Calceolariorum, cum qua dictus Leo habebat censum. *l sicut. §. in fine. ff. quod cuiusq. Vniuersit. l.4. §. actorum. vbi Bart num.7. ff. de re iud. Alex. cons.44. num.5. lib.1. Gayl. de Arrest. cap.9. num.8. vers. tamen quicquid. Coller. de proc. exec. par.2. cap.3. numer.369. Rota in Ciuit. Castell. iuris pascendi. 10. Nouemb. 1628. coram Merlino. Quem refert & sequitur eadem Rota. in Anconitana Florum. coram Pirouano. num.3. quæ est decisio 276. apud Posth. de mand. de manut.* Requiritur enim auctoritas superioris. *Bertr. cons.206.* Licet autem, quod facit Vniuersitas de licentia Superioris, videatur ipse Superior facere; sicut, quod faciunt personæ de mandato Vniuersitatis, videatur Vniuersitas facere. *l. item eorum. § decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Corn. cons.237. num.20. vol.2.* nihilominus non possunt carcerari pro solutione Officiales.

Carcerari non possunt pro debito Communitatis ij, quorum obligatio nulla est; videlicet quotiescunque se obligant pro ipsorum Barone, etiamsi sint obligati in forma Cameræ vti principales, principaliter, & in solidum, vt ex Constitut. XVIII. Pij IV. *Quia non solum. §.3. in Bull. fol.22.* Et Sixti V. Constit. XLII *Inter varias. §.10. fol.415.* & Clem. VIII. Constit. X. *Pro commissa nobis. §.12. fol.6.* Hæc doctrina adeo vera est, vt procedat, etiãsi iurassent non vti remedio d. Constit. Pij IV. etiamsi vltrò, vel ad preces, seu instantiam, aut ad commodum, seu vtilitatem suorum Dominorum immediatè ipsis Dominis nominatis, seu illis non nominatis, alijs interpositis nominibus, & personis. *d. §.3. Constit. Pij IV.* Imò verò etiamsi Communitates, vt supra se obligassent pro quacunq. causa, etiam vrgentissima, vel census imposuissent absque Sedis Apostolicæ, seu Cameræ licentia, ex Six. V. cit. Constitut. XLII. §.5. Adde; Procedere etiamsi pro alio quocunque incola, seu originario: aut vicissim ipsæ Communitates vna pro altera se obligassent, vt in d. Constit. Sixt. V. §.6. Non tamen procedit in locationibus ad modicum tempus, & solutionibus non anticipatis. ex Clem. VIII. Const. X. *Pro commissa nobis. §.12.* Qui restringit d. Const. Six. V. §.5. vbi dicit nullas, irritas, & inualidas obligationes Communitatum, alias quam ratione locationis non

vltrà decennium factas; & non solù in præfatis obligationibus Communitatum, sed etiam Vassalli pro Barone suo carcerari, etiam si obligauerint se in forma Cameræ vt principales principaliter, & in solidum, quod sint relaxandi, vt est clara Constitutio XVIII. Pij IV. *Incipien. Quia non solum*. §. 3. in *Bull. fol.* 22. Et Six V. *Const. XLII. Inter varias.* §. 10. *fol.* 415.

9 Debitor, qui non fuit in mora soluendi si capiatur, est relaxandus, vt diximus sup. §. 8. iuxta Constitutiones Pij V. & Pauli V. Debitorem, qui est in mora soluendi posse quidem allegari suspectum, etiam non docto de deteriorationé; sed qui in mora non reperitur, non potest tanquam suspectus carcerari, nisi probata mutatione status, eius videlicet deterioratione, iuxta Statutum Vrbis. *cap.* 98. *lib.* 1. Verum quia mora non contrahitur nisi per lapsum diei. *l. magnam. C. de contrah. & committ. stipulat. Menoch. de arbitr. cas.* 220. *num.* 46. vel per interpellationem. *Mascar. de prob. concl.* 935. *Rot. decis.* 192. *num* 17. & 18. *par.* 5. *recent.* ideo fuit resolutú, quod Pandulphus obligatus soluere ad beneplacitum creditoris, non præcedente requisitione, & speritione beneplaciti, non diceretur in mora, nec per consequens suspectus absque deteriorationis probatione potuerit allegari, ac propterea fuit factum decretum. 1640. 10. Maij. Nonæ. *Pandulphus. Tanquam nulliter captus; Relaxetur gratis.*

10 Demens, qui satis suo furore punitur, carcerari nó potest, vt alias decreuit Visita. 1641. 7. Febr. Capit. *Antonius Sabellus carceratus. Ex quo demens; Relaxetur gratis sine præiudicio executionis realis.*

11 Per errorem captus, vt alibi diximus.

12 Grasciam ad Vrbem portans carcerari nó potest; & si carceretur venit relaxandus in vim bandimentorum particulariũ, de quibus in *Append. §.* 2. *cap.* 1. Habes quamplura Decreta supra sub proœmio Cóstitutionis, vbi fuit tractatum de captis pro ceptæ falsis; quę c. 7. videri possunt. Extat etiam huiusmodi decretum. 1566. 16. Maij. Capit. *Franciscus de Anguillaria. Attento quod portabat Grasciam ad Vrbem; Relaxetur gratis.*

13 Hæres beneficiatus, qui non tenetur vltra vires hæreditarias, carcerari non potest. *l. scimus. §. & si præfatam. C. de iur. deliber. Thesaur. decis.* 153. *nu.* 4. & 5. Et propterea capi personaliter non potest. *Bald. d. §. & si præfatam. num.* 3. *Et ibi Saly. nu.* 3. *Afflict. de exec. sent. §.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. non ex priuilegio personæ, sed ex priuilegio dato hæredi conficienti inuentarium. *d. l. scimus. C. de iur. delib. Aut. Menoch. de exec. in vestib. c.* 12. *à n.* 47. *ad* 50. *Castag. ded. ni egeat. q.* 2. *ampl.* 3. Quod ita demum procedit, si de bonis hæreditarijs bonum computum reddat creditoribus. *Bart. in l. si postulante. ad Treb. Phaunt. de inuent. par.* 5. *cap.* 1 30. *num.* 48. *Gizzar. decis.* 7. *num.* 51. *Rota decis.* 39. *num.* 9. *par.* 6. *recen.* Alias proceditur contra eum grauando bona propria, & personam eadem via executiua, quæ competebat contra defunctú. *Bald. l. fin. §. in computatione. num.* 3. *C. de iur. delib. & alij relati per Rot. d. num.* 9. Vnde inoleuit praxis citandi ad docendú de inuentario, & reddédum rationem de bonis inuentariatis; alias videndum relaxari mandatum contra bona propria & personam. *Prax. Trib. A. C. apud Salust. Tiber. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 13. sæpius in auditorio Romanæ Rotæ admissa. *d. decis.* 34. *nu.* 9. *par.* 6. *recent.*

14 Infans qui nec verbaliter citari potest. *Bart. in l. neque impuberes. de in ius voc. Afflict. dec.* 262. *numer.* 5 *Censf. de cens. par.* 3. *cap.* 1. *q* 3 *not.* 9. *num.* 14. & 15. *vers. cessante. Mauz. de caus. execut. lim.* 11. *num.* 11. Multo minus citari poterit realiter illum carcerando.

15 Infirmo grauiter conceditur locus inter eos, qui carcerari non possunt. *Auth item quo. C. de sep. viol.* Ne afflictio addatur afflicto, ioribus vulgatis: & ne carceretur is qui, si esset carceratus, veniret relaxandus, vt diximus supra §. 4 *per totum.*

16 Minor, scilicet impubes præfatis addendus est. Is enim ratione imbecillis ætatis carcerari non potest. *l. neque impuberes. de in ius vocan. Vbi Doctores. Ang in l. nemo carcerã. C. de exact. Trib. lib.* 10. *Rom. consi.* 120. *num.* 2. & *seq. Barg. de tut. num.* 317. *Brun de cess bon. q.* 3. 4. *quæst princ. num.* 1. 14. & *per totum. Mosc at. in praxi ciuil. par.* 2. *glos. intimato. nu.* 7 *Grass. de except. in prælud. nu.* 159. *vers. idem est Rip. obser.* 355. *num.* 3. *vers. minus vero. Mauz. de caus. exec. lim.* 11. *num.* 10. Ratio est, quia nullus potest carcerari nisi ex contumacia. *l. nemo carcerum. C. de exact. Trib. lib.* 10. Minor autem non potest esse contumax. *l minor etiam. ff. de minor.* Quod procedit etiam si tempore carcerationis factus esset adultus, vt fuit dictum in Visita Capitol. 27. Octob. 1639. Pro Ferdinando obligato pro liberando patre è carceribus, dum erat annorum nouem; & carcerato dum attigerat decimum septimum annum. Nam ad dijudicandum contractú, & illius subsistentiam tempus, quo initus est, inspici debet. *Bald. consi.* 410. *nu.* 2. *vers. quarto debemus. Surd. consi.* 15 *t. nu.* 71. *Grat. discept.* 45. *num.* 7. 9. & *per tot.* & *discept.* 826. *num.* 69. *Rota. dec.* 197. *n.* 23. & 24. *par.* 5. *rec.* Atque huic priuilegio tanquam

17 inducto fauore ætatis renunciari non potest. *Bald. in l.* 1. *n.* 12 *vers. item tres. C. qui bon. ced. poss. Grat. discept.* 328. *num.* 13. Mulier honesta nullatenus

18 carcerari potest, vt diximus supra §. 6. *per totum.*

19 Oratores, seu Legati vulgò dicti, Ambasciatores Principum, iure gentium receptum est, vt publica fide veniant, & redeant inuiolati, etiamsi perferant atrocia, quales erant olim Feciales, ac Patres patrati; & in medijs etiam bellis Caduceatoribus parcitur. Schulastes *in Illiad. quartum.* refert hoc prouerbium; *Orator nec percutitur, nec violatur.* Dici quoque consueuit, *Legatus est*: refert mandata sui Principis, aut agit negotium publicum; nó est fas illi vim admouere. *Manut. ad Adag. Legatus non caditur.* Sunt enim beneficiandi, ne ab officio susceptæ legationis auocentur. Gaudent autem priuilegijs, ne carcerentur, etiamsi contraxissent in eodem loco ante acceptam legationem; quia habent ius redeundi domum vna cum ipsorum seruis, & familiaribus, qui neque loco legationis, neque in itinere possunt arrestari. *l. sanctum est. de rer. diuis.* & *l.* 2. *§. legatis. de iud. cap. vlt. de for. comp. Decian. tract. crim. lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 28. & *seqq.*

Idem sentiendum est de Oratoribus communitatum, ne ipsi pariter ab officio susceptæ legationis auocentur. *l. non alias. §. fin. de iud. cap. exposuit de dilation.* Et est de stylo Visitæ, etiamsi causa sit criminalis,

minalis, quamuis aliter disponat ius commune circa delicta. *d.l.non alias.§.legati.ff.de iud.* 1570.10. Nouemb. Sabell. *Antonius, & Dominicus Oratores, & Octauianus. Relaxentur; Antonius, & Dominicus, quia Oratores, & non poterant retineri: & Octauianus retineatur*. Constat autem fuisse carceratos pro causa criminali, quia in Visita habita postea die 24. Nouemb. legitur decretum: *Octauianus pro furto retentus: Attenta infirmitate, & senectute; Relaxetur.*

20 Hæc tamen intelligenda sunt, vt non habeant locũ in priuilegiatis ab eisdem oratoribus. *Doctores in l.actor. §.fin.ff.de iure iur.* Nec in delictis atrocioribus de iure communi improbatis; ita per plurea, quos allegat, docet Dian. *Miscell.resol tract 8, resol 2. per totum.* Vel si tractaretur de actione tempore peritura. *l.2. §.sed vtrum. ff.de iud. Peccb de iur.fisc.cap.5.num.7 Cerdan.in opusculo de Visit. del Carcel. cap.11.§ 4.num.7.*

21 Ampliatur etiam ad eos, qui sunt in Curia Principis forenses pro aliquo negotio, vt non possint carcerari. *Textus est l.1. C.de nund. in fin. Bart. ad l.nullam. C.de nauicul. seu mand. lib.10.* nec capi pro debitis, nisi esset in fraudem creditorum. *l.3. ff.quæ in fraud.credit.Cerdan cit. §.4. num.8.*

22 Pater pergens ad visitandum filium studentem, pro debito, vel pro repræsalijs detineri non potest; dummodo ibi non sit contractum debitum, vel destinata solutio. *glos.sing.in l.2 §.legatis, in vers.ob aliam alias venerit. Alber.nu.7. vers.seq.ff. de iud. Rebuff.de priuil.Schol.c.77. Peccb.de iur. fisc cap.5. num 3. Mauz.de caus.exec.lim.20.nu.9. Bart.q.6. princ.num.9.de repras.* Vbi dicit de alijs non carcerandis pro repræsalijs, de quibus nos supra latè disseruimus in Proœmio.

23 Peregrinus anno Iubilæi Romam petẽs ad effectum obtinendi plenarias indulgentias. *glos.in l.2. §.legatis. vers.ob aliam causam. Et ibi Bart. nu.3. & Ang. num.6. ff.de iudic. Et communiter omnes ibi. Et firmat Abb. in cap. fin. num.46. de for.cõp. Anton.de Matth.de prorog. iurisd. & fori.num 48. inter tract.tom.3. par.1.fol.118. nu.48. vers.item vbi quis iter cum Peregrino.* Atque ita seruauit Visita, vt alibi dixi; Quod tamen non procedit, si solutio sit destinata alibi, quam in suo domicilio, & territorio. *Post Ang.idem Ant.de Matth.loco cit.vers. item procedit fol.28.col.4.* Quod videtur etiam extendendum ad venientes alio tempore ad limina Apostolorum, vt saltem ipsi, nec eorum familia detineri possint pro repræsalijs. *Bart. de repras. 6 q.princ. num. 6. 7.9.14 & 15. Tusc. litt. R. conclus 198. num.12.* Vt etiam diximus supra in Proœmio.

24 Prælatis quoque in Romana Curia, etiam in forma Cameræ obligatis, defertur honor, vt non carcerentur pro debitis. *Salust.Tib. in praxi A C. lib.1.cap.41. nu.4.* & comprobat obseruantia quotidiana; cuius vigore, nec Beneficiati Clerici Basilicarum S.Io.Baptistæ, SS. Petri, & Pauli, necnon S. Mariæ Maioris &c.

25 Præco, dum vadit per Vrbem præconizãdo, carcerari non potest. *Bart.Ias.& alij in l.2. ff.de in ius voc.* vbi dicit Bartolus liberasse in facto contingente quendam præconem.

26 Pupillus pariter carcerari non potest per ea, quæ diximus supra. *ver.minor,*

27 Rustici Agricolæ carcerari non possunt, dum culturæ agrorum vacant. *Auth.agricultores.C.quæ res.pign.oblig.poss.* Vbi dicit, quod si ausu temerario violare præsumpserit illorum securitatem in quadruplum ablata restituat. Notat Baldus, quod ex hoc textu sumpta sunt verba, *Ausu temerario*, in Bullis Apostolicis apponi solita. *Mauz. de caus. exec.lim.17. num 4.* Hinc ortum habuit inhibitio concedi solita à Consulibus Agriculturæ, & ab Appaltatoribus ||dæ. *Mauz. loco cit.* Ne personę ipsorũ sint deterioris conditionis, quã bona, & alia instrumenta rusticalia, quæ in executione capi non possunt per textum. *in l.executores. C.quæ res pig. obl. poss. Menoch. de arb.cas.37.num.2.5.6.Giurb. dec.40. num.2.& seq.*

28 Sponsus die nuptiarum carcerari non potest. *Bart.Ias.& alij. l.2. ff.de in ius voc. Cerdan. in opusc.Visita de las Carcel. cap.11.§.6. num.2.& 3.*

29 Scholares, quos carcerans nõ solum est infamis, sed in quadruplum tenetur. *Quis enim*, inquit Imperator Federicus, *eorũ non misereatur, qui amore scientiæ facti exules, ex diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilibus hominibus sæpe, quod grauiter ferendum est, corporales iniurias perferunt? Auth. habita.C.ne fil. pro pat. Vbi Doctores: Latè de his Rebuff.tom.1. ad ordinat. Reg. art.6.glos.3. nu.68. Ioannes Plat.in l.colonos.C.de agric.lib.10.* De legum quoque professoribus est textus expressus in proœm. ff. §. *Beturicensium*, quod extendunt etiam ad bona, & familiam Doctores in dictis

30 locis. Quæ tamen limitandæ sunt in crimine atroci, vel quando ignominiosè dimissi fuissent, vt in militibus. *Rebuff. de priu.schol. priu.122.* Quamuis enim sint, vt supra priuilegiati Scholares, & plærumque non adhuc adultæ ætatis; delictum tamen non debet remanere impunitum. *l.impunitas. C.de pæn. Latè Tiraq. de pæn.temp.caus.7.*

31 Senes, qui bis pueri dicuntur, præsertim si sint longæuæ ætatis, & veneranda canitie præfulgentes, & vt dicitur, vltra catalogum vixerint, videlicet septuagenarij, carcerari non possunt. *Ancar. cons.336.num.2.Carp.ad stat.Med.par.1. cap.143. num.6. Grat. discept.328 num.14.* vbi quod à carcerum Visitatoribus idem seruetur. Non tamen seruatur his temporibus, maximè quoad obligatos in forma Cameræ, sed adeundus est Sanctissimus, vt etiam alibi diximus. Sanè venerandam esse senectutem nemo est, qui nesciat. Habetur Eccles.8. *Non spernas hominem in senectute.* Et Leuit.18. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis*. Nefas grande esse dixit Valerius Maximus, si iuuenis vetulo non assurgat, cuius verba, vel, vt alij habent, vmbra, vt dixit Baldus *in cap.1. de renunt.* plus valet, quam gladius, vel eloquentia iuuenis. Addit quoque Valerius Maximus *lib.2. cap.1. paulò ante fin. fol.67.* senectuti iuuentutẽ ita cumulatum, & circumspectum honorem reddidisse tanquam maiores natu adolescẽtium patres essent. Et meritò. Antiquior enim sapientior præsumitur, quia plus sapere præsumitur, qui diutius in vita fuit. Propterquod habetur in cap. sciendum. 26.

q.3.

q. 3. & 4. ibi, *Accessit etiam dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, verum longe maior experientia, quam potest hominibus propter breuitatem vitæ prouenire.*

CAPVT V.

De nullitate capturæ culpa Cursoris, seu Mandatarij.

SVMMARIVM.

1 *Nulla est captura, si Cursor citationes non dimisit in propria domo debitoris.*
2 *Nulla est captura, si Cursor aliquem defectum commisit in Copia citationis essentialem.*

1 CVrsoris, seu Mandatarij nullitas manifesta vt plurimum contingit propter multitudinem citationum, quas exequi debet, vt puta dimittendo quandoq. citationem in domo, in qua citatus non habitat. Atque hoc benè dignoscitur in Vrbe ex lectura ipsius citationis, quæ in Actis producitur, cum relatione Cursoris, vel Mandatarij, quia à tergo ipsius citationis annotant locum, vbi eiusdem citationis copiam reliquerunt. Hoc casu dicuntur manifestè nulla mandata contra carceratos relaxata, & quorum vigore secuta est carceratio ex defectu citationis. Et carcerati tanquam nulliter capti sunt relaxandi.

2 Præterea quocumque alio modo committatur defectus substantialis in citatione, vt quia in eo non fuerint ab ipso Cursore descripta aliqua verba substantialia, vel quid simile, inducens defectum essentialem in ipsa citatione; dicitur nulliter facta, & annullanda sunt omnia inde secuta; &, si deuentum fuerit ad carcerationem, carceratus quoque erit gratis relaxandus.

CAPVT VI.

De nullitate capturæ culpa executoris.

SVMMARIVM.

1 *Nulla est captura non ducta ad præsentiam Iudicis suspecto debitore iurato.*
2 *Nulla est captura non seruata forma mandati.*
3 *Forma dat esse rei.*
4 *Nulla est captura, si vigore mandati erat prius facienda diligentia in bonis.*
5 *Arrestari non potest ciuiliter, carceratus criminaliter.*
6 *Nulla est captura ciuilis debitoris relaxati pro causa criminali, antequam lapsa sit hora.*
7 *Nulla est arrestatio debitoris nulliter carcerati.*
8 *Nulla est captura eius, qui fuit relaxatus tanquam nulliter carceratus, si capiatur ante lapsum horæ. & num. 9.*
9 *Arrestum est nullum factum post decretum Visitæ, nisi sit subscriptum à duobus Visitatoribus.*
10 *Nulla est captura facta ab executore sine mãdatõ.*
11 *Nulliter dicitur captus, qui habet* Non grauetur.
12 *Fide publica fultus decipi non debet.*
13 *Fides publica quanti sit facienda.*
14 *Fidem publicam Romani tanquam sanctam colebant.*
15 *Fides publica seruanda congruentia, ac etiam necessitas.*
16 *Securitates appellantur*, Moratoriæ, *seu* Non grauetur.
17 *Securitas est quies animi perfecta à timore remota.*
18 *Nulla est captura in spretum* Non grauetur.
19 *Nulla est arrestatio eius, qui habet* Non grauetur, *propter verba, quæ in eo apponuntur*; Nec aliquo modo molestetur.
20 *Nullum non est arrestum validè carcerati habẽtis pro arresto* Non grauetur, *si illud sit reuocatum ante expeditionem causæ, pro qua valde fuit captus.*
21 *Nulliter carceratus ob* Non grauetur, *si illud ostendet executoribus, gratis est relaxandus, alias debet soluere expensas.*
22 Non grauetur *reuocari potest ab eo, qui illud concessit.*
23 Non grauetur *si reuocetur, dandus est terminus competens ad recolligendam.*
24 Non grauetur *non suffragatur narranti falsum scienter.*
25 Non grauetur *si dicat creditor fuisse concessum ex falsa causa, debet illud in continenti probare.*
26 *Nulla non est captura debitore habente* Non grauetur *concesso pro alia causa.*
27 *Moratoria, seu saluus conductus, aut* Non grauetur *concessa ab Antecessore in officio, an sit seruanda, remittitur ipsi successori.*
28 *Nulliter carceratus dicitur, qui captus cum duobus mandatis, vno ciuili, altero criminali describitur in libro tanquam captus criminaliter, & postea arrestatur ciuiliter.*
29 *Nulliter est captus quoad causam ciuilem ductus ab executore, qui dimissis duobus mandatis in Cancellaria dixit*, Ducite eos ad secretos carceres.
30 *Disputatio veritatem elicit.*
31 *Arrestari ciuiliter non potest, qui fuit carceratus criminaliter.*
32 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
33 *Prohibitum quod non est, permissum censetur.*
34 *Actus vnicus quãdo tendit ad duo, quorum vnum nocet, alterum prodest, attenditur magis, quod prodest.* Contra num. 41.
35 *Actus duo si simul gerantur, præsumitur præcessisse, qui pro eorum validitate facit.*
36 *A Tribunali maiori citatus, non potest vocari ab inferiori.*
37 *Criminale Tribunal est maius ciuili.*
38 *Citationibus duabus eodem tempore executis præcedit habens maiorem iurisdictionem.*
39 *Beneficio collato à Papa vni, & ab Ordinario alteri præsumitur Papa præcessisse.*
40 *Dubius actus ad posteriorem causam refertur.*
41 *Actus, si concurrat duæ causæ, vna prohibitiua, quæ nocet; altera permissiua, quæ prodest; præfertur prohibitiua: & num. 46.*

42 *In*

42 *In carceratione ſimultanea criminali, & ciuili militant rationes prohibentes criminaliter carceratum arreſtari ciuiliter.*
43 *Naturalis ratio vim legis habet.*
44 *Rationem ſi habeamus, quærere legem eſt infirmitas intellectus.*
45 *Ratio eſt anima legis.*
46 *Actus refertur prohibitiua cauſa, vt ſupra nu. 41.*
47 *Pro actus validitate interpretatio facilis aliarum interpretationum eſt Regina.*
48 *Interpretatio eſt de re dubia; non autem ſi conſtat de veritate.*
49 *Præſumptio veritati cedit.*
50 *Præſumptio urgentior ac potentior præualet.*

1 EXecutoris culpa nullitatem parit executionis multipliciter. Caſus referam præcipuos, qui in Viſita contigerunt.

Primus caſus eſt, ſi executor debitorem allegatum ſuſpectum non duxerit ad præſentiam, vt diximus ſupra. §.8. Conſt. Pij V. & Pauli V. Vel ſi alias
2 quomodolibet formam mãdati non ſeruauerit: For-
3 ma eſt enim, quæ dat eſſe rei. *cap. detrahe. 1. q. 1. & cap. debitum. de baptiſ. & l. ſi is qui quadringenta. §. 1. ff. ad l. falcid. & l. ædifica. §. perfeciſſe. ff. de verb. ſignif. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibendum.* Puta ſi mandatum erat conceptum his verbis: *Au-*
4 *ferantur de Domo N. vel aliunde bona &c. quatenus reperiantur, ſin minus capiatur idem &c.* Sub hac enim forma expediuntur mandata, quæ relaxantur, quando non agitur in vim obligationis Cameralis iuxta formam præſcriptam à l. à Diuo Pio. de re iud. propterea cum alias executor fecerit executionem perſonalem, nulla facta diligentia de reperiendis bonis, vigore mandati, vt ſupra cõcepti, fuit in Viſita dictum. 1646. 15. Iunij. Capit. *Marcus. Tanquam nulliter captus relaxetur gratis.* Nam iſte Marcus docuit per fidem executionis fuiſſe captum in vim mandati Rotalis, vt ſupra concepti, nulla præcedente diligentia ſuper bonis propterea DD. Viſitatores tamquam nulliter captum decreuerunt eſſe relaxandum, culpa enim executoris interuenit, quæ reddit nullam capturam.

Secundus caſus eſt, ſicuti criminaliter carcera-
5 tus ciuiliter arreſtari non poteſt. *Bald. conſ. 90. numer. 2. verſ. & hoc verũ. lib. 5. Brun. qui conſ. Rom. refert. de ceſſ. bon. par. 4. princ. quæſt. 11. num. 33. Guazzin. defenſ. 6. cap. 1. num. 85. Maſtril. deciſ. 202.*
6 ita nec poteſt poſt relaxationem per horam carcerari excarceratus pro cauſa criminali ab executore ex Conſt. LXXI. Pauli V. vt diximus. cap. præcedenti. num. 46. *Guaz. defenſ. 5. cap. 2. num. 9. verſ. verum. Ibi. in Curia.* Eodem modo ciuiliter, ſed
7 nulliter carceratus recommendari ab alio creditore non poteſt. *Bart. q. 6. Brun. d. 4. par. princ. q. 11. num. 38. Pariſ. conſ. 101. à num. 7. lib. 3. Franc. deciſ. 415. nu. 3.* & diximus ſupra initio huius §. Nec etiam poteſt ad inſtantiam alterius creditoris capi
8 per executores, niſi poſt aliquod tempus, per quod in priſtinam libertatem ſe recipere poſſit. *Farin. q. 29. num. 11. Guazz. def. 5. cap. 2. num. 9. verſ. bene*
9 *verum eſt*; vt & nos diximus ſupra. Et ſi carceretur, nulliter dicitur ab executore carceratus; licet fortè non poſſit dici culpa executoris, niſi appareat illum ſciuiſſe, paulò ante fuiſſe excarceratum.

Ita fuit etiam firmatum in Viſita. 1643. 19. Nouẽbr. Nonæ. *Claudius. Stante reconciliatione ſecuta in plena Viſita inter ipſum, & Franciſcum querelantem, & ſine præiudicio iurium amborum partium quoad intereſſe ciuile; Relaxetur gratis, & gaudeat priuilegio vnius horæ iuxta formam decreti Viſitæ etiam non obſtante arreſto.*

10 Tertius caſus eſt, & manifeſtius nulliter operatur executor, ſi aliquem capiat abſq. mandato. Captus fuit Sanctes de nocte, & ductus ad carceres ſecretos, & die ſequenti deſcriptus in libro, *Pro mandatõ ſuſpicionis fugæ*, inde tãquam malè captus abſq. mandato relaxatus fuit in Viſita. 1622. 10. Nouemb. *Sanctes Macellarius. Tamquam malè captus relaxetur non obſtante arreſto ciuili.* * 1646. 13. Septemb. Nonæ. *Antonius. Tanquam captus abſque mandato executiuo; Relaxetur gratis, etiã quoad conducturam.* Captus fuerat pro debito in Terra Cæſani, & ductus ad Caſtrum Nouum per multa milliaria diſtans, vbi aderant alij executores habentes in manibus mandatum contra ipſum relaxatum, & propterea fuit habita captura pro nulla, &, vt ſupra, relaxatus eſt.

11 Quartus caſus eſt. Inter alias nullitates, quæ per executorem committuntur, illa præcipua eſt, & frequentior, quando executor debitorem in ſpretũ moratoriæ dilationis, &, vulgo dicitur, *Nõ grauetur*, ad carceres duxit. Tunc enim, cũ carceratio reputetur attentata, ad priſtinam libertatem reducendus eſt debitor. *Franc. deciſ. 673. in princ. & num. ſeqq. & deciſ. 674. Vermig. conſ. 212. num. 8.* & alibi oſtendimus. Non enim ſub fide publica quis decipi debet. *l. conuentionem. ff. de pact. Vermig. conſ. 212. num. 9.* ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum ſit. *Idem Vermig.*
12 *qui alios allegat conſ. 246. num. 2.* Maior enim ſpes eſſe non debet, quam in bonorum Principum ſponſione; de quibus *Pſalm. 88.* habetur: *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.* Et Cicero:
13 *lib. 3. off.* ſcripſit: *Sanctum humani pectoris bonũ, & fundamentum Iuſtitiæ, id eſt, dictorum, & cõuentorum conſtantia, & veritas.* Vnde dixit Quintilianus; *Fides ſupremum rerum humanarum vinculum eſt.* Sacra laus fidei inter hoſtes, ſacra inter Pyratas: magnæ etiam apud malos auctoritatis, ſine qua ait Silius Italicus:

„ *Nec tellus pacem, nec æquora norunt.*

Ideoq. Liuius *lib. 4.* prudenter in hac verba ſcripſit: *Non modo fidem inuiolatam tueri oportet; ſed etiam ab omni ſuſpicione remotam.* Quare non eſt
14 mirum, ſi fidem Romani tanquam ſanctam coluerint, & ſacrarium ſolemne fidei inſtituerint, in quo fœdera, & inducias iureiurando firmarẽt. *Liu. lib. 1. & 24.* Vnde vt A. Gellius *lib. 20. noct. Attic. cap. 1.* teſtatur: *Virtutum generibus exercendis, colendiſ. quæ Populus Romanus è parua origine ad tantæ amplitudinis iubar emicuit: ſed maximè ac præcipuè fidem coluit, ſanctamq. habuit tam publicè, quã priuatim.* Hac de cauſa Ariſtoteles. vt refert Bald.
15 *in l. 1. ff. de pact.* Alexandro dixit: *Obſerua fidem datam, & fœdera confirmata, aliàs ſequetur malus finis.* Rectè monet Silius Italicus. *Lib. 2. bell. Pun. ad fin.*

„ *Audite gentes, non rumpite fœdera pacis,*
„ *Nec Regnis poſt ferte fidem.*

Nulla inter mortales maior neceſſitas, quam fidei ſer-

ſeruandæ: qua ſublata, nec imperia poſſunt, nec aliquid permanere. ex *Schrodenſi. Rich. Dinoch. in ſtt. biſt.* Hinc Carolus V. vt ſcribit: Zenocar. *lib. 1. vita illius*, dicere ſolebat, *Fidem rerum promiſſarum, etſi toto mundo exulet, tamen apud Imperatorem conſiſtere oportere*. Benè nouerat ſapientiſſimus Imperator fide publica non obſeruata, non fidem Reipublicæ, ſed Rempublicā fidei defuturā.

Hæ Moratoriæ propterea appellantur Securita-
17 tes. Eſt enim ſecuritas, vt D. Thomas. 22. q. 129. *art.* 7. definit: *Quies animi perfecta, à timere remota, & quaſi fortitudo*. Hanc materiam tanquā grauiſſimam paulo diffuſius explanabimus.

18 Amplia I. vt captura ſit nulla in ſpretum moratoriæ nullæ, quæ concedi non debet. Qui enim ea ſuffultus reperitur, ſub fide publica, & Magiſtratus, decipi non debet. *Bald. conſ. 490. num. 2. verſ. item ex quo lib. 7. Menech. de arbitr. caſ.* 336. *num.* 8. 27. & 33. *Franc. deciſ.* 258. *numer.* 1. *Surd. conſ.* 281. *num.* 10. & *conſ.* 298. *nu.* 22. *Far. conſ.* 53. *num.* 16. *lib.* 1. & *q.* 29 *num.* 96. *verſ. quia opinio. Maſtril. in comment ad indultum generale. cap.* 45. *num.* 11. & 12. *Clar.* §. *fin. q.* 59. *numer.* 4. *ad med. Guaz. deſ.* 2. *cap.* 9. *num.* 6. *Vermig. conſ.* 387. *num.* 5. & *conſ.* 24. *num.* 8. Atque ità etiam obſeruatum fuit à Viſita. 1620. 24. Septemb. Sabell. *Ioannes. De voto maioris partis Viſitatorum, ex quo fuit malè captus; Relaxetur gratis, etiam quoad arreſta.* Hoc modo fuit decretum vt ſupra ad fauorem dicti Ioannis, qui obtinuerat, *Non grauetur*, etiam ſi procurator vnius ex arreſtantibus allegaret ſe non fuiſſe citatum, nec interueniſſe Congregationi, in qua fuerant facti deputati creditorum, qui conſenſerant *Non grauetur* ſubſcripto à R. P. D. Signo Iudice. Rurſus die 19. Nouemb. 1643. Nonæ. Facto verbo in Viſita de captura ſecuta in vim, *Exequatur*, Congregationis delli *Nongrauetur*, nuncupatæ in perſonam Ioannis Baptiſtæ dictum fuit, quod deberet relaxari tanquam nulliter captus de mandato Auditoris D. Camerarij; poſtquam conceſſerat inhibitionem Fidæ aduerſus dictum *Exequatur*, etiam ſi non debuiſſet concedi huiuſmodi inhibitio, ne quis nullo modo ſub fide publica decipiatur, vt pluries diximus. 1640. 31. Maij. Sabell. *Ioannes Antonius. Tanquam nulliter captus; Relaxetur gratis.* Fuerat captus de die vigore mandati executiui habentis verba: *Capiatur etiam de nocte, & diebus feſtiuis, Et hoc in vim memorialis Sanctiſſimi.* Et quia carceratus habebat inhibitionem Fidæ, excarceratus fuit tanquam nulliter captus. * 1645. 4. Maij. Sabell. *Comes Bulgarus. Ad Dominum Aduocatum pauperum iuxtà mentem, & auctoritate Viſita.* Fuerat carceratus in ſpretum inhibitionis Fabricæ. & allegabat creditor omnia priuilegia Baſilicarum, & Eccleſiarum fuiſſe per Vrbanum VIII. fel. rec. reuocata. Et cum Dominus Aduocatus Pauperū Iudex Viſitæ exquiſiſſet votum à Viſitatoribus, dixerunt nulliter fuiſſe carceratum, quia reuocatio Vrbani VIII. non comprehendit Tribunal fabricæ S. Petri. Quoniam verò creditor allegabat reuocationem inhibitionis à Iudice Fabricæ emanatam, fuit in decreto additum, *Iuxtà mentem*. Quæ mēs Viſitæ fuit, vt niſi cōſtaret de allegata reuocatione inhibitionis carceratus excarceraretur.

19 Amplia II. vt idem procedat etiam in arreſto, vt habens *Non grauetur*, non poſſit arreſtari; Arreſtatio enim eſt ſpecies executionis, quæ cenſetur prohibita propter illa verba in inhibitionibus, & *Non grauetur*, apponi ſolita: videlicet, *Non grauetur, nec aliquo modo moleſtetur*. Atque ità fuit dictum in Viſita. 1619. 24. Ianuar. Sabell. *Michael Quoad mandatum ſuſpicionis fugæ ducatorum ducentorum moneta Regni, præſtita cautione de ſtando iuri, & de ſe repræſentando ſub pœna debiti; Relaxetur, non obſtante alio mandato ſcutorū mille, & omnibus arreſtis.* Hinc enim pro aliis mandatis, *ſeruatis ſeruandis*, relaxatis habebat *Non grauetur*, non autem pro mandatis ſuſpicionis fugæ: & propterea fuit à Viſita factum decretum v. ſupra. Idem fuit dictum pro Bartholomæo Equite leuis Armaturæ carcerato ad inſtantiam Doganæ, non obſtante inhibitione, quam habebat ſui Capitanei (Dogana enim huiuſmodi priuilegia non attendit) & arreſtato ad inſtantiam alterius cum mandato Curiæ Capitolinæ. Nam cum obtinuiſſet mandatum relaxationis pro debito Doganæ, fuit decretum in Viſita. 1644. 3. Mart. Sabell. *Bartholomæus carceratus Nona. Tanquam nulliter captus relaxetur gratis, non obſtante arreſto.* Item pro Dominico fuit decretum. 1651. 16. Nouemb. Sabell. *Dominicus. Relaxetur tanquam nulliter captus, non obſtantibus arreſtis, ſtante non grauetur.* Hinc carceratus vigore mandati pro quo non habebat *Non grauetur*, & arreſtatus pro mandatis pro quibus habebat, *Non grauetur* per decē dies, & decimo die captus fuerat. Dictum enim eſt diem termini non computari præſertim in fauorabilibus.

Hæc tamē ſic accipienda ſunt vt non procedant
20 in caſu quo, quis fuerit carceratus, pro cauſa, pro qua non habet *Non grauetur*, & ſic validè; & arreſtatur poſtea cum mandato, pro quo habebat *Non grauetur*, ſi antequam obtinuerit liberationem pro primo mandato reuocetur *Non grauetur*. Tunc enim arreſtum ſuſtinetur. Et ità fuit dictum in cauſa Marci Antonij infraſcripti, quæ fuit remiſſa ad Præſidem, *Iuxta mentem*: ad effectum, vt ſi conſtaret ipſi negotium ità proceſſiſſe, illum nequaquam relaxaret tanquam nulliter captum, vel arreſtatū. 1618. 31. Maij. Capit. *Marcus Antonius. Ad Præſidem iuxta mentem, & auctoritate Viſita.*

21 Aduerte primo, carceratum oſtenſo *Non grauetur* executoribus, gratis eſſe relaxandum: Si vero in actu capturæ non oſtendat, ſed illud poſtea coram Iudice exhibeat, eſſe quidem relaxandum, ſed ſolutis expenſis capturæ (niſi pauper ſit) cum ipſe dederit cauſam carcerationi non oſtendendo *Non grauetur* Birruarijs, etiam ſi illud allegaſſet, quia ipſi credere non tenentur. *l. ſi quis inficiatus. ubi Bart ff. depoſ. l. nomen. C. quæ res. pign. obl. non poſ. Clar. in* §. *homicidiū. n.* 6. *Surd. conſ.* 425. *n.* 43.

22 Aduerte ſecundo, ex his quæ diximus non fieri, quin Iudex, qui huiuſmodi *Non grauetur* conceſſit, poſſit in futurum illud reuocare. *Menoch. de arbitr. caſ.* 337. *num.* 7. *poſt Surd. conſ.* 298. *nu.* 30. & *ſeq. Farin. q.* 29. & *num.* 33. In quo diſtinguitur
23 ab eo, qui habet Saluumconductū. Nam in huius reuocatione competens terminus ad colligendum ſarcinulas, & ſe in tutum recipiendum dandus eſt.

l. 2.

l.2.C.de exhiben.reis.Franc.dec.487.num.5.Guaz.defen.12. cap. 1.post num. 58.vers.sed in proposito circa fin. Caeterum nec si reuocandus saluus conductus, nec *Non grauetur*, nisi praeuia citatione, & intimatione reuocandus est. *Surd. cons. 298. num.30.& 31.Franc.decis.415.Far. q. 29. nu.77. Vermig.cons.146.num.7.* Et dictum fuit in Visita. 1639. 9. Iun. Sabell. *Ioannes Baptista. Tanquam nulliter captus; Relaxetur gratis.* Hic fuerat carceratus durante *Non grauetur* Auditoris Camerae, qui non citato Io. Baptista apposuerat, *Exequatur non obstante suo Non grauetur.*

Porro quintus casus suprascriptus limitandus est in euentu quo impetrans *Non grauetur*, narrauit scienter falsum iudici. Ex hoc enim in vitiũ obreptionis incidit, quod rescriptum gratiosum ipso iure nullum, & inualidum reddit. *Grau.cons. 68.num.2. Menoch.de Arb.cas.201.numer.2. Surd. cons.337.num.41.42.43.Far.q.29.num.31.* Vbi tamen *num.33.* in Vrbe contrarium seruari testatur, pro quo facit Surdus. *cons.298. num. 31. vers.non obstat.* Propterea cum die 22. Augusti. 1640. comparuisset in Visita Ioannes Angelus carceratus cum inhibitione Ripettae, & instaret relaxari tanquam nulliter captus, nihil obtinuit, quia falso se asserens mercatorem lignorum, illam obti-25nuerat. Non tamen in his casibus adhibetur fides creditori alleganti ex falsa causa concessum fuisse *Non grauetur*, nisi incontinenti det fumum falsitatis, & ità dictum fuit. 1644. 23. Iun. Capitol. *Alexander. Tanquam nulliter captus in spretum inhibitionis; Relaxetur gratis.* Captus erat non obstante inhibitione Agriculturae, & pars in Visita opponebat contra testes, qui deposuerant carceratum seminasse, & petebat terminum ad docendum allegata, qua tamen non dabat fumum praetensae falsitatis, fuit reiecta.

26 Immò verò praedictus casus quintus limitandus est ita, vt licet nulliter captus in spretum *Non grauetur*, realiter, & personaliter concessi sit relaxandus, atque etiam reuocanda executio realis facta in spretum eiusdem *Non grauetur*, quotiescumque tale *Non grauetur* est generale; secus tamen si in particulari *Non grauetur*; & captura, seu executio facta sit pro causa, pro qua nõ fuerat concessum *Non grauetur*, vt fuit dictum in Visita Capitol. 6. Septemb. 1640. Auditori Auditoris Camerae in causa Pirri, & Gregorij eius filij, & remissa causa eidem Auditori Camerę iuxtà mentem Visitae.

27 Circa d. 5. casum obserua, si contingat dubitari, an tempore capturae duret inhibitio, seu moratoria, vel quia fuerit concessa per antecessorem in officio, vel ratione alicuius operis, quod habeatur pro consommato, tunc expediendã esse causam de voto Iudicis Tribunalis, à quo emanauit inhibitio. Vnde in Visita die 17. Iun. 1649. Sabell. habita, fuit dictum: *Carolus. Tanquam nulliter captus, Excarceretur; & pro executione ad Praesidem.* Cui fuit oretenus iniunctum, vt illum mandaret excarcerari, si Praefectus Annonae affirmaret esse seruandam inhibitionem, quam obtinuerat ab eius Antecessore, à quo deputatus fuerat Commissarius pro frumentis Terracinae. Et sanè seruandam esse inhibitionem simpliciter ab Antecessore concessam sub nomine Officij, seu dignitatis est textus in cap. quoniam Abbas. de off. deleg. *Vermig.cons. 212.nu.7.*

Casus sextus, & vltimus nullitatis, quae committitur per executorem, est, quotiescumque aliquem capit cum duobus mandatis, vno criminali, 28 altero ciuili; Quando enim quis capitur ab executore habente duo mandata vnum ciuile, & aliud criminale, si executor facit describi in libro à Cancellario captum prius pro mandato criminali, & postea pro ciuili facit arrestari, dicitur nulliter arrestatus. Et propterea practici executores prius pro ciuili mandato adnotare faciunt captum, & postea exhibent mandatum criminale; cuius vigore faciunt annotare arrestum Criminale, & carceratum duci ad secretos carceres.

29 Contigit autem casus, quod executor habens duo mandata, vnum ciuile, aliud criminale contra illum, quem duxit ad carceres, dimissis in Cancellaria ambobus mandatis absente Cancellario, dixit custodibus; Ducatur hic ad secretos carceres. Quaesitum fuit, an ad sustentandam vtramque capturam in dubio, esset scribendum prius pro ciuili, & arrestandum pro criminali, vel potius praesumendum praecessisse, quod est dignius, ac potentius, videlicet executionem in vim mandati Criminalis. Re hinc indè maturè discussa Domini iuerunt in eam sententiam, vt carceratus scriberetur solum pro mandato criminali: Eoque liberato à causa criminali decreuerunt. 1643. 29 Octobris. Nonae. *Marcus Antonius. Relaxetur gratis.* Quo-30niam autem casus frequenter potest contingere, deducam, quae ex vtraque parte considerata fuerunt. Disputatio enim veritatem elicit. *l. 2. §.his legibus. ff.de orig. iur.l. cum quidem. ff. de liber. & posth.*

31 Pro validitate capturae consideratum fuit, quod quamuis criminaliter carceratus, ciuiliter arrestari non possit, tàm ex dispositione Constitut. LXXI. Pauli V. *de carc. & carcer. vers.relaxati à Carceribus*, quam ex iuris communis sanctione. *Bart. in l.2.numer.4.vers.vlterius,de custod. reor. Bald. cons.90.num.2.vers.& hoc verum.lib.5. Brun. qui cons.Rom.recitat.de cess.bon.4.par.princ.q.11. numer.33.& 35.Far.q.27.num.155. vers. captus tamen.Guazz.defen.6.cap.1. nu.85.cum seqq.* Nullibi tamen scriptum reperitur, quod duo mandata, vnum ciuile, & alterum criminale ab eodem exe-32cutore simul, & semel contra eandem personam executioni mandari nõ possint, ac per consequens, nec id nos dicere debemus. *l.si verò.§. de viro sol. matr.Surd.dec.195.num.4 Rot.decis.289. num. 71. 33 par.6.rec.* Et quod legitimè prohibitum non est, permissum censetur. *cap.quid dicam.14.q.4.Feder. de Sen cons.36.num.2.Cyriac.controu.418. nu. 9. Carol Marant.resp.41.num.19. lib. 2.* Quinimmo 34 quando vnicus actus tendit ad duo, quorum vnum agenti nocet, alterum prodest, magis attenditur, quod prodest, quam id, quod nocet: Atque ita validitas capturae, quae tàm exequenti propter lucrum mercedis, quod consequitur, quam creditori, qui suum debitorem carceratum retinet, potius quam nullitas attendi debet. *l.emancipatum. §. vlt. de Senat.Baron.in l.non intelligitur.§.si quis palam. de iure fisci. Menoch.de arbitr.lib.1.cas.80. nu.59.*

Iique

Isque qui actum gerit, modo vtiliori gerere præsumitur. *l. & magis. de solut. Bart. in l. gerit. num. 20. & 21. de acquir. har. Surd. cons. 19. num. 28. Rota. decis. 596. num. 4. par. 2. rec.* Præterea submouere 35 videtur omnem ansam dubitandi illa regula, quæ habetur: *Ex duobus actibus eodem tempore gestis præsumitur præcessisse, qui pro ipsorum validitate facit;* ideoque executio ciuilis præsumi debet præcessisse, qua vtraque captura sustinetur. *Franc. decis. 649 num. 9. Seraph. decis. 1115. num. 1. Rota. decis. 750. num. 12. par. 1. diuers.* etiamsi ordo scripturæ aliter suadeat. *Crau. cons. 52. nu. 2. vers. similiter Mantic. decis. 352. num. 11. Greg. decis. 281. num. 11.*

36 Nullitatem verò capturæ ciuilis suadere videtur contraria iuris regula, qua cauetur, quod Ci-37 *tatus à maiori Tribunali, quale est criminale. l. fin. C. de ord. cog.* non potest ab inferiori vocari. *l. contra pupillum. §. 1. Vbi Doctores omnes. de re iudic. ibique Ias. num. 12.* Præterea si vna, & ea-38 demmet hora, & momento factæ reperiantur citationes à duobus Iudicibus, adeò vt non appareat, quis prior tempore fuerit, ille dicitur præuenisse, qui maiorem iurisdictionem, & potestatem habet. *argum. l. 2. de custod. reor. Bald. in l. senatus. circa fin. ff. de accus. arg. l. 2. de Cust. reorum. & l. 2. §. fin. si quis caut.* Quam opinionem etiam alij tenent. *Ioannes Andr. & scribentes in cap. parati. il 1. de appll. & probat. text. vbi glos. in cap. si Episcopus. 18. dist. Specul. de citat. §. contra citationem vers. item quod vocati. Quos citat, & sequitur Decian. tract. crim. lib. 4 q. 21. num. 10. Far. q. 7. nu. 63. vers. & in proposito. Thom. Carneual. de fora compet. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 3. numer. 896.* Facitque elegantissime textus de præben. in 6. cap. si à Sede Apostolica. Vbi habetur, quod si à Papa vni, & 39 ab Ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat, quæ collatio fuerit prior, & neuter possideat: Is cui Sedes ipsa contulit (propter conferentis ampliorem prærogatiuam) erit alteri præferendus. Nec est dubium, quin captura debitoris citatio realis dicatur. *Far. q. 7. num. 53. Carneual. citata disp. 2. numer. 881. Grat. Vbert. de citat. cap. 7. num. 53.* Et in hac attendatur præuentio sicut in verbali citatione. *Far. loco supra proximè citato.*

40 Rursus acta dubia semper in potentiorem causam, qualis est criminalis, in qua de interesse publico agitur, refertur. *l. profectitia. §. fin. de iur. dot. Menach. præsump. 29. numer. 49. lib. 3. Peregr. cons. 46. num. 27. lib. 1. Cyriac. contr. 423. numer. 47.* Et mixtum semper ab illo simplici, quod potentius est, regulatur, ac naturam ab illo sumit. *l. generaliter. de fideiuss. Gabr. cons. 2. nu. 17. lib. 1. Grat. discept. 569 nu. 24. Far. in fragm. verb. mixtum nu. 260. cum seqq.*

41 Item quando duæ concurrunt causæ in eodem actu, altera, quæ prohibitiua est, & nocet; altera vero, quæ permissiua est, & prodest: prohibitiua, quæ nocet, præualere debet. *l. si quis graui. §. vltimo. ad Senatusc. Sylan. Surd. cons. 365. numer. 16. Grat. discept. 355. num. 19. Rota. dec. 55. par. 7. rec.*

42 Demum omnes ferè actiones, propter quas criminaliter captus ciuiliter recommendari non potest adductæ per Brun. *de cess. bon. d. q. 11. num. 33. dec. Perus. 70. & Caball. resol. 299. num. 12. & 18.* militant etiam in simultanea criminali & ciuili carceratione; quæ propterea idem ius operari debent. *l. illud. ad l. Aquil. Dec. cons. 15. & cons. 301. num. 6. & 8. Surd. cons. 301. num. 19. Rota. decis. 40. num. 18. par. 7. rec.* Hanc posteriorem sententiam veriorem putarunt Domini pro dicto Marco Antonio, cui non obstare videntur ex aduerso adducta.

Ad primum siquidem respondetur, quod licet 43 deficiant verba legis, ratio tamen naturalis concurrit, quæ vim legis habet. *l. seire oportet. §. si mater. de excus. tut. & cap. consuetudo. Vbi glos. verbo. Ratione dist. 1.* Et est Clypeus legis. *Bald. l. 1 §. 1. in 2. notab. C. de cadue. tollen.* Et natura norma legis est. *Cic. de leg.* Rationemque naturalem adducens sine lege loqui non dicitur. *Corn. cons. 256. num. 4. lib. 1. Coral. de comm. op. lib. 2. tit. 9. cas 22. num. 101. vers. hac ratio.* Legemque quæ-44 rere, vbi rationem habemus, infirmitas intellectus est. *Natt. cons. 402. num. 32. Corall. d. tit. 9. nu. 127. Buratt. cons. 430. num. 7. Surd. de alim. lib. 1. q. 28. num. 7. & 9 Cyriac. controu. 248. num. 19.* Ratio enim est anima legis. *l. quod dictum. ff. de pactis.* 45 Et strictius obseruanda est, quam ipsa lex. *Bald. in l. quicunque. C. de ser. fug. & in l. non dubium. 5. col. C. de leg. & l. si quis seruo. C. de furt.* vbi ait, quod ratio est sicut anima, & verba sicut superficies. Et *in l. non dubium. C. de leg.* dicit, quod est spiritus viuificans legem omne dictum, & factum faciens ratum, & firmum. *Et in l. nemo C. de sent. & inter. omn. iudic. Abb in cons. 1. vol. 1.*

46 Ad secundum respondetur, quod quando duo certa, & determinata concurrunt, vnū quod prodest, & alterum, quod nocet; tunc quod nocet tanquam præpotens præualet per iura allegata supra. *vers. Item quando duæ. nu. 41.*

47 Ad tertium tandem respondetur, quod licet interpretatio, quæ pro validitate actus facit, & facienti vtilior est, tanquam Regina aliarum omnium interpretationum attendatur. *Ceph. cons. 51. n. 39.* Et cæteras quascunque vincat. *Rolan. cons. 61. nu-48 mer. 27. lib. 3.* Hoc tamen procedit in dubio; secus verò in casu nostro, in quo constat, quod Marcus Antonius cum duobus mandatis, vno criminali, & altero ciuili fuit captus, & ad carceres simpliciter nulla facta declaratione ductus; & in quo per consequens de nullitate actus ex defectu ordinis, & formæ, quam executor nō seruauit, apparet. *Surd. cons. 90. num. 25. vers. & quod dicit. & 26. Rota. decis. 394. num. 5. par. 4. rec.* Certi enim iuris est, 49 quod præsumptio veritati cedit. *Nevaz. cons. 81. num. 24 Cyriac. contr. 250 num 49. Rot. decis. 86. num. 43. par. 6. rec.* Immo verò non solum veritati, 50 sed etiam alteri vrgentiori ac potentiori præsumptioni, quæ est pro grauiori causa, & potentiori, cedere debet; cum inter præsumptiones debeant dari gradus, & fortior debiliorem superet. *l. Diuus. de integr. rest. Surd. cons. 112. nu. 73. Greg. dec. 62. nu. 12. Rot. dec. 160. nu. 17. par. 7. rec.*

CAPUT VII.

De nullitate capturæ culpa Custodis.

SUMMARIUM.

1 *Nulliter carceratus est, qui non est descriptus in libro.*
2 *Actus nisi annulletur in lege, sed apponatur pœna contrafacienti; non dicitur nullus.*
3 *Nullitas non debet induci in præiudicium non delinquentis.*
4 *Nulliter carceratus dicitur non descriptus ex stylo Visita.*
5 *Nulliter est captus, qui per diem detentus non fuit scriptus in libro.*
6 *Custodes non possunt suo arbitrio carceratum dimittere.*
7 *Carcerati describendi sunt in libro statim ducti, ne grauentur expensis aliorum mandatorum superuenientium.*
8 *Carcerati describendi sunt in libro propter interesse Caritatis, cui soluitur Iulius vnus pro quolibet carcerato.*
9 *Nulliter est carceratus descriptus in libro absque summa.*
10 *Arrestatus pro summa illiquida relaxatus fuit cum obligatione.*
11 *Pro summa illiquida carceratus quis teneri non potest.*
12 *Summa illiquida antiquitus non reddebat capturam nullam.*
13 *Summæ defectus non attenditur in Partita libri, si habeat relationem ad mandatum, in quo sit summa certa.*
14 *Summæ omissio non vitiat carcerationem obligati ad factum, nisi interesse esset minus Iuliorum 84.*
15 *Summæ omissio non vitiat capturam in debito Communitatis cum mandato Congregationis Boni Regiminis.*
16 *Nulla existente carceratione, & valida captura nō gaudet excarcerandus priuilegio vnius horæ, intra quam non molestetur.*

SI quis Custodes carcerum quæreret, qui sine defectibus essent, recte illi diceremus, statuas colas gutture, vt est in prouerbio; Non enim liquescit statua. Horum malos mores supra. lib. 1. & alibi, vbi de illis tractauimus, calamo & atramento temperato, ac dentata (quod aiunt) charta prosecuti sumus. Mirandum igitur non est, si etiam illorum culpa multæ sequantur nullitates; propter quas carcerati sint à vinculis liberandi.

1 Nulliter I. ex culpa Custodis de stylo Visitæ detinetur, qui ad carceres ductus in libro statim non describitur; ex Constit. LXXI. Pauli V. *Tit. de Carcer. & carcerat.* Ibi: *Nullum recipiant, quem prius non describant in libro carceratorum, de cuius mandato, ad cuius instantiam, & pro qua summa captus, & an pro suspicione fugæ, alioquin carceratus non descriptus ad nullas victus, & carceris expensas teneatur.* Licet autem verba sint concepta negatiuè, cum tamen pœnam custodi nō
2 imponant, nec vlterius annullando actum procedant, carcerationem de iure nullam minimè reddant. *Alex. cons. 24. num. 2. vers. sed ad hoc respondeo. lib. 4. & cons. 24 lib 6. Vant. tit. Quot, & quibus modis nullit. in Iudicio propon. num. 43. vers. si verò*
3 *lex.* Rot *dec. 52. num. 2. par. 5. rec.* maximè cum nullitas capturæ non in Birruariorum, & Custodum non describentium, sed creditorum præiudicium cederet, & sic tertij, qui in nihilo deliquit. *Alex. cons. 24. lib. 6. Crau. cons. 97. num. 7. Far. in Fragm vers. lex. num. 197.* Seruatur nihilominus in
4 Visita contrarium, forte quia visum est nullitatem actus induci per illa verba prohibitiua, iuncto decreto irritante in fine posito. *Fontanell. dec. 230. num. 13. & seq.* Et quod præiudicium creditorum imputandum sit ipsis, si nō curauerunt debitorem suum describi in libro, & quia præcesserant antiqua decreta Visitatorum secundum prædictum stylū Visitæ ante Constit LXXI. Pauli V. & inter cætera infrascripta: 1578. 13. Febr. Sabell. *Nullus captus imposterum admittatur per quosuis Capitaneos, siue Custodes quorumuis carcerum, nisi descriptus prius in libro carceratorum de cuius mandato, ad cuius instantiam sit captus, & an vigore mandati suspicionis fugæ, citato, vel non citato, vel seruatis seruandis, sub pena scutorum ducentorum, & intimetur supradicto Capitaneo, seu Custodibus, prout incontinenti intimatum fuit per me Notarium &c.* " 1595. 2. Nouemb. Sabell. *Sebastianus de Interamna. Ex quo non est descriptus in libro, expediatur.* " 1595. 7. Decemb. Sabell. *Angelus de Orciano. Relaxetur gratis vbique eo quia fuit detentus per quinque dies non descriptus in libro.* Atque pro omissione D. Gubernator condemnauit Carcerum Custodem, & Birruarium, qui illum cepit ad scuta duo pro quolibet soluenda Caritati. Post Constitutionem autem LXXI. Paul. V. anno 1612. emanatam decreuerunt Visitatores vt infrà. 1623. 14. Decemb. Nonæ. *Fuit iniunctum præceptum Benedicto Cancellario Carcerum Curiæ de Sabellis sub pæna trium ictuum funis, quod in futurum statim ductos carceratos ad carceres, debeat adnotare eorum nomina, & cognomina, & Patriam in libro.* De quo decreto meminit Farinaccius. *q. 31. numer. 94.* vbi dicit esse malam practicam non describere carceratos, & fuisse prohibitum à Gubernatore Vrbis.

Vigore igitur Constit LXXI. Pauli V. & decretorum suprascriptorum describendi sunt carcerandi in libro, ac propterea non descripti, tanquam nulliter capti excarcerantur, vt supra. Quod
5 procedit etiamsi per diem vnicum seu noctem detineantur in carceribus, & in libro non scribantur, vt in decreto Visitæ, cap. præcedenti, *nu.* 10. Ibi: *Captus fuit Sanctes.*

6 Ratio huius descriptionis est, non solum ne Birruarij, & Custodes possint Carceratos absque mādato Iudicis suo arbitrio carcerare, & excarcerari facere contra textum in l. ne quis. de Custod, reorum. Boer. *decis. 215 num. 33. in fine. q. 31. nu. 91.*
7 Sed etiam quia quando Custos carcerandum describit, notat illud mandatum solum, cuius vigore

captus fuit, & pro ipsius rata, & quantitate tantum soluitur vnica captura. Si autem Cancellarius colludendo cum executoribus expectet, vt ipsi portent alia mandata, & carceratum tunc annotet in libro cum primo, & alijs superuenientibus mandatis, pro quibus solum poterat arrestari, & duos Carolenos solum iuxta taxā Custodum. *§. & per ogni arresto &c.* soluere tenebatur, grauat carceratum in expensis executione plurium mandatorum; & sic obtinet executor indirectè, quod directè sibi interdicitur. *Giurb. decis. 85. num. 26. vers. sic è conuerso.* Quibus fraudibus propterea Visitatores obuiare voluerunt. *Surd. decis. 30. num. 8.*

8 Insuper grauatur Caritas, cui pro omnibus carceratis, qui relaxantur, debetur Iulius vnus quem vocant, *Il San Leonardo*, & dum carceratus non fuit descriptus, non possunt Deputati notitiam carcerationis illius habere, dictumq. Iulium ipsis debitum exigere à Commentariensi, qui de huiusmodi emolumēto tenetur Caritati rationem reddere.

9 Nulliter II. detinetur culpa Custodis ille, cuius licet in libro sit descriptum nomen; omissa tamen fuit summa, pro qua carceratus fuit. 1610. 28. Ianuar. Capitol. *Ioannes Baptista. Ex quo in libro Carceratorum non est descripta summa, pro qua detinetur; Relaxetur gratis.*

10 Aduerte carceratum pro summa certa, & arrestatum pro summa illiquida respectu talis arresti alias fuisse relaxatum cū obligatione de se repræsentando. 1610. 1. Iul. Capit. *Ioannes Franciscus. Præstita cautione de soluendo summam expressam, pro qua detinetur, ante arrestum, & pro residuo ex quo non est summa liquida, facta obligatione per ipsum de se repræsentando arbitrio Domini; Re-*

11 *laxetur.* Et vero quod non possit quis detineri pro summa illiquida voluit Rota. *In Regien. seu Salernitana. Bonorum. 19. Iunij. 1643. coram Carillo. in*

12 *pnc. In Append. §. 4. cap. 7.* Antiquitus tamen non fuit habita pro clara hæc summæ illiquidæ nullitas, vt carceratus statim esset dimittendus. 1530. 10. Nouemb. Sabell. *Montiù Petrus Gallus. Nisi infra quatuor dies liquidauerint creditores prætensum creditum coram D. Gubernatore, Relaxetur, & restituantur ei pecunia, & pignora.*

13 Porrò non procedit hæc nullitas, de qua agimus, si in partita libri habeatur relatio ad mandatum, in quo summa certa fuerit descripta. Relatum enim dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus. *l. asse toto. ff. de hered. instit.*

14 Immò neque in carcerato obligato ad factum. Quo casu non est opus expressione summæ in mandato. *Cyriac. controu. 222. numer. 5. Rolan. penes Zacch. oblig. Cam. dec. 44. num. 3.* & nos quoque diximus supra *§. 8.* Ita fuit in Visita habita in carceribus Turris Nonæ. 10. Maij. 1640. firmatum in causa Francisci carcerati, cui fuit denegata excarceratio, licet non expressa summa, quia erat obligatus ad factum. Alio quoque casu non est opus expressione summæ, si obligatus ad factum teneatur ad interesse minoris summæ septem aureorum, pro qua, vt dicemus paulò infra, nemo potest carcerari. Ratio huius rei est quia est diuersa ratio in debitoribus dandi, quam in debitoribus faciendi, vt in fortioribus terminis tenet *Glossa. In Auth. minoris debitor. C. qui dar. tut. & cur. poss. Alex. consil. 102. num. 1. & seqq.* Sed procedit dicta nullitas

15 in debito Communitatis. Vnde 1642. die 27. Nouemb. Capitol. cum Andreas carceratus esset pro debito Communitatis Veliternæ de mandato Secretarij Congregationis Boni Regiminis absque summa, instaretq. pro excarceratione, fuit oretenus remissus ad eandem Congregationem.

16 Porrò hoc generaliter aduertendum est, vt quotiescumque valida est captura, nulla autem carceratio, non videatur locus priuilegio, vt relaxatus per horā capi nō possit, quo gaudet nulliter captus à Birruarijs, quia iste fuit ab illis priuatus libertate, qua non potest dici priuatus ille, qui fuit validè captus, & nulliter carceratus. Consulat itaque sibi quisquis inciderit in hanc foueam, vel exeundo è carceribus nocte, vel in die festiuo, seu aliter, prout suggeret cuique naturale libertatis desiderium.

CAPVT VIII.

De nullitate capturæ ratione summæ.

SVMMARIVM.

1 *Nulliter detinetur captus pro minori summa aureorum septem.*
2 *Sūma quacumq. alias sufficiebat pro carceratione.*
3 *Summa, pro quibus ante Constit. Pij V. poterat quis carcerari.*
4 *Carcer inducit in quasi seruitutem.*
5 *Libertas nullo pretio est æstimabilis.*
6 *Expensa in carcerationibus non debent esse maiores credito.*
7 *Fuga debitoris in modica summa non est timenda.*
8 *Summam aureorum septem ad rationem Iuliorū duodecim debet excedere debitum, vt valida sit captura.*
9 *Valor auri pro validitate carcerationis debet de carcerationis tempore attendi.*
10 *Aestimatio valoris quando demonstrationis, & quando taxationis gratia dicatur facta.*
11 *Valor auri ad rationem Iuliorum duodecim est taxationis, non demonstrationis gratia appositus.*
12 *Nulliter dicitur carceratus quis, si summa non excedat Iulios octuagintaquatuor etiam ex obseruantia subsecuta.*
13 *Nulliter dicitur carceratus quis pro Iulijs octuagintaquatuor, & expensis.*
14 *Summa non cumulantur ad reddendam validam capturam.*
15 *Summæ defectu excarcerari à Visita passim.*
16 *Summa debita pro eadem causa coacervantur ad ad validitatem capturæ.*
17 *Pro summa minori aureorum septem validè carceratur, qui habuit dilationem à Visita.*
18 *Priuilegium non prodest ei, qui illo abutitur.*
19 *Tempore præstituto non soluens dicitur calumniari.*
20 *Pro summa minori aureorum septem non potest carcerari fideiussor debitoris, qui habuit dilationem à Visita.*
21 *Pro summa minori aureorum septem poterat carcerari debitor, qui habuit à Visita dilationem antequam, qui faciebant illum renunciare priuilegio prædicto.*

22 Re-

22 *Renunciatio, quod quis possit carcerari pro debito, valet.*
23 *Nulla est captura pro maiori summa etiam in modico, quam quæ debetur.*
24 *Solutum indebitè in sortem computari debet.*
25 *Nulliter capitur quisquis cum duobus mandatis, vno valido, altero inualido, quia pro maiori summa.*
26 *Officiali in concernentibus officium suum est credendum.*
27 *Actus carcerationis recipit perfectionem à descriptione in libro.*
28 *Contractus perfectio à conclusione dependet.*
29 *Testamenti perfectio pendet ab vltima syllaba.*
30 *Nulla est captura, si doceat soluisse partem debiti carceratus pro tota summa cōtenta in mandato, etiamsi creditor à tergo mandati posuisset solam summam debitam.*
31 *Nulla est captura etiam in Tribunali A.C. etiam si in eo sustineatur executio realis pro summa debita.*
32 *Nulliter capto pro maiori summa prouidetur etiam quoad expensas.*
33 *Nulliter captus dicitur etiam captus pro summa illiquida remissiuè.*

1 Conclusio I. qui pro summa minore Aureorum septem in carceres detruditur, relaxandus est tanquam nulliter captus ex Constitutione C. Pij V. in Bull. fol. 304. §. 3. Ibi: *Insuper iubemus, ne infra septem aureos carcerari quis possit pro debito, præterquam, cum debitum habet annexam criminalem causam.* Idem disposuit Paul V. Const. LXXI. *Tit. de Iud. in caus. ciuil.* iisdem verbis addito solū valore aurei, vt intelligatur esse ad rationem Iuliorum duodecim. Opus erat huiusmodi prouisione, quia inconueniens videbatur, vt
2 paulò infra dicturi sumus, posse quēcumq; pro quacumque summa carcerari, vt antiquitus fiebat; & postea pro valde modica. 1529. 29 April. Sabell. *Franciscus. Attenta exiguitate debiti non ascendentis ad duos ducatos, factâ obligatione per eum de soluendo per totum mensem May; Relaxetur; qui*
3 *se obligauit &c.* Fuit postea factum decretum in Visita. 1532. 24. Febr. Capitol. *Domini Visitatores decreuerunt pro debito à decem Iulys infra seruari Statutum, & non carcerari aliquem nisi prius adducatur ad præsentiam D. Senatoris.* Deinde in Cōstitutione Pauli III. de qua supra. *lib. 2.* fuit dictum §. 3. *Et in causis ciuilibus non excedentibus summam quinque ducatorū, nemo carceribus mācipetur.* Valor autem Ducati est Iuliorum septem, cum dimidio, & propterea approbata fuit tunc à Visita carceratio pro scutis quinque cum dimidio. 1565. 14. Iunij. Sabell. *Petrus Antonius Macellarius carceratus in Turre Nona. Quatenus sit detentus vigore mādati suspicionis fugæ, & pro summa scutorum quinque cum dimidio, data cautione de se repræsentando toties, quoties; Relaxetur, & ad D. Auditorem Cameræ.* Ratio autem cur non fuerit permissum pro quacumq. summa carcerari, est, quia lex abhorret ab hoc quod liber homo pro paruo debito in quasi seruitutem inducatur, in quam inducit carcer. *l. 1. & 2. de lib. hom. exhib.* cum libertas nullo pretio sit æstimabilis. *l. libertas.*

6 *Vbi Dec. & Cagn. de reg. iur.* Et plus expendi in huiusmodi carcerationibus, quam futurum sit emolumentum creditoris. *Luc. de Pen. & Bart. in l. mediterranea. C. de ann. & trib. lib. 10.* Et quia pro
7 modico non est periculum, quod debitor fugam arripiat. *Rom. cons. 320. num. 3. vers. vltimo necessarium est. Menoch de arb. cas. 87. num. 21.*

Superuenit postmodum præcitata Constitutio Pij V. reducens summam, pro qua quis possit carcerari, ad septem aureos; & propterea emanauit decretum. 1574. 14. Ian. Capit. *Antonius. Quatenus non sit captus pro summa maiori scutorum septem; Relaxetur gratis, attento quod fuit nulliter captus.*
8 Demum Constitutio LXXI. Pauli V. de qua supra, firmauit nō posse quemquam carcerari pro debito summam septem aureorum ad rationem Iuliorum duodecim pro quolibet aureo non excedente, vt dixi supra.

Quæri hic posset, an attendendus sit valor aurei pro tempore Cōstitutionis Pij V. quæ promulgata fuit anno 1570. vel pro tempore Constitutionis LXXI. Pauli V. editæ anno 1612. seu tandem pro temp re carcerationis. Videtur dicendum,
9 cum sit nominata certa species, nempe *Nummus aureus*, ille in eodem numero, & currenti valore considerari debeat pro tempore carcerationis. *Osasc. decis. 174. num. 5. Surd. cons. 242.* Ita sensit etiam Visita. 1598. 9. April. Nonæ. *Petrus. Quatenus per totum eras non liquidetur creditum certum, vltra summam scutorum septem auri in auro;*
10 *Relaxetur gratis.* Si vero allegetur Constitutio prædicta LXXI. Pauli V. reducens nummum aureum ad Iulios duodecim, dicendum videtur, si anno 1612. quo emanauit dicta Constitutio, tantumdem aureus nummus non valuerit, valere argumentum: Si verò tantumdem aureus nummus valuerit, tunc æstimationem non taxationis, sed demonstrationis gratia factam censeri. *Surd. cons. 368 Grat. discept 417. num. 7. 12. & per tot. Rot. de-*
11 *cis. 218. post Cinc. de censib.* Cum itaque certum sit tempore dictæ Constitutionis aureum nummum fuisse re vera maioris valoris, quam Iuliorum duodecim, certum quoq. manet æstimationem taxationis gratia fuisse appositam; Et per consequens captum pro summa Iuliorū octuaginta quatuor, quæ est æstimatio septem aureorum; esse relaxandum tanquam nulliter carceratum. Debet enim debitum excedere dictam summā aureorum septem.
12 Quidquid autem de hoc sit, obseruantia subsecuta sustulit omne dubium, cum ad dignoscendam (post dictam Constitutionem Pauli V.) nullitatem, consideretur solum, an carceratus sit captus pro summa non excedente Iulios octuaginta quatuor nec ne, stante dicta valutatione aurei ad rationem Iuliorum duodecim pro quolibet.
13 Quæ dicimus de hac nullitate, procedunt etiam si mandatum relaxatum sit pro Iulijs octuaginta quatuor, & expensis. Non enim fit cumulatio summarum, aut debitorum ad effectum carcerandi.
14 Sunt verba eiusdem LXXI. Cōstitutionis Pauli V. in Tit. *de Iud. ciuil.* quæ habent fomentum iuris. *in l. si idem cum eodem. de iurisd. Sol. in Constitut Pedemont. de modo, & forma suppl. à sent. senat. glos. 2. num. 61. in fine. Pereg. optime di-*

 stinguens.

flinguens. de iure fiscl. lib.4. tit. 8. num.31. Quæ ramen intelligenda sunt in casu quo plures summę, 15 pro eodem facto, & eadem causa non debeantur; alias simul ad omnes effectus coaceruantur. *l. si qui separatim. §.1. de appell. Capol. cons. crim.14. numer.21. cum seq. Peregr. de iure fisci. lib.4. tit.8. num.31. vers. tertia conclusio.* Circa vero æstimationem septem aureorum remansit sublata omnis difficultas, etiam ante Constitutionem Pauli V. ex decreto Visitæ, quo firmatur summa Iuliorũ octuaginta quatuor pro valore septem aureorum, & quod expensæ non cumulentur. *Infra in Append.* 16 *§.3. cap.14.* Porrò sæpè sæpius decretum fuit à Visita, vt excarcerarentur capti pro minori summa, quam carcerari possent. Vnum tantum subijcimus hic. 1603. 4. Decemb. Sabell. *Petrus. Relaxetur gratis tanquam captus pro minori summa, quam capi possit.* * 1646. 30. Aug. Capit. *Dominicus. Relaxetur gratis attenta modica summa scutorum quatuor.* Fuit hic carceratus, quia non deposuerat scuta quatuor, deponenda ab ijs, qui habito à Signatura contrario Rescripto, petierunt, & obtinuerunt facto deposito scutorum quatuor, iterum audiri. Fuit enim dictum summam esse soluendam non pro pœna, sed parti pro expensis, & propterea esse interesse merè ciuile.

Hæc conclusio limitanda est, vt non procedat, quando debitor habuit à Visita dilationem de soluendo pluribus paghis summam debitam. Tunc enim pro qualibet summa carcerati potest, vt in decreto facto à Visita in carceribus Capitol. die 7. Mart. 1613. quod non fuit tunc adnotatum in Libro decretorum Visitæ Notarij Gubernatoris, sed positum postea inferiùs die 9. Maij sequen. In Visitatione habita in Turre Nonæ; in fine vt infra. *Domini Carcerum Visitatores adhuc existentes in actu Visita in Curia Capitolina congregati ad obuiãdũ fraudibus debitorũ aduersus creditores, decreuerunt, quòd à quibuscumque carceribus Vrbis relaxati cum decreto, & obligatione de soluendo certam summam quolibet mense, anno, trimestri, vel semestri, aut alias quomodolibet pluribus, & diuersis solutionibus vsque ad integram suorum creditorum satisfactionem, possint iterum pro residuo etiam modica summa (dummodo scutum excedat) capi, & carcerari, non obstante in hoc Constitutione aliqua, siue Motu proprio, quibus tale decretum, vel dilationem acceptãtes spontè renunciasse censeantur; & ita eis, & non aliter data intelligatur.* Quod decretum fuit successiuè in cæteris carceribus publicatum in actu Visitæ. Moti 18 fuerunt Visitatores, ea ratione, quod priuilegium ei non prodest, qui illo abutitur. *l. nulliq. C. de iud. Menoch. de arbitr. cas.357. num.15. Surd. decis. 307. num.9. & 10.* Et quia præstituto tempore non 19 soluens calumniari dicitur. *arg. l. si quis cum aliter. de verb. oblig. Sol. de exeq. caus. pers. glos.3. numer.8. Facit. Surd. cons.68. post. num.11. vers. in proposito. & dixi etiam supra.*

20 Imò prædicta conclusio limitanda etiam est vt non procedat in fideiussore carcerati; qui ante concessam dilationem fideiusserat pro tota summa. Non enim carcerari potest pro summa non excedente dictos septem aureos, nisi ipse quoque fuisset carceratus, & dilationem obtinuisset. Ita fuit dictum in Visita 17. Maij. 1618. Nonæ. pro Paulo Dominici.

21 Ante præfatum decretum *Visitæ* solebant Visitatores concedere dilationem cum conditione, vt debitor renunciare teneretur beneficio, vt pro summa aureorum septem carcerari nõ posset. 1577. 27. Iun. Sabell. *Alexander calceolarius. Purget morã, & renunciet beneficio, quod possit carcerari etiam pro summa scutorum septem, & relaxetur gratis.* Quæ quidem renunciatio, & pactum quod 22 quis pro ciuili debito carcerari possit, valet. *Guid. pap. dec.61. num.1.*

23 Conclusio II. si quis capiatur pro maiori summa, quam debeat, nulliter captus est. Frequens carceratio pro summa maiore debito, quod inducit nullitatem capturæ. *Bart. in l. si non sortem. §. si centum. de condit. indeb.* Ratione indiuiduitatis, per quam vtile per inutile vitiatur. *Paris. cons.1. num.36. lib.2. Surd. cons.217. num.17. & decis.74. num.8.* etiam si excessus in modico. *Giurb. decis.89. num.3. Greg. dec.198. nu.1. & 3. Vermig. qui loquitur in carcerato pro excessiua pœna pecuniaria. cons.178. Rot. post Zacchiam. de oblig. Cam. dec.103. num.2. Ludouis. decis.480. num.5. & decis. 359. nu.8. par.1. recent.* Et captus pristinæ libertati debet restitui in primis, & ante omnia, etiam non obstantibus arrestis. *Rota. diuers. par.2. decis. 151. num.2. & 3.* Atque ita decretum fuit aliàs à Visita. 1536. 4. Nouemb. Sabell. *Andreas de Frascato. Liberetur, & soluat Lanciottus principalis capturam, eo quia fuit captus pro summa sexaginta ducatorum, cum nõ esset debitor nisi in viginti, vel infra: Illud plus quod fuit coactus soluere pro executione, quam verè tenebatur, computetur in summa principali per eum debita.* * 1633. 28. Iul. Nonæ. *Nicolaus. Ex quo fuit captus vltra summam debitam; Relaxetur, & expensa facta per carceratum computetur in sortem principalem aduer-* 24 *sario.* Quod iuri satis consonum est, vt indebitè solutum, in sortem computari debeat. *Rot. post Cenc. de cens. dec.12. num 2. & dec.99. par.2. rec.*

25 Hinc sequitur, quod conclusio habeat locum etiam in capto cum duobus mandatis simul vno valido, & altero excessiuo. 1639. 15. Decemb. Sabell. *Marcus. Tanquam nulliter captus; Relaxetur gratis.* Captus fuerat Marcus cum duobus mandatis, vno valido scutorum quadraginta, altero excessiuo scutorum ducentorum. Ideoque dictum fuit relaxandum esse tanquam nulliter captum, quia cum debitum proueniret ex pensione beneficiali, pro qua mandata fuerant relaxata, dici non poterat carceratus prius pro vno, quam pro alio mandato.

Nec visum fuit obstare, quod executor, qui illum duxerat vesperi, testaretur se post factam capturam pro scutis quadraginta, habuisse aliud mandatum ducentorum. Nam manè solum legebatur descriptus in libro cum ambobus mandatis, quod 26 etiam attestabatur Cancellarius, cui in hoc est credendum. *l.2. C. de conuen. fis. deb. lib.10. Menoch. de arb. cas.91. num.11. & seq. Ostasc. decis.72. nu.11. Surd. cons.151. num.85. Far. q.137. num.11. Greg. decis.372. num.3. Rot. dec.13. nu.2. & 3. par.6. rec.*

27 Actus enim carcerationis perfectionem recepit, postquam captus fuit in carcere reclusus, & in libro

bro descriptus, adeoq. ab vltimo puncto, sicut & contractus perfectio à conclusione dependet. *l. si voluntate. Vbi Bald. C. de rescind. vend. Surd. cons. 551. post. nu 11. vers. & vis.* Sicut & perfectio testamenti ab vltima syllaba, & ab vltimis verbis. Idem *cons. 217. num. 11.* Et nihil dicitur factum, quamdiu aliquid agendū restat. *l. pen. in fine. C. de his qui-bus. vt indign. Gonz. ad reg. 8 Canc. glos. 63. nu. 31. Surd. cons. 217. num. 12. Rot. decis. 756. nu. 6. & seq. par. 1. diuers.*

30 Addo relaxandum esse tāquam nulliter captum pro maiori summa; qui non debebat totam summā contentam in mandato executiuo, quia ad bonum computum partem debiti soluerat; & fuit nihilominus ab executore captus, & pro tota summa in mandato contenta descriptus in Libro. Quod procedit etiamsi creditor à tergo mandati apposuisset summam veram, pro qua erat carcerandus, vt fuit dictum in Visita habita. Sabell. 31. Octob. 1641. pro Gregorio. Et firmauit Rot. *In Senogallien. societatis. num. 18. & 19. infra. in Append. §. 4. cap. 15.*

31 Declara I. vt licet de stylo Tribunalis Auditoris Cameræ executio realis excessiua sustineatur pro summa debita, quia est diuidua; secus tamen sit in personali. Persona enim est indiuidua. *Rot. in d. Senogallien. societatis.* & supra etiam diximus.

32 Declara II. vt capto pro maiori summa vltra excarcerationem sit prouidendum respectu expensarum, quæ computandæ sunt in sortem, vt supra diximus.

33 Declara III. Conclusionem etiam procedere, si quis capiatur, vel arrestetur pro summa illiquida; vt dictum est supra. *tit. de nullit. culpa Custodis.*

CAPVT IX.

De nullitate capturæ respectu loci sacri.

SVMMARIVM.

1 *Loca Sacra etiam antiquitus reddebant tutos ad ea confugientes.*
2 *Loca Sacra etiam confugientes seruos reddebant tutos.*
3 L. 2. de in ius voc. *in vers.* Semouere, *corrigenda, & legendum,* Semoueri.
4 *Immunitatis Ecclesiarum violatores puniti.*
5 *Contra immunitatem in se auctor legis casum est expertus.*
6 *Immunitatem Templi reuerentur milites contra Stiliconem.*
7 *Immunitas Ecclesiæ exemplo Gentilium magnifacienda.*
8 *Immunitas Ecclesiæ pluris æstimanda, quam Principum Palatia.*
9 *Immunitati, & Ecclesijs reuerentia Theodosij Minoris.*
10 *Contra immunitatem Ecclesiæ delinquentes imitentur Bonifacium Africæ ducem.*
11 *In Locis Sacris nemo capi potest, nec ciuiliter, nec criminaliter.*
12 *In Locis Sacris captus cum bonis, est restituendus cum eisdem bonis.*
13 *Loca Sacra tutum reddunt ab excutione etiam debitorem fugitiuum publice obligatum, vel cum damno Respub. decoctum.*
14 *Loca Sacra reddunt tutum etiam euadentem è manibus executorum.*
15 *Loca Sacra reddunt tutum eum, qui ductus ad Ecclesiam cum vinculis, si illis ruptis liber ad eandem Ecclesiam euasit.*
16 *Loca Sacra non reddūt tutos grassatores, & alios in Constit. Gregorij XIV. nominatos.*
17 *Loca Sacra non suffragantur ducto ad carceres per illa transeunti, & ibi permanenti.*
18 *Locorum Sacrorum immunitatem violare quam graue sit probatur exemplo.*
19 *In loco Sacro quandoq. citatio verbalis fieri potest, non autem realis.*

Mirandum est quantum antiqui quæcunque sacra venerati fuerint. Dixit Manutius explicans illud Adagium, *A gallo candido abstineas: Albo gallo ne manū admoueas;* Eo quod mensi sacer sit, & horarum nuncius. Item super aliud Adagium, *A piscibus abstineto,* dicit Pythagoram iussisse abstineri ab vrtica marina (sic appellatur species piscis) eo quod Hecatæ sacer esset. Quid igitur mirum, si apud eosdem Gentiles ij, qui ad fana, & ad 1 aras confugiebant, in ijs sic essent tuti, vt inde euocari, vel extrahi ad Prætorem inuiti nequaquam potuerint. Idq. à Cicerone, Plauto, alijsq. auctoribus traditum est. Cicero. *In Orat. pro Domo sua* sic habet: *Hic aræ sunt, hic foci, hic Dij penates, hic sacra religionis ceremoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt inde abripi neminem fas sit.* Plautus. *in Rudente. Act. 3. Scen. 2.*

,, *Ferte suppetias, qui Veneri, Veneriæq antistitæ*
,, *More antiquo in tutelam suum commiserit caput.*

Aelius etiam Lampridius. *In vita Heliogabali.* sic de eo scribit: *Hic fertur occiso Macrini factione patre, vt dicebatur, Antonino, in templum Dei Heliogabali confugisse, velut in asylum, ne interficeretur à Macrino, qui sæuissimè cum filio luxurioso, & crudeli exercuit imperium.* Sidonius Apollinaris. *Epist. lib. 1.* dicit: *Implet quotidie syluas fugientibus: Villas hostibus; Altaria reis; carceres Cle-* 2 *ricis.* Quæ moris antiqui, religionisque prærogatiua non solum liberis hominibus, sed etiam seruis cōpetebat, vt Plautus in eadem Comędia testatur:

,, Lab. *Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara*
,, *abducere?*
,, De. *Est lex apud nos.* Eoque spectat, quod idem Plautus in *Mostell. Act. 5. scen. 1.* scribit:
Teue. *Immo primum volo.*
,, *Quæstioni accipere seruos.* TR. *faciendum edepol*
,, *censeo.*
,, *Interim ego hanc aram occupabo.* Teu. *Quid ita?*
,, TR. *nullam rem sapis.*
,, *Ne enim illi huc confugere possint, quæstioni quos*
,, *dabit.*

Alia quamplura de hac materia habētur apud Couarruuiam. *Var. resol. lib. 2. cap. 20.* Ideo qui ad huiusmodi loca cōfugiunt, quorum Religio, quo impedit minus quia inde semoueatur inuitus, ij inde vocari, trahi, aut rapi in ius non possunt. Atque hoc est

3 quod dixit Vlpianus *in l.2. de in ius vocan.* Ibi: *Qui propter loci religionem inde semouere non possunt.* Quem locum corruptum existimat Reuardus *lib.1. variar.* & sic restituendum putat, vt pro *semouere*, legatur *semoueri*, quasi dixerit Vulpianus, Eos, qui ad aras Deorum, aut alium locum aliquem cuius religio impedit, quominus quis inde inuitus remoueatur, confugiunt, vocari in ius, trahi, aut rapi inde non posse. Idq. tanti fecerunt ipsimet Gentiles, vt incommodis, & calamitatibus affectos fuisse existimauerint, qui perfugiorum iura violassent.

4 Testis fit Iustinus. *Histor. lib.18.* vbi habet hæc verba: *Laodamia autem, cum in aram Dianæ confugisset, concursu Populi interficitur. Quod facinus Dij immortales assiduis cladibus gentis, & interitu totius populi vindicarunt.* Pausanias quoque miserias & incommoda, in quæ incidit Sylla, non in aliam causam refert, quam, quod Aristonem, qui in templum Mineruæ confugerat, vi extractum interfici iussit. Referunt etiam alij. *Sig. lib.10. de Imp. Occid. Sozo. lib.8. cap.7. Chrisost. hom.5.* de

5 Eutropio intimo familiari Arcadij Imp. (qui auctor fuit ferendæ legis, qua iubebantur fugientes ad Ecclesiam violenter extrahi) postea scelerum conuicto, ne pœnas daret ad Ecclesiam confugisse. Sed frustra. Nam extractus è templo in se primus legem expertus est, cuius conscribendæ auctor fuerat; eoq. cæso, eadem simul lex abrogata est. Venerabilius se gesserunt milites cum Stilicone, vt legitur apud eundem Sigonium citatum *lib.10. de Occid. Imper. & Oros. lib.7. cap.38.* Hic Honorij Imperatoris socer, militũ magister, & Imperij administrator, Mediolani cũ esset, iussit Cresconium ex templo frustra renitente ac reluctante Ambrosio vi abripi: postea vti perduellis, & Imperij proditor, ac læsæ Maiestatis damnatus, cum Rauennam se contulisset, in Ecclesiam tanquam spem vnicam,

6 fugiens se recepit; sed, qui ab Imperatore submissi ad eum comprehendendum fuerant, templi maiestatem veriti nulla facta violentia, blandis verbis, simulataq. promissione eductum capite truncarunt. Ex quibus apparet, quantum venerationis Gentiles suis inanibus Dijs exhiberent solo lumine naturalis rationis collustrati.

7 Conandum propterea ijs, qui iustitiam ciuilem, tuentur ne priuilegia & Ecclesiarum immunitates violentur, & qui confugiunt ad sacras ædes, tutè id faciant. Nam cum Principes suarum regia-

8 rum ædium ac Palatiorum prærogatiuas tanti æstiment, vt seuerè in violatores animaduertant, tanto maiorem diuinis ædibus reuerentiam præstare debent, quanto prophanis domibus ædes sacræ præstant. Quod si priuilegia, quæ priuatis hominibus dederunt Reges, oportet inuiolata seruari, quanto potiori iure integra custodiri debent ea, quæ Dei templis à Summis Pontificibus, sacris canonibus, ac etiam Imperatorum Constitutionibus concessa sunt? Discant templorum reuerentiam

9 omnes à Theodosio Minore, quem Concilium Ephesinum. *tom.5. cap.21. Baron. tom 5. ann.398. & 431.* ita loquentẽ inducit *Nos qui legitime Imperij armis nunquam non circumdamur, quosque sine armatis stipatoribus esse non conuenit, Dei templum ingressuri foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema regiæ maiestatis insigne humiliter deponimus, & sacra altaria munerum sanctè offerendorum causa accedimus; quibus quoq. oblatis ad extimum commuaeq. atrium mox nos recipimus, nec quicquam ex propinqua diuinitate nobis arrogamus.* Siqui vero circa hæc deliquerint,

10 habent quem imitẽtur, Bonifacium videlicet Comitem & Africæ Ducem, D. Augustino amicissimum; qui cum ira & furore percitus sceleratum quemdam ex templo vlturus extraxisset; propter quod Augustinus, nulla habita amicitiæ ratione, illi sacra interdixit, agnitum errorem confessus veniam animo submisso petiuit, eoq. quem abstraxerat, Ecclesiæ restituto, culpam lacrymis, & pœnitentia expiauit; scripsitq. litteras Augustino. *Epist. eiusdem Augustini.6. & 7. in Append. Baron. to.5. ann.422.* In quibus hæc inter cætera leguntur: *Agnosco culpam, indigna mea lacryma iungantur tuis fletibus iustis, quo possit hac nota nigra inscripta titione deleri; Ecclesia in qua reitus mihi non denegetur, illic spero veniam, vbi admisi culpam.*

11 Meritò itaque constitui potest conclusio: In Ecclesijs, Monasterijs, Oratorijs, Sacris domibus ritè constructis, cæmeterijs, domibus pijs, locis vnitis nec ciuiliter, nec criminaliter capi posse regulariter loquendo. *d.l.2. ff. de in ius voc. l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. confug. & cap. inter alia de Immun. Eccles. Dec. tan. tract. crim. lib.6. cap.24. num.23. Far. q.28. nu.1. & seq. & de immunit. Eccles. cap.17. num.24. & num.251.* alios refert & sequitur Bonaccin. *de legibus circa primum Decalogi præceptum disp.3. q.7. punc.3. & de excomm. Bull. Cœnæ Domini. disp.2. q.3. punct.16. §.4. prop. nu.1. & seq. Ciarl. contro. 126. num.4. cum seq.* Etiamsi Ecclesia non sit consecrata. *cap. Ecclesia. de immunit. Eccles.* Etiamsi debitor sit fugitiuus. *Abb. ad cap. inter alia. de immun. Eccles. Oldr. cons.154 Rip. cap.1. de iud. num.88. Boer. decis.215. Couar. var. cap.10. num.14. Ias. in l. vinum. ff. si cert. pet. quem refutat. Gomes. §. superest. Instit. de act.* Etiamsi fugiat à persecutione Birruariorum ad Ecclesiam. *Bald. & Alex. in l. plerique ff. de in ius voc. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cler. Couar. var. cap.20 num.12. Cerdan. in opusc. inscript. Visita de la Carcel. cap.11. §.5. num.1.* De domo vero locis pijs vnita, quod gaudeat immunitate. *Barbat. cons.33. fol.4. quem allegat Thom. Cerdan. d num.1.* De Monasterijs, & Hospitalibus, quod gaudeant. *Alex. cons.145. lib.7. Archid. ad cap. definimus 14. q.4. Bal. in l. si quis. C. de Episc. & cler. col.16. Cerdan. d num.1.* Rursus, qui adhæret Sacerdoti deferenti Eucharistiam, neque criminaliter, neque ciuiliter capi potest. *Archid. cap. definimus. 14. q.4. Card. ad clem.1. §. iust. de reliq. & venerat. Sanctor. Old. cons.154 Couar. var. cap.20. num.6. lib.2.* allegatur exemplum Adoniæ confugientis ad altare, & liberati è manibus Salomonis. *3. Reg. cap.1.* quod est longè minus. *Thomas Cerdan. in opusc. inscrip. Visita de la Carcel. cap.11. §.2. num.2.* Vbi dicit in Regno Valentiæ limitari immunitatem Ecclesiæ ad Ecclesias maiores, & allegat Couar. *cap.20.*

Alias in Visita quidam Benedictus relaxatus fuit gratis, etiam quoad arrestum criminale, & conducturam; quia captus fuerat in loco immuni. Capto etiam quodam Æthiope pro pluribus furtis, &

vt

vt dicitur, pro pluribus cappeggiamentis de nocte commissis per Vrbem, in Monasterio Turris Speculorum, in cuius Atriū confugerat institerūt Oblatæ Monasterij, vt restitueretur loco sacro, & immuni. Quoniam vero opponebatur ipsum denuo rediturum ad vomitum, quia non habebat, vnde viueret, ipsæ obligarunt se ad illum alendum, donec viueret, vt loco sacro restitueretur, prout fuit restitutus.

12 Immo captus in Ecclesia non potest bonis proprijs penes ipsum repertis priuari. *Mar. Ital. post alios. de Immunic. Eccles. cap. 6. §. 2. Peregr. in eod. tract. cap. 13 nu. 2. Far. ibidem. cap. 2. nu. 55. cap. 19 num. 23. Bonac. de leg. d. punct. 3. num. 5. & 7. & per totum. in Bull. Cœna Domini. d. §. 3. num. 5. & 7.* Et aliàs dictum fuit in Visita. 1640. 2. Augusti. Nonæ. *Ioannes Antonius pro furto pecuniarum. Restituatur Ecclesiæ vna cum bonis penes eum repertis.* Et licet prætenderet Fiscus pecunias penes eū repertas non esse restituēdas, quia erant furto subtractæ; quia tamen non constabat de identitate, fuerunt restitutæ.

13 Neque debitores fugitiui ære publico obstricti, aut qui cum magno Reipublicæ detrimento decoxerunt, sunt à Gregorij Constitutione super immunitate ab immunitatis priuilegio exclusi. *Far. de immunit. Eccles. cap. 3. num 64. Vbi se retractat à dictis in contrarium d. q. 27. num. 33. Grat. discept. 380. num. 29. Ambr. de immunit. cap. 13. nu. 4. Boer. decis. 215. nu. 7 Couar. cap. 20. lib. 2. var. res. nu. 14. Vbi de debitore ad Ecclesiam confugiente contrarijs respondens. Diana de immunit. Eccles. tract. 1. cap. 23.* prout etiam is, qui quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, nisi sit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum. *c. inter alia. De immunit. Eccles. glos. in l. sed nouo iure. C. de ser. fug. ver. castigabitur. cap. si qui. 14. q. 6.* delinquēs in Ecclesia, seu cœmeterio spe immunitatis, immunitate non gaudet. *c. fin. de immun. Eccl.* Homicida voluntarius, grassator viarū, infidelis, hæreticus immunitate non fruuntur. *De quibus omnibus late Couar. c. 20. var. resol. lib. 2. Guidop. dec. 128. Boer. dec. 110.* quod procedit etiam in adultero, qui Ecclesiam polluit, de eius immunitate pariter non gaudet. *Glos. in l. fideli, qui ad Eccles. confug. ver. abducere.* Qui dicis idem de Virginum raptoribus, homicidis &c. Quam glossam tamen dicit non seruari Cassanus. *Super consuetud. Burg. lib. 1. num. 54. fol. 17.* Quam seruandam esse dicit Couarruuias *cap. 20. var. num. 8. lib. 1.* Cum sit delictum atrocissimum. *Glos. l. auxilium. ff. de minor. vers. atrocioribus.* Et esse prohibitum ex præcepto diuino. *Exod. 20.* Canonico. *c. satis 33. q. 5.* Et Ciuili. *toto tit. ff. & C. ad l. Iul. de adult. & instit. de pub. iud. §. item lex Iulia.* Cum vna ex causis, quibus turbatur pax Reipublicæ sit impunitas delictorum. *glos in cap. Apostolicæ. de reg. iur. in 6. Cerdan. in opusc. Visita de la Carcel. cap. 11. §. 5 num. 6.* Qui alios quamplures casus recēset vltra supra relatos; quidque in illis Regnis Hispaniarum seruetur, recenset.

14 De capto, qui euasit è manibus Birruariorum, & ad Ecclesiam confugit. *Cou. resol. 20 numer. 13. ver. decimoseptimo. lib. 2. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 29. & 32. Far. q. 28. nu. 44.* De illo,

15 qui ductus prope ipsam Ecclesiam cum vinculis, illis ruptis, liber & solutus ad eandem euasit. *Gutier. pract. q. ciuil. lib. 3. q. 6. num. 3. Farin. de Immunit. Eccles. num. 203. quem refert Diana. tom. 1. tract. 1. de Immunit. Eccles. cap. 30. vers. alteram distinctionem. Cartar. decis. 7. num 9. & per tot.*

Secundum vero Constitutiones Pontificum habemus legem certam, quæ est: *Loca sacra non prosunt confugientibus ad illa, si fuerint publici latro-*

16 *nes, viarumq. grassatores, aut depopulatores agrorum; quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumq. cœmeterijs committere non verentur; aut qui proditorie proximū suum occiderint, aut assassinij, vel hæresis, vel læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei sint. His immunitas Ecclesiastica nullatenus suffragari debet.* Verba sunt Gregorij XIV. in Constit. super immunitate. *Cum alias nonnulli. In Bull. fol. 531.*

17 Neque etiam prodest immunitas si captus in loco non sacro ad carceres per Ecclesiam, seu cœmeterium vinctus transeat: Nam illius immunitatem proclamare non potest, & inde inuitus extrahi potest; cum Ecclesia tueatur eos tantum, qui ad eam liberi confugiunt. *Oldr. cons. 54. Couar. d. cap. 20. var. lib. 2. num. 13. Dian. d. lib. 6. cap. 28. num. 39. Gamma. dec. 141. Far. d. q. 28. n. 69. & de immunit. cap. 15. num. 201. & seq. Amb. cap. 10. nu. 10 Guaz. defens. 1. cap. 37. num. 43. vers. ne dicta. Cartar. dec. crim. can. 7. à nu. 5. Bonac. de legibus. d. punct. 4. numer. 21. in Bull. Cœna Domini. d. §. 4. num. 21.* Sin autem aufugientes è manibus birruariorum extra Ecclesiam, vel à carceribus ad Ecclesiam confugerent, immunitate gauderent, vt diximus. *Boer. dec. 210. col. pen. Couar. cap. 20. var. l. 2. nu. 13. &*

18 *Aegid. Boss. pract. crim. in ver. captum.* Dum autem discutitur, an captus in Ecclesia debeat gaudere, custoditur in eadem Ecclesia, vel in loco tuto de consensu Iudicum vtriusq. iurisdictionis, donec articulus discutitur, & terminatur. *arg. text. in cap. si iudex laicus. de sent. excomm. in 6. Clem. 1. §. sanè de hæret. Guidop. q. 121. Boer. decis. 110. Couar. cap. 20. var. lib. 1.* Discutitur autem coram Iudice Ecclesiastico, vt in locis citatis. Stylus huius Curiæ est, vt carceratus allegans se captum in loco sacro in vim mandati Iudicis laici, arrestetur à Iudice Ecclesiastico; qui docto de allegata captura, & quod casus non sit exceptus, declarat gaudere immunitate, & restituitur loco sacro: sin minus remittitur suo iudici, cui etiam remittitur in casu infrascripto. 1652. 20. Aprilis. in Visit. Secr. Carc. *Flaminius de Terra de Comitibus. Causa remittitur ad Auditorem Cameræ pro expeditione: attenta instantia carcerati asserentis non habere probationes circa allegatam capturam in loco immuni, & declaratione facta in plena Visita à Iudice Vicarij fecisse diligentiam de reperiendo testes ad effectum probandi allegatam capturam in loco immuni, & non reperisse.*

Vt vero innotescat quam sit abstinendū à viola-

18 tione Ecclesiarū, & locorum immunium, placuit subiungere illustre factū Guillelmi Episcopi Boschisdensis aduersus Suenonem Danorum Regem, quod recēset Baronius. *In annal. to. 11. anno Christi 1077. ex Danorum historia* his ferè verbis: *Sueno Rex, sacro circumcisionis priuilegio solemni magnatum conuiuio feriatus, cum quorundam Principum*

clan-

clandestino obtrectatione parum honoratè de se habitum sermonem cõperisset, ira aculeis actus misit, qui ipsos matutino tempore intra Trinitatis Aedem oraturos confoderent. Qua in re Guillelmus Antistes templi, vt par erat, violatione permotus, cum rem diuinam Pontificali more peragere debuisset, non solum aduentantem Regem occurrendi veneratione excipere supersedit, sed etiam sacrarium subire conuisum à primis eius liminibus, absque respectu familiaritatis, sacerdotij insignibus ornatus, baculo, quo vtebatur, exclusit, suppressoq. dignitatis nomine, non Regem eum, sed humani cruoris carnificem appellabat. Nec reum obiurgasse contentus, aculeum virga eius pectori infixit, nec dubitauit insuper in praesentem damnationis quoque proferre sententiam. Quamobrem infesto militum concursu petitus applicatos ceruici sua gladios animi firmitate contempsit; tantumq. se in despiciendis periculis gessit, quantum egerat in prouocandis. Cuius Rex inhibita nece, cum eum non temeraria offensa, sed publicae seueritatis fiducia concitatum animaduerteret, conscientia rubore perfusus, continuo Regiam repetit, Regiaque veste deposita, obsoletam accepit; Neque enim tam tristi Pontificis sententia perculsus Regalis magnificẽtiae cultum gestare sustinuit: sed abiectis regia maiestatis insignibus poenitentiae sagulum sumpsit; deinde nudatis pedibus ad atrium regressus, in eius se aditu prostrauit, terramq. suppliciter obosculatus, dolorem, qui ex contumelia acerrimus infligi solet, verecundia, ac moderatione compressit. Antistes interea inchoamento psallendi facto, primaq. concentus parte edita cum graeca precationi, Kyrie eleison, solemnem ritè gloriam subnectere debuisset supplicem foribus Regem adesse cognouit. Cessato igitur cantu, Cleroq. conticere iusso, fores repetens, cũ Regem, quid ita se gereret percontatus fuisset, atq. ille criminis confessione facta, religioni sese satisfacturum promittens, sacerdotalis subsidij veniam postulasset; continuo execratione remissa, iacentem amplexus, obortis lacrymis, depositisq. doloris insignibus, & cultum, & animum regium resumere iussit. Deinde imperatis poenitentia rebus cantores, quorum frequentia solemnitas agebatur, in occursum eius procedere iussit; Statimque venerabiliter exceptum, ad aram vsque perduxit, & omissa altaris sacra repetijt. Post triduum idem Rex regio cultu ornatus inter ipsa Missarum solemnia, excelsum adis partem conscendit, silentioque per praeconem acto, coram omnibus iterum semet grauissima accusatione perstrinxit, acerbum religioni vulnus inflixisse confessus; deinde collaudata Antistitis indulgentia, quod tanta criminis tam repente ignouerit, tam cruenti Imperij expiatione muneris loco Steffnica Prouincia dimidium aris à se conferri publicat; Orthodoxis Principibus Christianis vera poenitentia exemplum relinquens, pariter ac in Ecclesiasticos venerationis: hucusq. Baronius.

19 Aduerte praedicta omnia procedere in citatione reali, quae est personalis executio; non autem semper in citatione verbali, cum haec aliquibus casibus etiam in Ecclesia fieri possit. *l. praesenti. §. cum autem C. de his, qui ad Eccles. confug. Abb. in cap. inter alia. de immun. Eccles. Bar. in l. plerìq. ff. de in ius voc. Alex. & alij in l. 2. ff. eodem.*

CAPVT X.

De nullitate capturae ratione loci non sacri.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas captura est, si quis in domo propria capiatur.*

2 *Nullitas capturae non dicitur, si quis ianua domus aperta capiatur, secus si sit clausa.*

3 *Nullitas captura non est, si quis in domo propria capiatur, praecedente Iudicis decreto, quod aperiatur porta per vim.*

4 *Domi etiam conducta facta captura est nulla.*

5 *Domi facta captura est nulla, etiam ianuis apertis pro causa ciuili, si domum habebat pro carcere in causa criminali.*

6 *In Scholarum Vniuersitatibus non potest fieri captura.*

7 *Schola non habentes priuilegium Vniuersitatis non reddunt capturam nullam.*

8 *Extra territorium proprium non potest fieri captura, nisi pacta, seu cõsuetudo sit in contrarium.*

9 *In loco à Principe priuilegiato non potest fieri captura.*

10 *Loco immunitas non censetur concessa in praeiudicium ordinaria iurisdictionis.*

11 *Nundinarum loco nemo capi potest.*

12 *Nundinarum loco debet dari opera liberè mercimonijs.*

13 *Nundinas solus Princeps; mercatum etiam Locumtenens generalis concedit.*

14 *Nundinarum annalium, menstrualium, ac etiam hebdomadalium tempore nemo capi potest.*

15 *Nundina locus est exemptus à captura in veniendo, stando, & redeundo.*

16 *Nundinarum loco capi potest obligatus cum iuramento.*

17 *Nundinarum loco capi potest obligatus ex contractu in nundinis celebrato.*

18 *Nundinarum loco capi potest quis de fuga suspectus.*

19 *Nundinarum loco captura fieri potest pro causa criminali.*

1 CONclusio prima. In domo propria pro debito ciuili nemo capi potest. *l. plerìq. de in ius voc. & ibi Doctores. l. nemo de domo. de reg. iur. Gabr. de malef. concl. 10. per tot. Ias. l. 1. §. 1. eodem tit. A quibus solus Roman. dissentit in l. 1. ff. ad Sen. Syllan. Cerd. in opusc. Visita de la Carcel. cap. 11. §. 5. num. 3. Far. q. 27. num 91. Qui tamen in fine dicit de facto hoc priuilegium non seruari. Et in fragm. verb. domus. num. 130.* Quod etiam extenditur ad hortum, molendinum, nauem propriam. *Bald. in d. l. plerìq. in lect. antiq. vbi Ias. num. 20. Cerd. cit. nu. 3.* Nam sicut dixit rusticus Richardo Angliae Regi alapam dans: Quilibet Rex est in domo sua. *Iodoc. in sent. select. prax. crim. ver. Rex. vers. penult.*

2 Declara I. vt q̃ dicit Farinaccius supra citatus de facto hoc priuilegiũ non seruari, procedat, quãdo

ianua

ianua principalis est aperta, & nemo prohibet; alias secus, vt in Constit. LXXI. Pauli V. *Tit. de Baront. vers. mandata ciuilia. l. satis. de in ius voc.* Nam ingrediens domum clausam facit Domino iniuriam. *l. lex Cornelia. de iniurijs. Sola. in nouis decretis Pedemont. tit. de cit. glos. 5. num. 8. & 9. Far attestans de praxi. d. q. 27. num. 94. in fine. vers. sicus in ciuilibus.*

3 Declara II. vt propterea inoleuerit praxis citādi debitorem ad tenendam portam apertam, aliàs mandari aperiri per vim, & tunc praeuio Iudicis decreto potest aperiri, & fieri executio, prout disponit eadem LXXI. Pauli V. loco cit. Ibi: *Neque de die in domo ianuis clausis, nisi parte citata, & cum speciali mandato iudicis.* Forte praxis huiusmodi ortū habuit à cautela tradita per Bartolum. *in l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul.* Quam tamen cautelam nos supra ad alium effectū impugnauimus. *in Procem. cap. 4. num. 26. vers. praedicta conclusio.* Quod ha-

4 bet locum etiam in domo conducta. *Ruin. iun. consil. 745. & 785. Far. d. q. 27. num. 91.* Necnon etiam

5 in domo aperta, nemine prohibente ingressum; Si illa fuerat assignata pro carcere in causa criminali. Tunc enim non potest quis in illa capi pro causa ciuili. Atque ita seruauit Visita; quae in capto in huiusmodi domo decreuit, vt infra 1640. 19. April. Capit. *Pompeius. Tanquam nulliter captus; Relaxetur gratis.*

6 Conclusio III. non potest capi in Vniuersitatibus Scholarium. *Rebuff. de priuil. Schol. cap. 10 nu. 2. Quod fuit dictum Rom. in l. plerique. num. 15. de in ius voc. Cerdan. cit. cap. 11. §. 5. num. 4.* Licet non videatur esse in vsu. Ratio est, quia non allegatur huiusmodi priuilegium. Si enim allegaretur, Iudex esset obligatus ad obseruantiam. *Bald. in l. 1. C. qui accus. non poss. num. 52.* aliàs non se gereret tanquā minister legis. Est enim minister, & non dominus legum. *Cerdan. cit. num. 4.* Haec conclusio

7 procedit, dummodo scholae habeant priuilegium Vniuersitatis. *Clem. 1. & 2. de Magist. & ibi Io. de Imol. & alij. Cerdan. cit. num. 4.*

8 Conclusio IIII. Non potest quis capi extra territorium suum, etiam insequendo; nisi consuetudo, seu conuentiones essent in contrarium inter Dominos territoriorum; vel nisi concedens mandatum etiam esset dominus territorij, in quo fuit facta captura. *Ias. & Zas. in l. fin. de iurisd. omnium iudic. num. 6. cap. fin. de fer. comp. quam dicit communem Barbat. cons. 26. vol. 1. Boss. in praxi criminali. ver. captura. num. 14. Cerdan. cit. opusc. Visita de Carcel. cap. 11 §. 5. num. 6.*

Conclusio V. Captura fieri non potest in loco cui à Principe concessum fuit priuilegium, vt ibi nemo capi possit. In quo attendenda sunt maximè verba priuilegij ex mente Callistrati I.C. l. semper. §. legem quoque. ff. de iur. immun. cap. accepimus. de priuil. Huiusmodi priuilegium Sixtus V. Constitutione 103. §. 4. *in Bull. fol. 451.* concessit aedificantibus, vel habitantibus in via Faelici nuncupata, vt videlicet pro debitis extra statum contractis molestari non possent. Propterea si ibi capiatur aliquis, debet relaxari. Siquidem saluaguardia habet vim manutentiae, cum sit remedium ad tuendum. *per not. ad l. fin. ff. de eo, quod met. caus.* Quae saluaguardia probatur sola scriptura. *l. fin. C. de exeq. milit. & Ann. lib. 10. Guidop. q. 418. Cerdan. in*

10 *cit. opusc. §. 5. num. 5.* Nisi ex verbis concessionis aliter appareret; cum regulariter non censeatur cōcessa in praeiudicium Iurisdictionis ordinariae. *cap. accepimus. & cap. ex parte. de priu. cap. per exemptionem. de priu. in 6 Guid. q. 56 Doctores in cap. ad audientiam. de appell.* Et intelligi debeat concessa sine alterius damno & iniuria. *l. 2. §. merito. & § si quis à Principe. ff. ne quod in loc. publ. Angel in l. vtimur. ff. de sepul. viol. latè Vital. de camb. vers. nil in communi. sec. pend. numer. 25. fol. 834. idem Cerdan. d. num. 5.*

11 Conclusio VI. Capi non potest quis in nundinis quo loco nemo capi potest. *l. vnic. C. de nund. vbi Bald. Saly. & alij. Peceb. de iur. fisten. cap. 10. nu. 3. vers. illud in cōfesso Mauzon. de caus. exec. ampl. 1. num. 15. vbi alios allegat.* Quod tamen intelligendum est, iuxta ea quae diximus supra §. 8. de his qui iurari possunt suspecti.

12 Ratio conclusionis est, vt maiori libertate mercimonijs detur opera. *arg. text. in l. 1. C. de thesau. lib. 10. Dec. cons. 51.* Lata nihilominus (vt habet, Macrobius *lib. 1. Satur. cap. 16.*) fuit Lex Hortensia vt nundinae, quae prius erant feriae, factae essent, vt Rustici, qui nundinarum causa in Vrbem veniebant, lites componerent. Porrò solus Princeps nundinas; mercatum vero etiā Locumtenens Generalis concedere potest. *Bald. l. 1. C de nund. Franc. Marc. dec. 53. vol. 2. Cerdan. in opusc. Visita de la Carcel. cap. 11. §. 6. num. 1.* Quod dixi de

14 nundinis habet locum, siue sint nundinae annales seu menstruales, aut etiam hebdomadariae. *Soc. consil. 61. num. 3. lib. 2. Cerd. cit. num. 1.* Immò extenditur hoc priuilegium ad venientes, manentes, &

15 redeuntes à nundinis. *Ang. cons. 363. Dec. cit. cons. 51. Cerd. cit. n. 1. Ias. cons. 247. & ad l. 2 ff. de iurisd. omn. iud. Zas. cons. 14. & seq lib. 1. Cerdan. d. num. 1.*

16 Caeterum non admittitur dictum priuilegium in contractu iurato. *Abb. in cap. 1. de his, quae fiunt à maior. par. cap. Rom. sing. 7. & cons. 517. Afflict. dec. 5.* Sicut dicitur de induciis quinquennalibus.

17 *Gram. dec. 12. num. 2. Cerdan. num. 1.* Neque in in contractu celebrato in nundinis. *Bald. Fulg. Saly. & alij in l. 1. C. de nund. Cerd. d. num. 1.* Neque

18 in debitore de fuga suspecto. *Ang. in l. fin. C. de ser. quem cit. Zuar. in l. post rem iudicatam. de re iud. 4. extensione. Cerdan. d. num. 1.* Et nos diximus su-

19 pra §. 8. de his, qui possunt suspecti iurari. Neque in causis criminalibus. *arg. l. relegati ff. de poenis. Bald. ad d. l. 1. C. de nund. vers. sed nūquid Banitus.* Quia censetur esse hostis ciuitatis. *l. amissione. §. deficiunt. ff. de capit. dim. Cerdan. c. 11. §. 6. n. 1. in fin.*

CAPVT XI.

De nullitate executionis tempore festiuo.

SVMMARIVM.

1 *Executio birruariorum est actus iudicialis.*
2 *Executio de mandato Iudicis tribuitur Iudici.*
3 *Executio est vnum de duobus extremis iudicij.*
4 *Citatio est extremum à quo.*
5 *Executio est extremum ad quod.*

6 *Ex-*

6 *Extrema naturam sapiunt medij.*
7 *Executio birruariorum est actus iudicialis contentiosæ Iurisdictionis.*
8 *Executio birruariorum est actus contentiosior cæteris actibus iudicialibus.*
9 *Festiuus dies dicitur lætus, quo cessatur à laboribus.*
10 *Post festum venire quid sit.*
11 *Dies Deo dicatus dicitur, etiamsi sit in honorem Sanctorum.*
12 *Festum de praecepto inducit obligationem audiendi sacrum, & cessandi ab operibus seruilibus, non autem festum deuotionis.*
13 *Festum de praecepto, & deuotionis à quo dignoscantur.*
14 *In diebus festiuis de praecepto non possunt fieri a birruarijs executiones ciuiles.*
15 *Die festiuo ex praecepto non possunt fieri actus iudiciales.*
16 *Die festiuo ex consuetudine nõ possunt fieri actus iudiciales.*
17 *Die festiuo ex Episcopi praecepto non possunt fieri actus iudiciales.*
18 *Die festiuo de praecepto capi potest de fuga suspectus.*
19 *Dies festi differunt solutionem, non tollunt.*
20 *Diebus festiuis ex deuotione non potest fieri executio ciuilis.*
21 *Festis diebus suspensis organis iustitiæ silere debent iudicia.*
22 *Festo die prohibetur ferri sententia.*
23 *Executio birruariorum inducit magnam in Populo perturbationem.*
24 *Dies festus facit tacere omnem apparitionem.*
25 *Dies festus seruandus quem Episcopus cum Populo duxerit venerandum.*
26 *Festis diebus Hebraeorum prohibetur executio ciuilis contra eos.*
27 *Festis diebus ex deuotione carcerati relaxantur à Tribunali Vicarij.*
28 *Festis diebus ex deuotione carcerati relaxantur à Visita Tribunali.*
29 *Festis diebus ex deuotione carceratos excarcerandi consuetudo Visitæ est seruanda.*
30 *Solitum, nisi fiat iniustè, seruandum est.*
31 *Festis diebus ex deuotione executio ciuilis fieri non potest, etiam post constitutionem Vrban. VIII. super obseruatione festorum.*
32 *Festis diebus nihil addit Constitutio Vrb. VIII. super publicatione festorum, sed declarat, quod inerat.*
33 *Festiuis diebus ex deuotione fieri non potest ciuilis executio etiam secundum Constitutionem Vrb. VIII. super obseruatione festorum.*
34 *Executio secundum Abbatem non est actus iudicialis; non tamen secundum eum fieri potest die festiuo.*
35 *Executio est saltem quid iudiciale.*
36 *Pignus in executione captum dicitur iudiciale.*
37 *Festis diebus ex deuotione etiam in dubio denegatur executio ciuilis.*
38 *Festi dies ex deuotione pracipua veneratione in Vrbe sunt colendi.*
39 *Festis diebus ex deuotione executio realis fieri non potest contra illos obseruantes, quicquid sit de non obseruantibus.*
40 *Sanctorum venerationi per litigantes renuntiari non potest.*
41 *Ferijs in honorem Dei ex certa causa Statutum, & consuetudo derogare possunt, non generaliter.*
42 *Feriæ in honorem Dei sunt de iure diuino.*
43 *Ius diuinum potest a iure positiuo declarari, & interpretationem accipere.*
44 *Diebus festiuis ex deuotione non posse fieri executionem ciuilem fuit firmatum in Congregatione particulari desuper habita.*
45 *Die festiuo captus est relaxandus.*
46 *Dies Fasti, & dies Nefasti, qui nam sint.*
47 *Executiones ciuiles fieri non possunt a Visita Gratiosa Iouis post S. Luciam vsquè ad festum Epiphaniæ; & a die Iouis hebdomada Passionis ad Dominicam in Albis.*
48 *Executio valet die festiuo facta in vim Rescripti Sanctissimi.*
49 *Dominica dies non venit in Rescripto concedente executionem in die festiuo.*

CLariora redduntur, quæ dicturi sumus, præmissa notitia terminorum. Executio primo 1 siue realis, siue personalis licet non sit de iudicio, quia iudicium post sententiam non dicitur *Bald. in l. fideiussor §. in fideiussorem sub num. 3. ff. qui satisda. rogatur.* tamen est de iudicialibus cum sit extremum iudicij, quod exequitur à Birrua2 riis officialibus Iustitiæ, mercede conductis officio Iudicis, & de illius mandato; propter quod dicitur ipse Iudex facere. *Bald in addit. ad Specul. post. tit. de exec. sent. vers. sententia lata. Bertaz. in ver. executio. num. 51. vbi allegat solum Bal. sup cit.* Attendimus enim de cuius mãdato, & cuius auctoritate fiat actus, nõ à quo fiat, *l. 1. §. sed neq. vers. omnia enim C. de iur. vet. enucl.* 3 Executionem enim appellauit Bald. *in l. vnic. §. is videtur enim 1. vers. in Iudicijs. ff. si quis ius dicen. non obtem.* vnũ de duobus extremis iudicij contra4 positum alteri extrêmo, videlicet extremum à quo quod est citatio. *§ fin. inst. de pen. tem. litig.* Extre5 mum ad quod, quod est executio. Quorum extremorum intermedium sunt cæteri actus iudiciales, 6 cuius intermedij extrema naturã sapiunt. *Bald in l. Gallus § quidam recte num. 13. ff. de lib. & posth.* 7 Secundum quoque hanc Baldi intelligentiam executio dicenda erit actus iudicialis, & contentiosæ, (prout sunt actus intermedij) non voluntariæ iurisdictionis: Fertur enim, vt ijdem actus, in inuitum. *l. 2. & ibi glos. 1. ff. de off. Proconf.* Immo conten8 tiosior est cæteris actibus iudicialibus, etiam prolationis sententiæ; cum maiore strepitu, & partium perturbatione, ac Populi, expediatur. *Suarez de dieb. fest. lib. 2. cap. 30. num. 11.* Itaque cum hæc fieri nõ possit die festiuo, videndum restat quisnam dicatur dies festiuus.

9 Festiuus dies dicitur lætus dies, in quo Populus communi assensu per cessationem a laboribus, commercijs, ac Iudicijs, & ab alio actu lætitiam communem impediente, gaudenter festum cessando a voluptatibus illicitis, celebrare studet. *cap 3. de fer. & l. vlt. C. de fer.* Vbi Impp. Leo, & Anastasius ita statuunt: *Dies festos maiestati altissimi dedicatos*

tos nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis occasionibus vexationum profanari. De his diebus canit Ecclesia:

,, *Letus dies hic transeat,*

,, *Pudor sit vt diluculum*.

10 Hinc deductum est adagium, *Post festum venisti*: Quod dicitur in eum, qui negocio cuipiam egregio non interfuerit. Socrates in Gorgia Platonis: *num*, inquit, *post festum quemadmodum dici consueuit, veniamus, ac serius?*

11 Festiuum autem diem Deo dicatum dicimus etiamsi celebretur in honorem Sanctorum. *c. irreligiosa.de consec.dist.* 3.Ricciul.*lucub.Eccles. lib.6, cap.6.num.* 25. qui refert Augustinum dicentem martyrum memorias à Populo Christiano concelebrari religiosa solemnitate, itâ tamen, vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memoriam martyrum, constituātur Altaria. Communia sunt hæc tam diebus festiuis ex præcepto; quam ex deuotione; non tamen erit incongruum declarare, quæ ex præcepto; quæ ex deuotione festiuitates dicantur.

12 Festa de præcepto inducunt obligationem sub peccato audiendi Sacrum, & abstinendi ab operibus seruilibus: illa, quæ deuotionis dicuntur, nullam inducunt obligationem. Dignoscuntur au-

13 tem huiusmodi festiuitates per Superioris expressam declarationem, vel per factum indicans illius voluntatem; vt si pæna afficiat, vel non afficiat inobseruantes. *Suarez, Felliuc, Salas, Fagundes, & alij*; Romæ notæ erant retroactis annis solum ex vulgato Festorum indice, in quo, per singulos menses distinctæ, & distributæ, littera P. quæ de præcepto, littera D. quæ ex deuotione notabantur: Postmodum fæl. rec. Vrbanus VIII. particulari Constitutione super obseruatione festorum. 13. Septemb. 1642. promulgata; *Vniuersa per Orbem*, &c. toto orbi Christiano notas fecit. Sunt autem festa ex Deuotione in curia tredecim: Dies SS. Antonij, Fabiani, Sebastiani, Franciscæ; Marci, Mariæ Magdalenæ; Petri ad Vincula; Mariæ ad Niues; Rochi, Dies Decollationis Sancti Ioannis; Francisci; Caroli; Martini; Catharinæ. Dies Conceptionis B. Virginis; Luciæ. His præmissis:

14 Conclusio prima, & indubitata sit. In diebus festiuis, etiam Sanctorum de præcepto in honorem Dei iniunctam esse venerationem. *c. 1.de consec. dist.* 3. & interdictam prorsus cuiuscumque sententiæ executionem in bonis, & in persona. *l.fin.C.de fer.* Et secundum eamdem dispositionem Pius V. Const. V. *vers. cum verò*, prohibuit executionem quamcumque in diebus feriatis, quos Ecclesia iubet seruari in honorem Dei, Virginis, & Sanctorum; Estque etiã de iure. *Alex.cons.*130. *num.1.vers.nam de iure.lib.4. Guidpap. decis.*215. *num.1.& seq Far.q.27.num.*106.*in fin. Ant. Nig. tract.de re iud.cap.*15.*num.2.&* 4. Nouissime in Paul. V. Constit. LXXI. *tit. de Baron.* Habetur. *Mandata ciuilia non exequantur Birruarij in diebus festiuis*; Quare pro capto ciuiliter in die festo, & arrestato criminaliter alias decreuit Visita facto verbo cum Sanctissimo, vt infra. 1567. 12. Aug. Nonæ. *Horatius Aquilanus. Relaxetur ex ordine Sanctissimi, quia fuit captus in die festiuo, & quoad alia fiet decretum alias factum, videlicet, quod D. Maceratensis expediat iuxta formam decreti, & quoad* Arrestum *criminale data cautione, vel fide de nõ offendendo, relaxetur.* Etenim quilibet

15 actus Iudicialis, etiam sententiæ prolatio, in die feriato est nullus, & irritus. *Bald.in l cur antea.col. pen.vers.vlterius ferendum est.* C.*de arbit. Fel.in, cap.significasti. col.3. vers. tenementi. de for. comp. Vant.de nullit.sent.ex defec.iurisd.ordin. nu.*130. quod euenit, quia Iudex non potest illa die facere actus Iudiciales. *l.omnes Iudices.* C.*de fer.* quanto magis id dicendum est de executione, vt diximus supra, quæ maiore strepitu expeditur.

16 Hæc conclusio procedit etiam quoad dies festiuos inductos à consuetudine mixta Clericorum & Laicorum in Populo communiter approbatos. *Bonac. in 3. precep. decal. disp.* 5.*q.vnic.punct.* 1. *num.6.*

17 Amplia secundo, vt idem sit in diebus festiuis ab Episcopo in sua Diocesi inductis. *Sanchez. in oper.moral.lib.4.cap.43.num.*11.*Bonac.cit. num.3. Dian.Miscell.tract.4 cap.*168.

18 Cæterum non procedit in suspecto de fuga, qui capi potest, etiam in die Paschatis, siue Natiuitatis Domini. *Asin. in prax. §. 31. cap. 2. ampl 13. num. 1. & seqq. cum alijs allegatis, quem citat, & sequitur Fenzon.ad Stat.Vrb.c.de ferijs. num.* 32. *& diximus supra §.*8. Possunt enim huiusmodi

19 feriæ differre solutionem, non tollere. Auferrent autem, si dum fugit debitor, vel periculum imminet, exequi prohiberent. *Gail.obseru.44.numer.* 1. *lib.2.* Quæ limitatio firmat regulam in alijs casibus non exceptis, de quo etiam supra diximus §. 8. de tempore quo capi possunt de fuga suspecti.

20 Conclusio secunda sit: Executio fieri non potest in diebus festiuis ex deuotione enumeratis. Ratio est, tum quia tam in his festis, quam in alijs de præcepto non est turbandus Populus, neque lętitia publica impedienda, tum quia adaptantur rationes legum prohibentiũ actus iuridicos, qualis est executio, vt supra demonstrauimus. *In princ. cap.*

21 Disponunt enim legislatores, vt suspensis organis iustitiæ sileant iudicia, & contentiosa iurisdictio. *Niger.de re iud.cap.*15. *num.2. Suarez. de diebus festiuis.lib.2.cap.30.num.*11. Tum quia si prohibi-

22 tum est sententiam ferri in die festo. *l. actus. l.vt in die.& l.fin. C.de fer.* tanto magis prohiberi debet executio tanquam contentiosior. Cum maior

23 distractio, & perturbatio inducatur in Populo. *Suarez.sup.cit.quem sequuntur Bonac.& Reginal. de dieb.festiuis.* & cum in d. l. omnes Iudices. C. de fer. disponitur, quod die feriato officia silere debeant, etiam birruarij, officiales iustitiæ, abstinere debent ab officio, eo quod id, quod ipsi faciunt à Iudicibus fieri dicatur: Tum quia vt probauimus,

24 quicumque dies, qui colitur ex permissione Superiorum, facit tacere omnem apparitionem. *l.fin C.de fer.Far.q.27.num.*106.*in fin.* & sic etiam Birruarijs interdici debet executio. Tum

25 quia non solum festa, quæ Summus Pontifex celebrari iusserit, sed etiam ea, quæ Episcopus cum Populo duxerit venerari, colenda sunt. *c.vlt. de fer.& c.1.de cons.dist.*3. Ibi: *festiuitates, quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum Populo collaudauerint*.

Tum

26 Tum quia hæc adeo fauorabilia sunt, vt etiã extendantur ad ipsosmet Hebræos, contra quos non solum prohibetur executio in die Sabbati, sed etiã in alijs ipsorum festiuitatibus, etiam pro publica & vrgenti causa. *l. in festiuitatibus, l. die Sabbati. C. de Iudæis. Ricciul. de iur. person. tit. de Iudæis. cap.* 53. Vbi dicit id, quod in iure disponitur de Hebræis extendi posse ad Saracenos, immò illos comprehendere. Quis autem audet, quod Hebræis, & Saracenis conceditur, id nobis denegare?

27 Tum quia concurrit etiam obseruantia Tribunalium Vrbis. Habemus enim relaxationem Ioannis Mariæ Biasini, qui de mandato Vicesgerentis per actaCæsij die 11. Mart. 1644. fuit relaxatus tanquam nulliter carceratus die 9. eiusdem mensis dicata Diuæ Franciscæ Romanæ, cuius festiuitas fit 28 in Vrbe ex deuotione. In Tribunali quoque Visitę quoties euenit casus, fuerant tanquã nulliter capti relaxati, qui in diebus festiuis ex deuotione ducti fuerant ad carceres, & signanter infrascriptus caprus in die S. Antonij. 1640. 16. Ian. Sab. *Cæsar. Tanquam nulliter captus; Relaxetur gratis.*

29 Tandem præfata consuetudo omnino est attendenda, etiamsi cessaret iuris dispositio, cum requisita ad eam probandam concurrant, nempe, quod huiusmodi negotium fuerit in contradictorio iudicio in publica Visitatione discussum, in qua fuit decretum pro nullitate executionis, vt supra constat; idque deuenerit ad notitiam Populi, vt firmat Rota. *In Amerin. Successionis. 22. Maij 1628. coram Merlino.* In similibus enim consuetudo facit ius. *Buratt. dec.* 882. *num.* 11. Etiam si deduceretur ex vnico actu. *Buratt. decis.* 154 *numer.* 1.

30 Ex his consequitur, si non fiat quod solitum est, iniustè procedi. *Bald. in l.* 1. *num.* 12. *C. quomodo, & quando.*

31 Constitutio Vrbani VIII. super obseruatione festorum qui superuenit, & fuit publicata 13. Septemb. 1642. fauet præfatæ conclusioni. Licet enim aliquam in Visita suscitauerit dubitationem, quid imposterum decernendum esset de executionibus in die festiuo ex deuotione factis; re tamen maturè considerata, pensatisque intẽtione Summi Pontificis, causis propter quas motus est, necnon etiam verbis ipsius Constitutionis; visum fuit huiusmodi executiones subiacere vitio nullitatis, vt prius antè constitutionem subiacebant, & proptetea euenicnte casu esse reuocandas.

Causæ, ex quibus etiam intentio Summi Pontificij colligitur, ex Proæmio eliciuntur. Sunt autem tres. Prima est in partibus multitudinem festorum ità creuisse, & in dies crescere, vt ignorent Populi, quæ ex præcepto, & quæ ex deuotione sint. Secunda, clamor Pauperum quærentium quotidianum victum ex labore manuum suarum. Tertia, abusus festorum in quibus vacant Populi ludis, & alijs illicitis, non, vt deberent, festorum dierum venerationi.

Prima causa in Curia locum non habet, cum, vt dixi, etiam antè Constitutionem Vrbani VIII. exponerentur impressa festa de præcepto, & ex deuotione: Et per consequens nec secunda causa procedit; quia cum notum esset, quæ festa essent ex deuotione, in his poterant pauperes, & cæteri absque peccato, vt supra diximus, mechanicis operibus vacare. Tertium circa abusum festorũ plus militat alibi, quam in Vrbe, in qua totius ferè Populi concursu festiuitates omnes, etiam ex deuo-

32 tione, coluntur. Verba ipsius Constitutionis, si perpendantur, nihil noui disponunt, sed solum declarant id, quod ex præscripto præceptorum Ecclesiæ inerat, videlicet prænarratis festis de præcepto, ista sub pæna peccati colenda esse audiendo sacrum, & abstinendo à mechanicis laborerijs: sed reliquorum autem festorum obseruationem neminem teneri ex præcepto decernit, & declarat. Cum itaquè Vrbanus nihil de nouo statuerit, persistendum erit in conclusione, vt supra firmata. Neque dicatur Vrbanum declarasse in festis ex deuotione fieri posse absque peccato, opera seruilia, & executionẽ inter ea posse connumerari. Nam etiam antè constitutionem Vrbani in diebus festiuis ex deuotione fieri poterant absque peccato opera seruilia, & nihilominus non fuit permissa executio. Non enim ex eo improbatur, quod sit peccato obnoxia; sed ne turbentur festiuitates, vt supra comprobauimus. Nec est nouum posse fieri aliquid sine defectu ab executore; & nihilominus alio respectu inualidum esse; exempli gratia de habente *Non grauetur*, & non ostendente illud Birruarijs. Tunc enim illi non errant; exhibito tamen *Non grauetur*, est relaxandus captus, vt alibi diximus.

33 Sed quid immoror? Verba constitutionis expressa omnem diluunt dubitationem: Ibi: *Non intendimus tamen per hanc nostram Constitutionem dies feriatos circa iudicialia in aliquo immutare, quæ ad hunc effectum relinquimus in eisdem statu, & terminis, in quibus erant antè eiusdem promulgationem.* Executio autem inter iudicialia, vt supra diximus initio capitis, potest connumerari.

34 Si quis autem pertinaciter velit adhærere Abb. cap. significauerunt. num. 22. de iud. Ibi: *Sed si executio fieret de facto, teneret; licet committeretur peccatum, quia non est actus iudicialis;* Nunc contradicemus: subiungit enim paulo post idem Abbas: *Non debet propter hoc procedi tempore feriato. Et hoc videtur verius, quia cum hoc non sit in iure cautum, nec immineat necessitas magna, non debemus violare regulam iuris maximè tendentem in fauorem Dei, & bonum publicum.* Vltra quod responderi posset Abbatem obitet, & absque vlla auctoritate dixisse executionem nõ esse actum iudicialem.

Prætetea aduertendum est constitutionem Vr-35 bani non excipere actus iudiciales; sed iudicialia, quod magis latè patet. Negari autem non potest executionem esse quid iudiciale, concernens videlicet iudicium, & tanquam vnũ ex extremis participans de iudicij natura vt diximus supra in 36 principio, sicuti pignus in executionem bonorum alicuius captum appellamus iudiciale. *l.* 1. *C. si in caus. iud. pig. l.* 1. *& ibi glos. ad marginem. ff. de pignor. act.* Ita quoque dicenda est executio iudicialis. Fit enim officio iudicis, & ideò iudicialis dicenda est. *d. l.* 1. *nu.* 1. *C. si in caus. iudic.*

Non omittimus ex abundanti subiungere, quod etiamsi dubium aliquod durare posset, & non es-37 set, vt est, omnino ex prædictis sublata omnis

causa

causa dubitandi, sane & in dubio tenenda est opinio fauorabilior, quæ est veneratio Sanctorũ: propter quam conquiescere debet caterua birruariorũ, & eorum clamores, ac strepitus; præsertim, cum nihil depereat creditoribus, quibus saluum ius remanet exequi faciendi mandata alijs diebus; & si periculum adsit fugæ etiam festiuis, subsidiario remedio mandati suspicionis fugæ ipsis consultum est, vt supra diximus §. 8. Atque hoc tanto magis, cum sint solum tredecim dies festiui ex deuotione toto anno, & Sancti quibus dicati sunt non solum

38 toto orbe Terrarum celeberrimi, sed multi ex ipsis maxima digni sint in hac Vrbe veneratione & cultu: videlicet, SS. Fabianus & Sebastianus hic martyrio coronati, quorum corpora se habere gaudet hæc alma Vrbs: Vti etiam Sanctæ Franciscæ Matronæ Romanæ, de cuius celebritate Marchesanus *in commiss. derog. fer. §. 1. nu.* 11. Sanctus Petrus ad Vincula; in cuius Ecclesia asseruantur catenæ, quibus vinctus fuit: Dedicatio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Niues sitæ in Exquilijs; vbi nix cecidit die 5. Augusti, quo die eius celebratur festiuitas: Decollatio Sancti Ioannis cuius caput pariter habemus in Ecclesia Monialium S. Siluestri *A capite* nuncupati: Sanctus Carolus qui hanc Vrbem Sanctitate sua mirum in modum illustrauit.

39 Quatenus autem prædicta non sufficerent (quæ plene, & abundanter sufficiunt) cum Pontifex noluerit prohibere venerationem festorum ex deuotione, nec inducere necessitatem venerandi, sed relinquere id in libertate cuiusuis de Populo; itaut si quis voluerit opera mechanica exercere in huiusmodi festis, non sit a birruarijs molestandus; Contra hunc in omnem casum forte dici posset licere fieri exequtionem pro debito, si tamen ita fieret, vt deuotio, & lætitia aliorum non turbaretur, non autem permittenda erit executio contra eos, qui festa venerantur, neque volunt vti facultate laborandi illis tam a SS. Canonibus, quam a Sũmo Pontifice impertita. Quæ dicta sint ex abundanti, cum ex prædictis sole meridiano clarius sit exequtionem die festiuo ex deuotione nulla ratione esse permittendam, & si de facto fiat, statim reuocan-

40 dam. Nam ita festis Sanctorum debita est veneratio, vt nõ possit ei a partibus litigantibus renunciari, vt est textus expressus in cap. fin. de fer. Ibi: *vt consentientibus etiam partibus nec processus te-*

41 *neat*. Et de hoc nemo ambigit. Potest forte statutum, vel consuetudo in certis casibus, & ex causa, inducere, vt ferijs in honorem Dei derogetur. non tamen, vt generaliter derogetur, vt probat Baldus *cons. 166 Statut. Ciuitatis enim. 2. vol. 5. & in l. more Romano ff. de fer. Marant. in suo specul. par. 4. dist. 16. num. 91. & Scacc. qui hanc conclusionem, vt supra distinctam, communem dicit lib. 2. de iud. cap. 1. q. 16. nu. 133. & seqq. & cap. 5. nu. 30.*

42 *lib. 2.* Licet enim feriæ in honorem Dei dicantur esse de iure diuino. *cap. licet. de fer.* nihilominus po-

43 test Pontifex interpretari, & declarare ius diuinum iuxta tradita generaliter etiam ad nostrum propositum per Scacc. *d. lib. de Iud. cap. 5. numer.* 130.

44 Dicta sint omnia suprascripta respectu aliorum Tribunalium, & locorum. Nam quoad Visitatio fuit etiam firmata huiusmodi nullitas in particulari Congregatione desuper habita post dictam Constitutionem Vrbani, & ita seruatum in Visita, quando euenit casus, qui de raro post dictam resolutionem contigit. 1651. 2. Aug. Capit. *Carolus. Relaxetur gratis tanquam nulliter captus in die S. Mariæ Magdalenæ.*

45 Firmandum itaque est nulliter dici captũ eum qui vigore mandati relaxati in die quomodocumque festiuo fuit carceratus. *l. dies festos. C. de ferijs. cap. fin. extra. eod. tit.* Sunt enim dies, quibus licet ius dicere, qui appellantur Fasti, alij dicuntur Nefasti, quibus ius non dicitur. Hi sunt dies festiui. Vnde non obscurum est, quid sibi voluerit Ouidius *Fast. lib.* 1.

„ *Ille nefastus erit; per quem tria verba silentur.*
„ *Fastus erit, per quem lege licebit agi:*

46 Tria verba, quorum hic meminit Ouidius hæc fuisse, *Do, Dico, Addico,* docet eleganter *Marcus Varro*, qui sic *lib. de lingua latina.* scribit; Dies *fasti sunt per quos Pratoribus omnia verba sine piaculo licet fari, contrarij horum vocantur nefasti, per quos dies nefas fari Pratorem Do, Dico, Addico;* Itaque nõ potest, agi, necesse enim est aliquo eorum vti verborum, cum lege quid peragitur.

47 Conclusio III. sit. Temporibus Natalis D. N. I. C. videlicet à die vltimæ Visitationis Gratiosæ, quæ fieri solet die Iouis circa festum S. Luciæ, vsque ad totum diem festum Epiphaniæ, & Paschatis Resurrectionis pariter ab vltima Visitatione Gratiosa, quæ fit die Iouis hebdomadæ Passionis per totam Dominicam in Albis executio fieri nõ potest. Inhibetur enim in dictis Visitationibus Gratiosis, ne quis possit tam realiter, quam personaliter pro debitis molestari, vt diximus late supra de visitatione gratiosa. *l. 1. §. 16. per totum.*

48 Limita omnia prædicta in executione facta, *Cum exequatur iudicis* in diebus festiuis, & tempore feriarum dum, modo id faciat vigore specialis Rescri-

49 pti Sanctissimi. Porro rescriptum habens verba solum, *faccia eseguire in giorno di festa*, non comprehendit diem Dominicam, de qua facienda expressa mentio: *Bal. in cap. conquestus. de fer.*

CAPVT XII.

De nullitate capturæ ciuilis tempore non festiuo.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas capturæ pro mandato ciuili, si fiat de nocte ex dispositione Constit. LXXI. Pauli V. secus est de iure communi: contra nu. 8.*
2 *De nocte possunt fieri omnes actus, qui non sunt specialiter prohibiti.*
3 *Nocturno tempore non potest de iure exequi citatio.*
4 *Ratione eadem concurrente, eadem iuris determinatio admittitur.*
5 *Nocturno tempore fieri posse citationem cum tribus luminaribus dixit Galup. quod reprobatur.*

6 *Executio non dicitur actus merè extraiudicialis.*
7 *Noctis tempore prolata sententia nulla est.*
8 *Noctis tempore non posse fieri executionem etiam de iure probatur.*
9 *Noctis tempore executionem fieri non posse cauetur multis in locis.*
10 *Nulliter captus dicitur, qui cum mandato ciuili de nocte captus de die ducitur ad carceres.*
11 *Captura, & carcerationis, etiam si intercedat interuallum temporis, censentur vnicus actus.*
12 *Nocturno tempore captus ciuiliter etiam cum* Exequatur *cuiuscumque Iudicis est relaxandus.*
13 *In crepusculis captus ciuiliter an sit relaxandus standum est arbitrio Iudicis.*
14 *Nocti crepuscula adscribuntur à nonnullis, ab alijs diei, & referuntur auctores vtriusque partis.*
15 Crepuscula *quando diei, & quando nocti sint tribuenda.*
16 *Crepuscula in odiosis tribuuntur diei, si Statutum puniat grauius delinquentes de nocte.*
17 *Noctis tempore executio facta valet cũ* Exequatur, *concesso in vim Rescripti Sanctissimi concedentis facultatem exequendi de nocte.*
18 *Noctis tempore executio fieri potest in vim Rescripti Sanctissimi, etiam non citato debitore ad dicendum contra Memoriale.*
19 Domi *si facienda sit executio ianuis clausis, debet pracedere citatio ad tenendum apertam portam.*
20 *Ratione diuersa militante non potest intrare eadem dispositio.*
21 *Nocturno tempore, vel Festiuo facta executio ciuilis in vim memorialis absque* Rescripto *speciali à* Sanctissimo *remissi, nulla est, etiamsi citata sit pars.*
22 *Nocturno tempore facta captura ciuilis etiam cum* Exequatur de nocte, *nulla est, si fiat adueniente, vel recedente Festo ante, vel post mediam noctem, respectiuè.*
23 *Nulla est captura ciuilis vigore mandati per decennium ante relaxati non citato debitore ad videndum concedi duplicatum, non tamen est ex nulitatibus manifestis.*
24 *Nulla est captura in diebus, quibus concessa sunt publica Moratoria remissiue.*
25 *Nulla est captura cum mandato habente verba* Quibuscuoque non obstantibus, *si debitor habeat,* non grauetur Agriculturæ.
26 *Fides publica seruanda est habenti* Non grauetur.
27 *Verba* Quibuscunque non obstantibus, *comprehendunt casus, qui non veniunt in simplici derogatione.*
28 *Priuilegium non censetur reuocatum, nisi dicatur expressè.*
29 *Priuilegium non narratum Principi non censetur reuocatum generali reuocatione, & sub inuolucro verborum.*
30 *Agricultura priuilegia sunt ob publicam vtilitatem introducta.*
31 *Agricultura priuilegium, ne quis possit carcerari, est in corpore iuris clausum: Et num.34.*
32 *Priuilegio in corpore iuris clauso non derogatur, nisi facta de eo expressa mentione, vel cum derogatione cuiuscumque priuilegij etiam in corpore iuris clausi.*
33 *Impedimentum iuris cõmunis tollitur difficilius, quam iuris specialis.*
34 *Est idem quod num.31.*
35 *Verba,* Quibuscumque non obstantibus, *in* non grauetur *apposita restringenda sunt ad inhibitiones merè gratiosas.*
36 *Verba,* Appellatione remota, *intelliguntur de friuola.*
37 *Verba,* Appellatione remota, *non tollunt legitimam.*
38 *Nulliter capitur, qui suscepit terminum mensis ad soluendum, qui adhuc durat.*
39 *Nulliter captus non dicitur durante termino mensis, qui alium terminum similem iam elapsum suscepit.*
40 *Nulliter capitur ciuilis debitor, qui capitur infra tempora ad appellandum.*
41 *Nulliter capitur pro ciuili relaxatus pro criminali ante lapsum vnius hora.*
42 *Nulliter capto pro ciuili causa datur hora ad se reducendum in locum tutum.*

1 CONclusio I. Si de nocte fiat captura ciuilis nullitatis vitio laborat, vt habetur in Constitut. LXXI. Paul. V. *tit. de Baron. vers. mandata ciuilia.* De iure autem, quamuis captura etiam ratione temporis possit esse illicita. *Paris. de Put. de vind. vers. captum. cap. 5. incipien. captura illicita. nu. 6. post medium. vers. & etiam pag. 78 Farin. q. 27. numer. 25. & Polyd.* Rip. *de noct. temp. cap. 71. num. 1.* Non tamen vlla lege cauetur, quod tempus nocturnum sit incongruum pro executione personali mandatorum ciuilium contra debitores. *Glos. fin. in l. more Romano. ff. de fer. apud Bart. Ibi: & alios.* Quare videtur de iure communi posse fieri executio etiam de nocte. Fel. *in cap. consuluit. num. 20. vers. regulariter. de off. deleg.* notat, quod regulari-2 ter omnes actus possunt fieri de nocte, nisi sint prohibiti. Et Decius. *Ibi num. 34.* dicit generaliter videri, quod omnia de nocte fieri possunt, nisi specialiter prohibita sint.

Confirmatur, quia huiusmodi executio videtur esse actus extraiudicialis, adeoq. in ea locus est dicto Iasonis. *l. non solum. §. morte. num. 43 ff. de oper. nunt.* quod licet actus iudiciales regulariter expediri nequeant de nocte, extraiudiciales tamen benè fieri possunt tempore nocturno. *Vbert. de citation. tom. 2. cap. 10 num. 287.*

3 Verum his obstat, quod citatio inspecta dispositione iuris communis non possit exequi horis nocturnis, vtpotè incongruis, ac intempestiuis. *Cassan. in cõsuet. Burg. Rub. 1. §. 6. in tex. Messirs. & Seruins. num. 105. vers. auidam. col. 269. Afin. in praxi. §. 6. requis. 7. num. 1. vers. attamen. Polyd. Rip. de noct. temp. cap. 71. de captur. num. 1. & seq. & cap. 124. num. 6. sequitur Flam. Cartar. dec. Gen. 14. numer. 7. Pereg. Ianu. de cit. real. lib. 1. cap. 2. num. 39. Pecch. de iur. sist. cap. 7. nu. 2. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 167. num. 65. Borel. in summ. decis. tit. 44. de cit. num. 503. Vbert. de cit. tom. 3. cap. 13. nu. 146. vers. & ideo. Nouissimè Vermig. cons. 175. in fin.* Nõ enim dispar ratio esse videtur inter citationem verbalem, & realem, qualis est prehensio, & cap-4 tura personalis. Quare eadem iuris determinatio in vtraque admittenda est. *l. illud. ff. ad l. Aquil.*

l. adi-

l. adigere. ff. de iure pat. enim simil.

Neque refert quod Galop. *In praxi. par. 2. cap. 2. num. 25. qui allegat Cassan. ad consuetud. Burg. num. 105. tit. de Iustices. fol. 269.* dixerit valere citationem de nocte; sicut quemlibet alium actum, 5 adhibitis tamen tribus luminibus accensis. *Ad tex. in l. 1. §. tria. ff. de vent. inspic. cuius meminit Baron. de citat. q. 36. num. 26.* Incongruitas enim horæ nocturnæ, ne scilicet quis vexetur, dum nox quietam animis, ac securitatem mortalibus indixit, non suppletur pluralitate luminum.

6 Sed neque huiusmodi exceptio videtur referenda inter actus merè ac simpliciter extraiudiciales, de quibus loquitur Iason, cũ ab apparitoribus Curiæ fiat iudiciali auctoritate, exhibitoque Iudicis mandato in scriptis. Non enim aliter possunt executionem facere, siue in personam, siue in bona. *Bart. in l. Palatinos. C. de collat. fund. Fiscal. lib. 11. Franc. & Marant. quos refert & sequitur Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. par. 5. §. 2. nu. 10.*

Alia ratione vsus est Antonius Niger. *de execut. vel ind. cap. 15. §. 6.* ad probandum executionem non posse fieri noctis tempore; arguendo scilicet à 7 sententiæ prolatione ad executionem. Sententia enim noctis tempore prolata est nulla. *§. sedebunt. Auth. de Iudic.* Nam prohibito antecedenti censentur etiam prohibita quæcumque ab illo sequuntur. *l. oratio. ff. de spons.* Præsertim, si sequatur ab antecedenti, tanquam à causa proxima & 8 immediata, qualis est executio, de qua non est tractandum, nisi præcedat sententia, vt in simili arguit Christophorus Anguian. *Tract. de leg. lib. 3. cap. 12. num. 14. & 24. post medium.* Idem videtur sentire Pecchius. *de iure sisten. cap.* 10. dum dicit debitorem, si periculum sit fugæ, posse capi post occasum solis, & ita alias consuluisse testatur, quos allegat idem Niger loco citato.

9 Atque hinc est, quod passim caueatur, ne executiones personales fiant de nocte. Ita statutum fuisse dicit Polyd. Rip. *de noct. temp. cap. 71. nu. 2.* Mediolani *in Statut. tit. de execut. & famul. ius dicentium. §. has tamen executiones.* Et Perusij. *Gilian. ad statut. Perus. in ver. Executio. vers. post salutationem. pag. 127. Et ver. Nox. vers. Executio. pag. 310. Et in addit. num. 4.* Romæ habemus Constitutionem LXXI. Pauli V. *de Baronc. & execut. num. 9.* in hæc verba: *Mandata ciuilia birruarij, vel executores non exequantur in diebus festiuis, neque de nocte.*

10 Quæ dispositio dictę Constitutionis procedit etiã in capto de nocte, & postmodum ducto ad carceres illucescente iam die. Ita fuit dictum. 1631. Mense Iunij. pro Ascentio de Camerata, in Visita relaxato à Præside Carcerum per Acta Alphani ipsius Notarij, quia probauit per testes fuisse captum de nocte, & detentum per birruarios domi vsque ad horam matutinam; qua adueniente ductus fuit ad 11 carceres. Ratio est, quia actus capturæ, & carcerationis tanquam continuati censentur vnicus actus à principio vsque ad finem. *Ias. in l. cum qui. §. in popularibus. num. 11. de iureiur. Bard. de temp. vtil. cap. 18. num. 21. Cyriac. contr. foren. 311. num. 43. qui prædictos allegat.* Et dicit quod actus extractionis aquæ è clauica reputabitur idem cum consumatione, ex quo vnica continuatione aqua deducitur ad locum destinatum; tum etiam quia in huiusmodi actibus attenditur principium. *Alex. cons. 76. viso themate, vers. inquisiti me. num. 6. lib. 3.* vbi loquitur in delicto cœpto ante tertium sonum campanæ Aue Mariæ: & sic de die, & perfectum de nocte; quod grauius punitur, si fiat de nocte, & consulit haberi pro facto de die.

12 Eadem dispositio procedit, si executio fiat de nocte cum *Exequatur* Iudicis concedentis talem facultatem, etiamsi esset Prælatus Congregationis nuncupatæ *Delli Nongrauetur*, quia ad id non se extendunt Congregationis facultates, vt fuit dictum oretenus pro Andrea carcerato Sabell. mense Martij. 1643. & ex lectura earundem facultatum apparet. Multò minus eiusmodi facultatem habent Iudices ordinarij Vrbis.

13 Idem procedit, etiam si executio facta sit diluculo, seu in Aurora ante Solis ortum, vel in crepusculo, post illius occasum. Nam potius dicuntur de nocte, quam de die facta; quia quando sol non est 14 conspicuus, potius adscribitur illud tempus nocti, quam diei. *Bursat. cons. 319. num. 2. ad 2. cum seq. vol. 3. Bertaz. cons. crim. 378. Grat. discept. 972. numer. 16.* Contrarium tamen quod tempus illud, quo Cælum ita albescit, vt lumen aliquod appareat ob proximum aduentum, siue occasum solis, adscribendum potius sit diei, quam nocti tenuerunt alij. *Natt. cons. 459 num. 4. vers. in contrarium. vsque in finem Fenut. de mon. temp. cap. 24. nu. 16. & 17. Grat. discept. 972. num. 13. vers. quæ omnia. vsque ad 19.* Et quicquid sit in huiusmodi casu est attendenda consuetudo, & opinio vulgi, iuxta quam non dicitur Nox, quamdiù durat claritas, licet sol non sit super horizontem. *Bald. & Fulg. in l. more Romano. ff. de fer. Saly. in l. non minorem. num. 5. C. de transact. quos citat, & sequitur Grat. discept. cit. 972. num. 20.*

Pro conciliatione harum opinionum videtur di-15 cendum rem hanc pendere à Iudicis arbitrio, & ab illius circumspectione, vt consideret, an executio facta sit in tali, ac tanta luminis claritate, vt tribuenda sit radijs solis, vel aduenientis, vel abeuntis, quamuis sol ipse non conspiciatur directè. Nam cum adhuc inde constet solem re ipsa super horizontem esse, proculdubio existimabitur executio facta de die, cum verè dies sit, quandiù sol quoquomodo est super terram. Si vero claritas nequit referri ad existentiam solis adhuc perseuerantis super terram, reputabitur facta de nocte cum Iurisconsultus in l. hæc verba ille, aut ille, de verb. sig. rectè neget medium esse inter noctem, & diem, ibi, *Aut dies, aut nox est, quorum posito altero necesse est tolli alterum.* Quod etiam in proposito sentisse videtur Fenut. supra allegatus. Distinctio tamen 16 præfata non procedit, si versemur in odiosis, vtpotè in Statuto duplicante pœnam delinquentibus de nocte, tunc enim diei attribuerentur crepuscula, seu dilucula. *Bertaz. cons. crim. 378.*

17 Aduertendum vero est, quod ad hanc tertiam conclusionem attinet; si porrecto Memoriali Sanctissimo pro parte creditoris emanauerit rescriptum directum A. C. vel alteri Iudici, concedens illi potestatem capere faciendi debitorem de nocte arbitrio suo, & apposuerit, *Exequatur* 18 *etiam de nocte.* Tunc enim valida est carceratio

etiam debitore non citato ad dicendum contra Memoriale. Nam alias per citationem huiusmodi debitor instrueretur ad fugam. *Gabr. de concl. 1. num. 904. Asin. in praxi. §. 7. cap. 5. lim. 12. numer. 1. & 4. Pacab. de iur. sisten. cap. 4. num. 3. Cotta memor. citatio partis. fall. 4. Borell. in sum. dec. tit. de citat. 44. num. 291. 293.* Neque prædictis obstant 19 verba Constitutionis LXXI. Pauli V. tit. de Baron. *vers. Mandata ciuilia Barruarij, vel executores non exequantur in diebus festiuis, neque de nocte, nisi sint mandata suspicionis fugæ; neque de die in domo ianuis clausis, nisi parte citata, & cum speciali mandato Iudicis.* Siquidem dicta verba, *Nisi parte citata,* restringuntur ad proximè, & immediatè dicta de capiendo in domo ianuis clausis. *Surd. consil. 402. num. 17. Cyriac. contr. 247. num. 7. & 8.* non 20 autem ad casum nostrum, in quo militat diuersa ratio. *Surd. cons. 431 num. 64. Greg. decis. 384. nu. 2. & 4. Rota. decis. 44. num. 6. par. 5. recent.* Itaquoque fuit dictum oretenus in Visita, Nonæ habita 1640. 26. Ian. contra Ioannem Baptistam, esse videlicet bene carceratum vigore *Exequatur* ab Auditore Cameræ appositi in vim Rescripti Sanctissimi sub his verbis concepti. *A Monsig. Auditore della Camera, che ad arbitrio suo conceda l'exequatur di notte,* prout fuerat appositum, *Exequatur,* Et non fuerat citatus d. Ioannes Baptista.

21 Illud vero notandum est, quod Memoriale in quo fit instantia Sanctissimo pro captura de nocte, vel die festiuo, simpliciter absque Rescripto, de quo supra, à Sanctissimo remissum Iudici nihil operetur, nec vllam tribuat iurisdictionem. Nam etiam citata parte ad dicendum contra Memoriale non poterit quis capi de nocte, seu die festo. Atque ita annis elapsis fuit obseruatum à Visita, quæ relaxari mandauit Franciscum de Fiano carceratum cum *Exequatur,* etiam die festo, cum mandato Auditoris Cameræ cui remissum fuerat Memoriale à Sanctissimo simpliciter, & absque vllo particulari rescripto.

22 Rursus prædicta conclusio tertia sublimitanda est, captura facta etiam in vim Rescripti specialis Sanctissimi quotiescumque pars noctis, qua fit captura, est antecedens, vel subsequens diem festum, post, vel antè mediam noctem respectiuè. *l. more Romano. de fer. Grat. discept. 972. à num. 1.*

23 Conclusio secunda. Si post decennium à die relaxati mandati fiat captura, erit nulla. Consueuit enim citari pars ad videndum concedi duplicatum; & stylus est Signaturæ rescribendi cum clausula, *Siquid exequendum.* Nec Rota solet exequi rem iudicatam, sed iterum disputare. Allegabat huiusmodi nullitatem Ioannes Antonius carceratus vigore mandati Auditoris Cameræ relaxati ante annos tredecim. Commissa causa auctoritate Visitæ eidem Auditori Cameræ, ipse consuluit Visitam, quæ 31 Iulij. 1642. fuit in voto capturam esse nullam. Non fuit tamen firmatum, an esset ex manifestis nullitatibus, de quibus hic agimus. Sed ipse Auditor Cameræ, qui habebat vtramque iurisdictionem, mandauit excarcerari gratis. In alio vero casu simili fuit firmatum non esse ex manifestis nullitatibus, de quibus in hoc capite, & propterea remissa fuit cognitio ad Iudicem suum.

24 Conclusio tertia. Captura nulla est, si fiat in diebus, in quibus sint concessæ Moratoriæ propter aliquam publicam causam, vt propter Iubilæum: vel propter penuriam, vel similes, de quibus dictum fuit supra, dum tractatum fuit de gratijs à Visita fieri solitis. *lib. 1. sub. 5. cap. 4.*

25 Conclusio quarta. Si captura fiat cum mandato habente verba, *Quibuscunque non obstantibus,* & debitor habeat, *Non grauetur* Agriculturæ, carceratus erit relaxandus tanquam nulliter captus, vt 26 in casu infrascripto. Prætendebat Alphonsus se tanquam in contemptum inhibitionis Consulum Agriculturæ pro ciuili debito nulliter captum, esse gratis relaxandum, cum nemo sub fide publica Principis, vel Magistratus circumueniri debeat. *l. 1. C. de his, qui ven. ætat. Menoch. de arbitr. cas. 337. num. 5. & 6. Far. q. 29. ex num. 95. & 96.* Opponebat Ascanius creditor Alphonsum fuisse carceratum in vim *Exequatur etiam de nocte, & in diebus festiuis quibuscumque non obstantibus,* ab 27 Auditore Cameræ vigore Memorialis Sanctissimo porrecti relaxati: Quæ dictio, *Quibuscumque,* tanquam vniuersalis, casus omnes, qui sub simplici derogatione non veniunt, includit. *Auth. quibuscumque. C. de sacros. Eccles. Grat. de dict. dict. 206. nu. 1. vers. quin etiam facit. Hond. cons. 30. num. 61. lib. 1.* 28 *Rota. decis. 246. num. 3. par. 6. rec.* Fauebat tamen excarcerationi Regula, Quod Princeps suum priuilegium reuocare velle non præsumitur, nisi expressè dicat. *Paris. cons. 61 in fin. vol. 2. Surd. cons. 419. num. 50.* adeò, vt semper sit facienda interpretatio pro illius non derogatione, postquam introductum fuit. *Castr. cons. 278 num. 4. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8.* 29 *glos. 36. num. 76. Grat. discept. 845. num. 17.* Præsertim in casu nostro, in quo nō fuit narratum Principi, quod Alphonsus esset inhibitione Agriculturæ tutus, & facillimè sub generalitate, & inuolucro verborum, quod obscuritatem parit, decipi potuit. *Socin. sen. cons. 273. num. 12. vers. secundo facit. & vers. igitur priuilegium. lib. 2. Natta. cons. 368. nu. 4. Hond. cons. 27. num. 65. lib. 1. Cyriac. contr. 219. nu-* 30 *mer. 21.* Maximè cum tractetur de reuocatione priuilegij Agriculturæ, quod fuit propter publicam vtilitatem introductum. *l. 1. & per tot. C. de omn. agr. desert. lib. 11.* & testatur Pius V. in Constitutione XIX. § 7. & per consequens est difficilius auferendum. *Roman. cons. 436. num. 14. vers. septima principalis ratio. Rolan. cons. 13. num. 32. lib. 3 Grat. discept. 48. num. 30. Seraphin. decis. 1271.* 31 *num. 4. & 5.* Rursus cum sit in corpore Iuris clausum. *l. Agricultores. C. quæ res pignor.* & in d. Constit. Pij V. 19. *§. 7. Sola ad decret. Pedemont. de for. proceden. in pignor. subbastat. glos. 2. num. 7.* illi 32 per rescriptum particulare ad partis supplicationem, & non proprio Motu, quamuis generalibus verbis, & cum clausula, *Non obstantibus,* emanatum, non censetur derogatum, nisi de eo facta sit expressa mentio, vel additum in derogatione priuilegiorum, etiam si in corpore iuris clausa sint. *l. decisionibus. vbi glos. C. de silentia. lib. 12. Surd. cons. 325. num. 8. & dec. 164. num. 1. Grat. discept. 918.* 33 *nu. 38.* Difficilius enim tollitur impedimentum iuris communis, quam iuris specialis. *l. eius militis. §. militia missus. de milit. testam. Tiraq. cessāt. caus. lim. 11. num. 4. Gabr. de reg. iur. concl. per tot. Surd. cons. 2. num. 46. Gonzal. glos. 36. num. 34. Rot. in punct.*

punct. decis.645. num.5. par.3. & decis.24. num.7. 34 *par.5. rec.* Quod absque dubio procedit fauore agros colentium. Hoc enim priuilegium, ne pro ciuili debito carcerentur, & ius commune Romanorum propter publicam vtilitatem introduxit, & Summi Pōtifices Motu proprio cum clausula, *Sublata &c. decretoq. irritante*, confirmauerunt, & ampliauerunt. *Alex. cons. 101. post nu. 1. vers. fortificatur. lib.1. Rom. cons.404. num.9. vers. vnde succedit. Paris. cons.140 num.6. lib.4. Decian. tract. crim. lib.2. cap.35. num.47. Grat. discept.791. nu.11. 12. & 13.* Dicendum igitur est, quod clausula, *Quibuscumque non obstantibus*; restringenda est ad *Nō grauetur*, seu inhibitiones merè gratiosas, quę, vt plurimum, ad defatigandum creditores, solutionesque illis debitas protrahendas surripi solent. *Argumento eorum, quæ notat Alex. cons.3. num.4. & cons.23. num.11. lib.5. Dec. cons.180. num.8.* Vt 36 de clausula; *Appellatione remota*; quæ excludit solum friuolam, docet Menoch. *De arbitr. cas.197. num.2. Adden. ad Buratt. dec.597. num.11.* Non 37 tamen tollit legitimam. *Glos. in cap. ex conquestione. de restit. spol. & in cap. vt debitus. de appell. latè Barbat. de præstantia Cardin. fol.68. num.7.* Et propterea fuit in Visita in causa dicti Alphonsi decretum, illum tamquam nulliter captum esse relaxandum.

38 Conclusio quinta. Captus durante termino suscepto vnius mensis ad soluendum, tanquam nulliter captus, est relaxandus gratis. 1534. 31. Ian. Capitol. *Sebastianus Macellarius, alias il Grasso. Si mensis ad soluendum sibi concessus tempore captura non erat elapsus; Relaxetur gratis vbique firmo remanente decreto, quod principalis, qui eum capi fecit, soluat expensas, & si carceratus ipse soluerit, computetur in summa debiti.* Hæc conclusio 39 nō haberet locum si alium similem terminū prius suscepisset. Posset enim capi durante secundo termino, elapso primo. Ita obseruatur in praxi.

40 Conclusio sexta. Nullitas capturæ committitur etiam in carcerato infra tempora ad appellandum. 1639. 7. April. Sabell. *Ioannes. Iuxta mentem, & auctoritate Visitæ.* Allegabat enim carceratus durante termino ad appellandum, scilicet infra decem dies post sententiam à qua dabatur appellatio, fuisse carceratum, & propterea commissum oretenus D. Gubernatori, vt si de hoc illi constaret, mandaret dimitti carceratum gratis.

41 Conclusio septima, & vltima. Si captus pro causa ciuili, qui erat relaxatus pro causa criminali, carceretur ante lapsum vnius horæ à tempore relaxationis ex verbis Constitutionis LXXI. Pauli V. *Tit. de carcer. vers. relaxati à carceribus.* quod est etiam de iure, quia reponi debet securus ad locum suum. *Fabus. decis. Lusitan.54. num.10.* Atque ita obseruatum fuit à Visita, quę declarauit actum nullum, quotiescūque captura ante terminū horæ facta fuit. 1616. 28. Iul. Sabell. *Petrus. Stante quod fuit captus, postquam fuit relaxatus pro causa criminali ante horam elapsam iuxta formam Reformationis; Relaxetur gratis.* Hoc extendit Visita ad quemcumque nulliter captum etiam pro causa ciuili. 1650. 21. Iul. Sabell. *Domini Visitatores habita notitia, quod Alexander tanquam nulliter captus relaxatus, fuit iterum captus descendendo per* 42 *scalas carcerum de Sabell. mandarunt eundem excarcerari, & per horam non molestari.* Quid autem dicendum sit de capto tempore nundinatum diximus supra de nullitate capturę ratione loci non sacri.

§. XI.

PRÆSENTIA IVDICVM CAVSARVM IN VISITA.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, qui relaxarunt mandata debent esse præsentes ex Constit. LXXI. Pauli V. in Visita.*
2 *Iudices etiam Criminales causarum debent esse præsentes in Visita.*
3 *Iudices causarum, si non sint de Visita, debent esse præsentes in Visita ex decreto Visitæ.*
4 *Iudex grauans, debet potius à se ipso, quam ab alijs corrigi.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 IN quibus omnibus relaxationibus sint præsentes Iudices, qui mandata relaxarunt, & vti edocti, atque instructi de meritis causæ rationem reddant.

SVnt verba dictæ Constit. LXVIII. Pij V. §.8. & Constit. LXXI. Pauli V. §.24.

2 Licet præfatæ Constitutiones loquantur de carceratis pro causis Ciuilibus, idem tamen seruatur in Criminalibus, vt apparet ex infrascriptis, & ex alijs quamplurimis Decretis in hoc opere relatis, & diximus etiam alibi supra: & in hac materia fuit aliàs factum hoc Decretum infrascriptum à Visita. 1546. 24. April. Nonæ. *Hieronymus Ferrariensis. Si quid deest ad perficiendum processum, perficiatur, ita quod omnino in prima Visita sit in casu relaxationis certa, & tunc omninò expediatur, & ostendantur Acta Dominis Visitatoribus gratis.*

Concordat Constitutio Pij IV. *num.87. §.32.* Vbi in propositione causarū Clerici Cameræ Acta, & Processus secum deferre debent. Concordat etiam id, quod alias decreuerunt ijdem Visitatores respectu Iudicum, qui non sunt de corpore Visitæ. 1575. 18. Aug. Capitol. *RR. Domini decreuerunt,* 3 *quod in futurum omnes, & singuli Iudices, & Officiales habentes carceratos in quibusuis carceribus, pro quibusuis causis, debeant personaliter compare-*

re in plena Visita, vna cum alijs Dominis Iudicibus, ad informandum de meritis causarum dd. carceratorum, alias prouidebitur indemnitati, & incumbentijs eorumdem carceratorum absque eorũdem Dominorum Iudicum præsentia. Et sanè merito; tum quia Iudex grauans debet potius se ipsum corrigere, quam expectare, quod ab alijs corrigatur. *Felin. cap. litteras. num. 2. de præsumpt. Sol. in nouis Constit. Pedem. tit. de modo, & form. suppl. à sent. Senat. glos. 2. num. 58.* tum quia integrum est iudicium quod plurimorum sententia comprobatur. *cap. prudentiam. vers. illa quippe. de offic. deleg. Mant. dec. 344. num. 2.*

§. XII.

CONSIDERANDA IN RELAXATIONE DEBITORVM.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio debitorum quibus consideratis fieri debeat remissiuè.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 ET in præmissis habeatur ratio paupertatis creditoris, & an debitor calumniosè diù litem sustinuerit, fatigando creditorem expensis, & laboribus, & an aliam dilationem habuerit, & creditori non satisfecerit, non constito de legitimo impedimento. Et in his omnibus Visitatores arbitrio vtantur, & pensatis qualitatibus tam creditoris, quam debitoris, ac facultatibus, & natura debiti, decernant ea, quæ iuri, & æquitati, & vtilitati etiam creditorum conueniant.

Hæc eadem verba desumpta sunt ex dicta Constitutione LXVIII. *Pij V. §. 9.* Et ex Constitut. LXXI. Pauli V. De hac materia satis fuit dictum supra in Procem. Constitutionis. *cap. 3. & §. 2. cap. 1.* quæ hic non sunt repetenda.

§. XIII.

NOTARII ADHIBENDI IN CAVSIS VISITÆ.

SVMMARIVM.

1 *Notarius Cameræ, non causæ adhibetur commissa causa à Visita Præsidi Carcerum.*
1 *Notarius causæ remanet, commissa causa à Visita.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 CVm autem à Visitatione Carcerum fuerit alicuius carcerati causa commissa alteri Iudici, quam illi, qui mandatum de carcerando relaxauit, maneat dictæ causæ Notarius is, per cuius acta fuit relaxatum mandatum: & id ipsum seruetur quandocumque contigerit cautionem aliquam recipi, per alium, quàm causæ Notarium, quo casu is, qui cautionem recipit, teneatur dictæ cautionis integram fidem, & authenticam dare causæ Notario.

Hæc addita sunt à Paulo V. in d. Constit. LXXI. *§. 24.* Nec fuerunt desumpta ab aliqua prædecessorum Pontificum Constitutione, & propterea non est mirum, si nunquam dispositio istius Constitutionis fuerit vsu recepta. Quælibet autem Constitutio recipit interpretationem ab eo quod est consuetum. *Dec. cons. 39. num. 40.* Immò neque poterat executioni mandari, quia Iudices deputati admittere recusarunt alieni Tribunalis Notarios: de quo certioratus Summus Pontifex, ipsemet statuit in taxa anno 1618. vt infra: *Et prima. Che dinanzi à Monsig. Presidente delle Carceri, & anche nelle cause commessegli dalla Visita si proceda, & si seruino i termini per i Notari di Camera.* De qua taxa infra. *In Append. §. 3. cap. 9.* Quod est etiam conforme iuri communi, secundum quod Notarius vnius Tribunalis non potest scribere Acta alterius Tribunalis, nec eius officium prorogari potest, etiam de voluntate partium. *Bald. in l. repetita. num. 2. C. de Episc. & Cler.*

§. XIV.

§. XIV.

DILATIONE CONCESSA NON PERMITTITVR EXECVTIO REALIS.

SVMMARIVM.

1 *Dilatione concessa à Visita non potest fieri executio realis, nisi apposita in decreto clausula*: Sine præiudicio executionis realis.
2 *Verba indefinita æquipollent vniuersalibus.*
3 *Concessio censetur facta in plenum, & respectu totius, non partis tantum.*
4 *Saluus conductus datus Titio prodest vxori, & rebus.*
5 *Vsus mulieri concessus communicatur viro, & è contra.*
6 *Personalissimi actus inseparabiles probationes includunt.*
7 *Dilatione pendẽte officium Iudicis debet in totum quiescere.*
8 *Dilatione pendente omnia secuta nulla sunt.*
9 *Dilatione pendente, facta nec partium consensu possunt conualidari.*
10 *Clausula:* Sine præiudicio executionis realis: *aliquando apposita à Visita post concessam simpliciter dilationem.*
11 *Clausula*: Sine præiudicio executionis realis: *aliquando apposita post excarcerationem à Visita.*
12 *Clausula:* Sine præiudicio executionis realis: *aliquando apposita stante qualitate debiti, vt pro expensis litis.*
13 *Clausula:* Sine præiudicio executionis realis: *apponitur facilius, si tempore carcerationis erat facta talis executio.*
14 *Clausula:* Sine præiudicio executionis realis: *non apposita in decreto Visitæ fuit denegata à Signatura Sanctissimi.*
15 *Clausula:* Sine præiudicio executionis realis: *non est facile apponenda in decreto dilationis.*
16 *Clausula:* Sine præiudicio executionis realis: *si apponatur post cautionem datam poterunt prætendere fideiussores liberationem.*
17 *Fideiussio est strictè interpretanda, & non extendenda.*
18 *Clausula:* Sine præiudicio executionis realis: *facile conceditur data dilatione cum sola obligatione carcerati.*
19 *Dilatione data cum cautione, cautio succedit etiam loco realis executionis.*
20 *Fideiussore præstito ex die, principalis remanet obligatus de iure.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 QVando in Visitatione alicui carcerato dilatio videtur concedenda, illa semper intelligatur concessa, etiam quoad exequutionem realem, nisi in specie in Decreto sit apposita clausula: Sine præiudicio executionis realis:

Hoc fuit additum in Cõstitutione LXXI. Pauli V. Non enim erat in Constitutionibus Summorum Pontificum in hac materia factis, sed tantum
2 tacitè subintellectũ per iuris interpretationẽ; quæ vult sermonem indefinitum æquipollere vniuersali. *l.1. §.generaliter. de legat. præst. Siluan. cons.3. num.35. Medices.de reg. iur. regul.2.* vbi latissimè
3 propositionem exornat, & concessionem censeri semper factam in plenum, & respectu totius non partis tantùm. *Moret.resp.9 num.6.Pereg.cons.56. num.10. in fin.lib.2.Cyriac.contr.523.num.12.13. & 14.Rot. decis.299.num.15.par.5.rec.*
4 Similiter datum Titio saluum cõductum etiam vxori prodesse, & rebus tradidit Angelus. *l.Papinianus. ff. de inoff. testam.* atque etiam familiæ necessarijs, quæ pro viri qualitate censentur. *l.4 de*
5 *vsu. & habit.* Hinc est, quod vsus mulieri relictus communicetur viro, & è contra. *Bald. l.1.de Con-*
6 *stit.Principum.* & in personalissimis actibus inseparabiles personæ includantur. *l.pen. ff.de prec.* Vbi dicitur, cum precario quis rogat, vt ipsi in fundo morari liceat, superuacaneum sit adijci: *Ipsi, suis-*
7 *que.* Quodq. dilatione pendente officium Iudicis in totum conquiescere debeat. *l. siue pars. de dilat.*
8 Et omnia inde secuta nulla sint *Vant.de nullit. ex def.iurisd.num.157. Paris.cons.106.num. 14. lib. 4.*
9 ita vt nec partium consensu conualidari queant. *Gabr.de dilat. conclus.1. num.1. Grat. discept.516. num.15.16 & 17.Caual.dec.69. num.4.*
10 Declara I. vt hæc clausula: *Sine præiudicio executionis realis:* aliquando fuerit apposita per Visitatores post cõcessam huiusmodi dilationem creditore instante, & allegante rationes ipsi Visitæ satisfacientes. 1614.28.Aug.Nonæ. *Pro DD.Bernardino, & Gaspare contra Iacobum Bononiensem citatum ad videndum reponi à Decreto facto &c. DD. declarauerunt Decretum alias ad fauorem aduersarij per Visitam factum intelligi debere*: Sine præiudicio executionis realis.* 1620 4 Iul. Sabel. *Pro Baptista citato, & Octauio Ridolfuccio instante. Visitatores auditis partibus prædictis in contradictorio, decreuerunt, quod restitutis scutis vigintiquinque per dictum Octauium receptis, & computatis in sorte principali; Decretum aliàs factum intelligatur cum clausula: Sine præiudicio executionis realis.*
11 Declara II. vt quandoque addita fuerit post excarcerationem. 1598.26.Nouemb.Sabell. *Marius aliàs relaxatus cum decreto Visitæ in Capit. Addatur de ordine Visitæ illi decreto: Auditis partibus in contradictorio, quod stet; Sine præiudicio executionis realis.*

12 De.

12 Declara III. vt aliquando ratione qualitatis debiti, videlicet pro expensis litis, in relaxatone debitoris à Visita apposita fuerit hæc clausula. * 1597. 8. Maij. Capit *Hieronymus Vercellensis pro credito ad instantiam vxoris expensarum litis*; Relaxetur *sine præiudicio executionis realis*.

13 Declara IV. vt apponatur plærumque quando tempore decreti Visitæ erat iam facta execntio. 1627. 28. Ian. Capit. *Iulius Romanus*. *Data idonea cautione de solvendo infra quinquennium quolibet anno ratam, & deficiente &c. & sine præiudicio executionis realis iàm facta, & pro excarceratione ad Præsidem etiam auctoritate Visitæ*.

14 Declara V. vt facto decreto per Visitationem absque tali clausula, etiam in Signatura Sanctissimi recusauerit Papa illam apponere. Nam 1618. 9. Febr. proponēte in Signatura Sanctissimi R.P.D. Tancello commissionem contra D. Arcaurum Rotæ Notarium, cui simpliciter in Visita fuerat concessa dilatio, in qua commissione petebat dictam dilationem non prodesse, nisi respectu personæ, Sanctissimus nihil rescribendum censuit.

15 Declara VI. Visitatores non ità passim huiusmodi clausulã apponere solere. Nam si apponatur tempore Decreti, difficilius fideiussorem reperiunt

16 pauperes carcerati: Multoque minus apponenda post factum Decretum, & præstitam fideiussionem, quia forsan fideiussores iam dati, & approbati per istiusmodi innouationem, & decretæ obligationis alterationem possent se prætendere liberatos. *Ad not. in l. vbicumque de fideiuss. & per Surd. cons. 460. num. 45. & 72. Marescott. res. 56. nu. 18. lib. 2.*

17 Cum fideiussio sit strictè interpretanda, nec aliquo modo extendenda. *l Blanditius. C. de fideiuss. Decian. resp. 72. Farin. cons. 59. num. 13. Rot. decis. 156. num. 7. & 10. ac per tot. par. 5. rec.*

18 Declara VII. vt concessa dilatione de soluendo absque cautione, cum sola obligatione carcerati, non videatur deneganda executio realis; non solum, quia tunc cessat ratio prædictæ difficultatis reperiendi fideiussorem, sed etiam quia Visitatores in vno dilatantes iurisdictionē suam, conuenit eam in alio restringere: nam in initio cap. de facult. Visitæ dd. Constitut. LXVIII. Pij V. & LXXI. Pauli V. legitur: *Visitatores Carcerum possint relaxare debitores a carceribus ex causis infrascriptis: Et primo concedendo dilationem data cautione de soluendo infra tempus assignatum &c.* Facultas enim concessa sub conditione præstandæ cautionis, sub contraria conditione videtur adempta *l. si legatum pure. ff. de adim. leg. l. aliquando. ff. de cond. & dem. l. quod purè. ff. de adim. leg. cum similibus adductis per Surd. cons. 236. num. 5. & 6. vol. 2.* Quan-

19 do antem præstatur cautio, non est inconueniens quod impediatur realis executio, cum cautio succedat loco executionis tam personalis, quam realis. Non per hoc tamen dicendum est, esse inconueniens, quod data cautione apponatur etiam ex causis suprascriptis clausula: Sine præiudicio exe-

20 qùtionis realis; cum videamus etiam accepto fideiussore ex die principalem debitorem remanere obligatum de iure. *Text. in l. gracè. §. illud commune.* Ibi: Item accepto reo. *de fideiuss. cum simil.*

§. FIN.

IVDICES VISITÆ POST EXCARCERATIONEM NON SE INGERVNT IN MERITIS CAVSÆ.

SVMMARIVM.

1 *Visitæ Iudices ex carcerati causa merita relinquant Iudici.*
2 *Finis coronat opus.*
3 *Boue excoriato non est in cauda deficiendum.*
4 *Visitari carceratos mandat Eugenius IV.*
5 *Visitatoribus à Pontificibus alias iniuncta excarceratio pro arbitrio.*
6 *Visitatores cognouerũt antiquitus de meritis causa:* Decreta *referuntur.*
7 *Visitatores non cognoscunt de meritis, si causa alteri commissa sit à Sanctissimo.*
8 *Visitatoribus à Pontificibus data facultas circa merita causa.*
9 *A Visitatoribus etiam modernioribus temporibus cognita fuerunt merita causa.*
10 *Visitatores ex Const. Pij V. possunt cognoscere merita causæ.*
11 *Visitatorum cognitio circa merita vsque ad annum 1603.*
12 *Visita exercuit Iurisdictionem etiam in nondum carceratos.*
13 *Visitatorum iurisdictionem circa carceratos non diminuit Const. LXXI. Paul. V.*
14 *Nouitates sunt vitanda.*
15 *Præses carcerum contra relaxatum cum cautione non soluentem potest relaxare mandatum.*
16 *Fidem frangenti fides frangitur.*
17 *Debitor obligatus soluere in pluribus terminis, non soluens in primo perdit beneficium dilationis.*
18 *Sententiæ & decreta exequuntur à Iudicibus, à quibus emanarunt.*
19 *Præses carcerum est executor Decretorum Visita.*
20 *Verbum* (omnium) *est vniuersale, & nihil excludit.*
21 *Verbum geminatum magis enixam voluntatem denotat.*
22 *Gubernator in Visita præsidit nomine Camerarij nisi sit Cardinalis.*
23 *Præses carcerum in Visita interuenit nomine Camerarij.*
24 *Actus tribuitur ei, cuius nomine fit.*
25 *Visita apponente manum in causa non potest inferior se ingerere.*
26 *Causa semel ingressa Consistorium Principis non egreditur.*

27 *Visita*

27 *Visita competit Iurisdictio post excarcerationem ex Taxa Paul. V.*
28 *Visita competere Iurisdictionem post excarcerationem declarauit Clemens VIII.*
29 *Dictio, sed, aduersatiua declarat verba præcedentia.*
30 *Argumentum à contrario sensu est in iure receptum.*
31 *Exclusio unius est alterius inclusio.*
32 *Exceptio in uno regulam firmat in alio.*
33 *Transactio fit de re dubia.*
34 *Visita in dubio vtitur tēperamento pro excarceratione.*
35 *Visita Iurisdictionem habet circa de nouo emergentia.*
36 *Visita Iudex habet aliqualem Iurisdictionem meritorum, quia non est merus executor: & referuntur decreta.*
37 *Visita Iurisdictionem cognoscendi dependentia ab eius decreto confirmat decretum Cameræ.*
38 *Conclusio operis.*
39 *Appendix quæ contineat.*
40 *Protestatio Auctoris in fine operis apposita.*

VERBA CONSTITVTIONIS.

1 AT qui Præsides Carcerum, & alij quibus à dictis Carcerum Visitatoribus alicuius carcerati causa commissa est, cum carceratum à Carceribus relaxauerint, nullo pacto se amplius in principalis causæ cognitione immisceant sed merita suo Iudici cognoscenda relinquantur.

A Carceribus decurramus ad metas, repetendo 2 breuiter aliqua ex latè deductis supra. *lib.1 §.10.* ad rem pertinentia: Cum de fine tractetur, qui coronat opus, & de iure dicitur victoria. *Oldrad.* 3 *conf.283. in princ.* Ego, ne mihi aliqua ratione imputari possit, quod toto (honor sit auribus, liceatque in materia pauperum carceratorum plebeio vulgi prouerbio vti) excoriato Boue in cauda aliqua ratione defecisse videar, ad intelligentiam huius §. finalis, sciendum est Visitationem semper cognouisse de meritis causarum. Qua in re nihil de meo inducā; Summorum Pontificum testimonia, & Visitæ paucula quædam decreta speciminis causa (cum plurima legantur in opere ad alium effectum adducta) antè oculos statuam, vt in hac, quæ moueri posset circa Visitæ facultates, controuersia, audiantur solum Summorum Pontificum verba, & ipsinsmet Visitæ Decreta, quæ causam suam defendant.

4 Audiamus itaque primo loco Eugenium IV. anno 1431. creatum Summū Pontificem. Is Caritatis zelo succensus erga Carceratos mandar eos quolibet die Iouis visitari, & auditis partibus relaxari, proue Visitatoribus visum fuerit expedire, vt diximus supra. *lib.1 §.7. De initio Visitæ. cap. 1. circa princip.* vbi etiam concordantes dispositiones 5 Sixti IV. & Alexandri VI. adduximus. Ecce quomodo iniungitur relaxatio Visitatoribus pro arbitrio. Hoc sanè importat cognitionem meritorum.

Præfatorum Pontificum tempore Decreta Visitæ non habemus, quia libri huiusmodi Decretorum exciderunt in excidio Vrbis anno 1527. post 6 quod excidium Decreta Visitæ in libris particularibus reperiuntur annotata, & ad nostrum institutum quamplurima: ex quibus infrascripta tantum subijcimus. 1528. 5. April. Sab. *Dominicus. Data cautione idonea de soluendo, admittatur ad exceptionem metus, & violentiæ, & ea probata contractus rescindatur, & relaxetur.* * 1529. 11. Decemb. Sab. *Thomasinus.. D. Computista Cameræ adhibito vno, vel duobus Mercatoribus ad libitum suum eligendis, videat computa, & referat in Camera, & exhibeantur libri per Paulum, & interim Thomasinus retineatur in Carceribus de Sabellis.* * 1530. 22. Decemb. Nonæ. *Domini Visitatores audita propositione causæ facta per D. Georgium Locumtenentem D. Gubernatoris; & auditis allegationibus Procuratorum, vtriusque partis, & viso decreto alias facto, & consideratis considerandis decreuerunt, quod omnino relaxetur, facta obligatione de stando iuri, & iudicatum soluendo quoad causam ciuilem, etiam per viam cessionis bonorum in euentum succumbentiæ, attento quod non habet aliam cautionem, & ità relaxetur.* * 1545. 5. Nouembris. Sab. *Bartholomæus Aquarolus. Videatur Copia processus per DD. Visitatores, & in prima Visita Turris Nonæ votetur, curam portandi Procurator Pauperum habeat.* Votata postmodum causa in Visita fuit decretum. 1545. 26. Nouemb. Sab. *Bartholomæus Aquarolus. Expediatur processus vsque ad sententiam definitiuam exclusiuè, & sumantur in sententia vota Visitæ.*

Ex quibus decretis apparet manifesta Facultas, & Stylus Visitæ cognoscendi de meritis iuxta formam Constitutionum præfatarum.

7 Aliter dicendum est, quando Iudex, qui carcerati fecit, est à Summo Pontifice deputatus, vt fuit alias à Visita declaratum. 1532. 6. Febr. Sab. *Pro Bernardino carcerato in Capitol. declarandum, quod per decreta facta in Visitationibus præteritis causa ipsius: quatenus veniat terminanda de iure, non intelligatur auocata ab Auditore Cameræ, cui erat commissa per speciale Rescriptum Sanctissimi ex aduerso præsente Procuratore Fiscali, & replicante verba Decreti Visitæ esse clara, & manifesta, & propterea declaratione non indigere: Visitatores decreuerunt supersedendum esse vsque ad primam Visitam in Capitolio, & interim tractandam compositionem.*

8 Conformia sunt, quoad præfatam meritorum cognitionem, quæ disposuit Iulius II. vt *d. lib. 1. §.7. cap. 1.* demonstrauimus. Post Iul. II. Paul. III. edidit Constitutionem particularem anno 1548. publicatam, quæ est IV. *Adonus. in Bull. f. 560.* quam nos toto libro secundo explicauimus; in qua pluries legitur data facultas Visitatoribus circa merita causarum, & præsertim §. 8. Ibi: *Iudices qui*

qui processerunt, dum causas in Visita proponent, habeant secum processus, vt Visitatores intelligant, & videant carceratum minus, vel plus debito non
9 *grauari*. De eisdem temporibus apparet cognita fuisse à Visita merita causarum. 1558 2. April. Capitol. *N. de Cappadocia*. *Præstita cautione de se repræsentando ad omne mandatum D Senatoris; Relaxetur; & D. Senator expediat causā auctoritate Visitæ cum opportuna auocatione causæ a Capitaneo Appellationum*. * 1559. 7. Ian. Capitol. *Marianus*. *D. Senator expediat etiam auctoritate Visitæ, etiam quoad rescissionem contractus*.* 1565. 4. Aug. Capit. *Rutilius*. *D. Gubernator concedat dilationem etiam eius fideiussori suffragantem arbitrio suo; & interim causam reuideat in negotio principali, & eam expediat etiam auctoritate Visitæ*.

10 Pius verò V. B. mem. creatus Pontifex septimo Idus Ian. 1566. non contentus sola confirmatione Constitutionum Prædecessorum suorum, declarauit particulari Constitutione quousque volebat extendi in futurū Iurisdictionem Visitæ quoad causas criminales, de qua per nos latè sup. *lib.* 1. *§.* 10. *num.* 7. Aliam etiam edidit Constitutionem respectu causarum Ciuilium decem capita continentem. a nobis hoc toto libro enucleatam. Quæ capita singula non solum habent implicitam cognitionem meritorum causæ, vt ex eorum lectura, & ex supra per nos deductis apparet; sed etiam expresse in fine eorum legitur. *Relaxationibus sint præsentes Iudices, qui mandata relaxarunt, & vt edocti, & instructi de meritis causæ rationem red-*
11 *dat*. Continuauit S. Visita iurisdictionem cognoscendi super meritis causarum, vt ex infrascripto decreto. 1566. 21. Nouemb. Nonæ. *Ioannes Baptista. D. Auditor Cameræ constito de enormi læsione, & quod eo tempore idem Ioannes Baptista esset Carceratus, rescindat venditionem prout de iure, & etiam auctoritate Visitæ, & interim facta obligatione de se repræsentando toties quoties, & ad primam Visitam in hoc loco, etiam irrequisitus, sub pœna debiti, prout promisit &c. Relaxetur gratis*. Item Sacram Visitam continuasse cognitionem etiā quoad merita constat ex Decreto. 1603. 16. Octob. in Visita Capitolina facto. *Incipiente cum causa fuerit discussa in plena Visita, habita ratione viduitatis, damnorum, & interesse &c. Append. §. 3. cap.* 21.

Nec minori iurisdictione processit Visita successiuis temporibus sub alijs Pontificibus inter quos ipsemet Paulus V. anno. 1610. Præsidi Carcerum causam remisit merita concernentem. *Append. §. 3. cap.* 8. Imò quod plus est Iurisdictionem eandem tam ciuilem quam criminale exercuit S. Visita quoad nondum carceratos; vel iam relaxatos, vt latè supra diximus *§.* 10. *cap.* 2. *nu.* 35. & 36. & probant infrascripta duo Decreta. 1563. 2. Decemb. Capit. *Iacobus Theutonicus Furnarius. Ad D. Lomellinum, qui citatis Creditoribus interponat se pro concordia, & interim inhibeat, & dilationem concedat arbitrio suo etiam auctoritate Visitæ, etiam quoad temperantiam, & super validitate suæ obligationis*. Dum in decreto dicitur; *Inhibeat*; apparet Iacobū non fuisse tempore decreti Carceratum. 1571. 28. Ian. Capit. *Thomas*.

& Bartholomæus Cursores. Domini mandarunt per mensem non molestari, & significationem opportunam desuper decreuerunt.

13 His ita digestis pedem referamus ad propositum *§. fin.* pro cuius expositione firmandum credimus noluisse Paulū V. Summum Pontificē quicquam immutare circa prædictam Iurisdictionem Visitæ, quoad debitores, dum actu sunt carcerati; tum quia initio Constitutionis suæ confirmat alias prædictas Constitutiones de materia tractantes in iis, in quibus huic Constitutioni (quæ non aduersantur) prout nequaquam aduersantur quo ad prędicta, cum nihil particulariter Paulus V. disponat contrarium dispositionibus aliorum Pontificum super existentibus in Carceribus) & referat decē præfata capita Pij V. quæ subijcit d. tit. particulari, de facultatibus Visitatorū, & ea approbet: Tum quia id ex verbis ipsius *§.* fin. apparet restringi ad tempus, quo iam secuta est Carcerati relaxatio: Ibi: *Cum carceratum à carceribus relaxauerint*. Immò supponit Pontifex Iurisdictionem penes Visitam cognoscendi merita, donec debitores sunt carcerati, dum dicit; *Post excarcerationem nullo pacto se amplius in principalis causæ cognitione immisceant*. Nam illud verbum, *Amplius*, supponit Iudices Visitę, dum carceratos tenebant in carceribus, se in meritis immiscuisse *l. verbum. ff. de verb. signif. l. si seruus. §. si ita de leg.* 1. & ibi DD. Demum tollitur omnis difficultas dū addit in eadem Const. sua Paulus V. verba Pij V. supra relata, videlicet: *In quibus relaxationibus sint præsentes Iudices, qui instructi de meritis causæ rationem reddant*.

Videndum igitur est cum verba huius *§.* finalis non legantur in alijs Constitutionibus; sed addita fint à Paulo V. quid importent. Porro ita interpretanda sunt, vt minus quam fieri possit Facultatibus Visitatorum detrahant. Licet enim facilius sit detrahere inuentis, quam addere, non est
14 tamen securius, cum nouitates sint vitandę, *l. minime. ff. de legib. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de adil. edict. Bald. cons.* 295. *in fin lib.* 3.

Quare dicendum videtur, iisdem verbis attentè consideratis, nil aliud voluisse Pontificem demere de facultatibus Visitatorum, nisi illam iurisdictionem, quam exercebant, vt supra diximus, in existentibus extra carceres circa merita causarum.

15 Quapropter non erit contra dispositionem præfatam Pauli V. si data à Præside, vel alio Iudice Visitæ dilatione alicui carcerato, illoque præstituto tempore non satisfaciente, illum mandet denuò carceribus mancipari, & executionem etiam super bonis fieri.

Dubitabat alias D. Benignus Pauperum Aduocatus, & in spectantibus ad hoc Visitæ Tribunal valde versatus, num posset D. Præses post relaxationem carcerati amplius aliquo modo se ingerere, cum explauerit totaliter iurisdictio illi data vsque ad excarcerationē à S. Visita, & non vltra. Quem cum vidissent cæteri Visitatores hæsitantē, quemadmodum ij, qui ex aduerso vident oscitantes, eodem affectu corripiuntur, ita & illi eadem dubitatione correpti sunt. Contrariam tamen sententiā re maturè discussa amplexi sunt. Nec imme-
16 ritò: quia frangenti fidem fides frangitur *l. cum propo.*

proponas. C. *de transact*. Quod procedit etiam ad effectum repetendi iam datum, quod repetitur per se, vt dicit ibi glossa. *verb. Repetitio. & Bart. n. 1.* Et sic Iudices Visitæ faciendo illum carcerari denuo repetunt, quod dederunt, scilicet excarcerationem, quod facere possunt. *d. l. cum proponas. iuncta gloss. in d. verb. Repetitio.* Vbi Bartolus. *nu. 3.* dicit quod electio est eius, cui cõpetunt remedia.

17 Ad hanc rem facit id, quod dicitur de obligato soluere in pluribus terminis, vt perdat dilationis beneficium, si deficiat in primo, quando interuenit iuramentum. *Post Add. ad Matesil. sing. 2. in fin. tradit Tusch. in litera F. conclus. 337. nu. 10.* Immo cum per nouam carcerationem reuertatur res ad statum primæuum, non videtur necessaria post talem carcerationem noua commissio causæ eidem Iudici. Tutius tamen est, & ità obseruatur in Visita, vt post Carcerationem secutam vigore mandati Præsidis, carceratus compareat in Visita pro obtinenda commissione causę ad tollendum omne dubium.

18 Est etiam hoc conforme iuri communi, iuxta cuius dispositionem sententiæ, & decreta nõ mandantur executioni, nisi à Iudicibus, à quibus emanarunt. *cap. Quoad Consultationem. de re Iud. Surd. cons. 204. num. 1. & 7. Greg. decis. 545. num. 1.*

19 Vltra quod Carcerum Præses Decretorum Visitæ est generalis executor ex Motu proprio. in d. Constitutione XLIV. Pauli III. *in fin.* vbi Pontifex nõ 20 solum vtitur verbo (*omnium*) quod est vniuersale, & nihil excludit. *l. pediculis. §. labeo. de aur & arg. leg. l. nam quod. § fin. cum l. seq. ad Treb. Thes. dec.* 21 *199. nu. 6.* Sed etiam geminato (*omnium, & singulorum*) quod magis enixam voluntatẽ præfefert. *l. Balista. ad Trebell. Osasc. decis. 102. num. 4. Hond. cons. 30. num. 63. lib. 1.* Accedit, quod in Constitutione XLIV. Pauli III. *§. 19.* habetur, quod excarceratus pro aliqua causa non possit per alium Iudicem recarcerari, nisi de mandato Papæ, & Came-22 rarij, cuius vicem tenet Gubernator qui appellatur Procamerarius, & in Visita præsidet: nisi tamẽ dum est in officio creatus fuerit Cardinalis, & officium exerceat (vt hoc tempore Eminentissimus D. Card. Imperialis) tunc enim in Visita non in-23 teruenit. Similiter, & Præses Carcerum Camerariũ repræsentat sub illius nomine mandata subscri-24 bit. Non enim attendimus, à quo actus fiat, sed cuius nomine expediatur. *l. miles ad sororem. de leg. 2. Cran. cons. 91. nu. 6. Surd. cons. 393. num. 38.* actusque non exequenti, sed mandanti tribuatur. *l. item eorum. §. si Decuriones quod cuiusque vni. vers. nom. Cran. cons. 144. nu. 3. Surd. dec. 292. nu. 9. & dec. 297. nu. 1.* Rursus, si aliter diceremus, daretur inconueniens omnino euitandum, nempe quod non adesset Iudex, qui posset procedere contra deficientem in adimplemento Decreti Visitę, seu Iudicis ab ea deputati. Non enim id fieri posset ab 25 aliquo Iudice Ordinario, quia postquam S. Visita, quæ est omnium Tribunalium Superior, & Principem repræsentat, & in qua omnes Ordinarij Iudices conueniunt, semel manum causæ apposuit respectu concessionis dilationis, vel alterius facti ex Decreto Visitæ adimplendi, non potest inferior se in eadem causa ingerere. *cap. vt nostrum de appell. Vant. de nullit. ex defect. Iurisd. num. 59. Surd. de-* 26 *cis. 175. nu. 5.* Nam postquam causa semel Consistorium Principis ingressa est, numquam egredi potest. *Vant. supra cit. Couar. pract. cap. 1. num. 5.*

Hæc in controuersia deducebantur paulò post publicationẽ huius Constitutionis LXXI. Pauli V. quæ publicata fuit anno 1612. die 10. Mensis Mar-27 tij. Cæterum non solum obseruantia litem diremit; sed etiã clausit os postmodum omnibus ipsiusmet Pauli V. declaratio subsecuta, qui dum in taxa fauore Carceratorum obseruanda ab ipso emanata die 21. Decembris 1618. §. 2. & 5. *in Append. §. 3. nu. 45.* moderatus est expensas mandati tam executiui, quam de subhastando, & deliberando à Visitatoribus concedendi per necessarium antecedens iurisdictionem admisit in Iudicibus Visitæ huiusmodi mandata relaxandi. *l. ad rem mobil. de proc. Hond. cons. 33. num 21. lib. 1.* Nec tamen per hanc taxam aliquid circa d. Iurisdictionem de nouo statuit; quia iam in Signatura Sanctissimi non solum 28 ipse Paulus V. vt diximus, sed antea fæl. rec. Clemens VIII. huiusmodi iurisdictionem illi competere declarauerat. *Append. §. 3. cap. 8.*

Non obstant verba Constitut. LXXI. Paul. V. quibus nitebatur D. Benignus. Nam illa intelliguntur quoad cognitionem causæ principalis, vt legitur. Ibi: *Nullo pacto amplius se in principalis causæ cognitione immisceant, sed suo Iudici cogno-*29 *scenda relinquant*: maximè considerando dictionem (*Sed*) quæ tanquam aduersatiua declarat, quomodo intelligatur verba præcedentia, id est, *quoad merita. l. qui se. ff. de condit. caus. dat. l. sed, & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut.* vt etiam supra diximus; Hæc autẽ noua carceratio debitoris facta de mandato Iudicis Visitæ, maximè in casu non adimplementi sui Decreti, non tangit Iurisdictionem Iudicis causæ principalis. Si enim ille reassumendo merita causæ cognosceret, eius mandatum esset reuocandum, & sic carceratio illius vigore facta esset iniusta, poterit carceratum mandare excarcerari pro Iustitia, non obstante quod hæc noua carceratio sit de mandato Præsidis, vel alterius Iudicis Visitę. Est enim potius repositio in statũ primæ Carcerationis ob non seruatam fidem, quam noua carceratio, vt diximus. Vndè dicta verba (*in principalis causæ cognitione se immisceant &c.*) Iudices Visitę incompetentes reddunt in ijs solum, quæ merita causæ principalis, & illorum cognitionẽ concernunt; Quæ propterea in cæteris illos com-30 petentes reddunt, iam secundum argumentum à contrario sensu, quod est in iure receptissimũ. *Paris. cons. 110. num. 65. lib. 1.* quam ex vi regulæ: Exclu-31 sio vnius est alterius inclusio. *l. cũ Prætor. de iud.* 32 *Surd. cons. 313. num. 81.* Cum exceptio in vno regulam in reliquis firmet. *Gabr. cons. 108. num. 33. lib. 1. Hond. cons. 9. nu. 4. lib. 2.*

Dicimus itaque restringendo prædicta, quod Visita, quando tractatur de meritis causæ principalis, illa cognoscenda relinquit Iudici ordinario; quando tractatur de manifesta nullitate, & notoria iniustitia, tunc ipsa cognoscit, & opportunè prouidet. Si verò dubia, consulit carcerato temperamento in-33 frascripto. Quod est etiam iuri consonum, cũ fiat concordia de re dubia. *l. 1. C. de transf. Surd. cons. 358. nu. 16. & seq. Rot. dec. 85. par. 1. diuers.* Du-34 bietas contingere potest duobus modis. I. si à

carce-

carcerato detur fumus de aliqua manifesta nullitate, vel notoria iniustitia, non tamen habeat promptas probationes. II. Si sententia, seu Decretum quorũ vigore secuta sit carceratio, appareant quidem nulla, & iniusta, non tamen manifesta nullitate, & iniustitia notoria, de quibus solis potest cognoscere Iudex Visitæ; vt diximus supra. §. 10. vtroque casu dimittit Visita Carceratum cum cautione de concordando, vel se repræsentando infra certum tempus ad effectum, vt primo casu interim debitor docere possit de allegatis manifesta nullitate, seu notoria iniustitia; quo elapso, si nihil obtinuerit, reuocatur ad carceres, vel cogitur fideiussor ad soluendum, vt diximus supra. *§. 10. num.* 5. Si verò obtinuerit à suo Iudice reuocationem mandati, etiamsi creditor appellauerit, Visita neque reuocat ad carceres debitorem, neque arctat fideiussorem ad illum repræsentandum. Quod est pariter iuri conforme. *Bar. in l. à Diuo Pio. n. 7. & 9. de re Iud. Menoch. de arbit. cas. 38. num. 8. & seq. Surd. cons.* 358. *nu.* 14. *& seqq.* Etiamsi versamur in mero executure. *Far. q. 27. nu. 3. Rot. dec. 85. nu. 2. par. 5. rec.* Secundo verò casu, quo agitur de nullitate, sed nõ manifesta, Iudex Visitæ non cognoscit, an Iudex ordinarius benè, vel malè processerit, sed solum à reuocatione carcerati ad carceres abstinet, si ille obtineat reuocationem a suo Iudice ordinario: Si verò eam non obtineat, reuocatur ad carceres; vel cogitur fideiussor ad illum repræsentandum; vel soluendum debitũ, vt supra diximus in primo casu.

35 Ex quibus videtur posse firmari Iudicem Visitæ quotiescumque non tractatur de meritis causæ coram Iudice ordinario introductæ, & discussæ, habere iurisdictionem procedendi, tam durante carceratione, quam relaxato carcerato; & tam de tendentibus ad Decreti sui executionem, quam de eis eodem Decreto emergentibus; cuiusmodi sunt exceptiones solutionis, compensationis, pacti de nõ petendo, transactionis, nouationis, vel similis qualitatis, post relaxationem ortis tamquam post de-

36 cretum emanatis; cum Iudex Visitæ non sit executor merus, sed mixtus, qui cum partium citatione, & aliquali cognitione procedit. *Bar. in l. à Diuo Pio. num. 8. de re iud. Menoch. de arbit. lib. 1. cas. 38. num.* 10.

Confirmant prædicta varia decreta in hoc opere ad alium effectum allegata; sufficiet propterea subnectere solum infrascripta vltra prædictum de quo in. *Append. §. 3. cap.* 8. 1558. 27. Aug. Nonæ. *Sanus Ferrarius contra Laurentium creditorem. D. Ioannes Baptista adstringat dictum debitorem ad faciendum computa, & data cautione per dictum Sanum de soluendo id, quod tenebitur; concedat dilationem arbitrio suo etiã auctoritate Visita.* * 1558. 29. Nouemb. Capit. *Angelus. Ad D. Pisaurensem, qui reuideat computa, interponat se pro concordia, concedat dilationem reuideri faciat computa, & relaxet arbitrio suo etiam auctoritate Visita.* * 1573. 9. Iul. Nonæ. *Alemanus de Recineto. Ad D. de Vitellis, qui studeat concordare partes, & expediat auctoritate Visita, & computa, quatenus erronea facta sint, reuideat.*

Quæ omnia suprascripta Decreta opportunum duximus referre, vt clarius constet Visitæ Iudices olim habuisse in facultatibus suis etiam iurisdictionem cognoscendi negotium principale; & quacumque appellatione remota, terminandi; vt exindè appareat non esse in dubium reuocandam iurisdictionem eorũ propria decreta executioni demandandi etiam excarceratis debitoribus, præsertim cũ relata verba Constitutionis LXXI. Paul. V. sint intelligenda, vt minus quam fieri possint, lædant iurisdictionem Visitæ, & Iudicum ab ea deputatorũ; Accedit non esse itâ ligatas manus S. Visitæ, quæ supremum Principem, repræsentat, quin possit in diuersis casibus directè, vel indirectè etiam post Paul. V. Constitutionem LXXI. se ingerere in causarum meritis, prout clarum fit ex quamplurimis Decretis alias relatis post d. Constitutione factis, & alias ad alium effectum relatis.

37 Quapropter cum annis proximè elapsis aliqui prætenderent circa hæc innouare; fuit facta infrascripta propositio in Camera à priuatis interesse habentibus, etiamsi non esset necessaria, cum ipsamet Visita stantibus amplissimis suis facultatibus non egeat adiumento cuiuscumque Tribunalis. 1639. 5. Decembris in Camera Apostolica. *Dominico Boccarino, & alijs pro tẽpore interesse habentibus contra Magdalenam Antaguetam, & alios quoscumque. Committi Carcerum Præsidi, vt omnes causas coram eo introductas, & introducendas, dependentes ab eius decretis à quibuscumque reassumptionibus per quoscumque Iudices fiendis reassumat, & inhibeat, quibus opus fuerit, etiam de ordine Cameræ, non obstantibus remissionibus Signatura Iustitia, quæ non potest rescribere in Camera contra formam facultatum: Ad* D. *Præsidem.*

Hæc sunt quæ in hac materiam vsque ad Annum M. DC. XLIV. obseruaui, & fideliter retuli. Si quid postea mandatũ fuerit à Sanctissimo, qui solus est supra Visitam, illud cum omne reuerentia suscipiendum, & ad amussim obseruandum erit.

38 Imposuimus Dei gratia summum fastigium. Ad vmbilicum peruenit liber. De Carcere mihi satis videor dixisse, vtinã pro carceratis satis. Hic mea-

39 rum lucubrationum finis esto. Cætera, quę sequuntur, & opus claudunt, meum nihil continent, sed de alieno penu instructa sunt. Etenim hic congestas exhibemus Summorum Pontificũ Constitutiones, Magistratuum edicta, Iura diuersa, & S. Rotæ Romanæ decisiones, non alibi impressas; quibus ad superioris operis constructionem, confirmationemque vsi sumus, quæ omnia *Appendicem* propterea nominamus.

40 Cæterum quicquid toto opere non tam præstiti, quam præstare conatus sum, ad Dei Optimi, Maximi laudem, & gloriam refero; quoniam ipse Caritatis igniculos suscitans, & gratiæ suæ lumen præferens ad carceris squallorem, tenebrasque perlustrandas animum, viresque addidit. Porro si quid forte dixi aliter quam veritas exigit, aut quod iustè possit vllam offensionem præbere, id pro non dicto haberi cupio, & volo: Adeoque me meaq. submitto Iudicio, & censuræ S. Ecclesiæ Romanæ, quam omnium Ecclesiarum Matrem, ac Magistram me venerari profiteor, protestorque quod in eius fide, & vnitate viuere ac mori cupio.

F I N I S.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
MATERIARVM OMNIVM,

Quæ in his tribus Libris continentur ordine alphabetico digeſtarum.

Primus numerus indicat paginam ſecundus numerum marginalem.

A

ABBAS, ET ABBATISSA.

Actus

Index Materiarum.

A D V O C A T I.

Ali-

Ali-

Index Materiarum.

Ali;

ARCHICONFRATERNITAS.

ARGVMENTVM.

A R M A.

AROMATARII.

A R R E S T A.

Ar-

BIRETI VIRIDIS.

Capi-

 dat

CAPTVS.

Captus

Car-

CARCERE.

Carce-

CARCERETVR.

CARCERIBVS.

CARCERIS.

Carce-

Index Materiarum.

CAVTIO.

Cessio

Index Materiarum.

Cessio

PRO CESSIONE.

CHRISTIANI.

CIBATIO.

CITATIO.

possunt

Cle-

COLLATERALES.

cam-

Consti-

D

DAMNA.

DATIO.

DEBITA.

DEBITOR.

DEBITORES.

Debi-

DEBITVM.

DECIMA.

DECLARATIO.

DECOCTIS.

DECRETA.

DEFENSIO.

DEFENSOR.

DELATIO.

DELICTA.

DELINQVENDI.

De-

DILATIONE.

DISCORDIA.

DISTINCTIO.

DIVINATIO.

DIVISIO.

DIVITIAE.

DIVORTIVM.

Execu-

Exilia-

ante

F

Fide-

G

G L O S S A.

G R A S C I Æ.

G R A T I A.

G R A T I S.

GVBERNATOR.

Impu-

INCOMPETENTIA.

INDICATIO.

INDICIA.

In-

In-

Iniu-

INNOCENS.

INNOCENTIA.

INQVISITIONI.

INSTIGATOR.

INSTRVMENTA.

Iudex

Kkk 3 Iura-

Labo-

Index Materiarum.

L

Maior

Mari-

Medi-

Mino-

Nota-

O

Pau-

POENI-

PRIN-

Priui-

PROBATIO.

PROBATIONES.

altas

Nnn Proc-

RECVRSVS.

Rela-

RELAXATO.

Remi-

Repræ-

RIGOR.

RIPAE.

RIPALES.

RIXA.

ROMA.

ROMÆ.

Secu-

Seque-

Solda-

SVSPENSI.

SVSPICIO.

Suspi-

T

TAXA.

TAXÆ.

TEMPVS.

TESTAMENTVM.

TESTES.

TOLE-

ad

V

VAGABVNDI.

VI-

Vi-

Visita

VISITÆ..

VISITATIO.

VISITATIO GRATIOSA.

Index materiarum omnium Trium librorum de Carceratorum Visitatione

F I N I S.

APPENDIX

Ad Tres superiores Libros;

DE

VISITATIONE CARCERATORVM

Diuisa in quatuor §§.

Primus continet Pontificias Sanctiones : Secundus Taxas, & Ordinationes circa Carceres, & Carceratos : Tertius quamplura diuersa Iura : Quartus verò nonnullas Decisiones Romanæ Rotæ ad materiam Carceratorum spectantes alibi non impressas.



Nam & vinctis





compassi estis.

ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M.DC.LV.

PERMISSV SVPERIORVM.

INDEX §. §. & Capitum Appendicis.

§. IV.

AP-

APPENDIX.

§. I.

PONTIFICIAE SANCTIONES.

CAP. I.

Bulla Iulij II. de pœnis deponendis penès Depositarium Cameræ, ijsque minuendis, remittendis, seu super illis componendis.

SVMMARIVM.

1 *Pœnas deponendas esse cur constituerit Iulius II.*
2 *Pœnas quascumque deponi penes Depositarios Cameræ mandat Iul. 2.*
3 *Pœna qua forma deponenda ex Constitutione Iul. 2.*
4 *Captiuorum pecunias, & bona non possint retinere Officiales.*
5 *Pœnarum Depositarij ostendant libros personis deputandis ad effectum illos examinandi.*
6 *Pœnarum fraus quomodo vitanda, ne Fiscus defraudetur.*
7 *Pœnarum Depositarij quolibet semestre libros medio iuramento in Camera exhibeant, & nihil relinquant.*
8 *Pœnas pro grauioribus delictis impositas nullus officialis inconsultò Pontifice remittere, diminuere, aut super illis componere possit.*
9 *Pœna pro criminibus non grauioribus (exceptis leuioribus) per quos, & quomodo remitti possint.*
10 *Visitatorum carcerù auctoritati non præiudicat Constitutio Iul. 2. adita pro depositio pœnarù.*
11 *Notari, e Vrbis quomodo soluenda sint salaria.*
12 *Pœnarum deponendarum Constitutio Iulij 2. contrafacientibus pœnas imponit.*
13 *Executoribus pro mercede executionis in causis criminalibus præstari solita non intendit præiudicare Iul. 2. constitutione sua de pœnis deponendis.*

IVLIVS Episcopus &c. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex. Cum tot, tantaque in spiritualibus prouidenda incumbunt rerum, & temporum qualitate pensata, nonnulla pro iustitia per Officiales suos in Romana Curia rectè ministranda, & Iuribus Fisco Cameræ Apostolicæ debitis conseruandis necessaria esse conspicit.

1 Sanè accepimus, quod licet Officialibus Almæ Vrbis nostræ administrantibus iustitiam præpositis ex pecunijs obuenientibus, & pœnis pro maleficijs pro tempore perpetratis impositis satisfieri consueuerit, tamen propter diuersa Tribunalia in dicta Vrbe consistentia pœne huiusmodi ea qua debetur diligentia non exiguntur, & exactè diuersimodè distribuuntur, & applicantur adeo quod eisdem Officialibus de salarijs eis debitis satisfieri non potest, quo fit, vt Officiales ipsi iustitiam ministrare, ac in delinquentes animaduertere, & eos punire, & pœnas huiusmodi in non modicum d. &. Fisci præiudicium exigere negligant, maleficiaque pro tempore perpetrata remaneant impunita.

2 Nos prout nostro incumbit officio in pręmissis opportunè prouidere volentes auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus quod omnes, & singulæ pęnæ siue mulctę pro quibuscumque criminibus, excessibus, & delictis, tam ordinarijs, quam extraordinarijs quomodolibet, tam per Ecclesiasticos, seculares, & vtriusque sexus, personas, etiam hebræos pro tempore vbique locorum commissis per quoscumque Iudices, & Magistratus, tam Ecclesiasticos, etiã Vicarium nostrum, ac Romanum Pontificem pro tempore existentem, quam seculares etiam MarescialIum Romanæ Curiæ de Sabellis nuncupat. ac Vrbis Gubernatorem, & Cameræ huiusmodi generalem Auditorem, nec non Officiales, & Iudices Capitulinos, ac Gabellarium maiorem, & Stratarum, & Iustitiarios nuncupatos Magistros, Dohanerios tam S. Eustachij, quàm Ripæ Romę, Salis, quàm aliorum mercium, & gabellarum dictæ Vrbis pro tempore existentes hactenus impositæ, & de cætero imponendæ, ac exactæ, & exigendæ, quæ penès certas personas hactenus deponi consueuerant de cætero ad dictam Cameram Apostolicam, seu ad Cameram, & Camerarium

dictæ Vrbis, siue illius Depositarium deferri, & integraliter deponi, & eis sine aliqua diminutione, & fraude solui debeant hoc modo, videlicet quod illæ quæ hactenus ad Vrbis, & illius Camerarium Paulo de Oricellariis Florentinæ Vrbis. Quæ vero per Gubernatorem, Auditorem Cameræ, & Vicarium Marescallum, & Camerariũ Ripæ, siue Commissarium, & quoscumque alios Iudices, tam seculares, quam Ecclesiasticos huiusmodi imponi, & exigi, & ad Apostolicam Cameram huiusmodi deferri, & deponi consueuerunt etiam quæ hactenus ad aliquam ex dictis Cameris deponi non consueuerunt, necnon pecuniæ, res, & bona penès delinquentes, qui pro tempore captierunt per officiales capientes Paulo de Saulis Ianueñ Mercatoribus Romanam Curiam sequentibus dilectis filijs Apostolicæ Cameræ huiusmodi Depositarijs modernis, & pro tempore existentibus dumtaxat solui, & deponi, ac cõsignari debeant.

3 Cum bulettis tamen, & annotationibus in officialium deponentium pœnas, & Depositariorum huiusmodi libris particularibus computa, pœnarum huiusmodi receptionum obtinentibus, vt fraudibus obuietur, retenta nihilominus per eosdem officiales ex dictis pœnis deponendis, & consignandis, vt præfertur, solita portione eis debita, & illis etiam per nos concessa.

4 Ex pecunijs verò, & bonis captiuorũ huiusmodi nihil retinere possint, sed si quid eisdem Officialibus, aut parti offensæ solui deberet id totum eis de mandato Superioris dumtaxat præstari debeat dictæque pœnæ, penès dictos Depositarios pro tempore deponere in solitos, seu alios vsus, pro vt per nos, seu successores nostros Romanos Põtifices canonicè intrantes pro tempore ordinatum fuerit.

5 Ipsique Depositarij, ac Officiales cuiuscumque Curiæ pœnès huiusmodi deponentes libros, condemnationes, aut informationes, aut inquisitiones, ac pœnas exactas, & depositas continentes, persona, seu personis ad id per nos, seu successores nostros prædictos, aut Cameram Apostolicam pro tempore deputatis ad earumdem personarum simplicem requisitionem toties, quoties eis placuerit ostendere per easdem personam, seu personas, deputatam, seu deputatas examinandos.

6 Et insuper ne Fiscus dictæ Cameræ Apostolicæ in dictis pœnis pro tempore exactus fraudetur, sed computus, & fidelis, calculus teneatur. Volumus, & ordinamus, quod Depositarij præfati duos libros suos quolibet bimestri Venerabili fratri Raphaeli Episcopo Albanensi moderno, & pro tempore existenti Camerario nostro præsentibus Gubernatore Vrbis, & Auditore Cameræ huiusmodi exhibere, ipseque Camerarius noster habita prius fide à Magistratibus, & Iudicibus prædictis de summis, & quantitatibus pœnarum per eos dictis Depositarijs solutis eosdem libros sibi exhibitos examinare debeant.

7 Teneanturque nihilominus Depositarij præfati singulo semestri eosdem libros in dicta Camera Apostolica medio iuramento exhibere, & illos inibi relinquere, vt ibidem per Thesaurarium, & Clericos Cameræ Apostolicæ huiusmodi more solito examinentur, & illorum computa, & rationes diligenter reuideantur, & calculentur. Præterea, vt fraudibus, quæ in pœnarum impositione seu impositarum exactione per Officiales illas imponentes, seu exigentes committi possint, obuietur.

8 Volumus, & etiam ordinamus, quod nullus ex Officialibus supradictis pœnas pro grauioribus, & atrocioribus impositas nobis, seu successoribus nostris præfatis inconsultis remittere, seu dimittere, aut super illis componere non possit.

9 Pœnas verò pro alijs criminibus, & delictis exceptis pœnis pro leuioribus criminibus summam quatuor ducatorum non excedentibus pro tempore impositas de consensu, & præsentia præfati Camerarij nostri, & eo interueniente auctorizante, & signante, siue mandante dumtaxat, ac præsentibus Gubernatore Vrbis, & Auditore Cameræ Apostolicæ huiusmodi, necnon Senatore eiusdem Vrbis pro tempore existente, eo tamen interesse volente in ædibus eiusdem Camerarij nostri bis, aut saltem semel quolibet mense ad hoc congregati iuxta consuetum, & stylum per eumdem Camerarium nostrum prædecessorem seruari solitum remittere, & diminuere, ac super illis componere valeant.

10 Per hoc autem potestati, & auctoritati visitantibus carceres, & Commissarijs per nos, & successores nostros præfatos pro tempore deputatis alias concessæ in aliquo præiudicate aut derogare non intendimus, quominus ipsi, vel eorum maior pars tempore visitationis carcerum pro liberatione eorumdem carceratorum pœnas huiusmodi moderare, & super illis compositiones, & decreta ex causa tamen in scriptis facere, quæ per duos Notarios, qui de illis rogati fuerint, in actis publicis redigi debeant, alioquin compositiones, & moderationes huiusmodi sint ipso iure nullæ.

11 Et insuper indebitis extorsionibus prouidere volentes auctoritate, & tenore præmissis statuimus, & ordinamus, quod salaria, & mercedes debita Notarijs Vrbis pro cassationibus processuum & sententiarum in pœnalibus causis, & damnis datis, siue inuentionibus extraordinarijs, ac exequutionibus, & viaticis, quæ Marescallis, & exequutoribus, debentur etiam pro capturis personalibus, & realibus exequutionibus secundum tabulas eorum ad instar, & qualitatem gratiarum compositionum, & reductionum super pœnis huiusmodi pro tempore factarum, reduci, & limitari, ita quod Notarij pro cassaturis inuentionum maleficiorum, vel iniusti, & contra Superiorum mandata quæ per extraordinarios non approbarentur, seu contrariæ essent nihil præstari; ipsi verò extraordinariis exequutoribus, & marescallis non iuxta summam pœnarum per statuta aut sententias pro tempore latas impositarum sed iuxta quantitatem compositionis ex reductionis earumdem pœnarum solui debeant.

12 Præmissis verò contrafacientes pro prima, & secunda ab administratione officiorum ad sex menses suspensos, pro tertia vero vicibus eorum officijs respectiuè eo ipso priuatos esse, eoque vacare, & per alios liberè impetrari posse decernimus non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, priuilegijs, obseruantijs, concessionibus, vel

vel indultis ctrijs prædictis, & eorum officijs, seu Iudicibus quibuscumque in genere, vel in specie concessis, & concedendis, & quacumque alia observatione, corruptela, vel abusione, & quacumque possessione cuiuscumque etiam tanti tẽporis, cuius contrarij memoria nõ existat, etiamsi de illis, illorumque totis tenoribus, specialis, & expressa mentio præsentibus habenda foret, cæterisque contrarijs quibuscumque.

13 Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, quod exequutoribus exequutio pro exequutione in causis criminalibus, sine capturis personalibus, per eos pro tempore facta eis præstari solita, & portio sexdecim ducatorum singulis mensibus Marescíallo persoluenda per alias nostras literas sibi assignata, semper salua eis permaneat. Quodque præsentes litteræ ab eorumdem data quoslibet ligent absque aliqua publicatione, seu illarum affixione; Quodque illarum transumptis manu publici Notarij inde rogati subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, seu alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ iniunctis, ea prorsus fides indubia in iudicio, & extra, ac alias vbilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ, nulli ergo &c. nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere &c. si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quarto, sexto Idus Martij, Pontificatus nostri anno secundo.

D. de Comitibus. *Collat. Do. de Iuuenibus.*

Extracta ex libro 17. Bullarum Iulij II. fol. 115. quod est in Archiuio Bibliotheca Vaticana.

CAPVT II.

Clement. VII. Motus proprius contra mandatum de supersedendo calumniosè obtinentes.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Clem. 7. quod supersessoriæ, seu mãdata de supersedendo non attendatur, cur emanata.*
2 *Supersessoria, seu mandatum de supersedendo Clem. 7. quo casu non est attendendum.*
3 *Quoad mandatum de supersedendo Clem. 7. derogatur in contrarium facientibus.*

1 CLEMENS Papa VII. Cum sicut accepimus post nostrum ab Vrbe discessum in vim mandati de supersedendo in causis tam nostrum, quam venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Familiarium, Continuorum, Commensalium, & aliorum officialium, & familiarium Nos, & Rom. Cur. sequentium editi, prout in illo latius continetur; nonnulli forsan malas, vel minus iustas causas forenses tam actores, quam rei illorum expeditionem calumniosè impedire volentes ex mãdato prædicto, quandoque etiam causis ipsis in calculo ferendæ sententiæ existentibus à Romana Curia, siue Vrbe recedentes, seu recedere simulantes, & sequelam nostram versus Bononiam allegantes mandatum prædictum produxerint; propterea causarum ipsarum expeditio impedita fuerit, & in futurum impediri timeatur in graues causas habentium damnum, & detrimentum præter, & contra mentem nostram.

2 Igitur, vt calumnijs obuietur, motu proprio &c. dilectis filijs Palatij Apostolici causarum Auditoribus, & illorum Locumtenentibus tamquam melius informatis de prædictis, vt in causis, in quibus calumniosè eis visum fuerit, & ad effectum expeditiones impediendi mandatum de supersedendo prædictum produci, seu allegari, aut productum, vel allegatum esse cognouerint, mandata prædicta calumniosè allegata reijciant, & prout conuenire eis videbitur admittant, consultò tamen, quando super his aliqua ambiguitas orietur, vel difficultas (si eis videbitur) Venerabili fratri nostro A. Episcopo Portuen. Card. de Monte, in dicta alma Vrbe nostro, & Sedis Apostolicæ Legato (de quo simplici, & verbali relationi Auditori stari, & credi debent) ad finalem decisionẽ causæ, & causarum prædictarum partibus, ipsis aliàs iustitiam ministrando procedant, committimus, & mandamus: præmissis, & mandato prædi-

3 cto, & decreto in ipso apposito irritanti, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumq.

Placet D. N. P. & ita motu proprio mandat A. Port.

Legitur impressus ab Antonio Blado Impressore Camerali de anno 1564. in antiquo Bullario.

CAP. III.

Iulius III. Constitutio, qua dilationes reuocat, & concedi prohibet præterquam per Visitatores.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes reuocauit etiam per alias litteras Iul. 3.*
2 *Dilationes concessas post eius reuocationem annullat Iul. 3.*
3 *Dilationes ne amplius cõcedantur inhibet Iul. 3.*
4 *Dilationes concedentes coerceri mandat Iul. 3.*
5 *Dilationum reuocationes continens constitutio Iul. 3. est cum clausulis derogatorijs.*
6 *Dilationes Carcerum Vrbis Visitatores concedere possunt miserabilibus carceratis saltim cum cautione de se repræsentando.*

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c. Nuper nonnullis rationabilibus causis ad id animum nostrum mouentibus, omnes, & singulas moratorias, dilationes, saluos conductus, ac alias huiusmodi gratias quocumque nomine nuncupatas reuocauimus, cassauimus, & annullauimus, & quod de cætero non nisi à nobis sub certa tunc expressa forma impetrari posse Apostolica auctoritate statuimus, & ordinauimus, necnon quibuscumque Romanæ Curiæ Iudicibus, & alijs personis quacumque dignitate, & auctoritate fungẽtibus,

bus, & functuris, ne de cætero præmissa concedere quouis prætextu, vel occasione auderent in virtute sanctæ obedientiæ, sub indignationis nostræ pœna districtè præcipientes mandauimus, ac alia fecimus, prout in Motu proprio desuper manu nostra signato latius continetur.

1 Cum autem sicut accepimus aliquæ moratoriæ post publicationem dicti nostri Motus proprij forsan ad importunam petentium instantiam præter & contra nostram intentionem extortæ fuerint, & forsan in futurum extorqueri possint. Nos arbitrantes, indignum fore, & quod cum tanta maturitate ad publicam omnium vtilitatem consultò decreuimus debitæ executioni non demandetur, Motu simili, ac ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine Motum proprium prædictum, ac omnia, & singula in eo contenta, cum omnibus, & singulis decretis, ac derogationibus in eo appositis, auctoritate prædicta præsentium tenore approbantes, & innouantes, ac moratorias huiusmodi post illius publicationé, vt præfertur concessas, cassantes, & annullantes, ac nullas, & inualidas esse, ac nemini suffragari debere decernentes Volumus, & eadem Apostolica auctoritate mandamus, quod dilectus filius noster, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, & quilibet Romanæ Curiæ Iudex illis non obstantibus, ac omnino reiectis post viginti dies à die publicationis præsentium computandos ad executionem totalem contra illos, qui ea obtinuerunt, eorumque fideiussores procedant ac si nullatenus emanassent. Et nihilominus vt saltem metu pœnæ huiusmodi abusus aliquando tollatur, omnibus, & singulis Iudicibus, & alijs personis prædictis quacumque auctoritate, & dignitate, vt præfertur fungentibus, aut functuris, sub excommunicationis latæ sententiæ, ne moratorias, dilationes, & significationes, saluos cōductos, salinarias, & alias huiusmodi gratias quouis nomine nuncupatas, etiam si hactenus illas concedere quomodolibet consueuerint, de cætero concedere debitoribus verò, ac fideiussoribus sub quingentorum ducatorum Fisco nostro applicandorum ipso facto respectiue incurrendis pœnis, ne illas ab eis impetrare audeant, vel præsumant districtius præsumendo mandamus. Ac insuper modernum, & pro tempore existentem Cameræ Apostolicæ Auditorem si sibi videbitur cōtra inobedientes ad declarationem incursus pœnarum prædictarum; illarumque exactionem, nec non illis non obstantibus contra præfatos, eorumque fideiussores ad executionem procedere, illosque nihilominus nullas, & inualidas, ac subreptitias, & obreptitias declarare auctoritate nostra posse, ac debere volumus, & mandamus. Ac irritum, & inane &c. decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijsque, & indultis, ac consuetudinibus prædictis quibus &c. habentes hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse declaramus, ac illis omnibus quæ in dicto Motu proprio voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem, quod Carcerum Visitatores miserabilibus personis carceratis dumtaxat, si eis ex relatione Iudicis, ad cuius instantiam carceratæ fuerint, suis creditoribus satisfacere non posse constiterit, postquam carceres huiusmodi per aliquod notabile temporis spatium sustinuerint aliquam moderatam dilationem eorum arbitrio sub cautione saltem de se repræsentando, & non alias concedere possint.

Placet motu proprio C.

Gregorius de Itinere Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Notarius ex originali de mandato sumpsit.

Die 16. Decembris 1552. suprascripta littera affixa & publicata fuerunt in valuis Cancellariæ Apostolicæ & acie Campi Floræ, vt moris est per me Ioannem de Sancta Cruce S. D.N. Papæ Curs.

Maturinus Magister Cursorum.

Extract. ex Bullar. veteri constit. 29. fol. 531.

CAP. IV.

Ordinatio super publica Audientia semel singulis mensibus Paulo Quarto præbenda.

SVMMARIVM.

1 *Audientia à Paulo 4. danda cur ordinata.*
2 *Audientia Paul. 4. qua die, quo loco, & coram quibus danda.*
3 *Pro Audientia à Paulo 4. danda Ecclesiastici preces fundant.*
4 *In Conuersionis festo S. Pauli visitantibus Ecclesiam S. Petri concedit Paul. 4. plenariam Indulgentiam.*

1 SAnctissimus D. N. D. Paulus Diuina Prouidentia Papa Quartus. Cupiens quorumuis tam in Alma Vrbe, quàm in Statu Ecclesiastico, ac toto Orbe terrarum grauatorum, & oppressorum indemnitati consulere, decreuit semel quo-
2 libet mense incipiendo die Mercurij proximè futura hora decimanona, quibusuis vtriusque sexus personis ad Sanctitatem Suam recurrentibus in Aula Regum, Reuerendissimis Cardinalibus, & alijs infrascriptis arctantibus publicam audientiā præbere, & quascumque querelas coram Sanctitate Sua proponendas, seu ei in scriptis porrigendas, & decidendas committere; & vt huiusmodi tam salutare opus ad honorem, & gloriam Omnipotentis Dei inchoare, & salubriter dirigi, ac
3 prosperè continuari possit. Omnibus Conuentibus Monasteriorum, & aliorum Regularium locorum, necnon Capitulis Collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum ipsius Vrbis, præcipit, & mandat, vt die Dominica proximè futura post Missarum solemnia in eorum Ecclesijs humiles Altissimo supplicationes processionaliter faciant, & super his Dominum Nostrum Iesum Christum puro corde
4 precentur. Ac insuper viuæ vocis oraculo visitātibus proxima die Conuersionis Beati Pauli Doctoris gentium eius Basilicam, vel Basilicam Sancti Petri Principis Apostolorum de Vrbe Indulgentiam in forma Ecclesiæ consuetam dat, & conce-

concedit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 23. Ianuarij M.D.LVII.

Reuerendissimus D. Decanus.
Reuerendissimus D. Carpensis.
Reuerendissimus D. Compostellanus.
Reuerendissimus D. Moronus primus Presbyterorum Cardinalis.
Reuerendissimus D. de Cesis Summista.
Reuerendissimus D. Pateccus Camerarius Collegij.
Reuerendissimus D. S. Angeli Summus Pœnitentiarius.
Reuerendissimus D. de Medicis Vtriusque Signaturæ.
Reuerendissimus D. Saracenus Vtriusq. Signaturæ.
Reuerendissimus D. Petrus Vtriusq. Signaturæ.
Reuerendissimus D. Mignanellus Vtriusque Signaturæ.
Reuerendus Gubernator Almæ Vrbis cum suis Auditoribus.
Reuerendus Vicarius S.D.N. cum suis Auditoribus.
Reuerendus Datarius.
Reuerendus Episcopus Nepesinus Præpositus Domus Inquisitionis.
Reuerendus Sacrista.
Reuerendus Thesaurarius Generalis.
Reuerendus Prælatus Charitatis.
Reuerendus Prælatus Carcerum ex eadem Charit.
Illustrissimus Senator Almæ Vrbis cum suis Collateralibus, & Capitaneo Appellationum.
Domini Conseruatores.
R. D. Decanus, & Auditores Rotæ.
R. D. Decanus Clerici, & Præsidentes Cam. Apost.
R. D. Auditor Cameræ, siue eius Locumtenens, & sui Iudices in ciuilibus, & criminalibus.
RR. DD. Præfecti Signaturæ Gratiæ, & Iustitiæ.
RR. DD. Sacræ Pœnitentiariæ Reformatores.
R. D. Auditor Contradictarum.
Secretarius Sanctiss. D. N.
Magnifici Aduocati Consistoriales.
Magnificus D. Commissarius Generalis Cameræ Apostolicæ.
RR. DD. Visitatores Carcerum.
Magnifici Aduocatus, & Procuratores pauperum & Fisci.
R. D. Rector Studij.
Magnifici Iudices Turris Nonæ, Curiæ de Sabellis, Camerarius, & Iudices Ripæ, & Ripettæ, & Burgi.
Singuli Barisellí Vrbis, & Senatoris, ac Burgi.

Ex Bullario antiquiori impresso de anno 1569. apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem fol. 198.

CAP. V.

Pij IV. Constitutio applicationis pœnarum vsq. ad duc. 10. maleficiorũ ad fauorẽ Archiconf. Char.

SVMMARIVM.

1 *Pij 4. Constitutionis exordium, in qua applicat pœnas Charitati.*
2 *Pœnæ qua de causa applicatæ Charitati à Pio 4.*
3 *Pœnæ Charitati assignãtur vsque ad ducatos decem ex pœnis maleficiorum, quæ in Vrbe committuntur.*
4 *Charitati conceditur facultas imponendi taxam executoribus, & illam exigendi.*
5 *Pœnarum applicationis Caritati cõstitutio Pij 4. habet clausulas derogatorias.*

1 PIVS Papa IV. Motu proprio &c. Cum Venerabilis Archiconfraternitas Charitatis Almæ Vrbis per felicis recordationis Leonem Papã Decimum prædecessorem nostrum instituta fuerit, & in ipsa Archiconfraternitate in qua quamplures S.R.E. Cardinales, ac Archiepiscopi, Episcopi, & alij Prælati, & Officiales Romanæ Curiæ, necnon forenses personæ confratres existunt, non modica, sed maxima pia charitatis opera erga pauperes, & mendicare erubescentes personas, exerceat etiam pauperum defunctorum corpora eorum expensis sepeliri faciendo, pauperes carceratos visitando, & per Procuratorem pauperum nuncupatum eorum causas agendo, & defendendo, ac victum eis tribuendo in maximum eorumdem pauperum, & carceratorum auxilium.

2 Et eum ad ipsa, & maiora quæ in diẽ exerceri necesse est charitatis opera facultatis ipsius Archiconfraternitatis sufficientes non sint. Nos volentes zelo charitatis eidem Archiconfraternitati ad hoc, vt in ipsis operibus dicti Confratres se fernent ins exerceant, & quod ad præsens ob dictæ Archiconfraternitatis facultatem tenuitatem adimplere non valent, de cætero valeant, ad alicuius subuentionis auxilio prouidere.

3 Motu simili &c. omnes, & singulas, ac quascũque pœnas vsque ad decem ducatorum auri in auro de Camera quorumcumque maleficiorum in Alma Vrbe nostra tantum commissorum, & committendorum, Fisco nostro, & Cameræ Apostolicæ, aut Thesaurario, vel Thesaurarijs, seu alijs ministris, & officialibus nostris, aut ipsi Cameræ applicatas, & applicandas eidem Archiconfraternitati, itaut ipsi Confratres, vel modernus, & pro tempore dictæ Confraternitatis Protector, & Deputati, aut eorum Procuratores, seu procurator ipsas pœnas à supradictis, & quibusuis alijs personis illos nunc, & pro tempore habere, & vt rem propriã exigere, & de exactis quietare, ac in dicta & alia eis visa charitatis opera conuertere liberè, & licitè valeant gratiosè concedimus, & elargimur, ipsaque pœnas ex nunc ipsi Archiconfraternitati perpetuo applicamus, & applicatas esse volumus, decernimus, & declaramus.

4 Et vt etiam maiorem vtilitatem, & fructum dicta Archiconfraternitas consequatur, eidem Archiconfraternitati, ac illius Protectori, & Deputatis nunc, & pro tempore existentibus taxam per eos omnibus, & singulis eiusdem Almæ Vrbis ac Ciuitatum, Terrarum, & locorum prædictorũ Barisellis, & alijs exequutoribus imponendam, quam ab eis exigere, & de exactis quietare, ac vt præfertur conuertere liberè possint, etiam gratiosè donamus, concedimus, & elargimur, ac dictæ Confraternitati etiam perpetuo applicamus, ac quod nullus ex dictis Barisellis, & exequutoribus

ſe de cætero in eorum officio, & exercitio in aliquo intromittere poſſit, niſi prius ab eiſdem Protectore, & Deputatis litteras patentes habuerit perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ dilectis filijs noſtris Guidoni Aſcanio S. Mariæ in Via lata Diacono Cardinali S.R.E. Camerario, & Almæ Vrbis Vicario, Gubernatori, & Senatori, ac alijs quibuſuis Iudicibus, & perſonis in ipſa Vrbe conſtitutis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ac extra ipsã Vrbem, Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Iudicibus, Theſaurarijs, & alijs perſonis ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum quatenus viſis præſentibus omni mora, & dilatione, ac excuſatione poſtpoſitis, donationem, conceſſionem, & alia præmiſſa omnia, & ſingula ab omnibus, & ſingulis obſeruari, ac ſuos plenarios effectus ſortiri faciant realiter, & cum effectu contradictores &c. compeſcendo.

5 Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Vrbis, & Ciuitatum, Terrarum, & locorum prædictorum ſtatutis, & reformationibus, & decretis etiam iuramento &c. roboratis, priuilegijſque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſuptadictis, & quibuſuis alijs Curijs, & Tribunalibus, necnon Theſaurarijs, & alijs perſonis, in præiudicium, ſeu in contrarium præmiſſorum per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam etiam motu proprio &c. conceſſis, & confirmatis, necnon quibuſuis conceſſionibus, & deputationibus dictis Bariſellis, & exequutoribus ac alijs perſonis &c. quomodolibet etiam per dictos Pontifices, & nos, dictæque Sedis Apoſtolicę, Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, ac Communitates, & alias perſonas &c. quomodolibet factis, & conceſſis, quibus omnibus, & ſingulis in litteris latiſſimè extẽtis etiamſi de illis &c. tenores &c. hac vice derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

Fiat vt petitur I.

Et de donatione, conceſſione, applicatione, ſtatuto, ordinatione, decreto, mandato, & derogatione, ac omnibus alijs, & ſingulis præmiſſis, quæ hic pro repetitis, & expreſſis habeantur perpetuo in forma gratioſa latiſſimè extenſa, & cum deputatione Iudicum, exequutorum, & defenſorum, qui aſſiſtant &c. latiſſimè exten. contradictores &c. per quaſcumq. pœnas etiam pecuniarias &c. compeſcen. eaſque aggrauando &c. interdictum imponen. Et quod litterę per Breue noſtrũ expediri poſſint, ſeu ſola pręſentis ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat, in iudicio, & extra, quacumque regula contraria non obſtante. Fiat.

Datum Romæ apud S. Petrum 13. Kal. Iulij Anno primo.

Ex Bullario antiquo conſtit. 12. fol. 666.

CAP. VI.

Motus proprius Pij V. de ſeruitio pauperibus præſertim carceratis pręſtãdo ab Aduocatis Conſiſt.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati pauperum officium antiquitus fuit inſtitutum.*

2 *Aduocatus pauperum ex duodecim aula Conſiſtorialis Aduocatis eligitur.*

3 *Aduocati Conſiſtoriales qualibet hebdomada ſe congregare, & de cauſis pauperum rationem habere debent, ex motu proprio Pij V.*

4 *Aduocatus pauperum in congregatione habenda ab Aduocatis Conſiſtorialibus cauſas pauperum proponere debet, ex motu proprio Pij V.*

5 *Pauperum cauſas debent inter ſe diuidere Aduocati Conſiſtoriales, ex motu proprio Pij V.*

6 *Pauperum oppreſſionem Pontifici nunciare debent Aduocati Conſiſtoriales, ex motu proprio Pij V.*

7 *Viſitare debent carceres vnus, vel duo ex Aduocatis Conſiſtorialibus, ex motu proprio Pij V.*

8 *Pauperum defenſio ſub nomine Collegij ad Aduocatos Conſiſtoriales ſpectat priuatiuè quoad alios ex motu proprio Pij V.*

1 PIVS Papa V. Motu proprio &c. Cum Nobis omni ex parte quantum ab Altiſſimo cõceditur totis animi noſtri viribus contendamus, vt cuncta ſubditorum noſtrorum, præſertim verò Almæ Vrbis, & Romanæ Curiæ noſtræ negotia recto tramite ad Dei laudem, & pietatis opem quam maximè dirigantur, conſiderantesque inter alia, quod licet ad defenſionem pauperum præſertim carceratorum per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices ab antiquo conſtitutum ſit officium Aduocati pauperum nuncupati, qui ex Collegio duodecim ex Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatorum ſumi conſueuit, prout de præſenti 2 munus Aduocationis huiuſmodi, Dilectus filius noſter Marcus Antonius Burgheſius ſubſtinet, qui etiam Collegij, & Aduocatorum prædictorum Decanus exiſtit, qui & pietate, & diligentia in pauperibus defendendis verſatur, nihilominus, vt cauſæ tam ciuiles, quam criminales pauperum, & eorumdem defenſiones amplioribus patrocinijs proſequantur, mandamus dilectis filijs Decano, & Aduocatis Collegij prædicti, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, vt qualibet hebdomada 3 ſe congregent de cauſis pauperum eorumdem pauperum Aduocato, qui nunc eſt, & pro tempo-4 re extiterit, proponente rationem habeant, ipſaſque inter ſe diuidant illas quas iuſtitiam facere exiſtimabunt gratis, nihil etiam à ſpontè dantibus 5 recipiendo defendant, ac etiam vbi iudicauerint expedire ad tollendas lites pro concordia ſe inter-6 ponant, & vbi pauperes, à quacumque perſona, potentia, vel fauoribus opprimi videbunt nobis, & pro tempore ſucceſſoribus noſtris nunciare teneantur, & quod vnus, vel duo ex ipſis ad viſita-7 tionem carcerum cum iudicabitur expedire mittantur, quos in defenſionibus pauperum carceratorum Viſitatores benignè audire, & vt decet honorificè recipere teneantur. Et quia hæc omnia pia intentione ſtatuimus, deſideramus pariter æmulationes, & nouitates ceſſare, quæ ſolent odium, & alia mala ſuſcitare, præcipimus, & mandamus ſub pœna indignationis noſtræ, ne occaſio-

ne

ne prædicta fiat per alios legum professores in patrocinandis causis in hac Romana Curia versantes, & qui in futurum versabuntur sub prætextu defensionis prædictæ se sub nomine Collegij, vel alio quocumque nomine congregare audeant, cum munus istud ad Collegium Aduocatorum Aulæ nostræ Consistorialis ex antiqua consuetudine delatum fuerit, & nos pariter Apostolica auctoritate decerimus, nullumque aliud Collegium Iurisperitorum in hac Alma Vrbe vnquam existere nec alij patrocinantes se Aduocatos subscribere consueuerint, nisi à paucis diebus citrà, à qua subscriptione sub eadem indignatione nostra abstinere mandamus, reseruantes tamen facultatem cuilibet singulariter causas, & defensiones pauperum suscipiendi, quemlibet hortantes, vt illas suscipiant sicut de iure tenentur, sicque & non alias &c. iudicari &c. irritum quoque &c. & præsentis solam Signaturam regula contraria non obstante sufficere &c. ac etiam eius exemplis &c. manu publici Notarij subscriptis, & dicti Collegij Aduocatorum Consistorialium sigillo munitis eamdem fidem adhibendam esse in iudicio, & extra, quæ ipsis originalibus adhiberetur, non obstantibus præmissis constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Fiat Motu proprio M.

Extractus ex Archiuio Aduocatorum Consistorialium.

CAP. VII.

Pij V. Motus proprius, quo conceduntur Soldanatus officium, & Carceres Turris Nonæ Archiconfraternitati Charitati

SVMMARIVM.

1. *Soldanatus officium, & carceres Turris Nonæ cum quibus conditionibus à Leone X. concessa fuerint DD. de Capite ferreo.*
2. *Carceres non ad pœnam, sed ad custodiam inuenta sunt.*
3. *Soldanatus Turris Nonæ in perpetuum annectitur, & vnitur Charitati à Pio V.*
4. *Soldanatus Turris Nonæ quare conceditur Charitati à Pio V.*
5. *Soldanatus Turris Nonæ possessionem capere possint Deputati Charitatis, ex constit. Pij V.*
6. *Hospitium cum ampla exemptione construere possint Deputati Caritatis in carceribus Turris Nonæ, ex constit. Pij V.*
7. *Charitati debet reficere Camera Apostolica expensas pro carceratis factas, ex constit. Pij V.*
8. *Carcer nouus deputari non potest absque consensu Charitatis, ex constit. Pij V.*
9. *Turris Nonæ Carceres, si aliquo casu demoliendi venirent, restituendum est Charitati pretium solutum, ex constit. Pij V.*
10. *Turris Nonæ carceres, si demoliantur, sunt construendi alij, vbi voluerit Archiconfraternitas Charitatis.*
11. *Soldanatus, & Turris Nonæ carceres dari Charitati pro soluto precio, mandat Pius V.*
12. *Turris Nonæ cauponam exercentem non posse molestari ab Appaltatoribus Gabellæ vini, mādat Pius V.*
13. *Turris nonæ carcerum, & Soldanatus concessio Charitati à Pio V. cum decreto irritanti.*
14. *Turris nonæ carcerum, & Soldanatus concessio fit à Pio V. Charitati, cum clausula sublata.*
15. *Turris nonæ carcerum, & Soldanatus concessio fit à Pio V. Charitati cum derogatione in contrarium facientium.*

1 PIVS Papa V. Motu proprio &c. Cum dilecti filij Tyberius, & Dominicus de Capite Ferreo Ciues Romani, hæredes q. Raymundi etiam de Capite Ferreo, cui alias tunc in humanis agenti, sicut accepimus officium Soldanatus, siue Capitaneatus carcerum Turris Nonæ per felicis recordationis Leonem Papam Decimum prædecessorem nostrum pro se, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum cum salario, iurisdictione, potestate, honoribus, oneribus, & emolumentis consuetis, cum facultate officium ipsum per Substitutum, seu Locumtenentem, seu Capitaneum ad eius nutum amouendum exercendi, alijsque priuilegijs, & indultis tunc expressis ex titulo oneroso, ac pro pretio trium millium ducatorum auri in auro de Camera, cum expresso decreto, quod dictus Raymundus, eiusque successores ab eodem officio, eiusque libero exercitio, nullo vnquam tempore amoueri possent, nisi tribus millibus ducatis huiusmodi antea sibi realiter, & cum effectu restitutis, prout etiam in cedula Motus proprij manu ipsius prædecessoris signata, cuius solam signaturam sufficere idem prædecessor voluit, & alijs Cameralibus desuper expeditis litteris plenius dicitur contineri, consensum, & assignatum fuerat, & certis causis animum suum mouentibus officium prædictum in manibus nostris sponte, & liberè resignare proponant, & ex nunc resignent.

2 Nos verò cupientes Carceratorum commoditati (cum carcerea non ad pœnam, sed ad custodiam inuenti fuerint) opportunè prouidere, & attendentes, quod si officium præfatum sic vacans cum omnibus, & singulis illius honoribus, oneribus, salarijs, & emolumentis consuetis, ac facultatibus, iurisdictionibus, priuilegijs, & indultis dictum Raymundum per præfatum Leonem prædecessorem concessis, necnon dictorum carcerum illisque adiacentibus, & denuo per Cameram Apostolicam, seu illius impensis confectis, ac ędificatis, & erectis mansionibus, cameris, domibus, & domunculis illis annexis, & dependentibus, dictorumque carcerum custodia dilectis filijs Confratribus Archiconfraternitatis Charitatis de Vrbe, quibus alias etiam de iure particulari per prædecessores nostros Romanos Pontifices demandata fuit huiusmodi carcerum, & in illis existentium carceratorum visitatio, & in quo pro officio exercendo plurimum elaborarunt, ac Charitatis, aliaque grandia opera exercent in perpetuum vniretur, annecteretur, & incorporaretur

3 ex hoc profectò inibi detenti, & carcerati maiori

cum

cum charitate custodirentur, & in suis necessitatibus maiorem susciperent subuentionem, ac eãdem Confraternitatem, illiusque Protectorem, Gubernatores, Deputatos, & Confratres specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes.

4 Motu simili, & ex certa nostra scientia, attento quod eadẽ Archiconfraternitas, illiusq. Protector, Deputati, Gubernatores, & Confratres Nobis in prompts, & numerata pecunia dictam summam trium millium ducatorum auri de Camera per manus dilecti filij Ioannis Baptistæ de Altouitis nostri, & eiusdem Cameræ Depositarij ad effectũ illos restituendi eisdem Tyberio, & Dominico soluerunt, & numerarunt officium prædictum sic vacans cum omnibus, & singulis illius honoribus, oneribus, salarijs, & emolumentis, ac facultatibus, iurisdictionibus, priuilegijs, & indultis dicto Raymundo per prædictum Leonem prædecessorem concessis. Necnon dictorum carcerum, illisque adiacentibus etiam de nouo per Cameram præfatam, seu illius impensis ædificatis mansionibus, cameris, domibus, & alijs præmissis eidem Archiconfraternitati. 5 Ita quod liceat dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus illius Deputatis corporalem, realem, & actualem possessionem prædicti officij, & aliorum præmissorum liberè apprehendere, & perpetuo retinere, ac fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque pro tempore prouenientia in dictæ Archiconfraternitatis vsus, & vtilitatem conuertere, ac carceres, domos, & mansiones cum ædificijs huiusmodi eidem Archiconfraternitati gratiosè donamus, & elargimur, necnon carcerum huiusmodi custodiam habere, & carceratos huiusmodi per se, vel eorum substitutos, & ab eis deputandos, & ad eorum nutum amouibiles, qui tamen sint à Gubernatore Vrbis præfatæ approbati custodire, gubernare, administrare, tractare, illorumque infirmos curare, dictumque officium exercere concedimus, ac perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus.

6 Ac insuper, vt meliùs, & citiùs carceratis huiusmodi prouideant, Archiconfraternitati, eiusque Deputatis præfatis vt intrà, vel extrà, & propè dictos carceres, & domos de nouo constructas præfatas, vnum hospitium, seu tabernam vinariam ab omni etiam Studij generalis dictæ Vrbis onere, dohana, datio, & vectigali liberam, immunem, & exemptam prout hactenus fieri consueuit erigere: ita quod ipsi datia, dohanas, & vectigalia pro vinis tam in Ripa, quam in Ripetta, & in alijs locis tam forensibus quam Romanis pro vsu carceratorum, & familiæ carcerum prædictorum dumtaxat consumendis soluere minimè teneantur, nec ad id à quoquam cogi possint concedimus, & indulgemus. 7 Volumus præterea quod Camera nostra Apostolica perpetuo teneatur, & cum effectu sit obligata ad restituendum Archiconfraternitati prędictæ omnes, & singulas impensas, quæ tam in secretis carceribus, quam extrà illos pro victu, & alijs necessarijs carceratorum quacumque corporali pœna damnatorum factæ reperientur, prout etiam hactenus fieri cõsueuit, & de ijs singulo mense computis factis mãdata per eamdem Cameram Depositario pecuniarum eiusdem Cameræ directa expedire, & facere teneatur, prout etiam Nos ex nunc tam nostro, quam successorum nostrorum nomine fieri ordinamus, committimus, & mandamus, Cameramq. prędictam ad hoc efficaciter obligamus.

8 Volumus, ac etiam statuentes, quod in ipsa Vrbe aliqua alia domus pro carcere, vel carceribus etiam per nos, aut successores nostros, vel Cameram prædictam, seu Præsidentes illius absque expresso pro tempore existentis Protectoris, & Deputatorum, ac Confratrum ipsius Archiconfraternitatis consensu, vel licentia construi, fieri, vel deputari non possit, & si quam fieri contigerit, eo ipso eidem Archiconfraternitati absque alia nostra, vel Romanorum Pontificum declaratione applicatã existat, ac curæ, gubernio, & administrationi dictorum Deputatorum prout carceres Turris nonæ huiusmodi subsit, & subesse cẽseatur.

9 Si verò vllo vnquam tempore pro Burgi S. Petri, aut Arcis S. Angeli fortificatione, vel alia quauis causa per nos, aut successores nostros carceres Turris Nonæ prædictæ demoliri contingat, eo casu nos, & successores nostros, ac Cameram prædictam ad dictorum trium millium ducatorum, & expensarum in dictorum carcerum, & damnorum constructione, reparatione, & melioramentis factis Archiconfraternitati prædictę realiter, & cum effectu restitutionem teneri omninò volumus, & obligatos esse declaramus, & ad restitutionem huiusmodi faciendam nos, & ipsam Cameram, ac Sedis Apostolicæ, & eiusdem Camerę bona introitus, & prouentus generaliter, & specialiter expressè hypothecamus, & per prę sentes efficaciter obligamus.

10 Volumus nihilominus, & ordinantes, quod tunc Protector, & Deputati præfati nouos carceres loco demolitorum huiusmodi in quacumque Vrbis parte ad eorum voluntatem construi, & ædificari facere liberè, & licitè possint & valeant officio Soldanatus, seu Capitaneatus cum facultatibus prædictis eidem Archiconfraternitati saluis, & integris semper remanentibus.

11 Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ dilectis filijs nostris Vitellotio S. Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellotio nuncupatõ S. R. E. Camerario, ac Præsidentibus, & Clericis dictæ Cameræ nunc, & pro tempore existentibus, quatenus tribus millibus ducatis prædictis eisdem Tyberio, & Dominico hæredibus, & successoribus Raymundi præfatis, ad effectum præmissum per dictam Archiconfraternitatem solutis facta per ipsos hæredes, & successores quietantia debita carceres, & officium prædictum cum annexis, connexis, dependentibus, necnon iuribus, honoribus, emolumentis, & iurisdictionibus supradictis Archiconfraternitati prædictæ, & illius Deputatis iuxta concessionem nostram huiusmodi assignent, eosque in corporalem, realem, & actualem Turris, carcerum, domorum, & officij prædictorum possessionem immittant, immissosq. etiam per censuras manuteneant, ac illis quietãtijs, promissores, obligationes, & cautelas, litterasque patentes Camerales, & alia documenta super omnibus, & singulis præmissis opportuna in forma consueta expediant, ac præsentes in consuetis dictæ Cameræ Apostolicæ libris gratis, & absque

abſque vlla prorſus exactione regiſtrari faciant, & mandant.

12 Diſtrictius quoque inhibentes eiſdem, ac gabellarium quarumcumque exactoribus, appaltatoribus, alijſque quibuſuis perſonis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis maioris, alijſque, & pecuniarijs arbitrio noſtro moderandis, infligendis, & imponendis pœnis, ne vllo vnquam tempore quouis quæſito colore ſuper aliqua ſolutione, occaſione gabellæ, aut impoſitionis vini præfatos Deputatos, aut eorum Archiconfraternitatis prædicto nomine dictam tabernam, ſeu cauponam exercentes, aut cauſam ab eis habentes, vllatenus moleſtari audeant, vel præſumant.

13 Decernentes omnia, & ſingula præmiſſa nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quocumque defectu, quouis prætextu, ſeu quæſito colore notari, ſeu impugnari, aut in ius, vel controuerſiam vocari poſſe, cauſaſque propter quas præmiſſa à nobis emanarint verificari debere, minuſque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, reſtitutionibus, & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis excepta, validaque, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari, quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, vimque validi, & efficacis contractus inter nos, & Sedem Apoſtolicam, & Archiconfraternitatem præfatam, etiam cum iuramento inito ſortiri, ſicque ab omnibus cenſeri.

14 Et ita, & non aliter per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quacumq. inſtantia ſublata etiam iudicari debere, irritum quoque decernimus, & declaramus.

15 Non obſtantibus præmiſſis omnibus, necnon conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac reformationibus, necnon etiam iuramento roboratis dictæ Vrbis ſtatutis etiam priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis per Iulium Secundum, & alios quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac noſmetipſos tam de dohanis, & gabellis, quam Dohanarijs, & Gabellarijs prædictis, ac etiam Populo Romano etiam ſuper dicta gabella Studij, ac alijs quibuſuis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, ac innouatis &c. ac in futurum concedendis, & innouandis, quibus omnibus illorum tenores &c. præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes hac vice latiſſimè derogamus, ac ſufficienter derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Fiat Motu proprio M.

Extract. ex Archiuio Charitatis.

CAP. VIII.

Decretum Greg. XIII. ſuper Inhibitionis in cauſis criminalibus non concedendis.

SAnctiſſimus D. N. Gregorius Diuina Prouidentia Papa XIII. Habita notitia, quod ſæpè numero, qui in hac Alma Vrbe delicta committunt, ſtatim illis ſecutis ad diuerſos Romanæ Curiæ Iudices recurrentes ab illis ipſis, quos ſuorum ſcelerum vltores expaueſcere deberent, ſub prætextu quorumdam promiſſionum, ſeu fideiuſſionum de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo ſignificationes, & inhibitiones obtinent, itaut ab alijs Iudicibus minimè puniri valeant, ex quo non ſolum impunitas delictorum, & publica ſcandala oriuntur, verum etiam noua datur occaſio delinquendi, dum delinquentes impunes, & abſque iuſtitiæ timore per Vrbem vagantes occaſiones præbent offenſis illatas ſibi iniurias vlciſcendi, præſertim cum dictæ ſignificationes ſæpè concedantur, non data aliqua fideiuſſione inter partes de ſe ad inuicem non offendendo. Idcircò idem Sanctiſſimus ſtatuit, & decreuit, quod impoſterum ſignificationes, & inhibitiones huiuſmodi à quocumque Romanæ Curiæ Iudice quauis dignitate fungente non concedantur, præterquam pro verbis iniurioſis, ſeu pugnis inter viles perſonas, & alijs offenſis ſimilibus leuioribus in rixa aliqua ex improuiſo ſecutis ſine tamen ſanguinis effuſione, & in huiuſmodi caſibus prouideant etiam indemnitatibus partium, ne aliæ offenſiones, & rixæ inter ipſos de nouo ſequantur, & hoc ſub pœna indignationis Sanctitatis Suæ, & alijs arbitrio eiuſdem Sanctitatis; declarando nihilominus ſignificationes, & inhibitiones contra formam præſentis Decreti datas, & dandas nullius eſſe roboris, & momenti, & quod illis non obſtantibus alij Iudices contra dol. delinquentes ad executionem dictarum pœnarum procedere poſſint, & valeant: ita referente Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Corrada Aſinario Vrbis Gubernatore in Viſita habita Capitolij 12. Ianuarij 1581.

Regiſtrat. in libro Decretorum Viſitæ.

CAP. IX.

Bulla Gregorij XIII. Donationis Notariatus Turris Nonæ liberè factæ Archiconfraternitati Charitatis.

SVMMARIVM.

1 *Soldanatus Turris Nonæ per Leonem Papam X. conceſſus Dominico, Tyberio, & hæredibus de Capite Ferreo pro tribus millibus ducatis fuit liberè reſignatus in manibus Pij V. ab eiſdem.*

2 *Soldanatus vacans conceſſus fuit à Pio V. Charitati numerata prius ſumma ducatorum trium*

trium millium heredibus de Capite Ferreo.

3 *Soldanatus officium fuit per Pium V. annexum Charitati.*

4 *Turris Nonæ Notariatus à quo obtentus, & quando vacauerit.*

5 *Turris Nonæ Notariatus cui fuerit collatus post eius vacationem.*

6 *Turris Nonæ Notariatus post obitum vltimi possessoris censetur extinctus iuxta formam Reformationis Pij V.*

7 *Turris Nonæ Notariatus plenaria reintegratio, & in pristinum statum restitutio cum solitis priuilegijs facta à Greg. 13.*

8 *Turris Nonæ Notariatus, & Notarij deputatio spectat ad Charitatem, ex Const. Greg. 13.*

9 *Turris Nonæ Notariatus redditus spectant ad Charitatem, ex const. Greg. 13.*

10 *Turris Nonæ Notariatus concessio facta Charitati à Greg. 13. habet clausulam irritantem.*

11 *Turris Nonæ Notariatus concessio facta Charitati à Greg. 13. habet expressam reuocationem constitutionis Pij 4. super Resignatione Tribunalium.*

12 *Turris Nonæ Notariatus concessio facta Charitati à Greg. 13. eximitur ab insinuatione, & registratione in Camera Apostolica.*

13 *Turris Nonæ Notariatus concessio facta Charitati à Gregor. 13. continet contrariorum derogationem.*

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut accepimus iam 1 dudum Dilectus filius Dominicus, & q. Tyberius de Capite Ferreo Ciues Romani, hęredes quond. Raymundi etiam de Capite Ferreo, cum aliàs in humanis agenti officium Soldanatus, siue Capitaneatus carcerum Turris Nonæ per fel. record. Leonem Papam X. prædecessorem nostrum pro se, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum cum iurisdictione, & potestate consuetis, alijsque tunc expressis ex titulo oneroso, ac pro pretio trium millium ducatorum auri in auro de Camera; prout etiam in cedula Motu proprio manu ipsius prædecessoris signata, cuius solam signaturam sufficere idem prædecessor voluit plenius contineri dicebatur concessus, & assignatus fuerat certis ex causis eorum animos mouentibus, officium præfatum in omnibus recolendæ memoriæ Pij Papæ V. similiter prædecessoris nostri spontè, & liberè resignassent.

2 Idemque Prædecessor carceratorum commoditati opportunè prouidere cupiens officium pręfatum per resignationem huiusmodi vacans cum omnibus, & singulis illius facultatibus, iurisdictionibus, & alijs gratijs dicto Raymundo per eumdem Leonem X. prædecessorem nostrum cōcessis dilectis filij Archiconfraternitati Charitatis de Vrbe iustis, & rationabilibus causis animum eius mouentibus, præsertim quod eadem Archiconfraternitas, & dilecti filij eius Protector, Deputati, Gubernatores, & Confratres eidem Pio prædecessori in prompta, & numerata pecunia dictam summam trium millium ducatorum auri de Cameræ per manus dilecti filij Ioannis Baptistæ de Altouitis, eiusdem Pij prædecessoris, & præfati Cameræ Apostolicæ Depositarij, ad effectum illos restituendi eisdem Dominico, & Tyberio soluerant, & numerauerāt Motu proprio, ac ex certa eius scientia gratiosè donauit, & largitus 3 est. Ipsumque officium eidem Archiconfraternitati etiam perpetuo vniuit, annexuit, & incorporauit, & aliàs prout in cedula motu simili manu eiusdem Pij prædecessoris etiam signata similiter plenius continetur.

4 Cum autem dictum officium Soldanatus, vt præmittitur concessum iurisdictionem habeat, & exerceat, ac ipsum sine Notario, & eiusdem Notarij exercitio, & interuentu exerceri vsleat, & idem officium Notariatus à dilecto filio Horatio Berzellono Romano per aliquot annos possessum fuerit, quod postmodum in manibus nostris resi-5 gnauit. Nosque resignationem huiusmodi admittentes illud per resignationem eamdem vacans q. Dominico Henrici Lotharingo tūc in humanis agenti, nuper verò in dicta Curia defuncto concessimus, & assignauimus, qui quidem Dominicus illud ad diem vsque obitus sui possedit.

6 Officium verò prædictum ad præsens per obitum dicti Dominici, vt pręmittitur defuncti iuxta formam fęlicis recordationis Pij Papæ Quarti litterarum super reformatione Tribunalium ordinariorum Vrbis sub dat. Kalen. Ianuarij millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus sui anno tertio editarum extinctum, & suppressum censeretur, prout idem Pius IV. prædecessor illud in dictum euentum suppresserit, vacauerit, & vacet, seu verius extinctum, & suppressum sit, & 7 de præsenti existat. Nos igitur veriores cedularum huiusmodi tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes Motu proprio non ad ipsorum Gubernatorum, & Deputatorum, seu Confratrum, aut alterius pro eis desuper nobis oblatę petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine Archiconfraternitatem, illiusque Gubernatores, Deputatos, ac nunc, & pro tempore existentes Confratres huiusmodi contra & aduersus litteras Pij Quarti huiusmodi tenore præsentium reponimus, & plenariè aduersus suppressionem, & extinctionem præfatas reintegramus, & quatenus opus sit officium Notariatus huiusmodi earumdem Pij Quarti litterarum vigore ad præsens forsan suppressum, & extinctum etiam de nouo erigimus, & instituimus, illudque sic erectum, & institutum, ac repositum, restitutum, & reintegratum, cum omnibus, & singulis illius honoribus, oneribus, priuilegijs, indultis, iuribus, & emolumentis solitis, & consuetis eisdem Archiconfraternitati, Gubernatoribus, Deputatis, & Confratribus concedimus, & assignamus, dictumque officium Notariatus eidem Soldanatus officio vnimus, annectimus, & incorporamus, & illi perpetuò annexum, & incorporatū 8 esse. Liberamque eius dispositionem, & exercitium ad ipsam Archiconfraternitatem, & ad Deputandos ab ea pleno iure spectare, & pertinere eiusdem Archiconfraternitatis Deputatos, Gubernatores, & Confratres, & pro tempore existentes dictum Notariatus officium de cætero futuris temporibus per aliquem Notariū eis benè visum

exerceri

9 exerceri facere, illudque ad tempus, & tempora eisdem benè visa locare,& fructus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque exinde prouenientia in eiusdem Archiconfraternitatis vsus, & vtilitatem conuertere posse, & debere tenore præsentium perpetuò concedimus, & elargimur.

10 Sicque per quoscumque Iudices, & S.R.E. Cardinales, ac Sacri Palatij Apostolici causarum Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi, seu diffiniendi facultate, iudicari, & diffiniri debere,ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & in-

11 nane decernimus. Non obstantibus præmissis,ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon litteris præfatis Pij Papæ IV. super reformationibus Tribunalium ordinariorum dictę Vrbis æditis prædictis, ac statutis, & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis,& litteris Apostolicis, sub quibuscũque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu simili, ac alias in cõtrarium forsan quomodolibet cõcessis,ac etiam constitutione Pij Quarti sub dat. 8. Idus Augusti Pontificatus sui anno sexto, alias de huiusmodi gratijs, & concessionibus in Camera Apostolica

12 intimandis, & registrandis, adeò quod dicti Gubernatores, Deputati, & Confratres, præsentes litteras nullo tempore in dicta Camera, vel alibi insinuari, vel registrari facere teneantur,nec propterea nullæ, irritæ, aut inualidæ censeri possint. Quibus omnibus etiamsi de illis specialis,specifica & expressa mentio habenda foret, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 5. Decembris MDLXXXIV. Pontificatus nostri anno 13.

Thomas Gualterius.

Extract. ex Archiuio Charitatis.

CAP. X.

Bulla Clementis Papæ VIII. suppressionis officij Pręfecturæ custodum carcerum Status Ecclesiastici,& concessio illius Confraternitatibus Pijs, arbitrio Ordinariorum eligendis.

SVMMARIVM.

1 *Constitutionis Clementis VIII. Suppressionis Præfecturæ custod s carcerum exordium.*
2 *Officium Præfecturæ custodum carcerum cur suppressum à Clem. 8.*
3 *Officium Præfecturæ generalis Custodis carcerum in quo consisteret.*
4 *Officium Præfecturæ generalis custodum carcerum à quo fuerit prima vice emptum, & pro qua summa.*
5 *Exercenda est ex const. Clem. 8. cum carceratis Charitas.*
6 *Officium Præfecturæ custodum carcerum,& carceratorum Status Ecclesiastici supprimitur à Clem. 8.*
7 *Officij Præfecturæ custodis carcerum suppressi à Clem. 8. precium restituitur ei, qui illud emit, & cum augumento duorum millium scutorum.*
8 *Officij Præfecturæ custodis carcerum suppressi occasione celebrati contractus annullantur à Clem. 8.*
9 *Officia Præfecturæ custodum carcerum conceduntur Confraternitatibus pijs arbitrio Ordinariorum locorum eligendis.*
10 *Officium Præfecturæ custodum carcerum Status Ecclesiastici assignatur Confraternitatibus quorumlibet locorum exercentibus opera charitatis seu pietatis circa egenos carceratos.*
11 *Officia Præfecturæ custodum carcerum qualiter, & quomodo per Confraternitates locorum sint exercenda.*
12 *Officia Præfecturæ custodum carcerum assignantur à Clem. 8. Confraternitatibus locorum cum solutione certæ pecuniæ summæ.*
13 *Pro officio Præfecturæ custodis carcerum summa annua persoluenda quandiu durare debeat.*
14 *Officij Præfecturæ custodis carcerum suppressio Clem. 8. & applicatio Confraternitatibus locorum solemniter publicetur ab Ordinarijs.*
15 *Officij Præfecturæ custodis carcerum suppressio à Clem. 8. emanata, habet derogationem contrariorum.*
16 *Officij Præfecturæ custodis carcerum suppressio à Clem. 8. probetur transumptis.*
17 *Officij Præfecturæ custodis carcerum suppressio à Clem. 8. est cum pœna contrafacientibus.*

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Inter mul-

1 tiplices Pastoralis Officij nostri curas in eam libenter incumbimus, vt Populorũ nobis,& S.R.E. in temporalibus subiectorum commodis, & publicæ vtilitati, quantum in nobis est consulamus si qui interdum abusus in eorum commune damnum, & grauamen irrepunt ijs salubria quæcumq. possumus remedia adhibeamus prout conspicimus in Domino expedire.

2 Cum itaque alias omnes, & singulas concessiones, applicationes, & appropriationes, deputationes, & electiones omnium, & quorucumque officiorum, Guardianorum,& Custodum carcerũ, seu carceratorum ciuilium, & criminalium in omnibus Ciuitatibus, Prouincijs, Terris, & locis ditionis temporalis S. R. E.(Alma Vrbe, ac Anconitana, & Beneuentana Ciuitatibus, ac eorum Territorijs dumtaxat exceptis) quibusuis personis cuiuscumque dignitatis existentibus,ac ipsius Legationibus, Gubernijs, Potestarijs, Communitatibus, Vniuersitatibus, aut certis Magistratibus, per quoscumque Romanos Pontifices, vel eorum officiales perpetuò, seu ad vitam cuiuscũque eorum, vel ad tempus factæ auctoritate Apostolica reuocatæ, & annullatæ fuerint, ipsaque officia, & illa conferendi, concedendi, assignandi, locandi, & alias de illis disponendi facultates,nec nõn emolumenta omnia, seu responsiones inde prouenientia à quibusuis Legationibus etiam de Latere, Gubernijs, Potestarijs, alijsque officijs, & Magi-

Magistratibus etiam per dictas Communitates, seu Vniuersitates eligi, seu deputari solitis penitus, & omnino perpetuò dismembrata, & separata, dictaque officia Custodum, & Guardianorum singula ab omni, & quacumque responsione annua, seu menstrua, siue in ipso ingressu, & admissione persoluenda, necnon onere, & solutione Legatis etiam de latere, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Barisellis, Officialibus, Communitatibus, Vniuersitatibusque, & eorum Magistratibus, quibuscumque facienda exempta extiterint.

3 Ac vnum officium Præfecturæ generalis Custodū, seu Guardianorum carcerum, & carceratorum huiusmodi ad vitam personæ illud obtinentis vacabile excepta proxima vice, qua vt pro medietate non vacaret indultum fuit per vnum Præfectū generalem, qui omnibus Custodibus, & Guardianis carcerum, & carceratorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorum, & locorum prædictorum præsideat, omnesque ipsos pro suo arbitrio deputet, & ammoueat tenendum, & regendum eadem auctoritate erectum fuerit, eidemque officio Præfecturæ omnia, & quæcumque regalia, salaria, emolumenta ordinaria, & extraordinaria etia in incerta, cum facultate alendi carceratos cum solutionibus solitis, & consuetis iura, & obuentiones per ipsos Custodes, Guardianos, & illorum quemlibet etiam ratione laboris, ac etiam quoad annuam, vel menstruam responsionem per Legatos etiam de latere, Vicelegatos, Gubernatores, Potestates, Barisellos, aliosque Officiales, & Magistratus, Communitatesq. & Vniuersitates prædictos percipi solita, seu alias illis per quoscumque etiam dictam Cameram Apostolicam, eiusque Ministros, quauis occasione, vel causa soliti consueta, vel quomodolibet debita perpetuò assignata, applicata, & appropriata fuerint.

4 Insuper Dilecto filio Ioanni Baptistæ de Lilio Clerico Bononiensi, eius nomine, ac pro pretio dicti officij sic erecti quondam Annibal etiam Lilius eius genitor tresdecim millia scuta monetæ ad rationem iuliorum decem pro quolibet scuto, iam persoluerat officium prædictum Præfecturæ generalis sic ab eius primæua erectione vacans cū omnibus illius honoribus, oneribus, facultatibus salarijs, emolumentis, iuribus, & obuentionibus ordinarijs, & extraordinarijs, etiam iñ certis illis quomodolibet debitis, vt præfertur per illum, quod vixerit, tenendum, habendum, & regendū concessum extiterit, cum indulto pro heredibus dictorum Annibalis, & Ioannis Baptistæ, vt si ipsum quandiu dictum officium obtineret decedere contigisset medietas illius pretij reseruata, saluaque esset prout in eius litteris Apostolicis, seu in forma Breuis desuper expeditis latius continetur.

5 Nos intelligentes postmodum experientia compertum esse, dum ipse Præfectus alijs plerumque Conductoribus lucri causa id muneris obeuntibus vices suas demandat vix posse, quam Christianos potissimum decet ergà personas in carcere degentas charitatem exercere, multos etiam de grauaminibus sibi per huiusmodi substitutos Custodes illatis in dies conqueri sępè etiam contigisse, vt plures pauperes eris alieni, quod suo tempore soluere nequiuerunt causa in carcerem ducti in ipso carcere, vt se alerent nouum æs alienum contrahere coacti fuerint, præter quod rursus retenti in eadem carcere, licet prius illo ęre alieno se exsoluissent, inopes vero gratis è carcere liberari non posse, sicuti antea fieri solebat, sed in carceribus

6 miserè marcescere. Ideoque in præmissis opportuna aliqua ratione publicæ vtilitati consulere volentes, Motu proprio nō ad alicuius super hoc oblatæ nobis petitionis instantiam, sed ex mera nostra liberalitate, & certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine officium Præfecturę generalis, Custodiæ, seu Guardianorum carcerum huiusmodi, cuius erectionis, & illius concessionis in fauorem prædicti Ioannis Baptistæ, vt pręfertur factæ, ac desuper confectarum litterarū tenore præsentibus haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, illiusque nomen, titulum, & denominationem perpetuo tenore earumdem præsentium supprimimus, & extinguimus, con-

7 cessionemque prędicto Ioanni Baptistæ de illa, vt præfertur etiam titulo oneroso factam eiusdem Ioannis Baptistæ expresso ad hoc accedente consensu, eique restituto pretio, quod aliàs, vt dictū est, persoluerat, ac vltaterius eis solutis duobus millibus scutis, quę illi largimur, vt libentiùs cōsensum huiusmodi præstet, necnō per eum, eiusue genitorem postea factas subolocationes, subdelegationes, subrogationes, & deputationes, ac contractus desuper initos etiam iuramento, & quauis alia firmitate roboratos, ac instrumenta etiā cum obligatione in forma Cameræ Apostolicę celebrata, cum omnibus inde sequutis reuocamus,

8 irritamus, & annullamus, nulliusque roboris, vel momenti esse decernimus, itaut de cætero neque ipsis Ioanni Baptistæ, aut cuicumque ab eo causam habenti, in aliquo suffragentur, neque alterutra pars ad obseruantiam eorum, quæ in contractibus, & instrumentis prędictis continentur in

9 futurum vlterius teneantur. Nouam vero, & magis piam, ac miserabilibus personis, & pauperibus commodiorem Custodum carcerum rationem inire; cupientes in vnaquaque Ciuitate, Terra, Oppido, & loco dictæ ditionis, & Status Ecclesiastici singula officia Custodum carcerum, quæ inibi sunt quęque hactenus dicto officio Pręfecti generalis per præsentes suppresso annexa, & ab eo dependentia, eique incorporata fuerunt cum omnibus eorum iuribus, pertinentijs, auctoritatibus, facultatibus, & emolumentis ei Confraternitati, siue Societati Laicorum, seu Clericorum, aut mixtim, quæ charitatis, & pietatis opera ergà carceratos in ea Ciuitate, Oppido, & loco exercere solita est, aut si in aliqua ex huiusmodi Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis nulla Confraternitas quæ id faciat ad præsens reperiatur ei Confraternitati, seu Societati, quam loci Ordinarius ad id pium munus obeundum deputandam, seu

10 de nouo erigendam duxerit. Motu, scientia, & potestate similibus perpetuo vnimus, annectimus & incorporamus, ac singulas Confraternitates prædictas, quæ inopes egenos carceratos gratis alere, & gratis etiam dimittere pietatis causa visitare, sincera in Domino charitate tractare spiritualibus, & temporalibus auxilijs iuuare, aliaque erga eos pia opera exercere teneatur sicuti similes

Con-

Confraternitates Charitatis, & Pietatis nuncupatæ in hac Alma Vrbe erectę erga carceratos exercere solent quoad officia huiusmodi in locum, & intra ipsius Præfecti generalis ponimus,& surro-
11 gamus. Necnon eisdem Confraternitatibus, & earum vnicuique respectiuè Custodes singulos in carceribus prædictis idoneos ad beneplacitum ipsius Confraternitatis, & ad tempus, & cum salario, seu mercede ei bene visa de expressa tamen licentia, & consensu Gubernatoris, seu Potestatis, Præsidis eius loci, nec alios ponendi, & ad nutum eiusdem Confraternitatis ammouendi, nec non iura, salaria, mercedes, emolumenta, ac regalia quæcumque Custodibus carcerum solui solita, & ad eos quomodolibet pertinentia per fideles Ministros ad id per ipsas Confraternitates deputandos, colligendi, exigendi, & leuandi, ac in proprios earumdem Confraternitatum vsus conuertendi, omniaque, & singula, quæ ipse Præfectus Custodū facere poterat, seu debeat, & consueuerat, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna, etiamsi expressionem requirerent magis specialem, & sub generali concessione non venirent gerendi, mandandi, & exequendi plenam & liberam harum serie facultatem concedimus,
12 & impartimur. Quæcumque verò emolumenta huiusmodi integra sine vllo onere ipsius Confraternitatis elargiri summoperè cuperemus, tamen cum ipsius Ioannis Baptistæ indemnitati, vt præfertur consulendum sit, Camera Apostolica multis, & extraordinarijs impensis grauata pecunias ad id necessarias in promptu non habeat, grauesque sumptus ad arcendos bannitos, ac facinorosos homines ab ipsa ditione Ecclesiastica, & ad succurrēdum Catholicis, in Christianissimo Franciæ Regno, qui furiosis hęreticorum armis pęnè oppressi sunt in dies magis subire cogamur, aliquid subsidij ad tempus modicum comparare volentes, loco annuæ responsionis circiter quattuor millium scutorum, quàm ipse Ioannes Baptista ex sublocationibus officiorum Custodum huiusmodi in totum percipere consueuerat imponimus, atque taxam mille & quingentorum scutorum tantum per ipsas Confraternitates, & earum singulas pro rata Dilectis filijs nostris S. R. E. Camerario, & Thesaurario generali habita ratione prioris responsionis, vt præfertur solui solitæ declarādā ex nunc in futurum Camerę Apostolicæ, ac pro ea Thesaurario pro tempore existenti eius Prouinciæ, vbi quæque Ciuitas, Terra, aut Oppidum, vel locus, si ita erunt annuatim de bimestri in bimestrè anticipatè, & pro rata persoluendam, ea nimirum de causa, vt ex eados, seu fructus pro locis, seu portionibus Montis vacabilis ad effectū congerendę summę dictorum quindecim millium scutorum, quæ dicto Ioanni Baptistæ restituendæ, & soluendę erunt per nos erigendi constituatur.
13 Decernentes taxam huiusmodi tandiū per ipsas Confraternitates soluendam esse, donec extinctis per obitum personarum illa obtinentium omnibus locis, seu portionibus eiusdem Montis, quæ cum primum, vt præfertur vacauerit eo ipso extincta esse volumus, & alijs vlterius vendi, aut aliās concedi prohibemus id totum commodo earumdem Confraternitatum concedere, eaque tandem & ab hac impositione, & à quocumque alio onere & solutione prorsus immunes, & exemptæ possint vberiùs, & commodiùs suam erga carceratos charitatem, & beneficientiam exercere.
14 Quo circa vniuersis, & singulis locorum huiusmodi Ordinarijs per Apostolica scripta mandamus, vt ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quęcumque solemniter publicantes faciant illas per eos, ad quos spectat inuiolabiliter obseruari. Cōtradictores per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appella-
15 tione postposita compescendo. Non obstantibus pręmissis, & quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictarumque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cōsuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis illis, earumque Communitatibus, Vniuersitatibus, Magistratibus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiamsi de illis earumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si ad verbum insererentur pręsentibus pro expressis habentes specialiter, & expressè derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscūq.
16 Volumus autem, vt pręsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem pręsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.
17 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę suppressionis, extinctionis, largitionis, reuocationis, irritationis, annullationis, vnionis, annexionis decretorum mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, tertio idus Aprilis Pontificatus nostri anno primo.

G. Bastonus pro Dat.

Extract. ex registr. Bullar.

CAP. XI.

Chirografo di Clemente VIII. circa gli ordini da osseruarsi da Notari, e Curiali criminali nelle cause de carcerati.

b SOM-

SOMMARIO.

1 *I Luogotenenti criminali del Gouernatore di Roma, non possino sotto alcun pretesto pigliare cosa alcuna da' carcerati per cause criminali.*

2 *Notari, e Sostituti criminali del tribunale del Gouernatore finche sia ben prefissa la prouisione circa la mercede, siano auertiti dal Gouernatore, come nel presente Chirografo.*

3 *Notari, e Sostituti di Monsig. Gouernatore contrauenienti a questo Chirografo di Clemente 8. possino mandarsi in galera con vna semiplena proua, non ostante ogni altra cosa in contrario.*

4 *Gl'ordini dati in questo Chirografo di Clemẽte 8. quanto a' Notari, e Luogotenenti criminali, si osseruino da' Curiali, sotto le pene imposte à Luogotenenti, e Notari.*

5 *Gl'ordini dati in questo Chirografo da Papa Clemente VIII. circa i Luogotenenti, e Notari di Monsig. Gouernatore, si habbino da registrare ne' libri publici di detto Tribunale.*

CLEMENTE PAPA VIII.

1 MOnsignore Gouernatore di Roma; hauendo noi prouisto alli vostri Luogotenenti, e Sostituti criminali di honesta prouisione, vi ordiniamo, che dobbiate intimare à tutti li sodetti, che sotto pena, e confiscatione de' beni da incorrersi irremissibilmente in caso di contrauentione, non debbano per l'auuenire pigliare cosa alcuna, per decreti, assolutioni, rilassi, propine di sentenze etiamdio in cause commissarie, nè per decreto da voi medemo fatto, nè manco pretensa donatiuo etiam commestibile, ò altre ragaglie, sotto qualsiuoglia titolo, vocabolo, e denominatione etiam in qualsiuoglia modo gratioso, etiamdio in casi permessi dalla riforma di Pio IV. fel. mem. ò da altri nostri Predecessori, ma siano taciti, e contenti delle prouisioni per noi assegnateli.

2 Auuertendo sotto le medesime pene li Notari del vostro Tribunale, che mentre si fà altra prouisione circa le mercedi loro, trattino tutte le cause, scritture, mandati, ò altro, che è necessario, che passi per le mani loro con purità, e senza sordidezza, & ordinino alli suoi Sostituti, che osseruino inuiolabilmente le tasse, e riforme di detto vostro Tribunale, conforme la bolla di Pio IV.

3 E per mostrare la resoluta volontà nostra, che si essequisca quest'ordine, intimarete alli sudetti Notari, e Sostituti, che per mandarli in galera ci basterà la semiplena proua, non ostante qualsiuoglia pretesa consuetudine, & vso, anzi abuso, e corruttela, ò altro in contrario.

4 E nelle medesime pene vogliamo che incorrino gli Auuocati, e Procuratori, che fossero mezzani, ò concimatori à violare in alcuna maniera questa nostra deliberatione, la quale farete registrare nelli libri del vostro Tribunale à perpetua memoria, & acciò nessuno possa pretendere ignoranza, e tanto essequirete, che così è mente nostra. Dal nostro Palazzo Apostolico questo di 4. Marzo 1595.

Clemens Papa VIII.

Estratto dall'Offitio criminale di Monsig. Gouernatore spettante alla Carità.

CAP. XII.

Motus proprius Clementis Papæ VIII. in quo concedit facultatem D. Iulio Benigno Aduocato Pauperum interponendi decreta pro validitate contractuum, non obstante Motu proprio antea per ipsum in contrarium edito.

CLEMENS PAPA VIII.

DIlecto filio Iulio Benigno Aulæ nostræ Consistorialis, & Pauperum Aduocato &c.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionẽ. Cum ratione muneris Aduocati Pauperum, quod geris, aut alias pro terminandis, seu componendis multis causis, & differentijs pauperum, seu aduenarum, quæ coram te deducuntur sæpè oporteat mulieres, & minores obligari, pro quarum, & quorum commodo, & minori dispendio valdè expediret, vt tu decreta absque alterius Iudicis ministerio per te ipsum interponere pro validitate contractuum valeres. Nos eorumdem pauperum, & aduenarum indemnitati consulere, ac te specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes ex certa nostra scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tibi auctoritatem, & potestatem interponendi decreta in quibuscumque mulierum, & minorum obligationibus non solum in supradictis causis coram te vertentibus, verum etiam in cæteris alijs quibuscumque æquè ac alij quicumque Iudices, ac nominatim auctoritatem, & potestatem habentes, & in omnibus, ac ad illorum instar Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur, & decreta per te interponenda huiusmodi, & illorum vigore celebrandos contractus quoscumque plenam, & eamdem prorsus roboris firmitatem obtinere, quam obtinerent, si in huiusmodi obligationibus decreta per Iudices ad hoc nominatim auctoritatem habentes interposita fuissent, sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstante nostra Motus proprij cedula sub data Idibus Octobris Pontificatus nostri anno nono edita, per quam decreta Conseruatorum Vrbis reuocatoria deputationum quorumcumque Iudicum ad huiusmodi decreta interponenda factarum, præterquam Senatoris, Collateralium, Iudicis maleficiorum, Capitanei Appellationum, Vrbis Aduocati, & Procuratoris Po. Rom. confirmauimus, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Almæ Vrbis etiã iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris

toris die 19. Ianuarij 1604. Pontificatus nostri anno duodecimo.

Marcellus Vestrius Barbianus.

Extract. ex Secretaria Breuium.

CAP. XIII.

Pauli Papę V. Constitutio contra Notarios criminales Tribunalium Vrbis, extorquentes ab inquisitis, seu carceratis per notulas decreti, seu cassationes processus sub prætextu commutationis, seu solutionis pœnæ gratiarum, aut alia conficta ab ipsis causa in præcedente plena causæ cognitione, & discussione. Ac etiam directè, vel indirectè eosdem carceratos, seu inquisitos ad petendam absolutorias cogentes.

SVMMARIVM.

1 *Constitutionis proœmium.*
2 *Taxa Pij IV. super mercede Notariorum causarum criminalium refertur à Paulo V.*
3 *Notariorum abusus circa exactionem mercedis in causis criminalibus relati in hac constitutione Pauli V.*
4 *Et quid ex prædictis oriebatur.*
5 *Notariorum prætensa excusatio circa præmissa.*
6 *Extorsiones, & abusus supradicti tolluntur.*
7 *Taxa Pij IV. super mercede Notariorum causarum criminalium confirmatur.*
8 *Taxa Pij IV prædicta declaratur.*
9 *Notarij criminales quando debeant exigere mercedem à carceratis iuxta taxam Pij IV.*
10 *Exceptio supradicta regulæ.*
11 *Regula generalis ponitur.*
12 *Tollitrr omnibus aliter iudicandi potestas.*
13 *Irritatur si quid contra fiat.*
14 *Contrariorum ampla derogatio.*
15 *Ordinatur, vt præsens Constitutio in locis solitis affigatur.*
16 *Fides transumptorum.*
17 *Præcipitur Notarijs, ad quos spectat, vt taxam Pij Quarti vnà cum ista declaratione affixam teneant.*

Datum Romæ anno tertio, 1. Martij 1608.

Publicatio.

PAVLVS PAPA V.

1 AD perpetuam rei memoriam. Inter graues Apostolatus nostri curas, quibus assiduè præmimur, dum regimini Ecclesię Vniuersalis tenuitati nostræ nullo meritorum nostrorum suffragio à Domino creditę inuigilare nitimur, postrema illa non est, vt Almæ Vrbis nostræ Tribunalia, quæ præ oculis quotidie habemus, & in quibus inter tam multos etiam remotissimarum nationum Christi fideles ius dicitur, ita sint ordinata, & institiæ, integritatis, ac moderationis alijs sit speculum, & exemplar. Quapropter, si quos abusus prǽsertim ex omnium radice malorum cupiditate exortos illa deformare cognoscimus, eos pastorali vigilantia recidere, ac pęnitus euel-

2 lere debemus. Alias siquidem fęlicis recordationis Pius Papa IV. prædecessor noster constituendo taxam mercedum Notariorum causarum criminalium Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Vicarij, Senatoris Vrbis, ac Iudicis Burgi inter alia statuit, & præscripsit quod ipsi Notarij pro eorum mercede pro nota sententiæ absolutoriæ diffinitiuæ, seu decreti vim diffinitiuæ habentis, quidque etiam pro cassatione processus tam in causis, in quibus non capitalis, sed corporalis, ac etiam in quibus nec capitalis, nec corporalis pœna imponenda erat, accipere deberent, ex qua quidem constitutione, & taxa sic distinctè præscripta licet ijdem Notarij decreti notam, & processus cassationem prætendere nullo pacto possent, nisi in casu, in quo requisiti rei, seu carcerati ab illis im-

3 putato crimine absoluuntur. Tamen sicut accepimus nec sine animi nostri molestia complures inquisiti, seu carcerati, & forsan pro leui crimine vix examinati, & quandoque etiam non examinati absque vlla eorum causæ discussione habentes decretũ de relaxando, seu de non molestando, vel modica soluta, aut commutata, vel etiam aliqua ex causa Iudici benè visa, nulla sublata pœna, à Notarijs coguntur ipsis soluere, & decreti notulas, & processus cassationes perinde, ac si formaliter tanquam reperti non culpabiles, prout eadem taxa Pij IV. loquitur forent absoluti sub prætextu, quod in eodem relaxationis, seu non molestationis, vel absolutionis decreto, vt plurimum à Iudice, vel subscripto, & forsan etiam eodem Iudice inscio, ad effectum extorquendi indebitas pecunias apponunt clausulam, mandauit cassari, & amplius non molestari, quam nec carcerati, nec inquisiti, & non carcerati apponi petunt, nec curant, credentes sic locum esse exactioni dictæ notæ, & cassationi quasi illæ clausulæ absolutionem importent, idque sæpissimè contingit præsertim in carceratis pro prætensa controuentione exilij, vel præcepti pro delatione armorũ nõ prohibitorum, pro rixa cum modico vulnere, aut similibus causis, quę sine plena causæ cognitione breui ma-

4 nu expediendæ sunt. Vnde interdum quod euenit pauperes carcerati non habentes vnde soluãt, in carceribus detineantur, nec relaxari possunt, nisi in die Visitationis carcerum, in quo petunt, &

5 obtinent gratis relaxari. Adducunt autem, sicut etiam accepimus, ad eorum excusationem Notarij, quod ita in præteritum fuit obseruatũ, & quod ab hac obseruantia sic eadem taxa interpretationem recipit, ignorantes, seu potius ignorare volentes, quod talis non obseruantia, sed corruptela & mala extorquendi alienas pecunias consuetudo dicenda est, & quod constitutio, & taxa prędicta interpretatione minimè indigebant cum earũ verba clara, non autem dubia sint; quin etiam ijdem Notarij frequenter reos inquisitos, & processatos, non tamen vnquam carceratos, vel etiã iam carceratos, & sub obligatione, vel fideiussione de se repræsentando, vel alias ante causæ expeditionem relaxatos ad eiusmodi processus cassationem, sententięque, seu decreti absolutorij prolationem à Iudicibus obtinendam, vt exinde indebitum quæstum notulæ sententiæ, vel decreti, &

cassationis processus faciant varijs artibus, & fal-
lacijs præsertim per citationes ad se repræsentan-
dum, vel sententiam audiendum in maximum
pauperum reorum dispendium inuitos trahunt, &
6 inducunt. Volentes igitur huiusmodi extorsioni-
bus, & indebitarum pecuniarum exactionibus pro
Pastoralis officij debito occurrere, omnesque id
genus abusus, & corruptelas de medio tollere, ac
pauperes carceratos, seu inquisitos, vel quærela-
tos, quantum fieri potest subleuare; Idcirco mo-
tu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblatę
petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione
nostra, ac ex certa scientia, deque Apostolicæ po-
testatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura
7 Constitutione. Reformationem, & taxam Pij
Papæ Quarti prædecessoris nostri prædictas his
nostris litteris præinsertis habentes, illas omnia-
que, & singula in eis contenta, ac prout ibi con-
tinentur auctoritate Apostolica confirmamus, ap-
probamus, & innouamus. Et insuper eidem Re-
formationi, & taxæ inhærentes, & quatenus opus
8 sit ea declarantes, statuimus, decernimus, ac di-
strictè præcipiendo mandamus omnibus, & sin-
gulis nostri, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Came-
rarij, Vicecamerarij, Gubernatoris, Auditoris,
Vicarij, & Clericorum Cameræ nostræ Præsiden-
tium, Senatoris, Conseruatorum, Curiæ Burgi, de
Sabellis, Ripæ, & Ripettæ, & aliarum quarum-
cumque etiam piorum locorum Almæ Vrbis no-
stræ Curiarum, vel Iusdicentium, Notarijs, Actua-
rijs, Scribentibus, aut quoquomodo criminales
causas exercentibus, ne sub pœna priuationis of-
ficiorum eorumque proprietatis ipso facto incur-
renda, & Cameræ nostræ Apostolicæ applicanda,
alijsque grauioribus etiam corporalibus arbitrio
Iudicis imponendis in casu contrauentionis, pœ-
nis, de cætero audeant, vel præsumant mercedes
notulæ sententiæ, aut etiam decreti, aut proces-
sus cassationis in relaxatione carceratorum, seu
abolitione quærelarum non carceratorum etiam
à spontè dantibus, nec etiam quid minimum acci-
9 pere nisi quando ipse carceratus, quærelatus, seu
inquisitus, fabricato processu, & precedente ple-
na causæ cognitione, & discussione, Fisco, aut par-
te, si aderit citatis, in ipsa sententia, seu decreto
vim diffinitiuæ habente, à Iudice subscripto fue-
rit à crimine, pro quo detinebatur, seu non deten-
tus quærelebatur, vel diffinitiuè tanquam inno-
cens, vel ex hactenus deductis tanquam non re-
pertus culpabilis expressè absolutus. Pro compo-
sitionibus verò easdem notulas decretorum, &
cassationes accipere minimè possint, nisi in cau-
sis, & criminibus grauibus, grauemque pœnam
merentibus, & in quibus non solum interuenerit
plena causa cognitio, sed etiam discussio, & decre-
ta fuerit nedum Iudicis, sed manu etiam Procu-
10 ratoris nostri Fiscalis subscripta. Remissiones
tamen gratiosas Bannitorum in contumaciam
condemnatorum, necnon exilij, & triremis pœ-
narum de ordine nostro, & pro tempore existen-
tis Romani Pontificis excipimus, in quibus ijdem
Notarij notulas decretorum, & cassationis pro-
11 cessuum accipere licitè possint. In alijs autem
quibuscumque casibus, si carcerati fuerint, con-
tenti esse debeant sola mercede mandati de rela-
xando iuxta dictam taxam Pij prædecessoris; si
verò non fuerint carcerati pariter contenti esse
debeant ea mercede, quæ si carcerati fuissent ipsis
deberetur pro mandato de relaxando reprobata
omninò prout reprobamus illa, seu omni alia pra-
ua consuetudine, & obseruantia Notariorum
quoad effectum extorquendi notulam decreti in
omnibus ferè decretis de relaxando sub gratię, aut
commutationis pęnæ, aut alio quocumque præte-
xtu apponunt clausulas, mandaut cassari, amplius
non molestari, silentium imponi, aut similes. Et
insuper sub eisdem pœnis prædictis omnibus No-
tarijs prohibemus, nec per se, vel alium carcera-
tos, inquisitos, vel processatos ad processus cas-
sationem, aut cuiuscumque sententiæ, vel decreti
absolutorij impetrationem, vel postulationem
per citationem ad se repręsentandum, aut ad sen-
tentiam, vel alia quauis via directè, vel indirectè,
aut quoquomodo cogere, inducere, aut inuitare
audeant, vel præsumant; sed omnia, & quæcum-
que contenta in dicta Reformatione, & taxa Pij
Quarti prædecessoris prædicti, & iuxta hanc no-
stræ declarationis formam ad vnguem omnino ob-
12 seruent. Decernentes sic in pręmissis omnibus,
& singulis per quoscumque Iudices ordinarios, &
delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam
causarum Palatij Apostolici Auditores, etiam
S. R. E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet
quauis aliter iudicandi, & interpretandi faculta-
te, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere.
13 Irritum quoque, & inane quicquid secus super
his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel
14 ignoranter contigerit attentari. Non obstanti-
bus constitutionibus, & ordinationibus Aposto-
licis, stylo, ac etiam consuetudine quocumque
temporis cursu etiam immemorabili roboratis
statutis, vsibus, priuilegijs, & indultis quibuscum-
que Vrbis prædictę Tribunalibus, & Curijs, ea-
rumque Collegijs, & Superioribus, Præsidentibus,
Officialibus, Notarijs, alijsque ministris, & qui-
buscumque personis quacumque speciali nota, &
expressione dignis, & quomodocumque, & quali-
tercumque priuilegiatis, etiam motu, scientia,
& potestatis plenitudine similibus etiam consi-
storialiter sub quibuscumque tenoribus, & formis
& cum quibusuis etiam derogatoriarum deroga-
torijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis,
irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in
specie, & alias quomodolibet etiam per nos con-
cessis, approbatis, & innouatis. Quibus omni-
bus etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de
illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifi-
ca, indiuidua, & expressa de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales idem impor-
tantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda,
aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret,
tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter
expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias
in suo robore permansuris hac vice dumtaxat spe-
cialiter, & expressè derogamus, & quibuslibet
alijs priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis ge-
neralibus, vel specialibus quorumcumque teno-
rum existant, per quæ pręsentibus non expressa,
vel totaliter non inserta effectus earum impediri
valeat, quomodolibet, vel differri, de quibus, quo-
rumque

rumque totis tenoribus specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum habenda esset mentio specialis, cęterisque contrarijs quibuscumque.

15 Vt autem præsentes nostræ literæ ad omnium notitiam deducantur, ac omnibus quorum interest, ac interesse poterunt afficiant, nec earum possit ignorantia allegari, volumus, & mandamus illas in Cancellariæ Apost. valuis, & in acie Campi Floræ affigi, & ibi relicta copia aliquandiù detineri, sicque ad effectum incurrendi omnes, & singulas pœnas in eo contentas, perinde, ac si perso-

16 naliter intimatæ fuerunt omnes afficere. Volumus autem, quod earum exemplis etiam impressis, ac Notarij publici manu subscriptis, & alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę sigillo signatis plena, & indubitata fides, eaque prorsus adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præsentibus adhiberentur, si forent exhibitæ, vel ostēsę, vtque tam ipsis Notarijs, & Scribentibus quātum petere valeant, quam partibus litigantibus, quantum soluere debeant, iugiter innotescat.

17 Vt singuli Notarij prædicti dictam taxam Pij IV. prædecessoris, & hanc nostram declarationem impressam tabellæ affixam in suo quisque officio in loco publico, quo ab omnibus inspici, legi, & intelligi possit omninò teneant. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die prima Martij millesimo sexcentesimo octauo, Pontificatus Nostri anno tertio.

Scipio Cobellutius.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo octauo, Indictione sexta die verò tertia mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli Diuina prouidentia Papæ Quinti anno eius tertio, præsentes literæ publicatæ, & affixæ fuerunt in Cancellaria Apostolica, & in acie Campi Floræ, ibidemque relicta copia per me Ioannem Dominicum de Pace Cursorem. Ioannes Baptista Bagni Magister Cursorum.

CAP. XIV.

Declaratio Pauli Quinti Constitutionis suæ super reformatione Tribunalium Vrbis, quo ad illud caput, quod tangit Aromatarios Vrbis, quoad præscriptionem, & alia prout infra.

SVMMARIVM.

1. *Aromatarijs præscriptio quinquennalis non obstat, quando interruptio fuit iudicialis, vel aliter quam per proprios libros suum creditum probauit, ex declaratione Pauli V.*
2. *Aromatarij quibus casibus criminalem iurisdictionem exercere possint, ex declaratione Pauli Quinti.*
3. *Aromatariorum fraus in eorum libris detecta ab eorum Iudice cognoscenda est.*
4. *Aromatariorum, & Physicorum concordia non intendit praiudicare Paul. V. prohibet electionem Proconsulis Aromatariorum.*

PAVLVS Papa V. Motu proprio &c. Cum post aliquas declarationes à Nobis Constitutioni, quam super reformatione Tribunalium Vrbis condidimus, factas, Aromatarij quædam eius constitutionis capita ipsos tangentia declarari suppliciter postulauerint, Nos dubia tollere, & litibus occurrere cupientes, dum in præfata nostra constitutione dicitur pro pretio aromatariæ seruandam esse prescriptionem quinquennalem, non obstante quauis interruptione etiam per receptionem partis pecuniarum, aut per dationem aliarum rerum aromatariæ, declaramus

1 dictam dispositionem non intelligi, nec locum sibi vindicare, vbi, vel interruptio fuerit iudicialis, vel aliter quam per proprios ipsorum libros Aromatarij suum creditum probauerint, quibus casibus dispositionem statutorum Vrbis seruari volumus, & mandamus.

2 Insuper dum in eadem constitutione interdicimus Aromatarijs, ne vllam prorsus audeant in quemquam exercere sub quouis prætextu criminalem Iurisdictionem, declaramus intentionis nostræ non fuisse adimere eis facultatem alias ipsis à felic. record. Clemente VIII. prædecessore nostro concessam, res medicinales ad eorum artem spectantes visitandi, recognoscendi, & quod in eis corrupti, vitiati, vel adulterati repertum fuerit proijciendi, comburendique, ac iuxta delicti, & neligentiæ qualitatem culpabiles repertos debitis pœnis, non tamen corporis afflictiuis, quæ pœnæ Ecclesiæ, & Hospitali S. Laurentij in Miranda nuncupatæ eo ipso applicentur

3 & applicatæ censeantur, afficiendi. Quod tamen quoad libros, negamus quod si in illis fraus aliqua detegeretur, hoc à suo Iudice competenti cognosci, ac diffiniri debere intendimus, & mandamus. Et dum in dicta constitutione nostra sancitum est, quod Consules nullam habeant iurisdictionem eligendi Aromatarium, quam Proconsulem vocane ad visitandas aromatarias extra Vrbem, minusque subscribendi patentes vti Consules, districtus Vrbis, & Superintendentes artis in Statu Ecclesiastico, sed talis eligendi potestas pe-

4 nès Prothomedicum sit, & remaneat. Declaramus nostræ intentionis non fuisse quoad hoc derogare concordię alias initę inter Collegium Physicorum, & Collegium Aromatariorum, dum in ea dicitur, quod quotiescumque ad visitandas aromatarias extra Vrbem Medicus ex Vrbe mittendus erit, ne eis forsan artis aromatarię imperitum sibi Comitem adiungat Prothomedicus, qui Visitatoris designandi ius obtinet Vrbanis Aromatarijs id denuntiet, atque ab eis exquirat, habeat ne aliquem peritum, & idoneum hominem, qui medico illi in huiusmodi visitationis munere Comes, & minister esse velit &c. Iuxta prædictam concordiam confirmatam per fel. record. Gregorium XIII. prędecessorem nostrum sub die prima Iulij 1575. vers. Quotiescumque ad visitandas tabernas &c. dummodo Aromatarij, neque iurisdictionem, proptèrea in hoc sibi aliquam vsurpent, iuxta formam dictæ concordiæ, neque electum Proconsulem vocent, neque patentes subscribant vti Consules districtus Vrbis, neque quidquam contra tenorem nostræ prędictæ Constitutionis

 faciant

faciant sub pœnis in ea contentis, & præsentis sola signatura sufficiat absque alia data, & registratura.

Placet motu proprio C.

Extract. ex Fenzon. ad Statut. Vrb. in fin. ante decis. fol. 772.

CAP. XV.

De carceribus, & carceratis, & eorum Visitatoribus, & Custodibus.

Ex eadem Constit. Pauli V. 71.

CArceres Curiæ Sabellorum, Turris Nonæ, & Capitolij nullo pacto locentur, sed ad eorum custodiam, & officium Commentariensis, ipsorum carcerum Domini sub certa mercede deputent aliquem virum probum à Gubernatore Vrbis, & quoad Capitolium à Senatore approbatum. Et quatenus de licentia nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum locentur, Conductores approbentur à Gubernatore, & Senatore respectiuè, qui etiam possint ipsos Conductores ex causis illis benè visis, & ad eorum libitum remouere.

Gubernator Vrbis semel in mense, vnà cum Pauperum, & Fisci Aduocatis, & Procuratoribus, ac Deputatis à Societatibus Charitatis, & Pietatis vltra visitationem ordinariam semel in hebdomada fieri solitam (quam omninò fieri volumus, & mandamus) visitet carceres tam secretos, quàm publicos per se ipsum, ne carcerati indebitè à Custodibus carcerum malè tractentur; Atque vt tabula nouissimè edita, & in ipsis carceribus affixa tenenda obseruetur, prouideat.

Protector autem Charitatis, & Illius Deputati cum interuentu Gubernatoris, & Fisci Procuratoris eligat duos Medicos fideles, & expertos, vnum scilicet Physicum, alterū vero Chirurgum, qui visitent carceratos infirmos, & curent, ac de eorum infirmitate cum opus fuerit, fidem gratis faciant eidem Gubernatori, & alijs Iudicibus, prouideatque eisdem de competenti salario ex pœnis maleficiorum soluendo.

Eligat etiam in primis aliquem Presbyterum sæcularem, vel regularem, qui confessiones ipsorum infirmorum, vel aliorum carceratorum (non tamen vltimo supplicio damnatorum, postquam in manibus exequutorum consignati fuerint, quorum cura ad Confratres Societatis Misericordiæ spectat) audiat, eosque carceratos visitet, ac spiritualiter consuletur.

Triremes bis in anno visitentur à Commissario ad id deputato.

Visitator verò carcerum, qui nunc à Societate Pietatis carceratorum eligitur, & deputatur quolibet die post carcerum visitationem ad Aduocatum pauperum accedere, & sibi nomina eorum, qui in dies carcerantur inscriptis, & pariter etiam Iudicibus deferre teneatur.

Capsæ omnes eleemosynarum, quæ fiunt carceratis clausę teneantur, & claues sint penès pauperum Aduocatum, qui suo arbitrio eos aperiat, & eleemosynas in eis repertas distribuat inter carceratos, qui facultatem se alendi, & alimenta aliunde non habent.

Carcerati in Ripa præsententur in Visitatione Capitolij, carcerati verò in Burgo præsententur in Visitatione Turris Nonæ, & Visitationes intimentur Camerario Ripæ, & Iudici Burgi per Procuratores pauperum.

Cęterum omnes de carcere ad carcerem occasione Visitationis transportandi Birruarij cuiusuis Tribunalis requisiti transportare debeant gratis, nihil prorsus recipiāt etiam nomine muneris sub pœna priuationis officij, & trium ictuum funis publicè infligenda.

Citationes contra carceratos in carceribus exequendæ non nisi personaliter fiant.

Arresta lite pendente, non possint concedi nisi ab eo Iudice, coram quo pendet lis, nisi periculum esset in mora.

Arresta contra debitores aliter quam præcedente mandato seruatis seruandis relaxata nulla sint, & eis non obstantibus arrestati relaxentur.

Alimenta debitoribus carceratis ex decreto præstanda deponantur anticipatè saltem pro decem diebus, & integra carceratis soluantur, & consignentur absque vlla diminutione, vel retentione.

Carcerati pro testibus, quibus ab instigatore vel Fisco præstari debent alimenta necessaria, quamdiu ibi detinebuntur expediti statim relaxentur gratis vbique, nec pro dictis alimentis, siue expensis vllatenus, sed carcerum custodes illa exigant ab Instigatoribus, vel Fisco.

Instrumenta satisdationum pro carceratis in partibus datarum, vel receptarum non nisi parte, cuius interest, citata in actis producantur, & aliter producta non suffragentur, & Notarij, qui ea sine partis citatione receperint, periculo, recepta intelliganrur.

Iulius dari solitus Cancellario Baroncelli pro quolibet carcerato relaxando soluatur Cancellario dumtaxat Baroncelli Gubernatoris, & non alijs cuiusuis alterius Tribunalis, & quando mādatum erit signatum gratis nihil, quando verò in forma pauperum, non nisi medietatem iulij Cancellarius præfatus possit, & audeat exigere, sub pœna arbitrio Visitatorum.

Relaxati à carceribus, in quibus pro causa criminali detinebantur per spatium horæ non possint pro ciuili causa capi, & carcerari, quia debent reponi securi ad locum suum.

Relaxati verò à carceribus ob non pręstationem alimentorum, possint quidem volente, quādocumque creditore alimenta præstare desuò carcerari, sed non cum eodem mandato, nisi præuia noua citatione, & facto alimentorum deposito saltē pro quindecim diebus, aut amplius arbitrio Iudicis; Et qui relaxatur tanquā male captus debet ita admitti, vt difficilis sit eius persecutio.

Pauperes carcerati, quando sunt in casu liberationis liberentur, & relaxentur gratis vbique quoad Iudices, Notarios, Exequutores, carcerū

Custo-

Custodes, & alios omnes, nec quicquam pro nota sententię, vel decreti Iudicum, propinis, aut quibusuis iuribus Fiscalibus soluere teneantur.

Et si cum exilio relaxentur, conseruentur in solita exemptione non soluendi Custodibus carcerum expensas victus habitas in carceribus, & iuxta formam mandatorum statim, ac liberè dimittantur.

Custodes quorumcumque carcerum, se Commentarienses obseruent, & ipsi tabulam post præsentem Constitutionem suo loco imprimendam, quam etiam publicè affixam teneant, & alias ordinationes, & decreta ipsos concernentia, sub pœnis contentis in eis.

Obseruent insuper, & executioni semper demandent quicquid communi Visitatorum voto fuerit deliberatum, & inobseruantes eorumdem Visitatorum arbitrio puniantur.

Et post decretum à Visitatoribus factum de relaxando debitorem, Custodes ad instantiam cuiusuis creditoris arresta eadem die non recipiant, sed nec etiam postea ad instantiam illius creditoris, qui eum detinebat, nisi arrestum fuerit à duobus Visitatoribus subscriptum.

Teneantur etiam dicti Custodes post publicam Visitationem carcerum à Visitatoribus, seu ab Aduocato Pauperum requisiti dare notam carceratorum criminalium in secretis existentium cum expressione temporis, & Iudicum illorum.

Et infirmos etiam pro ciuili causa detentos teneantur ponere in Valetudinario, quod Infirmariam appellant.

Detentos in publicis carceribus superioribus, & in medijs quolibet die conducant ad audiendam Missam.

Nullum recipiant in carceres, quem prius non describant in libro carceratorum, de cuius mandato, ad cuius instantiam, & pro qua causa captus & an pro suspicione fugæ. Alioqui carceratus non descriptus ad nullos victus, aut carceris expensas teneatur.

Ac bona, vel pecuniæ, quæ penès ipsum ad carceres ductum reperiuntur, facto inuentario in eiusdem carcerati præsentia cum duobus testibus consignentur Custodi carcerum, qui teneatur omnia integrè restituere ad mandatum Iudicis, qui illum capi fecit.

Nec possint Custodes, vel Capitanei quicquam vestimentorum carceratis auferre, vel sibi retinere prætextu alimentorum præstitorum, sub pœna priuationis officij, & alijs arbitrio Visitatorum.

Detentis in secretis carceribus nullo pacto directè, vel indirectè prohibeant, vel impediant quo minus alimenta aliunde deferantur, facta tamen prius per ipsos Custodes diligenti inquisitione, ne apodissa, vel aliquid aliud in ferculis transmittatur, nisi aliud sibi à Iudice demandatum fuerit. Atque in tali casu alimentorum aliunde habitorum non possint Custodes quicquam à dictis carceratis, neque pro alimentis, neque alia de causa prætendere.

A carceratis autem in publicis carceribus, & ve dicitur ad largam existentibus, nihil pro camera, passeggio, vel etiam alimentis vltra quinque dies petere possint.

Similiter pro transportatione carceratorum ad alios carceres de mandato Iudicis facienda, vel pro extractione à carceribus ad effectum alicuius contractus, vel obligationis faciendæ, aut etiam pro extractione compedum nihil recipiant.

Nec pro arresto, ab arrestantibus etiam sponte dantibus plus exigant, vel recipiant, quam à carcerato exigitur pro relaxatione à carceribus.

Non permittant in publicis mulierum carceribus, neque ad eorum ferreos cancellos, seu fenestras aliquem alium carceratum accedere, seu versari.

Et vbi Iudices in mandatis de excarcerando apposuerint clausulam, absque alia manu etiam Procuratoris Fisci, vel Commissarij Cameræ respectiuè Custodes obedire, & carceratos dimittere teneantur, licet Procurator Fisci, aut Commissarius Cameræ respectiuè manum apponere recusauerit.

CAP. XVI.

Breue Gregorij XV. priuilegiorum Notarij Charitatis.

SVMMARIVM.

1 *Charitatis Notarius assumendus est in transmissione Commissariorum.*
2 *A Charitatis Notario registranda sunt arresta, salui conductus, & gratia S. Consulta.*
3 *Auditoris Cameræ Notarij registrare debent arresta, saluos conductus, & gratias S. Consulta in causis Tribunalis ipsius A. C.*

GREGORIVS Papa XV. Ad futuram rei memoriam. Exigit creditum Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, vt ad ea per quæ litibus, & controuersijs inter Christifideles quoslibet, præsertim in Alma Vrbe nostra degentes vertentibus occurritur libenter intendamus, ac desuper eiusdem officij partes fauorabiliter interponamus, prout conspicimus, salubriter expedire. Cum itaque sicut accepimus proposita alias sub die 10. Decembris 1621. in Congregatione Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Status nostri Ecclesiastici Prepositorum causa priuilegiorum Archiconfraternitatis S. Hieronymi Charitatis nuncupat. de Vrbe inter cætera sub die 9 mensis Martij præsentis anni decretum fuerit, quod Commissarij, siue per literas in simili forma Breuis à Romano Pontifice pro tempore existente, siue per literas patentes eiusdem Congregationis transmissi teneantur assumere Notarium dictæ Archiconfraternitatis, quod in posterum non committantur causæ alicui Tribunali nisi post transmissionem Commissariorum, & viso processu per eos fabricato, & postmodum Venerabilis frater noster Octauius Episcopus Prænestinus Bandinus, & dilectus filius noster Petrus Paulus tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Crescentius nuncupat. à nobis in omnibus controuersijs occasione præmissorum ortis, & oriundis specialiter deputati infrascripta decreta

decreta ediderint tenoris subsequentis, videlicet. Sanxerunt, quod ad singulos infrascriptos Commissarios iam transmissos amotis Notarijs aliorũ Tribunalium, quos ipsi secum duxerunt, accedant Notarij officij Charitatis, qui apud eos in commissionibus scribant cum perceptione viaticorum & aliorum solitorum emolumentorum à die quo istæ commissiones inceperunt, videlicet. Ad Bulgatellum in causa Saxo ferrati vulnerum, in alia Britonorien exemptionis è manibus Curiæ, & in tertia Assisien homicidij de Sorbellis. Et ad Colangelum, qui pariter ducto secum alio iuuene ex officio eiusdem Lucæ de Carolis Beneuentum profectus est in causa Beneuentana homicidij. Præterea statuerunt, quod nullatenus censeatur illatum aliquod præiudicium priuilegijs Charitatis circa transmissionem Notarij cum Commissarijs, tam per Breue, quàm per literas S. Consultæ hactenus expeditis, etiamsi constaret huiusmodi Cõmissarios aliquando secum duxisse alium Notariũ quam Notarium officij Charitatis. Insuper decreuerunt, quod registrentur in actis Notarij Charitatis iuxta morem consuetum. Salui conductus, arresta, compositiones, transactiones, liberationes, & gratiæ quæcumque remigantibus, alijsue personis faciendæ per S. C. cum omnibus scripturis ad prædictam facientibus nisi tamen causæ reorum quorum occasione præmissa facienda sint, reperiantur introductæ in Tribunali Aud. Cam. alias omnia, & singula præmissa per alium Notarium rogata, & registrata respectiuè nulla sint. Nos inuiolabili decretorum huiusmodi obseruationi quantum cum Domino possumus prospicere volentes. Motu proprio, & ex certa scieutia, ac matura deliberatione nostris decreta prædicta, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus. Decernentes præsentes literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tẽpore quomodolibet spectabit inuiolabiliter obseruari, sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorãter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 20. Septembris 1622. Pontificatus nostri anno secundo.

S. Card. S. Susannæ.

Die Lunæ 10. Octobris 1622. huiusmodi Breue Apostolicum fuit in Camera Apostolica præsentatum, & die Veneris 21. eiusdem referente Adm. Ill. & Reuerendissimo D. Federico Cornelio dictæ Cameræ Clerico, & Iudice, citato etiam ad hoc Reuerendiss. D. Antonio Cicalotto Cameræ prædictæ generali Commissario, Camera ipsa illud admisit, & in libris eiusdem Cameræ registrari mandauit, prout per me eiusdem Cam. Notarium infrascriptum registratum fuit in libro diuersorum nuncupato, fol. 52. Et in fidem &c.

Alitulphus de Tarano.

CAP. XVII.

Breue Vrbani VIII. facultatis torquendi furem confessum interrogando eum super alijs furtis in genere.

VRBANVS Octauus. Ad futuram rei memoriam. Decet Romanum Pontificem, æqui bonique supremum assertorem inter grauissimas, multiplicesque Apostolicæ seruitutis in eam peculiari studio intendere, vtqui ex veteri maledicto quotidie in eo spinę innascuntur, & tribuli vigilantiæ tamen ministerio extirpentur, & in proximi charitatem, salutem, securitatem, ac fortunas nefarijs ausibus delinquenres per iustitiæ gladium opportunis remedijs coerceantur. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris Dilectis filijs nostro in Vrbe Vicario in spiritualibus Generali, necnon eiusdem Vrbis Gubernatori, ac causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, dictæ Vrbis Senatori, & Iudici Burgi nunc, & pro tempore existentibus, vt quoscumque res furtum confessos, de alijs furtis in genere etiamsi de eis diffamati, vel imputati non fuerint; eorumdem Vicarij, seu eius Vicegerentis, Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Senatoris, ac Iudicis Burgi arbitrio interrogare, & torquere, seu interrogari, & torqueri facere debere, & licitè possint, & valeant, & quilibet illorum possit, & valeat, plenam, liberam, & amplam facultatem, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur præsentium ad nostrum, & Sanctæ Sedis Apostolicæ beneplacitum dumtaxat valituris. Non obstante fel. rec. Pauli III. & Pauli V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum desuper æditis, alijsue constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 7. Augusti 1626. Pontificatus nostri anno quarto.

V. Theatin.

CAP. XVIII.

Chirografo di Vrbano VIII. sopra la dichiaratione del confugio.

MOnsignor Racagna Gouernatore di Roma. Hauendo noi gli anni passati fatto prohibire sotto diuerse pene, che nessuno qualsisia accusato, inditiato, inquisito, diffamato, ò sospeso di alcun delitto, ardisca confugere, ò ritirarsi in Palazzo de' Signori Cardinali, Ambasciatori de Prencipi, Signori, e Baroni, ò nelle Terre, e Castelli di essi, come nell'Editto, ouero Bando, che sopraciò fù all'hora publicato di ordine nostro, quale vogliamo, che qui si habbia per espresso, & inserto, e come se vi fosse registrato de verbo ad verbum. E sapendo, che nelle occasioni, che vengono di procedere, e punire quelli, che contrauengono alla

alla sopradetta nostra prohibitione, e bando si mouevano diuerse cauillationi, & in particolare, che deue constare del corpo del delitto, ad effetto che quelli, li quali come sopra si ritirano, incorrino nelle pene del delitto, ouero bando sopradetto. Habbiamo di nostro moto proprio, certa scientia, e pienezza della nostra potestà risoluto per leuar simile pretensione, & oppositione in tutto contraria alla mente nostra ridurre alla memoria vostra, e di qualsiuoglia altro Giudice à chi spetta, che in tutti, e singoli casi occorsi, e che occorreranno facciate, e faccino essequire contro li trasgressori le pene contenute in detto bando, ancorche non consti del corpo del delitto, mentre però contro quelli, che si sono ritirati, ò retireranno in qualsiuoglia delli luoghi detti concorra la condennatione, ò querela, ò denuntia, ò inquisitione, ò in qualsiuoglia modo sijno, ò ciascheduno di essi sia indiciato, ò sospetto, ò diffamato d'alcun delitto come sopra. Volendo, e decretando, che questi due estremi, cioè querela, ò diffamatione, ò inquisitione, ò condennatione, ouero inditij precedenti e confugio susseguenti siino, e faccino il delitto, ò corpo di quello, e prouati li detti doi estremi s'intenda pienamente, e legitimamente prouato il corpo del delitto. Dichiarando espressamente, che con il presente Chirografo non intendiamo in modo alcuno pregiudicare alle resolutioni, sentenze, decreti, e condanni gia fatti, & essequiti contro qualsisia persona per causa di detti confugij anzi di nostro moto proprio, plenitudine della nostra potestà come sopra, confirmiamo, approuiamo tutte, e qualunque sentenze, e decreti, cõdennationi, e pene date, fatte, & essequite contro qualsiuoglia persona, etiam che non constasse del corpo del delitto, purche fussero querelati, inquisiti, ò processati, ò inditiati, ò sospetti come sopra del delitto, ò delitti per li quali ciascuno di essi è stato condennato, e punito da qualunque Giudice in qualsiuoglia pena, ancorche corporale, e capitale, perche così sempre habbiamo dichiarato, & interpretato douersi intendere il bando sudetto; E perche di tutte dette sentenze, e decreti sono stati fatti, & essequiti con participatione, & ordine nostro, & acciò li Giudici che sono al presente, e che saranno per l'auuenire siano informati di questa nostra volontà, commandiamo à voi, che facciate registrare il presente Chirografo, ò notare nelli libri del vostro Offitio nel luogo doue si tengono gli altri bandi, e l'originale resti in mano vostra, e negli atti del Notaro criminale del vostro Tribunale, e così essequirete, che tale è la mente, e la volontà nostra. Volendo noi, che il presente Chirografo vaglia, s'insinui, & habbia effetto cõ la sola nostra sottoscrittione nõ ostante la Bolla di Pio Quarto de registrandis, e di qualsiuoglia altra Bolla, ordinationi, e constitutioni Apostoliche, decreti, leggi, constitutioni, etiam in corpore iuris inserte, vsi, stili, riti, e consuetudini, che facessero in contrario, etiam che siano tali, che bisognasse farne espressa, & indiuidua mentione, s' quali tutte, e singole con amplissima forma deroghiamo. Dato nel nostro Palazzo di Monte Cauallo questo di 15. Nouembre 1634.

Vrbanus Papa VIII.

Extract. ex officio Not crimin. Guber. Vrb.

CAP. XIX.

Breue Vrbani VIII. super Nominationibus Bannitorum.

VRBANVS VIII. Ad futuram rei memoriam. Licet nominationes quæ interficientibus bannitum, seu illum viuum potestati Curiæ tradentibus conceduntur ad optimum finem extirpationis scilicet bannitorum eorundem introductæ sint, easque manutenere maxime expediat, quoniam tamen sicut accepimus malitia facinorosorum hominum iisdem nominationibus abutentium factum est, vt illæ contrarium sortiantur effectum easdem nominationes modo, & forma infrascriptis redigendas censuimus, Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris de Apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie statuimus, & ordinamus, quod de cætero nemo absolui possit per viam nominationis huiusmodi ante lapsum vnius anni post commissum ab eo delictum computandi, & qui semel nominationis huiusmodi beneficio gauisus fuerit illo amplius gaudere non possit, nec vllus absque habita pace ad nominationẽ huiusmodi admittatur. Præterea nominari nõ possit ille, qui delictũ cõmisit postquam nominans ius nominandi acquisiuerit, sed omnino præcedat delictum. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 18. Maij 1635. Pontificatus nostri anno secundo.

M. A. Maraldus.

CAP. XX.

Vrbani VIII. Breue super præstatione alimentorum Hebræis pauperibus ad instantiam Christianorum creditorum carceratis præstandorum.

VRBANVS Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Cum sicut accepimus licet alias Congregatio Visitationis carcerum Almæ Vrbis nostræ tempore fel. record. Pauli Papæ V. prædecessoris nostri, visis literis Reformationis tam ab eodem Paulo prædecessore, quam rec. mem. Pio Papa V. similiter prædecessore nostro emanatis decreuit alimẽta, siue victualia hebræis pauperib' ad instãtiam creditorũ Christianorum carceratis per eosdẽ creditores Christianos nõ esse subministranda

ſtranda. Decretumq. huiuſmodi idē Paulus prędeceſſor approbauerit, & ab omnib' eiuſdē Vrbis Tribunalibus ſeruari mandanit, quoniā tamen in Rotæ Auditorio proponente bon. mem. Alphonſo Patriarca Hieroſolymitano eiuſdem Rotę Locumtenente deciſum fuit, & iudicatū hebræis pauperibus carceratis alimenta, ſiue victualia, attenta iuris communis diſpoſitione eſſe à creditoribus Chriſtianis præſtanda. Decretum vero Viſitatorum prædictorum locum dumtaxat habere quando alimenta prædicta coram Viſitatoribus carcerum huiuſmodi petuntur. Idcirco ad contentiones inter diuerſa eiuſdem Vrbis Tribunalia euitādas, atque pauperibus Hebręis huiuſmodi aliquo modo ne pereant ſubuenire prouidere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris onus ſoluendi prædicta alimenta pauperibus hebræis ad Chriſtianorum inſtantiam carceratis, Cōmunitati eorumdem hebręorum de Vrbe Apoſtolica auctoritate teno re præſentium imponimus, ipſamque Communitatem ad præſtanda realiter, & cum effectu alimenta, ſiue victualia pauperibus hebræis carcerati huiuſmodi per eoſdem Viſitatores, ſiue aliorum quorumcumque ipſius Vrbis Tribunalium Iudices, via executiua, & manu regia cogi poſſe volumus, reſeruato tamen iure eidem Communitati hebręorum pro alimentorum, ſiue victualium prædictorum recuperatione, contra eorumdem hebręorum carceratorum bona, res, & iura agendi. Decernentes ſic, & non aliter per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit regula noſtra de iure quæſito non tollendo, alijſq. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 18. Octobris 1635. Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

M. A. Maraldus.

CAP. XXI.

Breue Vrbani VIII. ſuper viſitatione vulneratorum, cadauerum recognitione, & exhumatione ex locis immunibus.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Vt Almæ Vrbis noſtræ Gubernatoris munus eo melius, atque facilius exercere valeas, quo amplioribus fueris à nobis, & hac ſancta Sede facultatibus ſuffultus prouidere volentes necnon de tua fide, prudentia, integritate, doctrina, & religionis zelo plurimum in Domino confiſi: Tibi vt durante tuo Almæ Vrbis noſtræ Gubernatoris munere, & ſecundum caſuum contingentiam, tuos Locumtenentes, Subſtitutos, Notarios, & alios miniſtros ad quæcumque Hoſpitalia, Monaſteria, ſiue alia loca immunia infra limites tuæ Iuriſdictionis exiſtentia ad examinādum vulneratos, corpora delictorū recognoſcendum, & cadauera exhumari faciendum abſque dilecti filij noſtri in Alma Vrbe Vicarij in ſpiritualibus generalis, ſeu alterius Superioris Eccleſiaſtici licentia mittere, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac mandatis, & iuſſionibus tuis in præmiſſis non parentes opportunis iuris, & facti remedijs cogere, & cōpellere liberè, & licitè poſſis & valeas, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium facultatem concedimus, & impartimur. Nō obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quorumcumque Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum locorum piorum, & ordinum quorum ille reſpectiuè fuerint etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roborate, necnō ſtatutis, cōſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Monaſterijs, Hoſpitalibus, locis pijs, ac ordinibus, eorumque Protectoribus, & quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarū, derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium prēmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficiente derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habemus, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 5. Aprilis 1636.

M. A. Maraldus.

CAP. XXII.

Chirografo di Vrbano VIII. ſopra il modo di procedere in contumacia contro li foreſtieri delinquenti in Roma.

Monſignor Spada Gouernatore di Roma. Hauendoci voi rappreſentato, che per parte d'Antonio Sarrocco d'Vriano in Regno condennato capitalmente nel voſtro Tribunale per delitti graui, s'alleghi dall'Auocato, e Procuratore la nullità di detta ſentenza, perche non ſia ſtato eſequito il monitorio publicato contro di lui alla caſa di Stefano Rampa doue conſta in proceſſo, che egli ſi tratteneſſe per alcuni giorni, che ſi fermò in Roma, benche non foſſe ſolito d'habitare quà

quà di continuo, e ciò sotto pretesto di vn stile introdotto nel Tribunale di citare, e monire forestieri, che delinquono etiam nell'hosterie, e camere locande, doue per poco tempo habbino dimorato. Habbiamo risoluto, che quanto al sudetto Antonio Sarrocco si moderi la pena della vita in quella della galera in perpetuo, e che in auuenire nó si debbano hauere in consideratione simili nullità. Però con il presente nostro Chirografo vi ordiniamo la moderatione della pena nella forma sudetta, e che in auuenire se alcun forastiero di qualsiuoglia grado, e preeminenza si sia, ancorche Ecclesiastica, commetterà delitto per il quale deua esser punito, citato, e sententiato in qualsiuoglia pena etiam della vita non ostante il sudetto stile, ò altra cosa che facesse in contrario, basti citarlo, e monirlo alla porta della casa, e de' Gouernatori vostri successori, ancorche costasse, che quello fosse stato per qualche tempo in case priuate, hostarie, ò camere locande, mentre non costi, che effettiuamente habbia contratto domicilio, ò che hauesse casa propria ò tenuta à pigione per più di tre mesi, ancorche stasse con altri etiam Cardinali, Ambasciatori, Baroni, ò altre persone priuate, e che per questo capo non possa allegarsi nullità di sentenza, da darsi doppo la data del presente Chirografo, il quale vogliamo che habbia forza di legge solennemente publicata ancorche non registrata in Camera, ò altroue, ma ritenuto semplicemente negli atti vostri, ò appresso di voi secretamente, e che contro di esso non possa introdursi nuouo stile in contrario; ma se si facessero le citationi, e monitorij in altra forma, s'intendano fatte per abondante cautela, non mai per introdurre stile, ò consuetudine derogatoria di questa nostra volontà, derogando noi d'adesso à tutti gli atti, che si facessero in contrario, in modo però, che non virijno, & alli stili introdotti, ò d'introdursi nel vostro Tribunale, statuti di Roma, & ad ogni altra cosa, che facesse in contrario. Dato nel nostro palazzo di Monte Cauallo questo dì 22. Settembre 1639.

Vrbanus Papa Octauus.

Extract. ex officio Not. Charitatis, quod est officium Gubern. Vrbis.

CAP. XXIII.

Chirografo di Vrbano VIII. sopra la prouisione de' Notari del Tribunale del Gouernatore, e prohibitione di non potere riceuere cosa alcuna etiam à spontè dantibus.

Monsignor Spada Gouernatore di Roma. Essendo venuto à nostra notitia, che i carcerati per cause criminali riceuino diuersi aggrauij nelle speditioni delle loro cause per interesse de' Notarij, che non hauendo alcuna prouisione dalla Carità padrona dell'Offitio criminale, nè dal suo Affittuario, sono costretti à procacciarsi il viuere dalli medesimi carcerati, con trattenere di esaminarli, finche vengono loro date, ò promesse mancie, ò ricognitioni, in molto pregiuditio di essi carcerati, & anco del buon seruitio della giustitia. Ci siamo risoluti di prouedere à questi inconuenienti nell'infrascritto modo, e seruirà ancora per remediare alle falsità, che si commettano nelle licenze d'arme. Vogliamo che da qui auanti per ciaschedunna licenza d'arme da concedersi da voi, così per la Città, come per la campagna si ponga il vostro sigillo, & oltre la vostra sottoscrittione sia anco sottoscritta da vn Notaro da deputarsi da voi, il quale deua riceuere per detto sigillo, e sottoscrittione vn giulio per ciascuna licenza, e l'emolumento che si cauerà da detto sigillo, dedotta la spesa, deua seruire, & applicarsi per dare alli Notari del Tribunale conueniente salario da distribuirsi ogni mese in fine con mandato vostro, secondo le prouisioni, & ordini che farete, di che vi diamo auttorità, approuando da adesso per allhora, ciò che stabilirete per il buon gouerno di questa materia, e se auanzasse cosa alcuna pagate le prouisioni de' Notari, il rimanente vogliamo che serua per dare alli medesimi le recognitioni, e mancie straordinarie, che sogliono darsi in alcuni casi dal Fisco ad arbitrio vostro; e vogliamo che detti Notarij siano contenti di questa prouisione, di modo che occorrendo gli emolumenti legitimi, che concedono le tasse, e riforme di Palo Quinto nostro predecessore, non possino sotto qualsiuoglia pretesto riceuere danari, robba, ò promesse etiam spontaneamente offerte da carcerati, loro procuratori, parenti, & amici, e similmente dagli adherenti al Fisco, sotto pena della priuatione dell'offitio, & esercitio di Notaro, della restitutione alla parte, e del quadruplo al Fisco, & altre pene corporali ad arbitrio nostro. Vogliamo che nell'Offitio, ò Cancellaria criminale sia affissa vna tabella, che contenga questa prohibitione, acciò sia nota non meno alli medesimi Notarij, che a' Curiali, & altri che praticano in detta Cancellaria per bisogno proprio, ò di altri, togliendo però ogni abuso, corruttela, ò consuetudine, che facesse in contrario, e quanto al detto pagamento, derogando alle constitutioni Apostoliche, & ad ogni altra cosa, che facesse in contrario, e volendo che questo nostro Chirografo sia sufficiente, ancorche non sia registrato in Camera, derogando alla Bolla di Pio Quarto de registrandis, dichiarando, che anco da' vostri successori si debba osseruare il medesimo, con tutte le facoltà, auttorità, & arbitrij concessi à voi nel presente Chirografo. Dato nel nostro Palazzo Apostolico di S. Pietro in Vaticano li 29. Nouembre 1640.

Vrbanus Papa Octauus.

Extract. ex officio Charitatis, quæ est officium Gubernator. Vrbis.

CAP.

CAP. XXIV.

Innocentij Papæ X. Breue deputationis Cardinalis Odeſcalchi in Protectorem Fratrum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Feſulan.

SVMMARIVM.

1 *Protectoris Ordinis S. Hieronymi Congregationis Feſulan. obitus.*
2 *Congregationis Feſulan. eligitur Card. Odeſcalchus in Protectorem ab Innoc. X.*
3 *Cura adhibĕda à dicto Protectore in ſeuendo &c.*
4 *Ne debeat idem Protector ſe immiſcere in negotijs Fratrum d. Ordinis niſi requiſitus.*
5 *Si neceſſitas vrgeat aliquis eorum Fratrum ſuppleat loco Notarij.*
6 *Præcipitur Generali, & omnibus Fratribus dictæ Congregationis, vt dictum Cardinalem recipiant in Protectorem.*
7 *Contrariorum derogatio.*
8 *Hortatio Pontificis ad Protectorem vt bene fungatur officio.*

Dilecto filio noſtro Benedicto S.R.E. Diacono Cardinali Odeſcalco nuncupato.

INNOCENTIVS PAPA X.

1 Dilecte fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum per obitum bo. me. Alexandri S. R. E. Cardinalis Cæſarini nuncupat Fratrum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Feſulan. dum viueret apud Sedem Apoſtolicam Protectoris, Congregatio prædicta Protectore de- 2 ſtitute remanſerit. Nos eidem Congregationi de idoneo Protectore prouidere volentes, ac de tuę circumſpectionis ſingulari prudentia, doctrina integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confiſi. Motu proprio, ac ex certa ſcientia & matura deliberatione noſtris, Te, & cuius protectione ob tuas eximias virtutes Congregationem huiuſmodi plurimum commodi, & ornamẽti ſuſcepturam eſſe confidimus, prædictæ Congregationis, illiuſque Monaſteriorum, & Fratrum quorumcumque apud Nos, & Sedem Apoſtolicã Protectorem, cum omnibus honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis ad tui vitam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facimus, & depu- 3 tamus. Volumus autem, vt Congregationem prædictam foueas, & protegas, ac tibi in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, & Superiorum dictæ Congregationis auctoritatem quantum fieri poterit conſeruare cures, ac propterea ipſis Superioribus regimen, & gubernium ſubditorum 4 penitus relinques. Nec in negotijs eorumdem Fratrum te immiſceas niſi ab ipſis Superioribus requiſitus fueris, vt in ijſdem negocijs auctoritatem tuam interponas, & tunc ſi omninò neceſſarium fore cognoueris, vt eamdem auctoritatem tuam in ijſdem negocijs exerceas, tunc id facere poſſis, ſed quoad potueris per te ipſum hoc facere 5 cures adhibito ad ſcribendum quando opus fuerit in ijſdem negotijs, ſeu cauſis loco Notarij aliquo 6 ex Fratribus dictæ Congregationis. Mandantes propterea dilectis filijs Generali, & alijs Superioribus, necnon vniuerſis Fratribus, & perſonis quibuſcumque dictæ Congregationis in virtute ſanctæ Obedientiæ, vt te in eorum Protectorem iuxta tenorem præſentium recipientes ea, 7 qua debent reuerentia proſequantur. Contra- 8 rijs non obſtantibus quibuſcumque. Cæterum te in Domino hortamur, vt huiuſmodi Protectoris munus ita obire ſtudeas, vt apud Deum bonorum operum retributorem æternum præmium, & à Nobis condignam laudem valeas promoueri. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 20. Septembris 1645. Pontificatus Noſtri anno primo.

M. A. Maraldus.

CAP. XXV.

De officio Superintendentis.

LVDOVICVS miſeratione Diuina tit. S. Laurentij in Damaſo S.R.E. Presbyter Cardinalis Sanctiſſ. D. N. Eugenij Papæ IV. & Apoſtolicæ Sedis Camerarij. Vniuerſis, & ſingulis Almæ Vrbis Senatori, Illuſtri Conſeruatoribus Cameræ, Capitaneum Appellationum Romani Populi, cęteriſque officialibus Vrbis tam præſentibus quam futuris, ſalutem de mandato S. D. N. Papæ viuæ vocis oraculo nobis facto, vigore noſtri Camerariatus officij pro reformatione, & bono ſtatu Almæ Vrbis Romæ infraſcriptas conſtitutiones facimus quas, & mandamus inuiolabiliter obſeruari ſub pœnis infraſcriptis, & arbitrij S.D.N.

Statuimus, vt quilibet locum tenens in noſtro Camerariatus officio pro tempore ſemel in hebdomada die Iouis teneatur perſonaliter ſe ad Capitolium conferre, & ibidem vocatis Conſeruatoribus, & Priore Capitum Regionum debeat querelas omnium, querelare volentium audire, tam contra maiorantias Ciuium, quam officialium Ciuium, quam forenſium, & ibidem omni appellatione remota querelas finire, & eiſdem ſecundum poſſe ſatisfacere, & demum teneatur, & debeat carceris viſitare, & inde partibus auditis relaxari poſſe prout ſibi viſum fuerit expedire, quo die teneatur quilibet habens, quem in carceribus abſque alia citatione comparere.

Extract. ex ſtatuto antiquo Vrbis lib. 1. cap. 34. fol. 9.

§. II.

§. II.

TASSE, ET ORDINI PER LE CARCERI.

CAP. I.

Cardinalis Riarij Camerarij Taxa, seu moderatio expensarum cibariorum, & mercedum Exequutorum, & Custodum Carcerum pro Carceratis.

SVMMARIVM.

1 *Taxa Cardinalis Riarij exordium.*
2 *Clerici carceratio quantum alias importaret.*
3 *Victus subministratus existentibus in secreta quantum alias importaret.*
4 *Excarceratio quantum alias importaret.*
5 *Abusibus, siue extorsionibus in solutionibus pro victu, & excarceratione occurit taxa Cardinalis Riarij.*
6 *Cibus Carceratorum quantum importet ex taxa Cardinalis Riarij.*
7 *Soldanus, & Marescallus quam iurisdictionem habent ex Cardinalis Riarij.*
8 *Soldanus, & Marescallus si excedant iurisdictionem suam omnia gesta nulla sint, ex taxa Cardinalis Riarij.*
9 *Exequutores pro executione suæ mercedis, quam taxam debeant obseruare disponitur in taxa Cardinalis Riarij.*
10 *Decreta Iulij II. circa expensas victus, & executionum innouantur.*
11 *Decreta Iulij II. & Cameræ Apostolicæ in fauorem carceratorum.*
12 *Tabula Capitolij de mercedibus Marescallorum.*

1 RAPHAEL Episcopus Ostiensis, Cardinalis Sancti Georgij S.D.N. Papæ Camerarius. Quia in laudabili carcerum Almæ Vrbis Visitatione multa percipiuntur, quæ in carceratorum grauamen ab exequutoribus Almæ Vrbis, & Custodibus carcerum prædictorum committuntur, & præsertim in carceribus Turris Nonæ, vbi Capitaneus eiusdem ex pacto inter eum, & Soldanum inito singulis mensibus eidem Soldano respondet ducatos viginti octo auri, & vltra certæ alteri personę ducatos quinque similes, quos cum ipse Capitaneus iusto lucro ibidem acquirere non possit, ad damnabiles extorsiones impellitur, cuius causa omnino remouenda, tollendaque est, vt prædictus 2 extorsionis effectus submoueatur. Deinde in eisdem carceribus pro carceratione cuiuscumque Clerici, aut aliàs Sacris initiati vndecim caroleni exigi soliti sunt, & pro Laico caroleni quinque. Quod si carceratus vltra mensem detineatur, pro vtroque duplicantur, quæ impensæ ab omnibus 3 pię mentis multum graues existimantur. Ipse etiam Capitaneus pro cibatione cuiuscumque carcerati in secreta retenti vnum iulium quolibet die conatur exigere, quæ impensa pro lautis etiam cibis plusquam satis esse videtur. Exequutores etiam prædicti nimium emungunt, & vltra quam 4 conueniat, exigunt. In carcere similiter Curię Sabellę vbi alias pro qualibet carceratione duo caroleni soluebantur, à certo vero tempore citrà Capitaneus eiusdem Curiæ pro ipsa carceratione duos iulios exigit, & pro cibatione iulium vnum vt præmissum est; Deinde in eadem Curia Sabella, vbi plurimi casus maleficiorum quotidie occurrunt, Index ipse inconsultò præfatæ Vrbis Gubernatore ad certum quid, prout sibi placet, pœnas maleficiorum huiusmodi clam componit, ex quo impunitas sequitur malefactorum, & Camera, ad quam prouentus maleficiorum debent 5 peruenire, non leue substinet detrimentum. Ad occurrendum itaque præmissis absurditatibus de mandato &c. ac auctoritate &c. & ex deliberatione in Camera Apostolica facta, hac præsenti Constitutione perpetuis futuris temporibus valitura sub excommunicationis latæ sententię, ac centum ducatorum præfatæ Cameræ applicandorum pœnis pro quolibet, & qualibet vice per quem, & quam ab infrascriptis fuerit contrauentum, statuimus, & decernimus, vt prænominatus Turris Nonæ Capitaneus pro responsione Soldani viginti ducatos de carolenis monetæ veteris singulo mense, & nihil aliud vltra alicui persoluat. A carceratis clericis carolenos sex, à laicis vero tres solum exigat, dupplicandos si culpa, seu causa sua vltra mensem fuerit detentus iuxta prędicti carceris consuetudinem. Ille verò Curiæ Sabellæ duos carolenos, vt antiquitus soluebatur, & non 6 duos iulios capiat. In carceratique excarceratione nihil aliud à Custode carceris prædicti, vel ab alio extorqueatur, & in qualibet dictarum Curiarum non capiatur pro cibatione honesta cuiuscumque carcerati in secreta nisi carolenus vnus 7 tantum quolibet die. Iudices etiam prędictarum Sabellæ, & Turris Nonæ Curiarum in maleficijs sanguinis, aut capitalibus siue corporis afflictionis, vel grauibus delictis, aut grauium iniuriarum in personas notabilis conditionis, aut rixis, siue tumultibus scandalosis, aut multarum personarũ; siue cuiusuis speciei, falsitatis, aut crimine læsæ Maiestatis nullatenus se intromittant, nec compositionem faciant. In alijs vero minoribus, seu leuioribus delictis, in quibus iurisdictionem habent, minorem non faciant compositionem, quã remis-

remissionis tertiæ partis pœnarum in statutis, seu ordinationibus dicti Gubernatoris contentarum.

8 Decernentes mandato, auctoritate, ac deliberatione præmissis, si Iudices prædicti, vel aliquis ipsorum hanc ordinationem non seruauerint, compositiones, & remissiones gratiæ huiusmodi pro infectis penitus habeantur, & nihilominus Gubernator ipse contra ipsos criminosos ad pœnas debitas procedere valeat. Exequutores quoque Almæ Vrbis in causis ciuilibus, & criminalibus tabulam Capitolij obseruent. Barigellus verò in ciuilibus etiam illam obseruet; in criminalibus autem, & extra Vrbem in ciuilibus, & criminalibus id tantum capiat, quod per Cameram Apostolicam, seu Gubernatorem prefatum fuerit ordinatum, vbi inter eum, & partes dissensio super hoc foret. Custodes autem carcerum neminem in secretis ponant sine Iudicum ordinariorum mandato, & voluntate, vel de ipsorum exequutorum iussu exprimentium causam, per quam veniret imponenda pœna corporis afflictiua aut eis, aut alijs, quorum occasione carcerantur; Quod si secus fecerint, careant eo salario, quod à carceratis in secretis percipere consueuerunt. Aliaque decreta in Camera Apostolica facta, & per felic. record. Iulium Papam II. subscripta super reformatione Officialium, & carcerum Almæ Vrbis incipientes à numero extraordinariorum, & tenore præsentium mandato, & deliberatione similibus sub pœnis in eis contentis (exceptis per S. D.N. limitatis) obseruari mandamus. Illa quatenus opus sit innouantes, ac mandantes tam Gubernatori præfato, quam Reuerendis Patribus ipsius Cameræ Clericis Præsidentibus, vt præsentes curēt in Archiuijs Cameræ eiusdem registrari, & Curijs prædictis debitè intimari, præmissaque omnia, & singula debitis perpetuis temporibus obseruari. Datum Romæ in Camera Apostolica die quarta Iulij 1520. Pontificatus S.D.N. Leonis Diuina prouidentia Papæ X. anno octauo.

Visa Philippus Cameræ Apostolicæ Clericus.
Visa Ioannes de Viterbio Cameræ Apostolicæ Clericus.
Visa Nicolaus de Gaddis Cameræ Apostolicæ Clericus.
Visa Christophorus Barottus Cameræ Apostolicæ Clericus.
In Camera Apostolica die 27. Iulij 1523.

11 De indicijs laborantibus contra carceratos dari copiam, vel ostendi Aduocato Pauperum sine impensa, vt possit defendere pauperes. Ostendantur Aduocato, seu Procuratori Pauperum sine expensis.

Die 31. Iulij 1523.

Aduocato Pauperum datur copia indiciorum cum expressione nominum, & cognominum testium examinatorum, præterquam in casibus à iure exceptis, aut si Iudex allegaret causam rationabilem, quare id fieri non debeat, & tunc supersedeat in tortura per tres dies.

Die 5. Maij 1525.

Pro carceratis, quod in quolibet carcere ponatur, taxa exequutionum in ciuilibus, & carcerati apud Custodem carcerum soluentes quantum continetur in taxa, liberentur iuxta mandatum absque alia exequutionis licentia. Decretum pro exequutoribus in Vrbe factis, & etiam intelligatur quoad Barigellum Vrbis.

Die 21. Iunij 1529.

Pro carceratis carcerum Vrbis, mandari seruari omnia decreta facta tam per Cameram, quā per Pontifices seruetur.

12 Item dari facultatem ipsis carceratis eligendi vnum quemuis, qui possit ad eorum instantiam citare coram quocumque Tribunali ad euitandum expensas Cursorum.

Die 21. Iulij 1529.

Pro carceratis in Vrbe, qui non debeant torqueri, nisi legitimatis inditijs, & repetitis testibus examinatis citato Procuratore pauperum. Seruetur. Itemque carcerum Custodes non debeant transferre ad alios carceres aliquem carceratum, vt expectetur Visita. Seruetur, & sine licentia Visitatorum non transferatur.

Itemque carcerati non cogantur ad aliquod onus solutionis pro exitu de carcere pro stipulanda aliqua obligatione. Non cogantur, & ponantur in capitulis.

Tabula Capitolij de mercedibus Marescialloriun.

Marescialli, cæterique Cap. Exequutores pro quacumque exequutione reali, vel personali vsque ad summam quinque ducatorum, carolenū vnum recipiant, vsque ad decem, duos, vsque ad quinquaginta, quinque; Abinde supra, quæcumque sit summa, ducatum vnum.

In exactionibus pœnæ capitalis, vel sanguinis, ducatum vnum; In casibus vero in quibus deberur sibi quarta pars secundum statuta, si ex gratia pœnæ moderentur, quartam recipiant eius, quod ex gratia soluitur etiam si post executionem gratia concedatur.

Extract. ex vetusto Bullar. fol. 89.

CAP. II.

Tasse del Notariato Criminale appresso il Reuerendissimo Gouernatore di Roma, moderate dalli Signori Deputati della Archiconfraternità della Carità, Padrona perpetua di esso Officio, concessogli dalla Santità di N. S. Paolo Papa IV. e da osseruarsi senza contraditione da chi toccarà, & à chi bisognarà habbi ricorso à detti Signori Deputati pro tempore.

Dat. Romæ in Officio Charitatis die 26. Octobris 1555.

In primis.

Pro receptione querelæ in officio nihil	ſc.	b.
Si extra pro viatico	ſc.	b. 10
Pro examine testis in officio pro informatio Curiæ nihil	ſc.	b.
Si extra pro viatico	ſc.	b. 10
Si vero est pauper, vel infirmus nihil	ſc.	b.

Pro

Pro examinibus Reorum in carceribus nihil — sc. b.
Pro qualibet relatione — sc. b. 2
Pro inhibitione cum clausula si quis — sc. b. 2
Pro monitorio pœnali de comparendo personaliter ad instantiam Fisci in Curia nihil — sc. b.
Pro monitorio pœnali extra Curiam vigore commissionis ad instantiam Fisci nihil — sc. b.
Pro monitorio simili si adest instigator secretus — sc. b.75
Pro monitorio simili extra Curiam si adest instigator apertus — sc. 1. b.20
Pro inhibitione in Curia vigore commissionis pro Fisco nihil — sc. b.
Pro inhibitione simili ad instantiam partis — sc. b.75
Pro inhibitione simili pro Fisco si adest instigator secretus — sc. b.37.
Pro inhibitione simili pro Fisco si adest instigator apertus — sc. b.75
Pro inhibitione extra Curiam vigore commissionis pro Fisco nihil — sc. b.
Pro inhibitione simili si adest instigator secretus — sc. b.73
Pro inhibitione simili si adest instigator apertus, vel ad instantiam partis — sc. b.20
Pro inhibitione, & citatione extra Curiam simili sub censuris, & pœnis — sc. 1. b.50.
Pro qualibet comparitione pro Fisco nihil — sc. b.
Pro qualibet comparitione partis — sc. b. 2
Pro qualibet productione iurium, articulorum, instrumentorum — sc. b. 2
Pro consignatione depositorum pro quolibet scuto — sc. b. 1
Pro examine cuiuslibet testis seruatis seruandis in causa capitali, in qua veniret pœna corporis afflictiua etiam grauissima cum articulis, & interrogatorijs — sc. b.75
Si absque interrogatorijs — sc. b.50
Pro examine cuiuslibet similiter si pauper est nihil — sc. b.
Pro quolibet folio copiæ inditiorum continens viginti tres lineas, etiamsi sint duo vel plures Rei — sc. b. 5
Si vero pro paupere nihil habente ostendantur indicia Procuratori pauperum gratis — sc. b.
Pro quolibet centenario foliorum registri si causa est ordinaria pro quolibet folio continente lineas viginti duos pro qualibet pagina scuta 4. de iulijs — sc. 4. b.
Si vero commissaria pro quolibet centenario foliorum, vt supra cum lineis 22. in qualibet pagina — sc. 4. b.50
Pro mandato de relaxando aliquem pro crimine, nisi sit capitalis vt infra — sc. b.36
Pro rogitu cuiuslibet fideiussionis in officio — sc. b.10
Extra officium pro rogitu, & viatico — sc. b.20
Pro mandato de relaxando aliquem pro causa capitali cui sit gratia de vita, seu pœna etiam grauissima corporali commutata in pecuniariam — sc. 1. b.
Pro mandato de capiendo aliquem pro cautione de non offendendo — sc. b.10
Pro mandato de capiendo aliquem pro inditijs nihil — sc. b.
Pro mandato de auferendo de bonis ciuili mixto cum criminali capiatur iuxta taxam Notariorum ciuilium — sc. b.
Pro rogitu cuiuslibet inuentarij, & illius confectione in causa criminali — sc. b.75
Pro rogitu inuentarij in causa ciuili mixta cum criminali — sc. b.50
Pro qualibet fideiussione, & significat. — sc. b.15
Pro nota sententiæ pro Fisco nihil — sc. b.
Pro nota sententiæ absolutoriæ in causa capitali diffinitiua — sc. 4. b.40
Pro nota sententiæ in causa ciuili mixta cum criminali — sc. 2. b.20
Pro copia articulorum si non sint excessini — sc. b.10
Sin autem sint excessiui — sc. b.15
Pro copia iurium capiatur iuxta qualitatem, prout Notarij in ciuilibus capiunt — sc. b.
Pro restitutione iurium de quibus fiat copia sumptibus Notarij — sc. b.35
Pro brachio sæculari vigore commiss. — sc. 3. b.
Pro quolibet arresto — sc. b.10
Pro quolibet saluoconductu pro homicidio ad sex menses — sc. 1. b.10
Si ad annum — sc. 2. b.20
Pro quolibet sequestro — sc. b.20
Pro quacumque reuocatione Inhibitionis cum clausula si quis non cognita re de facto facta — sc. b. 5
Pro cassatione cuiuscumque obligationis, seu fideiussionis — sc. b.10
Pro cassatione processus in causa capitalis seruatis seruandis — sc. 1. b.
Pro instrumento sententiæ in causa capitali — sc. 2. b.
Pro quolibet instrumento publico scutum vnum pro centenario, prout accipiunt Notarij in ciuilibus — sc. b.
Pro susceptione termini in iudicio — sc. b. 2
Pro susceptione censurarum — sc. b.10
Pro quacumque fide cuiuslibet actus excepta fide decreti Visitæ — sc. b.10
Et pro decreto Visitæ — sc. b. 5
Pro rogitu procuræ in officio — sc. b. 5
Pro rogitu procuræ extra officium — sc. b.10
In certis duplum illius, quod capit taxa Notariorum ciuilium.

Finis.

Antonius Lomellinus Prothonotarius.
Iulius Bonacursius
Hippolytus Saluiani — *Deputati.*
Alexander Bartoli
Io. Petrus de Conte

Extract. ex Bullar. antiquo continente Bullas à Bonif. VIII. vsque ad Paulum Papam IV. in initio

CAP. III.

Capitoli da osseruarsi dalli Carcerati delle Publiche da basso di tutte le carceri di Roma di ordine dell'Illustrissimo, e Reuerendiss. Sig. Cardinale Santa Seuerina Protettore del Santissima Carità di Roma, e di Monsig. Reuerendissimo Arcimboldo Prelato della medesima Archiconfraternità.

1 IN primis, che ogni carcerato, che pro tempore si ritrouerà nelle carceri, nelli tempi della Natiuità di Nostro Signor Giesù Christo, & della Resurrettione siano obligati à confessarsi, e communicarsi & il Maestro di casa pro tempore esistente, sia obligato tenerne nota, e quella darla al Procuratore, acciò ne possa dar conto alli Superiori, sotto pena di priuatione al Mastro di casa, & altre pene arbitrarie, & alli carcerati, che non non si confesseranno, e communicaranno, come sopra, ad arbitrio pure delli Superiori.

2 Item si prohibisce al Mastro di casa, che non possa, nè debba detta la Messa tenere aperta la Cappella, nè lasciarui entrare alcun carcerato, atteso che si può dalla cancellata fare oratione competentemente, sotto pena di priuatione, & altre pene ad arbitrio, vt supra.

3 Item che tutti li carcerati, non essendo legitimamente impediti, ogni mattina sonata la campanella siano tenuti andare alla Messa, & alla oratione solita, altrimenti siano priuati della loro parte delle limosine tanto del pane, quanto del resto, nè si possa reintegrare senza licenza delli prefati Illustrissimi Signori Protettore, Reuerendissimo Prelato, e loro Procuratore.

4 Item che il Mastro di casa sia tenuto nell'entrare di qualsisia carcerato condurlo à fare oratione, e poi dal medesimo gli sia lecito farsi dare

5 cinque baiocchi, quali habbiano da seruire per l'acqua, sale, candele, scope, olio per la lampade e tiam della Torre, oltre le altre per ciascheduna se ra il detto Mastro di casa debba hauere baiocchi tre.

6 Item che nessun carcerato ardisca giocare a carte, dadi, nè à qualsiuoglia altro giuoco prohibito, sotto le medesime pene la prima volta, e per la seconda ad arbitrio, vt supra.

7 Item che nissuno possa dalle ferrate pigliare danari, che si danno per limosina publica, ma quelle farle mettere nelle cassette, sotto pena vt supra.

8 Item che nessun carcerato ardisca, ò presuma pigliare qualsisia robbe, che da qualsiuoglia persona fosse portata per limosina de' carcerati, ma quella far dare in mano del Mastro di casa per distribuirla secondo il solito, sotto le medesime pene.

9 Item che nessun carcerato possa, nè debba stare a sedere sopra le fenestre, e ferrate di quelle, nè far rumore, beffeggiando persone, che passano per strada, ò dicendo alcuna parola dishonesta, sotto medesime pene.

10 Item che nessun carcerato possa stare alle fenestre, nè in altri luoghi, nè domandare, ò accattare limosine, se non quelli, che saranno deputati dal Mastro di casa, sotto le medesime pene.

11 Item che nessuno ardisca buttare, nè far buttare immonditia, ò bruttura alcuna doue si passeggia, ò dorme, & in specie nel luogo de' necessarij, sotto le medesime pene.

12 Item che non sia lecito ad alcuno, tanto di giorno, quanto di notte dar fastidio agli altri, nè fare in qualsiuoglia modo cedole, ò mandati, acciò non habbia da nascere scandalo alcuno, sotto le medesime pene.

13 Item che nessuno possa dir male, nè biasimare il Mastro di casa, che sarà pro tempore, ma quello vbedire nelle cose lecite, e concernenti al suo offitio, eccetto, che facendo cose brutte, habbi ricorso alli prefati Illustrissimi Sig. Cardinale, e Prelato, sotto le medesime pene.

14 Item che il Mastro di casa non possa pigliare danaro dalle cassette, senza presenza di doi altri carcerati più vecchi, che pro tempore vi saranno.

15 Item che contrafacendo alle cose predette, il prefato Mastro di casa s'intenda essere incorso in pena della priuatione, & altre arbitrarie di Sua Signoria Illustrissima, e del Reuerendiss. Monsig. Prelato.

16 Item che le sopradette parti, che si leueranno à quelli, che contrauerranno, la terza parte sia dell'accusatore palese, ò secreto, che sarà, & il restante s'intenda essere ad augumento degli altri carcerati.

Datum Romæ apud S. Hieronymum die prima Iunij 1584.

Arcimboldus Prælatus.

Si legge impresso in foglio volante.

CAP. IV.

Taxa seruanda à Scriptoribus Archiuij Romanæ Curiæ.

GREGORIVS Papa XIII. Motu proprio. Alias cupientes idemnitatibus, atque dispendijs partium litigantium in Vrbe potissimum verò in causis in quibus per Archiuij Romanæ Curiæ Scriptores, tam coram S. R. E. Cardinalibus, quam totius dictæ Curiæ Prælatis, siue vigore specialis commissionis, siue viuæ vocis oraculo siue etiam vigore compromissi inter partes facti, & alias quomodolibet introductis, & introducendis, hactenus scriptum est; & deinceps scribere contigerit consulere taxas quasdam registrorum, notarum, sententiarum, & diuersorum aliorum actorum, & instrumentorum, per eosdem Scriptores in causis ipsis factorum, & in dies faciendorum, pro congrua, & competenti Scriptorum eorumdem mercede conficien. dilecto filio nostro S.R.E. Cardinali Riario nuncupato, cuius circa hoc experientiam iamdiù abundè cognouimus, qui dum non minori studio, quam nos ipsi circa partium litigantium huiusmodi indemnitatem versaretur rem sibi commissa à nobis exequi desiderans, taxas regstirorum, Notarum, sententiarum, & aliorum actorum in huiusmodi causis fieri solitarum condidit huiusmodi tenoris, videlicet.

Pro

Pro quolibet folio copiæ sc. 6
Pro fide cuiuslibet primi actus sc. 45
Et si fuerint plures addantur iulij duo pro quolibet actu sc 20
Pro quolibet centenario registri boui recipien. in carta non bobula iulios quadraginta quatuor sc. 40
Pro quolibet centenario rubricaturæ processus de partibus iulios viginti sc. 2
Testes qui non rubricantur soluantur pro medietate sc.
Processus habiti vigore remissoriæ, seu cõpulsoriæ, & alij excedẽtes folia vigintiduo non registrentur, sed habeatur respectus quatenus rubricaturã veniat duplicañ, vel triplicañ.
Pro nota sententiæ in prima instantia corã Referendario iulios triginta sc. 3
In secunda iulios viginti sc. 2
In tertia iulios quindecim sc. 1 50
Pro nota sententiæ interlocutoriæ iulios quinque sc. 50
Pro nota sententiæ declaratoriæ iul. 5. sc. 50
Pro instrumento declaratoriæ iul. sex sc. 60
Pro brachio sæculari iul. decẽ & octo sc. 1 80
Pro nota sẽtẽtiæ absolutoriæ à cẽsuris sc. 50
Pro instrumento absolutionis iulios sex sc 60
Et si fuerint plures addantur pro quolibet iulij tres sc. 30
Pro capitulo, seu Communitate iulios triginta sex sc. 3 60
Pro instrumento reintrusionis in censuras sc. 60
Pro quolibet teste examinato in officio sc. 45
Extra officium duplum
Et si materiæ fuerint excessiuè in offic. sc. 60
Extra officium duplum
Excessiuitas intelligatur si articuli, seu interrogatoria excedant numerum 22.)
Pro publicatione, seu summario testium soluatur modo quo supra, & habeatur respectus ad excessiuitatem.
Pro mandato de subastando extra Curiam iulios septem cum dimidio sc. 75
In Curia iulios quatuor cum dimidio sc 45
Pro alio de deliberan. in Curia, & extra tantundem.
Pro citatione cum inhibitione sub censuris extra Curiam iulios duodecim sc. 1 20
Pro citatione simplici extra iulios septem cum dimidio sc. 75
Pro citatione cum inhibitione in Curia iul. quatuor cum dimidio sc. 45
Pro simili extra Curiã absque censuris sc. 1
Pro cõpulsorialibus generalib. Iul. octo sc. 80
Pro compulsorialibus generalibus iulios decem sc. 1
Pro monitorio pœnali vigore commissionis iulios octo sc. 80
Pro sequestro extra Curiam iulios octo sc. 80
Pro instrumento relaxationis illius sc. 60
Pro mandato de consignando, pecunias, res, & bona postquam fuit relaxatum mandatum executiuum extra Curiam iulios nouem sc. 90

In Curia iulios sex sc. 60
Pro Instrumento intimationis, litis, cessionis, & similia sc. 60
Pro mandato executiuo extra Curiam iulios viginti quinque sc. 2 50
In Curia iulios viginti duo sc. 2 20
Pro mandato de exequendo extra Curiam iulios octo sc. 80
Pro fide decreti, seu simili mandato in Curia Iulios quatuor sc. 40
Pro instrumento remissoriæ iulios quindecim sc. 1 50
Et tantundem soluatur pro literis missiuis cum articulis, qui si fuerint excessiui habeatur respectus ad scripturam.
Pro instrumento prorogationis termini remissoriæ, seu deputationis iudicum iulios sex sc. 60
Pro quolibet palmo rotuli remissoriæ iul. quinque sc. 50
Pro instrumento subdelegationis iul. x. sc. 1
Pro mandato de immitten. in possessionẽ soluatur tantum, quantum pro mandato executiuo in Curia, & extra.
Pro deposito soluatur pro quolibet scuto b. duo sc 2
Pro deposito cedularum nihil soluatur, sed tantum pro restitutione iulios quatuordecim cum dimidio sc. 45
Pro restitutione cuiuscumq. scripturæ sc. 40
Et si fuerint excessiuæ habeatur respectus.
Item quod pro registratura quorumcumq. mandatorum, & aliorum instrumentorum pro quibus solet fieri depositum in Rota soluantur folia quinquaginta registri etiamsi non fiat.
In causis coram Cardinalibus soluatur duplum iuxta solitum, videlicet pro litigantibus.
In causis Cardinalium, videlicet pro Cardinalibus proprijs, & aliorum priuilegiatorum, seruetur solitum eorumdem priuilegiorum.
Pauperes præsentes, & etiam absentes per procuratores legitimos admittantur ad iuramentum paupertatis ab vno ex defensoribus Collegij, qui à tergo cõmissionis debeat annotare iuramentum paupertatis, & admissi soluãt pro medietate
Pro duplicatis soluatur medietas omnium supradictorum.
De mandato Sanctissimi A. Cardinalis Riarius die 29. Martij 1580.

Verum ne fortè approbationis nostræ defectu taxas ipsas temporis successu aliqua ratione minus obseruari, aut infringi contingant illas, prout singillatim hic describũtur, perpetuo approbamus & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, illosque tam à Scriptoribus, & eorum substitutis, quam partibus litigãtibus prædictis penitus obseruari mandamus districtius inhibentes Scriptoribus eisdem, ne ipsi, & eorum substituti, sub pœnis ipso facto sine intermissione incurrendis, videlicet suspensionis ab officij exercitio, & emolumentis omnibus prima

transgressione per sex menses, secunda per annum tertia vero perpetuo, ac pro qualitate rei arbitrio Præsidis Correctorum Collegij, etiam priuationis officij partibus litigantibus huiusmodi aliquid vltra, quam quod in taxis ipsis expressum est pro eorum mercede exigant, contrarium vero facien eos ad restitutionem plus exacti partibus facien teneri, ac pœnas prædictas incurrisse eo ipso statuimus, & declaramus, sicque per quoscumque Iudices sublata &c. irritum quoque &c. decernimus Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros desuper quomodolibet æditis, & ædendis, ac quatenus opus sit Cameræ Apostolicæ nouis reformationibus, & Collegij Scriptorum eorumdem statutis, ac iuramento roboratis, priuilegijs quoque indultis &c. Quibus omnibus illorum tenores &c. latissimè, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Placet V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kalendis Iunij anno decimo.

Aduertendum est ad id, quod supra dicitur de solutione facienda occasione depositi ad rationem b. duo. pro scuto. quod iuxta constit. eiusdem Gregor. XIII. 94. Inter multiplices animi, in bull. 361. postea emanatam fieri debent deposita excedentia scuta quinque penès Montem Pietatis.

CAP. V.

Editto di Monsig. Spada Gouernatore di Roma di quello, che si ha da osseruare da' Bargelli, Esecutori, e Capitani delle Carceri.

DI ordine della Santità di Nostro Signore per il presente Editto, Commandiamo alli Bargelli, e loro Esecutori, Capitani, e Guardiani, & altri seruenti alle carceri di douere intieramente, & inuiolabilmente osseruare gli ordini, e tasse della Riforma, & altri fatti da noi, e nostri predecessori pro tempore, circa l'esercitio loro stabilito, non ostante qualsiuoglia stile, vso, consuetudine, osseruanza, ò interpretatione contraria, & acciò che possano piu facilmente venire à notitia de' Carcerati: Ordiniamo.

Che di quelli, e del presente ordine debbano tenere nelle carceri quattro copie in stampa, vna nella stanza del Cancelliero, l'altra nella stanza del passeggio, l'altra nella publica da basso, e l'vltima dentro alla porta del cancello in luogo commodo à poter esser letti da ogn'vno, le quali mai si debbano muouere, nè leuare sotto qualsiuoglia pretesto, ò colore, anzi che subito si trouassero remosse, ò lacerate, debbano da essi Capitani, e guardiani essere iui rimesse, e rinouate, sotto le pene in detti ordini contenute, & altre arbitrarie da eseguirsi irremissibilmente senz'altra formalità di processo, & alla sola denuntia con giuramento del carcerato, contro il quale si farà contrauento, ò altra pena ad arbitrio nostro. Dato questo dì 28. Settembre 1635.

Sotto l'Editto sudetto seguitano gli ordini della Riforma di Paolo V. li quali non si pongono qui, perche li carcerati possono vederli ne' luoghi delle carceri doue stanno affissi. E poi ci è l'infrascritta sottoscrittione.

Gio. Battista Spada Gou.

Valentino Valentini Not. della Carità.

In Roma nella Stamparia della R.C.Ap. 1635.

CAP. VI.

Ordini de' Signori Visitatori, che gli Essecutori non leuino cosa alcuna à quelli, che conducono carcerati.

DI ordine degli Illustrissimi, e Reuerendissimi Signori Visitatori delle Carceri, si prohibisce espressamente à tutti li Bargelli, & Essecutori di qualsiuoglia Tribunale, sotto pena della priuatione dell'offitio, & esercitio, di scudi 200. d'applicarsi irremissibilmente per tre quarti alla Reuerenda Cam. Apostolica, e per l'altro quarto all' accusatore, & anco di altre pene corporali ad arbitrio di detti Illustrissimi Signori, che non debbano leuar danari, vestiti, robbe, ò altro, che trouino adosso a quelli che condurranno prigione per qualsiuoglia causa ciuile, ò criminale, ma tutto quello, che gli haueranno trouato, lo faccino consegnare fedelmente al Capitano, ò Cancelliero delle carceri alla partita doue si nota il nome del medemo carcerato, acciò dalli Superiori, à chi toccarà si possa opportunamente ordinare quello si douerà fare. Dat. in piena Visita fatta nelle carceri di Corte Sauella questo di 27. di Gennaro 1611.

Iul. Monterentius Gubernator.

Pro D. Angelo Lactantio pro Char. Not. Gentiles de Gentilinis Act.

Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Curiæ Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Almæ Vrbis Gubernatoris, & aciei Campi Floræ, ac alia loca in Vrbe solita, & consueta hac die 31. Ianuarij 1611. per me Lucam Saladum Curiæ Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Gubernatoris Vrbis, & Vicecamerarij Mandatarium.

In Roma nella Stamparia della Reu. Cam. Ap. 1611.

Si legge anco registrato nel libro de' Decreti della Visita.

CAP. VII.

Editto sopra le prigioni di Torre di Nona, e Corte Sauella.

SOMMARIO.

1 *Causa del presente editto.*
2 *Ordine, e pena imposta tanto a' carcerati del passeggio, li quali in qualsiuoglia modo auuisano, ò portano*

portano imbasciate, ò viglietti alli carcerati in secreta, e li riportano da essi, quanto alli Guardiani, li quali non li tengono serrati nelle stanze à loro assegnate.

3 *Pena imposta à Guardiani, Infermieri, & altri li quali in qualsiuoglia modo auiseranno li carcerati in secreta di quanto si fà da' Giudici nelle carceri.*

4 *Che li Guardiani fuori delle hore necessarie, ò di necessità non possino entrare nelle secrete per trattare con li carcerati.*

5 *Che li Guardiani mentre alcun reo stà al tormento non possino introdurre nelle carceri alcun Procuratore, e altri &c.*

1 VOlendo Monsignor Gouernatore, Monsig. Anditore della Camera, & altri Signori della Visita delle carceri di Roma prouedere alli grã di abusi, che si sono introdotti per negligenza, colpa, ò dolo de' Guardiani, li quali sotto pretesto di lasciare andare à passeggio li carcerati per tutte le carceri tanto di Torre di Nona, quanto di Corte Sauella per tirare qualche bibalia, ò mancia se ben prohibita, occorre che essi prigioni sotto questo colore vanno alle secrete, portano imbasciate polize, lettere, e ne riceuono da essi carcerati in secreta, & ogni cosa si fà publico, & anco nasce discordie per quanto s'intende, che li Guardiani fanno il medesimo, e quello, ch'è peggio si lasciano stare nel cortile li condennati alla forca, galera, & altri facinorosi messi alla larga, che può causare conspiratione, frattura di carcere, & altri 2 mali; però si commanda, che tutti li carcerati tãto criminali, quanto ciuili, debbano stare nelli luoghi, camere, ò sale à loro assegnate, e li Guardiani debbano tenerli serrati, che non possano andare vagando alle secrete, nè per le carceri, sotto pena tanto alli carcerati, che contrauerranno, quanto alli Guardiani di tre tratti di corda per ciascuna volta, e ciascuna persona, & anco della galera, secondo il dolo, e la temerità maggiore, e minore ad arbitrio del Giudice.

3 E di più si commanda alli Guardiani, & altri Ministri di dette carceri, etiam che fossero Infermieri, Confessori, e d'ogni sorte, e qualità, li quali auiseranno detti carcerati nelle secrete con portar lettere, imbasciate, render risposte, propalare quel che si fà in dette carceri per li Giudici, sotto pena à chi contrauerrà della galera perpetua, e della forca ad arbitrio del Giudice, e secondo la qualità del caso, e della contrauentione, che hauerà commessa.

4 Nè sia lecito ad alcuno di essi Ministri fuor delle hore del portar da mangiare, e da bere, e che gli sarà commandato da' Giudici, e nelli casi (che Dio ne guardi) di qualche necessità andare à dette carceri secrete, e parlare à detti carcerati di cosa alcuna, che appartenga alle cause loro, sotto le medesime pene.

5 Et anco si commanda à detti Guardiani, sotto pena di tre strappate di corda, che mentre per qualsiuoglia Giudice si dà la corda à qualche reo non possano introdurre alcun procuratore, nè altra persona in dette carceri, e quelli che vi sono si debbano fare vscir fuori per leuare ogni occasione d'intendere, siche ogn'vno si guardi di non contrauenire, che si verrà alla essecutione di dette pene irremissibilmente, in fede &c. 1597. 15. Augusti. Romæ.

D. Tuscus Gubernator.

M. Lantes Auditor.

Antonius Bart. pro Charit. Not.

CAP. VIII.

Ordine da osseruarsi dalli Capitani, & altri Offitiali delle carceri di Corte Sauella circa la custodia di esse.

SOMMARIO.

1 *Causa del presente Bando.*

2 *Le porte di Corte Sauella verso il vicolo si ordina che stiano continuamente ben serrate, e non si aprino se non in casi necessarij.*

3 *Le camere destinate per le prigioni, che si tengono alla larga si prouendino di buone chiaui.*

4 *Li prigioni, che si tengono alla larga, quando è vn' hora di notte si rimettino tutti alle camere destinategli.*

5 *Il cancelletto della saletta, e l'altro da basso che và alle secrete, si deuono sempre tenere serrati a chiaue.*

6 *Le prigioni secrete si ordina, che si riuedino ogni notte, e quante volte.*

7 *Le chiaui delle prigioni gli Offitiali le deuono tenere appresso di se.*

8 *Gli Offitiali delle carceri non possono giocare, dormire, o mangiare con li carcerati, & a che cosa deuono auertire.*

9 *Si ordina, che il sopradetto Bando si tenghi affisso in doi luoghi di dette carceri.*

10 *Si pone la pena in caso di contrauentione.*

1 VOlendo il Molto Illustre e Reuerendissimo Monsig. Berlingerio Gessi Vescouo di Rimini, e Gouernatore di Roma, prouedere, che non seguino inconuenienti nella custodia delle carceri, e carcerati di Corte Sauella, ordina, & espressamente commanda al Capitano, e respettiuamente alli Ministri, & Officiali di esse carceri, secondo la cura, & officio di ciascuno di essi, che debbano tenere continuamente serrate con buone, e forti chiaui dalla parte di fuori verso il vico-2 lo de' Cappellari le doi porticelle, che da esse carceri riescono verso detto vicolo, e questo oltre le altre serrature, che vi deuono essere dalla parte di dentro, e che non le aprino se non per casi necessarij, e subito finito il bisogno le riserrino con le chiaui dall'vna, e l'altra parte.

3 Che debbano prouedere di buone chiaui, e chiauature alle camere destinate per li prigioni, che si tengono alla larga, e fare che sempre siino all'ordine per seruirsene alle hore debite.

4 Che debbino ad vn hora di notte far tornare tutti li prigioni d'ogni qualità, e condicione nelle camere destinategli, senza ammettere alcuna scusa [illegible] e fatta

e fatta la ricerca se vi sono tutti li prigioni, debbano con le chiaui serrare le fenestre, e le porte delle dette camere, e non le aprire se non ad vn'hora di giorno; e similmente debbano ad vn'hora di notte serrare con chiaui il cancello, ch'è per andare di sopra a mezzo la scala, che si troua passata la cucina.

5 Che debbano continuamente tenere serrato cō chiaue il cancelletto della saletta, doue si mangia che vā verso la cantina, e l'altro cancelletto da basso vicino alle secrete, & alla cantina, e solamente aprirli quando è necessario, e subito finito il bisogno serrarli, & anco mentre in cantina si lauora tenere detti cancelletti serrati come di sopra.

6 Che la notte sijno obligati prima di andare à dormire riuedere tutte le prigioni secrete, & anco fare l'istessa riuista ogni notte, vna volta la state, e due altre volte l'inuerno.

7 Che non debbano lasciare alcuna chiaue delle porte delle carceri in cucina, dispensa, ò altro luogo, ma tenerle appresso di se, ò se le depongono in qualche luogo, ò scrigno sicuro, non debbino lasciare aperta detta cassa, ò scrigno, ma serrarlo con buona chiaue, portandola sempre seco senza mai deporla.

8 Che non giuochino, dormino, ò mangino con alcuno de' carcerati, nè gli permettino, che pranzino, ò cenino nella dispensa, ò cucina, ma gli faccino mangiare nella saletta, ò nelle camere loro.

9 Che le cose, & ordini sudetti si osseruino da tutti Inuiolabilmente, e si tenghino affissi in duoi luoghi delle carceri incollati sopra ad vna tauoletta, sotto

10 pena à chi non obedirà, ò contrauerrà in qualsiuoglia modo della frusta, galera, tre tratti di corda, e pena pecuniaria, secondo la qualità de casi ad arbitrio di Sua Sig. Illustriss. in fede &c.

Dat. in Palatio Reuerendiss. D. Gubernatoris in Vrbe die 20. Martij 1620.

Berlingerio Vescouo di Rimini Gouern.
Decius Cambius pro Char. Not.

CAP. IX.

Editto sopra l'audienza da darsi doi volte la Settimana da Monsig. Presidente delle carceri alli carcerati.

SOMMARIO.

1 *In quali giorni, & in quali carceri il Presidente babbi à dare audienza.*
2 *Li carcerati ciuili di Borgo, e Campidoglio habbino à esser trasportati gratis, & in quali carceri.*
3 *Con l'affissione della tabella li creditori s'intendino sufficientemente citati.*
4 *Chi non restera sodisfatto del decreto ottenuto pro ò contra, sia obligato citare formalmente di nuouo il suo creditore.*
5 *Li carcerati di Torre di Nona o Borgo possino essere sentiti in Corte Sauella, e quelli di Corte Sauella, e Campidoglio in Torre di Nona, con citar prima la parte, e con la espressione del luogo dell'Audienza.*
Per farsi trasportare quanto debbano pagare.

1 Si notifica ad ogn'vno per commandamento della Santità di Nostro Signore, che in conformità della resolutione presa dalla sacra Visita delle carceri, in auuenire Monsig. Presidente di esse darà audienza due volte la settimana nelle medeme carceri, cioè il Martedì à Torre di Nona, & il Venerdì à Corte Sauella, & essendo li detti giorni impediti da qualche festiuità terrà l'Audienza, ò il giorno precedente, ò il susseguente à suo arbitrio, allhora che indicarà la tabella da esporsi vn giorno prima in quelle carceri doue farà l'Audienza.

2 Li carcerati per debito in Borgo, che vorranno esser sentiti, si trasportarāno dal Barigello di quel Tribunale gratis à Torre di Nona. E parimente gli carcerati di Campidoglio si douranno trasportare gratis da quel Barigello à Corte Sauella nelli giorni sudetti respettiuamente.

3 E li creditori, che hanno, ò hauranno i loro debitori nelle dette carceri, si hauranno per sufficientemente citati nella sopradetta tabella, che si affigerà in quelle carceri doue si trouano, ò doue deuono, come sopra si è detto, esser trasportati li loro debitori.

4 Ma se vna volta hauranno ottenuto qualche decreto ò à fauore, ò contro, delche non si sodisfaceino, non basterà la tabella à intimare i creditori, ma sarà necessario citarli formalmente, e così quando per non esser presente la parte, ò suo Procuratore il decreto, che si farà, douerà essere intimato, non potranno far dimeno li debitori carcerati di fare detta intimatione.

5 Non si prohibisce però alli carcerati di Torre di Nona, ò di Borgo di essere sentiti all'Audienza in Corte Sauella, e così quelli di Corte Sauella, e di Campidoglio di essere sentiti in Torre di Nona, ma in tal caso ancora douranno citare la parte, come si è detto nel caso precedente, cō esprimere il luogo, doue deue comparire; e volendo essere trasportati douranno pagare giulij doi per testa, fino al numero di tre inclusiuè, e quando siano più due carlini per ciascheduno, & i Capitani delle carceri senza mandato di Giudice potranno consegnarli alli Sbirri, per trasportarli sempre che vorranno alle dette Audienze, e volendo essere sentiti per Procuratorem, douranno ottenere la licenza di Monsig. Presidente. Dat. in Roma il primo Decembre 1640.

Gio. Battista Spada Gouernatore.
Annibale Cauina per la Char. Not. dep.

CAP. X.

Fr. Antonius Barberinus miseratione Diuina tit. S. Petri ad Vincula S. R. E. Presbyt. Card. S. Honuphrij nuncupatus S. D. N. Prouicarius generalis &c.

Volendo

VOlendo la Santità di Nostro Signore, che si continui l'opera delli Ergastoli cominciata e practicata fin'hora con frutto, e reputatione delle Religioni, e de' Religiosi medesimi condennati. Nè potendo queste esseguirsi senza capitale sufficiente alli alimenti de' carcerati, & all'altre spese communi necessarie per il mantenimento di essi, acciò si possa fare con minor peso, & incommodo delle medesime Religioni, doppo sentiti i Superiori delle principali di esse; per ordine espresso di Nostro Signore, ordiniamo, & espressamente commandiamo à tutti li Generali, Vicarij Generali, ò altri Superiori Generali di qualsivoglia Religione Mendicante, e non Mendicante, Monaci, Canonici Regolari, Preti, ò Chierici Regolari anche della Compagnia di Giesù, e di qualsiuoglia altra Religione, che ricerchi speciale denominatione, niuno escluso, che con quei mezzi, che stimaranno più facili, e practicabili al loro Instituto, anche per via di limosine da procurarsi per mezzo de' Predicatori (senza però specificar l'opera) da quelle Religioni, che non possono hauer danaro alcuno proprio, nè cõmune, siano tenuti metter insieme la maggior somma di capitale, che potranno fra il termine di cinque anni prossimi, per darne poi passato detto tempo senza altra monitione, auuiso à noi, ò altri all'hora deputato Protettore alla sudetta opera delli Ergastoli dalla Santità di Nostro Signore, con obligo però di fare in tanto sapere à noi, ouero altri deputati come sopra alla fine d'ogni anno, anche non ricercati, quello, che haueranno fino all'hora raccolto per il sudetto effetto.

Il qual capitale distinto d'ogni Religione, douerà essere impiegato in tanti luoghi di monti Camerali non vacabili destinati, e vincolati ad effetto, che il frutto di essi serua per gli alimenti de i Religiosi carcerati pro tempore nelli Ergastoli, ogn'vno però per li particolari della sua Religione, e non per altri. Et detratta la quantità, che si determinarà necessaria ogn'anno per le spese communi alle quali concorreranno ogn'vna di esse, il resto, & auanzo di quelle, che non ci haueranno carcerati, ò minor numero di quelche importerà il frutto del loro proprio capitale, douerà ogni anno di nuouo rinuestirsi, accio con il tempo resti constituito, & assicurato reddito sufficiente, ad ogni vna di esse Religioni per gli alimenti, & altre spese de i Religiosi condennati à dette carceri, senza peso, ò grauezza delli Monasterij, e Prouincie, il che fin'hora è stato di molto impedimẽto al fine che si è preteso; sperando che basterà questo stimolo senza aspettarlo più rigoroso, e che ogn'vno delli sudetti Superiori, come già molti di loro si sono offerti, faranno à gara di vbbedire al commandamento di Sua Beatitudine in cosa di si buone conseguenze alla loro Religione. E volendo che il presente Ordine venghi à notitia di tutte le sudette Religioni, commandiamo che sia notificato a tutti li Procuratori Generali di esse, ò altri Superiori habitanti in Roma, e che la detta notificatione ancorche estragiuditiale in qualsiuoglia modo fatta habbi forza di publicatione. Dato in Roma li 10. Ottobre 1641.

Fr. Antonius Card. S. Honuphrij Prouicarius.

In Roma, nella Stamparia della R. C. A. 1641.

CAP. XI.

Tassa per le condutture de' Carcerati, che si conducono à Roma, e de' condennati alla galera, che parimente si conducono quì per trasmetterli alle galere di Ciuita vecchia da diuersi dello Stato di S. Chiesa da pagarsi alli Essecutori, che li conducono.

Ferrara, e contado	sc. 8.
Bologna, e Contado	sc. 8.
Imola	sc. 8.
Rauenna	sc. 8.
Faenza	sc. 8.
Forlì	sc. 8.
Cesena	sc. 8.
Rimini	sc. 8.
Qualsiuoglia altro luogo di Romagna	sc. 8.
Fano	sc. 5.
Ancona	sc. 4.
Macerata, e sua Prouincia	sc. 3.
Camerino	sc. 2.
Fabriano	sc. 2.
Norcia, e Presidentato	sc. 3.
Rieti	sc. 2.
Spoleti	sc. 2.
Narni	sc. 2.
Oruieto	sc. 2.
Viterbo, e Prouincia del Patrimonio	sc. 2.
Velletri, Campagna, e Maritima	sc. 2.
Beneuento	sc. 5.
Napoli	sc. 5.
Si pagano per tutto il Stato del Ducato d'Vrbino	sc. 4.

CAP. XII.

Ippolito di S. Eustachio Diacono Cardinale Aldobrandino della S.R.C. Camerlengo.

INtendendosi, che se bene il Ius di poter rogare li decreti sopra l'alienationi, locationi, & essercitio delle giurisditioni, ò facoltà d'imprestare dell'Ebrei banchieri, e dell'ammissioni di detti Ebrei à tal essercitio, spetta all'offitio del Notariato della Reuerenda Camera Apostolica nostro peculiare hoggi del Brunori solamente, nondimeno il Notaro delle subhastationi de i pegni di detti Ebrei cerca d'vsurparli detto Ius; Et volendo noi prouedere, che detto offitio di Camera non sia defraudato di detto Ius. D'ordine di Nostro Signore datoci à bocca, e per l'autorità del nostro offitio di Camerlengato, con il presente ordine, prohibiamo, e commandiamo, che nessun Ebreo ardisca di far rogare, ò interporre altri decreti per altri atti, che di detto Brunori, sotto pena della priuatione dell'essercitio, di scudi cinquanta per ciascheduno, e ciascheduna volta, d'applicarsi per la metà alla Camera Apostolica, e l'altra metà tra l'Accusatore, & Essecutore, & di risare tutti li danni

danni, & intereſſi alle parti leſe; Et in oltre dichiaramo nulli, & inualidi quelli decreti, che contro il preſente ordine ſi trouaranno fatti per l'auuenire per altri atti, che di detto Brutiori, non oſtante qualſiuoglia coſa in contrario. Volendo, e decretando, che il preſente affiſſo, e publicato nelle Scuole d'eſſi Ebrei, aſtringa ogn'vno come ſe li foſſe perſonalmente intimato. Et in fede &c. Dat. in Roma nella Camera Apoſtolica li 2. di Gennaro 1634.

Hippolytus Card. Cam.,

Antonius Cicalottus Auditor.

Ruffinus Plebanus.

Die 5. Ianuarij 1634. Supradictus Ordo affixus, & publicatus fuit in acie Campi Floræ, necnon ad valuas Scholarum Hebræorum per me Mangilium.

In Roma, Nella Stamparia della R.C.A. 1635.

CAP. XIII.

Ordinationi da oſſeruarſi con le Communità immediatamente ſoggette alla Sede Apoſtolica dalli Commiſſarij ſopra l'eſſattioni Camerali.

Pietro del Tit. de' SS. Gio. & Paolo Prete Cardin. Aldobrandino della S. R. C. Camerlengo.

Vedendoſi, che l'ordinationi ſtabilite altre volte per prouedere, che li popoli dello Stato Eccleſiaſtico non ſiano dall'indiſcrettione de' Commiſſarij indebitamente grauati, ſono da molti poco oſſeruate; di commiſſione di N. S. datoci à bocca, e per l'autorità del noſtro offitio di Camerlengato commandiamo, che per ſin tanto, che ſi proueda di migliore, e più perfetto modo, ſi oſſeruino inuiolabilmente con le Communità immediatamente ſoggette alla Sede Apoſtolica gl'infraſcritti Capitoli, già firmati altre volte, & hora in molti capi ampliati.

1 Che li Teſorieri prima di mandar Commiſſarij, ò altri à grauar le Communità di viatico debbano farle intimare, che paghino per quindici giorni auanti, con vn meſſo à piedi, il quale non poſſa pigliare più d'vn giulio per ciaſchedùna Communità, & alla ſua relatione ſi creda; come anco ſi creda al Teſoriero ſe in cambio di mandare perſone à poſta hauerà per lettere fatto la medeſima diligenza con gli Officiali de' luoghi, e paſſato detto termine, e non prima poſſano mandare vn ſolo Commiſſario caualcante, ò eſſecutore con la ſpeſa, e modo, che ſi dirà à baſſo.

2 Che ſubito arriuati detti Commiſſarij, Caualcante, ſoſtituti, eſſattori, & eſſecutori debbano preſentarſi al Gouernatore, Podeſtà, ò altri Officiali del luogo con il conto diſtinto di tutto quello, che deue quella Communità ſino à quel dì, ſottoſcritto dal Teſoriero, ò Eſſattore principale, affinche aſtringano li Depoſitarij, Camerlenghi, Eſſattori, ò Affittuarij, conforme agli oblighi loro à pagare, & anco li Sindici, & Offitiali del luogo in caſo, che biſogni, e ſinche non ſi preſentoranno nel modo ſudetto, ò che non potendoſi hauere la preſenza di detti Offitiali nõ affigeranno alle porte della loro reſidenza vn intimatione dell'arriuo loro, con due teſtimonij, non cominci à correrli viatico, nè la Communità ſia tenuta à ſpeſa alcuna.

3 Che detti Commiſſarij non debbano andare cõ maggior ſpeſa di vn cauallo, & di due perſone al più, computato la loro perſona, ſe però il ſolito non ſarà che ſi facci minor ſpeſa, che in quelle Prouincie, e luoghi, che vi ſarà il ſolito ſudetto vogliamo, che ſi oſſerui.

4 Che il ſalario de' Commiſſarij, ò loro Eſſattore à cauallo ſia di giulij cinque, e de' Commiſſarij à piedi di giulì due il giorno, oltre la ſpeſa del viuere, doue però non ſia ſolito pagarſi meno, etiam che andaſſero per diuerſe eſſattioni, ò commiſſioni, e della ſpeſa del viuere ſi habbino da contentare ſecondo la qualità loro, e del luogo modeſtamẽte, come ſe andaſſero per loro facende, e ſpendeſſero della borſa propria, dandoſi auttorità alli Gouernatori, & Offitiali maggiori, che non riconoſcano Superiori in Prouincia di interporſi, & ſopra intendere, che le Communità ſuppliſcano al ſemplice biſogno, & non ſiano grauate in niente più, & gli altri Offitiali minori d'interporſi con detti Commiſſarij, ò loro miniſtri, perche ſi contentino dell'honeſto, e non potendo accordargli di pigliare informatione degli eccessi, che fanno, per mandarla à noi.

5 Che il giorno s'intenda 24. hore da computarſi dall'hora che arriuaranno in quella Terra, ò luogo, e che ſi preſenteranno, come ſopra al Gouernatore, ò Offitiale del medeſimo luogo, di modo che giungendo il Commiſſario vn giorno, e partendo l'altro fra le 24. hore non habbia hauere ſe non vn viatico; ma ſe il Commiſſario per la ſua diligenza ſi ſpediſſe di riſcuotere per la Camera in manco tempo di vn giorno, in vna Terra, ò luogo, ſi debba pagare il ſuo viatico di quella Communità intieramente, come vi ſi foſſe trattenuto tutto vn dì.

6 Che li Commiſſarij, Caualcanti, Eſſattori, & Eſſecutori ſiano tenuti portare con loro vn foglio, ò conto ſottoſcritto dal Teſoriero della Prouincia ò Eſſattore principale, nel quale ſia annotato diſtintamente tutto quello, che per ciaſchedũna impoſitione ſeparatamente douerà pagare quella Communità dal dì del pagamento antecedente ſino al giorno, che vanno à riſcuotere, affinche il Cancelliero, o altri per la Communità, nè pigli copia, e ſotto di eſſa debbano fare riceuuta, e quietanza delle ſomme, che riceueranno chiaramente e diſtintamente, con ſpecificare il caſo, che non foſſero intieramente ſodisfatti conforme al foglio, in quale conto, per quale impoſitione, & per quanta ſomma reſti debitrice la Communità al ſuo Depoſitario, & Teſoriero, à finche poſſa ſempre vederſi per ſino à che tempo, e per quale impoſitione ſi ſarà pagato, & non ſi pigli in confuſo à buon conto, ſi come s'è fatto per l'addietro in dãno de' Popoli, e le quietanze, che ſi faranno da detti Commiſſarij, Eſſattori, e Caualcanti ſiano

poi

poi ammeſſe alle Communità come ſe foſſero fatte da medemi Appaltatori, e Teſorieri principali, & non portando li Commiſſarij il detto conto, & non facendo la quietanza come ſopra, non li corra il ſalario, ne la Communità ſia obligata à coſa alcuna, ma s'intendino ſtare in tutto, e per tutto à loro ſpeſe.

7 Che li medeſimi Commiſſarij, & altri Eſſattori nõ poſſino andare, nè mandare à riſcuotere per il ſecondo anno alcuna ſorte d'impoſitione, ſe prima nón haueranno finito di riſcuotere intieramente quelle dell'anno antecedente, e non haueranno fatto quietanza, e riceuuta finale, volendoſi, che non ſi confondino l'eſſattioni, e li pagamenti di vn'anno con quelli dell'altro, ma che di anno in anno ſi ſaldi, e facendoſi altrimenti non ſiano le Communità tenute nè à ſpeſa, nè à viatico veruno, come ſopra.

8 Che neſſun Commiſſario poſſa pigliar viatico, ò altro ſalario, ſe non riſcuoterà il principal debito, ò buona parte di eſſo nelli modi ſudetti, nè poſſino concedere dilatione veruna alle Communità per premio, ò pagamento alcuno, ma ſi bene ſenza premio quando le meritaſſero, e che da eſſi Commiſſarij pareſſe honeſto di concederla.

9 Et non poſſino riſcuotere viatici da quei luoghi doue non ſi conferiranno perſonalmente, eccetto i luoghi piccioli, cioè di cento fuochi à baſſo, quali per minor ſpeſa loro, ſia lecito alli Commiſſarij chiamarli à vna Terra loro vicina, e più commoda, & farſi ſodisfare del ſuo viatico, delle Terre chiamate per rata, come ſe foſſero vna Terra ſola, dandoſi auttorità all'Officiale di quel luogo, di vedere che il Commiſſario non facci fraude, e che neſſun luogo non ſia grauato ſe non per la ſua portione quanto alli viatici: ma ſe foſſero Terre, ò luoghi ſoſpetti, poſſino farli pagare da ciaſcheduna intieramente, come ſe vi foſſero andati perſonalmente.

10 Non poſſino i Commiſſarij procedere a far repreſaglia, ſe prima non haueranno vſato ogni diligenza in riſcuotere, e ſe non ſaranno ſtati perſonalmente à quel luogo per queſto effetto nelli modi ſudetti, ouero non haueranno intimato, caſo che foſſe de' piccioli come di ſopra, ò ſoſpetti, e ſe non ſaranno paſſati giorni quindici prima, che li faccino altra ſpeſa di repreſaglia, altrimenti non habbia effetto veruno la repreſaglia.

11 Che li Commiſſarij nelli luoghi immediatamẽte ſoggetti alla Sede Apoſt. non faccino repreſaglia, ſe prima non la notificaranno, ò non ricercaranno li Gouernatori, & Offitiali de' luoghi, non oſſeruando le coſe dette nel Capitolo precedente, la repreſaglia non habbia effetto veruno, dandoſi facoltà alli Gouernatori, & Offitiali maggiori, che non riconoſcano Superiori in Prouincia d'interporſi prima, e non gli riceuendo d'accordo di far reſtituire li beni, & rilaſſar le perſone, e beſtie repreſagliate contro la forma di queſti Capitoli, & agli altri Offitiali minori d'interporſi, e di prenderne informatione in caſo, che non gli reſtituiſcano d'accordo, & in tal caſo li Commiſſarij ſiano tenuti à tutti danni, ſpeſe, & intereſſe, che eſſi ſeguiranno.

12 Che li Eſſattori, Eſſecutori, e Sbirri per tal repreſaglia, non poſſono per lor mercede pigliare ſe non mezzo ſcudo, da cinquanta ſcudi in giù, e dalli cinquanta alli cento, e da cento à cento cinquanta vn ſcudo, & da li in sù à qualſiuoglia ſomma due ſcudi, e non più; ordinando, che doue ſarà ſolito, che ſi paghi meno, che ſi oſſerui il ſolito ſodetto.

13 Che non poſſino li detti Commiſſarij, Eſſattori, & Eſſecutori fare eſſecutione, e repreſaglia in boui aratorij, in huomini, che attendino all'agricoltura, nè in altra coſa ſpettante alla medeſima agricoltura, nè meno veſti, gioie, & altri mobili di donne concernenti la loro perſona, altrimenti l'eſſecutione, e repreſaglia ſia nulla, e di niun valore, e l'offitiale del luogo debba ſubito far reſtituire il tutto, & far rilaſciare li carcerati, volendo in ogni modo, che eſſi ſiano tenuti à quelli danni, o ſpeſe, come di ſopra.

14 Che in giorni di Feſta di precetto non poſſa farſi repreſaglia, ò eſſecutione, e che neſſuno poſſa carcerarſi in Chieſa, o luoghi ſacri, ſe bene, Dio lodato, non biſogna ricordarlo, dandoſi auttorità ad ogni offitiale di far ſcarcerar ſubito quelli, che ſi foſſero carcerati, e reſtituire tutto quello, che li foſſe leuato per eſſecutione contro la forma del preſente Capitolo.

15 Che li beni, che ſi pigliaranno in eſſecutione, ò per repreſaglia legitimamente ſi debbano vendere nel medemo luogo doue ſaranno fatte l'eſſecutioni, ſe però vi ſarà depoſitaria publica, & commodità d'oblatori pronti, altrimenti paſſato vn giorno intiero ſenza poterſi vendere, poſſano traſportarſi al capo della Prouincia, e facendoſi l'eſſecutione in campagna, ſia in arbitrio dell'Eſſattore di ridurle dẽtro il luogo, nel territorio di quale è fatta l'eſſecutione, ò in altro luogo più vicino; purche in ciaſcuno di detti luoghi ſi faccia la diligenza ſudetta di vendere li beni repreſagliati prima di traſportarli altroue.

16 Che ne i beni repreſagliati, o pigliati in eſſecutione detti Commiſſarij, Eſſattori, & Eſſecutori non poſſano ingerirſi, nè in comprarli per ſe, nè per ſuppoſta perſona, nè ritenerli appreſſo di ſe, nè ſeruirſene in modo alcuno, dandoſi facoltà alli Officiali de' luoghi in caſo, che ſi contrauenga di fare reſtituire ſubito alli padroni il tutto, & volendo ancora, che li medeſimi Officiali debbano darne conto alli Superiori di Roma, acciò ſi poſſa dare il debito caſtigo à chi contrauerrà.

17 Che gli animali, che ſi pigliaranno per repreſaglia, o per eſſecutione, debbano metterſi nello ſtallatico del luogo ſe vi è, e non tenerli per l'hoſteria, e non trouandoſi à vendere nel termine detto di ſopra, poſſano cõdurſi al capo della Prouincia, doue dandoſi ſicurtà in forma depoſiti per la ſomma per la quale ſi ſarà fatta la repreſaglia, ſi relaſſino ſubito.

18 Che vno che habbia più eſſationi, e commiſſioni, non poſſa andare, nè mandare, ſe non vn'Eſſattore per tutte, e quando arriua nelli luoghi, che debba notificare alli Gouernatori, Officiali, Priori, & altri della Communità, & operare li ſiano pagate tutte, anzi che vn Commiſſario habbia da riſcotere, e mandare per le ſue eſſattioni, tutti, ò ridurre i Commiſſarij à minor numero, che ſia

poſſibile

possibile, per non dar spesa di tanti Commissarij alle Communità.

19 Et detti Commissarij, e loro Essattori, debbano scriuer giornalmente, e tener conto in vn libretto presso di loro à posta, tutto quello, che pigliaranno, anco per loro stessi di ciascheduna Communità, e conseruarlo per poterne dar conto, caso che alcune si querelassero contro di essi di estorsioni, come anco debbano farne riceuuta distinta, giornata per giornata, tanto de viatici, e d'altre spese in viuere, & in altro alla medesima Communità, e ricusandosi di farlo, nô sia astretta a darli niente.

20 Che detti Commissarij siano tenuti render conto per tutti li ministri loro, contro li quali pretendendosi cosa alcuna criminalmente per occasione del suo offitio, essi Commissarij siano tenuti d'ogni diligenza à presentarli, e sempre restino obligati i detti Commissarij ad ogni interesse ciuile, di che hauerà patito danno, ò estorsioni, da essi sostituti, ò ministri.

21 E non facendo i Commissarij, ò loro Essattori il loro debito, come si è detto, ouero contrauenendo possino li Gouernatori, & Officiali de' luoghi il prouedere secondo la facoltà datoli sopra, nel resto debbano li Gouernatori delle Prouincie pigliar di ciò informatione, e darne auuiso alli Superiori di Roma.

22 Sia tenuto ogni Commissario, Essattore, Caualcante nell'andar riscuotendo per li luoghi soggetti alla sua essattione portar sempre le presenti Ordinationi stampate, e mostrarle agli Officiali, Communità, e particolari interressati, che farãno instãza di vederle, e nô portandole, ò ricusando di mostrarle, l'essecutione sia nulla, & ogni spesa vada à conto suo, dandosi facoltà alli Gouernatori, & altri Officiali de' luoghi di prohibirli l'esigenza e fare che le Communità, nè altri siano astretti pagare viatico, nè altro.

E facendo altrimenti di quanto s'è detto di sopra, saranno castigati irremissibilmente, & acciò che nessuno possa pretendere ignoranza, comandiamo, che le presenti Ordinationi si publichino, & affighino in Roma alle porte della Camera Apostolica, in Campo di Fiore, & altri luoghi soliti di Roma, & astringhino ogn'vno tra quindici giorni, come se gli fossero stati personalmente intimati. Dato in Roma nella Camera Apostolica il dì 27. Agosto 1606.

Pro Illustriss. D. meo Cam. C. Card. S. Georgij.
Hercules Vaccarius Aud.
I. Monterentius Comm. Gen.
Io. Seanardus.

Die 28. Augusti 1606. supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit in Valuis Cameræ Apostolicæ, & alijs locis solitis Vrbis per me Christopborum Fundatum Curs.

P. Matthæus Lucarutius Curs. pro D. Mag. Cursorum.

In Roma, nella Stamparia della Reuerenda Camera Apostolica. 1607.

CAP. XIV.

Tassa da osseruarsi da' Notari, che seruano i termini nelle cause de' Carcerati della Visita del Signor Card. Antonio Barberino Camerlengo, & di Monsig. Rapaccioli Presidente delle carceri.

Essendo che la felice memoria di Paolo Quinto, per solleuare la miseria dei carcerati bisognosi, e liberarli da non douuti pagamenti, e spese esorbitanti, per decreto fatto sotto li 21. Decembre, & publicato sotto li 24. del medesimo nell'anno 1618. ordinasse, e commandasse, che gli decreti fossero inuiolabilmente osseruati, e tenuti affissi da tutti li Notari di qualsiuoglia Tribunale nel luogo piu publico del loro offitio, *sotto la pena della sospensione da' loro Offitij, & altre maggiori ad'arbitrio della Santità di Nostro Signore, e del Giudice, auanti al quale seruaranno li termini nelle cause de' carcerati commesse dalla Visita*; Et hauêdo noi veduto essere stati introdotti molti abusi contro li medesimi decreti non più interamente osseruati, nè più tenuti da' Notarij affissi, come sopra: Perciò di ordine di Nostro Signore datoci à bocca, per rimediare a' sudetti abusi à beneficio de' medesimi carcerati, Ordiniamo che gli stessi infrascritti decreti siano in auuenire inuiolabilmente, & intieramente osseruati, e tenuti da tutti li Notari come sopra affissi, sotto la medesima pena, e la sospensione da' loro Offitij, e d'altri maggiori, ad arbitrio come sopra. Dato in Roma nella Camera Apostolica li 15. Nouembre 1638.

In prima, che dinanzi à Monsignor Presidente delle cause, etiam nelle cause commessegli dalla Visita si proceda, e si seruino li termini per li Notari di Camera, e non per altri Notari, osseruando però sempre l'infrascritta Tassa, e la nostra Riforma, la quale vogliamo si osserui puntualmête da ciascuno, sotto le pene in essa contenute.

Per mandati essecutiui relassati da Monsignor Presidente delle carceri, ò da altro Giudice deputato dalla Visita, fino alla somma di scudi venticinque inclusiuè, si paghino al Notaro giulij quattro e mezzo, computatoci vno per il sigillo.

Da vinticinque fino a cento, si paghino giuli ventidue, computatoci baiocchi ventisette e mezzo per il sigillo.

Da cento infino à qualsiuoglia somma, si serui la tassa dell'Aud. Cam.

Per mandati de excarcerando, subhastando, e deliberando, consignando, inhibitioni in Curia non grauetur, ò simili, si paghino giuli quattro, e mezzo, computatoci il giulio del sigillo.

Per consignatione, o restitutione di qualsiuoglia cedola del Monte della Pietà depositata in causis carceratorum, non si debba pagare altro, che il mandato a piedi di detta cedula, per il quale non si paghi altro, che quattro giuli e mezzo, compresoci il giulio del sigillo.

Per

Per mandato de excarcerando, prouata la pouertà, non si paghi cosa alcuna, & il simile ogni volta, che Monsig. Presidente, o altro Giudice deputato dalla Visita, metterà nel mandato gratis, ò mettendo in forma pauperum, si paghi in tutto solamente doi giulij.

Circa il prouare la pouertà de' Carcerati, si osserui la Riforma, & in oltre, se sono continui habitati in Roma, basti la fede del loro Parochiano, quando il debito, per il quale sono carcerati non eccede scudi cinquanta; & il creditore non proui il contrario per doi testimonij idonei.

Per rogito di qualsiuoglia obligo, ancorche sia di più, e diuersi fideiussori, si paghi come per vn solo, e non eccedendo la somma di scudi cento vn giulio.

Da cento fino à ducento doi giulij.

Da ducento fino a cinque cento, vn giulio per cento.

Da cinque cento a qualsiuoglia somma sei giulij, e non più.

& questo si osserui tanto se si pigliano nell'Officio, come fuori; & il medesimo si osserui nella cassatione di essi.

Per rogito di qualsiuoglia decreto, non si pigli cosa alcuna; e così per decreto, e non altrimente debbano spedire tutte le cause de' carcerati, come si fa in Visita.

Per essame di qualsiuoglia testimonio summarie sine articulis, & interrogatorijs vn giulio.

Super articulis sine interrogatorijs doi giulij.

Con articoli, & interrogatorij tre giulij.

Ma essaminandosi sopra la pouertà, non si paghi cosa alcuna, ma si osserui quello, che ordina la nostra Riforma.

Per qualsiuoglia indicatione de' beni con il consenso de subhastando, & excarcerando, & de restituendo, così à fauore de' creditori, come de' carcerati in qualsiuoglia modo da prestarsi, tanto nell'Officio, come fuori, vn giulio.

Per cessione de' beni niente.

Per qualsiuoglia procura tanto nell'Officio, come fuori vn giulio.

Per qualsiuoglia fede di procura, & altri atti, vn giulio.

Per fede di qualsiuoglia obligo fino alla somma di scudi cinquanta, doi giulij.

Da cinquanta fino a cento, tre giulij.

Da cento fino a cinquecento doi giulij per cento.

Da cinque cento fino a qualsiuoglia somma vn giulio per cento; purche non ecceda la somma di doi scudi in tutto.

Per qualsiuoglia deposito in danari, ò in altro da farsi appresso il Notaro, niente.

Ma nella restitutione di essi con la quietanza si paghi mezzo grosso per scudo.

Per sequestri in Curia non sottoscritti, cioè da venticinque scudi fino à qualsiuoglia somma, che si debba far sottoscriuere, e spedire col sigillo, giulij quattro e mezzo.

La presente Tassa s'intende fatta per quei Notari, li quali non haueranno Tassa minore, e più Tassa, perche da quest vogliamo, che si osserui la minore, come più vtile de' poueri carcerati.

Card. Antonius Barberinus Camer.
Visa F. Rapaciolus Carcerum Praef.
P. Colangelus Aud.
Aurelius Pulottus.

Registrata in libro diuersorum S. D. N. Papae fol. 168. & impressa in Roma nella Stamperia della Reuerenda Camera Apostolica 1638.

§ III.

IVRA DIVERSA.

CAP. I.

Catalogus Librorum continentium Decreta Sacrae Visitae.

1 Incipit 1528. 4. Aprilis, & terminat die 28. Octobris 1530.
2. 1530. 15. Octobris ad 21. Decembris 1534.
3. 1535. 26. Ianuarij ad 27. Aprilis 1538.
4. 1540. 22. Ianuarij ad 24. Martij 1543.
5. 1543. 19. Aprilis ad 19. Nouembris 1545.
6. 1536. 16. Nouembris ad 27. Octobris 1547.
7. 1547. Octobris ad 31. Iulij 1550.
8. 1550. 7. Augusti ad 27. Augusti 1551.
9. 1551. 3. Septembris ad 19. Martij 1554.
10. 1554. 19. Martij ad 24. Decembris 1557.
11. 1556. 9. Ianuarij ad 24. Decembris 1557.
12. 1558. 11. Ianuarij ad 23. Decembris 1559.
13. 1560. 2. Ianuarij ad 6. Maij 1562.
14. 1562. 14. Maij ad 9. Decembris 1564.
15. 1565. 8. Februarij ad 11. Martij 1567.
16. 1567. Martij ad 16. Februarij 1570.
17. 1573. 8. Ianuarij ad 9. Augusti 1576.
18. 1576. 23. Augusti ad 26. Nouembris 1579.
19. 1579. 3. Decembris ad 7. Iulij 1583.
20. 1583. 14. Iulij ad 23. Iulij 1587.
21. 1587. 30. Iulij ad 26. Octobris 1589.
22. 1589. 9. Nouembris ad 12. Martij 1592.
23. 1592. 13. Martij ad 15. Septembris 1593.
24. 1593. 16. Septembris ad 27. Aprilis 1595.
25. 1595. 11. Maij ad 22. Decembris 1596.
26. 1597. 9. Ianuarij ad 8. Octobris 1598.
27. 1598. 15. Octobris ad 20. Septembris 1601.
25. 1601. 27. Septembris ad 12. Februarij 1604.
29. 1604. 19. Februarij ad 20. Maij 1607.

30. 1607. 17. Maij ad 17. Decembris 1609.
31. 1610. 17. Ianuarij ad 23. Februarij 1612.
32. 1612. 1. Martij ad 23. Februarij 1614.
33. 1614. 28. Februarij ad 28. Ianuarij 1616.
34. 1616. 24. Februarij ad 28. Ianuarij 1618.
35. 1618. 5. Iulij ad 12. Septembris 1619.
36. 1619. 10. Septembris ad 8. Octobris 1620.
37. 1620. 15. Octobris ad 23. Martij 1622.
38. 1622. 7. Aprilis ad 18. Maij 1623.
39. 1623. 18. Maij ad 8. Augusti 1624.
40 1625. 4. Septembris ad 1. Octobris 1626.
41 1626. 15. Octobris ad 31. Februarij 1628.
42. 1628. 24. Februarij ad 12. Iulij 1629.
43. 1629. 19. Iulij ad 21. Nouembris 1630.
44. 1630. 28. Nouembris ad 12. Martij 1632.
45. 1632. 01. Aprilis ad 29. Octobris 1633.
46. 1633. 3. Nouembris ad 2. Augusti 1635.
47. 1635. 9. Augusti ad 26. Februarij 1637.
48. 1637. 27. Februarij ad 29. Aprilis 1638.
49. 1638. 14. Aprilis ad 9. Iulij 1639.
50. 1639. 14. Iulij ad 29. Septembris 1640.
51. 1640. 23. Septembris ad 31. Octobris 1641.
52. 1641. 7. Nouembris ad ad 2. Decembris 1642.
53. 1642. 18. Decembris ad 19. Martij 1644.
54. 1644. 7. Aprilis ad 14. Septembris 1645.
55. 1645. 28. Septembris ad 29. Nouembris 1646.
56. 1646. 6. Decembris ad 28. Nouembris 1647.
57. 1647. 5. Decembris ad 4. Iunij 1648.
58. 1648. 18. Iunij ad 18. Februarij 1649.

Extract. ex Archiuio Charitatis & ex Officio criminali Gubernatoris alias eidem Archiconfraternitatem Charitatis spectan.

CAP. II.

Del Deputato dalla Carità ad essere presente alla Visita de' carcerati.

ET acciò che più si adempia l'offitio della Carità per li detti poueri Carcerati, si elegga in qualche Congregatione generale vno de' compagni, che debba essere presente a ciascheduna Visita de' carcerati, perche in nome della Carità sia assistente al presidio de' poueri carcerati, & à suo potere presti remedio opportuno ad aiutare gli oppressi, che se egli questo ottenere non può, all'hora vsi il presidio, & autorità del Reuerendissimo Protettore della Compagnia, il qual Deputato ancora debbia curare à che modo distribuiscano le limosine raccolte per li Questori de' carcerati, tenendo appresso di se vna delle chiaui delle cassette di detti Questori.

Estratto dalli statuti della Carità fatti il dì 30. Nouembre 1536. par. 1. cap. 8. & impressi in Roma.

CAP. III.

Delli carcerati, e Procuratori, secondo lo statuto della Carità.

PErche colui veramente coglie il nome di Christo, che sente l'altrui dolore, come se proprio fosse, che nella presenza sua non soffre, che il pouero si opprima, che souuiene a' miseri, che il pianto è prouocato dalle lacrime altrui, secondo il detto di Paolo, chi s'inferma, & io non m'infermerò. Perciò i fratelli insieme della Santissima Carità, premesso vn consiglio maturo (poiche meglio si curano quelle cose, che con conseglio si reggono, che quelle, che senza conseglio si amministrano) acciòche più perfettamente si adempiano le opere della Carità, ordiniamo, che vno, ouero più, si come la necessità richiederà, siano deputati Procuratori, non tanto esperti nella ragione, e leggi, quanto studiosi sequaci delle bone opere, & huomini, che temano Dio, li quali habbiano pensiero di visitare le prigioni, e diligentemente questi inuestigare, che nelle prigioni saranno ritenuti, e quei, che per colpa leggiera trouano carcerati, & hauer commesse cose, per le quali à loro facile sia il dar perdono, ò forse senza diffetto loro per violenza altrui saranno stati sospinti in prigioni, allhora li detti Procuratori deputati à questa cura, e difesa de' carcerati, difendino l'innocenza di questi tali, e solleuino dall'oppressione, nè cessino mai, fin tanto che siano liberati dalle prigioni senza danno però, e pregiuditio altrui. Oltre di questo li Procuratori constituiti, ouero altri da constituirsi per li Deputati, e Conseglieri, siano tenuti con ogni studio, ogni opera, cura, e diligenza negotiare bene, e senza inganno, e frode procurare tutte le cose, e cause, che alla Compagnia spettaranno, li quali Procuratori perseuerino nell'offitio ad arbitrio delli detti Deputati, e Conseglieri, & habbiano quella mercede, che con li medesimi si conuenirannno, e s'obblighino d'andare nella Congregatione ogni volta, quando da detti Officiali chiamati saranno, acciòche più destramente s'instruiscano delle cause, e negotij, e delle liti ancora da spedirsi da essa Compagnia.

Estratto dalli statuti della Carità fatto li 30. Nouembre 1536. par. 2. cap. 12. & impresso in Roma.

CAP. IV.

Del Visitatore deputato dalla Pietà per le secrete, e delli Visitatori delle publiche, e loro offitio.

IL Priore de' Visitatori, come generale Visitatore di tutte le Carceri così secrete, come publiche, hauerà principalmente cura, che à tutti sia prouisto di aiuto spirituale. Visitarà ogni settimana tutte le secrete di tutte le carceri di Roma, astenendosi di ragionare con li carcerati del merito delle loro cause; ma solo pigliarà nota del nome cognome, patria loro, quanto tempo sono stati in secreta, di mandato per che Giudice, e se sono stati mai essaminati, e quante volte, e delli detti darà vna lista al Giudice delle loro cause, per la speditione di esse.

Procurerà, che per tutte le secrete vi sia qualche imagine di N. Sig. GIESV Christo, & della Beatissima Vergine MARIA, ò di qualche altro

Santo,

Santo, e che le feste principali, e solenni (con licenza de' Superiori) possino vdire la Messa, e confessarsi.

Farà diligenza di sapere, se sono bene, e maltrattati nel vivere, e dormire, e trouandone mancamento, vi applicherà remedio espediente, acciò tutti habbino il suo douere, e però ogni volta, che farà la Visita delle secrete, visitarà ancora le cantine, e cucina, ad effetto, che le robbe siano recipienti, e non siano defraudati li poueri carcerati, e che siano le secrete accommodate etiam de tauolati, & altre cose necessarie per dormire.

Douerà vna volta il mese fare instanza con Monsignor Gouernatore, acciò si faccia la Visita delle secrete con interuento suo, e di Monsignor nostro Prelato alle Visite, & che almeno à Natale, e Pasqua di Resurrettione si faccia la Visita generale delle secrete, con l'interuento delli Reuerendissimi Monsignori Gouernatore, Auditore della Camera, Vicario, e Prelato nostro, ò di altri Prelati, e Giudici.

Non mancarà mai d'interuenire à tutte le Visite publiche, che si sogliono fare ogni Giouedì alternatiuamente per tutte le carceri dalli Reuerendissimi Visitatori Apostolici, hauendoui ancor'essi luogo fra loro.

Farà ogni opera, che nelle publiche si dica la Messa ogni mattina nelle solite Cappelle delle carceri, e mancando cera, e paramenti, auuisarà il Proueditore, e Sacrestani della nostra Archiconfraternità, acciò si proueda.

Si adoprerà, che li carcerati habbino spesso le prediche, e commodità di potersi confessare, e communicare, e che viuono col timore di Dio christianamente, e che si remouino in ogni modo dalle bestemmie, dishonestà, e giuochi prohibiti.

Et ancora che li carcerati non siano angariati dalli guardiani delle prigioni per le prigionie, oltre lo stabilimento fatto da' Superiori.

Che li poueri Infermi siano medicati diligentemente, e però visitarà l'Infermaria delle prigioni, acciò à nessuno gli manchi il suo bisogno.

Starà vigilante ancora, che li Visitatori delle publiche, delle quali egli è Priore non preterischino l'officio loro.

Poi gli altri Visitatori delle carceri publiche saranno quattro, vno per Campidoglio, vn'altro per Corte Sauella, e l'altro per Torre di Nona con Ripetta, & altro per Borgo, e Ripa grande, ciascuno di loro hauerà cura della sua prigione particolarmente, l'Offitio, e fatica de' quali durerà solo per tre mesi, e più, e meno ad arbitrio della Congregatione secreta.

Questi haueranno in consegna vn libro per vno, doue scriueranno le loro Visite, e le dimande, che fanno gli poueri carcerati per dagliene soccorso, & ogni Sabbato visitarà ciascun di loro la carcere destinatagli.

Parimente procureranno, che li carcerati non siano maltrattati dal Mastro di casa, dal Capitano, ò Guardiano delle prigioni, e sapendo alcun disordine, potranno darne notitia al Priore, ò al Prefetto, ò Prelato, ouero alla Congregatione, acciò si pigli il remedio più opportuno.

S'informaranno in generale del Mastro di casa delle prigioni del bisogno spirituale, come temporale delli poueri carcerati, ancora se dal nostro Deputato sarà stato in quella settimana giornalmente distribuito il pane, secondo il nostro instituto, farà nota nel libro col numero di esso pane, hauendo cura, che il nostro Deputato non manchi mai; e trouando il contrario, ne darà conto alla Congregatione acciò si proueda.

Interrogaranno ciascuno di essi li prigioni, che sono in publico vno per volta, se sia confessato, e quanto tempo è, e volendo confessarsi gli prouederanno di Confessore, e gli addimanderanno del nome, cognome, patria, e natione, e la causa della sua carceratione, chi è il suo Auuersario, & il suo Giudice, e Notaro, se ha parenti, ò amici da sperarne aiuto, se ha bisogno, o desiderio, che si tratti, ò patli per esso con alcuno, promettendogli, che dalla Compagnia, o suoi Deputati haueranno ogni sorte di aiuto di poi così cō il Giudice, come con gli suoi Auuersarij, ricordando alli carcerati poueri per debito ciuile, e che non hanno modo di pagarlo, di valersi di quei remedij, che gli concede la legge, che hauendo prouato prima la vera pouertà loro, si faccino alimentare dentro nelle carceri dalli suoi Creditori; Auuertendogli, che questa opera si fà per gloria di Dio, e per pietà del prossimo, e non per interesse, nè per alcun'altra speranza mondana.

Faranno instanza, che li Superiori (se il caso sarà tale) che gli ammalati siano relassati, stante causa infirmitatis, con la fede del Medico, e non potendo ottenere la rilassatione ne daranno notitia al Priore, & Infermiero dell'Archiconfraternità, acciò loro procurino, che si mettano nell'Infermarie delle carceri.

Pigliaranno in nota, e scriueranno nelli lori libri quei casi de' carcerati miserabili si di huomini, come di donne, col nome, cognome &c. secondo l'informatione, che haueranno.

E di tali carcerati faranno vn polizzino per vno, ponendoui in cima il nome delle carceri, e poi del carcerato, la petitione, e bisogno di esso, & in fine il Giudice della causa, e con ogni discreta, e semplice relatione, lo referiranno alla Congregatione publica, che si farà ogni Domenica per seruitio de' poueri carcerati, nella quale li Signori Prefetto, & Assistenti (ritronandosi però) ouero vno delli Officiali di ciascun caso riferrone, faranno distributione particolare fra li fratelli, deputando quello, o quelli, che più giudicaranno idonei, acciochè ogni carcerato habbia vn difensore, che solleciti la sua speditione, e che lo aiuti insino alla sua liberatione.

Et detti Visitatori sotto il nome del carcerato, che haueranno scritto nel suo libro, e che saranno descritti, notaranno il nome del Deputato, per poterlo riferire al carcerato, & acciò si possa nella seguente Congregatione dimandare à ciascun Deputato conto de' casi vecchi, e quello, che haueranno fatto per li carcerati commessogli.

Haueranno ancora in pensiero di ricordare in Congregatione se della sua carcere alcuno carcerato sia morto, o fatto morire, acciochè da tutti li fratelli non se gli manchi delli determinati suffragij.

Sopra'l tutto non mancheranno mai di fare ogni Sabbato le loro Visite, e d'interuenire le Domeniche alle Congregationi publiche, consistendo in questo l'aiuto de' carcerati, secondo il nostro Instituto.

Cauato dal cap. xxviij. de Statuti della Pieta.

CAP. V.

Diuisione tra Torre di Nona, e Corte Sauella de' Carcerati, che si pigliano dentro, e fuori di Roma.

Fede del Cap. Antonio Capella della distributione de' carcerati tra Torre di Nona, e Corte Sauella.

IN Dei nomine Amen. Anno millesimo sexcentesimo vigesimo nono, indictione septima, tempore Pôtificatus Sanctissimi in Christo Patris & D.N.D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. die vero 6. mensis Aprilis dicti anni &c. In mei &c. præsens, & personaliter constitutus D. Capitaneus Antonius Cappellus de Terra Santi Quirici Camerinen Diœcesis &c. spôte &c. omni &c. pro veritate requisitus, medio iuramento tactis &c. fidem fecit, & attestatus fuit prout infra, videlicet &c.

Faccio piena, & indubitata fede per la verità à chi spetta, con il mezo del mio giuramento, qualmente il scompartimento delli Rioni tra Torre di Nona, e Corte Sauella dell'inclita Città di Roma stà in questa forma, cioè il Rione di Corte Sauella comincia da Porta Pia fino alla cantonata delle quattro Fontane à mano dritta, si viene à calare alla piazza del Duca Sforza, mentre si cala à basso à mano manca si troua vn vicolo, che esce à S. Nicola à capo le case, si entra in questo vicolo doue principia la parte di Corte Sauella dell'vna, e l'altra parte di detto vicolo fino a S. Nicola, & di lì per andare alla Fontana di Treui a mano dritta è di Torre di Nona, & a mano manca è di Corte Sauella, e così seguita insino a piazza Sciarra, poi alla Ritonda doue si passa per mezzo la piazza, seguitando sempre a mano dritta di Torre di Nona, e la manca di Corte Sauella, e così si arriua alla cantonata di S. Enstachio, e si và verso la Dogana similmente la mano dritta di Torre di Nona, e la manca di Corte Sauella, e così fino in piazza Mzdama, e poi seguita piazza Nauona, e si tira verso S. Biagio delli pettini, e suolta per il vicolo che và all'offitij del Vicario, quale tutto tanto a man dritta, quanto a man manca è di Corte Sauella. Di poi si volta verso il Palazzo di Monsig. Gouernatore, e si tira dritto verso monte Giordano, quale pure è di Corte Sauella, eccettuato l'offitio del Gouernatore per esser dentro il Palazzo di esso Gouernatore, quale và in Torre di Nona, e così entrano tutti li vicoli di detta strada fino a monte Giordano, da monte Giordano per andare in Banchi a mano dritta è di Torre di Nona, & a mano manca fino al vicolo del panone è di Corte Sauella, e così dentro il vicolo del panone fino alla chiauica delli Sforza, e di lì per entrare nel vicolo che và in strada Giulia doue è il palazzo di Ceuoli, e di lì medesimamente a mano dritta, & a mano manca è di Torre di Nona, e dalli Cursori medesimamente per venire in Corte Sauella tanto per strada Giulia, quanto per altre strade è di Corte Sauella: e questo è il modo che io ho osseruato mêtre ho seruito per spatio di quaranta otto anni in circa diuersi Tribunali, cioè per Bargello di Campidoglio, Borgo, e del Vicario, e per Logotenente di diuersi Bargelli di Roma, e così per la verità ricercato come di sopra, ho fatto la presente fede &c. super quibus rogauit &c. Actum in Terra Sancti Quirici, & in Aromataria Plateæ sita propè &c.

Fede di Rodomonte Nobili Notaro sopra la distributione de' Carcerati tra Torre di nona, e Corte Sauella.

IO infrascritto fò fede per la verità, qualmente circa il principio del mese di Luglio prossimo passato, & alcuni giorni prima, che il Sig. Fuluio Passerini venisse a morte, hauendo io parlato vna mattina in Banchi con detto Sig. Passerini per intendere da lui, come passasse la diuisione delle carceri di Torre di Nona, e di Corte Sauella, per côto de' prigioni, che si pigliano per Roma, & anco di quelli, che vengono di fuori, essendone detto Sig. Passerino informato per esser stato Capo Notaro nel Tribunale di Monsig. Gouernatore di Roma fino dalli Pontificati di Papa Paolo V. e Gregorio XV. & anco sotto il felicissimo Pontificato di Papa Vrbano VIII., mi disse, che nel tempo che era Gouernatore Monsig. Gessi, che poi fù Cardinale, si fece Congregatione per l'agiustamento, e diuisione come sopra di dette carceri, che in detta Congregatione si determinasse, che detta diuisione douesse cominciare dalla porta grande della Chiesa di S. Giouanni de Fiorentini, e tirar dritto per la strada della Zecca vecchia, che riesce in capo a Banchi, e da Banchi per la strada de' Cursori vecchi per la strada di monte Giordano, da monte Giordano per la strada dritta, che và agli offitij del Vicario, in Parione, a Pasquino, voltando a mano dritta auanti al palazzo de Signori Vrsini, cioè dalla porta grande di detto palazzo, poi nella piazza di S. Pantaleo per la strada del Palazzo de' Signori Massimi, alla piazza di S. Andrea della Valle, cioè dritto per la strada del palazzo della Valle, e de' Signori Strozzi, e Caffarelli; poi al palazzo de' Signori Cesarini, e da Cesarini per la strada dritta che riesce al Giesù, e dal Giesù per la strada del palazzo di S. Marco, e da detto palazzo voltando a mano manca trapassâdo la strada del Corso per il vicolo doue è la Chiesa, e Monasterio de' Monaci Camaldulensi, che poi riesce nella piazza de' Santi Apostoli, & in capo a detta piazza tirando al palazzo, che stà in faccia, che al presente vi habita il Sig. Duca Sforza, cioè per il vicolo di detto palazzo a mano manca, che và a

monte

vicino al morire; nè però è bene ad aspettare, che tutti, o la maggior parte di detti segni occorrino; ma quando si vede, che qualcheduno di quei più deboli, e lontani dal pericolo della morte del Reo accaderi, farlo subito intendere al Giudice, acciò lo facci deponere dal tormento, e protestare del pericolo della morte del Reo, altrimenti volendo aspettare degli accidenti maggiori, si correrebbe pericolo, che non vi fosse tempo, e che il Reo morisse nel tormento inaspettatamente prima di farlo calare.

Illustrissimo Sig. Il contenuto di esso è stato da me con ogni diligenza osseruato, e pratticato per lo spatio di otto anni in dar detto tormento di Veglia, essendo io Chirurgo della Carità, e carceri di Roma, al qual tormento il detto Chirurgo deue sempre assistere: e per fine à V. S. Illustrissima faccio humilissima riuerenza.

Di V. S. Illustriss. e Reuerendiss.

Humiliss. & obligatiss. Seruitore,

Antonio Gallina.

CAP. VIII.

Commissiones, & rescripta Sanctissimi, quibus probatur cognitiones causarum Visitæ fuisse auocatas ab ordinarijs Iudicibus, & remissas Carcerum Præsidi.

Die 14. Iunij 1591. Romana.

BEatissime Pater. Deuota Sanctitatis Vestræ Oratrix Bernardina Francisci Barberij obligatum habebat Ludouicum in scutis 90. existente dicto Ludouico in carcere Visitatores decretum fecerunt, vt præstito consensu subhastationi bonorum, & data cautione &c. relaxaretur, prout fuit relaxatus. Bernardina comparuit coram secundo Collaterali ad effectum subhastandi bona, & de pretio sibi satisfaciendi, quæ cum agnosceret posse agere vigore dicti Decreti Visitatorum coram carcerum Præside comparuit, & obtinuit subhastari vnam domum ipsius Ludouici; Ludouicus verò sub prætextu, quod appellasset ad Capitaneum, obtinuit per Capitaneum reuocari omnia facta per Præsidem carcerum, quare, ne Oratrix cogatur suum creditum inexactum relinquere, &, ne iurisdictio Dominorum Visitatorum iurisdictione Capitanei confringatur, recurrit ad pedes Sanctitatis Vestræ, vt dignetur committere eidem Præsidi carcerum, vt iuxta suas facultates in causa procedat cum facultate &c.

De mandato S. D. N. PP. eidem Clericus inhibeat etiam sub censuris, decernat, relaxet, procedat vt petitur, & iustitiam faciat.
Placet H.

Die 21. Nouembris 1598. Vrbis.

PAter Sancte dignetur Sanctitas Vestra causam appellationis &c. à prætensa sententia per R. P. D. Serlupium ad fauorem Dominici Pontanæ aduersarij contra Rosatum de Rubeis, vt dicitur lata, de, & super pecuniarum summa scutorum 800. rebusque &c. alicui ex Sacri P. A. causarum Auditoribus committere de mandato &c. Audiat Magister Alexander Litta, citet &c. Placet D. N. PP. B. Amerin.

PAter Sancte, si Rosatus de Rubeis orator in præinserta nominatus narrasset, quod in causa duas sententias reportauit, & quod R. P. D. Pamphilius in vim commissionis executorialis in vim duarum conformium, & rei iudicatæ mandatum executiuum relaxauit cõtra dictum Rosatum, & exequutum fuit, qui ad euitandam diuturnam carcerationem obtinuit à R. P. D. carcerum Præside excarcerari, præstito consensu subhastationi bonorum, & postmodum repertis impedimentis super bonis indicatis mandatum exequutiuum à carcerum Præside pro repræsentatione dicti Rosati obtinuit &c. Ideo supplicat Sanctitatem Vestram Orator præfatus quatenus præuia auocatione causæ &c. à R. P. D. Litta si opus fuerit, dignetur eidem R. P. D. carcerum Præsidi committere, vt ad vlteriora procedat cum potestate &c.

De mandato D. N. PP. eidem Clericus procedat, vt petitur &c. Placet D. N. PP. B. Amerin.

Die 14. Iulij 1610.

PAter Sancte, Leo Bempensatus Hebræus vendidit Oratori Alphonso Confalonerio de Recineto quandam possessionem pretio scutorum mille, ad bonum computum recepit ab Oratore scuta 351. monetæ, residuum soluere promisit ad certum tempus, possessio huiusmodi ab alijs euicta fuit, exhibito instrumento coram primo Collaterali pro summa soluta contra dictum Hebræũ venditorem mandatum obtinuit, & in vim illius carceratus à Dominis carcerum Visitatoribus obtinuit causam huiusmodi delegari Reuerendissimo Domino carcerum Præsidi, à quo obtinuit relaxari, data cautione de soluendo scuta 70. quolibet anno de semestre in semestre; Hebræus cum dicta cautione fuit relaxatus, sed quia promissa non seruauit, fuit iterum carceratus de mandato Præsidis, & fingens se pauperem S. V. rescribi obtinuit, vt probata paupertate Oratorem cogeret ad subministranda alimenta, tamen cupiens liberari venit ad concordiam de soluendo iulios 25. quolibet mense, fuit itaque Hebræus in vim dictæ concordiæ relaxatus, non attenta litis pendentia coram Carcerum Præside, iudicium rescisorium dictæ concordiæ coram Locumtenente ciuili eiusdem Vicarij mouit, & assertam sententiam super rescissione dictæ concordiæ extorsit. Dignetur igitur Sanctitas Vestra causam &c. alteri Iudici, & si magis placet Præsidi de causa informato cõmittere &c. cum facultate &c.

De mandato D. N. PP. audiat idem Præses, citet, inhibeat, & sub censuris procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. Placet D. N. PP.

M. Cardinalis Barberinus.

CAP.

CAP. III.

Capitoli da osseruarsi dalli Carcerati delle Publiche da basso di tutte le carceri di Roma di ordine dell'Illustrissimo, e Reuerendiss. Sig. Cardinale Santa' Seuerina Protettore del Santissima Carità di Roma, e di Monsig. Reuerendissimo Arcimboldo Prelato della medesima Archiconfraternità.

1 IN primis, che ogni carcerato, che pro tempore si ritrouerà nelle carceri, nelli tempi della Natiuità di Nostro Signor Giesù Christo, & della Resurrettione siano obligati à confessarsi, e communicarsi & il Maestro di casa pro tempore esistente, sia obligato tenerne nota, e quella daria al Procuratore, acciò ne possa dar conto alli Superiori, sotto pena di priuatione al Mastro di casa, & altre pene arbitrarie, & alli carcerati, che non non si confesseranno, e communicaranno, come sopra, ad arbitrio pure delli Superiori.

2 Item si prohibisce al Mastro di casa, che non possa, nè debba detta la Messa tenere aperta la Cappella, nè lasciarui entrare alcun carcerato, atteso che si può dalla cancellata fare oratione competentemente, sotto pena di priuatione, & altre pene ad arbitrio, vt supra.

3 Item che tutti li carcerati, non essendo legitimamente impediti, ogni mattina sonata la campanella siano tenuti andare alla Messa, & alla oratione solita, altrimenti siano priuati della loro parte delle limosine tanto del pane, quanto del resto, nè si possa reintegrare senza licenza delli prefati Illustrissimi Signori Protettore, Reuerendissimo Prelato, e loro Procuratore.

4 Item che il Mastro di casa sia tenuto nell'entrare di qualsisia carcerato condurlo à fare oratione, e poi dal medesimo gli sia lecito farsi dare

5 cinque baiocchi, quali habbiano da fornire per l'acqua, sale, candele, scope, olio per la lampade, e tiam della Torre, oltre le altre per ciascheduna, se ra il detto Mastro di casa debba hauere baiocchi tre.

6 Item che nessun carcerato ardisca giocare a carte, dadi, nè à qualsiuoglia altro giuoco prohibito, sotto le medesime pene la prima volta, e per la seconda ad arbitrio, vt supra.

7 Item che nissuno possa dalle ferrate pigliare danari, che si danno per limosina publica, ma quelle farle mettere nelle cassette, sotto pena vt supra.

8 Item che nessun carcerato ardisca, ò presuma pigliare qualsisia robbe, che da qualsiuoglia persona fosse portata per limosina de' carcerati, ma quella far dare in mano del Mastro di casa per distribuirla secondo il solito, sotto le medesime pene.

9 Item che nessun carcerato possa, nè debba stare a sedere sopra le fenestre, e ferrate di quelle, nè far rumore, beffeggiando persone, che passano per strada, ò dicendo alcuna parola dishonesta, sotto medesime pene.

10 Item che nessun carcerato possa stare alle fenestre, nè in altri luoghi, nè domandare, ò accattare limosine, se non quelli, che saranno deputati dal Mastro di casa, sotto le medesime pene.

11 Item che nessuno ardisca buttare, nè far buttare immonditia, ò bruttura alcuna doue si passeggia, ò dorme, & in specie nel luogo de' necessarij, sotto le medesime pene.

12 Item che non sia lecito ad alcuno, tanto di giorno, quanto di notte dar fastidio agl'altri, nè fare in qualsiuoglia modo cedole, ò mandati, acciò non habbia da nascere scandalo alcuno, sotto le medesime pene.

13 Item che nessuno possa dir male, nè biasimare il Mastro di casa, che sarà pro tempore, ma quello vbedire nelle cose lecite, e concernenti al suo officio, eccetto, che facendo cose brutte, habbi ricorso alli prefati Illustrissimi Sig. Cardinale, e Prelato, sotto le medesime pene.

14 Item che il Mastro di casa non possa pigliare danaro dalle cassette, senza presenza di doi altri carcerati più vecchi, che pro tempore vi saranno.

15 Item che contrafacendo alle cose predette, il prefato Mastro di casa s'intenda essere incorso in pena della priuatione, & altre arbitrarie di Sua Signoria Illustrissima, e del Reuerendiss. Monsig. Prelato.

16 Item che le sopradette parti, che si leueranno à quelli, che contrauerranno, la terza parte sia dell'accusatore palese, ò secreto, che sarà, & il restante s'intenda essere ad augumento degli altri carcerati.

Datum Romæ apud S. Hieronymum die prima Iunij 1584.

Arcimboldus Prælatus.

Si legge impresso in foglio volante.

CAP. IV.

Taxa seruanda à Scriptoribus Archiuij Romanæ Curiæ,

GREGORIVS Papa XIII. Motu proprio. Alias cupientes idemnitatibus, atque dispendijs partium litigantium in Vrbe potissimum verò in causis in quibus per Archiuij Romanæ Curiæ Scriptores, tam coram S. R. E. Cardinalibus, quam totius dictæ Curiæ Prælatis, siue vigore specialis commissionis, siue viuæ vocis oraculo siue etiam vigore compromissi inter partes facti, & alias quomodolibet introductis, & introducendis, hactenus scriptum est; & deinceps scribere contigerit consulere taxas quasdam registrorum, notarum, sententiarum, & diuersorum aliorum actorum, & instrumentorum, per eosdem Scriptores in causis ipsis factorum, & in dies faciendorum, pro congrua, & competenti Scriptorum eorumdem mercede conficien. dilecto filio nostro S.R.E. Cardinali Riario nuncupato, cuius circa hoc experientiam iamdiù abundè cognouimus, qui dum non minori studio, quam nos ipsi circa partium litigantium huiusmodi indemnitatem versaretur rem sibi commissa à nobis exequi desiderans, taxas registrorum, Notarum, sententiarum, & aliorum actorum in huiusmodi causis fieri solitarum condidit huiusmodi tenoris, videlicet.

Pro

Pro quolibet folio copiæ sc. 6
Pro fide cuiuslibet primi actus sc. 45
Et si fuerint plures addantur iulij duo pro quolibet actu sc. 20
Pro quolibet centenario registri boni recipien in carta non bobula iulius quadraginta quatuor sc. 40
Pro quolibet centenario rubricaturæ processus de partibus iulios viginti sc. 2
Testes qui non rubricantur soluantur pro medietate sc.
Processus habiti vigore remissoriæ, seu cõpulsoriæ, & alij excedeñ folia vigintiduo non registrentur, sed habeatur respectus quatenus rubricatura veniat duplicañ, vel triplicañ.
Pro nota sententiæ in prima instantia corã Referendario iulios triginta sc. 3
In secunda iulios viginti sc. 2
In tertia iulios quindecim sc. 1 50
Pro nota sententiæ interlocutoriæ iulios quinque sc. 50
Pro nota sententię declaratorię iul. 5. sc. 50
Pro instrumento declaratoriæ iul. sex sc. 60
Pro brachio sæculari iul. decẽ & octo sc. 1 80
Pro nota sentẽtiæ absolutoriæ à cẽsuris sc. 50
Pro instrumento absolutionis iulios sex sc 60
Et si fuerint plures addantur pro quolibet iulij tres sc. 30
Pro capitulo, seu Communitate iulios triginta sex sc. 3 60
Pro instrumento reintrusionis in censuras sc. 60
Pro quolibet teste examinato in officio sc. 45
Extra officium duplum
Et si materiæ fuerint excessiuę in offic. sc. 60
Extra officium duplum
Excessiuitas intelligatur si articuli, seu interrogatoria excedant numerum 22.
Pro publicatione, seu summario testium soluatur modo quo supra, & habeatur respectus ad excessiuitatem.
Pro mandato de subastando extra Curiam iulios septem cum dimidio sc. 75
In Curia iulios quatuor cum dimidio sc 45
Pro alio de deliberan. in Curia, & extra tantundem.
Pro citatione cum inhibitione sub censuris extra Curiam iulios duodecim sc. 1 20
Pro citatione simplici extra iulios septem cum dimidio sc. 75
Pro citatione cum inhibitione in Curia iul. quatuor cum dimidio sc. 45
Pro simili extra Curiã absque censuris sc. 1
Pro cõpulsorialibus generalib. iul. octo sc. 80
Pro compulsorialibus generalibus iulios decem sc. 1
Pro monitorio pœnali vigore commissionis iulios octo sc. 80
Pro sequestro extra Curiam iulios octo sc. 80
Pro instrumento relaxationis illius sc. 60
Pro mandato de consignando, pecunias, res, & bona postquam fuit relaxatum mandatum executiuum extra Curiam iulios nouem sc. 90

In Curia iulios sex sc. 60
Pro Instrumento intimationis, litis, cessionis, & similia sc. 60
Pro mandato executiuo extra Curiam iulios viginti quinque sc. 2 50
In Curia iulios viginti duo sc. 2 20
Pro mandato de exequendo extra Curiam iulios octo sc. 80
Pro fide decreti, seu simili mandato in Curia iulios quatuor sc. 40
Pro instrumento remissoriæ iulios quindecim sc. 1 50
Et tantundem soluatur pro literis missiuis cum articulis, qui si fuerint excessiui habeatur respectus ad scripturam.
Pro instrumento prorogationis termini remissorię, seu deputationis iudicum iulios sex sc. 60
Pro quolibet palmo rotuli remissoriæ iul. quinque sc. 50
Pro instrumento subdelegationis iul. x. sc. 1
Pro mandato de immitten in possessionẽ soluatur tantum, quantum pro mandato executiuo in Curia, & extra.
Pro deposito soluãtur pro quolibet scuto b. duo sc 2
Pro deposito cedularum nihil soluatur, sed tantum pro restitutione iulios quatuordecim cum dimidio sc. 45
Pro restitutione cuiuscumq. scripturæ sc. 40
Et si fuerint excessiue habeatur respectus.
Item quod pro registratura quorumcumq. mandatorum, & aliorum instrumentorum pro quibus solet fieri depositum in Rota soluantur folia quinquaginta registri etiamsi nõ fiat.
In causis coram Cardinalibus soluatur duplum iuxta solitum, videlicet pro litigantibus.
In causis Cardinalium, videlicet pro Cardinalibus proprijs, & aliorum priuilegiatorum, seruetur solitum eorumdem priuilegiorum.
Pauperes præsentes, & etiam absentes per procuratores legitimos admittantur ad iuramentum paupertatis ab vno ex defensoribus Collegij, qui à tergo cõmissionis debeat annotare iuramentum paupertatis, & admissi soluãt pro medietate
Pro duplicatis soluatur medietas omnium supradictorum.
De mandato Sanctissimi A. Cardinalis Riarius die 29. Martij 1580.

Verum ne fortè approbationis nostræ defectu taxas ipsas temporis successu aliqua ratione minus obseruari, aut infringi contingant illas, prout singillatim hic discribũtur, perpetuo approbamus & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, illosque tam à Scriptoribus, & eorum substitutis, quam partibus litigãtibus prædictis penitus obseruari mandamus districtius inhibentes Scriptoribus eisdem, ne ipsi, & eorum substituti, sub pœnis ipso facto sine intermissione incurrendis, videlicet suspensionis ab officij exercitio, & emolumentis omnibus prima

transgressione per sex menses, secunda per annum tertia vero perpetuo, ac pro qualitate rei arbitrio Præsidis Correctorum Collegij, etiam priuationis officij partibus litigantibus huiusmodi aliquid vltra, quam quod in taxis ipsis expressum est pro eorum mercede exigant, contrarium vero facien eos ad restitutionem plus exacti partibus facien teneri, ac pœnas prædictas incurrisse eo ipso statuimus, & declaramus, sicque per quoscumque Iudices sublata &c. irritum quoque &c. decernimus Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis per quoscumque Romanos Pōtifices prædecessores nostros desuper quomodolibet æditis, & ædendis, ac quatenus opus sit Cameræ Apostolicæ nouis reformationibus, & Collegij Scriptorum eorumdem statutis, ac iuramento roboratis, priuilegijs quoque indultis &c. Quibus omnibus illorum tenores &c. latissimè, specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Placet V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kalendis Iunij anno decimo.

Aduertendum est ad id, quod supra dicitur de solutione facienda occasione depositi ad rationem b. duo. pro scuto. quod iuxta constit. eiusdem Gregor. XIII. 94. Inter multiplices animi, in bull. 361. postea emanatam fieri debent deposita excedentia scuta quinque penès Montem Pietatis.

CAP. V.

Editto di Monsig. Spada Gouernatore di Roma di quello, che si ha da osseruare da' Bargelli, Esecutori, e Capitani delle Carceri.

DI ordine della Santità di Nostro Signore per il presente Editto, Commandiamo alli Bargelli, e loro Esecutori, Capitani, e Guardiani, & altri seruenti alle carceri di douere intieramente, & inuiolabilmente osseruare gli ordini, e tasse della Riforma, & altri fatti da noi, e nostri predecessori pro tempore, circa l'esercitio loro stabilito, non ostante qualsiuoglia stile, vso, consuetudine, osseruanza, ò interpretatione contraria, & acciò che possano piu facilmente venire à notitia de' Carcerati: Ordiniamo.

Che di quelli, e del presente ordine debbano tenere nelle carceri quattro copie in stampa, vna nella stanza del Cancelliero, l'altra nella stanza del passeggio, l'altra nella publica da basso, e l'vltima dentro alla porta del cancello in luogo commodo à poter esser letti da ogn'vno, le quali mai si debbano muouere, nè leuare sotto qualsiuoglia pretesto, ò colore, anzi che subito si trouassero remosse, ò lacerate, debbano da essi Capitani, e guardiani essere iui rimesse, e rinouate, sotto le pene in detti ordini contenute, & altre arbitrarie da eseguirsi irremissibilmente senz'altra formalità di processo, & alla sola denuntia con giuramento del carcerato, contro il quale si farà contrauento, ò altra pena ad arbitrio nostro. Dato questo dì 28. Settembre 1635.

Sotto l'Editto sudetto seguitano gli ordini della Riforma di Paolo V. li quali non si pongono qui, perche li carcerati possino vederli ne' luoghi delle carceri doue stanno affissi. E poi ci è l'infrascritta sottoscrittione.

Gio. Battista Spada Gou.

Valentino Valentini Not. della Carità.

In Roma nella Stamparia della R.C.Ap. 1635.

CAP. VI.

Ordini de' Signori Visitatori, che gli Essecutori non leuino cosa alcuna à quelli, che conducono carcerati.

DI ordine degli Illustrissimi, e Reuerendissimi Signori Visitatori delle Carceri, si prohibisce espressamente à tutti li Barigelli, & Essecutori di qualsiuoglia Tribunale, sotto pena della priuatione dell'offitio, & esercitio, di scudi 200. d'applicarsi irremissibilmente per tre quarti alla Reuerenda Cam. Apostolica, e per l'altro quarto all'accusatore, & anco di altre pene corporali ad arbitrio di detti Illustrissimi Signori, che non debbano leuar danari, vestiti, robbe, ò altro, che trouino adosso a quelli che condurranno prigione per qualsiuoglia causa ciuile, ò criminale, ma tutto quello, che gli haueranno trouato, lo faccino consegnare fedelmente al Capitano, ò Cancelliero delle carceri alla partita doue si nota il nome del medemo carcerato, acciò dalli Superiori, à chi toccarà si possa opportunamente ordinare quello si douerà fare. Dat. in piena Visita fatta nelle carceri di Corte Sauella questo di 27. di Gennaro 1611.

Iul. Monterentius Gubernator.

Pro D. Angelo Lactantio pro Char. Not. Gentiles de Gentilinis Act.

Supradictum Decretum affixum, & publicatū fuit ad valuas Curiæ Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Almæ Vrbis Gubernatoris, & acici Campi Floræ, ac alia loca in Vrbe solita, & consueta hac die 31. Ianuarij 1611. per me Lucam Saladum Curiæ Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Gubernatoris Vrbis, & Vicecamerarij Mandatarium.

In Roma nella Stamparia della Reu. Cam. Ap. 1611.

Si legge anco registrato nel libro de' Decreti della Visita.

CAP. VII.

Editto sopra le prigioni di Torre di Nona, e Corte Sauella.

SOMMARIO.

1 *Causa del presente editto.*
2 *Ordine, e pena imposta tanto a' carcerati del passeggio, li quali in qualsiuoglia modo auuisano, ò portano*

portano imbasciate, ò viglietti alli carcerati in secreta, e li riportano da essi, quanto alli Guardiani, li quali non li tengono serrati nelle stanze à loro assegnate.

3 *Pena imposta à' Guardiani, Infermieri, & altri li quali in qualsiuoglia modo auuiseranno li carcerati in secreta di quanto si fà da' Giudici nelle carcere.*

4 *Che li Guardiani fuori delle hore necessarie, ò di necessità non possino entrare nelle secrete per trattare con li carcerati.*

5 *Che li Guardiani mentre alcun reo stà al tormento non possino introdurre nelle carceri alcun Procuratore, ò altri &c.*

1 VOlendo Monsignor Gouernatore, Monsig. Auditore della Camera, & altri Signori della Visita delle carceri di Roma prouedere alli grãdi abusi, che si sono introdotti per negligenza, colpa, e dolo de' Guardiani, li quali sotto pretesto di lasciare andare à passeggio li carcerati per tutte le carceri tanto di Torre di Nona, quanto di Corte Sauella per tirare qualche bibalia, ò mancia se ben prohibita, occorre che essi prigioni sotto questo colore vanno alle secrete, portano imbasciate polize, lettere, e ne riceuono da essi carcerati in secreta, & ogni cosa si fà publico, & anco nasce discordie per quanto s'intende, che li Guardiani fanno il medesimo, e quello, ch'è peggio si lasciano stare nel cortile li condennati alla forca, galera, & altri facinorosi messi alla larga, che può causare conspirattione, frattura di carcere, & altri

2 mali; però si commanda, che tutti li carcerati tãto criminali, quanto ciuili, debbano stare nelli luoghi, camere, ò sale à loro assegnate, e li Guardiani debbano tenerli serrati, che non possano andare vagando alle secrete, nè per le carceri, sotto pena tanto alli carcerati, che contrauerranno, quanto alli Guardiani di tre tratti di corda per ciascuna volta, e ciascuna persona, & anco della galera, secondo il dolo, e la temerità maggiore, e minore ad arbitrio del Giudice.

3 E di più si commanda alli Guardiani, & altri Ministri di dette carceri, etiam che fossero Infermieri, Confessori, e d'ogni sorte, e qualità, li quali auuiseranno detti carcerati nelle secrete con portar lettere, imbasciate, render risposte, propalare quel che si fà in dette carceri per li Giudici, sotto pena à chi contrauerrà della galera perpetua, e della forca ad arbitrio del Giudice, e secondo la qualità del caso, e della contrauentione, che hauerà commessa.

4 Nè sia lecito ad alcuno di essi Ministri fuor delle hore del portar da mangiare, e da bere, e che gli sarà commandato da' Giudici, e nelli casi (che Dio ne guardi) di qualche necessità andare à dette carceri secrete, e parlare à detti carcerati di cosa alcuna, che apparrenga alle cause loro, sotto le medesime pene.

5 Et anco si commanda à detti Guardiani, sotto pena di tre strappate di corda, che mentre per qualsiuoglia Giudice si dà la corda à qualche reo non possano introdurre alcun procuratore, nè altra persona in dette carceri, e quelli che vi sono si debbano fare vscir fuori per leuare ogni occasione d'intendere, siche ogn'vno si guardi di non contrauenire, che si verrà alla essecutione di dette pene irremissibilmente, in fede &c. 1597. 15. Augusti. Romæ.

D. Tuscus Gubernator.

M. Lantes Auditor.

Antonius Bart. pro Charit. Not.

CAP. VIII.

Ordine da osseruarsi dalli Capitani, & altri Officiali delle carceri di Corte Sauella circa la custodia di esse.

SOMMARIO.

1 *Causa del presente Bando.*

2 *Le porte di Corte Sauella verso il vicolo si ordina che stiano continuamente ben serrate, e non si aprino se non in casi necessarij.*

3 *Le camere destinate per le prigioni, che si tengono alla larga si prouendino di buone chiaui.*

4 *Li prigioni, che si tengono alla larga, quando è vn'hora di notte si rimettino tutti alle camere destinategli.*

5 *Il cancelletto della saletta, e l'altro da basso che và alle secrete, si deuono sempre tenere serrati a chiaue.*

6 *Le prigioni secrete si ordina, che si riuedino ogni notte, e quante volte.*

7 *Le chiaui delle prigioni gli Officiali le deuono tenere appresso di se.*

8 *Gli Officiali delle carceri non possono giocare, dormire, o mangiare con li carcerati, & a che cosa deuono auuertire.*

9 *Si ordina, che il sopradetto Bando si tenghi affisso in doi luoghi di dette carceri.*

10 *Si pone la pena in caso di contrauentione.*

1 VOlendo il Molto Illustre e Reuerendissimo Monsig. Berlingerio Gessi Vescouo di Rimini, e Gouernatore di Roma, prouedere, che non seguino inconuenienti nella custodia delle carceri, e carcerati di Corte Sauella, ordina, & espressamente commanda al Capitano, e respettiuamente alli Ministri, & Officiali di esse carceri, secondo la cura, & officio di ciascuno di essi, che debbano tenere continuamente serrate con buone, e forti chiaui dalla parte di fuori verso il vico-

2 lo de' Cappellari le doi porticelle, che da esse carceri riescono verso detto vicolo, e questo oltre le altre serrature, che vi deuono essere dalla parte di dentro, e che non le aprino se non per casi necessarij, e subito finito il bisogno le riserrino con le chiaui dall'vna, e l'altra parte.

3 Che debbano prouedere di buone chiaui, e chiauature alle camere destinate per li prigioni, che si tengono alla larga, e fare che sempre siino all'ordine per seruirsene alle hore debite.

4 Che debbino ad vn'hora di notte far tornare tutti li prigioni d'ogni qualità, e conditione nelle camere destinategli, senza ammettere alcuna scusa

e fatta la ricerca se ui sono tutti li prigioni, debbano con le chiaui serrare le fenestre, e le porte delle dette camere, e non le aprire se non ad vn'hora di giorno; e similmente debbano ad vn'hora di notte serrare con chiaui il cancello, ch'è per andare di sopra a mezzo la scala, che si troua passata la cucina.

5 Che debbano continuamente tenere serrato cō chiaue il cancelletto della saletta, doue si mangia che vá verso la cantina, e l'altro cancelletto da basso vicino alle secrete, & alla cantina, e solamente aprirli quando è necessario, e subito finito il bisogno serrarli, & anco mentre in cantina si lauora tenere detti cancelletti serrati come di sopra.

6 Che la notte sijno obligati prima di andare à dormire riuedere tutte le prigioni secrete, & anco fare l'istessa riuista ogni notte, vna volta la state, e due altre volte l'inuerno.

7 Che non debbano lasciare alcuna chiaue delle porte delle carceri in cucina, dispensa, ò altro luogo, ma tenerle appresso di se, ò se le depongono in qualche luogo, ò scrigno sicuro, non debbino lasciare aperta detta cassa, ò scrigno, ma serrarlo con buona chiaue, portandola sempre seco senza mai deporla.

8 Che non giuochino, dormino, ò mangino con alcuno de' carcerati, nè gli permettino, che pranzino, ò cenino nella dispensa, ò cucina, ma gli faccino mangiare nella saletta, ò nelle camere loro.

9 Che le cose, & ordini sudetti si osseruino da tutti inuiolabilmente, e si tenghino affissi in duoi luoghi delle carceri incollati sopra ad vna tauoletta, sotto

10 pena à chi non obedirà, ò contrauerrà in qualsiuoglia modo della frusta, galera, tre tratti di corda, e pena pecuniaria, secondo la qualità de casi ad arbitrio di Sua Sig. Illustriss. in fede &c.

Dat. in Palatio Reuerendiss. D. Gubernatoris in Vrbe die 20. Martij 1620.

Berlingerio Vescouo di Rimini Gouern.

Decius Cambius pro Char. Not.

CAP. IX.

Editto sopra l'audienza da darsi doi volte la Settimana da Monsig. Presidente delle carceri alli carcerati.

SOMMARIO.

1 *In quali giorni, & in quali carceri il Presidente habbi à dare audienza.*

2 *Li carcerati ciuili di Borgo, e Campidoglio habbino à esser trasportati gratis, & in quali carceri.*

3 *Con l'affissione della tabella li creditori s'intendino sufficientemente citati.*

4 *Chi non resterà sodisfatto del decreto ottenuto pro ò contra, sia obligato citare formalmente di nuouo il suo creditore.*

5 *Li carcerati di Torre di Nona, ò Borgo possino essere sentiti in Corte Sauella, e quelli di Corte Sauella, e Campidoglio in Torre di Nona, con citar prima la parte, e con la espressione del luogo dell'Audienza.*

Per farsi trasportare quanto debbano pagare.

1 Si notifica ad ogn'vno per commandamento della Santità di Nostro Signore, che in conformità della resolutione presa dalla sacra Visita delle carceri, in auuenire Monsig. Presidente di esse darà audienza due volte la settimana nelle medeme carceri, cioè il Martedì à Torre di Nona, & il Venerdì à Corte Sauella, & essendo li detti giorni impediti da qualche festiuità terrà l'Audienza, ò il giorno precedente, ò il susseguente à suo arbitrio, allhora che indicarà la tabella da esporsi vn giorno prima in quelle carceri doue farà l'Audienza.

2 Li carcerati per debito in Borgo, che vorranno esser sentiti; si trasportaranno dal Barigello di quel Tribunale gratis à Torre di Nona. E parimente gli carcerati di Campidoglio si douranno trasportare gratis da quel Barigello à Corte Sauella nelli giorni sudetti respettiuamente.

3 E li creditori, che hanno, ò hauranno i loro debitori nelle dette carceri, si hauranno per sufficientemente citati nella sopradetta tabella, che si affigerà in quelle carceri doue si tronano, ò doue deuono, come sopra si è detto, esser trasportati li loro debitori.

4 Ma se vna volta hauranno ottenuto qualche decreto ò à fauore, ò contro, delche non si sodisfaccino, non basterà la tabella à intimare i creditori, ma sarà necessario citarli formalmente, e così quando per non esser presente la parte, ò suo Procuratore il decreto, che si farà, douerà essere intimato, non potranno far dimeno li debitori carcerati di fare detta intimatione.

5 Non si prohibisce però alli carcerati di Torre di Nona, ò di Borgo di essere sentiti all'Audienza in Corte Sauella, e così quelli di Corte Sauella, e di Campidoglio di essere sentiti in Torre di Nona, ma in tal caso ancora douranno citare la parte, come si è detto nel caso precedente, cō esprimere il luogo, doue deue comparire; e volendo essere trasportati douranno pagare giulij doi per testa sino al numero di tre inclusiuè, e quando siano più due carlini per ciascheduno, & i Capitani delle carceri senza mandato di Giudice potranno consegnarli alli Sbirri, per trasportarli sempre che vorranno alle dette Audienze, e volendo essere sentiti per Procuratorem, douranno ottenere la licenza di Monsig. Presidente. Dat. in Roma il primo Decembre 1640.

Gio. Battista Spada Gouernatore.

Annibale Canina per la Char. Not. dep.

CAP. X.

Fr. Antonius Barberinus miseratione Diuina tit. S. Petri ad Vincula S. R. E. Presbyt. Card. S. Honuphrij nuncupatus S. D. N. Prouicarius generalis &c.

Volendo

VOlendo la Santità di Nostro Signore, che si continui l'opera delli Ergastoli cominciata e practicata fin'hora con frutto, e reputatione delle Religioni, e de' Religiosi medesimi condennati. Nè potendo queste esseguirsi senza capitale sufficiente alli alimenti de' carcerati, & all'altre spese communi necessarie per il mantenimento di essi, acciò si possa fare con minor peso, & incommodo delle medesime Religioni, doppo sentiti i Superiori delle principali di esse; per ordine espresso di Nostro Signore, ordiniamo, & espressamente commandiamo à tutti li Generali, Vicarij Generali, ò altri Superiori Generali di qualsiuoglia Religione Mendicante, e non Mendicante, Monaci, Canonici Regolari, Preti, ò Chierici Regolari anche della Compagnia di Giesù, e di qualsiuoglia altra Religione, che ricerchi speciale denominatione, niuno escluso, che con quei mezzi, che stimaranno più facili, e practicabili al loro instituto, anche per via di limosine da procurarsi per mezzo de' Predicatori (senza però specificar l'opera) da quelle Religioni, che non possono hauer danaro alcuno proprio, nè cõmune, siano tenuti metter insieme la maggior somma di capitale, che potranno fra il termine di cinque anni prossimi, per darne poi passato detto tempo senza altra monitione, auuiso à noi, ò altri allhora deputato Protettore alla sudetta opera delli Ergastoli dalla Santità di Nostro Signore, con obligo però di fare in tanto sapere à noi, ouero altri deputati come sopra alla fine d'ogni anno, anche non ricercati, quello, che haueranno fino all'hora raccolto per il sudetto effetto.

Il qual capitale distinto d'ogni Religione, douerà essere impiegato in tanti luoghi di monti Camerali non vacabili destinati, e vincolati ad effetto, che il frutto di essi serua per gli alimenti de i Religiosi carcerati pro tempore nelli Ergastoli, ogn'vno però per li particolari della sua Religione, e non per altri. Et detratta la quantità, che si determinarà necessaria ogn'anno per le spese communi alle quali concorreranno ogn'vna di esse, il resto, & auanzo di quelle, che non ci haueranno carcerati, ò minor numero di quelche importerà il frutto del loro proprio capitale, douerà ogni anno di nuouo rinuestirsi, acciò con il tempo resti constituito, & assicurato reddito sufficiente ad ogni vna di esse Religioni per gli alimenti, & altre spese de i Religiosi condennati à dette carceri, senza peso, ò grauezza delli Monasterij, e Prouincie, il che fin'hora è stato di molto impedimẽto al fine che si è preteso; sperando che basterà questo stimolo senza aspettarlo più rigoroso, e che ogn'vno delli sudetti Superiori, come già molti di loro si sono offerti, saranno à gara di vbbedire al commandamento di Sua Beatitudine in cosa di sì buone conseguenze alla loro Religione. E volendo che il presente Ordine venghi à notitia di tutte le sudette Religioni, commandiamo che sia notificato a tutti li Procuratori Generali di esse, ò altri Superiori habitanti in Roma, e che la detta notificatione ancorche estragiuditiale in qualsiuoglia modo fatta habbi forza di publicatione.

Dato in Roma li 10. Ottobre 1651.

Fr. Antonius Card. S. Honuphrij Prouisarius.

In Roma, nella Stamparia della R. C. A. 1641.

CAP. XI.

Tassa per le condutture de' Carcerati, che si conducono à Roma, e de' condennati alla galera, che parimente si conducono qui per trasmetterli alle galere di Ciuita vecchia da diuersi dello Stato di S. Chiesa da pagarsi alli Essecutori, che li conducono.

Ferrara, e contado	sc. 8.
Bologna, e Contado	sc. 8.
Imola	sc. 8.
Rauenna	sc. 8.
Faenza	sc. 8.
Forlì	sc. 8.
Cesena	sc. 8.
Rimini	sc. 8.
Qualsiuoglia altro luogo di Romagna	sc. 8.
Fano	sc. 5.
Ancona	sc. 4.
Macerata, e sua Prouincia	sc. 3.
Camerino	sc. 2.
Fabriano	sc. 2.
Norcia, e Presidentato	sc. 3.
Rieti	sc. 2.
Spoleti	sc. 2.
Narni	sc. 2.
Oruieto	sc. 2.
Viterbo, e Prouincia del Patrimonio	sc. 2.
Velletri, Campagna, e Maritima	sc. 2.
Beneuento	sc. 5.
Napoli	sc. 5.
Si pagano per tutto il Stato del Ducato d'Vrbino	sc. 4.

CAP. XII.

Ippolito di S. Eustachio Diacono Cardinale Aldobrandino della S.R.C. Camerlengo.

INtendendosi, che se bene il Ius di poter rogare li decreti sopra l'alienationi, locationi, & essercitio delle giurisdittioni, ò facoltà d'imprestare dell'Ebrei banchieri, e dell'ammissioni di detti Ebrei à tal essercitio, spetta all'offitio del Notariato della Reuerenda Camera Apostolica nostro peculiare hoggi del Brunori solamente, nondimeno il Notaro delle subhastationi de i pegni di detti Ebrei cerca d'vsurparli detto Ius; Et volendo noi prouedere, che detto offitio di Camera non sia defraudato di detto Ius. D'ordine di Nostro Signore datoci à bocca, e per l'autorità del nostro offitio di Camerlengato, con il presente ordine prohibiamo, e commandiamo, che nessun Ebreo ardisca di far rogare, ò interporre altri decreti per altri atti, che di detto Brunori, sotto pena della priuatione dell'essercitio, di scudi cinquanta per ciascheduno, e ciascheduna volta, d'applicarsi per la metà alla Camera Apostolica, e l'altra metà tra l'Accusatore, & Essecutore, & di risare tutti li

danni

danni, & interessi alle parti lese; Et in oltre dichiaramo nulli, & inualidi quelli decreti, che contro il presente ordine si trouaranno fatti per l'auuenire per altri atti, che di detto Bruttori, non ostante qualsiuoglia cosa in contrario. Volendo, e decretando, che il presente affisso, e publicato nelle Scuole d'essi Ebrei, astringa ogn'vno come se li fosse personalmente intimato. Et in fede &c. Dat. in Roma nella Camera Apostolica li 2. di Gennaro 1634.

Hippolytus Card. Cam.,

Antonius Cicalottus Auditor.

Ruffinus Plebanus.

Die 5. Ianuarij 1634. Supradictus Ordo affixus, & publicatus fuit in acie Campi Floræ, necnon ad valuas Scholarum Hebræorum per me Mangilium.

In Roma, Nella Stamparia della R.C.A. 1635.

CAP. XIII.

Ordinationi da osseruarsi con le Communità immediatamente soggette alla Sede Apostolica dalli Commissarij sopra l'essattioni Camerali.

Pietro del Tit. de' SS. Gio. & Paolo Prete Cardin. Aldobrandino della S. R. C. Camerlengo.

VEdendosi, che l'ordinationi stabilite altre volte per prouedere, che li popoli dello Stato Ecclesiastico non siano dall'indiscrettione de' Commissarij indebitamente grauati, sono da molti poco osseruate, di commissione di N. S. datoci à bocca, e per l'autorità del nostro offitio di Camerlengato commandiamo, che per sin tanto, che si proueda di migliore, e più perfetto modo, si osseruino inuiolabilmente con le Communità immediatamente soggette alla Sede Apostolica gl'infrascritti Capitoli, già firmati altre volte, & hora in molti capi ampliati.

1 Che li Tesorieri prima di mandar Commissarij, ò altri à grauar le Communità di viatico debbano farle intimare, che paghino per quindici giorni auanti, con vn messo à piedi, il quale non possa pigliare più d'vn giulio per ciascheduna Communità, & alla sua relatione si creda; come anco si creda al Tesoriero se in cambio di mandare persone à posta, hauerà per lettere fatto la medesima diligenza con gli Officiali de' luoghi, e passato detto termine, e non prima possano mandare vn solo Commissario caualcante, ò essecutore con la spesa, e modo, che si dirà à basso.

2 Che subito arriuati detti Commissarij, Caualcante, sostituti, essattori, & essecutori debbano presentarsi al Gouernatore, Podestà, ò altri Officiali del luogo con il conto distinto di tutto quello, che deue quella Communità fino à quel dì, sottoscritto dal Tesoriero, ò Essattore principale, affinche astringano li Depositarij, Camerlenghi, Essattori, ò Affittuarij, conforme agli oblighi loro à pagare, & anco li Sindici, & Officiali del luogo in caso, che bisogni, e finche non si presenteranno nel modo sudetto, ò che non potendosi hauere la presenza di detti Offitiali nõ affigeranno alle porte della loro residenza vn intimatione dell'arriuo loro, con due testimonij, non cominci à correrli viatico, nè la Communità sia tenuta à spesa alcuna.

3 Che detti Commissarij non debbano andare cõ maggior spesa di vn cauallo, & di due persone al più, computato la loro persona, se però il solito non sarà che si facci minor spesa, che in quelle Prouincie, e luoghi, che vi sarà il solito sudetto vogliamo, che si osserui.

4 Che il salario de' Commissarij, ò loro Essattore à cauallo sia di giulij cinque, e de' Commissarij à piedi di giuli due il giorno, oltre la spesa del viuere, doue però non sia solito pagarsi meno, etiam che andassero per diuerse essattioni, ò commissioni, e della spesa del viuere si habbino da contentare secondo la qualità loro, e del luogo modestamẽte, come se andassero per loro facende, e spendessero della borsa propria, dandosi auttorità alli Gouernatori, & Offitiali maggiori, che non riconoscano Superiori in Prouincia di interporsi, & sopra intendere, che le Communità supplischino al semplice bisogno, & non siano grauate in niente più, & gli altri Offitiali minori d'interporsi con detti Commissarij, ò loro ministri, perche si contentino dell'honesto, e non potendo accordargli di pigliare informatione degli eccessi, che fanno, per mandarla à noi.

5 Che il giorno s'intenda 24. hore da computarsi dall'hora che arriuaranno in quella Terra, ò luogo, e che si presenteranno, come sopra al Gouernatore, ò Officiale del medesimo luogo, di modo che giungendo il Commissario vn giorno, e partendo l'altro fra le 24. hore non habbia hauere se non vn viatico, ma se il Commissario per la sua diligenza si spedisse di riscuotere per la Camera in manco tempo di vn giorno, in vna Terra, ò luogo, si debba pagare il suo viatico di quella Communità intieramente, come vi si fosse trattenuto tutto vn dì.

6 Che li Commissarij, Caualcanti, Essattori, & Essecutori siano tenuti portare con loro vn foglio, ò conto sottoscritto dal Tesoriero della Prouincia ò Essattore principale, nel quale sia annotato distintamente tutto quello, che per ciascheduna impositione separatamente douerà pagare quella Communità dal dì del pagamento antecedente fino al giorno, che vanno à riscuotere, affinche il Cancelliero, o altri per la Communità, nè pigli copia, e sotto di essa debbano fare riceuuta, e quietanza delle somme, che riceueranno chiaramente e distintamente, con specificare il caso, che non fossero intieramente sodisfatti conforme al foglio, ò quale conto, per quale impositione, & per quanta somma resti debitrice la Communità, ò suo Depositario, & Tesoriero, à finche possa sempre vedersi per fino à che tempo, e per quale impositione si sarà pagato, & non si pigli in confuso à buon conto, si come s'è fatto per l'adietro in danno de' Popoli, e le quietanze, che si faranno da detti Commissarij, Essattori, e Caualcanti siano

poi à

poi ammesse alle Communità come se fossero fatte da medemi Appaltatori, e Tesorieri principali, & non portando li Commissarij il detto conto, & non facendo la quietanza come sopra, non li corra il salario, ne la Communità sia obligata à cosa alcuna, ma s'intendino stare in tutto, e per tutto à loro spese.

7 Che li medesimi Commissarij, & altri Essattori nō possino andare, nè mandare à riscuotere per il secondo anno alcuna sorte d'impositione, se prima nón haueranno finito di riscuotere intieramente quelle dell'anno antecedente, e non haueranno fatto quietanza, e riceuuta finale, volendosi, che non si confondino l'essattioni, e li pagamenti di vn'anno con quelli dell'altro, ma che di anno in anno si saldi, e facendosi altrimenti non siano le Communità tenute nè à spesa, nè à viatico veruno, come sopra.

8 Che nessun Commissario possa pigliar viatico, ò altro salario, se non riscuoterà il principal debito, ò buona parte di esso nelli modi sudetti, nè possino concedere dilatione veruna alle Communità per premio, ò pagamento alcuno, ma si bene senza premio quando le meritassero, e che da essi Commissarij paresse honesto di concederla.

9 Et non possino riscuotere viatici da quei luoghi doue non si conferiranno personalmente, eccetto i luoghi piccioli, cioè di cento fuochi à basso, quali per minor spesa loro, sia lecito alli Commissarij chiamarli à vna Terra loro vicina, e più commoda, & farsi sodisfare del suo viatico, delle Terre chiamate per rata, come se fossero vna Terra sola, dandosi auttorità all'Offitiale di quel luogo, di vedere che il Commissario non facci fraude, e che nessun luogo non sia grauato se non per la sua portione quanto alli viatici: ma se fossero Terre, ò luoghi sospetti, possino farli pagare da ciascheduna intieramente, come se vi fossero andati personalmente.

10 Non possino i Commissarij procedere a far represaglia, se prima non haueranno vsato ogni diligenza in riscuotere, e se non saranno stati personalmente à quel luogo per questo effetto nelli modi sudetti, ouero non haueranno intimato, caso che fosse de' piccioli come di sopra, ò sospetti, e se non saranno passati giorni quindici prima, che li faccino altra spesa di represaglia, altrimenti non habbia effetto veruno la represaglia.

11 Che li Commissarij nelli luoghi immediatamēte soggetti alla Sede Apost. non faccino represaglia, se prima non la notificaranno, ò non ricercaranno li Gouernatori, & Offitiali de' luoghi, non osseruando le cose dette nel Capitolo precedente, la represaglia non habbia effetto veruno, dandosi facoltà alli Gouernatori, & Offitiali maggiori, che non riconoscano Superiori in Prouincia d'interporsi prima, e non gli riceuendo d'accordo di far restituire li beni, & rilassar le persone, e bestie represagliate contro la forma di questi Capitoli, & agli altri Offitiali minori d'interporsi, e di prenderne informatione in caso, che non gli restituiscano d'accordo, & in tal caso li Commissarij siano tenuti à tutti danni, spese, & interesse, che essi seguiranno.

12 Che li Essattori, Essecutori, e Sbirri per tal represaglia, non possono per lor mercede pigliare se non mezzo scudo, da cinquanta scudi in giù, e dalli cinquanta alli cento, e da cento à cento cinquanta vn scudo, & da li in sù à qualsiuoglia somma due scudi, e non più; ordinando, che doue sarà solito, che si paghi meno, che si osserui il solito sodetto.

13 Che non possino li detti Commissarij, Essattori, & Essecutori fare essecutione, e represaglia in boui aratorij, in huomini, che attendino all'agricoltura, nè in altra cosa spettante alla medesima agricoltura, nè meno vesti, gioie, & altri mobili di donne concernenti la loro persona, altrimenti l'essecutionie, e represaglia sia nulla, e di niun valore, e l'offitiale del luogo debba subito far restituire il tutto, & far rilasciare li carcerati, volendo in ogni modo, che essi siano tenuti à quelli danni, o spese, come di sopra.

14 Che in giorni di Festa di precetto non posa farsi represaglia, ò essecutione, e che nessuno posa carcerarsi in Chiesa, o luoghi sacri, se bene, Dio lodato, non bisogna ricordarlo, dandosi auttorità ad ogni offitiale di far scarcerar subito quelli, che si fossero carcerati, e restituire tutto quello, che li fosse leuato per essecutione contro la forma del presente Capitolo.

15 Che li beni, che si pigliaranno in essecutione, ò per represaglia legitimamente si debbano vendere nel medemo luogo doue saranno fatte l'essecutioni, se però vi sarà depositaria publica, & commodità d'oblatori pronti, altrimenti passato vn giorno intiero senza potersi vendere, posano trasportarsi al capo della Prouincia, e facendosi l'essecutione in campagna, sia in arbitrio dell'Esattore di ridurle dētro il luogo, nel territorio di quale è fatta l'essecutione, ò in altro luogo più vicino; purche in ciascuno di detti luoghi si faccia la diligenza sudetta di vendere li beni represagliati prima di trasportarli altroue.

16 Che ne i beni represagliati, o pigliati in essecutione detti Commissarij, Essattori, & Essecutori non possino ingerirsi, nè in comprarli per se, nè per supposta persona, nè ritenerli appresso di se, nè seruirsene in modo alcuno, dandosi facoltà alli Officiali de' luoghi in caso, che si contrauenga di fare restituire subito alli padroni il tutto, & volendo ancora, che li medesimi Officiali debbano darne conto alli Superiori di Roma, acciò si possa dare il debito castigo à chi contrauerrà.

17 Che gli animali, che si pigliaranno per represaglia, o per essecutione, debbano mettersi nello stallatico del luogo se vi è, e non tenerli per l'hosteria, e non trouandosi à vendere nel termine detto di sopra, posano cōdursi al capo della Prouincia, doue dandosi sicurtà in forma depositi per la somma per la quale si sarà fatta la represaglia, si relassino subito.

18 Che vno che habbia più essationi, e commissioni, non posa andare, nè mandare, se non vn'Essattore per tutte, e quando arriua nelli luoghi, che debba notificare alli Gouernatori, Offitiali, Priori, & altri della Communità, & operare li siano pagate tutte, anzi che vn Commissario habbia da riscotere, e mandare per le sue essattioni, tutti, ò ridurre i Commissarij à minor numero, che sia possibile

possibile, per non dar spesa di tanti Commissarij alle Communità.

19 Et detti Commissarij, e loro Esattori, debbano scriuer giornalmente, e tener conto in vn libretto presso di loro à posta, tutto quello, che pigliaranno, anco per loro stessi di ciascheduna Communità, e conseruarlo per poterne dar conto, caso che alcune si querelassero contro di essi di estorsioni; come anco debbano farne riceuuta distinta, giornata per giornata, tanto de viatici, e d'altre spese in viuero, & in altro alla medesima Communità, e ricusandosi di farlo, nõ sia astretta à darli niente.

20 Che detti Commissarij siano tenuti render conto per tutti li ministri loro, contro li quali pretendendosi cosa alcuna criminalmente per occasione del suo offitio, essi Commissarij siano tenuti d'ogni diligenza à presentarli, e sempre restino obligati i detti Commissarij ad ogni interesse ciuile, di che hauerà patito danno, ò estorsioni, da essi sostituti, ò ministri.

21 E non facendo i Commissarij, ò loro Esattori il loro debito, come si è detto, ouero contrauenendo, possino li Gouernatori, & Offitiali de' luoghi li prouedere secondo la facoltà datoli sopra, nel resto debbano li Gouernatori delle Prouincie pigliar di ciò informatione, e darne auuiso alli Superiori di Roma.

22 Sia tenuto ogni Commissario, Esattore, Caualcante nell'andar riscuotendo per li luoghi soggetti alla sua esattione portar sempre le presenti Ordinationi stampate, e mostrarle agli Offitiali, Communità, e particolari interessati, che farãno instãza di vederle, e nõ portandole, ò ricusando di mostrarle, l'essecutione sia nulla, & ogni spesa vada à conto suo, dandosi facoltà alli Gouernatori, & altri Offitiali de' luoghi di prohibirli l'esigenza e fare che le Communità, nè altri siano astretti pagare viatico, nè altro.

E facendo altrimenti di quanto s'è detto di sopra, saranno castigati irremissibilmente, & acciò che nessuno possa pretendere ignoranza, comandiamo, che le presenti Ordinationi si publichino, & affighino in Roma alle porte della Camera Apostolica, in Campo di Fiore, & altri luoghi soliti di Roma, & astringhino ogn'vno tra quindici giorni, come se gli fossero stati personalmente intimati. Dato in Roma nella Camera Apostolica il dì 27. Agosto 1606.

Pro Illustriss. D. meo Cam. C. Card. S. Georgij.
Hercules Vaccarius Aud.
I. Monterentius Comm. Gen.
Io. Scanardus.

Die 28. Augusti 1606. supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit in Valuis Cameræ Apostolicæ, & alijs locis solitis Vrbis per me Christophorum Fundatum Curs.

P. Matthæus Lucatutius Curs. pro D. Mag. Cursorum.

In Roma, nella Stamparia della Reuerenda Camera Apostolica. 1607.

CAP. XIV.

Tassa da osseruarsi da' Notari, che seruano i termini nelle cause de' Carcerati della Visita del Signor Card. Antonio Barberino Camerlengo, & di Monsig. Rapaccioli Presidente delle carceri.

Essendo che la felice memoria di Paolo Quinto, per solleuare la miseria dei carcerati bisognosi, e liberarli da non douuti pagamenti, e spese esorbitanti, per decreto fatto sotto li 21. Decembre, & publicato sotto li 24. del medesimo nell'anno 1618. ordinasse, e commandasse, che gli decreti fossero inuiolabilmente osseruati, e tenuti affissi da tutti li Notari di qualsiuoglia Tribunale nel luogo più publico del loro offitio, sotto la pena della sospensione da' loro Offitij, & altre maggiori ad'arbitrio della Santità di Nostro Signore, e del Giudice, auanti al quale fernaranno li termini nelle cause de' carcerati commesse dalla Visita; Et hauẽdo noi veduto essere stati introdotti molti abusi contro li medesimi decreti non più interamente osseruati, nè più tenuti da' Notarij affissi, come sopra: Perciò di ordine di Nostro Signore datoci à bocca, per rimediare a' sudetti abusi à beneficio de' medesimi carcerati, Ordiniamo che gli stessi infrascritti decreti siano in auuenire inuiolabilmente, & intieramente osseruati, e tenuti da tutti li Notari come sopra affissi, sotto la medesima pena, e la sospensione da' loro Offitij, e di altri maggiori, ad arbitrio come sopra. Dato in Roma nella Camera Apostolica li 15. Nouembre 1638.

In prima, che dinanzi à Monsignor Presidente delle cause, etiam nelle cause commessegli dalla Visita si proceda, e si seruino li termini per li Notari di Camera, e non per altri Notari, osseruando però sempre l'infrascritta Tassa, e la nostra Riforma, la quale vogliamo si osserui puntualmẽte da ciascuno, sotto le pene in essa contenute.

Per mandati essecutiui relassati da Monsignor Presidente delle carceri, ò da altro Giudice deputato dalla Visita, fino alla somma di scudi venticinque inclusiuè, si paghino al Notaro giulij quattro e mezzo, computatoci vno per il sigillo.

Da venticinque fino a cento, si paghino giuli ventidue, computatoci baiocchi ventisette e mezzo per il sigillo.

Da cento in sino à qualsiuoglia somma, si serui la tassa dell'Aud. Cam.

Per mandati de excarcerando, subhastando, e deliberando, consignando, inhibitioni in Curia, non grauetur, ò simili, si paghino giuli quattro, e mezzo, computatoci il giulio del sigillo.

Per consignatione, o restitutione di qualsiuoglia cedola del Monte della Pietà depositata in causis carceratorum, non si debba pagare altro, che il mandato a piedi di detta cedola, per il quale non si paghi altro, che quattro giuli e mezzo, compresoci il giulio del sigillo.

Per

Per mandato de excarcerando, prouata la pouertà, non si paghi cosa alcuna, & il simile ogni volta, che Monsig. Presidente, o altro Giudice deputato dalla Visita, metterà nel mandato gratis, ò mettendo in forma pauperum, si paghi in tutto solamente doi giulij.

Circa il prouare la pouertà de' Carcerati, si osserui la Riforma, & in oltre, se sono continui habitati in Roma, basti la fede del loro Parochiano, quando il debito, per il quale sono carcerati non eccede scudi cinquanta, & il creditore non proui il contrario per doi testimonij idonei.

Per rogito di qualsiuoglia obligo, ancorche sia di più, e diuersi fideiussori, si paghi come per vn solo, e non eccedendo la somma di scudi cento vn giulio.

Da cento fino à ducento doi giulij.

Da ducento fino a cinque cento, vn giulio per cento.

Da cinque cento a qualsiuoglia somma sei giulij, e non più.

Et questo si osserui tanto se si pigliano nell'Officio, come fuori; & il medesimo si osserui nella cassatione di essi.

Per rogito di qualsiuoglia decreto, non si pigli cosa alcuna, e così per decreto, e non altrimente debbano spedire tutte le cause de' carcerati, come si fa in Visita.

Per esame di qualsiuoglia testimonio summarie sine articulis, & interrogatorijs vn giulio.

Super articulis sine interrogatorijs doi giulij.

Con articoli, & interrogatorij tre giulij.

Ma essaminandosi sopra la pouertà, non si paghi cosa alcuna, ma si osserui quello, che ordina la nostra Riforma.

Per qualsiuoglia indicatione de' beni con il cõsenso de subhastando, & excarcerando, & de restituendo, così à fauore de' creditori, come de' carcerati in qualsiuoglia modo da prestarsi, tanto nell'Officio, come fuori, vn giulio.

Per cessione de' beni niente.

Per qualsiuoglia procura tanto nell'Officio, come fuori vn giulio.

Per qualsiuoglia fede di procura, & altri atti, vn giulio.

Per fede di qualsiuoglia obligo fino alla somma di scudi cinquanta, doi giulij.

Da cinquanta fino a cento, tre giulij.

Da cento fino a cinquecento doi giulij per cẽto.

Da cinque cento fino a qualsiuoglia somma vn giulio per cento; purche non ecceda la somma di doi scudi in tutto.

Per qualsiuoglia deposito in danari, ò in altro da farsi appresso il Notaro, niente.

Ma nella restitutione di essi con la quietanza si paghi mezzo grosso per scudo.

Per sequestri in Curia non sottoscritti, cioè da venticinque scudi fino à qualsiuoglia somma, che si debba far sottoscriuere, e spedire col sigillo, giulij quattro e mezzo.

La presente Tassa s'intende fatta per quei Notari, li quali non haueranno Tassa minore, e più Tassa, perche da quest vogliamo, che si osserui la minore, come più vtile de' poueri carcerati.

Card. Antonius Barberinus Camer.

Visa F. Rapaciolus Carcerum Praef.

P. Colangelus Aud.

Aurelius Pulottus.

Registrata in libro diuersorum S. D. N. Papae fol. 168. & impressa in Roma nella Stamperia della Reuerenda Camera Apostolica 1638.

§. III.

IVRA DIVERSA.

CAP. I.

Catalogus Librorum continentium Decreta Sacrae Visitae.

1. Incipit 1528. 4. Aprilis, & terminat die 28. Octobris 1530.
2. 1530. 15. Octobris ad 21. Decembris 1534.
3. 1535. 26. Ianuarij ad 27. Aprilis 1538.
4. 1540. 22. Ianuarij ad 24. Martij 1543.
5. 1543. 19. Aprilis ad 19. Nouembris 1545.
6. 1536. 16. Nouembris ad 27. Octobris 1547.
7. 1547. Octobris ad 31. Iulij 1550.
8. 1550. 7. Augusti ad 27. Augusti 1551.
9. 1551. 3. Septembris ad 19. Martij 1554.
10. 1554. 19. Martij ad 24. Decembris 2557.
11. 1556. 9. Ianuarij ad 24. Decembris 1557.
12. 1558. 11. Ianuarij ad 23. Decembris 1559.
13. 1560. 2. Ianuarij ad 6. Maij 1562.
14. 1562. 14. Maij ad 9. Decembris 1564.
15. 1565. 8. Februarij ad 11. Martij 1567.
16. 1567. Martij ad 16. Februarij 1570.
17. 1573. 8. Ianuarij ad 9. Augusti 1576.
18. 1576. 23. Augusti ad 26. Nouembris 1579.
19. 1579. 3. Decembris ad 7. Iulij 1583.
20. 1583. 14. Iulij ad 23. Iulij 1587.
21. 1587. 30. Iulij ad 26. Octobris 1589.
22. 1589. 9. Nouembris ad 12. Martij 1592.
23. 1592. 13. Martij ad 19. Septembris 1593.
24. 1593. 16. Septembris ad 27. Aprilis 1595.
25. 1595. 11. Maij ad 22. Decembris 1596.
26. 1597. 9. Ianuarij ad 8. Octobris 1598.
27. 1598. 15. Octobris ad 20. Septembris 1601.
25. 1601. 27. Septembris ad 12. Februarij 1604.
29. 1604. 19. Februarij ad 20. Maij 1607.

d 30.

30. 1607. 17. Maij ad 17. Decembris 1609.
31. 1610. 17. Ianuarij ad 23. Februarij 1611.
32. 1612. 1. Martij ad 23. Februarij 161.
33. 1614. 28. Februarij ad 28. Ianuarij 1616.
34. 1616. 28. Februarij ad 28. Ianuarij 1614.
35. 1618. 5. Iulij ad 12. Septembris 1619.
36. 1619. 10. Septembris ad 8. Octobris 1620.
37. 1620. 15. Octobris ad 23. Martij 1622.
38. 1622. 7. Aprilis ad 18. Maij 1623.
39. 1623. 18. Maij ad 8. Augusti 1624.
40 1625. 4. Septembris ad 1. Octobris 16 6.
41 1626. 15. Octobris ad 3. Februarij 1628.
42. 1628. 24. Februarij ad 12. Iulij 1629.
43. 1629. 10. Iulij ad 21. Nouembris 1630.
44. 1630. 28. Nouembris ad 12. Martij 1632.
45. 1632. 4. Aprilis ad 27. Octobris 1633.
46. 1633. 3. Nouembris ad 2. Augusti 1635.
47. 1635. 9. Augusti ad 26. Februarij 1637.
48. 1637. 27. Februarij ad 29. Aprilis 1638.
49. 1638. 14. Aprilis ad 9. Iulij 1639.
50. 1639. 14. Iulij ad 23 Septembris 1640.
51. 1640. 23. Septembris ad 31. Octobris 1641.
52. 1641. 7. Nouembris ad ad 1. Decembris 1642.
53. 1642. 18. Decembris ad 19. Martij 1644.
54. 1644. 7. Aprilis ad 14. Septembris 1645.
55. 1645. 28. Septembris ad 29. Nouembris 1646.
56. 1646. 6. Decembris ad 18. Nouembris 1647.
57. 1647. 5. Decembris ad 4. Iunij 1648.
58. 1648. 18. Iunij ad 18. Februarij 1649.

Extract. ex Archiuio Charitatis & de Officio criminali Gubernatoris, alias nunc in Archiconfraternitatem Charitatis spectan.

CAP. II.

Del Deputato dalla Carità ad essere presente alla Visita de' carcerati.

ET acciò che più si adempia l'offitio della Carità per li detti poueri Carcerati, si elegga in qualche Congregatione generale vno de' compagni, che debba essere presente in ciascheduna Visita de' carcerati, perche in nome della Carità sia assistente al presidio de' poueri carcerati, & à suo potere presti remedio opportuno ad aiutare gli oppressi, che se egli questo ottenere non può, all'hora vsi il presidio, & autorità del Reuerendissimo Protettore della Compagnia, il qual Deputato ancora debbia curare à che modo distribuiscano le limosine raccolte per li Questori de' carcerati, tenendo appresso di se vna delle chiaui delle cassette di detti Questori.

Estratto delli statuti della Carità fatti il dì 30. Nouembre 1536. par. 2. cap. 8. impressi in Roma.

CAP. III.

Delli carcerati, e Procuratori, secondo lo statuto della Carità.

PErche colui veramente toglie il nome di Christo, che sente l'altrui dolore, come se proprio fosse, che nella presenza sua non soffre, che il pouero si opprima, che souuiene a' miseri, che il pianto è prouocato dalle lacrime altrui, secondo il detto di Paolo: chi s'inferma, & io non m'infermerò. Perciò i fratelli insieme della Santissima Carità, premesso vn consiglio maturo (poiche meglio si curano quelle cose, che con conseglio si reggono, che quelle, che senza conseglio si amministrano) acciòche più perfettamente si adempiano le opere della Carità, ordiniamo, che vno, ouero più, si come la necessità richiederà, siano deputati Procuratori, non tanto esperti nella ragione, e leggi, quanto studiosi sequaci delle bone opere, & huomini, che temano Dio, li quali habbiano pensiero di visitare le prigioni, e diligentemente quelli inuestigare, che nelle prigioni saranno ritenuti, e quei, che per colpa leggiera trouano carcerati, & hauer commesse cose, per le quali à loro facile sia il dar perdono, ò forse senza difetto loro per violenza altrui saranno stati sospinti in prigioni, allhora li detti Procuratori deputati à questa cura, e difesa de' carcerati, difendino l'innocenza di questi tali, e solleuino dall'oppressione, nè cessino mai, fin tanto che siano liberati dalle prigioni senza danno però, e pregiuditio altrui. Oltre di questo li Procuratori constituiti, ouero altri da constituirsi per li Deputati, e Conseglieri, siano tenuti con ogni studio, ogni opera, cura, e diligenza negotiare bene, e senza inganno, e frode procurare tutte le cose, e cause, che alla Compagnia spettaranno, li quali Procuratori perseuerino nell'officio ad arbitrio delli detti Deputati, e Conseglieri, & habbiano quella mercede, che con li medesimi si conueniranno, & si oblighino d'andare nella Congregatione ogni volta, quando da detti Officiali chiamati saranno, acciòche più distintamente s'instruiscano delle cause, e negotij, e delle liti ancora da spedirsi da essa Compagnia.

Estratto dalli statuti della Carità fatto li 30. Nouembre 1536. par. 2. cap. 12. & impresso in Roma.

CAP. IV.

Del Visitatore deputato dalla Pietà per le secrete, e delli Visitatori delle publiche, e loro offitio.

IL Priore de' Visitatori, come generale Visitatore di tutte le Carceri così secrete, come publiche, hauerà principalmente cura, che à tutti sia prouisto di aiuto spirituale. Visitarà ogni settimana tutte le secrete di tutte le carceri di Roma, astenendosi di ragionare con li carcerati del merito delle loro cause; ma solo pigliarà nota del nome cognome, patria loro, quanto tempo sono stati in secreta, di mandato per che Giudice, e se sono stati mai essaminati, e quante volte, e delli detti darà vna lista al Giudice delle loro cause, per la speditione di esse.

Procurerà, che per tutte le secrete vi sia qualche imagine di N. Sig. GIESV Christo, & della Beatissima Vergine MARIA, ò di qualche altro

Santo,

Santo, e che le feste principali, e solenni (con licenza de' Superiori) possino vdire la Messa, e confessarsi.

Farà diligenza di sapere, se sono bene, e mal trattati nel viuere, e dormire, e trouandone mancamento, vi applicherà remedio espediente, acciò tutti habbino il suo douere, e però ogni volta, che farà la Visita delle secrete, visitarà ancora le cantine, e cucina, ad effetto, che le robbe siano recipienti, e non siano defraudati li poueri carcerati, e che siano le secrete accommodate etiam de tauolati, & altre cose necessarie per dormire.

Douerà vna volta il mese fare instanza con Monsignor Gouernatore, acciò si faccia la Visita delle secrete con interuento suo, e di Monsignor nostro Prelato alle Visite, & che almeno à Natale, e Pasqua di Resurrettione si faccia la Visita generale delle secrete, con l'interuento delli Reuerendissimi Monsignori Gouernatore, Auditore della Camera, Vicario, e Prelato nostro, ò di altri Prelati, e Giudici.

Non mancarà mai d'interuenire à tutte le Visite publiche, che si sogliono fare ogni Giouedì alternatiuamente per tutte le carceri dalli Reuerendissimi Visitatori Apostolici, hauendoui ancor'esso luogo fra loro.

Farà ogni opera, che nelle publiche si dica la Messa ogni mattina nelle solite Cappelle delle carceri, e mancando cera, e paramenti, auuisarà il Proueditore, e Sacrestani della nostra Archiconfraternità, acciò si proueda.

Si adoprerà, che li carcerati habbino spesso le prediche, e commodità di potersi confessare, e cõmunicare, e che viuono col timore di Dio christianamente, e che si remouino in ogni modo dalle bestemmie, dishonestà, e giuochi prohibiti.

Et ancora che li carcerati non siano angariati dalli guardiani delle prigioni per le prigionie, oltre lo stabilimento fatto da' Superiori.

Che li poueri Infermi siano medicati diligentemente, e però visitarà l'Infermaria delle prigioni, acciò à nessuno gli manchi il suo bisogno.

Starà vigilante ancora, che li Visitatori delle publiche, delle quali egli è Priore non preterischino l'officio loro.

Poi gli altri Visitatori delle carceri publiche saranno quattro, vno per Campidoglio, vn'altro per Corte Sauella, e l'altro per Torre di Nona con Ripetta, & altro per Borgo, e Ripa grande, ciascuno di loro hauerà cura della sua prigione particolarmente, l'Offitio, e fatica de' quali durerà solo per tre mesi, e più, e meno ad arbitrio della Congregatione secreta.

Questi haueranno in consegna vn libro per vno, doue scriueranno le loro Visite, e le dimande, che fanno gli poueri carcerati per daglione soccorso, & ogni Sabbato visitarà ciascun di loro la carcere destinatagli.

Parimente procureranno, che li carcerati non siano maltrattati dal Mastro di casa, dal Capitano, ò Guardiano delle prigioni, e sapendo alcun disordine, potranno darne notitia al Priore, o al Prefetto, o Prelato, ouero alla Congregatione, acciò si pigli il remedio più opportuno.

S'informaranno in generale del Mastro di casa delle prigioni del bisogno si spirituale, come temporale delli poueri carcerati, ancora se dal nostro Deputato sarà stato in quella settimana giornalmente distribuito il pane, secondo il nostro instituto, farà nota nel libro col numero di esso pane, hauendo cura, che il nostro Deputato non manchi mai; e trouando il contrario, ne darà conto alla Congregatione acciò si proueda.

Interrogaranno ciascuno di essi li prigioni, che sono in publico vno per volta, se sia confessato, e quanto tempo è, e volendo confessarsi gli prouederanno di Confessore, e gli addimanderanno del nome, cognome, patria, e natione, e la causa della sua carceratione, chi è il suo Auuersario, & il suo Giudice, e Notaro, se ha parenti, ò amici da sperarne aiuto, se ha bisogno, o desiderio, che si tratti, ò parli per esso con alcuno, promettendogli, che dalla Compagnia, o suoi Deputati haueranno ogni sorte di aiuto di poi così cõ il Giudice, come con gli suoi Auuersarij, ricordando alli carcerati poueri per debito ciuile, e che non hanno modo di pagarlo, di valersi di quei remedij, che gli concede la legge, che hauendo prouato prima la vera pouertà loro, si faccino alimentare dentro nelle carceri dalli suoi Creditori; Auuertendogli, che questa opera si fà per gloria di Dio, e per pietà del prossimo, e non per interesse, nè per alcun'altra speranza mondana.

Faranno instanza, che li Superiori (se il caso sarà tale) che gli ammalati siano relassati, stante causa infirmitatis, con la fede del Medico, e non potendo ottenere la rilassatione ne daranno notitia al Priore, & Infermiero dell'Archiconfraternità, acciò loro procurino, che si mettano nell'Infermarie delle carceri.

Pigliaranno in nota, e scriueranno nelli lori libri quei casi de' carcerati miserabili si di huomini, come di donne, col nome, cognome &c. secondo l'informatione, che haueranno.

E di tali carcerati faranno vn polizzino per vno, ponendoui in cima il nome delle carceri, e poi del carcerato, la petitione, e bisogno di esso, & in fine il Giudice della causa, e con ogni discreta, e semplice relatione, lo referiranno alla Congregatione publica, che si farà ogni Domenica per seruitio de' poueri carcerati, nella quale li Signori Prefetto, & Assistenti (ritrouandosi però) ouero vno delli Officiali di ciascun caso rifertone, faranno distributione particolare fra li fratelli, deputando quello, o quelli, che più giudicaranno idonei, accioche ogni carcerato habbia vn difensore, che solleciti la sua speditione, e che lo aiuti insino alla sua liberatione.

Et detti Visitatori sotto il nome del carcerato, che haueranno scritto nel suo libro, e che faranno descritti, notaranno il nome del Deputato, per poterlo riferire al carcerato, & acciò si possa nella seguẽte Congregatione dimandare à ciascun Deputato conto de' casi vecchi, e quello, che haueranno fatto per li carcerati commessogli.

Haueranno ancora in pensiero di ricordare in Congregatione se della sua carcere alcuno carcerato sia morto, o fatto morire, accioche da tutti li fratelli non se gli manchi delli determinati suffragij.

vicino al morire; nè però è bene ad aspettare, che tutti, o la maggior parte di detti segni occorrino; ma quando si vede, che qualcheduno di quei più deboli, e lontani dal pericolo della morte del Reo accadnti, farlo subito intendere al Giudice, acciò lo facci deponere dal tormento, e protestare del pericolo della morte del Reo, altrimenti volendo aspettare degli accidenti maggiori, si correrebbe pericolo, che non vi fosse tempo, e che il Reo morisse nel tormento inaspettatamente prima di farlo calare.

Illustrissimo Sig. Il contenuto di esso è stato da me con ogni diligenza osseruato, e practicato per lo spatio di otto anni in dar detto tormento di Veglia, essendo io Chirurgo della Carità, e carceri di Roma, al qual tormento il detto Chirurgo deue sempre assistere: e per fine à V.S. Illustrissima faccio humilissima riuerenza.

Di V.S. Illustrissi. e Reuerendiss.

Humiliss. & obligatiss. Seruitore,

Antonio Gallina.

CAP. VIII.

Commissiones, & rescripta Sanctissimi, quibus probatur cognitiones causarum Visitæ fuisse auuocatas ab ordinarijs Iudicibus, & remissas Carcerum Præsidi.

Die 14. Iunij 1591. Romana.

BEatissime Pater. Deuota Sanctitatis Vestræ Oratrix Bernardina Francisci Barberij obligatum habebat Ludouicum in scutis 90. existente dicto Ludouico in carcere Visitatores decretum fecerunt, vt præstito consensu subhastationi bonorum, & data cautione &c. relaxaretur, prout fuit relaxatus. Bernardina comparuit coram secundo Collaterali ad effectum subhastandi bona, & de pretio sibi satisfaciendi, quæ cum agnosceret posse agere vigore dicti Decreti Visitatorum coram carcerum Præside comparuit, & obtinuit subhastari vnam domum ipsius Ludouici; Ludouicus verò sub prætextu, quod appellasset ad Capitaneum, obtinuit per Capitaneum reuocari omnia facta per Præsidem carcerum, quare, ne Oratrix cogatur suum creditum inexactum relinquere, &, ne iurisdictio Dominorum Visitatorum iurisdictione Capitanei confringatur, recurrit ad pedes Sanctitatis Vestræ, vt dignetur committere eidem Præsidi carcerum, vt iuxta suas facultates in causa procedat cum facultate &c.

De mandato S.D.N. PP. eidem Clericus inhibeat etiam sub censuris, decernat, relaxet, procedat vt petitur, & iustitiam faciat.

Placet H.

Die 21. Nouembris 1598. Vrbis.

PAter Sancte dignetur Sanctitas Vestra causam appellationis &c. à pretensa sententia per R. P. D. Serlupium ad fauorem Dominici Fontanæ aduersarij contra Rosatum de Rubeis, vt dicitur lata, de, & super pecuniarum summa scutorum 800. rebusque &c. alicui ex Sacri P.A. causarum Auditoribus committere de mandato &c. Audiat Magister Alexander Litta, citet &c. Placet D.N. PP. B. Amerin.

PAter Sancte, si Rosatus de Rubeis orator in preinserta nominatus narrasset, quod in causa duas sententias reportauit, & quod R. P. D. Pamphilius in vim commissionis executorialis in vim duarum conformium, & rei iudicatæ mandatum executiuum relaxauit cõtra dictum Rosatum, & exequutum fuit, qui ad euitandam diuturnam carcerationem obtinuit à R.P.D. carcerum Præside excarcerari, præstito consensu subhastationi bonorum, & postmodum repertis impedimentis super bonis indicatis mandatum exequutiuum à carcerum Preside pro representatione dicti Rosati obtinuit &c. Ideo supplicat Sanctitatem Vestram Orator prefatus quatenus preuia auocatione causæ &c. à R.P.D. Litta si opus fuerit, dignetur eidem R.P.D. carcerum Præsidi committere, vt ad vlteriora procedat cum potestate &c.

De mandato D.N. PP. eidem Clericus procedat, vt petitur &c. Placet D.N. PP. B. Amerin.

Die 14. Iulij 1610.

PAter Sancte, Leo Bempensatus Hebræus vendidit Oratori Alphonso Confalonerio de Recineto quandam possessionem pretio scutorum mille, ad bonum computum recepit ab Oratore scuta 351. monetæ, residuum soluere promisit ad certum tempus, possessio huiusmodi ab alijs euicta fuit, exhibito instrumento coram primo Collaterali pro summa soluta contra dictum Hebræũ venditorem mandatum obtinuit, & in vim illius carceratus â Dominis carcerum Visitatoribus obtinuit causam huiusmodi delegari Reuerendissimo Domino carcerum Præsidi, à quo obtinuit relaxari, data cautione de soluendo scuta 70. quolibet anno de semestre in semestre; Hebræus cum dicta cautione fuit relaxatus, sed quia promissa non seruauit, fuit iterum carceratus de mandato Præsidis, & fingens se pauperem S. V. rescribi obtinuit, vt probata paupertate Oratorem cogeret ad subministranda alimenta, tamen cupiens liberari venit ad concordiam de soluendo iulios 25. quolibet mense, fuit itaque Hebræus in vim dictę concordiæ relaxatus, non attenta litis pendentia coram Carcerum Præside, iudicium rescisorium dictæ concordię coram Locumtenente ciuili eiusdem Vicarij mouit, & assertam sententiam super rescissione dictæ concordiæ extorsit. Dignetur igitur Sanctitas Vestra causam &c. alteri iudici, & si magis placet Præsidi de causa informato cõmittere &c. cum facultate &c.

De mandato D.N. PP. audiat idem Præses, citet, inhibeat, & sub censuris procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. Placet D.N. PP.

M. Cardinalis Barberinus.

CAP.

CAP. IX.

Auuertimenti per mandare i Sommarij de i processi alla sacra Consulta.

I. Siano composti con le precise parole sostantiali del querelante, de' testimonij, e de' Rei, secondo, che essi medesimi le proferiscono, e non con altre parole, secondo il sentimento di chi fà li Sommarij.

II. Non si faccia relatione da vn testimonio all'altro, quando sono più testimonij, che depongono l'istesso, con dire, Petrus Antonij deponit idem, ma si sommarij la depositione di ciascun testimonio, acciò si veda se siano veramente contesti.

III. Ne si lasci di sommariare la depositione di alcun testimonio, ancorche al Sommarista non paresse necessaria.

IV. Se alcuno di detti Correi, ò testimonij fosse stato rilassato con sicurtà, ò assoluto, ò condennato, se ne faccia esplicita mentione, e si ponga nel sommario, come sopra la sostanza de' suoi essamini, ò constituti.

V. Si mandi con l'istesso Sommario copia delle fede prodotte al Fisco, & anche dalle parti nel processo defensiuo, e delle informationi offensiue, ò defensiue prodotte, ò date al Giudice.

VI. Si noti nel Sommario il giorno dell'essamine del Reo, e di ciascun testimonio, acciò le depositioni, che taluolta contengono il giorno del delitto per relatione, cioè, hoggi otto giorni, ouero Domenica fecero quindeci dì, e simili, possino referirsi al giorno preciso, e certo.

VII. In foglio separato si mandi il voto per la resolutione della causa con le ragioni.

CAP. X.

Carcerati in Carceribus Vrbis anni 1652.

Nonæ.

IN carceribus Turris Nonæ fuerint carcerati à prima die Ianuarij 1652. vsque ad vltimam diem Decembris numero 2670

Ex quibus fuerunt liberati n. 2309

Ex præfatis liberatis Archiconfraternitas elemosinas subministrauit pro liberatione n. 290

Liberatio præfatorum partim fuit gratuita partim in forma pauperum, & partim rigorosa.

Liberati fuerunt cum mandatis gratis expeditis n. 1118

Liberati cum mandatis in forma pauperum n. 227

Liberati cum mandatis rigorosis n. 763

Præterea ex prædictis carceratis Turris Nonæ mortui sunt in carceribus n. 8

Ex eisdem exiliati fuerunt n. 110

Transmissi fuerunt ad Triremes n. 62

Fustigati fuerunt n. 9

Vltimo supplicio affecti fuerunt n. 12

Sabellis.

IN carceribus Curiæ de Sabellis eodem anno à prima die Ianuarij vsque ad diem vigesimam secundam septembris, qua omnes carcerati d. Curiæ fuerunt transportati ad carceres, partim Turris Nonæ, partim Capitolij, propter demolitionem harum carcerum, quorum loco fuit cœpta ædificatio nouarum carcerum in via Iulia carcerati præfatorum carceratorum ascenderunt ad numerum 1714

Ex quibus fuerunt liberati n. 1395

Ex præfatis liberati fuerunt cum eleemosynis Archiconfraternitatis Charitatis n. 155

Liberatio præfatorum cum mandatis gratis expeditis fuit n. 693

Cum mandatis in forma pauperum signatis n. 134

Cum mandatis rigorosis n. 494

Ex prædictis omnibus carceratis fuerunt exiliati n. 64

Transmissi fuerunt ad triremes n. 30

Fustigati fuerunt n. 3

Capitolij.

IN carceribus Curiæ Capitolij carcerati per totum dictum annû 1652. fuerunt n. 1582

Ex quibus in eodem anno liberati fuerunt n. 1540

Liberati cum eleemosynis Archiconfraternitatis Charitatis n. 40

Liberati cum mandatis gratis expeditis n. 530

Liberati cum mandatis in forma pauperum signatis n. 200

Liberati cum mandatis rigorosis n. 807

Ex prædictis omnibus carceratis fuerunt exiliati n. 20

Ad triremes fuerunt transmissi n. 5

Burgi.

IN carceribus Burgi per totum dictum annum 1652. fuerunt carcerati n. 567

Ex quibus fuerût in eodem anno liberati n. 554

Ex prædictis liberatis Archiconfraternitas Charitatis, liberauit cum eleemosynis suis n. 16

Liberati cum mandatis gratis expeditis n. 207

Liberati cum mandatis signatis in forma pauperum n. 217

Liberati cum mandatis rigorosis n. 120

Ex prædictis omnibus carceratis fuerunt exiliati n. 14

Transmissi fuerunt ad triremes n. 9

Omnes carcerati Vrbis, & eorum expeditio.

OMnes carcerati Vrbis fuerunt in d. anno 1652. in totum n. 6533

Ex

Ex quibus liberati fuerunt n. 5798
Liberati ex prędictis cum eleemosynis Charitatis n. 501
Expediti cum mandatis gratis subscriptis n. 3548
Cum mandatis in forma pauperum signatis n. 778
Cum mandatis rigorosis n. 2184
Ex eisdem omnibus carceratis anni 1652. fuerunt exiliati n. 218
Transmissi fuerunt ad triremes n. 86
Fustigati fuerunt n. 12
Mortui in carceribus n. 32

CAP. XI.

Affitto delle carceri di Torre di Nona, fatto primo di Aprile 1645.

SOMMARIO.

1 & 2 *A che si obligano gli Affittuarij delle carceri di Torre di Nona alla Compagnia della Carità.*

3 *Si obligano di tenerle ben munite, e fornite d'ogni cosa, e conseruare quanto si trouarà dentro, risarcire tetti, e qualsiuoglia altra cosa coll'auuisarlo alla Congregatione, ò Procuratore, e non auuisando sian tenuti a sue spese.*

4 *Farle tenere nette, e scopate ogni giorno.*

5 *Osseruare le Tasse de' pagamenti ordinate nelle Riforme, & altri Ordini de' Superiori senza dimandar difalco.*

6 *Fare quanto ordinerà il Procuratore de' poueri, e tener un libro maestro solo, nel quale annottino il giorno, con il mese, nome, cognome, patria, essercitio del carcerato, e d'ordine di chi è stato carcerato, il tempo, che è stato in secreta, & vscitone, auuertire li carcerati doue vogliono stare, dicendogli quanto si paga in ciascuna Camera: & oltre il libro sudetto un libro particolare, e cassa, doue annoteranno li denari, & altre robbe loro depositate, o leuate, quali si restituischino al carcerato nell'vscir di prigione, e doppo al fin dell'anno consegnar detti libri alla Congregatione.*

7 *Faranno i contrasegni in detti libri alli giustitiati, e condenati in altro modo, senza pigliar da essi cosa alcuna.*

8 *Non possino pigliar compagno, o sublocare sotto alcun colore, ò pretesto.*

9 *Sia finito l'affitto per morte degli Affittuarij.*

10 *I risarcimenti fatti dagli Affittuarij di spontanea volontà s'intendano donati per l'anima loro, senza potersi valere d'alcuna ragione.*

11. 12. 13 *La qualità, e quantità de' cibi, che si ha dare al Carcerato, e sotto qual pena.*

14 *Che li Conduttori debbano tenere una bilancia per pesare a ciascuno la quantità della robba che li tocca.*

15 *La qualità de' cibi, che haueranno da dare ne' giorni di magro.*

16 *La qualità de' cibi di Vigilia, e Quadragesima.*

17 *La qualità de' cibi, quali non tenghino fuori delle prigioni, nè il vino sia tristo, sotto pena di farlo buttar via.*

18. 19 *Come s'habbino da trattare gl'infermi, i quali essendo grauemente ammalati, se gli dij per aiuto un carcerato di quei da basso, & agli altri della segreta, un di segreta, con tutto quel che gli occorre.*

20 *Detti Infermieri siano padroni della robba da mangiare auanzate agli ammalati.*

21 *In euento di morte di qualche Carcerato nell'infermeria, quel che s'habbia da fare delle loro robbe.*

22. 23 *Quando s'ammala qualche carcerato quel che habbino da fare gli Affittuari, e di che habbino da prouedere le stanze; & in che stanza s'habbiano da mettere putti, donne, Sacerdote, e Religiosi.*

24 *Sono obligati a dar vino buono per le Messe &c.*

25 *Quanto habbino d'hauer da quelli, che mangiano a spese loro, e da quelli, che mangiano a spese sue.*

26 *Non si paghi niente da putti, donne, e Religiosi per il passeggio.*

27 *Agli Affittuarij spetti riscuotere indifferentemente da ciascun Carcerato San Leonardo, e tenerne conto.*

28 *Quel che si ha da dare per la publica di mezzo.*

29 *E quanto per la Sala Regia.*

30 *Quanto habbino d'hauere per la stanza dell'Infermeria.*

31 *Quanto possino pigliare per le camere.*

32 *La Congregatione, e sua Prelato nõ alteri gli pagamenti, agli Affittuarij di sopra, e perciò ne anco si sminuisca il prezzo dell'affitto.*

33 *Il numero de' prigioni, che si hanno da mettere per ciascuna camera: sono anche obligati di tenere affisse le tauole di questi capitoli.*

34 *Item la tariffa delli prezzi, e nel libro della cucina la qualità della robba, che si dà a ciascuno.*

35 *Non facendo quel che si contiene nell'Instrumento, sian obligati a restituire, e fare quanto ordinerà la Congregatione.*

36 *Si possano dalli Deputati della Carità visitare le carceri per prouedere alli disordini.*

37 *In euento di Sede vacante quel che si ha da fare circa il defalco a fauore degli Affittuarij.*

38 *In che modo s'habbia da defalcare la limosina che si fà a' carcerati col pagamento degli Affittuarij.*

39 *Il defalco delle limosine sia scritto di mano del Prelato delle Carceri, e della Carità: non possano dimandar defalco per S. Leonardo o mancie.*

40 *Siano obligati visitandosi, o non visitandosi le carceri dalli Deputati fare quanto si contiene nell'Instrumento dell'obligo loro.*

41 *Impedischino insolido li giochi prohibiti alli carcerati, & occorrendo lo faccino intendere alli Superiori.*

42 *Trouandosi in dette carceri qualche seruente che non viuesse Christianamente, lo caccino via.*

43 *In euento di differenza de' pagamenti trà Guardiani, e Carcerati, si stia al giuditio del Prelato.*

44 *Siano obligati osseruare detto Instromento, con riserua in euento di contrauentione di poterli*

cacciar

gattelar ola senz'altra appellatione.

45 *Possino tenere matarazzi da affittare, per mezzo grosso ogni notte per testa, e dando le lenzuola un grosso per testa, ancorche siano più a dormir insieme.*

46 *Faccino la ricevuta de' danari pagatili da' Carcerati, a richiesta di chi la dimanderà.*

47 *In tutti li sudetti Capitoli non s'intenda derogato in niente alla Riforma di Papa Paolo V.*

Capitoli dell'Instromento dell'affitto delle carceri di Torre di Nona, fatto dalla Compagnia della Carità, alli Capitani Concetto Angellino da Monte Giorgio, e Francesco Angelello da Ferentillo, per tre anni, da cominciare il primo di Aprile 1645. per annui scudi 1236. di moneta, rogato per gli atti dello Scala Notaro Capitolino, li 15. Febraro 1645.

1 LI detti Concetto, e Francesco Conductori nel migliore, e più valido modo, che possono, si obligano insolido per se stessi personalmente, & altri huomini in numero sufficienti idonei, e prattichi, e di buona conditione, e fama &c. da approuarsi da detta Congregatione, o suoi Deputati seruire, custodire, gouernare, amministrare dette Carceri, e fare in tutto, e per tutto ogni altra cosa che è necessaria, & a ben essere, conuien fare a qualunque diligentissimo Custode, e Gouernatore di Carceri, talmente che la detta Archiconfraternità non ne senta mai ne biasmo, nè danno, per causa, & occasione delle predette cose, nè di alcuna di esse, e di ogni altra cosa, che si potesse giustamente, ò fosse necessariamente da esprimersi qui per compimento, e perfettione delle dette cose, e obligare in quella li sudetti Affittuarij insolido, pigliando di più in tutto, e per tutto sopra di loro medesimi l'obligo, e la persona delli Signori Locatori, e l'Archiconfraternità in ciascheduna cosa.

2 Dichiarando a maggior cautela, che talmente vogliono detti Affittuarij essere tenuti insolido del loro fatto, negligenza, trascuraggine, e qualsiuoglia mancamento, e difetto in fare, e non fare, di qualsiuoglia causa, che per causa di questo affitto succedesse, e che anco non vogliono essere scusati, nè potersi scusare nelli casi di qualsiuoglia pretesto, e causa etiam che douessero esprimersi qui, necessariamente hauendole tutte per espresse pensate, e non pensate, nè anco di qualsiuoglia prudentissimo, & che in qualsiuoglia modo sopraueníssero, etiam casu fortuito, e non pensato.

3 Le quali Carceri promettono insolido detti Affittuarij in tutte le sue parti durante questo affitto, mantenere ben munite, e fornite di ogni cosa necessaria, & à buon essere di ogni buona, e sicura carcere, e ben finita casa, mantenendo, e conseruando quanto ci trouaranno dentro, & in caso che bisogni fare qualche risarcimento di tetti, porte, finestre muri, e qualsiuoglia altra cosa, vogliono detti Affittuarij insolido esser tenuti ad auuisarlo subito alla Congregatione, o Procuratore della Carità, accio si possa prouedere prima, che succeda alcun danno, o pregiuditio, e non auuisandolo, e che perciò ne venga qualche ruina, o altro danno, siano tenuti detti Affittuarij insolido rifarli a sue spese.

4 Le quali carceri in tutte le sue parti detti Affittuarij insolido promettono anco dall'innodatione del fiume, che ci entrasse, sempre che bisognerà mantenerle nette, e polite, e farle nettare, e scopare ogni giorno, e far buttare ogni bruttura, & immonditia, & altre cose triste lontano dalle Carceri, a talche ne anco per l'odore, nè per altro modo ne torni danno a dette Carceri, nè alli carcerati, e tutto questo a spese di detti Affittuarij in solido.

5 Item detti Affittuarij insolido promettono seruare le tasse, & ordini de' pagamenti, e di dette carceri, & ogni altra cosa concernente alle carceri & alli carcerati gia ordinate, & da ordinarsi nelle Riforme della fel. mem. di Papa Paolo Quinto, e di altri Sommi Pontefici, e delli Eminentissimi Signori Cardinali Camerlenghi, e della Reuerenda Camera Apostolica, e da essa Reuerenda Camera, e nelli Motu proprij, & altri Breui, e Constitutioni Papali, e di qualsiuoglia dispositione, & ordinatione di qualunque Superiore, che ha possuto ordinare, e che saranno ordinate da Monsig. Illustrissimo Gouernatore, ò suoi Luogotenenti, & ogni altro Offitiale, o Magistrato, e da chi ha potuto commandare, & ordinare, senza mai potere dimandare defalco alcuno di detto pagamento conuenuto da farsi mese per mese interamente, e di vbbedire nelle dette cose, & in ogni altra cosa alla Congregatione de' Signori Deputati, & al Prelato suo, e delle Carceri congiuntamente, e separatamente, commandandogli, & ordinandogli l'vno, e l'altro.

6 Promettono anco insolido detti Affittuarij fare quanto ordinerà, secondo il tenore di questo Instromento il Procuratore dalli poueri di detta Archiconfraternità, e promettono detti Affittuarij tenere vn libro mastro solo, nel quale notino il giorno, con il mese, nome, cognome, e patria, essercitio di qualsiuoglia Carcerato, e di ordine di chi è stato carcerato, quello che gli è stato leuato, e depositato nell'entrare prigione, quando fu messo in secreta, e quando in publica vanno, e quando vsciranno di secreta, e subito, che entraranno prigioni, debbano detti Conduttori auuertire li carcerati, doue vogliono stare in sala, ò in camera, ò al mezzo, dicendogli quanto si paga in ciascuno di essi luoghi, e mettergli doue più si contentano detti prigioni, altrimente non auuertendoli come si è detto, li detti Conduttori non habbiano d'hauere altro di quello gli vorrà, se da principio gli hauesse messo nelli luoghi, doue voleua stare il detto carcerato, del che si debba stare all'asfertione del Carcerato con il suo giuramento da darsegli dal Prelato, ò Procuratore della Carità, e de' Poueri, e di più terranno vn libro particolare, e cassa, doue annoteranno, e conseruaranno respettiuamente tutti quelli danari, & altre robbe, che hauesse depositato, ò haueranno leuato alli carcerati quando saranno venuti prigioni, quali danari, o altri debbano restituirgli al carcerato subito, che sarà vscito di carcere, riseruandosi però

detti

detti Conduttori quello, che per le spese della secreta fussero debitori, e siano obligati detti Conduttori, Guardiani insolido ogni fine di anno di detto loro affitto, e prima, se prima finirà l'affitto, consegnare detti libri in buon essere alla Congregatione.

7 Doueranno detti Conduttori in detti libri fare li contrasegni alli Giustitiati, mandati in galera, posti alla berlina, frustati, & esiliati, & a questi, ne a qualsiuoglia di essi possano detti Guardiani per le spese del viuere fattegli in secreta, o fuori di secreta, nè per altra causa leuare a' sudetti li loro panni, nè domandargli cosa alcuna, nè alla Compagnia, nè ad altri, ancorche il Prelato delle carceri l'hauesse ordinato, & accettato, perche tutto s'intende douer andare à dãno di detti Affittuarij, ilche habbia anco luogo nelli banditi, ò esiliati ab Vrbe, e distretto, o Stato Ecclesiastico à tempo, o in perpetuo, tanto in pena, quanto ad expurgandum, perche cosi sono conuenuti, non ostante qualsiuoglia interpretatione data fin qui alla Riforma, & vso in contrario, purche siano poueri, delche se ne debbano stare all'arbitrio di Monsig. Prelato, ò Procuratore della Carità, nè da esso habbino da richiamare, ma subito vbedire, e rilassare il carcerato, ilche non hauerà luogo, quando questi banditi, o esiliati saranno di quelli, che staranno in Camera.

8 Non possono detti Conduttori, & Affittuarij pigliare compagno alcuno, nè dare participatione alcuna, nè sullocare ad alcuno, etiamdio per poco, ò nessun tempo, quello, che gli restasse di detto affitto, nè mettere, o tenere in seruitio di dette Carceri persona alcuna, sotto nome di sostituto, ministro, compagno, aiutante familiare, o altro sotto qualsiuoglia pretesto, titolo, o causa, che si potesse pretendere, ò esprimere contro la volontà della Congregatione, ò suoi Deputati, e facendolo, tutto resti, e sia di nessun valore, se gia non fosse stato fatto con espressa volontà precedente, della qual volontà, & ogni altra cosa, che mai potessero, o volessero allegare contro questo Istromento sempre apparischi scritto al libro del Secretario di detta Congregatione. Nella resolutione si faccia mentione espressa di questo Istromento, e contrauenendo si habbia l'affitto per nõ fatto, e sia in libera volontà della Congregatione affittare ad altra persona, senza potere impedire l'essecutione, nè per appellatione, ò ricorso, ne per qualsiuoglia altra via.

9 Conuenendo ancora a maggior dichiaratione, non possino in alcun tempo questo affitto durante, nè vada per il tempo, che resterà alli heredi, nè alli successori, ma per morte di detti Affittuarij s'intenda estinto, e finito questo affitto, restando però in suo vigore l'obligatione di ciò, che si douerà per il tempo passato, resti in potere della Congregatione di continuare, ò nò, e rimediare, e prouedere quanto parerà ragioneuole, & ordinerà detta Congregatione.

10 Che qualsiuoglia spesa, ò meglioramento vtile, o necessario, o volontario di qualsiuoglia forma, e di grandissima quantità, che si farà da detti Affittuarij di loro spõtanea volontà in dette Carceri s'intenda donato alla Compagnia per l'anima loro, nè possino opporre, nè valersi di beneficio alcuno delle leggi, nè meno ripetere cosa alcuna dalla Compagnia, nè leuare pur quello, che salua la sostanza, ò fuori della casa si potesse leuare.

11 Debbano detti Affittuarij dare ad ogni Carcerato posto in segreta pane, e vino buono, l'vno, e l'altro senza alcun diffetto, cioè due libre e mezza di pane, e doi fogliette di vino puro, e schietto il giorno, in questo modo, cioè la metà di detto pane, e vino la mattina, l'altra metà la sera, e vedino quanti in detta segreta siano a' quali deuono fare le spese, e dare vna foglietta di vino buono puro per vno la mattina, e l'altra foglietta la sera per vno, e quello dipoi cosi misurato, e non altrimẽte nè ad occhio, nè a discrettione inacquare, ma portare il vino puro alla quantità, che si è detto, e separatamente l'acqua da per se, acciò li prigioni lo possino adacquare à loro gusto, prouedendoli di biancherie, e vasi da bere, e nel portar da mangiare a quelli delle segrete, si debba portare a ciascuno la sua portione separata, ò à doi al più.

12 Nelle giornate, che si mangia carne, debbano dare vna libra di carne buona di vaccina per testa, cioè la mattina vna mezza libra, vna buona minestra per ciascuno in piatto separato, secondo la qualità del tempo, & vna buona fetta di cascio per ciascuno, la sera vn'altra mezza libra di carne, insalata, e cascio.

13 Et acciò alli prigioni si debba dare carne, e non cuore, lingua, nerui, nè gargarozzo, e siano come si conuiene ben trattati, si prohibisce a detti Cõduttori, che non debbano, nè possino comprare di dette cose, nè portarle dentro dette carceri, ma ben lingua di vaccina, purche sia prima leuato da essa quanto arriua al gargarozzo, nè detto gargarozzo, & ossi, sotto qualsiuoglia pretesto metterli posarli dentro, nè farli cuocere nelle carceri, sotto pena di due scudi d'oro in oro da applicarsi subito, & ogni volta che ardissero di farlo alla Carità, & a questa pena possino, e debbino esser tenuti detti Conduttori insolido, anzi siano obligati a fauore della Carità ogni volta, che detti Conduttori facessero altrimente, delche se ne habbia da stare alla semplice parola, e fede di Monsignor Prelato, e Deputati delle carceri della Carità, ouero al detto de' detti Carcerati, che l'affermassero con giuramento, nè da questo possino detti Conduttori in qualsiuoglia modo sotto qualsiuoglia pretesto richiamare, ma seguendo il caso, & affermandolo li sudetti, ciascuno di loro s'intendano senza altra dichiaratione detti Conduttori condannati, & obligati a detta pena, la quale in modo alcuno non si possa, nè debba rimettere, ma pagare di mese in mese, secondo che occorresse in mano del Depositario della Carità assieme con l'affitto delle Carceri.

14 Et acciò anco li prigioni habbino il loro dritto circa la quantità delle carni, si conuiene espressamente, che detti Conduttori habbiano da tenere in cucina vna bilancia con li pesi, con la quale debbano pesare ogni volta, che faranno dare da mãgiare meza libra di carne per testa, la qual carne non si debba trinciare, nè tritare come si è fatto per il passato, ma pesata che sarà, se ne debba di questa mezza libra fare tre parti, e così la farà dare ad ogn'vno distintamente in vn piatto separato, acciò ogn'vno habbia il suo douere.

15 Nelle giornate di Venerdì, o Sabbato, o Mercordi à quelli, che non vorranno mangiare carne, debbano la mattina dare vna buona minestra, secondo il tempo in piatto separato, e due oua cotte per vno nel butiro, ouero oglio buono, e del cascio ancora, e la sera vna insalata, con due oua per vno, e del cascio.

16 E nelle giornate di Vigilia, o di Quadragesima, o di altri giorni, che per diuotione delli prigioni non magiassero di grasso, debbano dargli la mattina la sua minestra, vna mezza libra di pesce per ciascuno, da pesarsi con detta bilancia, noci, & vua passa, e fichi, se lo darà il tempo, e la sera vna insalata, e delli frutti se digiuneranno, e se nò vn'altra mezza libra di pesce per ciascuno oltre le dette cose, e non trouandosi pesce, altri cibi quadragesimali in quantità conueniente.

17 In oltre acciò si tolgano le occasioni, con le quali li Prigioni potriano essere maltrattati, si prohibisce sotto la detta pena à detti Conduttori che non debbano tenere nella cantina, ò altri luoghi di dette carceri, nè fuora di esse in magazino, o grotte vino, che habbia diffetto, ma in euento, che fosse, ò diuentasse tristo, e dal Prelato della Carità, o delle carceri, o suoi Deputati delle carceri, o dal Procuratore fosse ritrouato, subito non solo siano detti Conduttori obligati alla detta pena alla quale essi in solido si obligano, ma dalli sodetti, e ciascheduno di loro si possa buttare, e far buttar via detto vino, senza che detti Conduttori facciano, ò possano fare replica alcuna.

18 Per gl'infermi si tenga sempre vna pignatta separata, e più se più ordineranno quelli che ne haueranno cura per la Compagnia, nè mai gli diano alli infermi, se non almeno carne di castrato, ò campareccia, & oua fresche, e minestre d'ammalati, vua passa, mele cotte, melangoli, con simili cose, che ordineràno gl'infermieri per detti infermi.

19 Parimente à detti infermi si dia per minestra brodetto, ò pan grattato con oua, & altra cosa simile, secondo ordinerà l'infermiero, e nella sera delle vigilie à detti infermi si dia vn pan cotto cô il butiro, o latte di amandole, & vna insalata cotta, se dal medico non sarà ordinato, che gli sia data la carne, nel qual caso doueranno darla. Che li detti Affittuarij faccino far l'acqua cotta per li detti infermi, secondo sarà ordinato. Che si dia vino bianco; etiamdio di più forte, secondo che sarà ordinato. Intendendo che deuino dare vna pagnotta a decina la mattina, & vn'altra la sera, & vna foglietta di vino per pasto per ciascheduno infermo, e caso, che dal Medico gli fosse vietato il vino, siano obligati dargli qualche altra cosa in ricompensa, secondo gli sarà ordinato dal Medico, o infermiero, & in oltre quando vi sarà ammalato graue nell'infermaria publica, si dia per aiuto all'infermiero vn carcerato di quei da basso, & alli ammalati dell'infermeria segreta, si dia per aiuto vn carcerato di segreta, e parimente si dia all'infermiere l'acqua calda per lauare li piatti, & al

20 detto infermiere si faccia fare la cucina. Li quali infermieri ancora restino padroni delle robbe da mangiare, che auanzaranno, o non volessero detti infermi, nè detti Affittuarij non possino, nè debbano dimandare, e se gli dia commodità di fuoco sempre, e quando che vorranno detti infermieri, e si vbbedischino in tutto quello, che ordinaranno in cucina per seruitio di detti ammalati, e se gli dia commodità d'oglio per tenere tutta la notte accese doi lampade vna per ciascheduna stanza, che seruono, secondo più o meno ammalati saranno alla infermeria.

21 Morendo alcuno in dette Carceri, consegnino detti Affittuarij le robbe, e danari leuati al morto alli Signori Deputati, quali sodisfacciano li sudetti Affittuarij di quello, che haueranno da hauere per le spese, ò gli daranno la metà di dette robbe ad arbitrio de' medesimi Deputati, senza che possino detti Affittuarij pretendere altro.

22 Auuertino li medesimi Affittuarij, che subito, che sapranno, che vno sia infermo d'auuisare l'infermiero, il Medico, & il Giudice, che l'ha fatto carcerare, & anco li parenti dell'infermo, e lo faccino scriuere al libro, che tiene l'Infermiero.

23 Siano obligati detti Affittuarij mantenere seggette con gli suoi pitali, & orinali nelle stanze, a quelli fargli nettare almeno vna volta il giorno, e più se bisognarà. Siano tenuti detti Affittuarij sempre dare, serbare, e mantenere vna stanza nell'appartamento di sopra nelle carceri, che giudicherà migliore la nostra Congregatione, a ella quale stiano solo putti, e donne, & vn'altra pure alla detta parte, nella quale staranno li Sacerdoti, e tutti li Religiosi, la quale stanza siano obligati detti Conduttori notificare à detti Sacerdoti, sotto la pena messa di sopra.

24 Per le Messe da basso, e per la Communione di farsi, li detti Affittuarij siano obligati a dar sempre buon vino.

25 Li pagamenti delle carceri si doueranno fare, e gouernare in questo modo. Ad ogn'vno tenuto in segreta, colui che vi mangierà a spese di detti Conduttori si faccino pagare dui carlini al giorno, e da quelli, che saranno in segreta, e non mangiaranno di quello delli Conduttori si faranno pagare cinque baiocchi il giorno solamente.

26 Per il passeggio de' putti, donne, e pouere Religiosi, non si possi far pagare cosa alcuna.

27 Per la publica da basso à nessuno si possa domandare cosa alcuna, eccetto il S. Leonardo, al pagamento del quale è anco obligato ciascun'altro carcerato, che vscirà dalle Carceri, quale limosina è della Carità, & agli Affittuarij spettarà il riscuoteria, e darne conto.

28 Per la publica di mezzo detti Conduttori non possino pigliare più da qualsiuoglia, per qualsisia tempo, che ci starà, che tre giulij, e standoui manco di tre giorni, habbiano hauere a ragione di baiocchi tre il giorno.

29 Per le publiche di sopra detta Sala Regia similmente non possano hauere più di cinque giulij per vno per quanto vi sia stato, e essendoui stato manco di sei giorni, habbiano d'hauere à ragione di baiocchi cinque il giorno.

30 Per l'Infermiero non possino hauere cosa alcuna per la stanza, eccetto li quindeci baiocchi il giorno per il mangiare.

31 Per le camere non possino hauere se non quanto dice la Riforma, & secondo ogni altra Riforma, e modo ordinato, e che ordinarà chi hauerà autorità di ordinare.

32 La detta Congregatione, e suo Prelato, alle carceri

carceri non possano alterare questi pagamẽti, e si se alterassero, e diminuissero da altri, o se trouassero chi hauesse hauuto mãco di quanto è stato detto di sopra, non possa mai diminuirsi il pagamento di detto affitto da farsi alla Compagnia.

33 Nelle camere non possano mettere, nè tenere più di quelli, che sono segnati a ciascheduna Camera, nè per altra qualsiuoglia causa, ancorche si potesse dare, che queste cause, ò causa fosse stata da esprimersi qui, e se fosse stata espressa non si sarebbe conuenuto come in questo instromento, nè per altro modo, nè altrimente, che si legga ad literam in questo Instrumento si possa pigliare cosa alcuna da detti Affittuarij. E perche la Congregatione intende, che li Carcerati habbino notitia del modo, come deuono esser trattati da detti Affittuarij, siano obligati mantenere a' lor spese le tauolette di detto Sommario nelli luoghi, che ordinaranno detti Signori Deputati.

34 Siano obligati insolido detti Affittuarij tenere in publico la tariffa delli prezzi delle robbe da farsi dalli Deputati della Congregatione della Carità, e quella osseruare, e nel libro della Carità detti Affittuarij siano obligati a fare specificare la qualità delle robbe, che a ciascuno si dà.

35 Che detti Affittuarij per quello, che eccedessero a quanto si contiene nel presente Instromento siano sempre insolido obligati a restituire, e fare quanto ordinerà la detta Congregatione, o suo Prelato, o Deputati delle carceri.

36 Sia lecito al Prelato della Congregatione, & al Prelato delle carceri, o a ciascun Deputato, o al Procuratore de' poueri della Carità, & ad ogn'vno di essi, sempre che vorranno ad ogni loro piacere visitare dette carceri, le secrete, cioè con interuẽto de' Giudici, ò Sostituti fiscali secondo il solito, e le publiche liberamente senza altro interuento, per vedere, & assaggiare qualsiuoglia sorte di robbe, che per il vitto, ò in altro modo, e per qualsiuoglia bisogno fosse in dette carceri, per chiarirsi, come siano tenute dette carceri di robbe buone, e trattati li Carcerati, e farli prouedere, e riferire alla Congregatione, & habbia ciascuno di detti libera facoltà, trouando vino, pane, o qualsiuoglia altra cosa per il viuere non recipiente prouedere secondo li presenti Capitoli, e come gli parerà, nè gli possa esser contradetto, nè con fatti, nè con parole, che liberamente al giuditio delli detti se n'ha da stare, & il disposto in ciò, s'intenda disposto ancora delle cose, che per il seruitio della cucina, o delli letti, ò delle tauole doue s'ha da mangiare, o di qualsiuoglia altra cosa, che detti Conduttori siano tenuti insolido à fare, e tenere come sopra, oltre quello che si è detto di sopra.

37 Quanto al defalco solamente in caso di Sede vacante, e doppo non habbino detti Conduttori durante la Sede vacante, e doppo per quindeci giorni eletto il Papa pagar cosa alcuna, secondo è stato solito altre volte.

38 Quanto a quello, che s'hauerà da defalcare per elemosina, che fà la Compagnia alli carcerati, questa tale limosina non si debba defalcare, se non nel fine di ogni anno; e così s'habbia da spendere solo il pagamẽto dell'vltimo mese, e gli altri l'habbino sempre a pagare intieramente: e se questo pagamento in questo vltimo mese non bastasse per sodisfare in tutto detti Affittuarij, la Compagnia sia obligata subito a sodisfare del resto.

39 Conuenendo, che per dette limosine non s'habbia a desalcare a detti Affittuarij se non quãto si trouarà scritto di mano propria del Prelato delle Carceri della Carità, si dichiara anco, che detti Affittuarij non possano pretendere cosa alcuna di defalco, e per S. Leonardo, e mancie.

40 E per maggior dichiaratione anco delle cose sudette, e di quanto si dirà di sotto, & in questo Instromento nel visitar delle Carceri, o delli Deputati, che fà ordinariamente la Congregatione alla cura delle carceri, e non visitãdosi detti Guardiani insolido siano obligati far tutto, e quanto è stato conuenuto in questo Instromento si faccia da detti Guardiani, ad ogni semplice richiesta di ciascheduno di detti Prelati, ò Deputati, ò Congregatione, restino però obligati insolido detti Affittuarii, per quanto si è conuenuto in questo Instromento, e mancando lo facci fare la Congregatione, e Deputati à sue spese di detti Affittuarij in tutto, e per tutto, come s'è detto di sopra.

41 Siano obligati insolido detti Guardiani prohibire, che in dette Carceri non si giuochi nè a carte, nè a dadi, nè ad altro giuoco illecito, nè si faccia, o dica cosa alcuna, che non conuiene a buon Christiano, e ci si viua quietamente senza altro fastidio, o disturbo, o altro, & occorrendo il contrario di quanto si è detto, oltre che doueranno auuertire li Carcerati se ne astenghino, lo faranno anco quanto prima intendere al Giudice delli Carcerati, & al Prelato delle carceri, & al Procuratore de' poueri della Carità.

42 E se fosse persona seruente in dette Carceri, che viuesse altrimente, che non si conuiene al Christiano, o seruisse nelle Carceri senza quella carità che conuiene, lo debbano detti Guardiani licentiare, e mandar via, e pigliare, e tenere persone da bene, che viuano Christianamente, e faccino, & vsino verso detti carcerati ogni sorte di carità, con quella patienza, che si deue, e non lo mandando, lo possi mandar via qualsiuoglia delli Deputati della Carità, propria auctoritate.

43 Et occorrendo qualche differenza fra il Guardiano, e' Carcerati per il pagamento del viuere, stanze, & altre cose, delle quali se ne parli nelli detti Capitoli, o non se ne parli, si stia a quanto ordinerà la Congregatione della Carità, & il suo Prelato alle Carceri, nè si possa appellare, nè ricorrere, nè dimandare, nè tentare altro remedio, se però si facesse, si debba nondimeno esseguire detto ordine auanti, che alcuno sia vdito contro esso, ancorche fosse stato fatto senza citatione, ò senza chiamare le parti.

44 Siano obligati insolido detti Affittuarij à quanto si contiene in questo Instromento ad literam, nè possano scusarse per vigore di qualsiuoglia causa, ò cause ancora impensate da ogni prudentissimo, e giustissimo sopragionte, o per vso introdotto in contrario, al quale onninamente s'intenda derogato, nè meno per il fatto, ò detto della Congregatione, se non apparisse scritto dal Secretario o' resoluto a voti secreti fatta mentione di questo Instromento, & in ciaschedun caso di contrauen-

tione, mancamento, o non adempimento di ogni cosa contenuta in detto Instromento, resti in libera volontà, e facoltà di detta Cógregatione a farsi osseruare, & adépire, e fare quãto si pretenderà da detti Affittuarij à spese di detti Affittuarij, leuarlo da dette carceri di propria auttorità, senza licẽza alcuna, ò decreto di Giudice, e dispositione delle dette carceri, come liberamente parerà alla Congregatione, & agitare alle pene conteuute in tutte le Riforme, Breui, Motu proprij, e Constitutioni Papali, & ogni altro ordine.

45 Che volendo detti Conduttori, ò Guardiani di dette Carceri tenere matarazzi per affittarli alli prigioni tanto nelle secrete, quanto alla larga, siano tenuti affittargli a chi li domandarà, e non ad altri, a ragione di mezzo grosso per ciascheduno matarazzo per notte, ancorche seruino a più persone, e dandogli anco le lenzuola, possano pigliare vn grosso.

46 Che volendo li detti Carcerati riceuuta di quello gli pagaranno, siano obligati detti Affittuarij, ò suoi Guardiani fargliela.

47 Che non s'intenda con detti Capitoli derogato in parte alcuna alla Riforma della felice memoria di Papa Paolo Quinto, anzi quella s'intenda sempre repetita in ciascheduno Capitolo, & in principio, mezzo, e fine del presente Instromento, e se vi fosse qualche Capitolo contrario in tutto, ò in parte della sudetta Riforma, s'intenda casso, e non apposto nell'Instromento, senza che possano li Conduttori pretendere defalco, e remuneratione alcuna.

CAP. XII.

Nota de' salarij, che dà la Carità à diuersi Operarij, & Offitiali, per seruitio delle Carceri.

AD vn Sacerdote, che serue per Infermiero in Torre di Nona scudi 10. il mese, sono l'anno sc.120

Ad vn Medico, che serue li Carcerati poueri infermi di Torre di Nona, e Borgo mezzo scudo il mese, oltre scudi 60. che li dà la Camera, l'anno sono sc. 6

Ad vn'altro Medico, che serue alle careeri di Corte Sanella, e di Campidoglio parimente à poueri infermi scudo vno e mezzo il mese, oltre scudi trentanoue, e b. 60. che li dà la Camera l'anno, sono l'anno sc. 18

Al Chirurgico, che serue per tutti li carcerati di Roma mezzo scudo il mese, oltre scudi nouanta l'anno, che li dà la Camera, sono l'anno sc. 6.

Al Barbiero, che serue li po neri Carcerati di Torre di Nona mezzo scudo il mese, sono l'anno sc. 6

A' Cappellani di Torre di Nona, Corte Sauella, e Borgo per vna Messa quotidiana, che dicono in dette Carceri, scudi tre il mese per ciascheduno sono l'anno sc.108

Al Procuratore deputato per il seruitio delle vedoue l'anno sc.100.

Al Procuratore deputato per le cause proprie della Carità, & per seruitio de poueri Carcerati criminali scudi sei il mese d'oro di pauoli vndeci l'vno, sono l'anno sc. 79 20

Ad vn Procuratore deputato per la difesa de poueri Carcerati Ciuili scudi cinquanta l'anno sc. 50

Ad vn Sollecitatore per le cause criminali de poueri Carcerati sc. 60

Somma in tutto sc.553. 20

CAP. XIII.

Interrogatoria facienda de ordine Congregationis S. Officij testibus examinandis pro contractibus Matrimonij.

INstructio formata de mandato S. Congregationis Sanctissimæ Inquisitionis pro examine illorum testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimonijs tam in Curia Eminentissimi Cardinalis Vicarij Vrbis, quam in alijs Curijs cæterorum Ordinariorum.

In primis, Testis moneatur de grauitate iuramenti in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo Diuina simul, & humana Maiestas læditur ob rei de qua tractatur importantiam, & grauitatem, & imminet pœna triremium, & fustigationis deponenti falsum.

2 Interrogetur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

3 An sit Ciuis, vel exterus, & quatenus sit exterus à quanto tempore est in hoc loco, in quo testis ipse deponit.

4 Ad examen accesserit sponte, vel requisitus, si dixerit accessisse sponte à nemine requisitus interrogetur an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes, & si responderit negatiuè testis dimittatur, quia præsumitur mendax. Si verò dixerit accessisse requisitom.

5 Interrogetur an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquod datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine.

6 Interrogetur an cognoscat ipsos contrahere volentes, & à quanto tempore, in quo loco, & qua occasione, cuius qualitatis, vel conditionis existant.

7 Si responderit negatiuè testis dimittatur, si verò affirmatiuè, interrogetur an contrahere volentes sint ciues, vel exteri.

Si responderit esse exteros.

Interrogetur à quanto tempore accesserint ad hanc Vrbem, vnde venerint insimul, vel separatim.

Si responderit venisse de recenti, vel insimul superfedatur in licentiâ contrahendi, donec per litteras eorum Ordinarij, ac loci, à quo contrahentes recessere, doceatur inter contrahentes, non adesse impedimentũ, & mulierem nõ esse raptam.

Si

Si verò responderit, venisse à multo tempore citrà, vel contrahentes esse Ciues.

Interrogetur sub qua Parochia hactenus contrahentes habitarunt, vel habitent de præsenti.

Item an ipse testis aliquem ex prædictis contrahere volentibus, quandoque habuisse vxorem, vel maritum.

Si responderit affirmatiuè, non procedatur ad licentiam, nisi producantur authenticæ, & legales attestationes, vel testes fide digni, & verisimiliter informati de obitu coniugis defuncti.

Si vero testis responderit, non habuisse vxorem vel maritum.

Interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quod aliquis ex illis habuerit vxorem, vel maritum, & quod ipse testis nesciat.

Si responderit affirmatiuè, supersedeatur, nisi ex alijs testibus probetur concludenter, non habuisse vxorem, vel maritum.

Si verò responderit negatiue,

Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deinde Iudex colligere poterit an testi sit danda fides.

Si responderit contrahentes habuisse vxorem, vel maritum, sed esse mortuos.

Interrogetur de loco, & tempore quo sunt mortui, & quomodo ipse testis sciat esse mortuos.

Item interrogetur, an post mortem dicti coniugis defuncti, aliquis ex prædictis contrahere volentibus transierit ad secunda vota.

Si responderit negatiue.

Interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex alijs transierit ad secunda vota absque eo, quod ipse testis sciat.

Si responderit affirmatiuè, supersedeatur in licentia; donec producantur testes per quos negatiua coarctetur concludenter.

Si verò negatiue,

Interrogetur de causa scientiæ, qua perpensa Iudex poterit iudicare, an sit concedenda licentia, vel ne.

Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum eos esse liberos, & in alijs seruata forma Concilij Tridentini in cap. multi, sess. 24.

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint munitæ sigillo, & legalitate Episcopi, Ordinarij, & recognitæ saltem per testes, qui habeant notam, manum, vel sigillum.

Pro testibus in hac materia recipiantur magis consanguinei, quam extranei, quia præsumuntur melius informati, & ciues magis, quam exteri.

Vltra prædicta omnes locorum Ordinarij præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, vt pro matrimonijs cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesijs, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel eius Generali Vicario, prius teneantur auhenticam reportare, quod pro tali matrimonio fuerunt examinati testes in eorum Tribunali, qui probent statum liberum contrahere volentium. Contrauenientes autem seuerè puniantur

CAP. XIV.

Decretum Visitæ, quod quis non possit carcerari pro summa iulios octuaginta quatuor non excedente, in qua non computentur expensæ. 1603. 11. Decembris. Nonæ.

CVm sępè dubitatum fuerit à Reuerendissimis Dominis Visitatoribus Carcerum huius Almæ Vrbis circa intelligentiam Constit. fæl. recor. Pij Papæ Quinti, in qua dicitur, quod nullus possit pro debito ciuili personaliter carcerari, nisi summa ascendat ad septem aureos, an scilicet dicti septem aurei intelligi deberent ad rationem Iuliorum vndecim argenti, an vero ad rationem iuliorum duodecim, similiter pro quolibet aureo, ita quod septem aurei constituerent summam iuliorum octuaginta quatuor argēteorum. Tandem fuit vnanimiter dictum, quod septem aurei intelligi deberet ad rationem iuliorum duodecim pro quolibet, & hoc fauore pauperum debitorum.

Fuit postmodum dubitatum an necesse esset, vt capitale, siue sors principalis debiti ad hoc, vt debitor posset personaliter carcerari, ascenderet ad dictam summam iuliorum octuaginta quatuor argenteorum, an vero sufficeret quod ad dictam summam debitum ascenderet, vna cum expensis factis à creditore, vel in obtinendo mandato, vel aliter pro consecutione sui crediti, & cum de hoc actum fuisset in plena Visita Capitolij sub die 27 mensis Nouembris anno 1603. ac sententiæ fuissent variæ, tandem decretum fuit vt D. Gubernator Almæ Vrbis dubium hoc referret S. D. N. Clementi Papæ Octauo ad habend. à Sanctitate Sua declarationem dictæ Constitutionis circa supradictum parlamentum.

Delato ideo dubio supradicto per prædictum D. Gubernatorem S.D.N. die mens. ad præsentiam D. Procuratoris Fiscalis prædictus S.D.N. re bene audita, ac considerata, declarauit, vt dicta Constitutio intelligatur, quod sors principalis, siue capitale debiti ascendere debeat ad dictam summam iuliorum octuaginta quatuor argenteorum, nulla habita ratione expensarum, ad hoc vt Debitor possit personaliter pro debito ciuili carcerari.

Congregati ideo prædicti Reuerendissimi Domini Visitatores In publica Visitatione Carcerum Turris Nonæ, sub die decima mensis Decembris decreuerunt ab hodie in antea ab omnibus Iudicibus huius Almæ Vrbis seruari prorsus debere, sub pœna nullitatis mandati executionis factæ, ac damnorum, & expensarum, insuper mandauerunt omnibus, & quibuscumque Exequutoribus cuiusuis Curiæ, ne sub eisdem pœnis, & alijs grauioribus arbitrio &c. audeant mandata quæcumque, quæ expresse pro capitale debiti, seu sortis principalis non ascendant ad dictam summam iuliorum argenteorum octuaginta quatuor executione demandare personaliter contra debitores prædictos

ctos, sed tantummodo in bonis, & idem quoque mandarunt, ac decreuerunt, sub prædictis pœnis &c. seruandum esse à Custodibus, siue Capitaneis Carcerum, ne scilicet audeant aliquem pro debito ciuili in carceribus recipere, seu detinere, nisi pro summa supradicta in omnibus, & per omnia.

CAP. XV.

Decretum Visitæ super controuersijs inter Consules Agriculturę, & Magistros Iustitiarios.

AD tollendas controuersias inter Consules Agriculturæ, ex vna, & Magistros Iustitiarios ex alterá, re inter omnes ex ordine Sanctissimi D. N. Pauli Papæ V. mature discussa, & auctoritate nobis in hoc à Sua Sanctitate attributa, declaramus, & decernimus.

Quod cognitio furtorum, seu damnorum datorum ab hominibus cuiuslibet exercitij etiam cũ bestijs, & animalibus in vineis, & cannetis intra, & extra Vrbem existẽ, pertineat priuatiuè ad Magistros Iustitiarios.

Damnorum autem datorum ab animalibus absque interuentu hominis in prædictis vineis, & cannetis, pertineat cumulatiuè ad Consules prædictos, & Magistros Iustitiarios, itaut inter eos sit locus præuentioni.

Quod si damnum fuerit illatum à bobus aratorijs, cognitio sit ipsorum Consulum priuatiuè, sub pœna scutorum viginti quinque ipso facto incurrend. tam à partibus, quàm à Notarijs in aliquo prædictorum casuum contrauentionis, ac etiam sub alijs pœnis arbitrio Gubernatoris Vrbis, ad quem in casu dubitationis circa præmissa erit recurrendum, vt manu Regia, etiam absque scriptura, vllaue appellatione, vel recursu illam terminet, & decidat.

In quorum fidem &c. Datum Romæ die 27. Iulij 1620.

Berlingerius Episcopus Arimineñ Gubernator, & V. Camerarius.
Iulius Benignus Aduocatus pauperum.
Ioannes Baptista Spada Fisci, & Cameræ Apostolicæ Aduocatus.
Hortensius de Rubeis Cameræ Apostolicæ Cõmissarius Generalis.
Decius Cambius pro Char. Not.

CAP. XVI.

Decreto dell'Archiconfraternità della Pietà intorno all'accrescimento della limosina in occasione di carestia.

LI 9. Aprile 1649. Si è tenuta Congregatione secreta straordinaria doppo l'essequie di Gregorio XIII. di felice memoria, per occasione dell'insolito & estremi patimenti del vitto de' poueri carcerati, de' quali furono testimonij di vista li nostri Monsignori Prefetto, e Prelato alle Carceri, e' Signori Caualiere d'Aste, Ottauio Roberti, & Gio. Bespino il giorno delli 7. mentre fecero la distributione del pane, e vino solita farsi doppo Pasqua, nella qual Congregatione hanno riferito li medesimi Prelati, e Signori, che l'elemosina della Pietà di doi pagnotte sole, di quattro oncie l'vna, riusciua cosi tenue, che non era bastante à mantenere per vn giorno il carcerato sano, per esser la maggior parte di loro huomini di campagna, e di buon pasto, come mo straua l'esperienza, essendo, che si riducono così deboli, che gli è necessario l'andar Infermeria, doue ò muoiono, ò stanno con lũghe malatie, per causa delle quali le cause si rendono immortali; il che nõ è stato per l'addietro, per che erano più grosse le pagnotte, e perche a' carcerati veniuano di quando in quando limosine straordinarie, le quali hora sono affatto cessate, & alcuni di loro erano aiutati da parenti, & amici, & nella calamità de tempi, che ci trouiamo hanno difficultà in trouarsi per loro stessi il vitto, anco mendicandolo. Hanno soggiunto l'istessi Prelati, e Signori d'hauer interrogato nella Carceri di Torre di Nona il Medico della Carità, che si trouò presente, quale egli stimasse più opportuno rimedio ò l'accrescere vn poco di minestra, ouero dare vna pagnotta di più, & vna foglietta di vino di Velletri, e che egli ha stimato meglio questo vltimo partito. Sentito il tutto dalla Congregatione secreta, e fattoui sopra lungo, e maturo discorso, hanno giudicato molto conueniente di prouedere a' bisogni straordinarij, con straordinarie souentioni, poiche l'obligo della Pietà è di dare sostentamento sufficiẽte a' poueri carcerati per il giorno che li tocca, e mentre si tocca con mano, che non basta per le noue cause sodette quello, che si e dato per l'adietro, è douere di accrescerlo a sufficienza, essendo stata la mente de' Benefattori di lasciare il modo di cibare a bastanza li carcerati & non tanto poco, che vadano a poco a poco morendo, stimandosi tanto il souuenire massime a' poueri carcerati, che si concede anco l'alienatione de' vasi, e cose sacre, quando non ci sia altro modo da poterli souenire.

Ha però decretato che (concorrendoui l'assenso della Congregatione generale da intimarsi quanto prima per questo effetto) oltre le due pagnotte, che si danno la mattina, si dia l'istesso giorno con titolo di limosina straordinaria da ministri differenti della Pietà vna pagnotta, & vna foglietta di vino di Velletri a' poueri Carcerati di Torre di Nona, e Corte Sauella il doppo pranzo, stimandosi bene il darla in hora diuersa, non solo per esser cosa straordinaria, ma anco accioche possino meglio sostentarsi i carcerati, cibandosi compartitamente, e non mangiando il tutto la mattina, per hauer poi d'aspettare fino all'altra mattina. La quale limosina straordinaria deua darli solo a quelli a' quali si dà l'ordinaria, e per il tempo, che giudicarà necessario la Congregatione secreta in arbitrio della quale sia ancora il darla quando, e come le parerà a' poueri delle Carceri di Campidoglio, e di Borgo.

CAP. XVII.

Decretum Visitæ super Valetudinario in carceribus Captolij erigendo.

Die 15. Aprilis 1649.

DD. Visitatores stante multitudine Carceratorum infirmorum, & quod illorum non est capax Valetudinarium Curiæ de Sabellis decreuerunt instantibus DD. Procuratoribus Pauperum carceratorum in executionem Constit. fælic. record. Pauli Quinti super Reformatione Tribunalium Vrbis, mandantis fieri Valetudinarium in quibuscumque Carceribus Vrbis adaptari in his Carceribus duo cubicula, alterum ad vsum Valetudinarij secreti, alterum ad vsum Valetudinarij publici, & instrui mobilibus, ac suppellectili, & vtensilibus necessarijs, necnon deputari Infirmerium, qui illorum curam habeat, & hæc omnia fieri expensis Dominorum Carcerum, iniungentes Capitano eorumdem Carcerum, vt infrascriptis pro executione deputatis subministret pecunias pro emptione bonorum prædictorum, & pro satisfactione mercedis Infermerij deputandi, ex computandas in pensionibus domus, seu Carcerum. Ad effectum autem vt prædicta executioni quanto citius fieri poterit, demandentur, deputarunt in executores DD. Petrum Ienarium, & Matthiam de Surdis Pauperum Procuratores, & R. D. Iosephum Crucianum Parochum Sancti Blasij, qui quotiescumque opus fuerit, implorent auctoritatem, & brachium DD. Gubernatoris, & Senatoris omni &c.

CAP. XVIII.

Decretit Visitationis non comprehendi Hebræos circa præstationem alimentorum approbatio Pauli V.

CVm in publica Visitatione Carcerum die 13. Augusti 1620. re maturè discussa fuerit declararum, in cap. 5. Const. Pij V. de facultatibus Visitatorum Carcerũ Vrbis. & similiter in cap. 5. Constit. S. D. N. super Reformatione Tribunalium Vrbis, tit. de facultat. Visit. Carc. non comprehendi Hebræos, declarationem præfatam Sanctissimus D. N. viuæ vocis oraculo approbauit, confirmauit, & publicari, ac in omnibus Tribunalibus Vrbis, per omnes Iudices seruari voluit, & mandauit, nonobstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die 20. Augusti 1620.

Berlingerius Episcopus Ariminen. Gubernator & V. Cam.

CAP. XIX.

Editto dell'Archiconfraternità della Pietà.

VEdendosi giornalmente molti poueri Carcerati per debiti, i quali non solo non hanno modo di pagarli, ma ne anco da cibarsi in carcere, e se bene potriano preualersi contra i Creditori in farsi alimentare, restano spesso di questo timedio esclusi, per non potere pagare il Notaro, che gl'esamini li testimonij per verificatione della loro pouertà: si è procurato timediare a questo incóueniente, e consentolo com M. Lutio Calderino vno delli Confratri della Venerabile Archicompagnia della Pietà de' Carcerati Notaro della Reuerenda Camera Apostolica, al presente in piazza Fiammetta, vicino Monsig. Illustrissimo Tesoriero Generale, con molta pietosa prontezza si è offerto souenire à tanti bisognosi, & ha dato ordine a tutti del suo Offitio, che in simili casi seruano gratis senza premio veruno, tanto nell'esaminare testimonij; quanto nell'espedire mandati di rilasso, & altre scritture necessarie per la loro liberatione. Però si notifica, e prega li Signori Procuratori de' Poueri, & in particolare li Deputati, & da deputarsi da detta Venerabile Archicompagnia, che con tanto bona occasione attendino con la solita pietà, e diligenza a giouare li poueri Carcerati.

Hieronymus Iulianus.
Octauius Barzius Assistens, & Deputatus.
Franciscus Radicius Assistens Apostolicus Præfectus
Io. Baptista Arberinus Assistens.
Paulus Melinus Assistens.
D. Federicus Præfectus Machabeus Deputatus.
Lutius Calderinus.
Io. Bernardinus Elias Secretarius de mandato.

CAP. XX.

Storia dell'Indie cauata dal libro intitolato Viaggio auuenturato di Ferdinando detto Mendez Pinto fedelmente tradotto dal Portughese in Francese per il Signor Bernardino Fiquier Gentilhuomo Portughese, stampato in Paris 1628.

SOMMARIO.

1 *Gl'Indiani medicano coloro, li quali hanno frustato per qualche delitto.*
2 *Tra gl'Indiani quelli, che seruono a' poueri Carcerati ammalati sono huomini molto honorati, e fanno il tutto con grandissima carità.*
3 *Appresso gl'Indiani si trouano Procuratori de' poueri delle prigioni.*

4 Li

4 *Li Procuratori de' poveri prigioni danno vn'habito, e danaro à i poveri carcerati tra gl'Indiani.*
5 *Gl'Indiani castigano li vagabondi seueramente e tagliano le mani à ladri.*
6 *Il Notaro della causa informa li Visitatori delli poueri carcerati appresso gl'Indiani.*
7 *La Misericordia non ha luogo, oue la Giustitia perde il nome.*
8 *Tra gl'Indiani sono Procuratori de' poueri carcerati.*
9 *Giudici tra gl'Indiani, huomini di vita austera come tra noi li Cappuccini, che hanno giurisditione assoluta sopra li affari de' poueri Carcerati, e sono come li Visitatori appresso di noi.*
10 *Il Giudice non si muoue per raccommandatione.*

Cap. 86. pag. 388. del sudetto libro intitolato Viaggio &c.
Della carità con la quale fummo trattati in questa prigione, & d'altri accidenti occorsici.

1 DOppo che ci hebbero frustati nel modo gia detto, fummo condotti in vna gran camera, che era dentro quella prigione a foggia d'Infermaria, in cui si trouauano molti ammalati, e feriti, alcuni sopra i letti, gli altri sopra la terra. Subito fummo medicati con quantità di droghe, di bagnoli, e d'altre cose astringenti, e di poluere, che misero sopra le nostre piaghe: Quindi ce si alleg-
2 geri il dolore delli colpi delle sferzate. Al che sembrauano huomini molto honorati, tali quali possono essere in Portogallo tra noi i Cõfrati della Misericordia, che seruono caritateuolmente gli ammalati, e loro prouedono liberalmente di quãto gli è necessario. Passati vndeci giorni cominciamo à sentire il megliorament[o] ma mentre ci doleuamo de' nostri infortunij, per esser stati cõdennati rigorosamente, cioè ad esser tagliate le mani, piacque à Dio, che vna mattina inopinatamente vedemmo entrare dentro l'infermaria due huomini di buon garbo, vestiti di lungo di raso turchino, e che portauano in mano verghe bianche, in modo di scettro. Nel comparire di questo tutti gli ammalati gridarono, *Pitau hinacur macuto, cheudoo*, cioè a dire, che i ministri dell'opere di Dio vengono con i qualche risposero alzando le loro verghe: Piaccia à Dio darui patienza ne' vostri trauagli, & auuersità, allhora essendosi posti a dare degli habiti, e del danaro a quelli, che
4 erano a loro più vicini, se ne vennero fin da noi, e doppo hauerci salutati molto cortesemente, con demostrationi di essere mossi dalle nostre lagrime, ci dimandarono chi erauamo, e di qual paese; in oltre perche fossimo carcerati, al che piangendo, respondessimo, che noi erauamo forestieri, natiui del Regno di Siam, e di vna contrada detta Malacca, che del resto essendo noi mercanti, & assai facoltosi, & imbarcati con le nostre mercantie, con intentione d'approdare al porto di Liampoo, haueuamo fatto naufragio a vista dell'Isole di Lamaco, e perso in quello tutti li nostri beni, senza poter saluare altro, che le nostre miserabili persone, nello stato appunto in cui ci vedeuano; Al che aggiongemmo, che così maltrattati dalla fortuna, essendo arriuati alla Città di Taipor, il Giudice n'haueua fatti pigliare prigione, senza veruna causa, dandoci ad intendere, che noi erauamo
5 ladri, e vagabondi, i quali per fuggire la fatica andauamo pittoccando di porta in porta, mantenendo così la nostra dapocaggine, e poltroneria con le limosine, che ci veniuano fatte ingiustamente, delche hauendo egli fatto a suo capriccio informatione, essendo Giudice, e parte, ci haueua messo in prigione con ferri, nella quale sopra 42. giorni patiuamo molta fame, & incredibili trauagli, senza che si tronasse chi volesse vdire nostre ragioni, si per non hauer di che presentare per mantenere dritto, come anco per non sapere il linguaggio del paese. In conclusione gli dicessimo, che tra tanto senza alcuna cognitione della causa, ci haueuano condennati alle sferzate, & anco ad esserci tagliate le mani come ladri, si che n'haueuamo gia prouato la prima pena, con tanto rigore, e crudeltà, che i segni non comparjuano che troppo visibili sopra delle nostre tormẽtate carni; e così noi li scongiurauamo per l'offitio, che haueuano di seruire Dio, assistendo a' poueri afflitti di non ci abbandonare in questo bisogno, poiche la nostra estrema pouertà ci rendeua odiosi a tutto il mondo, e ci forzaua a soffrire quãtità d'affronti. Questi due huomini doppo hauerci ascoltati attentamente, rimasero marauigliati, e pensosi delle parole vdite da noi. Alla fine alzando verso del Cielo gli occhi, tutti bagnati di lacrime, e mettendo i ginocchi in terra: O potẽte Signore, dissero, che presedete in luogo altissimo siate benedetto per sempre, poiche voi hauete a caro, che i lamenti de i miserabili necessitosi peruẽgano fino a voi, affinche le grandi offese, che cõmettono cõtro la vostra Diuina bõtà i ministri di giustitia non restino impunite, così speriamo, che per la vostra santa legge, presto, o tardi saranno castigati; eglino all'hora s'informarono da quelli, che stauano vicino a noi delle cose, che noi gli ha-
6 ueuamo dette, e subbito mandarono a chiamare il Notaro, che haueua in mano la sentenza, subbito gli commandarono, che sotto grauissime pene egli hauesse a produrre tutte l'informationi fatte contro di noi, egli non mancò di venire subbito, e di raccontargli a lõgo ciò che era seguito, & il principio di questo negotio. Il che fù causa, che i due Officiali vedendo, che non vi era piu rimedio per le sferzate già tollerate, presentarono vn memoriale al Soprastante dauanti il Chaem, al quale fù risposto di questo tenore, per vn decreto del Par-
7 lamento. La misericordia non ha luogo, oue la giustitia perde il nome, ciò essendo non si può accordare il contenuto della vostra dimanda, la qual dimanda era sottoscritta per il Caem, e per otto Conchacis, che sono come i Giudici criminali; questo mal procedere spauentò grãdemente questi due Procuratori de' poueri, così chiamati per causa del loro officio, di maniera che spinti da vn estremo desiderio di leuarci da questa pena, fecero incontinente vn'altra supplica indrizzata alla Camera sourana di giustitia, della quale ho parlato nel capitolo precedente, done erano Giudici i Religiosi Manigreppos, & talegreppos (radunanza, che s'appella tra di loro Sinfau, ni, Capitau, che signi-

significa il soffio, ouero spirito del Creatore di tutte le cose) In questa supplica cõfessando come peccatori quãto erauamo accusati, erauamo ricorsi alla misericordia, come in effetto n'haueuamo sodisfattione, perche la supplica fù presentata à quelli, che presideuano dentro questa Camera, che erano 9 24. Tallagteppos Religiosi tali, quali sono tra noi i Cappuccini, e di gran credito, sì appresso del Rè, quanto del popolo, e così d'ordinario con assoluta giurisditione sopra gli affari de' poueri, & di quel che non sono capaci di sostenere la violenza de i cattiui, che litigano contro di loro. Subbito che la supplica fù loro presentata, si radunarono al suono d'vna campana, e viddero tutto il processo, si che accortisi, che il nostro dritto si perdeua per mãcamento di soccorso, spedirono subbito due delle loro camere, quali espressamente, & autenticamẽte se n'andarono a far prohibitione al Parlamento di Chaem di conoscere questa causa, la quale riuocauano auanti di se. Inhibitione tenuta per valida dal Parlamento quando vede le lettere patenti di questo tenore. Noi radunati in questa Camera di Giustitia del Leone, coronato nel trono del Mondo, hauendo vista la supplica presentata à i 24. Giudici della vita austera consentiamo, che questi stranieri siano rimandati per appellatione alla Sedia (cioè Tribunale) dell' Aythau delli Aythans nella Città di Pechin, acciò per via di misericordia si habbia a moderare in lor fauore la sentenza data contro di loro. Data il 7. giorno della 4. Lunn, l'anno 23. del Regno del figlio del Sole.

Al quale consentimento il Chaom si era sotto scritto con otto Conchalinzi della Camera criminale, che ne sono come Consiglieri. Queste due lettere ci furono nello stesso tempo portate per i due Procuratori de i poueri, che si erano volontariamente addossati questo carico, e così hauendole pigliate dalle loro mani, li dicemmo che pregauamo Dio di renderli ciò che faceuano per amore di lui. Al che rimirandoci con occhi pietosi, voglia (ci risposero) la bontà celeste guardarui nella cognitione delle sue opere, accioche in essa voi possiate con patienza raccogliere i frutti de' vostri trauagli, come quelli, che temono di offendere il suo santo Nome.

Come fummo mandati appellando alla Città di Pequin. Cap. 87.

PAssati tutti i sudetti trauagli, c'imbarcammo con 30. ò 40. prigioni rimandati come noi da questa Camera di Giustitia à quell'altra Sourana, per via d'appellatione, per esser iui condannati, ò assoluti; hor vn giorno auanti di partire, imbarcati in vna Lanteaa, & attaccati tre à tre ad vna lunga catena, sopragiunsero li due Procuratori de' poueri, e prouedendoci di tutto il necessario, si de vestimenti, come de' viueri, ci domandarono se ci bisognaua altro per il viaggio, al che rispondemmo, che Dio sapeua bene, come eramo di tutto sprouisti, e che niente altro dimandauamo che vna lettera di raccommandatione indrizzata agli Vfficiali di questa santa Confraternità della Città di Pequin, accioche questo gli obligasse a proteggere le nostre ragioni, perche (come ben sapeuano) saressimo stati abbandonati per tutto quel paesse per esser ignoti à tutti. Allhora i due Procuratori sentito ciò, risposero: non parlate così, perche benche la vostra ignoranza vi discolpi appresso Dio, con tutto ciò commettete vn gran peccato, poiche quanto più sarete come poueri abbattuti negli occhi del mondo, tanto più sarete graditi negli occhi di S. D. M. se pigliarete in patienza il trauaglio a cui il senso sempre recalcitra.

In risguardo della lettera, che ci dimandate, ve la daremo di buona voglia, perche vi giouerà, e sarà necessaria nel bisogno; Allhora ci diedero vn sacco pieno di riso, insieme quattro taeis d'argento, & vna copetta per coprirci, poi hauendoci caldamente raccommandati al Chisun, che era l'officiale di Giustitia che ci conduceua, pigliarono da noi congedo con termini cortesissimi, e se ne tornarono all'Infermeria della prigione di cui sopra parlammo, doue erano più di 300. ammalati. Questo è quanto ci occose quel dì, & il seguente subbito fatto il giorno ci mandorno la lettera domandata, sigillata con cera verde, il cui tenore era.

Noi serui di questo alto Signore, specchio risplendente d'vn lume increato, con quel rispetto che vi dobbiamo, facciamo sapere, che questi noui forestieri, che vi renderãno la presente, sono huomini di lontanissimo paese, li quali scampati dal naufragio, giunsero alle riue di quest'Isola Theutan, gettatiui dalla fortuna così poueri, & impiagati, come noi gli habbiamo visti con i proprij occhi, mendicauano da vn luogo all'altro per la limosina, tra tanto per la loro disgratia, senza loro demerito veruno, furono presi dal Combin di Taipu, e mandati a questa 5. prigione di Fangiau, doue subbito furono condennati alla frusta, il che fù esseguito prontamente, di più volendoli con incredibile crudeltà tagliare loro le mani, sono ricorsi alle loro lacrime, & al fauore di questo alto Signore, dal quale noi siamo impiegati, e ci hanno pregato ad aiutarli. Noi per souuenire in tanta miseria gli abbãdonati, habbiamo formato vna supplica, alla quale è stato risposto nella Camera di Leone coronato, che la misericordia non haueua luogo, oue la giustitia perde il nome. Per questo spinti da vn vero zelo dell'honor di Dio, siamo ricorsi alla Camera de i 24. della vita austera, li quali portati dalla pietà, si sono radunati al tocco di vna campana nella santa casa del Remedio de i poueri, e per l'estremo desiderio che haueuano di soccorrere questi, hanno maladetto tutta la gran Camera, e Giudici criminali, acciò che questo primo rigore non hauesse auttorità alcuna sopra il sangue di questi infelici, come in effetto seguì, perche questi vltimi Giudici hanno riuocato la prima sentenza, e rimessa la causa al Tribunale di Pequin. Però Signori, & humili fratelli vi preghiamo in nome di Dio d'esserli fauoreuoli acciò habbino il suo dritto, poiche il contrario sarebbe di grand'infamia à tutti noi, che vi preghiamo

mod'aiutarli con limosine, e vestimenti acciò nõ muoiono per mancamento d'assistenza. Se ciò farete non è da temere, che vn'opera si santa non sia per piacere à questi altri Signori auanti de' quali i poueri incessantemente pregano, e sono vditi nel piu alto de' Cieli, come teniamo per articolo di fede, nella quale terra piaccia a Dio mantenerui felici fino alla morte, e renderui degni della sua presenza del Sole, doue egli siede con tutti i suoi. Data dalla Camera del Zelo di Dio il 9. giorno della settima Luna l'anno 15. dello Scettro del Leone coronato al Trono del Mondo.

Della risposta, che ci fece il Procuratore de' poueri, doppo che lo pregammo di pregare per noi al Chaem Giudice nella nostra causa. *Cap.* 102.

PAssorono dodici giorni intieri senza che si parlasse della nostra causa, alla fine li 4. Tangieres essendo venuti vna mattina a visitare li poueri ammalati, li pregammo instantemente di volere pregare per noi il Chaem, che haueua all'hora la nostra causa per esser giudicata, aggiungendo, che noi erauamo poueri, come egli ben sapeua, e del tutto abbandonati: Essi si scandalizorno di questa dimanda, e ci dissero, se voi fussi di questo paese, come sete stranieri, questo solo basterebbe per impedire, che questa casa non vi facesse alcun bene, e non v'aiutasse ne' vostri affari, ma per causa della vostra ignoranza, e simplicità vogliamo dissimulare la vostra debolezza, perche si deue credere, che altrimenti non saressimo degni delle limosine di Dio.

Questa risposta ci spauentò vn poco, e del modo di proporla molto marauigliati restammo, & gli ne domandammo perdono. All'hora ce ne fù vno, il quale tutti noi riguardando, è possibile, disse, che questi huomini hanno hauuto piu ragione di farli questa dimanda, che noi n'habbiamo hauuto di scandalizarli: perche può essere che in questo habbino errato per costume piu tosto, che altrimenti, perche per esser barbari mancando della perfetta cognitione della nostra verità, non è difficile, che il Ministro della Giustitia possi mostrare tanto poca conscienza, che le parti habbino più di fauore, che di giustitia nelle loro cause.

A questo rianimati li dicemmo, Signori, e Fratelli, poiche ne i vostri carichi sete incorrotti, vi preghiamo instantemente di dirci, perche vi siate scandalizati di quello, che habbiamo domandato che a noi pareua tanto giusto, e necessario trouãdoci in totale abbandonamento. A questa dimanda vno delli quattro, che sembraua di maggior auttorità fra gli altri rispose: Voi hauete molta ragione di riducri a memoria vna cosa, che tanto importa per la vostra liberatione, ma non è giusto che ci preghiate di parlare al Giudice, acciò per cagion nostra non esseguisca il suo officio, poiche questo sarebbe darli occasione di peccare contro Dio, & di andarsene all'Inferno, & in questo faremo piu tosto seruitori del diauolo, che ministri di solleuamento de' poueri; se dite, che la Giustitia è dalla parte vostra, questo si vedrà nel processo, ma quanto alla verificatione consiste in due proue chiare, & in testimonij conforme alla Diuina Legge, sopra della quale il Giudice si fonda, se fà il debito suo, e se ne serue à giudicare quello che è giusto, che se si procede altrimente nel vostro paese: ò fratelli miei, voi douete hauere gran paura del castigo del Cielo, perche la sù non ciè morte per iddio, nella quale sij necessario dormire come fanno quagiù basso li Rè della Terra soggetti a tutte l'imperfettioni, come noi essendo huomini. Il che essendo così amici miei, tutto l'indrizzo che vi posso dare ne' vostri trauagli per porui rimedio, è alzare gli occhi al Cielo, perche di là ha da venire la sentenza della vostra liberatione, & il perdono de' delitti, de' quali sete imputati, nel che v'aiutaremo come buoni amici, se à Dio piaccia esaudirci: detto questo ci diedero la nostra portione ordinaria, e se n'andorno a visitare altri poueri infermi, de' quali ci era sempre in questa prigione gran numero.

CAP. XXI.

Decretum Visitæ, probans ab illa cognosci merita causarum.

1603. 16. Octobris Cap. cum causa fuerit discussa in plena Visita habita ratione viduitatis creditricis damnorum, & interesse, & quod veræ pecuniæ istæ alias prouenerunt ex causa dotis, prout idem met Scipio acceptauit ibidem præsens, facta obligatione per ipsum de soluendo scuta octuaginta quolibet anno in tribus paghis, videlicet, quolibet quatrimestre ratam partem, vel alias iuxta obligationem Conductoris Casalis Versam, vsque ad integram satisfactionem, tam sortis principalis, quàm fructuum decursorum ad rationem contentam in Instrumento census, & decurrendorum ad rationem scutorum septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, iuxta formam statuti, & teneatur in primis, & ante omnia accedere facere præsenti obligationi Prancicum Sutium conductorem eiusdem Casalis, & in euentum, quod eius locatio quoquomodo finiatur ante satisfactionem integram præsentis debiti, teneatur alii Conductorem eodem modo obligari facere, & interim fructus dicti Casalis semper in specie hypothecati remaneant ad fauorem Andreæ, & suorum &c. & deficiente in vna &c. quod principalem &c. & citra innouationem, ac præiudicium ipsius Andreæ, tam quoad anterioritatem, & potioritatem, quam quoad alia iura, & alios obligatos in Instrumento census, & iura iuribus addendo, & cautelam cautelis &c. & in quolibet paga primum excomputentur fructus decursi, & residuum cedat in extinctionem sortis principalis, & relaxetur.

CAP.

CAP. XXII.

Nota nonnullarum causarum criminalium non læuium ex ijs, quas cognouit, & terminauit Soldanus Turris Nonæ 2. Aprilis 1602.

VEntura Ioannis pro furto fuit publicè tortus, & exiliatus ab Vrbe, & districtu, facto tamen verbo cum Illustrissimo D. Gubernatore Vrbis.

3. Iulij 1603. Hieronymus Francisci pro stupro, tortus in secretis, substinuit, fuit exiliatus ab Vrbe, & districtu.

30. Iulij 1603. Fælix famulus ad denunciam N. secreti exploratoris, soluit scuta duo pro pœna Charitati pro blasphemia.

20. Augusti 1607. Angelus Stephani pro vulnere, fuit publicè tortus.

Petrus Bernardini fuit publicè tortus pro furto.

18. Ianuarij 1610. Iacobus, Bernardinus, & Franciscus pro insolentijs in hebræum sub nomine Curiæ, fuerunt publicè torti, cum præcepto de se abstineñ à similibus.

Io. Baptistæ Iacobi pro insultu in hebræum sub nomine Curiæ, & quod fecerit se vocare Baroncellum, fuit publicè tortus, & exiliatus ab Vrbe, & districtu.

15. Septembris 1612. Francisca pro vulnere in capite in Franciscum Antonium, soluit pro pœna scuta quatuor Charitati.

20. Ianuarij 1613. Ambrosius Lucatellus pro falsitate, soluit pro pœna scuta duodecim Charitati.

19. Augusti 1619. Laura Neapolitana pro appositione cornuum ad ianuam domi, facto verbo cum Illustrissimo D. Gubernatore Vrbis fuit condemnata in pœna publicè fustigationis, & exilij ab Vrbe, & districtu, ac scutorum ducentorum.

19. Martij 1619. Cæsar Bastiani Lucensis pro alaphis & percussionibus cum lapidibus, soluit pro pœna scuta duodecim Charitati, ac exiliatus ab Vrbe, & districtu.

3. Decembris 1642. Franciscus, Octauij, & Carolus Valentini pro falsa quærela, & falso teste publicè torti, & cum exilio expediti.

24. Decembris 1643. Sebastianus Artifex pro emptione bonorum argenteorum absque adnotatione contra formam bannimentorum, habilitatus cum obligatione de stando iuri.

30. Nouembris 1644. Maria Felix Curialis, & Claudia Ioannis pro deuiatione sororis Lazari ex quo fatis fuerunt excarceratæ.

4. Iunij 1644. Antonius pro teste falso fuit exiliatus ab Vrbe.

26. Iunij 1645. Franciscus, Io. Pauli pro insultu de nocte in societatem aliorum, ad effectum cognoscendi carnaliter Rosatam vxorem Caroli.

15. Octobris 1645. Andreas Ludouici pro resistentia facta Curiæ alapha, & alijs insolentijs.

31. Iulij 1647. Sanctes pro deuiatione mulieris fuit habilitatus cum præcepto.

Dominicus pro furto fuit exiliatus.

30. Maij 1648. Franciscus Raimundi pro exactione bonorum, & pecuniarum cum epistola aliena manuscripta, & adulterina, fuit exiliatus.

21. Nouembris 1648. Franciscus pro falsa depositione, fuit publicè tortus, & exiliatus ab Vrbe, & districtu.

5. Iunij 1649. Carolus pro adulterio fuit controuersa causa cum Eminentissimo Vicario, & remissa ad Iudicem Turris Nonæ.

Ioannes Paulus Mandatarius Capitolij ob falsam præsentationem monitorij, fuit tortus in secretis, exiliatus, & priuatus officio Mandatariatus.

CAP. XXIII.

MEmoriæ lapsu contigit hoc manè, vt in fine Rotæ, sicut Domino meo prædixeram me facere velle, omiserim Reuerendissimis DD. meis S.D.N. denunciare mandata, Sanctissimo propositum est, vt quæ in reformatione Tribunalium ad nostrum pertinent, quæ breuissimè his comprehensa sunt folijs, considerentur, cupit enim ea stabiliri, quæ maximè ad Tribunalis decus conferunt; Dominus itaque meus per manus aliorum Coauditorum diligenter idem hoc scriptum sigillo munitum, decurrere curabit, quod quisque putauerit animaduertendum verbo, vel scripto notabit, & in proxima futura Rota patefaciet.

Summo silentio, & secreto præcipit vti Sanctissimus vltimus autem ad me idem scriptum remittere dignabitur.

Vale ex ædibus serui tui, die Mercurij 1621. Reuerendissime Domine tibi additissimus mitis, & humilis.

Franciscus Penia.

CAP. XXIV.

Formula tolerantiæ Hebræorum.

Antonius &c. Camerarius.

TIbi Sabbatho Alatoni Hebræo in Ciuitate Anconæ commoranti verę Fidei agnitionem & sanioris consilij spiritum Humilibus nomine tuo nobis porrectis precibus moti attendentes, quod Sancta Ecclesia Hebręos tolerat inter Christianos versari, in testimonium Dominicæ Passionis, & vt benignitate Christiana allecti aliquando resipiscentes Iudaica cæcitate abiecta ad verum Christi lumen conuertantur. De mandato Sanctissimi &c. auctoritate &c. quod tuo, tuique filij, factores, famuli, & ministri vnum dumtaxat fœnoris banchum in dicta Ciuitate erigere, & erectum sub tuo nomine continuare, & in ipso banco pecunias tuas sub fœnore tam super pignoribus cuiuscumque generis, non tamen vsui diuinorum Officiorum ad dictis quam sine, & ad scripturas publicas, vel priuatas, quibuscumque personis ad te recurren. mutuare, sortemque, & fœnus huiusmodi (dummodo decem & octo pro quolibet centenario, & anno non excedat) iuxta formam tolerantiæ, & capitulorum Hebræis bancherijs

cherijs in Alma Vrbe fœnerantibus desuper concessorum, ad quorum quidem tolerantiæ, & capitulorum obseruantiam te, tuosque prędictos omnino teneri, & ad id cogi posse volumus, & pignora capta lapsis decem & octo mensibus pręuia publica subhastatione, & publico officiali adsistente faciem vendantur, & recepta summa tui crediti, reliqua Dominis pignorum restituenda deponantur, exigere consequi, & artes quascumque veluti Aurificum, Sutorum, Merciariorum, Recamatorum, Cribariorum, Bastariorum, Fabrorum, Lignariorum, Ferrariorum, valigias, conficientium, & coramina adaptan. exercere, & in ipsis mercaturas contrahere, & si pro supradicta mercatura, fœnoreque exercendis aliqua a Tabellionibus Christianis Instrumenta, seu rogitus fieri contigerit, in publicam formam redigere, illaque sic redacta tibi, & illis tradere, absque alicuius censuræ Ecclesiasticæ, seu pœnæ etiam pecuniarię incursu liberè, & licitè possint, & recepta à te, vel tuorum aliquo pro ipsius rogitu competenti mercede te ad accipiendum, vel leuandum Instrumenta publica compellere, seu illa ad effectum regestri præsentare, vel ponere, & propterea te, tuosque prædictos grauare, seu grauari facere, nullatenus valeant, & contra tuos debitores ius summarium reddatur, & executiones tam reales, quam personales, tam pro sorte principali mutuata, quàm per fœnore, seu interesse, prout iustitia exegerit committatur, & fiant, quodque pecuniæ tibi a debitoribus solutæ, si in illarum solutione, in quam causam soluantur expressum non fuerit, semper ad computum fœnoris intelligatur, & si quid vltra fœnus debitum supererit, id totũ in solutione sortis principalis cedere debeat, ita tamen, quod fœnus ex ipso fœnore: nullo modo exigere possis, minusque tui prædicti possint eo modo, qua Sancta Mater Ecclesia, ac nostri in officio Camerariatus prædecessores consueuere, nosque quantum cum Deo, & sine peccato possumus, ad annos quinque, à die datæ infrascriptæ computañ, dummodo tamen in bullettinis, & libris tuarum rationum scribatur manu propria Sabbathi prædicti, & in libris tuæ rationis, quos cum Christianis habebis, characteribus linguæ vulgaris Italicæ ad occurrendum fraudibus conseruabis, possis tamen libros in vsum tuæ linguę Hebraicæ habere dummodo ex eis Christianis nõ conuenias, toleramus, & tolerari debere mandamus. Prohibentes tibi, tuisque prædictis sub arbitrio nostro pœnis, ne aliquam artem, seu mercaturam rerum commestibilium per te, aut tuorum aliquem exerceas, nec exercere possis, nec valeas, minusque tui prædicti possint, & valeant strictè propterea inhibendo mandantes Reuerendissimo P. D. Ciuitatis Anconæ Episcopo &c. nè sub pœnis &c. alijsque &c. te, tuosque prædictos in pręmissis contra præsentium mag. literarum formam, & tenorem quomodolibet impediant, molestent &c. Alioquin &c. contrarijs &c. In quorum &c. Datum Romæ in Camera Apostolica die

CAP. XXV.

Capitoli, e Riforma delli Banchieri Ebrei, ridotta à diciotto per cento l'Anno.

SIXTVS PAPA QVINTVS.

Motu proprio &c. Cum sicut accepimus alias bon. mem Aloysius Cornelius, dum viueret noster, & Cameræ Apostolicæ Camerarius, eiusque prædecessores diuersa Capitula, prout têporum necessitas exigebat Bancherijs Hebreis in Vrbe nostra commorantibus super modo, & forma eorum exercitium concerneñ concesserit, prout in diuersis voluminibus eorumdem continetur, quorum Capitulorum cognitio, ab illorum diuersitatem, ac limitationes, & reformationes factas iuxta temporum exigentiam difficile, ad Christianorum veram notitiam deuenire potuit. Quare dilectus filius noster Henricus Tituli Sanctæ Pudentianæ Presbyter Cardinalis, noster, & S. R. E. Camerarius. Cupiens normam dictis *Bancherijs Hebræis dare*, quodque ea, quæ dictis *Bancherijs præmissa*, & tolerata sunt, quibuscumque personis innotescant, omniaque eorum Capitula, limitationes, & reformationes in vno volumine consistant: Idcirco de nostra speciali cõmissione, eidem Henrico Camerario viuæ vocis oraculo super hoc facta, ac sui Camerariatus officij vigore idem Camerarius reducendo, & moderando omnia Capitula vsque in hodiernum diem facta eosdem Bancherios Hebręos reformando fecit, & condidit Capitula infrascripta, & sequentia inuiolabiliter obseruanda sub pœnis per contrauenientes incurrendis, nisi de expressa licentia eiusdem Camerarij, seu illius Auditoris in infrascriptis Capitulis contentis, quorum quidem Capitulorum, illorumque exordij vulgari sermone descriptorum tenor sequitur, & est talis.

Henricus Caetanus tituli S. Pudentianæ Presbyter Cardinalis S. R. E. Camerarius.

Essendo stato concesso dalli Camerlenghi passati nostri antecessori, alli Banchieri Hebrei in Roma diuersi Capitoli secondo ha portato la diuersità di tempi, come si contiene in diuersi volumi di essi, per la qual diuersità difficilmente se ne ha da Christiani vera notitia: & massimamente delle loro limitationi, & reformationi fatte di tempo in tempo, perciò desiderando Noi, che quanto è permesso è tollerato alli detti Banchieri Hebrei, sia chiaro ad ogni persona, e tutto consista in vno volume solo di commissione della Santità di Nostro Signore per Diuina prouidentia Papa Sisto Quinto, fattone a bocca, e per auttorità del nostro offitio di Camerlengato, riducendo, e moderando tutti gli altri Capitoli fatti fino al presente giorno, e reformando gli detti Ebrei Banchieri, habbiamo reformati, e moderati a maggior chiarezza li seguenti Capitoli, da essere osseruati inuiolabilmente, alli quali contrauenendo

ncndo alcun di loro, incorrino nelle pene infra-scritte.

1. E prima, che nessun Ebreo di qualunque sorte senza licenza nostra, ouero del nostro Auditore possi prestare à interesse, o tenere banco publico, ò priuato, sotto pena di scudi trecento d'oro in oro, ouero altre pene ad arbitrio nostro, eccetto li Banchieri ordinari tollerati da Noi.

2. Item prohibiamo espressamente, che nessuno di detti Ebrei Banchieri, possa prestare a ragione di più di 18. per cento l'anno di già concessoli, ne possino dimandare, nè riscuotere in modo alcuno interesse d'interesse, dichiarandosi, che tutti i danari, che saranno pagati a buon conto dall'impegnante, s'intendino esser pagati à conto dell'interesse decorso, e sopravanzando, si dafalchino dal capitale, dichiarando, che l'interesse si habbi da pagare secondo la moneta, che sarà data secondo il libro, e bollettino, sotto pena di scudi 25. d'applicarsi ad arbitrio nostro ogni volta, che si contrafacesse.

3. Item, che non possino pigliare 15. giorni per mese intiero, saluo che il primo mese, nel quale, ancorche fosse vn sol giorno, possino pigliar per mezzo mese, e da 15. giorni in sù per tanto tempo, quanto terranno il pegno, piglino a ragione del numero delli dì, contando di per dì, e questo s'intenda da sei scudi in sù, ma da sei scudi in giù, acciò li poueri Christiani siano serviti, e per torre la difficoltà del calcolare a giorno per giorno, possino pigliare per mezzo mese intiero, da mezzo mese in sù, ancorche non fosse finito il mese, sotto pena di scudi venti per ciascheduna volta, che contrauenissero.

4. Item, che in modo alcuno non possino vendere li pegni, che haueranno hauuti, se non quando dal giorno, che li haueranno hauuti, saranno passati 18. mesi intieri, eccetto se fussero d'accordo, altrimente con li patroni delli pegni, ò hauessero fatto particolar patto, del quale ne apparisca scrittura di sua mano, ouero al nostro Notaro, che si douesse riscotere auanti detto tempo, ò di venderli prima, sotto pena di scudi dieci per ogni volta, che contrauenissero à sodisfattione del danno della parte.

5. Item che siano tenuti à far generale venditione di tutti li pegni, che haueranno tenuti per detto tempo di 18. mesi ogni mese, nel qual tempo debbino in ogni modo venderli, se già non conuenissero con li patroni di perseuerare più, ò di venderli prima, che in questo si segua la volontà de' padroni delli pegni, purche di detto consenso ne apparisca nelli atti del nostro Notaro, o per poliza di loro mano, come di sopra, e passati li 18. mesi, non potendo detto Ebreo mostrare hauer tenuto il pegno di consenso, come di sopra, non possa dimãdare, ne riscuotere interesse più che per 21. mese, ancorche l'hauesse tenuto più tempo. E quando si haueranno da fare le dette vendite, se ne debba proporre Editto al Vicario del Papa, in Campo di Fiore, & in piazza Giudea affisso, e stampato ogni mese. E prima, che li pegni si vendino, si debbano mettere all'incanto in presenza dell'Officiale, da essere sopra di ciò deputato da Noi, e seguendo la detta vendita, si possino del prezzo ritenere la somma del loro credito, & il resto, se ci sarà, siano tenuti restituirlo alli padroni, pigliandone riceuuta dal detto Notaro, la quale si habbia da notare in margine di detta vendita in ciascheduna partita, altrimente non se le dia fede, ò deponerlo nelle mani del sopradetto Officiale, ò di altra persona da deputarsi da Noi. Dichiarandosi, che le spese vadino al danno del padrone del pegno.

6. Item, che tutti quelli, che compraranno li pegni, diano vn giulio per scudo di caparra, e fra dieci giorni siano tenuti à riscuotere, e pagare il resto con vna citatione, e passato detto tempo, e non lo riscotendo, habbiano persa l'arra, la quale vada à benefitio del padrone del pegno, & il pegno si debba di nuouo riuedere alla prima vendita, eccetto, che se l'Ebreo se lo volesse pigliare per il medesimo prezzo offerto, il che stia al suo arbitrio, e quelli, che offeriranno, e non daranno arra ò si pentissero, non siano più ammessi all'offerta per vn'anno, & che il pegno si debba rimettere all'incanto.

7. Item, che se in mettere in prattica la venditione e subhastatione da farsi, come di sopra, seguisse qualche dubbio, ò difficoltà, sia lecito all'Auditore nostro dichiarare, accommodare, & ordinare in modo della detta subhastatione, & ogn'altra cosa, che li paresse espediente, col salario dell'Officiale, il quale s'habbi à pagare dalli vltimi offerenti della somma offerta, come fà il Monte della Pietà.

8. Item, che ciascuno delli detti Ebrei Banchieri quando imprestano sopra pegni, debbino dare al Christiano, che impegnerà nell'istesso atto dell'impegnare vna poliza, o bollettino di esso prestito scritto in volgare Italiano, nel quale sia scritto il nome di colui, che impegna, col numero delli danari, cioè quattrini, ouero argento, che si prestano, & il tempo che s'impegna, e la cosa impegnata, con vna qualità sostantiale, e questo bollettino si dia à tutti, notando al libro, al quale si debba fare fede, & oltre à queste cose, che il Banchiero sia tenuto, e debba scriuere nel libro grosso nome, cognome, padre, patria, & habitatione di colui, che impegna, o in luogo del cognome gli essercitij, & il danaro, sotto pena di scudi due per ciascheduna volta, che contrauenisse, d'applicarsi à nostro arbitrio.

9. Item, che quando restituirà il pegno à chi portarà detta poliza, s'intenda esser ben restituito, ma se tornasse per riscuotere il pegno senza bollettino, allegando di hauerlo perso, ouero altra causa, ancorche fosse quel medesimo, che l'ha impegnato, non se l'habbia a restituire, se non mostra per testimonij sufficienti esser'il vero padrone del pegno, ouero dia vna sigurtà idonea al nostro Notaro, che il pegno sia ben restituito, auanti al quale vogliamo, che si dia, e non ad altri, e doppo l'Ebreo non sia tenuto ad altro, e chi di loro contrafarà caschi in pena di scudi due per ciascheduna partita ipso facto, d'applicarsi ad arbitrio nostro.

10. Item si debba dar fede à quelli libri de' Banchieri tali, quali saranno tenuti secondo la forma, che à loro sarà data, e scritti in lingua Italiana, e che saranno approuati dal nostro Auditore, o da persone

persone petite da essere elette da lui, al quale diamo piena facoltà di poter per Natale ogni anno eleggere, e dare loro il modo, e forma, secondo la quale habbino a tener detti libri, dichiarandosi, che detta approbatione si deue fare prima, che si cominci a scriuere il libro, nel quale non si possa scriuere prima, sotto pena di scudi due, altrimente non faccino fede alcuna.

11. Item, che trouandosi in detti libri qualche partita differente dalla poliza da darsi come di sopra, si dia fede alla poliza, ouero al libro, secondo tornerà più vtile à quello, che hauerà impegnato.

12. Item, che circa la restitutione del pegno, non si dia fede al Banchiero, restando la poliza nelle mani del Christiano, & anco se il Banchiero non farà memoria nel libro grosso a piedi della partita del giorno, che sarà stato riscosso, & restituito detto pegno, eccetto se il Banchiero potesse prouar altrimente hauerlo restituito, e quando si allegasse la perdita della poliza essendo quel medesimo, che l'ha impegnato fino alla somma di scudi due, basti il suo obligo; ma non essendo quel medemo che l'ha impegnato, dia sicurtà, e si debba osseruare come di sopra, sotto la detta pena di scudi due per ciascheduna volta. Dichiarando, che per simil causa si possino obligare donne, minori, & ogn'altra sorte di gente, acciò detti pegni per fuggire l'interessi non si ritardano in pregiuditio delli poueri Christiani, le quali obligationi restino sempre valide.

13. Item, che siano obligati scriuere al libro la qualità del pegno più essentiale, come fino, grosso, nuouo, ò vecchio, & il colore, e volendo il Christiano metterli sigillo, ouero contrasegno, l'Ebreo nol possi ricusare, e nel libro, e nella poliza, e bollettino da darsi come sopra, ne habbi da far mentione, sotto pena di scudi quattro per ciascheduna volta, & essendo il pegno d'oro, ò argento, ò gioie ò altra materia pretiosa, oltre l'altre qualità, e circostanze sopradette, vi si debba scriuere il peso, & il numero loro, sotto pena di scudi 20. per ciascheduna volta si contrauenisse, contra li quali non si possa procedere, se non quando il padrone ne facesse querela.

14. Item si ordina ancora, che ogni Banchiero debba tenere vn libro grosso, secondo la forma presente, cioè legato almeno con tre legami, le cui carte siano numerate, e di tutto numero sia fatta mentione nel principio del libro, e tante partite debbano essere scritte in ciascuna carta quante saranno nella prima, e che non debba essere scritto se non da vna sola mano, e mancando lo Scrittore, il Banchiero non scriuendo esso, o suo figliuolo, sia tenuto prouedere d'altro Scrittore, qual sia approuato dal nostro Auditore, purche tale approuatione non se innoui, nè facci alcuna noua grauezza non solita, sotto pena di scudi 20. per ciascheduna volta.

15. Item, che non possino far più che vn libro in vn medesimo tempo, e facendo giornale, debba esser esso giornale come il d. libro grosso scritto in lingua Italiana, ne facci fede alcuna, ma solo serua à riportare le partite al detto libro grosso, e fra termine di sei mesi debbano hauerle riportate al detto libro, sotto pena di scudi dieci per ciascuna volta d'applicarsi a' luoghi pij. E perche qualche personaggio d'importanza, come Prelati, e Signori di qualità, non vuole alle volte essere visto al libro, sia lecito al Banchiero scriuerli per poliza sua, e contrapoliza dell'impegnante, senza scriuerli altrimente al libro, sotto pena di scudi dieci, d'applicarsi come di sopra.

16. Item, che se l'Ebreo Banchiero ignorantemente prestasse sopra pegno, che fosse robbato, in tal caso sia tenuto il vero padrone restituire al Banchiero la sorte principale senza vsura, purche il Christiano habbia fatto diligenza tra gli Ebrei di ritrouare il furto fra vn mese, e subito trouato, riscuotere la cosa furata, e non riscotendola, sia tenuto non solo alla restitutione della sorte principale, ma ancora dell'interesse, da correre dal giorno, che fù ritrouato il furto; ma non hauendo fatto diligenza di trouarlo fra vn mese, dal dì, che fù impegnato, sia tenuto alla restitutione della sorte principale, & interesse; però tutto questo s'intenda, purche il Banchiero Ebreo non sia in fraude, e consapeuole del furto, che in questo caso deue esser castigato, oltre all'esser tenuto alla restitutione del pegno, senza sorte principale, & interesse.

17. Item, si prohibisce espressamente, che in modo alcuno ardischino imprestare sopra argenti, & oro, doue sia arme publica, per la quale si conosca il vero padrone, senza licenza del vero padrone, ouero del suo Maestro di Casa, e questo s'intenda per Cardinali, Duchi, Vescoui, Signori di Stati, Marchesi, Ambasciatori de Prencipi, ne meno robbe dedicate ad vso del culto Diuino per vso perpetuo di Chiesa, ò Sagrestia, ò Altare, nè sopra Croce, che sia sola da per se, ò posta in cosa doue si possa leuare facilmente. Non intendendo per pendenti fatti per ornamenti di donne, Croce di Cāualieri, ò gioie, ancora che siano fatti in modo di Croce, che questi sia lecito a torli, purche in dette Croci non vi sia alcuna figura, sotto pena di scudi venti, e possino pigliare Croci, che siano in arme, tapezzarie, ò argenti.

18. Item si concede alli sopradetti Banchieri, & loro successori, che possino chiamare per compagni altri Ebrei, purche deputino vno della compagnia specialmente a scriuere il libro approuato dal nostro Auditore, e che quello solo, e non altri scriua in d. libro, sotto pena di scudi 25. Dichiarandosi, che per delitto, che commettesse il compagno, non s'intenda, che il principal padrone caschi in pena alcuna, ma sia tenuto solo all'interesse, che ci fusse della parte.

19. Item, che sia lecito a detti Ebrei renunciare, ò altrimente alienare il luogo, e facoltà di poter imprestare a chi loro piacerà, e tal successore sia obligato a tutto quello, che si contiene nelli presenti Capitoli, purche le dette compagnie, ò alienationi, ò altre sorti di contratto, non si facciano senza il decreto, & approuatione del nostro Auditore, sotto pena di perdere detta facoltà d'imprestare.

20 Item si ordina, che quando si cercasse qualche pegno, che si pretendesse essere stato impegnato senza consenso delli veri padroni, sia tenuto il Bāchiero vsarci la sua diligenza, la quale diligenza

sia

sia di mostrare il libro di quel tempo, che si dimãdasse al nostro Notaro, Mandatario, ouero altri per nostra commissione, sotto pena di vno scudo per ciascheduna volta, la quale diligenza vsata, se si trouasse poi il Banchiero in fraude di hauer hauuto detto pegno, senza scriuerlo al libro, incorra in pena della perdita del pegno, e di scudi 25. per ciascheduna volta.

21. Item si dichiara, che tutti gl'Instrumenti in forma Cameræ, & tutte altre Scritture publiche, ò priuate de mutuo fatte, o da farsi da essi Banchieri ad ogni altra persona, ancorche dichino in forma d'puro deposito gratis, & amore, ò che dicessero mutuo gratis, & amore, s'intendino correrci gl'interessi soliti à 18. per cento l'anno, dal dì, che giunge il tempo del pagamento, dichiarando in qualsiuoglia delle dette scritture, sin che saranno intieramente pagati, e sodisfatti.

22. Item si ordina, e commanda espressamente à tutti li Banchieri, Compagni, e Fattori, che nessuno di essi in materia di pegno, vsure, & interessi, Compagnie d'offitij, presuma in virtù di qualsiuoglia Instromento, ancorche fosse obligatione in forma Cameræ, & ancorche l'Instromento dicesse gratis, far citare, o conuenire persona alcuna auãti ad altro Tribunale, che al nostro; & essendo citato ò conuenuto, non debba in modo alcuno comparire, ma subito procurar l'Inhibitione, si in causa ciuile, come criminale, e quando fosse preso per qualche debito appartenente al detto essercitio, debba al primo essamine opporre l'eccettione dell'incompetenza, e domandar d'esser rimesso al Tribunale nostro, sotto pena di scudi 20. per ogni volta, che contrauenisse.

23. Item si prohibisce sotto pena di priuatione della facoltà di far il Banco, che doppo 24. hore, e la mattina prima che sia vn'hora di giorno, alcuno delli Banchieri nè per se, nè per altri, ardisca prestare à persona alcuna, e prestãdo contra il predetto ordine, e trouandosi poi, che il pegno sia robbato, sia tenuto restituirlo al vero padrone senza sorte, e senza vsura.

24. Item, che se il pegno fosse robbato, ò si perdesse, dando l'Ebreo sufficienti inditij della perdita, ò del furto, l'habbia à pagare quanto fosse prouato che valesse, ouero se più piacerà al Christiano due terzi più di quella somma di danari, che gli haueua imprestato sopra, & in caso, che per li sudetti inditij non si prouasse sufficientemente il detto furto, ò perdita, lo paghi quello, che il Christiano giurerà che valesse, dalla somma, che il nostro Auditore tassarà in giù, e se il pegno fosse d'oro, ò di argento, basti pagare il suo peso, & per la manifattura, che giurerà il Christiano similmente dalla somma, che il nostro Auditore tassarà in giù.

25. Item, che non siano tenuti li predetti Ebrei Banchieri à restituire pegni, nè far altra cosa appartenente all'essercitio del Banco in giorno di Sabbato, nè di loro altre feste.

26. Item, che non siano tenuti accettare sequestri, che si facesse sopra pegni ad essi impegnati, saluo che dal nostro Tribunale, sotto pena di scudi dieci, dichiarãdo, che tutti gli altri sequestri di qualsiuoglia altro Tribunale siano nulli, e di nessun valore.

27. Item, che li detti Banchieri per conseruatione delli panni, e massimamente acciò non siano offesi dalle tarme, oltre la diligenza, che per loro secondo la ragione comune si deue, siano tenuti à sbattere la poluere dalli panni, almeno due volte l'anno, e tener continuamente gatti, acciò non siano offesi dalli sorci, e non vsando diligenza tale, e dipoi accadendo, che qualche pegno fosse tarmato, macchiato, ouero rosicato da sorci, siano obligati à pagar quello, che per ciò tali pegni saranno di peggio, secondo saranno stimati da Periti, da essere deputati dal nostro Auditore, ma fatta la deligenza non siano tenuti à tal peggioramento.

28. Item, che tutte le cause, e differenze, che nasceranno sopra il detto offitio, & essercitio del Banco, ouero contratti vsurarij, & altri contratti loro, tanto tra gli prefati Ebrei, & l'impegnante, quanto tra essi Ebrei, e qualsiuoglia altra persona, etiam che sia obligatione in forma Cameræ, debbano essere conosciute, e giudicate, e decise con la mano Regia, attesa salua la verità del fatto per la Corte nostra, e nelli atti del nostro Notaro, sotto detta pena di scudi 25. osseruando quanto al processo il solito.

29. Item si ordina ancora, che nessuno delli predetti Ebrei possa vsare, nè permettere, che altri vsi in qualsiuoglia modo le cose impegnate, che si cõsumano con l'vso, senza licenza delli padroni, sotto pena di scudi 25. per ogni volta che contrauenisse, e sodisfattione del danno della parte, contra quali si possa procedere ex officio, ouero con querela della parte, come di sopra.

30. Item, che le cause ciuili restino decise senza rimedio di qualsiuoglia appellatione, nè anche si dia rimedio d'appellatione nelle cause criminali, ma possino hauere ricorso da Noi, che commettiamo la causa ad vn'altro nostro Auditore, quãdo ci parerà, che giustamente si grauino.

31. Item si dichiara, che venendo il caso, nel quale si habbia a citare, ò intimare qualsiuoglia Prelato, ò altro Signore grande, basti citare, ò intimare il suo Maestro di Casa.

32. Item, si ordina, che li sopradetti Banchieri tenghino li presenti Capitoli stampati, & attaccati al Banco, cioè dentro la bottega del Banco, però in luogo tale, che li Christiani li possino commodamente vedere, e leggere, sotto pena di scudi dieci per ogni volta, che si contrafacesse.

33. Item si ordina, che non sia lecito fare alcun patto, ò altra conuentione contra la forma delli presenti Capitoli, sotto pena di 20. scudi per ogni volta si contrauenisse.

34. Item si dichiara, che per conto di questi noui Capitoli, non s'intenda in modo alcuno derogato alli antichi Capitoli, Motu proprij, & Bolle de Pontefici in quella parte, che toccasse l'autorità, giurisdittione, e commodo dell'offitio nostro, nella facoltà di poter ad ogni arbitrio nostro mutare e rinouare detti Capitoli, nè meno s'intenda derogato a Bolle, Priuilegij, & Indulti concessi agli Ebrei, se non in quella parte, che repugnassero alli presenti Capitoli.

35. Item, che nessuno delli detti Banchieri possa, nè habbia ad essere accusato per alcuna causa criminale appartenente al detto essercitio, se

non al nostro Tribunale, & dalla parte interressata.

36. Item, che contrauenendo li detti Banchieri à qualsiuoglia delli sudetti Capitoli, nel qual non sia specificata pena, incorrino in pena, ò di perdere la facoltà di potere imprestare, o altre pene da imporsi ad arbitrio nostro, riseruando ancora in Noi di poter moderare li presenti Capitoli, e disporre, & applicare le sopradette pene à nostro arbitrio, e secondo ci parerà.

37. Item, che detti Banchieri Ebrei, auanti che faccino le dette vendite, siano obligati dare in lista al nostro Notaro tutti i pegni maturi, che essi vorranno vendere, e detta lista sia simile alle partite del loro libro approuate, sotto pena di scudi 10. per ogni volta.

Cum autem sicut etiam accepimus dictus Henricus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius, Bancherisque præfati cupiant omnia, & singula Capitula præmissa, & præinserta pro eorum subsistentia firmiori per nos confirmari, & approbari. Nos igitur eosdem Camerarium, & Bancherios specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes. Motu simili, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula Capitula, limitationes, & reformationes præmissa, & præinserta, & prout illa concernunt omnia, & singula in singulis literis, instrumentis, volumine, & documẽtis desuper conficiendis contenta confirmamus, & approbamus, illisque Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac illa perpetua roboris firmitate subsistere, suosque plenarios effectus sortiri, & per Camerarium, & Bancherios præfatos, & quoscumque alios, quos quomodolibet concernunt, & cõcernent in futurum inuiolabiliter obseruare debere decernimus, omnesque, & singulos tam Iuris, quam facti defectus, si, qui forsan in præmissis interuenerint supplemus. Necnon præmissa Capitula, limitationes, & desuper forsan conficieñ, literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari non posse, neque debere. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices &c. etiam S.R.E. Cardinales, ac Palatij Apostolici causarum Auditores sublata &c. iudicari &c. debere, irritumque &c. decernimus. Necnon Almę Vrbis, nostræ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, Gubernatori, Vicario, Senatori, Conseruatoribus, Gabellarijs, alijsque Romanæ Curiæ Iudicibus, eorumque Locumtenentibus, ne eosdem Bancherios Hebreos super pręmissis, ac dictorum Capitulorum cognitione, seu causis tam ciuilibus, quàm criminalibus dicta Capitula, seu eorum aliqua concernentibus se intromittere, aut eosdem Bancherios occasione dictorum Capitulorum, & ab illis dependeñ in persona, rebus, vel bonis suis directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, vel ingenio sub excommunicationis, & indignationis nostræ, ac mille ducatorum auri de Camera pro medietate Cameræ nostræ Apostolicę, & altera medietate eisdem Bancherijs irremissibiliter applicari pœnis molestare, perturbare, vel inquietare audeant, vel præsumant districtius inhibemus. Decernentes irritum &c. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Vrbis nostræ statutis, & consuetudinibus, ac legibus Imperialibus, & municipalibus etiam iuramento &c. roboratis priuilegijs quoque Indultis, & literis Apostolicis etiam Auditori, Gubernatori, Vicario, Senatori, Conseruatoribus prædictis, ac Populo Romano, ac eius districtus, incolis, & habitationibus, & quibusuis alijs etiam Romanæ Curiæ Iudicibus & personis, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu simili, etiam per Nos, seu quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam super transgressionibus Hebræorum, aut alias in contrarium cõcessis, confirmatis, & innouatis, etiam iteratis vicibus. Quibus omnibus, & singulis in literis latissimè extendeñ hac vice latissimè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque cum clausulis opportunis, & consuetis.

Fiat Motu proprio F.

Et cum absolutione a censuris ad effectum &c. Et de confirmatione, approbatione, adiectione, defectuũ suppletionis singulis decretis inhibitione, derogatione, & alijs in præmissis vt supra, quæ hic pro sigillatim, & ad partes repetitis, & expressis habeantur, vt supra latissimè extendeñ. Et cum deputatione eiusdem Cardinalis Camerarij pro præmissorum Capitulorum obseruatione Iudicis executoris, qui assistat. Et præmissa omnia obseruari faciat, causamque, & causas occasione præmissorum Capitulorum ortas, & orituras cum eorum incideñ, dependeñ, emergeñ, annexis, & connexis audiat, videat, cognoscat, & decidat, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pœnis etiam pecuniarijs sub arbitrio imponen, moderañ, & applicañ cum facultate citandi, & inhibendi &c. aggrauandi. Contradicentes &c. per easdem censuras, & pœnas compescen. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Et quod præsentis Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra quacumque regula contraria non obstantibus seu si videbitur literæ per Breue nostrum cum nominum, cognominum, qualitatum, aliorumque necessariorum maiori, & veriori specificatione, & expensione expediri possint.

Fiat F.

Datum Romę apud Sanctum Petrum Pridie Nonas Ianuarij anno quarto.

In Roma, nella Stamparia della Reuerenda Camera Apostolica. 1613.

CAP. XXVI.

Fede del Medico delle Carceri di non hauer medicato li Ciuili.

IO Bernardino Messorio Medico delle Carcere di Torre di Nona per la Carità, fò fede hauere medicato in dette Carcere anni venti otto, & mai in detta Infermeria si è medicato Carcera-

cerato eiusse, sino stato introdotto quattro mesi in quà a medicare, trè, ò quattro Ciuili, non sò con che ordine, & ne ho auuisato li Signori Procuratori della Carità del solito di tanti anni & per la verità ho fatto la presente di mia propria mano questo di 15. Settembre 1651.

Bernardino Messorio mano propria.

CAP. XXVII.

Canonis Niceni ex Arabico à Francisco Turriano Conuersi, canon 80. qui & vltimus.

De electione Procuratoris Pauperum, & de officio eius.

Eligatur in omni Ciuitate aliquis Sæcularis, vel Religiosus, qui sit disertus, & patiens, & quem manifestum sit, Via recta, & orthodoxa incedere, habiteetque propè Ecclesiam, ant in Hospitali, & habeat apud se bona Hospitalis, & prouideat Hospitali, & ægrotis prouideat etiam ijs, qui in carcere sunt. Quod, si inter eos, qui sunt in carcere, aliquem Christianum reperiat qui sit dignus, vt liberetur, debet adiuuare eum, vt à carcere liberetur. Et, si quid ei opus fuerit, aut victu indigeat, & non potest habere ab ijs, qui sunt in custodia liberet, &, si cui opus fuerit aliquo sponsore, debet quærere, qui pro illo spondeat, vt liberetur. Et, si quis fuerit alicuius criminis grauis reus, & non sit dignus liberatione, debet saltem adiuuare eum, ne ei victus, & vestitus desint, neque debet differre subsidium, neque negligens esse in omni eo, quod ad causam eius expediendam pertineat quousque iustè, &, vt meritus est iudicetur, quia ignorant homines, quæ sibi, aut filijs euenire possunt, mundus enim, & casus eius sunt in tribulationibus, & molestijs positi. Et, si quis ex fidelibus bona sua epulando, potando, & scortando, & consumpserit, & ob hanc causam in hanc necessitatem, inconsideratè incidit non est defendendus, sed debet vnusquisque fidelium tum virorum, tum fœminarum dare secundum vires suas, & bonam voluntatem, & colligatur hoc, vt ille à creditoribus, & afflictione liberetur. Et hic Canon caret excommunicatione.

CAP. XXVIII.

Decretum Auditoris Cameræ pro Carceratis.

Omnes detenti in quibuscumque Carceribus extra Vrbem, pro debito merè ciuili, vigore mandatorum ab Auditore Cameræ relaxatorum *à scutis vigintiquinque infra*, facta obligatione per eos de se constituendo in eodemmet loco, statu, & terminis, in quibus reperiuntur ad præsens, etiam irrequisiti, *post festum Epiphaniæ* proximæ futuræ, sub pœna debitorum, pro quibus detinêtur, & *à scutis vigintiquinque supra*, data cautione de se constituendo vt supra, in honorem eiusdem Festiuitatis *Relaxentur gratis*.

Nullus in posterum possit realiter, nec personaliter molestari pro debito ciuili hinc, & per totam *Epiphaniam*, vigore mandatorum eiusdem Auditoris Cameræ, exceptis tamen mandatis suspicionis fugæ, non relaxandis, nisi per Auditorem Cameræmet. Dat. Romæ die mensis Decembris anno

CAP. XXIX.

Delle infermità, che rendono inhabili alla Galera del Messorio Medico.

Valetudinarij si multum debiles sint, & tenuis complessionis quamuis non notabili morbo affecti, & maximè qui ex non aspernabili febri, aut acuto aliquo morbo adhuc non perfectè cōualuerint transmittendi non sunt ad Triremes nisi postquam optimè conualuerint, qui vero chronicis morbis quibusdam vt Hydrope, Chachexia, febribus longis etiam leuioribus, morbo Gallico, Arthritide, Apoplexia, Paralysi, Epilepsia, Malencholia cum delirio, affectibus oculorum, nempe cæcitate, ophtalmia, & chataracta, siue suffusione, surditate, defectu dentium, Hemicrania, confirmata, morbis pectoris, pthisi, empyemate sputo sanguinis ex partibus spiritalibus, fluxione à capite ad pectus salsa, & continua, angustia pectoris, Asthmate scirro epatis, & lienis, Epatemale affecto, fluxu epatico, ventriculo non bene concoquente dissenteria, & lienteria, dolore colico, nephitico, Iliaco, omnibus Hernijs, Ischiade, Podagra, & omni morbo articulari, pedibus male affectis, tam vulneribus, quam contusionibus, debilitat partium ex causa interna producta, siue ex instrumentis incidentibus, siue ex casu ab alto, siue ex scopletis ex quibus in quacumque parte actio fuerit, vel deprauata, vel imminuta, vel abolita ex quibus læsionibus ea non possit vti ad remigandum, polypo in naribus, & vlcere, lapide in vissica, fluxu hemoroidarum continuo, & vulceribus Ani, dissolutione, & fractura ossium, fistulis, lepra, à Trireme excluduntur.

Bernardinus Messorius Medicus Physicus Carcerum pro Charitate manu propria.

CAP. XXX.

Delle infermità, che rendono inhabili alla Galera di Siluestro Posthumo Medico di Corte Sauella, e di Campidoglio &c.

Vitia, & morbos, qui Reos à Triremium pœna eximere possunt, recensere cupientes, secundum ordinem partium progrediemur, initium ducentes à morbis capitis, pergendo ad aliarum partium morbos, quæ successiuè à capite numerantur; ac demum de illis verba faciemus quibus vniuer-

uersum corpus afficitur. Aduertendum tamen prius est, quod nos hic loquimur de illis morbis, ac symptomatibus tantum qui hominem comitantur toto eius vitæ tempore, vel eum ineptum reddunt saltem per longum tempus, nam certum est omnes morbos acutos, & peracutos hominem inpotētem reddere ad ea obeunda, quæ Triremiū pœna damnatus obire debet, sed hoc non faciunt nisi ipso morbo præsente, & tempore quo homo eo laborat, vel per aliquod tēpus post nempe conualescentiæ, ex quorum censu sunt febres omnes acutæ, lethargus, cathoches, seu catalepsis, spasmus, &c. cum quandoque morbi etiam acuti, & peracuti ad sanitatem tendant; sed de illis tantū nobis sermo erit, qui homines per totum eius vitæ tempus, vel saltem per plures annos impotentem reddunt.

Ex quorum numero primo recensetur epilepsis, siue morbus sacer, Comitialis, Herculeus, Infantilis, Caducus, Sonticus, Lunaticus, quæ nomina idem sonant, quia morbus hic nunquam, vel raro curatur, præsertim in adultis, & hic hominem ineptū reddit, quia est actionum principum, sensusque, & motus voluntarij, ablatio, & cessatio cum totius corporis præternaturali conuulsione, & motu conuulsiuo in certis temporibus recurrens.

Secundo est stupor, & torpor, vel manuum, vel brachiorum, vel crurum, vel alterius partis necessariæ ad motum corporis, vel etiam totius, corporis cum vel imminentem apoplexiam nunciet, vel in paralysim non nunquam in spasmum desinat sic & ipsa apoplexia.

Tertio est paralysis, nempe motus in parte vna, vel pluribus ablatio nonnunquam etiam sensus.

Quarto est cœcitas ex quacumque causa prouenient ac etiam visus læsio, & diminutio insignis.

Quinto est surditas, & grauis auditus.

Sexto est dentium defectus, & notabilis imbecillitas.

Septimo est phtysisis, seu pulmonum vulcus, pulmonum tubercula, hydrops pulmonum cum latere coalitus.

Octauo sunt thoracis fistulæ, empyema, & pectoris hydrops, malaque eius structura vnde respiratio impediatur, ac quomodolibet lædatur.

Nono sunt insignes vertebrarum luxationes, cum gibbositate, ipinæ fractura, ac dorsalis tabes.

Decimo est asthma, & orthophæa, & sputum sanguinis, & præsertim ex partibus spiritalibus.

Vndecimo sunt herniæ, & præsertim intestinalis zirbalis, varicosa, & carnosa nam aquosa, & flatuosa vt plurimum curantur.

Duodecimo sunt omnium viscerum scirrhi, præsertim lienis, & hepatis, necnon etiam insignes ipsarum obstructiones cum hydropem minentur, fluxus epatieus, dissenteria, præsertim in ueterata, fluxus hemorrhoidalis continuus cum vulceribus ani.

Decimo tertio est cachexia, & hydrops tam ascites quam tympanites, & anasarca.

Decimo quarto sunt vessicæ fistulæ vlcera, ac lapides in ea contenti, vrinæ incontinentia, stillicidium eius, stranguria, ac quandoque dysuria.

Decimo quinto sunt fistulæ abdominis perinæi, ac aliarum partium ventris inferioris, vel medij.

Decimo sexto est arthritis, seu articulorum dolores podagra, chiragra, ac ischiadicus dolor, præsertim inueteratus.

Decimo septimo est corpulentia nimia, & nimia corporis molis excrescentia, vt actiones, & præsertim motus localis lædantur.

Decimo octauo est cancer, & carcinoma, præsertim in thorace, & ventre inferiori, vel in alijs partibus vnde motus impediri possit, & præsertim cum cancer est cum exulceratione,

Decimo nono est lepra, ac etiam elephantiasis nam hi morbi, præterquam quod hominem impotentem reddunt, sunt etiam contagiosi.

Vigesimo est Aneurisma hoc est arteriæ ruptio, cum præsertim fuerit in thorace, brachijs, vel poplitibus, alijsq. partibus motui inseruientibus.

Vigesimo primo sunt recisiones ligamentorum neruorum, ac tendinum vnde motus brachiorum, crurum manuum, ac digitorum, vel tollatur, vel impediatur.

Vigesimo secundo sunt fracturæ, præsertim brachiorum, humeri, cruris, femoris, clauiculæ, scapulæ, sterni, costarum, spinæ dorsi, ossium manus, coxendici, patellæ in genu, ossium pedis, ac aliarum partium, vnde corporis motus impediatur, sic etiam luxationes non benè curatæ, clauiculæ, spinæ & costarum, humeri, cubiti, radij, manus, & digitorum eius, femoris, patellæ, genu, fibulæ pedis eiusque ossium, cum vitiatione figuræ partis, artusque diminutione, ac atrophia.

Vigesimo tertio sunt abscissiones, & defectus membrorum, vt manus, digitorum, brachiorum, crurū, pedis, vel aliorum ad motum necessariorum.

Vigesimo quarto est atrophia, seu tabes totius corporis, nempe quando corpus ita emaciatum est, vt non reficiatur, partesque non alantur.

Vigesimoquinto sūt lues venerea cū omnibus morbis, ac symptomatibus quæ illi coniungi solent.

Postremo sunt febris hectica, siue cum tabe sit, siue sine tabe, & marasmo. & præterea omnes illæ indispositiones, & morbi qui hominem ad laborem impotentem reddunt &c.

Siluester Posthumus Medicus Physicus pro Charitate Carcerum olim Curiæ de Sabellis, & Capitolij, nunc vero Capitolij, & Carcerum nouorum siue &c.

CAP. XXXI.

Copia della clausula del Testamento di Monsignor Montoia, per iscarcerare li Prigioni, fatto li 20. Maggio 1630.

DI più ordino, & è mia volontà, che doppo essere state adempite tutte le lassite, e legati, che si contengono in questo mio Testamento, com'è stato detto, di tutto il rimanente della mia robba, che resterà in Roma, ò in qualunque altro luogo d'Italia, trasportandosi a Roma, o beni mobili

bili, ò stabili, ragioni, & attioni presenti, e future vendendosi, il prezzo che se cauerà, s'impieghi in Monti non vacabili, de' migliori, che in quel tempo siano in maggior credito, e si vendino più cari, poiche questi hanno sempre migliore assegnamento, e si di questi, come degli altri Monti non vacabili, che si troueranno in mio potere al tempo della mia morte, adempite, come ho detto, tutte le lassite, e legati, che si contengono nel presente Testamento, si faccia vn Iuspatronato perpetuo, il frutto del quale sia ripartito ogni anno nel giorno della mia morte in perpetuo dalli Gentilhuomini della Congregatione de' 40. della Natione Spagnola, in tre parti eguali, cioè

La prima in liberare dalle Carceri nel giorno della mia morte li poueri prigioni per debito, anteponendo in caso di eguale necessità li poueri Spagnoli, che fossero in quelle. E dichiaro, & ordino che nella liberatione da farsi delli detti poueri Carcerati si osserui quest'ordine.

1 Che non si ecceda 30. scudi moneta per ciascun pouero.
2 Che li Carcerati, che si libereranno con questa limosina siano stati prigione per tal debito almeno due mesi.
3 Che costi chiaramente il debito esser liquido, e vero, e non finto: Perciò s'informino dalli vicini & altre persone, che possano dare informatione della verità, se il Carcerato è huomo da bene, di buona vita, e fama, di cui non possa presumersi alcun'inganno in questo caso, auuertendo, che sia persona pouera, e miserabile.
4 Che non si liberi chi sarà carcerato per debiti, che procedano da delitti, nè per rileuatione d'indennità, o molestie, nè per sicurtà, ò Compagnie d'offitio, nè coloro, che possederanno beni stabili in Roma, o fuori di essa, nè chi sarà stato preso per debito di sorte principale, o Cambio, ò Ricambio di Mercanti di Roma, o fuori &c.

Così è
Francesco di Soto Salazar Segr.

Ha di entrata ogni anno l'Heredità di Monsignor Montois scudi 986. 72.½ di moneta, la quale entrata si diuide in tre parti eguali vna per li Carcerati, la seconda per maritar Zitelle, la terza per celebrar Messe; e toccano à ciascuna parte scudi 195.57.½ moneta.

Francesco di Soto Salazar Segr.

CAP. XXXII.

De Reo condemnato in pœnam relegationis, & pecuniariam.

SI Reus eadem sententia fuerit condemnatus in pœnã relegationis, vel exilij temporalis, ac Fisco pecuniariũ persoluendam, & velit manere in carceribus nõ potest huiusmodi permanentia illi inseruire pro vtraq. sed tantũ loco primæ, de qua loquetur *Imperator in l.omnes 23. C.de pœnis, ibi, Omnes quos damnationis conditio diuersis exilijs damnatos metas temporis præstituti carceris inclusæ custodia deprehenderis, solutos pœna, vinculisque laxatos custodia liberari præcipimus, nec formidare miserias vllas exilij*, & agit *Franc. decis. 317.*

Nec ideo poterit ei prodesse loco cautionis in forma depositi quam ratione pœnæ Fisco soluendæ præstare tenetur, vt eius appellatio admittatur iuxta dispositionem Constitutionis 24. Pij V. quia duabus rebus necessarijs vnã sufficere nõ est credendum, vt dicitur *in l.fin.vers.neque enim, C. de Assessor. quare gloss. in l.si plures 9. vers.non difficile est, C.de pactis,* notauit vnum non posse subire vicem duorum, quod *Bald. ibi in fine, secunda lectura, vers. secus*, verum esse inquit, si plura tendant ad vnum finem, quia non potest tunc vnus singula implere ex persona propria; Idem confirmatur ex vulgato axiomate, quod vbi duo obstant, vno sublato remanet alterum, *Dec. cons.208. num.8.* cum alijs plena manu relatis à *Surd. consil.50. numer.27. volum.1. & decis.287. num.20.*

Quod etiam patet ex diuersitate rationis considerabilis in alterutra. Nam respectu primæ Reus ita ducere in custodijs manere seruando relegationem, sicut manendo in carcere, ideoque potest vnum altero explere; respectu verò secundæ Reus appellans ex voluntaria permanentia in carcere reportaret commodum audientiæ in gradu appellationis, & Fiscus vice versa priuaretur securitate exigendi pœnam pecuniariam si contingeret primo iudicatum confirmari, vel ipsam appellationem non prosequi, intra tempora statuta à iure, cui Pius V. voluit Consultum esse dicta cautione præstanda prius quam Reus appellans valeat audiri, non enim talem securitatem Fisco præstat sola eius permansio in carcere, quin potius adimit, cum à communiter accidentibus carceratorum cõditio in dies soleat deterior fieri sicque poterit effici, vt sine causæ in longum protracto nihil tunc super sit super quo valeat exequi condemnatio pœnæ pecuniariæ. Pertritum verò est, quod ratio diuersa causat ius diuersum *l.inter stipulantem 83. §. sacram, vers. sed hæc dissimilia sunt, ff.de verbor oblig. l. final. ff. de calumniat. cum similibus Alex.cons.46.num.6.volum.2. Valenzuol.cons.18. num.94.vol.1.*

Nec replicetur Pium V. in §. 2. dictæ Constitutionis 24. alternatiuè dixisse, *Præstita tamen prius cautione idonea per partem, seu partes appellantes, non tamen confessas in forma depositi pro pœna in qua condemnatus extitit, & seu respectiue de se constituendo in carcere, & ibidem remanendo in quacumque parte iudicij*; Ideoque *Vermigliol.cons.287.num. 1.versic.siquidem cum seqq.* respondisse quod sit in electione condemnati, num malit carceratus manere, quam dictam cautionem præstare, subdendo ita de stylo seruari teste *Marches. part. 1. de appellat. in caus. crimin. §.1. sub num.131.*

Respondetur enim Pium ibi considerasse duos casus, alterum condemnationis in pœnam pecuniariam, quo temperando vigorem Constitutionis 52. Pij Quarti voluit eius actuale depositum fieri solum, quando Reus appellans esset diues Iudicis arbitrio, sin minus eum admitti ad præstationem

tionem cautionis idoneæ in forma depositi, nisi fuerit confessus; Alterum condemnationis in pœnam corporalem, qua se conformando Constitutioni 24. Iulij Secundi, ac dictæ 52. Pij Quarti §.4. quod appellatio non admittatur nec Reus in eam condemnatus audiatur nisi in carceribus cõstitutus, ac propterea vt adæquate responderet, vtrique post mentionem dictæ cautionis in forma depositi suapte natura verificabilis dumtaxat in pœna pecuniaria ad iustam alterius prouisionem addidit verba, *& seu respectiuè de se constituendo in carcere &c.* quibus ex industria inseruit dictionem, Respectiuè vt distingueret casus singula singulis referendo iuxta declarationem *Gizadin. cons.58.num.20. vers. & quod intelligatur cum seqq. Bertazol.consil.ciuil.83. num.26. vers. dictio vero, & 30. lib.1. Ludou. Bell. consil. 79. numer.1. Altograd. cons. 6. num.5. in fine, vers. & illa cum seq. & Gratian.discept at.705.numer.8. vers. stante*, Quare præcedens dictio, seu non est accipienda alternatiuè in eodem casu, sed ampliatiuè ad casum diuersum, *Bald. enim consil.218. num.3. vers. circa quod volum.2.* rectè dixit illam stare ampliatiuè, quando ponitur inter diuersa.

Nec aliter sensit *Marches. d. §.1. sub num.*131. cum ibi locutus sit de condemnatis in solam pœnam pecuniariam, dicendo, *Sed in alijs casibus extra pœnam corporis afflictiuã datur commissio nostra &c. addita clausula seruata forma motus proprij Pij IV. & Pij V. vbi diuites appellantes nisi facto quantitatis pœna in qua condemnati sunt actuali deposito, & quatenus pauper præstita idonea cautione in forma depositi de stando iuri, & iudicatum soluendo, sine Reo in carceribus firmo remanente, vbi reperitur vsque ad causa expeditionem*, Vnde liquet ex illius dicto minimè inferri posse, quod sit in electione Rei condemnati ad vtramque pœnam sola permansione in carcere velle vtrque satisfacere; Nam satis videtur esse quod ille satisfaciat corporali relegationis, cui carcerem, post sententiam æquiparari dixerunt *Farinac. quæst.27.num.104. & Vermigliol.d.consil. 287.num.4.*

Neque ex eo quod Vermigliol. ibidem asseruit non obstare, quod condemnationi pecuniariæ sit admixta condemnatio in relegatione, dicatur sensisse, quod carcer possit inseruire pro vtraque, siquidem numeris sequentibus vim fecit in notoria iniustitia sententiæ, ac excessu pœnæ quoduè Iudex à quo simpliciter detulerat appellationem præsertim quia Marches. cuius testimonio vtitur, loquitur de sola pecuniaria.

Guazin. quoque defens.36. cap.5. num.7. loquitur solum de condemnato in pęnam pecuniariam Fisco soluendam, vt liquet ex rationibus quibus monetur, ibi, *Contingit in Curia dubitari, si condemnatus reperiatur in carceribus, & velit manere carceratus, donec causa appellationis reuideatur in secunda instantia, an cogi possit vigore dicta Bulla ad dictam satisdationem præstandam, vel depositum faciendum, & dicitur negatiuè, vt non possit cogi, sed sit audiendus ipso remanente in carceribus. Primo quia iniquum videtur velle rem, & personã &c. Secũdo quia carceratio illius succedit loco satisdationis. Afflict. post Iseru. in const. Clementina 10. vers secundo quæro, tit vt bannit. lib.2. rubric.4. Foller. in V. si citati compareant num.5. Modern. Roman. quæst.11.num.83. & ita passim obseruatur, licet aliquando reuocetur in dubium à Iudicibus parum hic in Curia versatis qui sæpè ad iudicandum in eo trabuntur.*

Manet ego firmum, quod mansio in Carceribus non valeat inseruire pro vtraque pœna, sed referenda sit ad corporale tantum, vt impleat tempus illius, non autem suppleat defectum cautiones necessariæ pro cautela Fisci.

Quare &c.

Petrus Franciscus de Rubeis Fisci, & Cam. Apost. Aduocat.

CAP. XXXIII.

De Reo comparente post terminum citationis an habentur per contumaces.

CAuetur in Constitutionibus Marchiæ lib.4. cap.10. quod si citatus in causis criminalibus non comparuerit in termino, vel infra terminum citationis habeatur pro contumace, & sine alia pronunciatione, vel reputatione contumaciæ, & lapso illo termino citationis possit contra sic contumacem procedi ad banni dationem, quandocumque absque alia notificatione, vel inquisitione &c. & nisi in termino banni, vel infra terminum comparuerit, & se excusauerit tunc habeatur pro confesso, & conuicto, & vero contumace, & possit effectiuè condemnari de crimine, absque alia notificatione banni, vel alia citatione.

Supponitur autem Reum contumacem elapso termino dicti banni comparuisse ante sententiam condemnatoriam, & quia Fiscus contra eum, vti ipso iure habendum pro confesso, & conuicto prętendit habere intentionem fundatam, nisi ille dictũ crimen excludat probando suam innocentiam. E conuerso autem asserit solum lapsum termini post bannum sine declaratoria iudicij non sufficere ad hoc vt re ipsa habendus sit pro confesso, & conuicto, & effectum præcedentis contumaciæ euanuisse sua comparitione ante illius declarationem, quæ per totam Italiam de generali consuetudine fit eodem contextu cum sententia condemnatoria teste *Clar. in §.fin. quæst.44. numer.4. vers. in Italia autem, & Baiardin addit. ibi num.74. vers. accedat*, quod pariter in Vrbe, ac toto Statu Ecclesiastico seruan. pro notissimo assenerat *Farinac. in praxi quæst.11.num.102. sub vers. limita 2.* Ibi, quia vt notissimum est. Ideo tria discutienda sunt.

Primum an Iudicis declaratio necessaria sit, vel nè vt Reus contumax habeatur pro confesso, & conuicto de crimine, super quo fuit accusatus, vel inquisitus.

Alterum num si post lapsum terminum banni comparet ante declarationem prædictam, & sententiam diffinitiuam super condemnatione, de qua Farinac. inquisit. de stylo dicit habitis inquisiti

contu-

contumacia pro vera, & legitima confessione ipse debeat probare suam innocentiam, vel Fiscus crimen, pro quo fuit accusatus, vel inquisitus.

Tertium, an saltem Fiscus releuetur ab onere legitimandi processum, & repetendi testes examinatos pro instructione Curiæ.

Et sanè quoad primum affirmatiuam tenent *Bart. in l. eius qui delatorem 29. alias 31. num. 2. ff. de iure Fisci*, notando ibi esse casum expressum, quod ista verba, habeatur pro conuicto, seu habeatur pro confesso intelligantur non ipso iure, sed per sententiam *Bald in l. transigere 18. numer. 34. vers. & facit ad statuta iuncto vers. veritas est, C. de transact.* vbi loquens de statutis, quod bannitus habeatur pro confesso, & conuicto, aut veritatem esse, quod quantum ad infamiam habetur pro confesso ipso facto, sed quantum ad aliam condemnationem requiritur, ac desideratur sententia, quia etiam *in dicta l generaliter, §. 1. nu. 8. C. de reb. cred.* notat quod contumax non habetur pro confesso ipso iure, nam ad Iudices pertinet causam æstimare, quod enim nō est vniforme potest esse iustum, & iniustū, ideoq. debet per Iudicē declarari *Castr. cons. 3. n. 13. & 14. par. 3.* dicens, quod si talis declaratio iudicis non est secuta, tunc licet terminus sit elapsus tales inquisiti non habentur pro confessis, quia statutum imponens, quod pro confessi habeantur debet intelligi sanè, scilicet non ipso iure, sed per sententiam *Angel. de malef. V. qui D. Iudex videns numer. 29.* monens aduertendum esse, quod licet contumax ex fictione statutorum habeatur pro confesso, tamen requiritur declaratoria *Nellus de Bannitis 3. par. s. tempus quæst 10. vers. super secundo.* concludens tutius esse tenere, quod requiratur pronunciatio *Marsil. eodem tractat. de Bannit. V. contumaciam num. 50. & in practica, §. postquam n. 37. & seqq.* vbi articulo ad partes discusso hanc de iure putat veriorem esse *num. 44. vers. contrarium. Bossius art. de literis princip. num. 5. ad med. vers. sed quando decens contumaciam nullius momenti esse nisi super ea pronūcietur. Albertus Brunus de statutis V. bannitus, rub. statuta circa bannitos contumaces, & confessos, vers. primo, Plot. cons. 52. num. 23.* latè *Chartar de execut. sent. capt. bann. cap. 1. num. 184. vers. glosa tamen vsque ad num. 191. vers. prout etiam vbi non solum 187. post med. vers. sunt tamen*, inquit potiores, & numero, & authoritate esse qui tenent declaratoriam requiri etiam si verba importent sententiam latam non ferendam ex congestis à *Tiraquel. in l. si vnquam verbo reuertatur num. 40. C. de reuocat. donat. Gabr. tit. de malef. conclus. 10. num. 1. & Alphons. de Castr. de potest. l. pœnal. lib. 2. cap. 8. & seq.* verum quoque subdit *d. num. 191.* sine dubio procedere in terminis dictæ Constitutionis Marchiæ, quæ simpliciter habet contumacem pro confesso, & conuicto, nec aliter expressè habet ipso iure *iuxta dict. Rum. cons. 117. num 9. vol. 5. & Siluan. cons. 100. num. 11. & cum Chartar.* idem asserunt *de prædicta Constitutione, Farinac. dicta quæst. 15 num. 102. vers. licet enim, cum seq. & Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 97. numer. 113.* quibus addi possunt, *Baiard. in addit. ad Clar. dicta quæst. 44. num. 74. vers. accedat*, testans pro certo, quod super huiusmódi contumacia requiritur declaratio, *& Tuscus littera C. conclus. 1022. num. 13.* quod contumax non habeatur pro confesso nisi secuta pronunciatione super hoc, vel sententia quod sit confessus.

Pro quorum sententia plurimum vrgere videtur animaduersio *Bald. in l. si vnica num. 17. C. ex delict. defun.* quod vbicumque à lege, vel statuto cauetur, vt aliquis habeatur pro cōfesso intelligitur si debet haberi, idest si videtur Iudici, vnde super hoc est ab eo interloquēdum quod ex *Bald. repetunt Marsil. d. verb. contumacia num. 152. Albert. Brun. de statut. v. confessio, vers. statuto cauetur quod aliquis. Chartar. d. cap. 1. num. 190. & bine S. Pontifex in cap. cum dilecta de dolo, & cōtumac. prope finem dixit, cum reputauimus contumacem*, ex quo ibidem aduertit *Butr. numer. 22. post med. vers. vltimo aduerte*, quod Iudex sit cautus, quando procedit contra aliquem tanquam contumacem, vt ante omnia pronunciet eum contumacem, vel aliquid interloquatur per quod ostendat contumacem, vt sic patefaciat sibi liquere de contumacia, non enim sufficit eum contumacem esse nisi quoque sibi Iudici liqueat de illius contumacia, cuius dicti meminit Augustinus *Bart. in l. 2. §. quod si actor numer. 5. C. de iure iurand. propter calumn. dand. pro ratione*, quod necessè sit vt Iudex pronunciet, dixit vnde oportet Iudici patefacere eius delictum antequam habeatur pro confesso.

Negatiuè verò fundamenta, quod scilicet eiusmodi declaratio non sit necessaria, eiceit *Bald. in præcitata l. vnica num. 17. vers. in contrarium cum seq. C. de delict. defunct.* ponderando satis esse, quod de contumacia, & lapsu termini præscripti in banno appareat ex actis, quia quod certum est non indiget declaratione. Vnde credidit solum esse pronunciandum vbi negatur contumacia, alias non sit necesse ex quo illa liquet ex actis, ac propterea *in l. vnica num. 35. post med. vers. sic sed numquid contumace, C. de confess.* dixit fatendum esse Iudicis interlocutoriam non requiri, nisi allegetur aliqua iusta causa, quare non debeat haberi pro confesso, quia est quęstio emergens consistens in facto. Imò hoc *in cap. 1 num. 2. vers. sed si sine alia de feud.* sine aliqua culpa non amitteñ, negagauit esse iuri contrariam executionem banni sine aliqua iudicij declaratione factam in personam banniti habiti ex forma statuti pro condemnato, quia in mera executione nulla cognitio, vel dilatio necessaria est. Inde etiam *Felin. in cap. Rodulphus 35. num. 25. post med. vers. propter quod de rescriptis existimauit posse substineri*, quod ipso iure habeatur pro confesso sine aliqua Iudicis declaratione nisi opponatur non subesse rationalem causam, primam quoque distinctionem *Bald. referunt Albert. Brun. de stat. V. verbo confessio, vers. statuto cauetur, quod aliquis ibi, solue si negatur, & Augustin. ad Angel. d. V. qui D. Iudex videns n. 35. in fine, vers. sed ipse. Bald. cum seq.*

Ego licet nulli in iudicando suaderem, quod recederet ab affirmatiua tanquam receptiori, & sic non præsertim in terminis dictæ Constitutionis simpliciter dicentis habeatur pro confesso, & conuicto, non autem ipso iure, non tamen sic stricto iure crederem præcisè requiri ass. declarationem Iudicis

Iudicis, vt contumax elapso termino banni habendus sit pro confesso, & conuicto, quia dicta Constitutio nihil prorsus committit motui Iudicis in quo sit necessaria causæ cognitio, & consequenter eius interlocutio, vt considerat *Bald. in c. vassallus il 2. num 2. vers. considera fide feud. fuer. controu. inter Domin. & Agnat. vassall.* in quo cæteri idem mutuati sunt. Animaduertendum quippe est respectu contumaciæ respuisse non desiderasse iudicialem declarationem. Nam quamuis considerauerit reum citatum posse ab eius incursu excusari ob aliquod iustum impedimentum nisi tamen fuerit illud nomine ipsius rei deductum ab excusatore, vel generali Procuratore respectiuè, voluit eum absque vllo iusto Iudicis ministerio sola legis vi haberi pro contumace, dicendo si non comparuerit in termino, vel infra terminum citationis, nisi fuerit iusto impedimẽto sufficienter probando super quo audiatur etiam per Procuratorem si fuerit impedimentum probabile tantum, & non necessarium, & Procurator specialiter ad hoc cõstitutus, si vero fuerit etiam necessarium tunc audiatur super illo etiam per excusatorem impeditus, vel detentus habeatur pro contumace etiam sine alia pronunciatione, vel reputatione contumaciæ, & lapso illo termino citationis possit contra eum procedi ad banni dationem, quandocumque absque alia notificatione, vel inquisitione &c. sicque primo admisit distinctionem Bald. quod super cõtumacia non sit opus declaratione, ac interlocutoria Iudicis, nisi fuerit negata, allegando iustum impedimentum Rei, qua negatione seclusa illa per se Iudici liquebat ex actis. Secundo patefacit dictum verbum præsentis temporis habeatur, accepisse prolatæ sentẽtiæ non ferendæ quia prolatum ab habente facultatem inducendi qualitatem æquipollet verbis talem esse ex notatis *in cap. 2. de confess. num. 6. per Io. Andr. Anchara n, & Gemin. num. 2. vers. quia ista verbis*, eaque cessante allegatione iusti impedimenti nihil prorsus Iudicis motui committere voluisse, & esset expectari illius cognitio, & interlocutio.

Ex hoc autem patet neque Iudicis motum, & declarationem exegisse verbis sequentibus, & nisi in termino banni, vel intra terminum comparuerit, & se excusauerit tunc habeatur pro confesso, & conuicto, & verè contumace, & possit diffinitiuè condemnari de crimine absque alia notificatione banni, vel alia citatione. Tum quia *Bart. in prealleg. l. eius qui delatorem num. 3. post med. vers. aduerte, ff. de iure Fisci*, notat obseruatione dignum, quod non sit necesse Iudicem pronunciare Reum haberi pro confesso, sed sufficit quod Iudex pronunciet ipsum contumacem. Vnde infert *Felin. in dicto cap. Rodulphus num. 35. post med. vers. & vt vides de rescript. Bart.* nolle quod pronuncietur aliud quam super contumacia, ergo vult, quod hoc constito pœna sit incursa, quare si Bart. auctor opinionis affirmatiuè vult solùm pronunciari super contumacia, quia per se inde sequitur Reum habendum pro confesso, & conuicto ad incursum pœnæ dum prædicta Constitutio vult Reum haberi pro contumace absque Iudicis pronunciatione, fatendum quoque est non velle quodmodo in consequentiam dictæ contumaciæ habeatur pro confesso, & conuicto, vt possit diffinitiuè condemnari de crimine.

Tum quia propria, & genuina contumacis pœna est, vt contumax habeatur pro confesso, & cõuicto, teste *Carpzou. in prax. crimin part. 3. quæst. 140. num. 47. per text. in cap. decernimus 10. vers. nam manifestum est 3. quæst. 9.* cum similibus nimirum si ex statuto contumacia per legem, sine Iudicis pronunciationem statuenda pariformiter est propria illius pœna, quod contumax sit confessus. Tum quia subdit, elapso termino banni absque illius notificatione, vel alia citatione Reum contumacem, vt supra posse condemnari de crimine. Nam si per assertam declarationem exegisset, vtique non exclusisset citationem necessariam in quolibet actu præiudiciali ex regula *legis de vnoquoque 47. ff. de re iud.* tum etiam quia in pœna inductiua tacitæ cõfessionis vrget distinctio *Bald. in l. iubemus 14. §. sanè numer. 8. paulò post med. vers. quædam est pœna tacita confessionis, C. de sacrosanct. Eccles.* quod si Reus potest probare contrarium intelligitur per sententiam, si non potest probare intelligitur ipso iure. Nam cum dicta Constitutio non admittat excusationem à contumacia inductiua dictæ pœnę post terminum banni, sed durante dumtaxat ibi, & nisi in termino banni, vel infra terminum comparuerit, & se excusauerit tunc habeatur pro confesso, & postea comparenti solum concedat, quod audiatur super termino, ibi, *Saluo quod si citatus, vel bannitus etiam post terminum banni, & ante sententiam quomodocumque comparuerit personaliter, & per se, & se excusare voluerit, & super crimine se defendere audiatur super crimine non obstante, quod elapsus esset terminus banni*, notando ex bonis volitis, à comparente, nempè se excusare hoc est à contumacia, & illius pœna tacitæ confessionis, defendere à crimine posterius tantum admittere, quod audiatur super crimine priori tacitè reiecto *ad reg. l. cum Prætor 12. ff. de iudic.* quod annuit noluisse tollere effectus contumaciæ iam incursæ.

Quo vero ad secundum dicunt Reo comparenti post lapsum banni, etiam ante sententiam condemnatoriam incumbere onus probandi suam innocentiam, nec releuari sola negatione, quia Fiscus habet intentionem fundatam in dicto lapsu banni quo ex forma statuti habetur pro confesso, & conuicto *Bald. in l. ità demum 13. num. 6. vers. quæ ergo de Procur.* subdens quod nisi assumat in se dictum onus probandi innocentiam debet omnino succumbere, quia in dubio standum est confessioni etiam fictæ, quod ex *Bald. repetit. Castr. in l. 2. §. quod si tutor num. 7. C. de iure iuran. propter calumn. dand. Cepoll. conf. crimin. 63. super 2. dubio num. 12.* & infra probans, quod Curia habet suam intentionem fundatam ex statuto dicente, quod contumax post bannum habeatur pro confesso vnde huic legi quantumcumque duræ standum est *l. prospexit, ff. qui, & à quibus* cum specialiter notatis *à Bart. in l. absentem 5. num. 3. in fine, vers. sed secundum statuta Italiæ, ff. de pœnis*, latè *Caball. resolut. crim. cent. 1. casu 110. num. 6. vsque ad 15. quæ non solum*

num. 7.

num.7. verſ. & hanc dicit ſemper tenuiſſe ſententiam, & vidiſse obſeruari in practica, ſed reiectis quoque omnibus conciliationibus *ad n.7. verſic. & propterea vſque ad 13. verſ. vnde concludit generaliter*, & indiſtinctè tenendum eſse, quod cõparens poſt terminum banni, & ante ſententiam diffinitiuam grauatur onere probandi ſuam innocentiam, quia accuſator, vel Fiſcus habet intentionem fundatam ex ipſo banno ſecundum veriorem, & receptiorem ſententiam, quam etiam in praćtica videt ſeruari, & ipſe ſemper ſeruauit, & à qua propterea negat recedendum eſse in iudicãdo, cui etiam nouiſſimè adhæſit *Farinac. in addit. ad d. quaſt.11. ſub num.102.*

Sed contraria tribuitur eidem *Bald. & Guid. de Peruſio conſ.23. ſub num.23. inter conſ. crimin. in 4. volum.* 1. negantibus verba dictæ Conſtitutionis Marchię, quod contumax poſt lapſum bãni teneatur pro confeſso, & conuicto intelligenda eſsę irreuocabiliter ſi ante ſententiam compareat quia admittendo huiuſmodi comparitionem, admittit etiam defenſionem Iuris, & Facti, & ſic quod comparens tempore licito poſſit ad ſui defenſionem releuari negando maleficium, ſi nil fuerit contra eum probatum à Fiſco, aliàs ſi teneretur probare innocẽtiam dicta comparitio in tempore eumdem in nihilo releuaret, quod ipſi abſurdum fore. *Angel. de maleſ. V. qui D. Iudex videns num.4. & 5. aſſerenti ſub verſ. vnde aſſerendo in in criminali Reum*, quandocumque comparendo ante ſententiam annullare virtutem banni perinde ac ſi nunquam fuiſset bannitus, *& Nello de Bannitis 3. part. primi temporis quaſt.8. ſub numer.8. verſ. ſi vero proceſſus iuncto, verſ. ſed prædictis*, non obſtantibus docenti ſi proceſsus fiat ex vi ſtatuti, quod introducat confeſſionem ex contumacia, & nihil dicat de comparente poſt bannum ante ſententiam, veritatem eſse, quod ei licet habito pro confeſso incumbat onus probãdi. Primum quia contumacia, & mora iudicialis quæ poteſt purgari vſque ad ſententiam idem ſunt ea verò purgata non poteſt obijci confeſſio inde reſultans, quia ceſsante ſubſtantia, ceſsat qualitas. Secundo quia per comparitionem tollitur priuatio defenſionis, quæ contumaci obſtabat ne admitteretur ad negãdum quam ſententiam probauit etiam *Clarus §. fin. quaſt.44. num.11. ſub verſ. tu vero dic*, firmando contumacem comparente poſt bannum ante ſententiam condemnationis non teneri probare errorem fictę confeſſionis inductæ per lapſum dicti banni, ſed ipſam comparitionem ei ſufficere, quia ex illa purgatur cõtumacia, propter quam ſtatutum induxit dictam confeſſionem fictam, eamque ab obiectis, *Chartar. tuetur Baiard. in addit. ad d. quaſt.44. nu.74.* quibus accedit *Tuſc. lit. C. concluſ.1021. num.11.* dicens cum Nello per comparitionem ante ſententiam tolli effectum contumaciæ.

Verum conciliatrix opinio magis recepta videtur, quod ſi poſt terminum banni ſequuta fuit declaratio Iudicis pronunciantis Reum haberi pro confeſso, & conuicto, & verè contumace non ſufficiat ei poſtea comparenti ſimplex negatio delicti, ſed tenetur ſuam innocentiam probare, quia tunc habendus eſt pro vero, & irreuocabiliter cõfeſso, ſi vero talis declaratio Iudicis minimè facta ante illius comparitionem eidem comparenti ſufficiat ſola negatio, quia non habetur adhuc pro perfectè, & irreuocabiliter confeſso cum lapſus termini expreſſi in banno ſatis operetur, vt Iudex poſſit declarare, quod ante eius lapſum facere nequaquam voluiſset non autem per ſe dictam irreuocabilitatem inducat, prout ita diſtinguendo reſpondit *Caſtr. conſ.3. à num.12. verſ. ſecundus quãdo, vſque ad 25. part 3.* quem probauit *Natta in repetitione clemen. ſæpè num.140. verſ. adde benè de verb. ſignifis.* traditque etiam *Nellus de Bannitis 4. parte primi temporis quaſt.2. ſub numer.2.* dicens indubitater verum eſse, quod onus probãdi incumbat Fiſco ſi ante diffinitiuam nõ fuit pronunciatum Reum contumacem haberi pro confeſso, ſi autem fuiſset ante diffinitiuam interlocutoriæ pronunciatum haberi pro confeſso, nec appellaſset eum contra ſe virtutem tacitæ confeſſionis, ac ideo licet poſſit eam reuocare tanquam erroneam, illi tamen incumbere onus probandi errorem, & ſic rem aliter ſe habere vnus meminit *Soccin. ſen. in cap. qualiter, & quando il 2. numer.946. verſ. ſecunda poſito, de accuſat.* Idem quoque ſenſit *Boſſius tit. de lit. Principum num.5. prope med. verſ. arbitror ego*, ponderans, quod vbi probatio Fiſci oritur ex contumacia, quæ nullius momenti eſt, niſi ſuper ea pronuncietur res dicitur eſse in eo ſtatu, in quo erat ante, quos enumerando adſtruit etiam *Becc. conſ.11. art.1. ad 6. lib.1. Chartar. vero articulo ad partes diſcuſſo dicto cap.1. à num. vſque ad 168.* ita diſsentientium opiniones conciliat *num.170. & ſeqq. vidẽdus quoq. ad n.204. concludendo num.180.* quod Reo comparenti poſt terminum in banno præfixum ante ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam declarationis prædictæ non eſt opus ſuam innocentiam probare, & pateſacere, ſed ſi nihil vltra contumaciam probatum erit, ei ſufficiat ſola negatio delicti, vt abſolutio ſequi poſſit, ſecus autem ſi poſt illam compareat, quia tunc etiamſi nihil probatum ſit vltra contumaciam debet probare ſuam innocentiam, nec illi ſufficiat negatio ſubdens *num.181.* ſecundum hæc intelligenda eſſe *d. Conſtit. Marchiæ quod num.191.* ait procedere ſine dubio, quia non exprimit haberi ipſo iure pro confeſso, ſed ſimpliciter habet contumacem pro confeſso, idem aſseuerat *Scacc. de Iud. lib.1. cap.97. num.74. verſ. contraria*, quod ſcilicet onus probandi delictum incumbat Fiſco, quia contumax non prius habetur pro confeſso, quam ſit talis declaratus à Iudice reſpondendo contrarijs, *Farinac. dicta quaſt.11. num.102.* vbi ſuam ampliationem, quod Bannitus comparens ante ſententiam poſt terminum banni grauetur onere probandi innocentiam, quia Fiſcus ex dicto bãno habet intentionem fundatam, limitans primo quando comparens lapſo termino banni non fuerat declaratus per Iudicem pro confeſso, ſecus ſi talis declaratio fuerit ſecuta, exemplificando dictam Conſtitutionem *ſub verſ. licet cum ſeq.* quia primo non dicitur ius in Fiſco quæſitum, vt transferat onus probandi in Reum poſtea comparentem ſicut altero, nec à prædicto diſsentiunt *Cepol. dicto conſ.63.* nam loquitur cum ſuppoſito, quod fuerit

fuerit sequuta sententia diffinitiua, quod contumax haberetur pro confesso, vt inquit *num. 13. in fine, & Baiard. dicto num. 74. quia in vers. accedat,* vim facit in eo, quod super huiusmodi contumacia requiratur declaratio.

Et si autem non æquum sit in iudicando recedere ab huiusmodi distinctione quam plures, & numero, & authoritate tuentur nihilominus inspecto veriori intellectu dictæ Cōstitutionis, quod Iudicis modum, & declarationem non exegit ad habendum Reum contumacem pro confesso, & conuicto post lapsum termini præfixi in banno nisi eo durante comparuerit, & se excusauerit, perfectio, & irreuocabilitas tacitæ confessionis erit tribuenda ipsi Constitutioni aem ipso iure inducenti per lapsum dicti termini post bannum, nec propterea asserendum quod posterior comparitio etiam ante diffinitiuam condemnatus non adimat Fisco ius inde prius quæsitum ad confessionem delicti nisi à comparente doceatur de sua innocentia.

Ad tertium denique licet *Caualcan. de testibus part. 5. num. 220. vers. quod si Reus fuerit positus in banno,* dixerit repetitionem Testium denegañ contumaci si fuerit lata sententia, nec sufficere si tantum erit positus in banno, ea ratione qua positus in banno simpliciter habetur pro confesso reuocabiliter à quo idem mutuatus est *Guazzin. defens. 24. cap. 9. num. 14. vers. Caualcan.*

Indubiè tamen censeo processum à Fisco confectum aduersus contumacem comparentem post terminum banni elapsum non egere legitimatione, nec Testes in eo examinatos esse repetendos, vt probent. Nam cum ipsa contumacia habeatur pro præsentia *Bald. in l. nec quicquam, §. vbi decretum num. 12. ff. de offic. Proconf.* ipse processus confectus, & Testes recepti, & examinati videntur in præsentia Rei contumacis, & hinc in ciuilibus dicitur ab *Alexan. in addit. ad Bart. in l. si prælusorio 14. §. sed, & agere num. 2. litera C. ad med. vers. sicut diximus, ff. de appellat.* contumacem postea cōparentem admitti debere in eo statu, quo causam inuenit, & ad præterita nō iterare.

Et hoc iure sensit *Bald. dicto conf. 23. num. 25. in fine conf. crimin. in 4. vol. 1.* dum inquit, non nego quin si essent alia indicia facilius cōuinceretur, quia bannum facit quem suspectum. Nam supponit deducta per Fiscum tempore contumaciæ, nam priuari per subsequentem comparitionem viribus probatorijs, quod ex *Bald. repetit Nellius de Bannitis 4. part. primi temporis qu. 1. num. 2. ante med. versic. limita 2.* quod etiam si comparens post terminum banni non teneatur probare suam innocentiam tenetur tamen elidere indicia contra ipsum resultantia ex probationibus contentis in processu circumscripta contumacia, & ficta confessione, ideoque ibi cautè subdit, quod comparenti quandocumque ante sententiam etiam post terminum banni non incumbat onus probandi si contra se nihil aliud habeat, quam contumaciam, & quia non dum fuerat declaratus pro confesso, licet benè teneatur elidere indicia, vel alias probationes si quæ contra ipsum aderint vltra contumaciam, quod innuit comparitione tolli solum effectum tacitæ confessionis resultantis ex lapsu termini præfixi in banno, non autem tolli vim probatis per Fiscum durante contumacia cum maneat in eodem statu, nisi contrarijs probationibus elidatur ab eo qui postea comparuit. Idem quoque pro certo supponit *Chartar. dicto cap. 1. sub num. 180.* ibi sed si nihil vltra contumaciam probatum erit, sola delicti negatio ei sufficit sentiens probatum etiam post comparitionem esse eiusdem virtutis.

Nec dubitari potest quin Testes à Fisco recepti ad Instructionem Curiæ parte non citata non repetiti idem faciant aduersus contumacem, etiam ad hoc vt super eorum attestationibus contra eumdem ferri possit sententia diffinitiua teste *Clar. §. fin. in quæst. 11. num. 2. sub vers. tu tamen dic,* quod repetit *Tuscus litera C. conclus. 1028. sub num. 6.*

Et hinc liquet non subsistere distinctionem Caualcan. & Guazin. inter comparentem ante, & post sententiam, in qua declaratur contumax, cum resolutio contumaciæ per comparitionem ante declaratoriam Iudicis pro cōfesso tollat quidem effectum tacitæ confessionis de crimine instantia putantium eam ad hoc fore necessariam, non autem tollat vim probationi factæ per Fiscũ, quod scilicet stante contumacia rei habeatur, ac si facta fuisset eo tempore, & ideò contra eum sit attendenda, etiam post actum comparitionis.

Quod pariter euincit ratio ponderata per *Caball. dicto cas. 110. num. 9. vers. sed hæc conciliatio,* quod alias bannum inseruisset de vento, & nihil operaretur aduersus contumacem ante latam sententiam diffinitiuam, in qua solum de consuetudine fit iudicialis declaratio contumaciæ. Ideò dicendum est saltim vim tribuere probatis aduersus contumacem, ac si fuisset præsens.

Et ita saluo &c.

P. Franciscus de Rubeis Fisci, & C. A. Aduoc.

CAP. XXXIV.

Dell'vffitio del Sollecitatore de' poueri Carcerati criminali.

IL Sollecitatore delli Carcerati criminali subalternato alli Procuratori de' Poueri, dourà essere eletto dal Sig. Cardinale Barberino Protettore durante la sua vita, e dipoi dalla Congregatione della Carità, dalla quale se le haueranno da pagare scudi cinque il mese di moneta, di due in due mesi in fine, cioè due dell'entrate ordinarie della Carità, gli altri delli frutti de luoghi otto del Monte Sale terza Erettione, resignati à fauore della medesima Carità à questo effetto, e con questo peso, da Monsig. Illustrissimo Scannarolo Vescouo di Sidonia, Prelato della Carità per li Carcerati. Di questa prouisione di scudi cinque il mese, che le comincierà à correre dalle Calende di Ottobre del corrente anno 1653. dourà esser contento, senza pigliare mercede, ò ricognitione alcuna, benche minima da' poueri Carcerati, à quali seruirà, ancorche la desiero di sua spontanea volontà. Possa solamente riceuere da' poueri Carcerati il danaro, che bisogna per le spese

delle

delle citationi, ò altre, mentre habbino qualche commodità di pagarle, ſe non tutto, almeno parte, e di quello, che riceuerà ne debba tener conto, così per ſodisfattione de' Carcerati, come della Congregatione della Carità, non douendo in tal caſo ſpendere l'aſſegnamento, del quale ſi dirà à baſſo, fatto dal medeſimo Monſig. Veſcouo di Sidonia, ſe non per la parte, che mancaſſe per fare le dette ſpeſe.

Non dourà occuparſi in ſollecitar cauſe Ciuili; ma ſolamente criminali de' Carcerati poueri, & in niſſun modo per li ricchi, ſi come ne meno ſarà obligato veder Proceſſi, ne far Informationi.

L'impiego ſuo haurà da eſſere nelli miniſterij baſſi concernenti l'opere della miſericordia corporali, e ſpirituali, come ſi dirà da baſſo; e tutte l'altre, che in qualſiuoglia modo ſpettano alli biſogni, ò ſpeditioni de' Carcerati; de quali miniſterij ſi ſoggiungono gl'infraſcritti più frequenti, per informatione di eſſo ſollecitatore, non già per eſcluderne alcun'altro, che occorreſſe, qui non ſpecificato.

Habbi à cuore in primo luogo la ſpeditione de gl'Infermi, per la liberatione de quali dourà far fare le fedi della malattia, e produrle negl'atti, trattare con quelli, che l'haueſſero da far ſicurtà, hauuto il Decreto farli ſpedire il mandato, farli condurre à caſa propria, ò all'Hoſpitali, & eſſendo in ſtato pericoloſo, non li far muouere dall'Infermeria ſenza il conſiglio de Medici, e trouarle, biſognando, qualche Confeſſore di ſodisfattione; come anco à quelli, che foſſero frà pochi giorni per morire giuſtitiati. Nel reſto degl'altri biſogni, laſci prouedere all'Infermiero, al quale tocca.

Vſi diligenza di ſapere, che robbe ſi trouino addoſſo alli Carcerati, e trouandoſi denari, ò robbe, che poſſano ſeruire per il pagamento delle Secrete, ne auuiſi il Procuratore della Carità, acciò proueda, che ne ſe li dij ſtraordinario in ſecreta, mentre ſiano poueri, ne ſi diſtraggano in altro vſo, douendo ſeruire prima per il mangiare delle ſecrete ordinario, ò Infermeria.

Hauerà da procurare l'eſſame de Teſtimonij à difeſa, ſollecitare le repetitioni, e confrontationi, quando ſi habbino da fare, far copiare, e portare in atti l'Interrogatorij, portare le Citationi a' Curſori, e poi in atti, li Proceſſi a' Procuratori, & Auuocato de Poueri, e riportarli à gl'offitij, al Copiſta l'Informationi, e poi ripigliarle, e darle à chi l'hà fatte, & alli Giudici ſecondo l'ordine, che le ſarà dato, ſollecitare la Signatura delle Commiſſioni, farle incaſſare, e farle pigliar poi dal Notaro della cauſa, pigliar lettere, proceſſi, ò altre ſcritture alla Poſta per ſeruitio de Carcerati. Per le ſpeſe, che dourà fare, le ſarà dato il denaro dal Procuratore della Carità, aſſegnato per queſt'effetto, e donato da Monſig. di Sidonia in tanti luoghi de Monti alla Carità.

Procuri le paci, reconciliationi, e concordia delle parti; perſuadendo alle parti offeſe il conſenſo alla ſcarceratione, per far poi a' Procuratori de Poueri atteſtatione di eſſo, ò della recuſatione, habbia ſempre appreſſo di ſe fedi de non offendendo ſtampate di quelle che diſtribuiſce la Pietà, ò Carità, e venendo il biſogno le conſegni negl'atti, aggiuſtate come ſi deue per quelli, per li quali di tempo in tempo biſogneranno.

Si troui preſente alle Congregationi de' Tribunali, alle Viſite tanto publiche quanto ſecrete, per notare gl'ordinij, che ſe le daranno da eſſeguire; finite le Congregationi noti ſopra vn libretto li Decreti per li Carcerati, e ne procuri l'eſſecutione, e trouando impedimento ne auuiſi li Procuratori de Poueri, acciò facciano quanto biſogna per rimouerlo; ſi come egli ancora dourà fare ogni diligenza per quanto richiede il ſuo miniſterio, di rimouere tutti gl'impedimenti, che differiſcano le ſpeditioni, e ſcarcerationi, come qualche fatto d'adempirſi, diligenza da farſi, fede di conualeſcenza, riſpoſte del Sant'Offitio, del Secretario della Conſulta, Informationi delle qualità delle perſone, lettere da ſcriuerſi fuori, ordini da darſi, & ogn'altra coſa ſimile.

Sappia, che hà d'hauere il peſo di tutti li poueri Carcerati di tutti li Tribunali, e con più diligenza di quelli, li Giudici de quali non interuengono in Viſita, per ſaper dire a' Procuratori de Poueri il ſtato in che ſi trouino le cauſe, e che ſpeditione ſi può pigliare per eſſi in Viſita, alla quale haurà cura di far traſportare gratis li poueri, che foſſero in altre Carceri, con pigliare da chi ſi deue, la licenza della tranſportatione.

Può venir caſo, che nelle Carceri di Ripa per qualche tempo ſia poſto qualche carcerato pouero, & iui riceua aggrauio; procuri di rimediarui, biſognando.

Ogni giorno, vna volta almeno, vada alle Carceri di Torre di Nona, & alle Nuoue, quando ci ſaranno i Prigioni, & all'offitio Criminale di Mõſig. Gouernatore, & almeno tre volte la ſettimana à quelle di Campidoglio, e Borgo; & auuerta come ſi portino li Maſtri di Caſa, e trouando diſordini, ne auuiſi il Procuratore della Carità, e vada in detti luoghi anco più volte, ſecondo che richiederà il biſogno per la ſpeditione, ò aiuto de Carcerati.

Dall'Auuocato de Poueri, ò Procuratori vada quante volte biſognerà, & eſſeguiſca li loro ordini, con darli conto in particolare al Sig. Auuocato de' Decreti delle Congregationi, e degl'impedimenti, che tratteneſſero la ſpeditione.

Auuertà, che mentre hà in mano li mandati di rilaſſo, non ci fraponga tempo, ma vada ſubito à far rilaſſare li Prigioni, nè ſi parta di lì fino che non li vede fuori dell'vno, e l'altro Cancello.

Non dourà accettare altro impiego ſenza licenza della Congregatione della Carità, acciò che poſſa giudicare, ſe ſia incompatibile col buon ſeruitio de' Carcerati, & in tal caſo deputare vn'altro, ſi come anco ſarà in facoltà di deputarlo in caſo che accettaſſe vn carico anco compatibile ſenza detta licenza.

In caſo di qualſiuoglia impedimento anco di malattia, mentre egli non habbia perſona idonea da approuarſi dalla Carità, che eſerciti per lui, la Congregatione della Carità la deputerà, con pagarli la prouiſione ſolita pagarſi à eſſo Sollecitatore.

Non laſci finalmente di auuertire li ſuoi Carcerati poueri, che ſe eſſi non ſi ſeruiranno di lui

per Sollecitatore, e delli Procuratori, & Annotato de' Poueri, ma ſi valeranno d'altri anco per poche volte, ſi renderanno incapaci, tanto dell'hauere li proceſſi gratis, quanto l'elemoſine per le ſecrete, infermeria, e ſpeſa de' mandati, effecutione, e ſala: L'isteſso dica a' Maſtri di Caſa, affinche l'anuiſino alli Prigioni, che veniranno di nuouo; e queſto ad effetto di togliere gl'inganni, che vengono fatti a' poueri Carcerati frequentemente da perſone, che gli cauano quattrini di mano, con promeſsa di aiutare, e poi non ſi riuedono più.

CAP. XXXV.

Nota delle indiſpoſitioni, le quali ſcuſano il Reo dal tormento della Veglia fatta dal Gallina Chirurgo della Carità.

PRincipiãdo dal capo, ſono le vertigini, dolori inſigni, Apopleſia, Epilepſia, e maſſime quãdo altre volte habbiano patito di accidenti Apopletici, ò Epileptici, eſsendo le dette indiſpoſitioni di tal qualità, che quaſi ſempre portano ſeco la recidiua; ſcuſano anche l'Angina, ſeu Squinantia, ferite della Tracchea, e delle parti adiacenti.

In oltre ſcuſano tutti li mali del petto, come toſse longa rebelle, e moleſta; aſma, e tutte le difficultà di reſpirare; Catarro moleſto, e maſſime ſe foſse tenue, e ſalſo; Tutte le vlcere fiſtoloſe del petto, qualſiuoglia rottura, ò ſciſsura di vene, Rancedo perpetua, Empiema Phtiſis, & altri mali che al petto ſpettano, tra' quali ancora ſi deuono numerare li mali del cuore, ancorche minimi, come Palpitationi, Tremori, Lipothimia, e Sincope, alli quali morbi di petto ſeguano quelli del ventricolo, come dolori, vomito frequente, e moleſto; Cardialgia, e Tumori. Doppo queſti vengono quelli dell'infimo ventre, tra' quali ſono l'acqua intercute, che è l'Hidropiſia, e maſſime quando è confirmata; tutte l'Ernie, ſeu Rotture, e maſſime quella, che ſi chiama Inteſtinale, e tanto più ſe è con frattura del Peritoneo, e deſcenſo dell'inteſtino nello Scroto, che in tal caſo non ſe gli deue dare detto tormento, ancorche vi ſi legaſse il brachiero ſolito à legarſi in caſo di rottura, perche detta rottura con detto brachiero non potrebbe ritenere l'inteſtino dentro il ventre che vſcirebbe, e s'infiammerebbe, e correrebbe il pericolo della vita: ma l'altre rotture non inteſtinali con il brachiero legato ſi potrebbero ritenere ſenza pericolo, & eſse ancora ſenza detto brachiero correrebbe il pericolo dell'inteſtinale.

Anco eſcuſano dal detto Tormento li mali dell'Ano, come Tumori, Fiſtole, & Vlcere iui confirmate.

Similmente ogni ſorte di febre anco intermittente, & anche quartana.

CAP. XXXVI.

Decreti, Taſſe, & Ordini della Sacra Viſita de Carcerati, e dell'Archiconfraternità della Pietà in ſeruitio delli Carcerati di Secreta, e dell'Infermeria.

ILluſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Iacobus Franciſcus Aribertus Gubernator, Odoardus Vecchiarellus Auditor Cameræ, Ioannes Baptiſta Epiſcopus Sidonienſis Prælatus Caritatis, Carolus Paluccius Prælatus Pietatis, Euſebius de Euſebijs Aduocatus Pauperum in Viſitatione habita in Carceribus Turris Nonæ die 21. Maij 1654. inter cætera pro Carceratis in Secretis Carceribus mandarunt per Capitaneos, & Cuſtodes Viſitatori Secretorum Carcerum, eiuſque ſubſtituto intereſſentibus in Coquina tempore cibationis Carceratorum prælatorum præſtari obedientiam in concernentibus debitam qualitatem, & quantitatem Ciborum iiſdem Carceratis ſubminiſtrandam iuxta taxam ab *Illuſtriſs. D.* Gubernatore ſubſcriptam ibi affigendam ſub pœnis ſcutorum quinque monetæ pro qualibet vice, Archiconfraternitati Caritatis applicandorum, alijſque etiam corporalibus arbitrio eiuſdem Illuſtriſs. D. Gubernatoris, præſente Sebaſtiano Rouello Capitaneo horum Carcerum, & intimari mandarunt cæteris Capitaneis omni &c. Tenor vero Taxarum, de quibus ſupra fit mentio eſt, vt ſupra, videlicet,

Taſſa de Cibi da darſi à ciaſchedun Carcerato di Secreta, che mangia l'ordinario d'vn Carlino il paſto, & à quelli d'Infermaria.

In tempo, che ſi mangia di graſſo.

Pane ſecondo il tempo preſente, due pagnotte da baiocco la mattina, & vna, e mezza la ſera.

Vino puro ſenza difetto vna foglietta la mattina, altretanto la ſera.

Mineſtra la mattina, la ſera in cambio d'eſſa vn'inſalata con ſale, aceto, & oglio bono.

Carne mezza libra la mattina, altretanta la ſera, di Vaccina, ò d'Agnello ſecondo i tempi.

Il Venardì, Sabbato, & à quei, che fanno il Mercordì.

Mineſtra la mattina ſecondo i tempi, due oua nel butiro, ò vero oglio bono, caſcio freſco oncie quattro, ò ſecco oncie tre la mattina. La ſera in cambio di mineſtra, inſalata, due oua, e caſcio come ſopra.

Li Giorni di magro.

Mineſtra la mattina ſecondo i tempi, mezza libra di peſce, e non ſe ne trouando ſe non à gran prezzo, farache, tonnina, alici, arenghe in competente quantità, noci, fichi, ò paſſerina, ſecondo li

dò li tempi, la sera insalata, e frutti, come sopra, se digiunano, se non digiunano mezza libra di pesce, ò altro come sopra.

All'Infermi.

Pane da decina, vino d'approuarsi dal Medico, Carne di Castrato, ò Vitella Campareccia, oua fresche, brodi, acqua cotta, minestre, e tutto nella quantità, e qualità da ordinarsi dal Medico in scritto sopra il libro delle ricette. Dato nelle Carceri di Tor di Nona in Visita li 21. di Maggio 1654.

Giacomo Francesco Ariberti Gouernatore.

Gio. Andrea Genouensi Not. per la Carità.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Iacobus Franciscus Aribertus Gubernator, Odoardus Vecchiarellus Auditor Cameræ, Palutius de Paluttijs Carcerum Præses, Ioannes Baptista Scannarolus Episcopus Sydoniensis Prælatus Caritatis, Carolus Paulucciu Prælatus Pietatis, Eusebius de Eusebijs Aduocatus Pauperum, Iustinus Gentilis Procurator Fiscalis in Visitatione habita in Carceribus Turris Nonæ die 18. Iunij 1654. inter cætera pro Carceratis in Secretis Carceribus, & Infermeria mandarunt seruari ordines ab eodem Illustrissimo Gubernatore in Visita subscriptos, præscribentes modum in alendis præfatis Carceratis, seruandum sub pœnis etiam corporalibus auctoritate eiusdem Illustrissimi Gubernatoris infligendis, & moderandis, præsente Sebastiano Rouello Capitaneo Carcerum Turris Nonæ, & cæteris intimari omni &c. Ordines verò, de quibus supra fit mentio, sunt tenoris infrascripti, videlicet,

Ordini da osseruarsi per li Carcerati di Secreta, e d'Infermeria.

Siano obligati i Capitani auuisare il Visitatore dell'hora del pranso, e della cena.

Non si fraponga tra il pranso, e la cena meno di sett'hore.

Non si leui di Cucina il cibo senza aspettare al meno per mezz'hora il Visitatore, ò vero il suo Sostituto.

La minestra si dia in vn piatto separato per tre al più.

Il vino si dia in vn vaso, che tenga tante foglierte, quanti sono li Carcerati, & vna brocca d'acqua.

La carne sia in tanti pezzi, quanti sono li Carcerati.

L'insalata, che si dà la sera sia in vn piatto per tre al più.

Non possino mannomettere botte di vino, che non sia prima approuato dal Procuratore della Carità, ò Visitatore, li quali possino, quando pigliasse qualche difetto, ò fosse già nel fondo, farlo mettere nell'aceto dal Capitano.

L'hora poi di dar da mangiare all'Infermi sia quella, che ordinarà il Medico.

A quelli, che il Medico vietasse il vino siano obligati darli qualche altra cosa in ricompensa secondo l'ordine del Medico, ò Infermiero.

Quando vi sarà ammalato graue in secreta, diano per aiuto all'Infermiero vn Carcerato sano di Secreta; parimente quando sarà alla larga diano vn Carcerato di quei da basso per aiuto.

All'Infermiero doueranno spettare gl'auanzi dell'Infermi.

All'Infermiero si dia commodità di fuoco secondo il bisogno dell'ammalati.

All'Infermiero si obedisca in eseguire gl'ordini del Medico, & anco li proprij dello stesso Infermiero per qualche accidente in absenza del Medico.

All'Infermiero si dia vn boccal d'oglio il mese per tener la notte accese le lampade.

Per ogni volta, che contraueranno li Capitani, ò Guardiani cadano in pena di scudi tre di moneta da applicarsi alla Carità, & altre pene anco corporali ad arbitrio di Monsignor Illustrissimo Gouernatore.

Per proua de mancamenti sudetti, che commettessero basti il detto del Visitatore, ò suo Sostituto, ò Deputati della Carità, ò Pietà, che si fossero trouati presenti, ò in difetto de tutti si stia à quello, che affermeranno li Carcerati di Secreta con giuramento.

Con li presenti ordini, Decreto di Visita, e Tasse fatte sopra questa materia non s'intenda derogato à quello, che di più disponesse à fauore de Carcerati la Riforma di Paolo V. ò contenessero l'Instromenti delle locationi delle Carceri fatti, e da farsi.

Tenghino li Capitani affissi questi ordini, doue parerà al Procuratore della Carità, ò Visitatore. Dato nella Visita di Tor di Nona li 18. Giugno 1654.

Giacomo Francesco Ariberti Gouernatore.

Gio. Andrea Genouensi Not. per la Carità.

Decretum Archiconfraternitatis Pietatis.

Die Iouis 25. Iunij 1654. Habita fuit Congregatio secreta Venerabilis Archiconfraternitatis Pietatis Carceratorum Vrbis in solito Oratorio Sancti Ioannis de Pinea, cum interuentu infrascriptorum Illustrissimorum Dominorum, videlicet, Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Ioannes Baptista Scannarolus Episcopus Sidoniæ, & Præfectus Venerabilis Archiconfraternitatis Pietatis Carceratorum Vrbis, Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Carolus Pauluccius Prælatus ad Carceres, Antonius Cellius Prior Visitatorum, & Visitator Carcerum Secretorum, Abbas Marcus Antonius Peronus Prouisor, Ioannes Baptista de Monte Sindicus, Archangelus Oli-

Oliuerius Sindicus, Carolus Lucidus Procurator, & Leonardus de Papis Secretarius, qui in dicta Congregatione stantibus Decretis à Sacra Visita factis super taxus, ac ordinibus firmatis in fauorem Carceratorum existentium tàm in Infirmaria, quàm in secretis Carceribus, quorum Archiconfraternitas nostra peculiarem curam habet, vt quæ à Visita piè ordinata sunt facilius executioni demandentur, inter cætera prius per Bussulam adepta prædictorum Vota, quæ omnia fauorabilia fuerunt, vnanimiter decreuerunt destinari D. Visitatori Carcerum in adiutorium duos Substitutos viros probos in nostra Archiconfraternitate descriptos, vel in ea describendos, & si fieri poterit Sacerdotes ad nutum amouibiles per Congregationem secretam eligendos, ac remouendos etiam sine aliqua causa toties, quoties ipsi videbitur, & placebit, quorum onus sit singulis diebus in coquina Carcerum Turris Nonæ, Carcerum, quæ ædificantur in via Iulia; postquam perfecti fuerint, interim alternis vicibus Carcerum Capitolij, & Burgi tempore Prandij, & Cœnæ interesse; & pro viribus adniti; vt tàm Decreta, quam Taxæ, & ordines præfati ad vnguem obseruentur, & executioni demandentur, pro quorum labore ex nunc assignarunt, & applicarunt singulis scuta tria quolibet mense in fine persoluenda, partim ex fructibus locorum octo montium nostræ Archiconfraternitati ad hunc effectum donandorum ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Ioanne Baptista Episcopo Sidoniæ Prælato dictæ nostræ Venerabilis Archiconfraternitatis Carceratorum Pietatis, partim tum ex redditibus locorũ mõtiũ propriorum nostræ Archiconfraternitatis acquisitorum cum pecunijs, quæ quot annis deductis expensis superfuerunt, quam ex alijs quibuscumque Introitibus non obligatis pro aliquo speciali seruitio Carceratorum.

Instrumentum Donationis Episcopi Sidoniensis.

In nomine Domini Amen. Per præsens publicum Instrumentum cunctis vbique pateat euidẽter, & sit notum quod anno à Natiuitate eiusdem Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto Indictione septima Põtificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Innocentij Diuina prouidentia Papæ Decimi anno eius Decimo, die vero vigesimanona mensis Iunij. In mei Notarij publici Testiumq. infrascriptorum ad hæc, specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Illustriss. & Reuerendiss. D. Ioannes Baptista Scannarolus Mutineñ Episcopus Sidoniæ Præfectus Venerabilis Archiconfraternitatis Pietatis Carceratorũ Vrbis mihi &c. cognitus cupiens, vt Decreta à Sacra Visita Carcerum Vrbis nuper facta, taxæq. ac ordines firmati ad fauorem Carceratorum existen. tam in Infirmaria, quam in secretis carceribus, quorum dicta Venerabilis Archiconfraternitas peculiarem curam habet, quantum in se est facilius executioni demandari sponte &c. & alias omni &c. loca octo montium non vacabilium ad Dominationem suam Illustrissimam spectan. Videlicet loca septem Montis Salis non vacabilis Tertiæ Erectionis in personam ipsius Illustriss. & Reuerendiss. D. Donatoris, & locum vnum Montis Nouennalis Secundæ Erectionis in personam Illustriss. D. Alexandri eius fratris cantan. donauit, & titulo purè, merè, simplicis, perfectæ, & irreuocabilis donationis quæ fit, & fieri dicitur inter viuos, dedit, & concessit cum fructibus à Kal. Iulij decurrendis dictæ Venerabili Archiconfraternitati Pietatis Carceratorum Vrbis absenti &c. me &c. Notario & Secretario infrascripto pro eadem præsente, & legitimè stipulante &c. Et ex causa, & titulo dictæ Donationis cessit &c. eidem Venerabili Archiconfraternitati licet absen. stipulatione qua supra pro ea interueniente &c. omnia, & singula iura &c. nullo iure &c. ad habendum &c. ponens &c. constituens &c. dãs &c. & donec &c. constituit &c. Hãc autem Donationem &c. prædictus Illustriss. D. Donator fecit, & facere dixit, & declarauit erga supradictam Venerabilem Archiconfraternitatem licet absentem &c. me &c. vt supra præsente &c. ex mera sua liberalitate, & eleemosyna ex causa antedictis, & ad hoc vt Carcerati in Carceribus secretis, & Infirmi dictorum *Carcerũ minora, quam fieri possit,* incommoda in *victu, & gubernio patiãtur; Et quia sic sibi* de bonis, & rebus suis ita disponere placuit; & placet cum infrascriptis tamen conditionibus, & non alias &c. de qua &c. Quod fructus dictorum locorum Montium perpetuis futuris temporibus deseruiant, ac deseruire debeant pro mercede danda personis deputandis à Congregatione secreta Venerabilis Archiconfraternitatis antedictæ ad interessendum cibationi supradictorum Carceratorum; & in alium vsum nullatenus conuerti possint sub quouis prætextu &c. & in euentum quod & quacumque causa non adimpleant ad vnguem contenta in decretis, taxis, & ordinibus præfatis, necnon decreto super hoc facto in Congregatione secreta dictæ Venerabilis Archiconfraternitatis sub die 25. mensis Iunij 1654 seu &c. (de quo supra) *Huiusmodi* Donatio habeatur pro non facta, & tam dicta loca montium, quam illorum fructus censeantur, & sint ex nunc, prout ex tunc, quando casus euenerint ipso iure, & ipso facto etiam absque alicuius Iudicis ministerio applicata, & incorporata alteri donationi alias sub die 8. Augusti 1644. seu &c. rogatæ per acta Viperæ Notarij Capitulini, & dictæ Archiconfraternitatis Charitatis Secretarij ab Illustriss, & Reuerendiss. Donatore factæ ad fauorem dictæ Archicõfraternitatis Charitatis aliorum locorum nouem Montis Fidei ad effectum, vt deseruiant pro expensis dictorum Carceratorum ad quem effectum voluit etiam deseruire redditus horum octo locorum Montium in euentum vt supra, ac etiam pro liberãdis Carceratis Ciuilibus in hebdomadaria Visitatione cum eleemosynis Visitatorum, seu aliarum piarum personarum liberandis, & in euentum extractionis, seu resignationis dictorum locorum octo illorum prætium reinuestiri debeat in alijs locis montium non vacabilium, & hoc obseruari debeat toties quoties casus euenerit, & in litteris

Pa-

Patentibus dictorum locorum Montiū expediendis fieri debeat expressa mentio tam in hac prima vice, quam in alijs huiusmodi loca montium prouenire ex huiusmodi donatione cum conditionibus præfatis &c. & propterea idem Illustriss. & Reuerendiss. Dominus ex nunc &c. tacto pectore more &c. consensit &c. resignationi dictorum locorum octo Montium, de quibus patet ex originalibus litteris patentibus mihi consignaris Secretarijs dictorum locorum Mōtium in actu resignationis tradendis, pro qua resignatione facienda cōstituit Procuratorem D. Carolum Lucidum I. V. D. nostræ Archiconfraternitatis Pietatis Carceratorum pariter Procuratorem cum omnibus facultatibus desuper necessarijs, ex opportunis cum supradictis conditionibus in litteris patentibus vt supra inserendis, & non alias &c. de quo &c. Promisit insuper idem Illustriss. & Reuerendiss. D. Ioannes Baptista Scannarolus supradictam donationem dictorum locorum octo Mōtium esse, & perpetuo fore bonam validam, & legitimè factam, eamq. habere ratam, validam, & firmam, & omnia in præsenti Instrumenta contenta semper attendere, & obseruare, contraque non facere, dicere, & opponere, nec minus præsentem donationem, & contenta in ea reuocare, annullare, nec renocationem aliquam attentare, per se, aut per alium, seu alios quouis prætextu, quæsito colore, causa, vel ingenio etiam hic non expressis, & de necessitate exprimendis, renuncians propterea medio iuramento tacto pectore more &c. omnibus legibus, & iuribus ad fauorem donatorum quomodolibet faciendum, de quibus idem Illustriss. & Reuerendiss. D. asseruit esse benè informatum &c. Et quamquam præsens donatio non indigeat aliqua insinuatione vti facta ad pias causas, & ex causis supra expressis; nihilominus ad abundantiorem cauthelam quatenus opus sit &c. Itant vtile perinutile non vitietur nec è contra &c. sponte &c. omni &c. fecit, & constituit &c. suum Procuratorem irreuocabilem etiam medio iuramento tacto pectore more &c. dictus D. Carolum Lucidum ad comparendum coram quocumque Iudice ordinario Romanæ Curiæ, & præsentem donationem, & contenta in ea quæcumque insinnandum, & notificandum, & in actis cuiuslis alterius Notarij publici registrari peteñ, & obtineñ, & quodcumq. decretum necessarium, & opportunum impetrañ, & obtineñ, & generaliter &c. promittens &c. releuans &c. etiam cū facultate substituēñ alium Procuratorem &c. Pro qua donatione dixit Dominatio sua Illustrissima habendas esse gratias Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinali Antonio Barberino Protectori nostro, cui liberali munificentia affirmauit factum esse, vt ipse Illustriss. Donatoṛ facultatem habuerit donandi prædicta loca octo montium, quæ sibi pro parte victu retinuerat cum Eminentia sua, post reditum è Gallia statim mandauerit eumdem Illustrissimū Donatorem adscribi inter suos Prælatos domesticos cum solitis emolumentis præter currus, expensas, quas ait dignatū fuisse Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinalem Franciscum Barberinum eidem Illustrissimo Donatori vsque ab initio Pontificatus S. D. N. Innocentij Decimi benignè subministrare, & ambo Eminentissimos fratres eumdem Illustrissimum Donatorem rudè donasse, quod hic vulgo dicitur ipsum iubilasse. Quæ omnia, & singula supradicta, & in præsenti Instrumento contenta idem Illustriss. & Reuerendiss. D. Donator promisit &c. habere rata, grata, valida, & firma contraque non facere &c. sub quouis prætextu alias &c. ad omnia damna &c. de quibus &c. Pro quibus omnibus, & singulis obseruandis idem Illustriss. & Reuerendiss. D. Donator se hæredes &c. bona &c. iuta &c. in ampliori forma Cam. Apostolicæ, & cum solitis, & consuetis clausulis obliganit &c. cuicumque appellationi &c. renunciauit &c. consensit &c. sic tacto pectore more &c. iurauit &c. super quibus &c. Actum Romæ in Domo Probationis Societatis Iesu cum Inuocatione S. Andreæ Apostoli in Monte Quirinali, & in Stantijs solitæ habitationis ipsius D. Donatoris. Præsentibus ibidem Venerandis Patribus Societaris Iesu Videlicet Fabritio Banso Mediolanensi Prouinciali Prouinciæ Romanæ, Aloysio Albritio Placētino Antiquo Summorum Pontificum, & Ioanne Paulo Oliua Ianuensi moderno S. D. N. Innocentij Papæ Decimi Concionatori, qui se huic donationi vna cum Donatori subscribent. Testibus ad prædicta omnia, & singula vocatis habitis, specialiter atque rogatis.

Ego Io. Baptista Episcopus Sidonien. donaui vt supra manu pr pria.

Ego Fabritius Bansus interfui pro teste supradictæ donationi, & me subscripsi manu propria.

Ego Io. Paulus Oliua interfui pro teste supradictæ donationis, & me subscripsi manu propria.

Ego Leonardus de Papis de Carbio publicus Dei gratia Apostolica auctoritate Notarius, & Secretarius Venerabilis Archiconfraternitatis Pietatis Carceratorum Vrbis, & in Archiuio Romana Curia descriptus de præmissis rog. præsens Instrumentum subscripsi req. &c.

CAP. XXXVII.

Castigo seuerissimo di due Testimonij falsi.

Narra Giuseppe Belardino nel Prato di varij essempi lib. 1. tit. Del giuramento falso, Essempio secondo, che per relatione di persona Religiosa degna di fede, si sà, che in Corsica appresso alla Città detta S. Bonifacio, vna Vedoua consignò in deposito senza alcuna scrittura ad vn Cittadino di buon nome, presente la moglie, scudi trecento di moneta, lasciati à lei in Testamento per Dote di sua figliuola allora fanciulla. Dopò alcuni anni la Vedoua ridomandò il deposito, ma in darno, negando, tanto il Cittadino, quanto la moglie di hauerlo hauuto. Citato à comparire in giuditio persisterono entrambi nella negatiua, e di più giurarono, come ne furono richiesti, su la vita di tre figli, che haueuano, vno grande, e due piccioli. Di questi, il grande, per de-

delitto capitale fu fatto prigione; l'vltimo, che era in fascie, fu trouato dalla madre nel ritorno à casa casualmente estinto nella culla, onde la Donna venuta poco meno, che in frenesia, per disperatione scannò con vn cortello il secondo figliuolo di assai tenera età: Ciò auuertito dal marito nel ritorno, che egli parimente fece a casa, dato anch'esso nelle furie, ammazzò la moglie; per il che fatto prigione dopò che il detto suo figliuolo maggiore era stato condennato a morte, e condennato anch'egli a morte, ne trouandosi allora Carnefice, fu offerto al figliuolo il perdono della vita, se hauesse voluto fare il Boia al proprio Padre. Accettò il figliuolo la conditione, & essegui la sentenza: ma non per questo saluò la vita; poiche pentito di quel che hauea fatto, & addolorato per il pessimo fine della sua casa tutta, si ammazzò da se stesso. Chi desidera il successo più diffusamente narrato potrà leggerlo nel di sopra citato Autore.

CAP. XXXVIII.

Romana exhibitionis Alimentorum & Medicamentorum.

CAuetur Reformatione Pauli V. de facultatibus Visitatorum Carcerum § 4. vers. quod seruetur &c. posse relaxari Debitores etiam non pauperes infirmos, data cautione de se repræsentando sub pœna Debiti, verum quia fideiussoriam cautionem aliquando non reperiunt, quæritur an eo casu possint admitti ad iuratoriam.

Et pro affirmatiua vrget, quod de iure quoties sufficiens cautio per fideiussorem præstari non potest admittitur iuratoria Auth. generaliter ibi, aut si fideiussionem dare non valet super eisdem, iuratoria exponat cautionem. *C. de Episc. & Cler.* & in corpore, vnde sumitur nempe *§. ad excludendas. Auth. de litigiosis*, ibi, si autem dixerit non valere fideiussorem dare, tunc apud Iudicem à quo causa examinanda est sanctis propositis Euangelijs per Sacramentum hoc ipsum affirmet, & sic iuratoriam cautionem exponat *l. 1. §. omnes. C. de adsert. tollen.* ibi, siquidem possunt fideiussorem dare eum exigi, sin verò reuera datio eius impossibilis eis sit, hocque Iudici manifestè ostendatur iuratoriæ cautioni committi. *§ si vero crimen. Auth. vt nulli Iudicum*, ibi, si vero iurauerit non posse se dare fideiussorem, iuratoriam cautionem facit. *c. per vestras* 7. ibi, sub ea quã potest cautionem præstare iuncta expositione *Glos.* nempe iuratoriam *de donat. inter vir. & vxor.* quod ex iuribus præcitatis docet *Abbas cons. 40. nu. 3. par. 1.* Ideoq. *Iason in l. 1. num. 23 ff. qui satis dare cogantur.* conclusionem generaliter concipit, quod propter impotentiam satis dandi statur iuratoriæ cautioni, subdés, ita quotidie practicari, *& Maur. de fideiussor. sect. 1. cap. 25. num. 3.* generaliter asserit cautionem iuratoriam etiam concedi quando fideiussor non reperitur, nam qui aliter nequit satisdare, vt quia non reperiat fideiussorem, iurata prius per eum impotentia admittitur ad cautionem iuratoriam.

Quod procedit etiam si cautio sit præstanda ex necessitate inducta per dispositionẽ Statuti, quia debet intelligi secundum dispositionem iuris communis de fideiussoria quatenus dari possit, sin minus de iuratoria. *Imol. post Ang. in l. cum non facile 55. num. 2. vers. item est vtile. ff. si cum plus quam. per l. falcid. Mars. in l. 1. §. præterea. nu. 83. ad med. vers. & vocat alias nu 114. de quæst. Anton. Petrucc. in l. 1. nu. 290. ff. de iur. iur. Alex. consil. 57. num. 7. post medium. vers. & quod talis. vol. 3. Bertrand. cons. 103. nu. 14. vers. aut dicemus, & 15. vol. 2. par. 2. Roland. cons. 93. nu. 22. vol. 2. Barbat. cons 11. num. 14. & 15. vol. 3. Rimin. iun. cons. 23. num. 33. & 34. vol. 1. Becc. cons. 1. num. 18. & 23. post mediũ, vers. vltimo lib. 1. Afin. in praxi § 32. cap. 33.* Carpan. *ad Statut. Mediolani p. 1. cap. 44. Maur. d. cap. 25. num. 20. Surd. decis. 141. num. 8.*

Nec requiritur impossibilitas præcisa, sed sufficit magna difficultas, quæ sola excusat. *Surd. d. decis. 141. num. 9. vers præterea cum seq. Maur. dicto cap. 25. num. 8. & 9.*

Imò de iure satis videtur quod fideiussor commode dari nequeat secundum *Glos. in d. Auth. generaliter. verb. super eisdem. vers. ibi, quod intellige commode. C. de Episc. & Cler. & in l. de die 8. §. iubetur ver. non posse scil. commode per text. in præcedenti. l. si fideiussor 7. §. si necessaria*, ibi, & non facile Reus possit ibi eam præstare. *ff. qui satisdare cog.* quod comprobatur *ex l. nepos Proculo 125 ff. de verb. signif.* vbi verbum potest accipitur salua dignitate, idest commodo iuxta oppositionem Gloss.

Ex quibus dicendum esset ad iuratoriam non exigi paupertatem formalem, sed impotentiam, vel magnam difficultatem, vel non commodam facilitatem reperiendi, ac dandi fideiussorem, quæ verificari potest etiam in Carcerato infirmo non paupere si consanguineis, ac amicis careat qui velint pro eo fideiubere; nam si Visitatoribus constaret hunc reuera omnem diligentiam adhibuisse pro reperiendo fideiussore, & frustra per tempus congruum elaborasse non videretur repellendus à beneficio subsidiario cautionis iuratoriæ.

Duo tamen contrarium suadere videntur; Alterum quod DD. in specie negant locum esse cautioni iuratoriæ, vbi est quæstio de grandi, & magno ære alieno, sub quo quis detinetur nempe. *Coler. dec. German. 135. num. 14. & 15. Ethn. Cothruan. respons. 18. num. 493. Henrig. de fideiussor. cap. 18. num. 113. Maur. eod. tract. sect. 1. d. cap. 25. num. 48.* nam si grauitas æris alieni facit ne sit locus iuratoriæ, quamuis tunc verisimile sit non posse fideiussorem reperiri, qui velit tam grande onus subire, leuitas profectò illam è conuerso excludet, quia verisimile est cautionem fideiussoriã pro non modico debito posse reperiri à non pauper, vt proinde cesset arbitrium Visitatorum in admittenda iuratoria.

Alterum quod Iudex secundum regulas iuris non debet carceratum inopem ex eo quod fideiussorem non inueniat, neque aliunt à creditore è carceribus relaxare non cedentem prius bonis, nisi malit suo periculo, & sumptu dimissum ad carceres reducere, vel debitum creditori soluere ex ære proprio, *Viuius dec. 529. Muscatell. in praxi vol. 2. par. 3. glos. detinebitur num. 68. & seqq.* Co-

sta

sta de remed: subsidiar. illatione ad remed. 27. numer. 7. vers. quod si carceratus, quare licet huiusmodi rigor à Paulo V. dicta reformatione fuerit expresse sublatus quoad debitores pauperes iubendo in casu infirmitatis relaxari data cautione, si illam habent, sin minus recepta iuratoria cautione de se repræsentãdo postquam conualuerint, si creditores recusent alimenta, & medicamenta illis exhibere in carceribus, haud tamen ille subductus videtur quoad non pauperes dum simpliciter dixit qui data pariter cautione de se repræsentando, vt supra sub pœna debiti relaxari possit, sicque repetijt sola verba quibus respectu pauperum expresserat dationem fideiussoriæ.

Verum hisce non obstantibus crederem Visitatores ex facultate ibidem eis tributa posse Infirmos non pauperes relaxare cũ iuratoria si constet non habere fideiussoriam. Ponderanda quippe sunt verba illa, quod seruetur, etiã in debitoribus nõ pauperibus infirmis, qui data pariter cautione de se repræsentando vt supra sub pœna debiti relaxari possint. Nam primo dictum relatiuum (quod) refert, ac demonstrat totum præcedens *Piccar. ad §. 9. num. 44. & 46 instit. de leg.* sicque repetit in non pauperibus, & sub oculis ponit totum quod in precedenti periodo dispositum fuerat, quoad pauperes videl. si creditores recusarent eorum sumptibus illis in carceribus, ministrare alimenta, & medicamenta relaxentur habita fide à Medicis deputatis, & data cautione si illam habeant, sin minus recepta iuratoria cautione de se repræsentando postquam conualuerint refertur enim ad vniuersum, & perfectionem denotat ex traditis *ab Ant. Gomez. in §. pœnales. numer. 4. instit. de actionib. & Canedo singul. 89. n. 3.*

Secundo implicatiua (etiam) cuius proprium est implicare casum præcedẽtem cum omnibus qualitatibus suis *Bald. in l. si ex falsis. 42. nu. 10. C. de transact. Card. in clem. 1. § fin. num. 2. de supplend. negl. Prælat. & in clem. 3. num. 1. de procurat. Abb. in cap. 1. num 3. de commodat. Soccin. iun. cons. 41. num. 32. vol. 3. Mascard. de probat. par. 2. concl. mihi 1271. num. 33. Peregr. de fideicom. art. 16. numer. 20 notat Galgan. de cõdit. & demonstr. par. 2. cap. 1. qu. 18. nu. 6.* repetere conditionem & qualitatem præcedentis dispositionis in sequentem, & consequenter illa ex industria censetur adiecta verbis, (quod seruetur) vt quoad relaxationem non pauperum repetat eandem conditionem superius expressam in relaxatione pauperũ ex parte creditorum si recusarent alimenta, & medicamenta ministrare, in Carceribus eamdemque qualitatem ex parte debitorum scil. dandi cautionem fideiussoriam, si illam haberent, vel iuratoriam, si ea carerent; necnon vt remoueret obiectum, quod casus non pauperum sit magis dubitabilis, cum huiusmodi dictio suapte natura exprimat casum magis dubitabilem, & implicet minus dubitabilem, *Rebuff. in l. mulieris appellatione 13. vers. implicat præterea. ff. de verb. signif. Alex. cons. 116. num. 14. vol. 2. Decius cons. 452. num. 7. vers. 2. respondetur. Natta cons. 514. num. 8. Aym. cons. 294. num. 3. Berous cons. 57. nu. 50. vol. 3. Decian. cons. 64. num. 31. vol. 3. Rimin. iun. cons. 716. num. 66. vol. 6. Surd. cons. 303. num. 15. & 445. num. 28. vol. 3. ac 460. num. 57. vol. 4. Honded. cons. 76. num. 34. vol. 2*

Tertio Dictio (pariter) inserta verbis data cautione ostendit Pontificem sensisse de pari exactę in pauperibus, nempe fideiussoriæ, si illam haberent, sin minus iuratoriæ, cum æque propriè importet identitatem, & similitudinem iuris, sicut temporis, *cap. venerabilem. §. quod autem, de electione. Glos. in cap. bona ver. ad nos de postul. Prælat. Gabr. cons. 6. num. 4. vol. 1.*

Quarto nomen cautionis expressum sine adiectiuo fideiussoria recipit intellectum passiuum à dispositione iuris communis, quod de illa accipiendum sit quatenus fideiussor dari possit, sin minus de iuratoria ex *Ang. Imol. Mars. Alex.* & alijs superius relatis sub §. quod procedit.

Quinto clausula (vt supra) proposita ablatino data cautione de se repræsentãdo in eo supplet verba superius expressa, si illam habent, sin minus recepta iuratoria, cum sit relatiua, & repetitiua prius dicti cum omnibus eius qualitatibus, *Bart. in l. 1. §. hoc edicto, num. 2. ff. de postul. & in l. si quis seruum. 0. §. fin num. 5. de leg. 2. Dec. cons. 227. num. 3. Aym. cons. 88. num. 3. Paris. cons. 19. num. 68. vol. 2. & cons. 1. num. 129. vol. 3. Ruin. cons. 18. num. 12. vol. 2. Cephal. cons. 311. num. 37. vol. 3. Decian. consil. 72. num. 46. vol. 2. Gabr. cons. 175. num. 8. vol. 1. Hond. cons. 46. num. 15. vol. 2. Surd. cons. 200. nu. 6. & 275. num. 22. vol. 2. 313. num. 48. & 362. num 9. vol. 3. 464. nu. 10. & 565. num. 14. vol. 4. decis. 291. num. 13. & 319. num. 8. Franc. decis. 37. num. 4. Rot. dec. 125. num. 5. par. 1. & 461. num. 9. par. 2. recent.*

Ea tamen vtendum erit cum moderamine, vt si debitum, pro quo infirmus non pauper detinetur sit magnum, & graue Visitatores eum non relaxent cum sola iuratoria, sed amplius curent, vt facta reali indicatione bonorum consentiat eorum subhastationi, & deliberationi in fauorem creditorum, & quoad se omnes debitæ satisfactioni obices remoueat; Nec proinde obstabunt duo in contrarium adducta; nam primo consultum erit dicto moderamine. Alteri verò respondetur non subsistere quod dicta priori casu de cautione iuratoria non fuerint repetita in sequenti dum quinque superius ponderata id euincunt.

Cæterum si infirmi non pauperes illæsa veritate excludendi à iuratoria eius conditionis essent vt proprij reditus alimentis dumtaxat non medicamentis sufficerent, adhuc crederem illa in subsidium fore eis subministranda per creditores, ne illorum defectu pereant in carceribus ea ratione, quia respectu medicamentorum dicerentur pauperes cum respectu certi, ac determinati effectus puta alicuius debiti soluendi ille dicatur pauper cuius facultates non sufficiunt pro solutione talis debiti, *Bald. in Auth. præterea num. 4. vers. quæro ergo, ibique Salic. qu. 4. num. 4. vers. & hic attende, at Fabian. de Pepis. nu. 74. Cod. vnde vir. & uxor. Ias. in l. si constante. num. 145. vers. sicut etiam ff. soluto matr. Alb. cons. 69. num. 6. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 65. num. 14. vers. secus vero. Rota decis. 48. num. 2. cum duobus sequentibus. par. 3. diuers.* quotiescumque enim quæritur de paupertate respectiuè ad aliquid semper metimur paupertatem respectiuè ad illud, *vt Fab. de Pepis inquit loco præcitato ex notatis in l. paupertas 7. ff. de excusat.*

tasat. tutorum. & in §. sed & propter paupertatem. illa Gloss. in l. tit. eod. tit. quare, Alex. cons. 37. num. 1. vol. 7. inter modos discernendi paupertatem refert quod attendatur qualitas facti, seu negocij peragendi, nam si propter defectum bonorum, & facultatem impeditur quis posse illud factum, seu negocium perficere, dicitur quoad illud propositum esse pauper, quod repetit Mascard. de probat. par. 2. conclus. mihi 1159. num. 8. prope finem, vers. debet autem cum sequent.

Stante verò huiusmodi paupertate respectiua ad medicamenta videtur respondendum ea deberi non quidam de rigore iuris communis, quia alimenta exhibenda per creditores suis debitoribus carentibus proprio, nouissimaq. inopia laborantibus, intelligenda sunt de cibarijs iuxta declarationem Costa de remed. subsid. illat. ad remed. 27. num. 1. is autem qui solum tenetur cibare, non tenetur medicinas praestare. Bart. in l. legatis 6. num. 3 ff. de alimentis, & cibar. leg. & in tract. de alimentis num. 7. vers. & cui debentur, inquens ita respondisse Franc. Tigren. Ang. in l. si cum dotem. 23. §. sin autem in fautissimo. num. 3. vers. licet nemo, & Alex. num. 4. ff. solut. matr. Dec. in l. de alimentis num. 3. vers. secus est. C. de transact. Vital. tract. clausul. tit. an iuri alimentorum possit renunciari nu. 21. & seqq. fol. 452. Surd. de alimentis tit. 4. qu. 5. num. 11.

Sed vt dictae reformationis expresse loquentis tam de alimentis, quam de medicamentis praestandis in casu Infirmitatis, cum satis sit pro illis obtinendis probare paupertatem respectiuam, nempè quod reditus carcerati infirmi ad illa satis minimè sint.

Ac ita &c. Saluo &c.

P. Franciscus de Rubeis Fisci, & Cam. Apost. Aduocatus, ac vnus ex Visitatoribus.

CAP. XXXIX.

Statutum Vrbis. De suspicione fugae Cap. 98. Lib. 1.

ASserenti aliquem suum debitorem fugam parate, seu illum sibi de fuga suspectum esse, mandatum de capiendo non concedatur nisi extraiudicialiter de credito suo Iudicis arbitrio docuerit, ac suo iuramento debitorem bona immobilia in Vrbe, vel eius districtu non habere affirmauerit; & si obligationis dies non venerit, de deterioratione conditionis docuerit, & tunc mandatum de capiendo debitorem, & eum ad praesentiam Iudicis adducendo, relaxetur: qui Iudex, vt sibi videbitur, creditori prouideat. Mandati vero & exequutionis impensa per creditorem sine spe repetitionis fiat: sed si reum citari fecerit ad cauendum, & in illius contumaciam ipsum de fuga suspectum iurauerit, quod hoc casu sufficiat, tunc nisi is debitor docuerit se possidere in Vrbe, vel districtu immobilia vel mobilia, quae de facili amoueri non possint, aequiualentia tamen, vel dato idoneo fideiussore de stando iuri, & se repraesentando, cauerit, mandatum contra eum relaxetur, & ipse reus propter ipsius contumaciam ad expensas omnes teneatur. Quandocumque autem reus ipse de stando iuri, & se repraesentando cauerit, illico relaxetur, & causa inter eos pro illius qualitate pertractetur.

CAP. XL.

Dispositiones Constit. 71. Pauli V. circa mandata suspicionis fugae.

REλaxentur debitores capti vt suspecti de fuga data cautione de se repraesentando sub poena debiti.

Vltra verba praedicta Cost. Pij V. 68. & Paul. V. 71. §. 24. eadem Pauli V. Const. pluries de eadem materia disponit, cuius propterea verba referimus.

1 Sub tit. de Aud. Cam. habetur. *Idemq. in supra scriptis, & mandatis suspicionis fugae seruetur, illa non decernendo, nisi ser. ser. & parte legitimè citata, nisi aliqua ratione timendum sit Iudicis arbitrio de suspicione fugae, vel de metu dilapidationis bonorum.*

2 Sub tit. de Guber. Vrbis habetur. *Suspectus post litem, contestatâ vel pro contestata habitâ allegari non possit, nisi à principalibus met, vel eorum procuratoribus ad id speciale mandatum habentibus, & ex certa causa per eos in actis specificata, & iurata à Gubernatore pro legitima approbata.*

3 Sub tit. de Iud. in caus. ciuil. vers. mandata il 2. *Mandata suspicionis fugae non citato debitore in Vrbe non concedantur, nisi constito in actis summariè de credito liquido, & de suspicione fugae saltem per iuramentum creditoris, & quod ipsi creditori non sit cautum per alios correos, vel fideiussores, & tunc etiam non relaxentur nisi deducendo debitorem ad praesentiam Iudicis non autem ad Carceres, & ipse Iudex debitore deducto, prout ipsi videbitur, prouideat, expensas autem capturae, & mandati creditor ipse absque vlla spe repetitionis exsoluat, & si creditor aliter huiusmodi mandatum extorserit, arbitrio Iudicis puniatur, & notarij in concessione huiusmodi mandatorum suspicionis fugae, aut sequelis vorum nullo pacto possint cogere creditores ad soluendum, vel deponendum mercedem mandati executius.*

4 Et paulò inferius. *Mandata suspicionis fugae ns subscribatur, nisi visis à Iudice iuribus, & à Iudicibus non subscripta exequutioni nequaquam mandentur.*

5 Rursus sub tit. de Notarijs Tribun. Vrb. *Iuramenta suspicionis fugae ab alijs, quam à principalibus met, vel personis ad id specialiter mandatum habentibus non recipiant.*

CAP. XLI.

Formula mandati suspicionis fugae.

DE mandato Illustriss. & Reuerendiss. D. A. C. met, & ad instantiam NN. principalis Creditoris NN. in scutis NN. monetae debitis occasione, de qua in actis iuxta formam iurium Cameralis obligatione vallatorum. Tenore praesentium ca-

capiatur NN. ex aduerso principalis tanquam de fuga iuratus suspectus, & captus ad præsentiam Iudicis ducatur, & deinde, si ei videbitur eius arbitrio carceretur, & non relaxetur donec cauerit de stando iuri, & iudicatum soluendo iuxta formam Statutorum Vrbis &c. & sine dicti Illustriss. Domini mandato, quoniam constito de credito, ac iurato de suspicione fugæ, & alias prout in actis Illustriss. Dominus ita mandauit, hac die &c.

CAP. XLII.

Constitutio Pij IV.

SVMMARIVM.

Quod Biretum Viride deferant etiam coram Iudicibus Vrbis, & Carcerum Visitatoribus petentes alternatiuas, vel beneficium cap. peruenit. & cap. Odoardus.

PIus Papa Quartus. Motu proprio &c. Cupientes Mercatoribus, & alijs personis tam Almæ Vrbis nostræ Ciuibus, quam forensibus in ipsa Vrbe cum quibusuis personis contrahendi omnem possibilem securitatem concedere, & omnem viam; ac etiam omnes dilationes, per quas Mercatorum, & aliarum personarum debitores à debitorum solutione subterfugere, seu se quoquomodo subtrahere, & creditores eorum creditis defraudare, aut supplantare possent, de medio tollere, ac remedium opportunum præmissa, ne fiant adhibere, & vt debitores, ipsi à præmissis, si non Dei omnipotentis, saltem humanæ ignominiæ timore abstineant, & sic eorumdem Mercatorum, & personarum firmitati prouidere volentes.

§. 1. Et considerantes Motu proprium à fel. record. Paulo Papa IV. prædecessore nostro, quod ex tunc de cætero alternatiuæ significationes, & dilationes quæcumque nisi iuxta iuris dispositionem, ac formam Statutorum ipsius Vrbis concedi nullatenus possent, & qui illas obtinuissent, & ex tunc in futurum obtinerent, semper Biretum Viride portare tenerentur emanatum, circa ipsorum debitorum malitiam, seu malos homines nõ sufficere, cum ipsum Biretum Viride, nisi postquam ad alternatiuam, vel alias dilationes admissi fuerint portare non teneantur, & sic beneficio temporis in graue creditorum præiudicium, & iacturam gaudeant.

§. 2. Nos igitur Motu simili &c. Per præsentes perpetuo statuimus, & ordinamus, quod de cætero quicumque debitores, seu in forma Cameræ, aut alias quomodolibet obligati, quacumque alternatiuam, significationem, vel aliam quãcumque dilationem etiam secundum cap. Peruenit vel Odoardus, seu inhibitionem aliquam à Curiæ causarum Cameræ Apost. Auditore, seu eius Locumtenente, aut Almæ Vrbis Vicario, vel Gubernatore, vel Senatore, seu alijs ipsius Vrbis Iudicibus, etiam Commissarijs. Aut etiam Carcerum Vrbis Visitatoribus petere non possint, nisi se prius coram illis dictum Biretum Viride gestando præsentauerint, & ipsum Biretum Viride publicè, & secretè sub fustigatione per Vrbem pro prima vice, & triremium pro secunda, quæ sine dicto Bireto reperti fuerint, deferre, per se, vel suos legitimos procuratores ipsis absentibus promiserint, & medio iuramento affirmauerint, ac aliter, à prædictis, & alijs quibusuis Iudicibus etiam vigore specialis commissionis nostræ, aut successorum nostrorum manu signatæ, vel signandæ obtentæ & obtinendæ, alternatiua, & significationes, aut dilationes quæcumque etiam secũdum iuris formam nullæ sint, & ipsis debitoribus etiamsi Clerici existant, nullatenus suffragentur.

§. 3. Mandantes eidem Auditori Cam. vt huiusmodi Constitutionem, & ordinationem perpetuo, & inuiolabiliter etiam in quibuscumque litibus, & causis hactenus motis obseruari faciat, & mandet, contra omnes, & singulos præmissis, in aliquo contrauenientes per censuras, & pœnas, etiam pecuniarias, & alia remedia opportuna sibi visa etiam manu Regia procedendo.

§. 4. Præmissis à quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Vrbis Statutis, & reformationibus, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque.

§. 5. Volumusque quod præsentium sola nostra signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacumque regula contraria non obstante.

Placet Motu proprio I.

Anno à Natiuitate Domini 1561. Indict. 4. die verò 27. mensis Octobr. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij Diuina prouidentia Papæ IV. anno secundo retroscripta litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellaria Apost. & in acie Campi Floræ, vt moris est, per Bernardinum Andreutium, & Io. Gherardi Curs. Apost. Iulius Parinus Mag. Curs.

CAP. XLIII.

Ex Signatura P. A. F. Trotus.

Vrbis.

BEatissime Pater. Vincentius Carlerius Clericus Romanus deuotus S. V. Orator, ob diuersas fideiussiones factas pro q. Io. Petro Carlerio eius fratre, ac occurrentibus nonnullis vrgentissimis necessitatibus coactus fuit maximum æs alienum, etiam sub Cameralibus obligationibus iuratis contrahere, sed vt pauper existat, nilue aliud habeat, præter annuam pensionem scut. 50. monetæ alias ad ipsius fauorem reseruata super fructibus Archiepiscopatus Mediolani, & aliundè suis creditoribus satisfacere non valeat, coactus fuit, ne perpetuè carcerum seruituti sese adijceret, ac in illis diem extremum clauderet, ad Illustrissimum Vrbis Vicarium pro admissione ad beneficium cap. Odoardus de solut. recurrere, à quo via ordinaria, & iuxta suas facultates ordinarias

seruatis

seruatis seruan. & citatis, ac auditis omnibus creditoribus per sententiam diffinitiuam se ad dictum beneficium cap. Odoardus admitti obtinuit, & vlterius declarari, & ordinari ne ipsum Oratorem quoad personam, nec super prædicta annua pensione scut. 50. molestari debere, & vt latius in prædicta sententia, quæ etiam nulla prouocatione suspensa in iudicatum transiuit. Verum quia Pater Sancte his non obstantibus, & in spretum iurisdictionis eiusdem Illustrissimi Vicarij, & dictæ litis pendentis, ac sententiæ, & inhibitionis illius vigore eidem Oratori concessæ asserti, filij, & hæredes q. Cosmi Capellini, & nonnulli alij ex dictis creditoribus citatis in executionem citationis vigore præsentium decernen. nominan. & cognominan. sub prætextu assertæ obligationis, seu assertarum obligationum Cameralium iactant velle coram A.C. & forsan in alijs Tribunalibus eundem Oratorem, tam quo ad personam, quam super dicta annua pensione scut. 50. molestare, vexare, & perturbare, prout de facto molestant, & perturbant in graue damnum, & præiudicium eiusdem Oratoris, & quamuis credatur dictis creditoribus id de iure minimè facere licuisse, & licere, & dictum Illustrissimum Vicarium iuxta dictas suas facultates ordinarias posse causas omnes prædictas ad se reassumere, & impedire, ne super præmissis Orator molestetur; nihilominus ad tollendam disputationes, & controuersias inter Tribunalia Vrbis, & ne de iurisdictione Illustrissimi Vicarij dubitari contingat, idem Orator humiliter S.V. supplicat, vt dignetur, præuia quatenus opus sit opportuna causæ, & causarum huiusmodi à dicto Aud.C. & alio quocumque Tribunali auocatione eidem Illustrissimo Vicario committi, vt eundem Oratorem à prædictis assertis hæredibus q. Cosmi Capellini, & alijs prætensis creditoribus, quo ad eius personam, & super dicta annua pensione scutorum 50. iuxta formam prædictæ sententiæ molestari non permittat, & sententiam prædictam, ac inhibitionem illius vigore concessam seruari mandet, & faciat, cum potestate citan. ac quos, quibus, quoties, vbi, & quando opus fuerit inhiben. omniaque alia dicen. facien. geren. & exercen. in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, seu opportuna, præmissis necnon Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Curiæ dictis obligationibus Cameralibus, & iuramento munitis, ac facultatibus A.C. cæterisque contrarijs, non obstantibus quibuscumque, quibus &c. statum &c. pro plenè, & sufficienter expressis haben.

De mandato D.N. PP. Idem Reuerendiss. Vic. procedat vt petitur.

Placet D.N. PP. M.Card. Barberinus.

Producta in Actis de Sanctis Notarij Vicarij 22. Ianuarij 1619. pro Vincentio Carlerio contra filios, & hæredes q. Cosmi Capellini.

Signatura P. A. & Notarij A. C.

M. Albericius.

Romana.

Beatissime Pater. Iacobus Spara Clericus in Sacris Ordinibus constitutus ob æs alienum ab eo contractum iudicium coram A.C. pro admissione ad beneficium cap. Odoardus de solut. introduxisse fertur contra Antonium Penagallum S.V. Oratorem eiusdem Iacobi creditorem, qui causam huiusmodi reassumi curauit, & obtinuit in Tribunali Domini Cardinalis Vicarij vigore eius facultatum, qua reassumptione, & inhibitione non obstantibus causa huiusmodi extitit remissa ad A.C. Quare Antonius Orator ad tollendas quasuis controuersias, & difficultates, quæ inde oriri possent, supplicat humiliter S.V. quatenus dignetur causam, & causas huiusmodi ad se ab A.C. auocare, eamque sic auocatam eidem D. Cardinali Vicario, à quo reassumpta fuit ex integro committere, & mandare cum facultate citan. & inhiben. etiam sub censuris, & pœnis & alia dicen. geren. & exercen. quæ in præmissis, & circa ea, quomodolibet opportuna Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stylo Palatij, cæterisque contrarijs non obstan. quibuscumque, statumq. &c.

De mandato D. N. PP. Idem Reuerendiss. Cardinalis Vicarius audiat, inhibeat, procedat, vt petitur.

Placet D.N.PP. B.Card. Gypsius.

Producta in actis Vicarij per acta de Sanctis 9. Feb. 1639. Pro D. Antonio Penagallo contra D. Iacobum Sparam.

CAP. XLIV.

Signaturæ Iustitiæ P.A. M.

Nepesina.

Beatissime Pater. Bernardinus Palutius Archipresbyter Terræ Fiani S.V. Orator, possessor nonnullorum bonorum ad mensam suę Ecclesiæ spectan. coram Vicario Vrbis pro manutentione in possessionem eorundem bonorum contra Ioannem de Rubeis iudicium introduxit, quod adhuc pendet indecisum, & licet Vicarius S.V. iuxta suas ordinarias facultates habeat iurisdictionem in toto districtu, & cumulatiuè procedat cum ordinarijs, attamen idem Ioannes opposuit de incompetentia fori, causamque remitti institit ad partes attenta prima instantia. Quapropter idem Orator ad tollenda subterfugia partis aduersæ humiliter supplicat quatenus dignetur committere, & mandare eidem S.V. Vicario,

cario, vt ad vlteriora in eadem causa procedat, illamque prout opus fuerit expediat in vim suarum ordinariarum facultatum cum facultate etiam citandi, & Inhiben. quos, quibus, & quoties opus fuerit Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque minimè obstan. statum &c.

Oretenus D. Locumtenēti Reuerendiss. Card. Vicarij, vt procedat iuxta suas ordinarias facultates ex quo habet iurisdictionem cumulatiuè etiam in prima instantia cum Ordinario Nepesino cum sit intra districtum Vrbis.

Proposita 9. Iunij 1639. & est penes R. de Sanctis Not. Vic. non tamen producta.

CAP. XLV.

Tassa da osseruarsi da' Notari, che seruano i termini nelle cause de' Carcerati della Visita.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei.

VOlendo Noi per il carico del nostro debito, e della nostra pietà solleuare la miseria de' nostri sudditi bisognosi, che si ritrouano nelle Carceri, essendo honesto che non siano nell'vscire trattenuti, e grauati d'indebiti pagamenti, & superflue spese. Ordiniamo gl'infrascritti decreti, quali vogliamo esser'inuiolabilmente osseruati, è tenuti affissi da tutti i Notari di qualsiuoglia Tribunale in luogo più publico del loro offitio, accioche ciascuno, che per tali negotij capiterà in detti offitij gli possa vedere, e leggere; sotto pena della sospensione da' loro offitij, e d'altre maggiori ad arbitrio nostro, e del Giudice, auanti à chi seruiranno i termini nelle cause de' Carcerati della Visita.

E prima che dinanzi à Monsignor Presidente delle Carceri, etiam nelle cause commessegli dalla Visita, si proceda, esi seruino i termini per i Notari di Camera, e non per altri Notari, osseruādo però sempre l'infrascritta Tassa, e la Nostra Riforma, la quale vogliamo s'osserui puntualmente da ciascuno, sotto le pene in essa contenute.

Per mandati essecutiui relassati da Monsignor Presidente delle Carceri, ò da altro Giudice deputato dalla Visita fin'alla somma di scudi 25. inclusiuè si paghino al Notato giuli quattro e mezo, e computatoci giulio vno per il sigillo.

Da 25. fino 500 si paghino giulij 12. computatoci baiocchi 27. e mezo per il sigillo.

Da 500. fino à qualsiuoglia somma si serui la Tassa dell'Aud. Cam.

Per mandati de excarcerando, subhastando, deliberando, consignando, inhibitioni in Curia, Non grauetur, ò simili si paghino giuli quattro, e mezo, computatoci il giulio del sigillo.

Per consignatione, ò restitutione di qualsiuoglia cedula del Monte della Pietà depositata in causis carceratorum, non si debba pagar altro che il mandato à piede di detta cedula, per il quale non si paghi più che quattro giuli, e mezo, compresoui il giulio del sigillo.

Per mandato de excarcerando prouata la pouertà non si paghi cosa alcuna, & il simile ogni volta che Monsignor Presidente, ò altro Giudice deputato dalla Visita metterà nel mandato, gratis, & mettendo in forma pauperum, si paghi in tutto solamente dui giulij.

Circa il prouar la pouertà de' Carcerati s'osserui la Riforma, & in oltre se son continui habitanti in Roma basti la fede del lor Parochiano quando il debito, per il quale son carcerati non ecceda scudi 50. & il creditore non proui il contrario per dui testimonij idonei.

Per rogito di qualsiuoglia obligo, ancorche sia di più, e diuersi fideiussori, si paghi, come per vn solo, e non eccedendo la somma di scudi cento, vn giulio.

Da cento fino à doicento dui giulij.

Da 200. fino à 500. vn giulio per cento.

Da 500. fino à qualsiuoglia somma sei giulij, e non più, e questo s'osserui, tanto se si pigliano nell'Offitio, come fuori, & il medesimo s'osserui nella cassatione di essi.

Per rogito di qualsiuoglia decreto non si paghi cosa alcuna, e cosi per decreto, e non altrimente si debbano spedir tutte le cause de' Carcerati, come si fa in Visita.

Per essamine di qualsiuoglia testimonio summariè sine articulis, & Interrogatorijs, vn giulio.

Super articulis sine Interrogatorijs, doi giulij.

Con articoli, & Interrogatorij, tre giulij.

Ma essaminandosi sopra la pouertà non si paghi cosa alcuna, ma si osserui quello che ordina la nostra Riforma.

Per qualsiuoglia indicatione de' beni con il consenso de subhastando, de excarcerando, de restituendo, & altri simili, così à fauor de' creditori, come de' carcerati in qualsiuoglia modo da prestarsi tanto nell'Offitio, come fuori, vn giulio.

Per cessione de' beni, niente.

Per qualsiuoglia procura tanto nell'Offitio, come fuori, vn giulio.

Per qualsiuoglia fede di procura, & altri atti, vn giulio.

Per fede di qualsiuoglia obligo fino alla somma di scudi 50. giulij doi.

Da 50. fino à cento tre giulij; da 100. fino à 500. doi giulij per cento.

Da 500. fino à qualsiuoglia somma, vn giulio per cento; purche non ecceda la somma di doi scudi in tutto.

Per qualsiuoglia deposito in danari, ò in altro da farsi appresso il Notaro, niente, ma nella restitutione di esso con la quietanza, si paghi mezzo grosso per scudo.

Per sequestri in Curia non sottoscritti, cioè, da 25. scudi in giù, niente; da 25. scudi insino à qualsiuoglia somma, che si debba far sottoscriuere, & spedire col sigillo, giulij quattro e mezo.

La presente Tassa s'intenda fatta per quei Notari, i quali non haueranno tassa minore, e più bassa, perche da questi vogliamo che s'osserui la minore, come più vtile de' poueri Carcerati. Data dal nostro Palazzo di Monte Cauallo li 21. di Decembre 1618.

Placet C.

Registrata lib. diuersorum Sanctiss. D.N. Papæ fol. 104.

Stephanus Spada.

Die 24. Decembris 1618. Supradicta Taxa affixa & publicata fuit ad valuas Cameræ, & Cancellariæ Apostolicarum, ac in acie Campi Floræ, per Colmum Modium Curs.

§. IV.

§. IV.

DECISIONES.

CAP. I.

R.P.D. MANZANEDO.

Anconitana Pecuniaria.

Veneris 5. Iunij 1609.

ARGVMENTVM.

Iudex criminalis potest condemnare Reum ciuiliter, dum alias constet de crimine; & quando Reus componendo cum Fisco, censeatur fateri delictū.

SVMMARIVM.

1 *Iudex criminalis potest omissa condemnatione in causa criminali Reum condemnare ciuiliter.*
2 *Intellige quando alias constet de delicto, quia si non constet, non potest illum condemnare.*
3 *Non licet transigere in criminalibus non capitalibus quia sic transigens confitetur.*
4 *Quando compositio facta super crimine inducat confessionem.*
5 *Compositio super crimine decoctionis fraudolenta fieri potest, & Reus se componens non habetur pro confesso.*
6 *Negotia aliena agens potest illa proprio nomine expedire, dummodo non sibi illa appropriet, sed de illis reddat rationem.*
7 *Solitum fieri excludit præsumptionem fraudis.*

INquisito Moyse Sepillo Hebræo Anconitano de participatione frandolenta decoctionis Bachaninorū Hebræorū Orientalium, & pro præfato delicto carceribus in Curia mancipato fuit detentū ad compositionem cū Procuratore Fiscali pro scutis mille, qua stante, fuit sententia lata per Locumtenentem criminalem A.C. qua quoad pęnas fiscales Moysen non molestañ mandauit, & super pręmissis Fisco perpetuum silentium imposuit, quo verò ad interesse Absalon, & Isac Fisco adhæren. condemnauit Moysen ad restituendum summam ipsis vti creditoribus illorum de Bachaninis per Instrumēta, seu aliàs legitimè liquidañ, vna cum omnibus damnis, expensis, & interesse præmissorum occasione quomodocumque factis, & passis, à qua sententia, quoad condemnationem ciuilem contentam in ea Moyses appellauit, & causa appellationis mihi commissa dubitaui.

An sententia A.C. esset confirmanda, vel reuocanda, & Domini infirmandam esse censuerunt, nam quamuis vera sit conclusio, quod Iudex super crimine procedens contra aliquem, si incidenter illi constiterit Reum condemnandum ad restitutionem, poterit ciuiliter hoc facere omissa etiam condemnatione in causa criminali, *iuxta text. in l. interdum la 2. §. qui furem, ff. de furt. per quem text.* ita tenuerunt *Bart. Bald.* & alij quos refert, & sequitur *Crescen. decis. 5. nu. 1. de Iudic.* nihilominus in prædicta decisione Rota supradictam conclusionem intellexit, quando alias constaret de delicto, *vt in dicto §. qui furem*, & per citatos Doctores supra relatos, & cum in casu illius decisionis de crimine illius mulieris non constaret, fuit dictum mulierem illam non potuisse ciuiliter ex officio Iudicis condemnari propter defectum iurisdictionis, ex quo sententiam contra dictam mulierem latam, Rota ibi censuit nullam, ex quibus cū in nostro casu de crimine fraudolentæ decoctionis non constaret, quin potius ex testibus appareat decoctionem prædictorum de Bachaninis casu, & aduersa fortuna euenisse, ob decoctionem ipsorum debitorum, non potuit Iudex criminalis incidenter ad condemnationem ciuilem pro prædicto interesse deuenire, quibus non obstat, quod ex compositione Moysis cum Fisco facta visus fuerit delictum confiteri, *iuxta text. in l. final. ff. de præuaric.* & tenent communiter *Doct. in l. transigere, C. de transact. teste Ant. Gomez. var. tom. 3. cap. 3. num. 54. vers. imò*, ex hoc
3 solo Reus habetur pro confesso, quod magis procedit in criminibus non irrogantibus pœnam capitalem, seu corporalem, in quibus transigere nō licet *iuxta text. in d. l. transigere*, & transactio inducit confessionem ex supradictis, & decoctori
4 fraudolento non publico, sed priuato non adsit de iure pœna corporalis imposita, vt notat *Stracch. in tit. de decoction. part. 3. num. 5.* videtur quod simus in casu, in quo compositio, & transactio produxerit confessionem Rei, & sic probationem istius delicti, sed respondetur, quod quamuis de iure communi pro isto crimine pœna corporalis non sit imposita, nihilominus per Constitutionem
5 fel. record. *Pij* Quinti contra fraudolentes, & dolosos decoctores pœna vltimi supplicij stabilitur, vnde sumus in casu, quo *iuxta text. in d. l. transigere* tenet compositio, cum liceat cuique sanguinem suum redimere, & hoc casu non habetur Reus pro confesso propter transactionem ex supradictis iuribus, & ex adductis ab *Ant. Gomez. vbi supra dicto num. 54. & num. 55. vers. item, & secundo*; Minus obstat, quod Moyses pluries negotiatus fuerit proprio nomine merces Bachanini, & sic simulatè; quia, vt deponunt Testes, hoc genus negotiorum est solitum, & consuetum
6 inter Mercatores, vt negotia aliena agens possit proprio nomine expedire, quo casu ita illa expedire caret culpa, vt in terminis post *Angel. Fulg. & Ias. in l. certi iuris, C. de Iudic.* quos sequutus, & referens tradit *Paris. cons. 47. num. 27. lib. 1.* & licitè factum censetur, quod per bonos, & fideles Mercatores fieri consueuit *Natt. cons. 498 nu. 26.*
7 & solitum fieri excludit præsumptionem fraudis, vt notat *Grauett. cons. 44. num. 5.* quæ quamuis procedant, quando realiter Mercator sub cuius nomine, & in cuius facie creantur ista credita, non sibi illa appropriet, sed de illis reddat computum, & rationem vero Domino, nihilominus de prædicta appropriatione non constat, cum potius

apparere videatur, quod Bachanini verè habuerunt pecunias proprias Moysis ad cambium, quas Bachanini soluerunt suis creditoribus, ex quibus Domini pro infirmatione sententiæ concluserunt &c.

CAP. II.

R. P. D. PANZIROLO.

Gandauen. Monasteriorum.

Lunæ 29. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

An exemptus possit priuilegijs Apostolicis renunciare, & quando Episcopus vti Sedis Apostolicæ delegatus possit visitare Monasteria exempta.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil est innouandum, alias subiacet vitio attentatorum, quæ in primis, & ante omnia sunt reuocanda.*
2 *Gesta in carceribus sunt nullius roboris, vel momenti.*
3 *Obedientia metu præstita nihil operatur.*
4 *Exemptus priuilegijs Apostolicis sine licentia Papæ renunciare non potest.*
5 *Interest Romani Pontificis subditos suos ab alio non iudicari.*
6 *Exemptus potest renunciare priuilegio in sui ipsius præiudicium, non autem in eximentis.*
7 *In priuilegijs, Ecclesiasticis personis concessis Papa habet tale interesse, vt non possit fieri separatio inter ipsum, & exemptum.*
8 *In alijs non Ecclesiasticis potest exemptus in sui præiudicium priuilegio renunciare, non tamen in præiudicium Superioris.*
9 *Episcopus vti Sedis Apostolicæ delegatus in concernentibus Cultum Diuinum potest Monasteria in quibus non viget regularis obseruantia visitare, & personas corrigere.*
10 *In Monasterijs in quibus viget regularis obseruantia, Episcopus non debet se intromittere.*

DVo insignia Monasteria S. Saluatoris Ordinis S. Brigittæ in Ciuitate Terræmundanæ à Præclara muliere Isabella Burgundiæ Ducissa, vnum pro Fratribus, alterum verò pro Monialibus reperiuntur fundata, & posita sub gubernio vnius ex dd. Fratribus Confessarij nuncupati, quo ad spiritualia, & Abbatissæ quoad temporalia; Quam fundationem vti in illis partibus admodù celebrem, & conspicuam non solum fæl. record. Paulus Papa II. de anno 1466. per literas in forma Breuis amplissimè confirmauit, sed alij diuersi Pontifices, ac signanter Bonifatius Nonus, & Leo Decimus, tàm Monasteria prædicta, eorumque bona, quàm Fratres, & Moniales ab Episcopi iurisdictione omnino exèmit, ac solia Romanis Pontificibus pro tempore, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiècit.

Cum igitur tàm Fratres prædicti, quàm Abbatissa, ac omnes ipsæ Moniales vsque ad annum 1634. in pacifica quasi possessione exemptionis ab Ordinarij authoritate reperirentur, D. Episcopus Gandauen. cupiens præfata Monasteria vnà cum Fratribus, ac Monialibus suæ iurisdictioni subijcere Confessarium, Abbatissam, ac Priorissam de facto ab eius, earumque respectiuè officio suspendit. Et quoniam ipsius mandatis parere recusarunt eum easque citare fecit coram eius officiali; Verum quia Ordinariam iurisdictionem declinarunt, ac ab illius procedimentis ad Sedem Apostolicam appellarunt, tàm Confessarium, quàm Abbatissam, ac Priorissam carceri mancipare fecit, ibique detinuit donec omnibus priuilegijs Apostolicis, ac precipuè exemptionibus vnà cum ijsdem officijs renunciarunt.

Et quoniam ijdem Confessarius, & Moniales statim atque subsecuta fuit excarceratio dictam appellationem ad hanc Sanctam Sedem prosequi curarunt, ipse Episcopus non solum Moniales, illarumque Ecclesiam, ac Monasterium interdicto suppoluit. Verùm etiam Abbatissam, ac Priorissam vnà cum alijs duodecim Monialibus è Monasterio eiecit, quæ sic eiectæ ad alias Moniales in Episcopatu Boscoducensi se recipere coactæ fuerunt; Quo circa commissa interim causa appellationis à supradictis grauaminibus D. Episcopo Antuerpiensi, dum iste iam inhibuisset, & ad vlteriora procederet, nihilominus dictus D. Episcopus Gandauen. ad nouę Abbatissæ, ac Priorissę electionem deuenit. Vnde instructo processu tàdem D. Episcopus Antuerpiensis omnia gesta per D. Episcopum Gandauensem vti nulla, & attentata reuocauit.

Causa dèmum ad Rotam delata cum clausula sine præiudicio purgationis attentatorum, dubitaui, An constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & vnanimi voto affirmatiuè responsum fuit, quia renunciatio exemptionis, appositio interdicti, eiectio Monialium, deputatio noui Con-
1 fessarij, ac nouæ Abbatissæ, & Priorissæ electio, tomnesque alij actus per D. Episcopum Gandauensem, seu eius officialem post appellationem interpositam à Confessario, Abbatissa, & Priorissa subiacent vitio attentatorum, cum appellatione pendente, nihil sit innouandum, quæ proinde sunt in primis, & ante omnia reuocanda *c. non solum, & ibi Doctor. de appellat. in 6. Cassad. decis. 3. num. 1. de restit. spoliat. Rot. decis. 6. vt lit. pend. in nou. decis. 478. sub num. 3. part. 1. recent.*

Nec obstat, quod Confessarius, & Moniales renunciauerint quibuscumque appellationibus officijs, ac etiam priuilegijs Apostolicis exemptio-
2 num; Tum quia † hæc omnia vti gesta in carceribus, & sic per vim, & metum *l. qui in carcerem ff. de eo quod met. caus. Gemin. cons. 15. nu. 10. & seq. Farinac. post alios in fragm. part. 2. verb. metus num. 107.* sunt nullius roboris, ac momenti, iuxta *l. 1. & tot. tit. ff. & C. quod met. caus. cap. 2. & ibi Doctor. extra eodem tit. l. interpositas, vbi Bald. num. 5. C. de transact. Honded. cons. 23. num. 21. in princip. lib. 1. cum alijs cumulatis por Farinac. d.*
3 *verb. metus num. 6.* & specialiter quod † obedientia metu perstita, per quam obediens iuri suo renunciat, nihil operetur tradit *Gemin. d. cons. 15. num. 10. vers. super 2. & num. seq. cum alijs per Farinac. vbi supra d. verb. metus num. 37.*

Tum etiam quia quando iustus metus carceris

ris ſupradictos ad renunciandum non coegiſſet, prout coegit, vt dictum eſt, adhuc aſſerta renunciatio nihil operaretur, ex quo exēptus † priuilegijs Apoſtolicis ſine licentia Papæ renunciare nō poteſt, quia agitur de Sedis Apoſtolicæ præiudicio per *text. expreſſum in cap. cum tempore, vbi Abb. num. 2. verſ. & per iſtum text. de arbitr. gloſ. in clem. penult. in fine de ſent. exc. minun.* † Intereſt enim Romani Pontificis, qui eſt Superior, ſubditos ſuos ab alio non iudicari. Idem *Abb. in cap. 1. numer. 19 de re iudic. & in cap. ſi de terra num. 5. de priuileg. Io. Andr. in cap. ſcienti in fin. verſ. ſi verò, & ibi Franch. num. 4. de regul. iur. in 6. Felin. in cap. cum olim numer. 3. de præſcript. Caſtr. conſ. 432. num. 3. lib. 1. cum alijs latè cumulatis in Vlixbonen. Monaſterij 29. Nouemb. 1625. coram bon. mem. Coccino.*

Quod procedit quamuis aliquis dixerit, † quod exemptus poſſit priuilegio renunciare in ipſius exempti præiudicium, ſecus autem in præiudiciū eximentis per *gloſ. fin. in dicto cap. cum tempore de arbitr.* † Quia hoc non poteſt intelligi reſpectu priuilegij Eccleſiaſticis perſonis conceſſi, in cuius remiſſione Papa habet tale intereſſe, vt nō poſſit commodè fieri ſeparatio inter exemptum, & ipſum Superiorem *Abb. in dicto cap. cum tempore in fin. de arbitr. Silu. in ſumm. verb. exemptio §. 10.* † Licet in alijs non Eccleſiaſticis poſſit exemptus in ſui præiudicium priuilegio renunciare, non tamen in præiudiciū Superioris *Archidiac. in cap. conqueſtus ſub num 49. quæſt. 3. Bald. in l. ſi quis ex conſenſu nu. 8. C. de Epiſcop. audient. Surd. conſ. 47. num. 24. & ſeq.* & fuit firmatum in *dicta Vlixbonen. Monaſterij coram bon. memor. Coccino.*

Minus releuat, quod præſcindendo etiam à dicta renunciatione † D. Epiſcopus Gandauenſis vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus in concernentibus cultum Diuinum poſſit Monaſteria exempta viſitare, & conſequenter perſonas corrigere. Quia hoc debet intelligi de Monaſterijs exemptis in quibus nō viget regularis obſeruantia, nam † in alijs in quibus ea viget, prout in iſtis, Epiſcopus non debet ſe intromittere ex decreto Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 8. de reformat. quod etiam declaratum fuit per Sacram Congregationem, & not. *Roderic. de Regular. tom. 1. quæſt. 36. artic. 3. circa med. fol. 217. verſ. ſed huic decreto, & verſ. & pro hac opinione.*

Et ita Fratribus, ac Monialibus tantùm informantibus reſolutum fuit, poſtquam altera pars diù expectata, & ſæpiſſimè citata informare neglexit.

CAP. III.

R. P. D. COCCINO.

Ianuen. prætenſæ excarcerationis.

Veneris 19. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Latè diſcutitur, an mandatum ſuſpicionis fugæ pro credito non liquido ſuſtineatur; an maritus poſſit iurari ſuſpectus; An maritus pro reſtitutione dotis poſſit carcerari, & quo caſu, & quibus concurrentibus requiſitis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſuſpicionis fugæ poteſt obtineri abſque vitio attentatorum, etiam pendente lite ſuper negotio principali coram alio Iudice.*
2 *Arreſtum relaxatum ab alio Iudice, quam ab eo coram quo lis pendet, eſt attentatum.*
3 *Arreſtum relaxatum ab alio Iudice, quam ab eo coram quo lis pendet non eſt attentatum, ſi periculum ſit in mora.*
4 *Debitor in actu fugæ poteſt à quocumque Iudice capi.*
5 *Mandatum ſuſpicionis fugæ tria requirit; creditum; fugæ ſuſpicionem debitoris; iuramentum creditoris ſuper prædictis.*
6 *Mandatum ſuſpicionis fugæ non conceditur, ſi creditum non ſit liquidum.*
7 *Mandatum ſuſpicionis fugæ poteſt concedi ab A.C. in vim Conſtit. 71. Pauli V. eius arbitrio, etiam pro credito non liquido.*
8 *Mandatum ſuſpicionis fugæ poteſt concedi pro credito canonizato per deciſionem Rotalem ante latam ſententiam.*
9 *Mandatum ſuſpicionis fugæ poteſt concedi pro debito in diem, vel ſub conditione.*
10 *Mandatū ſuſpicionis fugæ conceditur pro credito non liquidato, ſi debitor fugam arripuerit, & non poſſit citari, ſed ſecuta carceratione debet liquidari, & hunc caſum non comprehendit conſtit. 71. Pauli V.*
11 *In dote repetenda attenditur domicilium viri.*
12 *In dote repetenda propter aliquod accidens extra naturam contractus, attenditur locus, in quo vir reperitur.*
13 *Dotis fauore non conceditur declinatio fori ex aliquo priuilegio.*
14 *Separatio thori ſi fiat culpa mariti, locum habet l. ſi uxor, ff. de iudic.*
15 *Separatio thori ſi fiat culpa mariti, ipſe non poteſt ſe iuuare, text. l. exigere dotem, ff. de iudic. cum ſit caſus diuerſus à reſtitutione dotis ob mortem vxoris.*
16 *Carceratione in vim mandati ſuſpicionis fugæ valida exiſtente, conſtito poſtmodum de credito liquido, non eſt locus excarcerationi.*
17 *Alienatio mala fide dicitur facta à viro, pendente lite ſuper thori ſeparatione.*
18 *Maritus non eſt admittendus ad ceſſionem ſi malè ſe geſſerit circa alienationes in fraudem dotis.*
19 *Dotis reſtitutio ſi ſit facienda in vno ſtatu, non ſufficit ad reddendam tutam vxorem, bona, ſeu fideiuſſores eſſe in alio ſtatu.*
20 *Maritus pro reſtitutione dotis carcerari non poteſt.*
21 *Maritus pro reſtitutione dotis regulariter habet beneficium deductum ne egeat.*
22 *Beneficium deducto ne egeat debetur marito propter reuerentiam et debitam ab vxore.*
23 *Beneficium deducto ne egeat ſe extendit ad bona, & ad perſonam.*

24 *Beneficium deducto ne egeat non competit marito conuento actione personali, ex quo de dote ali debet.*
25 *Beneficium deducto ne egeat habens, carcerari nō potest, quia non tenetur vltra quam facere potest.*
26 *Beneficium deducto ne egeat non competit marito, qui non probet paupertatem respectu vxoris.*
27 *Beneficium deducto ne egeat non competit marito pauperi, si vxor quoque sit pauper.*
28 *Charitas prima incipit à se ipso.*
29 *De damno vitando tractans, prefertur in cōcursu priuilegiatorum.*
30 *Marito non debentur alimenta, si non competat beneficium deducto ne egeat.*
31 *Maritus ob magnam sæuitiam, nimis ingratus dicitur in vxorem, & amittit omnia priuilegia.*
32 *Mariti sæuitia distinguitur ab ingratitudine, si non sit magna.*
33 *Mariti sæuitia magna habet in ventre ingratitudinem.*
34 *Iniuriam aggrauat qualitas personæ, & familiæ.*
35 *Ingratitudo differt à sæuitia ratione iuris, & effectus, & quomodo hæc procedat.*
36 *Sæuitia, cui nec per cautionem de bene tractando potest mederi, habet admixtam ingratitudinem.*

POst resolutiones factas, quòd erat locus separationi Thori, ac restitutioni dotis, ob magnam sæuitiam viri, ac postquam fuerat relaxatum mandatum pro scut. 2000. ad fauorem vxoris pro eius alimentis, maritus fugam arripuit, & præuio iuramento vxoris, A. C. relaxauit mandatum suspicionis fugæ, nedum pro dictis scutis 2000. pro alimentis, sed etiam pro dote, cuius mandati vigore vir fugiens fuit in Ciuitate Veliterna detentus, & ductus ad carceres Vrbis, qui postquam per longum tempus sustinuit carcerationem, obtinuit disputari dubium, an esset excarcerandus, & Domini negatiuè responderunt; Quia carceratio fuit valida, & iusta, nam quantum attinet ad validitatem, & si lite pendente in Rota fuerit relaxatum dictum mandatum per A.C. hoc tamen 1 nihil facit, † quia pro mandato suspicionis fugæ potuit, etiam lite pendente in Rota, adiri A.C. absque vitio attentatorum, cum adesset suspicio fugæ, & periculum in mora, ac captura non fieret, vt solueretur, neque ad effectum exequendi, sed vt debitor caueret de stando iuri, & iudicatum soluendo, quo casu cessat vitium attentatorum. *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. num. 245. Rota decis. 926. part. 3. diuersor. Modern. Aquil. de caus. execut. ampl. 19. num.* 18. Neque contrarium dicit decisio *in causa Romana pecuniaria, seu arresti 22. Aprilis* 1613. *coram R.P.D. meo Pirouano*, in qua Rota videtur sentire, quod † arrestum 2 factum ab alio Iudice, quam ab eo, coram quo lis pendet sit attentatum, quia hoc est verum in simplici arresto, secus autem in arresto, quod relaxatur ob suspicionem fugæ præuio iuramento, vt 3 eademmet decisio declarat, † limitando dictum suum non habere locum, quando periculum est in mora, prout indubitanter erat in casu nostro quia vir fuit captus in ipsa fuga, videlicet (vt dictum est) in Ciuitate Veliterna, & propterea † cum 4 esset in actu fugæ, potuit à quocumque Iudice capi, vt pulchrè declarat *Caccialup. de debit. suspe. fugit. quæst. 4. num. 4. per tot.*

5 Quantum attinet ad iustitiam fuit † primo per Dominam Barbaram coram A.C. allegatum creditum suæ dotis, & alimentorum, secundò eius virum esse de fuga suspectissimum, tertio fuit per eamdem præstitum super prædictis iuramentum, quæ videntur requisita, & sufficientissima ad obtinendum mandatum suspicionis fugæ, quando debitor est paratus ad fugam, vel est in ipso actu fugæ, vt accidit in casu nostro *Caccialup. de debitor. suspect. quæst. 6. num. 15. Socein. sen. cons. 100. nu. 1. vers. & ideo voluit. Bald. lib. 4.* quibus non obstat, 6 quod creditum dotis non erat liquidum, † nec mandatum suspicionis fugæ poterat relaxari, non citato prius viro, obstante Reformatione sanct. mem. Pauli V. in tit. De Iudicibus in causis ciuilibus, ibi, *mandata suspicionis fugæ non citato debitore in Vrbe non concedantur, nisi constito in actis summariè de credito liquido*, quod etiam procedit de iure communi. *Bald. in l. apertissimi C. de Iudic. Gaill. obseru. 44. lib. 2. ac de suspicione fugæ saltem per iuramentum creditoris, & quod ipsi creditori non sit cautum per alios correos, vel fideiussores, & tunc etiam non relaxentur, nisi deducendo debitorem ad præsentiam Iudicis non autem ad carceres, & Iudex ipse debitore audito, prout sibi videbitur prouideat &c.* Nam fuit responsum, quod prædicta videntur procedere in 7 debitore commorante in Vrbe, † sed quicquid sit in alijs Iudicibus cum mandatum suspicionis fugæ fuerit relaxatum ab A.C. cuius auctoritas videtur magis ampla, quàm auctoritas aliorum Iudicum, & videtur relicta in dispositione iuris communis, dum in eadem Reformatione sanct. mem. Pauli V. in tit. de A.C. & eius Tribunali §. 12. iuncto §. 11. dicitur, *mandata de manutenendo nunquam, nisi ser. ser. & parte legitimè citata decernat, aut concedat*, & in sequenti §. 12. dicitur *idem in sequestris & in mandatis suspicionis fugæ seruet, nisi aliqua ratione timendum sit Iudicis arbitrio de suspicione fugæ, et bonorū dilapidatione, quo casu iuramentum præstari debeat de suspicione fugæ, vel de metu dilapidationis bonorū*, ex quibus apparet quod omnia remittuntur arbitrio A.C quod quidem arbitrium, etiamsi intelligatur prout de iure, adhuc vxor habet intentum cum iurauerit virum suspectum de fuga, ille neque mobilia, neque immobilia possideret in Vrbe, & fuerit captus in actu fugæ, quam arripuit postquam Rota per decisiones declarauit esse locum separationi Thori, & virum teneri ad dotis restitutionem. Vndè meritò A.C. potuit præstare fidem dicto iuramento. *Rip. in l. 2. in princip. num. 57. ff. solut. matrim. Menoch. de arbitr. cas. 87. num. 6. & seqq.* vbi latè declarat materiam.

Vlterius fuit responsum, quod pro summa scutorum 2000. pro alimentis creditum vxoris erat liquidum, & pro credito dotis poterat etiam man- 8 datum concedi, † cum ex decisionibus Rotalibus plenè constaret de illo, quod licet per sententiam con-

non fuisset canonizatum, nihilominus ad effectum concessionis mandati suspicionis fugæ, & ad illud sustinendum, videtur dicendum sat fuisse per dictas decisiones canonizatum, & in simili videmus 9 quod † tale mandatum sustinetur, si relaxetur pro debito in diem, vel sub conditione. *Roderic. Suar. in l.2. tit. de los emplamientos. versic. sed attende num.25.* & allegat *textum in l. quæsitum, ff. de pign. & l. in omnibus. ff. de Iudicijs, & est text. notabilis in l. omne æs. ff. pro socio. Ias. in l. si ab arbitrio num.7. ff. qui satisd. cogan. Cancer. var. resol. tom.2. cap.10. num.18.* & cessat omnis difficultas, 10 † quia cum maritus fugam arripuisset, debitum non poterat liquidari ipso citato, vt bene *Castr. in cons. vlt. ante fin. vers. non autem requiritur lib.1.* vbi quod non est opus, quod creditor plenã fidem faciat de credito tempore impetratæ capturæ, cum fieri non possit parte absente, licet non iustificato postea credito debitor deberet excarcerari, & hoc dictum approbat *Caeialup. de debitore fugitiuo dicta quæst.6. num.15. Cancer dicto numer.8.* & propterea Reformatio prædicta fanẽ mem. Pauli V. non comprehendit istum casum, in quo debitor fugam arripuerat.

Non obstat, quod vir possideret bona, seu annuos redditus in Ciuitate Neapolis, & in eadem Ciuitate al[illegible] præstitisset fideiussorem, quia huic fundamento dupliciter fuit responsum, & primò, 11 quod licet † regulariter verũ sit, in dote repetẽda attendi domicilium viri. *l. exigere dotẽ, ff. de iudic.* 12 tamen † hæc regula fallit; quando illa debet exigi propter aliquod accidens extra naturã cõtractus, tunc enim attenditur locus in quo vir reperitur tempore perpetrati actus. *l. si vxor 42. ff. de iud.* 13 & † quamuis sæuitia fuerit exequuta in Ciuitate Ianuæ, tamen cum fuerit declarata Romæ, vtique restitutio dotis est facienda Romæ, & in fortioribus terminis videmus, quod si maritus conueniatur in loco, in quo alias subijceretur, puta Romæ, quæ est communis patria (vt euenit in casu isto) licet maritus posset declinare forum ex aliquo priuilegio, puta legationis &c. tamen isto casu fauore dotis poterit Romæ conueniri, nec est attendenda petitio, vt remittatur ad suum forum originale, *vt in dicta l. si vxor,* & ibi notat *Angel. & Castren.* ac pulchrè, & bene declarat *Io. Campeg. de dot. quæst.19. num.3. vers. & prædicta Bald. Nouell. de dot. part.10. priuil.19. & 20. Ruin. cons.58. num.23. lib.3. Barbos. in l. exigere dotem. nu.140. vers. & ideo verior. ff. de iudicijs, Mantic. de tacit. & ambig. lib.3. tit.14. num.3. vers. neque* 14 *ad rem pertinet.* † vbi quod *textus in d. l. si vxor.* locum habet, quando fit separatio Thori culpa 15 mariti, † tunc enim maritus in dote restituenda non potest se iuuari dispositione *text. in l. exigere dotem*, est enim diuersum, quod matrimonium dissoluatur morte vxoris sine facto viri, & quod facto viri fiat separatio Thori, vt distinguit *Castr. in d. l. si vxor. ff. de iudic.*

16 Secundò fuit responsum, quod cum carceratio viri sustineatur ex prædictis, hodie non agitur de saluanda carceratione, sed an vir veniat excarcerandus, & ideo cum prima causa carcerationis sustineatur, sat est, quod hodie ex noniter deductis ostendatur, non esse locum excarcerationi, cum constet de debito dotis liquido per rem iudicatam *Ioseph Ludouic.* & ab eo relati *decis. Perusina 40. per tot. Bero. cons.162. in fin. volum.3. Cancer. var. resolut. tom.2. dicto cap.10. num.27. & 28.* vbi exornat, & bene etiam *Cornazzan. decis.2. num.18. & 19. & seqq.* qui dicit, quod vbi constat debitorem captum, esse debitorem, non venire relaxandum, etiamsi captus fuisset ordine non seruato, & in isto casu hæc eo magis procedunt, quia vir mala fide, & animo occultandi pretium ad impediendam restitutionem dotis vxori partim post litem motam, partim post sententiam alienauit in Regno Neapolitano ducat. 55. mille, *vt in Summa-* 17 *rio num.5.* † est enim consideranda dicta alienatio facta lite pendente, quia cum ageretur de separatione Thori culpa mariti, vnde in necessariam consequentiam veniebat restitutio dotis facienda mulieri, vt in decisionibus in hac causa factis, dictum fuit, dicta alienatio facta lite pendente mala 18 fide censebatur facta, † & cum etiam ex tota serie facti appareat quomodo in hac causa procedatur, & iste modus procedendi non bene oleat, maritus nedum non gaudet priuilegio, *d. l. maritum*, sed neque est admittendus ad cessionem bonorum *Bart. in l. alia causa, §. eleganter num.15. ff. solut. matrimon. Gnrb. decis.43. num.8. & 14. & decis. 41. num.9. & seqq. Castagn. de benef. deducto ne egeat quæst.11. num.10. Cancer. var. resolut. lib.2. cap.9. de cess. bonor. numer.46. cum pluribus seqq. secundum nouam impressionem*, vltra quod nec 19 † sufficerent dicta bona in Regno Neapolitano, nec fideiussor ibi datus, quia cum restitutio dotis sit facienda Romæ, vt patet ex prædictis, sufficit, quod bona, & fideiussor, non extent in Statu Ecclesiastico, *Bart. in l. fin. num.1. C. de principibus agenti in rebus lib.12.* vbi quod Conuentus Perusij non sufficit, quod possideat Senis, *Bald. cons. 312. num.4. & 5. lib.5.*

20 Denique non obstat, quod in omnem euentum pro restitutione dotis maritus non potuerit carcerari. *Petrus Nunez de Anedagno consil.8. ante num.8.* quia contrarium est verius in casu, de quo agitur, & pro dilucidatione huius articuli prænotandum est, 21 † quod maritus regulariter loquendo in restitutione dotis habet beneficium deducto ne egeat, ita ut non teneatur, nisi in quantum facere potest. *l. maritus 14. vbi Barbos. num.2. ff. solut. matrimon. l. non tamen, & l. si cum Procuratore 23. ff. de re iudic.* & hoc priuilegium debetur maritis propter reuerentiam eis debitam à muliere. *Ias. in l. si constante, ff. solut. matrim. num.28. cum alijs per Castagn. in suo tractat. deducto ne egeat quæst.1. num.2.* & fuit dictum *in causa Recanaten. separationis Thori 26. Februarij 1625. coram R. P. D. meo Pirouano.* Secundo est prænotandum, 23 quod ille, † qui non tenetur nisi in quantum facere potest, habet duplex priuilegium alterum reale quoad bona, alterum personale, vt constat ex DD. cumulatis per *Castagn. in tractat. deducto ne egeat. in proœm. 1. part. num.12. 13. 14. & 16.*

24 Tertiò est prænotandum, quod † maritus conuentus actione personali non habet hoc beneficium deducto ne egeat ex quo de dote ali debet, vt est *text. & glos. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & de commun. testatur Palatius Rubios in cap. per vestras.*

de donat. inter vir. & vxor. s. 37 fol. 119. Io. Crotus in dicta l. si constante. post num. 157. ff. solut. matrimon. Fontanella de pact. nuptial. clauf. 7. glos. 2. part. 3. numer. 68 lib. 2. Petrus Nuncz. dicto respons. 8. post num. 8. vbi ita inquit *quamquam sit verum, quod maritus quando conuenitur constante matrimonio pro dote non videtur habẽdam esse rationem ne egeat, & sic videtur teneri vltrà quam facere potest, non tamen ex hoc sequitur maritum esse incarcerandum ad petitionem vxoris, quia licet non habeatur ratio ne egeat, illud tamen est, quia de fructibus dotis est alendus, & dos consignatur vxori, vt deseruiat matrimonio, & pro eius oneribus. Castren. in d. l. maritum, vbi Raynerius*, & latè prosequitur *Castagn. in suo tractat. deducto ne egeat quæst. 1. num. 54. & seqq.*

His prænotatis non applicatur ad casum nostrum, quod maritus non potest carcerari pro dote restituenda, dum hoc ex eo prouenit, quod debet habere alimenta ex dote, frustra enim incar-

25 ceraretur si ex dote deberet ali, & † qui gaudet beneficio deducto ne egeat, ex eo non potest carcerari, quia si posset carcerari teneretur vltra id quod facere posset, quæ rationes cessant in casu isto, quia iuxta resolutionem factam in hac causa 4. Iulij 1633. coram me. maritus non gaudet dicto

26 beneficio, † quia non probatur illius paupertas respectiuè ad vxorem, quę habet tantum dotem,

27 & etiam si probaretur non releuaret, cum † ipsa

28 mulier sit præferenda in pari paupertate, quia † ptima charitas incipit à se ipso, & latissimè dedu-

29 citur in eadem decisione, † quando enim concurrunt duæ personæ priuilegiatæ, illa præfertur, quæ tractat de damno vitando. *Bald. in l. 2. num. 5. C. quod cum eo, & in l. si quis crediderit num. 1. post alios, ff. de pactis*, qui expressè loquitur in puncto, quando mulier repetit dotem propter separationem Thori, idem *Bald. in l. si quod nomine num. 1 in fin. ff. de condit. indebit.* qui non est sibi contrarius, vt putauit *Franciscus Aretinus in l. maritum num. 1. ff. solut. matrimon.* nam discusso articulo remittit se ad ea, quæ notat *Iacob. de Arena in d. l. maritum num. 1. ff. solut. matrimon.* vbi hoc

30 ad literam dicit, vnde cum marito non competat beneficium deducto ne egeat, nec ei debeantur alimenta ex qua causa non potest carcerari, vtique in hoc casu carceratio sustinetur.

31 Fuit etiam consideratum, quod † maritus fuit nimis ingratus vxori ob magnam in illius corpus sæuitiam, vt fuit dictum in decisione facta coram me 24. Nouembris 1632. quare ob dictam magnam ingratitudinem videtur amisisse omnia priuilegia, & meritò fuit carceratus, vt fuit resolutum *in causa Romana separationis Thori 14. Martij 1635. coram R. P. D. meo Merlino*, nec est facienda vis, quod in dicta decisione agebatur de propinatione veneni, quia DD. *ibi* allegati non se restringunt ad similem ingratitudinem, sed ad ingratitudinem simpliciter, quæ in hoc casu maxima fuit ex deductis in dicta decisione coram me, & ex supra narratis. Nec etiam prædictis resistit dicta decisio *in causa Recanaten. separationis Thori 26. Februarij 1625. coram R. P. D. meo Pirouano*, quę distinguit inter sæuitiam, & ingratitu-

32 dinem, quia in casu de quo agitur † sæuitia habet

33 in ventre ingratitudinem cum fuerit † magna, & intolerabilis sæuitia, qua maritus vsus fuit in mulierem nobilissimam ex principalioribus familijs Ciuitatis Ianuen. sæuiendo enim in vxorem mulierem nobilissimam fuit ingratus, cum eam deberet iuxta suas qualitates tractare, & propterea cum aliter se gessisset erga illam ingratus meritò potest appellari, & differentia est inter nobilissimam mulierem ex principalioribus Ianuen. & mulierem ordinariam Ciuitatis Recanaten., in quibus terminis loquitur decisio D. mei Pirouani,

34 † qualitas enim, & dignitas personæ aggrauat iniuriam, vt dicta decisione coram me in hac eadem causa dictum fuit, & quamuis in eadem deci-

35 sione Recanaten., etiam dicatur, quod † ingratitudo differt à sæuitia saltem ratione iuris, & effectus, quia ingratitudo perficitur ex ipso actu, & ex consummatione sequitur effectus pœnę indictę ita ut non sit locus pœnitentię ad illam euitandam sæuitia autem subiacet pœnitentiæ, & reuersioni ad eundem Thorum, in qua sæuitia priuilegium potest conseruari; Attamen fuit consideratum,

36 quod cum † ingratitudo possit remitti sicuti sæuitia, & nihilominus in hoc casu (vt dictum fuit) hęc sæuitia habuit admistam ingratitudinem cum fuerit talis, vt nec per cautionem de benè tractãdo potuerit illi mederi, vt in dicta decisione mea fuit firmatum propterea retentis etiam terminis decisionis Recanaten. ista potius fuit ingratitudo perfecta ex actu sæuitiæ ex qua fuit commissa. Vnde dum ex ipso actu fuit perfecta, maritus vt supra dixi, amisit omnia priuilegia, vt etiam in dicta decisione coram R. P. D. meo Merlino dictum fuit.

Et ita conclusum vtraque parte acerrimè informante, causaque maturè discussa.

CAP. IV.

R. P. D. DVRANO.

Leodien. Diuortij.

Luna 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Separatio Thori habet locum ob adulterium viri.*

2 *Adulterium est delictum difficilis probationis, & ad illud probandum sufficiunt præsumptiones, & coniectura.*

1 DOmini hodie steterunt in decisis 10. Maij 1632. Et † sic esse locum separationi Thori propter adulterium Gerardi; quod visum fuit sufficienter probari ex deductis in dicta decisione, maximè cum versemur in delicto difficilis probatio-

2 nis † in quo sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, quæ moraliter animum Iudicis inducant ad sic credendum, *cap. præterea, vbi Felin. col. 1. de adult. Bart. in l. 2. §. vltimo, ff. de adult. Dec. cons. 557. num. 11.* cum alijs adductis per *Menoch.*

cons.

conf.31.num.78.& 79. & de præsumpt. lib.5. præsumpt.41.in princip. Seraph.decis.226.
Et ita resolutum &c.

CAP. V.

R. P. D. VBALDO.

Nanelleñ. seu Melphieñ pecuniaria.

Lunæ 16. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM

Carcerationem alicuius, quando quis procurauit, & quidem nulliter, ad effectum extorquendi ab eo aliquam obligationem, quam obtineat, quod illa nulla, & inualida sit, ideo si Iudex vigore dictæ obligationis relaxet mandatum contra illum, qui sic se obligauit, iniustè procedit, & pars dictum mandatum exequendo, committit spolium, nec est audiendus, si intendat bona capta retinere pro alio suo credito, nisi vsque ad obulum, purget dictum spolium.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus iniustè quis dicitur, si absque mandato, vel decreto Iudicis, & nulla præcedente probatione in carcerem fuerit detrusus.*
2 *Carceratus iniustè quando quis fuit, & se in carcere obligauit ad fauorem eius, qui carcerationem curauit, nulla est obligatio.*
3 *Creditor, si in vim sententiæ iniustè aliquid exegerit à suo prætenso debitore, intrat spolium.*
4 *Spolium intrat non solum quoad res exactas, sed etiam quoad expensas.*
5 *Spolians super suo credito non est audiendus, nisi purgato spolio vsque ad obolum.*
6 *Spolium videtur violentum, si aliquid fuerit exactum, vigore obligationis per vim, & metum iniustè carcerationis extortæ.*
7 *Arbitrium non intrat stante spolio, maximèque si constet de iniustitia, & num.8.*
9 *Administrator non potest dici, an remaneat, creditor, vel debitor ante redditam rationem administrationis.*
10 *Creditor, quando inordinatè, & minus solemniter immissus fuit in possessionem bonorum debitoris, tunc licitum est ei retinere bona, donec fuerit satisfactus; si tamen creditum sit clarum, & liquidum, quia alias purgandum venit spolium.*
11 *Probatio probationem non excludit.*
12 *Nullitates illæ non possunt sanari, quæ Principi nequaquam fuerunt exposita.*
Papa non solet sanare nullitates, quæ respiciunt defensionem partis, num.12.
13 *Arbitrium non intrat ad effectum sanandi nullitates, quando sunt claræ, & non turbidæ.*
14 *Rescriptum subreptitium est ipso iure nullum.*
15 *In iurisdictionem quando quis dicatur consensisse.*
16 *Sententia an sit diffinitiua, nec ne, id benè colligitur ex eius lectura.*
17 *Citationis ad sententiam defectus est insanabilis.*
18 *Nullitates sententiæ, vt sanentur, constito de eius iniustitia, idem Rota inauditum est.*

VEritas est, quod pars D. Episcopi contra quam emanauerat decisio in hac causa 2. Decembris 1618. pro nullitate, & iniustitia sententiæ ad eius fauorem latæ per Vicarium Andrien. adiuit Signaturam Sanctissimi, petens mihi committi, vt circumscriptis actis hinc inde in causa factis, causam huiusmodi ex integro cognoscerem & rescriptum emanauit de secunda parte in hæc verba. *Committatur eidem Vbaldo, qui ex integro causam huiusmodi cognoscat, & prout iuris fuerit, terminet omni, & quacumque appellatione remota præseruatis, vel refectis, arbitrio Rotæ expensis, & pecunijs per Oratorem exactis*, vnde dato dubio iuxta terminos commissionis, an intraret arbitrium, Domini vnanimiter negatiuè responderunt. Quia ex traditis in decisione con- 1 stat Donatum iniustè fuisse carceratum nullo præuio mandato, vel decreto Iudicis, & nulla probatione præcedenti prætensi crediti, & sine alijs requisitis, de quibus *Boer. decis.215. num.34. post Bald.* quem sequitur *Farinac.quæst 27.nu.36.* ex qua iniustitia carcerationis sequitur etiam 2 nullitas obligationis per Donatum factæ, iuxta latè tradita *in Foroliuen.nullitatis 20.Maij 1613. coram Reuerendissimo Damasceno*, & in decisione, de qua agitur, & consequenter resultat iniustitia sententiæ Andrieñ, in qua Donatum condem- 3 nauit vigore dictæ obligationis, & si in vim dictæ sententiæ aliquid exegit, intrat spolium manifestè, *Capic. decis.186. part.3. Aymon. consil.140. num.2. & cons.301. num.2.* cum alijs latè congestis *in Romana Domus 14.Martij 1618. & in eadem causa 24.Maij 1609. coram me*, non solum 4 quoad pecunias exactas, sed etiam quoad expensas *Aymon.dicto cons.140.num.3. Rip.in l.naturaliter, §. nihil commune num. 50.ff. de acquir. poss.* Caputaq.*decis.171.part.3. Cæsar de Graff.decil.5. num.18.de restit.spolia.* & ideo non debet Episco- 5 pus audiri super prætenso suo credito, nisi purgato spolio etiam vsque ad obolum *Bald. in cap. conquærente num.1.de restit.spoliat. Rota decis.15. eodem tit. in nou. Rolan.cons.53. num.25. lib.1. & cons.6.num.42.lib.2. Surd.cons.28. num.31.Gabr. in tit.de restit.spoliat.conclus 1.num.11. Rot.decis. 433.num.1.part.2.in recent.Pontan.de spolio lib.4. cap.4.num.60. Honded.consil.23. numer.16. lib.1.* Tanto magis cum spolium videatur violentum 6 nomine obligationis per vim, & metum iniusti carceris extortæ *Gabr.concl.2. nu.23. in 10.limit. de restit.spoliat. Rota decis.710.num.1.& 2 & 721* 7 *num.1.part. 1. diuers.* Quo spolio stante cessat arbitrium, *vt in Mantuana bonorum coram me, quæ est decisio 365.num.10.& seq.part.1.in recent.* 8 & tanto magis cum fuerit resolutum pro iniustitia sententiæ, vt in decisione de qua supra.

Nec obstat, quod dicitur hodie apparere Donatum esse debitorem Episcopi, cum constet ex eius confessione ipsum administrasse bona Episcopatus per aliquod tempus, nam non inde sequi- 9 tur eum esse debitorem ante redditam rationem vt fuit decisum in illa *Bononien. de Binis coram D.Dunozetto.*

Nec facit, quod Episcopus aliunde suum creditum probare possit, vt etiam narrauit in commissione, quia nihilominus spolium est purgandum necessa-

necessario, quando petens retentionem, non docet de credito claro, & liquido *Surd. decis. 46. in fin. Rota dicta decis. 433. num. 2. part. 2. in recent.* & fuit latè dictum, & distinctum *in dicta Romana Domus 20. Maij 1609. coram me, & in alia Romana spolij domus 11. Iunij 1620. coram R. P. D.*
11 *Caualerio*, vltra quod probatio probationem non excludit *Aegid. decis. 624. numer. 2. cum allegatis.*

Quo vero ad nullitates in decisione firmatas,
12 non esset tractan. de arbitrio, cum nec fuerit petita earum sanatio, nec etiam si fuerit petita, Sanctissimus super ijs quicquam rescripserit, vt in simili dixit *Rota in dicta decis. 363. numer. 1. & 12. part. 1. in recent.* sed tamen ex abundanti Domini existimabant, nec quoad eas intrare arbitrium; cum nullitas ex defectu iurisdictionis, & citationis
13 ad sententiam videatur clara, & non turbida; iurisdictionis quidem, quia stante commissione auocatoria subreptitia, nulla fuit tributa iurisdi-
14 ctio Vicario Andrien. cum rescriptum esset ipso iure nullum *Cassad. decis. 1. de rescript. & decis. 2. num. 6. de appellat. Seraphin. decis. 763 num. 6.* cum alijs de quibus in decisione, & fuit dictum *in Seuen bonorum 4. Iulij 1614. coram R. P. D. meo Buratto, quæ est decisio 655. num. 3. part. 1. in recent.* quod autem fuerit subreptitia deducitur in decisione, quia constat quod pars Episcopi consense-
15 rat in iurisdictionem, ex pluribus actibus, & comparitionibus in iudicio factis, nec dubitatur de mandato comparentis, & faciunt notata per *Modern. de claus. part. 1. claus. 35.* vbi allegat decisionem Rotæ *in Carthaginen. decimarum 17. Maij 1593. coram Orano.*

Alia etiam nullitas ex defectu citationis ad sententiam videtur clara ex allegatis in decisione, nec subsistit, quod sententia fuerit interloquutoria, quia
16 vel fuit diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ, vt ex eius lectura apparet, ad tradita per *Bald. in l. 3. num. 1. C. de calumniatoribus, Rota in Pacen. Canonicatus 17. Iunij 1615. coram me, quæ est decisio 731. num. 3. part. 2. in recent.* & alias certum
17 est, quod isti defectus sunt insanabiles etiam stante commissione sanatoria, quæ hic tamen non adest, *Caputaq. decis. 162. part. 2. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 13. num. 4.* & de citatione latè *Rota decis. 365. num. 2. & seqq. part. 1. in recent.* & accedit prædictis iniustitia sententiæ, qua stante, est inau-
18 ditum in Rota tractari de sanatione nullitatum.

Et ita decisum &c.

CAP. VI.

RPD. VEROSPIO.

Neapolitana Domorum.

Lunæ 13. Maij 1641.

ARGVMENTVM

Iniusta carceratio metum inducit, & ex contractu cum iniustè carcerato inito non acquiritur possessio. In venditione census requiritur pro forma numeratio pecuniæ, nec sufficit confessio de recepto. An census possit vend pro pecunia debita, data veritate crediti præcedentis. Decretum irritans annullat qualcumque consuetudines.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non conceditur non possidenti.*
2 *Gesta in carceribus sunt ipso iure nulla ratione metus quem carcer inducere solet, nec requiritur sententia reuocatoria num. 23.*
3 *Ex contractu in carceribus gesto non acquiritur possessio.*
4 *Metus à carcere inductus aufert liberum consensum contrahentis, & num. 24. & 26.*
5 *Metus à carcere inductus durat etiam post contractum, itaut si postea deueniatur ad actualem possessionis traditionem, nihilominus sit nulla.*
6 *Carceratio proueniens ex sententia iniusta metum inducit.*
7 *Iusta carceratio non inducit metum, neque iniuriam irrogat tanquam facta pro iuris exactione*
8 *Pactum appositum in venditione census, quod si venditor deficiat in solutione fructuum, liceat emptori pretium repetere, licet sit inualidum, & a Constitutione Pij V. improbatum, non tamen efficit contractum census nullum.*
9 *Emptori census tunc licet sortem repetere, quomdo venditor statuit censum redimere, & hanc suam voluntatem emptori denunciauit.*
10 *Census venditus non numerata pecunia, est nullus.*
11 *Census non sustinetur ex confessione venditoris habuisse pretium ex traditione cedulæ directæ mercatori.*
12 *Numeratio pecuniæ in venditione census requiritur pro forma, quæ fuit inducta ad effectum euitandi fraudes, quæ committuntur in simulatis solutionibus.*
13 *Formæ præfixæ an satisfieri possit alia ratione, dummodo ex illa sequatur idem effectus exclusionis fraudis.*
14 *Confessio de recepto pretio facta à venditore in instrumento census non probat veram numerationem pecuniæ.*
15 *De confessione concepta per verba temporis præteriti non potest fidem facere Notarius rogatus de instrumento, sed illa est acceptanda vti partis confessio.*
16 *Census potest secundum aliquos vendi pro pecunia debita data veritate crediti præcedentis, nec est necessarium vt venditor illam habeat in numerato in actu stipulationis instrumenti. Contrarium tamen dicitur, num. 17.*
18 *Decretum irritans positum in Constitutione Pij Quinti annullat omnes contractus census factos non seruata forma ibi præscripta.*
19 *Census creati sub alia forma quam tradita in Constitutione Pij V. sunt fœneratitij.*
20 *In materia vsurarum ad solius Summi Pontificis auctoritatem pertinet dare formam contractibus, & approbare pacta in illis seruanda.*
21 *Decretum irritans reddit nullas, & inualidas quascumque consuetudines inductas sine expresso consensu Superioris.*
22 *Constitutio Pij V. de creatione census est recepta in Regno Neapolitano.*
25 *Animus semper requiritur tam in acquirenda, quam in ammittenda possessione.*
26 *Dolus dans causam contractui effectum sortiri nō debet.*

Prote-

127 *Protestationes factæ à carcerato reddunt contractum in carceribus initum nullum propter defectum consensus.*

DOmini responderunt in hoc dubio, quod non erat concedendum mandatum de manutenendo Io. Leonardo de Iordanis in possessione Domorum, de quibus erat controuersia, 1 † quia non visa fuit probata illius possessio, quæ ante omnia necessaria erat, vt potuisset obtinere in hoc interdicto, vt probat *text. in l.1. & in l.2. ff. vti possidetis, & in §. hodie Instit. de interdictis, not. Bart. in l. ait Prætor, §. quod ait n. 2. & n. 14. ff. eod. tit. vti possidetis, Verall. decis. 198. numer. 2. part. 2.* Etenim deducebat Io. Leonardus suam possessionem ex traditione earumdem Domorum quas obtinuerat insolutum à Vincentio de Blanchis, & Benedicto eius filio ex causa æris alieni, cuius ijdem Vicentius, & Benedictus erant debi- 2 tores Ioannis Dominici sui patris. † quæ datio in solutum cum facta fuisset in carceribus, in quibus detinebatur Vincentius simul cum Benedicto occasione eiusdem æris alieni fuit ipso iure nulla ratione metus, quem carcer inducere solet, vt probat *text. in l. qui in carcerem, ff. quod metus causa, & not. ibi Doctor. Bart. in l. qui neque, §. solutum nu. 1. ff. de verb. signific. post gloss. ibi in verbo seruatur. Bald. in rubric. C. de rescind. vendit. num. 8. & in l. nam, & seruus numer. 2. ff. de negot. gest. idem Bart. in l. qui à latronibus num. 2. ff. de testam. & ibi etiam Angel. num. 1. Castren. num. 3.* & decisum fuit *in Forolium:en. obligationis 20. May 1623. coram Card. Sacrato in 1. part. recent. decis. 490. num. 1. & in Romana repetitionis indebiti 30. Aprilis, & 25. Iunij 1610. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Vnde ex tali contractu non fuit 3 acquisita aliqua possessio Leonardo, † cum metus efficeret, vt non fuisset liber consensus Benedicti, & Vincentij in ea traditione, vt probat *text. in l. 5. § in amittenda, & in l. quemadmodum, ff. de acquir. possess. & not. ibi Doct. Salicet. in l. qui rem num. 3. C. locati. Rip. in l. is cui bonis num. 52. ff. de* 3 *verb. oblig.* † Quæ vera sunt, quamuis post actum eius dationis insolutum deuétum fuisset ad actualem traditionem ipsius possessionis, cum semper durauerit eadem causa metus, cuius ratione contractus erat à iure improbatus, *vt not. Rip. in dicta l. is cui num. 52. Bald. in l. non dubium numer. 18. C. de legib. Alex. cons. 69. numer. 14. lib. 5. Hondcd.* 4 *cons. 23. num 27. lib. 1.* † Requiritur tamen, vt talis metus sit inductus ex carceratione, quæ fuerit iniusta, vt fuit sententia *Bart. in dicta l. qui neque §. solutum, ff. de verb. signific.* & notauit etiam ibi *Iacob. de Aretio*, quem sequutus fuit *Bald. in l. nã & seruus num. 2. ff. de negot. gest.* & tenuit *Rota in dec. supra adducta Romana repetitionis indebiti 30 Aprilis 1610. coram R.P.D. meo Pironano.* In qua dictum fuit ita intelligendam esse decisionem in causa *Romana pecuniaria de Ruspolis coram Plato*, cum in ea decisione ageretur de debito vero, 5 & valido. † Vnde ex carceratione postea sequuta non poterat dici inductus metus, neque irrogata iniuria tanquam ea, quæ facta fuit pro iuris executione, & laté deductum fuit *in Romana mutui 14. Martij 1631. coram R.P.D. meo Merlino.*

Neque visa fuit deficere probatio, quæ respiciebat iniustitiam carcerationis, aut obligationis Vincentij, ac Benedicti eius filij, siquidem creditum, cuius causa Leonardus illos habebat obligatos, & cuius occasione curauit eos conijci in carcerem, habebat originem à cõtractu census, quem ipse Vincentius simul cum Benedicto, & Io. Francisco altero filio suo imposuerunt super proprijs bonis, cuius annuus redditus constitutus fuit in summa scutorum octingentorum, quem illi promiserunt soluere Dominico de Iordanis, Petri Leonardi distrubuta solutione in singulos sex mẽses pro summa scutorum 400 Inter cæteras veró conditiones, quæ legebantur in instrumento ven- 8 ditionis dicti census vna erat, † quod si Vicentius, & eius filij venditores deficerent in solutione vnius termini, liceret Dominico emptori, qui postea cessit hoc creditum Leonardo repetere totũ, & integrum pretium scutorum quinque millium, pro quo idem census dicebatur emptus, & inde deducebatur iniustitia obligationis Vincentij, quia licet hoc pactum non potuisset efficere, vt esset nullus ipse contractus census, tamen fuit idem pactum inualidum, vnde non potuit ille, ac Benedictus eius filius ratione moræ commissæ in solutione dicti annui redditus conueniri à Leonardo pro restitutione pretij, aut in eo condemnari à Iudice, & illius occasione Carceribus mancipari, cum hoc pactum improbatum esset à Constitut. Pij V. 9 in qua solum † permissa est repetitio sortis in casu, quo Venditor statuerit censum redimere, & hanc suam voluntatem denunciauerit emptori, vt expressis verbis eiusdem Constitut. tradit *Rodoan. in tractat. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 1. num. 7. Petr. Gregor. in tractat. de censib. quæst. 7. num. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 22. num. 25.* & deductum fuit *in Nullius, seu Melleuicen. census 16. Martij 1615. coram bon. mem. Coccino*, in qua decis. pluribus comprobata fuit iniustitia huius pacti, sine facultatis concessæ emptori vt possit cogere venditorem ad redimendum censum, & tenuit *Rota coram Card. Seraphin. decis. 1418. num. 5. & decis. 1431. num. 3.* vbi considerauit id pactum esse contrarium formæ substantiali huius contractus.

10 Præterea deducebatur † nullitas eiusdẽ contractus ex alio capite eo quia in venditione d. census non fuisset numerata pecunia, quæ erat illius pretium, cum de eius solutione non alia ratione appareret, quám ex confessione Vincentij venditoris, ac Benedicti, & Io. Francisci eius filiorum, quod pariter erat contra formam traditam in dicta Constitutione Pij V. & expressè in illa constitutum fuit *in §. rursus*, & ex ea notarunt *Felician. in tractat. de censib. lib. 1. cap 8. num. 10. Boecacc. eod. tractat. part. 1. numer. 44. & part. 3. num. 21. Petr. Greg. quæst. 5. num. 213. & 218. Nauarr. in cõment.* 11 *de vsur. num. 85. & num. 88.* † Neque hæc solemnitas potuisset suppleri ex traditione cedulæ solutionis, quæ directa fuit Mensæ Argentariæ S. Eligij, ex qua confessi fuerũt Vincentius, & Benedictus se habuisse eam pecuniam, vt tenuit *Rota in Beneuentana census 24. Martij 1593. coram Card. Pamphilio*, in qua decisione consideratum fuit, quod licet hæc solemnitas in dicta Constitutione

sit

12 sit requisita pro forma; † Tamen illam fuisse inductam ad certum effectum, vt euitarentur fraudes, quæ committebantur in simulatis solutioni-13 bus; † vnde potuisset illi satisfieri alia ratione, dummodo sequeretur ex illa idem effectus exclusionis fraudis, cuius causa data fuit in Constitutione dicta forma, vt tradit *Brunus in tractat. de forma sub tit. quando censeatur aliquid traditum pro forma, concl. 12. in §. ista ergo non sunt de forma fol. 37. & sub tit. de potentia, & effectu formæ in limit. 3. fol. 57. & not. Doct. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. Cagn. in l. si quis maior num. 218. C. de transaction. Rot.* 14 *decis. 33. num. 4. part. 2. diuersor.* † Etenim de ea solutione non apparebat nisi ex confessione eorumdem venditorum, ex qua non poterat dici probata vera numeratio pecuniæ, quamuis eadem confessio contineretur in instrumento, vt probat *text. in l. si ex cautione, C. de non numerata pecunia, & not. ibi Bald. num. 17.* & in terminis huius contractus tradiderunt *Boecae. in tractat. de censib. eadem par. 1. num. 46. Felician eodem cap. 8.* 15 *num. 15.* † Quod præcipuè dicendum erat dum ea confessio legebatur concepta per verba temporis præteriti, de qua non potuit fidem facere Notarius, qui rogatus fuit de instrumento. Vnde illa non poterat accipi nisi tamquam confessio partis, *vt not Doct. in d. l. si ex cautione, & tradit ibi Bart. num. 1. in 1. lectur. & in 2. num. 9. Bald. num. 14. idem Bart. in l. prædia num. 2. ff. de acquir. possess. Bald. in l. vnica num. 19. C. de confessis, & in l. 2. §. vltim. num. 6. ff. si cert. pet. & decisum fuit in Ianuen. pecuniaria 15. Aprilis 1611. coram Card. Lancellotto, & in Fauentina pensionis 23. Ianuarij, & 16. Decembris 1619. coram Card. Pamphilio.*

16 Non † etiam potuisset idem census substineri ratione crediti præcedentis cuius causa Dominicus emptor haberet obligatos Vincentium, & illius filios, qui censum imposuerunt, eo quia data veritate eius crediti potuisset census vendi pro pecunia debita, vndè non fuisset necessarium, vt venditor illam habuisset in numerato in actu stipulationis instrumenti, vt tenuit *Nauarr. in comment. de vsur. num. 8. & num. 121.* quem sequutus fuit *Less. in tractat. de iust. & iur. lib. 2. cap. 22. dubit. 12. numer. 80. Molin. de contract. disput. 390. num. 2. in fin. Petr. Greg. in tract. de censib. quæst. 5.* 17 *numer. 172.* † Contrarium enim dicendum erat 18 stante Constit. *Pij V.* quia † propter vim decreti irritantis, quod in ea Constit. positum erat, non potuit census aliter valere, quàm si probaretur seruata forma in illa præscripta, *vt not. Doct. in cap. cum accessissent de Constit. & ibi Dec. nu. 20. Felin. num. 8. Bald. in l. 1. numer. 2. ff. de liber. & posthum. & ibi etiam Ias. num. 7. Gabr. de clau-* 19 *sulis concl. 3. num. 73.* † Quod præcipuè dicendum erat hoc casu, dum in eadem Constitutione declarabatur fœneratitius contractus celebratus alia 20 ratione, quàm sub forma in ea tradita, † cũ in hac materia vsurarum ad solius Summi Pontificis auctoritatem pertineret dare formam contractibus, & approbare pacta, quæ in illis seruari deberent, vt in his terminis considerauit *Rota in Romana pretij Palatij 15. Ianuarij 1607. coram Iusto, Honded. cons. 35. num. 3. lib. 2. Boecae. in expositione eiusd. Constit. part. 2. num. 20. relati in ead. decis.* Neque visa fuit obstare consuetudo, quæ dicebatur esse in Ciuitate Neapolis, in qua confectum fuit instrumentum, & in toto Regno Neapolitano, cum in eo non fuisset recepta Constitutio Pij V. sed solum seruaretur Cõstitutio Nicolai V. in qua conceditur, vt possit fieri contractus census super pretio antea debito, siue quacumque alia re, quæ recepta fuisset ante impositionem census, de qua consuetudine testatur *Mastril. decis. 262. num. 2.* Quia huic consuetudini censeri debebat derogatum eodem decreto irritanti, quod 21 erat in Constitut. Pij, † cum hæc sit natura eius decreti, vt reddat nullas, & inualidas quascumq. consuetudines, quæ inductæ fuerint sinè expresso consensu Superioris, vt tradit *Boccac. in exposit. d. Constit. in loco supra relato eodem num. 20. & not. Doct. generaliter.* in consuetudine inducta contra Constitut. Pontificias *in cap. cum de beneficio de prebend. lib. 6. & ibi Archidiac. & Anchar. num. 2. Franch. num. 4. Felin. in dicto cap. cum accessissent num. 30. de Constitutionibus. & tenuit Rota coram Verall. decis. 204. num. 1. & 2. part. 3. & in Romana concordiæ 11. Ianuarij, & 12. Februarij 1610. coram Card. Caualer. inter impress. decis. 85. nu. 2. & decis. 91. numer. 9. & in Auenionen. Salarij 22. Maij 1617 coram eodem Cardin. Caualer. inter impress. decis. 423. num. 4.* Præterea neque probatum fuit, quod ea Constitutio non esset recepta in Regno Neapolitano cum decisio Mastrilli intelligenda sit de Regno Siciliæ, in quo tamen adest Regia Pragmatica decernens, vt sint irrita omnia pacta, quæ sunt contraria dictæ Constitutioni, vt 22 testatur *Milanens. decis. 1. nu. 32.* † Et quod eadem Constitutio sit approbata, ac recepta in Regno Neapolitano, firmauit *Rota in Thelesina census 9. Decembris 1630 coram R. P. D. Dunozetto.*

23 Non etiam visum fuit obstare, quod dicebatur, vt actus eius traditionis, siue assignationis in solutum factæ à Vincentio non esset nullus, eo quia metus, cuius causa dicebatur talem assignationem non valere, debuisset antea declarari per sententiam, vnde Benedictus, & Vincentius debuissent agere actione reuocatoria pro rescindenda obligatione, ex qua deuenerunt ad eam traditionem, & intereà non posset denegari manutentio Leonardo, *vt probat text. in l. 1. C. de rescind. vend. & not. ibi glos. in verbo irrita, & in verbo interpositas, C. de transaction. Menoch. de recuper. possess. remed. 3. num. 105. Rota decis. 5. num. 2. de renunciat. in nou. eodem num. 3.* & probat *text. in cap. multorum, §. sanè de pœnis, & not. ibi glos. in verbo nullius, & in l. qui in carcerem, ff. de eo quod met. caus.* in qua statuitur, vt nullius sit momenti, quod interea factum est, & ex verbis eius *text. notarunt Felin. in cap. Rodulphus num. 3. de rescript. Abb. in cap. 2. num. 19. ff. de his, quæ vi metusue causa fiunt, Surd. cons. 37. num. 20. Card. Zabarel. in cons. 137. num. 1. in fin. Rota in Foroliuien. nullitatis obligationis 20. May 1613. coram Card. Sacrato in 1. part. recent. decis. 390. num. 2.* Et hæc opinio videtur fulcita optima ratione, quia siue 24 dicendum sit † quod propter metum absit consensus à tali actu, siue ille non videatur omnino deficere

cere

cere,cum etiam voluntas coacta dicatur voluntas 25 semper idem actus debet esse irritus; † Nam si pro nullitate dict. actus consideretur prima ratio non potuit qui eum actum gessit, aut suæ possessioni renunciauit eadem possessione priuari,dum apparet defecisse in eo animum,qui semper requiritur tàm in acquirenda, quàm in ammittenda possessione, vt probat *text. in l. quemadmodum, & in l. 3. §. in ammittenda, ff. de acquir. possess. & in cap. super hoc de renunciat.* tradit *Rip. in l. is cui num. 52. ff. de verb. oblig. Salicet. in l. qui rem n. 4. Cod. locat. Rota in Romana donationis 26. Iunij* 26 *1628. coram Reuerendiss. Vrgellen.* † Secundum verò aliam rationem æquissimum etiam fuit, vt idem actus non sortiri deberet effectum in pęnam doli, qui videtur dedisse causam contractui, dum fuit extorta obligatio à carcerato, quem metus nō permittebat habere liberum consensum, ac simul deceptus fuit Iudex, cuius auctoritate decreta fuit carceratio sub specie Iustitiæ, eidem falsò expositæ, vt considerauit *Rota in Romana mutui, seu pecuniaria 14. Martij 1631. coram R.P.D. meo Merlino,* & tradit *Guttier. in tract. st. de iuramen.* 27 *cap. 57. num. 21. Purpurat. cons. 282. num. 9.* † Et concurrebant hoc ca u plures p otestationes quæ factæ fuerunt à Vincentio, & Benedicto in carceribus ante transactionem in qua se obligarunt cedere Leonardo bona, quæ postea illi dederunt in solutum, quæ protestationes etiam efficere potuerunt, vt actus eius traditionis esset ipso iure nullus propter eumdem defectum consensus, quem ille remouere potuerunt à tali actu, vt firmauit *Rota in dicta Forolinien. nullitatis obligationis coram Card. Sacrato. Surd. dicto cons. 37. num. 20. Honded. cons. 23. num. 21. lib. 1. & not. Doct. in l. qui aliena, §. Celsus, ff. de acquir. hered. vbi Bart. num. 5. Castr. num. 4. Ias. num. 28.*

Et ita &c.

CAP. VII.

R. P. D. CARRILLO.

Reginen, seu Salernitana Bonorum.

Veneris 19. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Obligatio facta ab iniustè carcerato est inualida, sententia lata die qua non cadebat citatio est nulla Consuetudo quę repugnat immunitatis Ecclesiasticæ dicitur corruptela, & non attenditur etiam si adsit Constitutio Synodalis. Absolutio à iuramento potest quandocumque obtinen. ante oppositum periurium, & tot requiruntur absolutiones, quot iuramenta, & sufficit absolutio concepta verbis generalibus. Detentio non datur pro credito illiquido.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur anteriori possessori.*
2 *Clausula constituti transfert possessionem in constitutarium etiam ad effectum manutentionis.*
3 *Obligatio carcerati nullius est momenti.*
4 *Limita non procedere in validè carcerato.*
5 *Carceratio non seruato iuris ordine est inualida.*
6 *Sententia lata sub die, qua non cadebat citatio est nulla.*
7 *Sententia potest ferri post aliquos dies absque alia citatione, si die qua cadebat citatio fuerit accusata contumacia rei conuenti.*
8 *Stylus Curiæ pronunciandi per triduum post accusatam rei conuenti contumaciam sustinetur.*
4 *Limita non procedere, quando tempore cadentis citationis nomine rei conuenti legitimè comparitum fuit.*
10 *Coniuncta persona potest comparere in iudicio pro reo ad defensionem etiam sine mandato.*
11 *Reus conuentus non dicitur contumax, si aliquis pro eo comparet.*
12 *Rota reprobat modum proferendi sententiam in contumaciam post lapsum dies, qua cadebat citatio, nisi proferatur die immediatè sequenti.*
13 *Stylus tantum habet de potentia, quantum de vsu, sicut dicitur de consuetudine.*
14 *In stylo nihil est supplendum vltra solitam obseruantiam.*
15 *Ritus magnæ Curiæ non habet locum contra Clericum.*
16 *Stylus dando executionem ritui magnæ Curiæ, contra Clericos est contra immunitatem Ecclesiasticam, & ideo non attendendus.*
17 *Stylus repugnans immunitati Ecclesiasticæ non potest vllo tempore induci, seu præscribi.*
18 *Amplia etiam si adest Constitutio Synodalis.*
19 *Absolutio à iuramento apposito in obligatione carcerati, non est necessaria.*
20 *Tot requiruntur absolutiones, quot iuramenta.*
21 *Absolutio concepta verbis generalibus sufficit etiam si plura adsint iuramenta.*
22 *Absolutio potest quandocumque obtineri ante oppositum periurium.*
23 *In iudicio manutentionis datur retentio pro credito.*
24 *Declara procedere quando creditum est adeo liquidum vt in petitorio contrarium probari non possit.*

CONcessa coram R.P.D. meo Peutingerio manutentione in bonis de quibus agitur ad fauorem Ioannis Thomæ contra D. Principem Satriani, iste adiuit Signaturam, & causam mihi cōmitti obtinuit cum facultate manutenendi quem de iure quamobrem dubitaui, cui nam sit danda manutentio, & eam esse dandam Ioanni Thomæ fuit responsum, quia tam ex Instrumento dationis in solutum horum bonorum factæ per ipsum ad fauorem Principis, quam ex depositionibus duorum testium nouiter examinatorum, constat de eius anteriori possessione ob quam conceditur 1 manutentio *cap. licet causam de probat. Bart. in l. si duo in princip. num. 4. ff. vti possidetis. Couar. pract. quæst. 16. vers. 12. in hac controuersia,* latè *Menoc. de retinen. remed. 3. num. 723.*

Non obstat, quod à dicta possessione Io. Thomas ceciderit facto proprio dum bona huiusmodi dederit in solutum D. Principi suo creditori cum 2 clausula Constituti, quæ transfert possessionem in Constitutarium etiam ad effectum manutentionis

tionis l.quod me, l.interdum, ff.de acqu.poss. ff. Rota decis.551. num.4. part.2. recent. & fuit dictum in Romana Palatij 16. Nouembris 1639. coram me. 3 quia cũ instrumentum dictæ dationis in solutum fuerit factum tempore quo prædictus Io. Thomas prætensus debitor detinebatur in carceribus ad instantiam eiusdem Principis nullius est momenti vt expressè decidit tex.in l.qui in carcerem, ff.quod met.caus. l.si quis Sempronium, ff. de hered. instituend. Guttier.de iurament.confirmat. part.1.cap. 57.& seqq.part.6.recen. & in terminis fuit dictum in Neapolitana Domorum 13. Maij 1641.coram Eminentiss. D.meo Card.Hieronymo Verospio.

4 Et quamuis, hoc non procedat, quando is qui obligationem fecit in carceribus erat validè,& iustè carceratus, vt aduertunt Bart.in dicta l.qui in carcerem num.1. ff.quod met.caus.& ibidem Bald. in prima lectura vers.item etiam, Alberic. num.2. Less.de iust.& iur.lib.2.cap.17.dubit.6.num.36.in fin.& num.41. Rota decis.122. num.7. part.6.rec. 5 in præsenti tamen clarè constat de inualiditate carcerationis ob non seruatum iuris ordinem, Cuman.consil.157.per tot. Guttier.de iuram. confirmat.dicto cap.57. num.7. vers.diceris, Farinac. tit.de carceribus tom.2.part.1.quæst.35.numer.28. Afflict.decis.149.numer.1. Rota decis.26.numer.7. 6 part.6.recent. Actum enim fuit vigore literarum executorialium relaxatarum in vim sententiæ latę sub die, qua non cadebat citatio, & sic perinde est ac si sententia prolata fuisset sine citatione, Bart. in l.aut, qui aliter in princip. & in l.vlt. §.final. ff quod vi, aut cl. Vant. in tit.de nullit. ex defect. citat. num.73. Rota decis.252.num.2. & dec.340. num.1.part.1.recent. & decis.546. num.6. coram Gregor XV.

7 Quæ quidem nullitas non tollitur ex eo, quod accusata rei conuenti contumacia in ipsa die, qua cadebat citatio, possit sententia ferri post aliquot dies absque alia citatione, Bald. in l.cum non eo die num.1. versic. ego contrariam consului quand. prouoc.non est necess. Doct.in cap.consuluit,& præcipuè. Felin.num.4. vers.& nota de offic. delegat. 8 Decian. cons.18.num.212.lib.1. attento maximè stylo Curiæ illarum partium de pronunciando per triduum post accusatam rei conuenti contumaciam, Rota decis.141.num.3.coram Durano.

9 Quia hoc non procedit, quando tempore cadentis citationis nomine rei conuenti legitimè comparitum fuit prout in casu nostro factum fuit 10 per coniunctam personam, sicut fieri potuit in iudicio profano ad defensionem etiam sine mandato ad text.in l.sed,& hæ personæ, ff. de procurat. Rota decis.6. num.1. vers. in prophana tamen de procurat.in nouis, ibiq. Adden.& decis.34.num.1. 11 eodem tit.in antiq. qua comparitione attenta reus conuentus non potest dici contumax, cap.2. vbi gloss.vers.contumaciter de dol.& contum. l.contumaciam princip. & §.1. vbi etiam gloss. ff. de re iud & in terminis dixit Rota in decisione 409. nu- 12 mer.2 in fin.part.1.recent. imo hunc modum proferendi sententias in contumaciam post lapsum diei, qua cadebat citatio Rota alias reprobauit nisi quando prolata fuisset sententia die immediate sequenti, vt de magis communi testatur in decis. 365.num.4. part.1.recent. sententia vero in præsenti fuit lata post decem dies adeo quod quatenus etiam adesset contumacia, & stylus exaduerso allegatus proferendi sententiam per triduum post accusatam contumaciam esset legitimè probatus, 13 adhuc non posset suffragari vltra triduum, tantum enim stylus, habet de potentia, quantum de vsu sicut dicimus de consuetudine, Bald. in l.fin. vers.vnum aliud scias, C.communia vtriusq.iudic. Cephal. cons.26. num.17. Roland.cons.94.num.17. vol 1. Surd.cons.424.num.43. Rot.decis.288.in fin. 14 part.1.recent. nihilque debet in eo suppleri vltra solitam obseruantiam, vt inquit Bald.in cons.275. in fin vol.2. Surd.cons.371.nu.3. Osasch. decis.29. num.16.

Præterea executoriales prædictæ quicquid exaduerso dicatur relaxatæ fuerunt vigore ritus 15 magnæ Curiæ, vt patet ex lectura sententiæ, & tamen ritus magnæ Curiæ non poterat habere locum contra dictum Ioan. Thomam Clericum, vt articulo maturè discusso firmatum fuit in Baren. seu Neapolitana pecuniaria 24. Maij 1641. coram R. P. D. Rojas, & Hidruntina pecuniaria 26.eiusdem mensis, & anni coram bon. mem. Merlino, allegatis in decisione huius causæ emissa sub die 13. Iunij superioris anni coram R.P.D.meo Peutingero, & in hac sententia residet Rota, vt benè examinata materia deducitur in præcitatis Baren.& Hidruntina, quicquid ex abundanti fuerit dictum in Neapolitana pecuniaria 5.Iulij 1632.corã Eminentiss.D.meo Card. Hieronymo Verospio, ibi, & dabat præterea &c.

16 Nec releuat assertus stylus illarum partium dandi viam executiuam ritui magnæ Curię etiam contra Clericos, quia quatenus esset legitimè probatus non esset attendendus tanquam repugnans immunitate Ecclesiastica contra quam 17 penitus exemptam à potestate laicali nullo tempore poterit aliquis stylus induci, seu præscribi, cap. audientiam de consuetud. cap.inter, cap.causam quæ de elect. Carol.de Grass.de effect.1.n.377. 18 & seqq. vbi quod est corruptela, imò nec sufficere Constitutionem Synodalem fuit declaratum in dicta Baren. seu Neapolitana coram R.P.D. meo Rojas.

Prout non officit exceptio periurij, quia vltra 19 quod in hoc casu vbi agitur de iuramento apposito in obligatione facta in carceribus non videtur esse necessaria absolutio per ea quæ tradunt Roland.à Valle cons.2.num.76.& seqq. & præcipuè num.82.lib.1. Guttier.de iuram.confirmat.par.1. cap.57. num 19. vers. sed pro contraria, & sentit Rota in decis.26.num.49.part.6. recent. cessat penitus difficultas ex absolutione obtenta, de qua in hodierno Summario num.5. & quidem omniũ iuramentorum in dicta obligatione contentorum ibi, petijt, obtinuit à iuramento, seu iuramentis in dd. instrumentis præstito, seu præstitis tot quot sint cuiusuis generis, & speciei ad effectum agen- 20 di tantum absolui &c. adeo quod dubitari non possit quin adsint tot absolutiones quot iuramenta, prout requiritur ex Felin. in cap.constitutus, num.14. de rescript. Paris. cons.99. num.18. lib.1. Roland. cons.240.num.5. lib.1. Rota penes Zacch. post tractat. Gallес. de obligat. Cameral. decis.29. 21 nu.3. & 4. & quod sufficiat absolutio verbis genera-

beralibus concepta tenet *Marescot. variar. resol. lib.2.cap.84. nu.6. & seqq.* & licet absolutio obtenta fuerit post latam sententiam ab A.C. super inualiditate carcerationis, & obligationis in carceribus factæ adhuc tamen Ioan.Thomas est audien-
22 dus, quia nunquam fuit oppositum de periurio ante absolutionem obtentam ex benè ponderatis per *Surd. cons.299. num.21. & 22. Crauett. cons.199. num.12.vers.tertio respondeo,facit Marescott.loco supra citato nu.16.* & sequitur *Fontanell. de pact. nuptial.claus.7.glos 2. par.7. num.7.*

23 Denique non facit, quod Principi nisi competat manutentio ob inualidam carcerationem, & obligationem sui debitoris competat saltem retentio pro suo credito ex allegat. per *Surd. in decis.46. num.12. & 13.* quia quicquid sit, an hæc exceptio possit admitti in hac disputatione, certum est quod creditum D.Principis non est omnino liquidum, immò est impugnatum, ac litigiosum, cum reus conuentus obtinuerit ab A.C. sententiam reuocatoriam litterarum executorialium quas pro credito prædicto Princeps reportauerat quando autem creditum non est ita liquidum, vt contrarium non
24 possit probari in petitorio tunc non competit retentio, vt decidit eadem decisio *Surd.46. in fin. & decis.184.num.6.* sequitur *Gratian.discept.774.numer.13.& seq. Rota in decis.1455. num.1. coram Card.Seraph.& in decis.539 num.5.& 6.coram Card.Caualerio.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

CAP. VIII.

R. P. D. MANZANEDO.

Romana Alimentorum.

Luna 11.Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

An Hebræis carceratis pauperibus, ad instantiam creditorum Christianorum, debeantur alimenta per dictos creditores.

SVMMARIVM.

1 *Christianis carceratis pauperibus debentur alimenta ex dispositione iuris communis per eorum creditores.*
2 *Quæ ex dispositione iuris communis debētur Christianis, debent etiam habere locum in Iudæis.*
Iudæi vtuntur iure communi, & secundum ius Romanorum ciuile iudicari debent.num.2.35.& num.45.
3 *Iura inter Iudæos, & Christianos sunt cōmunia. Cum Iudæis, quoad ius reddendum.*
4 *Nulla est facienda differentia, nisi in casibus aliter expressis.*
5 *Iudæos ob iustas causas Sancta Mater Ecclesia tollerat.*
6 *Iudæi respectu fori temporalis propter tollerantiam Ecclesiæ non sunt personæ odiosæ.*
7 *Iudæis in humanis actibus cum Christianis participant.*
8 *Aequalitas in iuditio seruanda est, & num.9.*
10 *Iudæi contumelia, & iniuria fieri de iure non possunt.*
11 *Alimenta denegare est hominem necare.*
12 *Alimenta pauperi carcerato denegare, est summa iniuria.*
13 *Alimenta etiam Iudæo pauperi carcerato sunt præstanda.*
14 *Iudæorum caro non est permittendum vt per indirectum in commercium ad instantiam creditorum deducatur, & fame necent.*
15 *Iudæi debent ad beneficium cessionis admitti, & quare.*
16 *Alimenta in Curia de consuetudine per creditorem præstantur pauperi Christiano carcerato.*
17 *Consuetudo quæ inter Christianos seruatur extenditur etiam ad Iudæos.*
18 *Iudæi in quibus dicantur esse de populo, & corpore ciuitatis, & num.19.*
20 *Iudæi gaudent statutis, & consuetudinibus Ciuitatum, siue illa sint fauorabilia, siue odiosa.*
21 *Iudæi gaudent omnibus immunitatibus concessis ciuibus.*
22 *Alimentorū materia est proportionabilis, & æque conuenit Iudæis sicut Christianis.*
23 *In proportionabilibus disposita in Christianis, debent etiam habere locum in Iudæis.*
24 *Ex qua ratione creditor teneatur alere debitorem pauperem carceratum.*
25 *Vbi militat eadem ratio, idem ius est statuendum.*
26 *Princeps tenetur Iudæorum necessitatibus subuenire, & in illis charitatem exercere.*
27 *In præstatione alimentorum attenditur vsus.*
28 *Iudæi non sunt de gremio Ecclesiæ.*
29 *C. p gaudemus de diuort. quomodo intelligat.*
30 *Subministratio alimentorum fuit de æquitate introducta.*
31 *Iudæis est seruandus rigor, non autem æquitas.*
32 *Cap.2. de Iudæis quo casu procedat, & num.33.*
34 *Aequitas scripta habetur pro iure communi.*
35 *Iudæi admittuntur ad purgationem moræ.*
37 *Purgatio moræ fuit introducta ex æquitate.*
38 *Restitutio in integrum competit minoribus ex æquitate.*
Restitutio in integrum datur etiam Iudæis minoribus.
39 *Christiani pauperes si à creditoribus non alimententur sunt excarcerandi.*
40 *Dispositio Constitutionum Pij V.68. §.3.& Pauli V. in reform. trib. vrb. §.24. num.8. non comprehendit Hebræos.*
41 *Dispositio supradictarum Constitut. est restricta ad facultates Visit. Carcerum.*
42 *Rubrica denotat, & declarat disposita in nigro.*
43 *Declaratio facta super alimentis per Visit. Carc. super dd. Constitutionibus quomodo sit intelligenda.*
44 *Confirmatio Pontificis non extendit actum, nec quidquam de nouo tribuit, sed tantum approbat illum in suis terminis.*

DVbitaui, An Hebræis carceratis pauperibus ad instantiam Creditorum Christianorum debeantur alimenta per dictos creditores; & Do-
2 mini affirmatiuè responderunt, cum enim hoc reperiatur ex iuris communis dispositione cautum

i in

in Christianis, vt testatur *gloss. in l. fin. verb. agnoscere C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. fin. num. 20. Aretin. in §. fin. in fin. Instit. de action. Afflict. decis. 71 numer. 1. & 2. Guidopap. decis. 211 nu. 2. Pontan. de alim. cap. 11. num. 7. Surd. eod. tract. tit. 1 q. 71. & seq. Farin. in prax. q. 27. num. 149.* Debet etiam habere locum in Iudæis, quia ipsi vtuntur iure communi, & secundum Ius Romanorum Ciuile iudicari debent. *l. Iudæi communi iure Romanorum viuentes. C. de Iudæis. Alex. cons. 75. num. 6. lib. 5. & cons. 99. nu. 3. lib. 6. Falin. in cap. 2. nu. 5. de Iudæis. Henric. Bois. in cap. gaudemus. num. 4. de diuort. Corn. cons. 180. num. 5. lib. 2. Becc. cons. 84 num. 7. Rolan. cons. 35. num. 22. lib. 2. Natta cons. 620. nu 9. Surd. cons. 622. num. 24. & decis. 133. num. 2. Rimin. iun. cons. 653. num. 64. Bermun. de public. concub. tit. de adulter. num. 34. Marquard. de iudic. par. 2. cap. 1. num. 1. & seqq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 8. num. 6.*

3 Iura enim inter Iudæos & Christianos sunt communia, nec cum ipsis quoad tramites legum Ro- 4 manorum, & ius reddendum facienda est differentia, nisi in casibus aliter expressis. *Falin. vbi supra num. 5. Becc. num. 7. Surd. d. decis. 133. num. 3. Ripa in l. Insulam num. 10. ff. de verb. oblig.* quia ob 5 iustas causas Sancta Mater Ecclesia illos tollerat, *Falin. in cap. consuluit. num. 5. de Iudæis, Rolan. consil. 25. num. 2. lib. 3. Natt. vbi sup. num. 9.* & respe- 6 ctu fori temporalis propter dictam tolerantiam nō sunt personæ odiosæ. *Alex. d. cons. 99. num. 14. Becc. d. cons. 84. num. 11. Natt. num. 21.* sed in humanis 7 actibus nobis cum participant. *l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusat. tutor. vbi not. Bald. Alex. dicto cons. 99. num. 14. Rim. iun. cons. 275. numer. 25. Roland. d. cons. 35. nu. 32. Bermund. vbi supra nu. 35.*

8 Quod facilius debet procedere ratione æqualitatis seruandæ in iudicio alias enim si Iudæis hoc casu non seruaretur ius commune, sequeretur quod Christiani debitores pauperes ad eorum instātiam carcerati contra illos vterentur hoc iure communi petendo alimenta, ipsi vero non possent vti contra 9 Christianos, & sic non seruaretur dicta æqualitas, contra *l. final. C. de fruct. & lit. expens.* vt notat *Rimin. d. cons. 653. num. 64. & Natta d. cons. 620. num. 11.*

10 Quibus accedit, quod reperitur expresse prohibitum fieri Iudæis contumelias, & iniurias. *cap. sicut. §. fin. de Iudæ. l. Christianis. C. de Paganis. Anchar. cons. 271. num. 2. vers. potest ergo Iudæis. Natta d. cons. 620. nu. 9. Marquard. vbi supra dicto* 11 *cap. 2. num. 2.* Vnde cum denegare alimenta sit ho- 12 minum necare, & illa pauperi carcerato denegare sit summa iniuria, vt inquit *Surd. d. tit. 1. q. 71. n. 4.* 13 sequitur illa etiam Iudæo carcerato esse præstando, & ipsis non esse faciendam hanc iniuriam, nec 14 permittendum, vt per indirectum eorum caro deducatur in commercium ad instātiam creditorum, & fame necentur, vt considerat *Natt. d. cons. 620.* 15 *in fine*, & propterea ne in carceribus marcescant debent etiam ad beneficium cessionis admitti, vt latè consuluit *Natt. d. cons. 620 per tot.* Vlterius 16 cum hic in Curia passim de consuetudine seruetur vt pauperi Christiano carcerato per creditorem præstentur alimenta, sequitur talem consuetudi- 17 nem extendi etiam ad Iudæos, quia, & ipsi dicun- 18 tur esse de populo, & corpore Ciuitatis, quoad 19 temporalia, licet secus sit quoad spiritualia *cap. Iudæi, siue Saraceni de Iudæis, d. l. Christianis. C. de pagan. auth. de quæstor. in princ.* in illis verbis Ciuitas nostra populosa turbis diuersorum hominum, *Becc. d. cons. 84. num. 6. Alex. d. cons. 75. num. 9. in fin.* Natt. *d. cons. 621. nu. 10. Rimin. iun. cons. 275. num. 23. Surd. de alim. tit. 2. q. 15. num. 72. Bermūd. vbi supra num. 33. Marquard. d. cap. 2. num. 1.* Et 20 propterea gaudent statutis, siue consuetudinibus Ciuitatum, vt dicunt supradicti Doctores siue illa sint fauorabilia siue odiosa. *Surd. d. decis. 133. nu. 2.* Rimin. *d. cons. 653. num. 58. Natt. d. cons. 620. num. 8.* 21 Immo, & gaudent omnibus immunitatibus concessis Ciuibus, *Falin. in cap. Iudæi il primo nu. 4. de Iudæis. Alex. d. cons. 75. num. 6. lib. 5.* Marquard. *d. cap. 1. num. 4. Bermund. vbi supra num. 35. Natt. d. num. 8. Rimin. d. cons. 653. num. 59.*

22 Prædicta eo magis admittebant Domini, quia materia alimentorum est proportionabilis, & æquè conuenit Iudæis, sicut Christianis, quo casu dispo- 23 situm in Christianis debet etiam habere locum in Iudæis, *Falin. in cap. quia, vers. vnde sufficit de Iuda. Alex. d. cons. 75. num. 8. lib. 5. Rimin. iun. d. consil. 275. num. 28. & 36. Rolan. d. cons. 35. nu. 43. lib. 2. Marquard. vbi sup. cap. 5. num. 7.*

24 Cum præsertim ratio ex qua disponitur, quod creditor teneatur alere debitorem sit ex charitate ne fame contabescat, quæ ratio æque militat in Iu- 25 dæis, ac in Christianis, ideo idem ius est statuendum in illis, *Falin. in cap. 2. num. 5. vers. sed in contrarium de Iuda. Rolan. d. cons. 35. num. 43. Rimin.* 26 *d. cons. 653. num. 63.* Quia etiam Iudæorum necessitatibus tenetur Princeps subuenire, & in illis charitatem exercere, Natt. *ibidem num. 22. Bermūd. vbi supra num. 36.*

Vltimo cum eueniente casu plures Hebræi pau- 27 peres obtinuerint à Christianis per Iudices sibi decerni alimenta opinio prædicta, quod dispositum in Christianis, circa alimenta debeat habere locum etiam in Hebræis procedit sine difficultate, ex quo eam vsus comprobauit vt considerant *Riminal. d. cons. 275. num. 47. & Surd. d. decis. 133. num. 14.*

28 Quibus non obstat, quod Iudæi non sunt de gremio Ecclesiæ, & nihil ad nos de his, quæ foris sunt, *cap. gaudemus de diuor.* Quia hoc intelligitur in 29 spiritualibus, & in his quæ respiciunt salutem animæ, non autem in temporalibus, vt declarat *gloss. fin. in cap. sæpe 28. q. 1. Alex. d. cons. 99. num. 11. & seqq. lib. 6. & cons. 13. nu. 21. lib. 7. Natt. d. cons. 620. nu. 22. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 18. tit. 2. n. 38.*

30 Minus obstat quod talis subministratio alimentorum videatur de æquitate introducta, & Iudæis 31 sit seruandus rigor, non autem æquitas, *iuxta gloss. in cap. 2. de Iudæis per illum text.* Quia rigor de quo in dicto text. vt coloni siue originarij præstent 32 Iudæis solita seruitia in prædio; si autem Iudæi ad alium transferre locum, vel ad aliud obsequium retinere voluerint, ius colonarium amittant; procedit in illo casu speciali, ne Iudæus abutatur colono Christiano, & videatur super illo habere ius dominij, sed in alijs materijs, in quibus dicta ratio 33 cessat ipsis non est seruandus rigor, sed æquitas, vt declarat *Falin. in d. cap. 2. num. 5. Rim. d. cons. 653. num. 52. & sequen. & cons. 275. numer. 41. Roland.*

d. cons.

d.conf.35. num.34. Natt.d.conf.620 num.6. Quan-
34 do præsertim æquitas quoad Christianos est scripta, quia tunc habetur pro iure communi, quo Iu-
35 dæi vtuntur, vt dicunt prædicti Doctores, nempè *Rolan.d.cons.35.n.52. Rim. d.conf.653.& conf.478. n.31.Surd.de alim.d.tit.2.q.15.n.75.Marquar.vbi supra cap.5.nu.7.* qui omnes id comprobant mul-
36 tis exemplis, & præsertim moræ, ad cuius purgationem Iudæi admittuntur etiam quod sit introdu-
37 cta ex æquitate, quod etiam latè comprobat *Rip. in l.Insulam.num.10.& seqq.& ibi Bolognett.numer.66. ff de verb.oblig.* prout restitutio, quæ competit ex æquitate Christianis minoribus datur etiã
38 Hebræis minoribus. *Natt.d.conf.620. numer.14. Corn.conf.620.in fin.lib.3.Marquard. vbi supra cap.5.num.7.*

39 Minus obstat, quod Christianis carceratis debeantur alimenta alias possint excarcerari per Cõstitutionem sanct.mem. Pij V. 68. in ordine § 3. & S.D.N. in reformat. Tribunal. Vrbis §.24. num 8. iuxta modern. impress. & tamen dispositio dicta-
40 rum Cõstitutionum non comprehendit Hebræos, iuxta declarationem factam per Visitatores Carcerum, quam Sanctiss. D.N. confirmauit, & obseruari mandauit in omnibus Tribunalibus Vrbis.

41 Quia dictæ Cõstitutiones sunt restrictæ ad facultates Visitatorum Carcerum, quibus dant facultatem supradictam, vt patet ex rubrica dd Constitutionum, quæ cum intitulentur de facultatibus &
42 iurisdictione Visitatorum Carcerum denotat ibi, dispositiua esse restricta ad eosdem Visitatores, *Alciat in l.1. numer 7. ff.si cert. pet. Alex. conf.101. num.4. vol.3. Surd. conf.163. num.12.* Vnde dicta
43 declaratio est intelligenda quando alimenta petuntur per Hebræos à prædictis Visitatoribus in vim dd. Constitutionum tunc enim ipsis sunt deneganda, secus vero est quando Hebræi illa petantur alijs Iudicibus, ex dispositione iuris communis, vt in casu nostro, quia in his terminis nõ loquitur dicta
44 declaratio, nec cõsequẽter illius confirmatio facta per Sanctiss. cum confirmatio non extendat actum, nec quicquã de nouo tribuat, sed tantũ approbet in suis terminis *cap 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Menoch. de recuper. possess. remed.7. nu.73.*
45 *Surd.conf.349. num.7.* Maximè quia non est præsumendum Sãctissimum per dictam declarationem voluisse priuare Hebræos beneficio iuris communis, quo gaudent iuxta superius deducta.

Ex quibus omnibus Domini censuerunt Leonem Iudæum pauperem, & in carceribus ad instantiam Christianorum pro debitis detentum esse ab ipsis Christianis alendum, aut à carceribus liberandum.

CAP. IX.

R. P. D. DVNOZET.

Rom. seu Viterbieñ fideiuss.

Ven. 15. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Obligatio de repræsentañ debitorem ad omne mandatum Domini, est conditionalis, quatenus à Iudice requiratur, cum non habeat diem certum, & mortuo debitore ante requisitionem, expirat, & fideiussor ad nihil amplius tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non denegatur si constat de iniustitia sententiæ.*
2 *Promissio de repræsentan. debitorem ad omne mandatum Domini est conditionalis scilicet quatenus à Iudice requiratur.*
3 *Dies obligationis conditionata non potest dici venisse si non constat de requisitione.*
4 *Obligatio insolidum non operatur vltra obligationem principalis.*
5 *Fideiussor de repræsentando debitorem, isto mortuo ad nihil amplius tenetur, & nu.13.15.& 17.*
6 *Mora non contrahitur non præcedente requisitione, aut die.*
7 *Dies interpellat pro homine.*
8 *Voluntaria termini susceptio, parte, nec Iudice instante, diem non determinat, nec tacitè in obligationibus sub conditione.* (nte.
9 *Susceptio termini regulatur à natura obligatio-*
10 *Susceptio termini fortiori vinculo non adstringit.*
11 *Mandatum coactiuum de redeundo ad carceres prouenire debet à Iudice, non à fideiussore.*
12 *Cessante mora, pœna locus non est.*
14 *Constitutus in mora ad aliquid facien. tenetur ad damna, & interesse.*
16 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis dicitur notoriè iniusta, & non transit in iudicatum.*

Domini vnanimiter, & sine vlla difficultate responderunt constare de causis restitutionis in integrum, quia constat de iniustitia vltimæ sententiæ extra Rotam latæ, qua stante Beneficium restitutionis in Integrum læso non denegatur. *Rot. decis.1.num.1.de restit in integr. in nou. Mohed.decis 2.de appell Cas.de Grass.decis 10. num.12. de sent. & re iud.* cum simil.

Iniustitia sententiæ ex eo patet, quod carcerationem factã in persona Francischini fuisse legitimam Iudex pronunciauit, cum tamen appareat eum iniustè fuisse, & indebitè carceratum ex serie facti, cum enim Iacobus carceratus esset instan. Baldassare ipsemet promisit se repræsentare in carceribus sub pœna debiti, & ad omne mandatum Domini liberè, & vlterius promisit facere, vt huic obligationi Mater & Auia accederent, alias teneri voluit ad id præcisè, & ad omnia damna, & prædictis omnibus spontè dictus Francischinus vti principalis, & insolidum accessit, promisit, & fideiussit, ex quibus
2 verbis visum fuit illam promissionem de repræsentando ad omne mandatum Domini fuisse cõditionalem quatenus à Iudice requireretur, cum nõ habeat diem certum. *Castren.conf.100. col fin. vol.2. Gabr.conf.173 num.6. vol.2 Rol.conf.58. num.14. lib.1. Rot.diuers.decis.11.num.4.& seq. par.2.* & ita
3 quoque non constat de requisitione facta per Iudicem contra principalem debitorem nunquam dici potest venisse diem obligationis conditionatæ. *Dec. conf.145 circa fin. vol.3. Osasc.decis.Pedem.45.nu.8. vers.3. quia Rip. in l.4 §.hoc autem, numer. 10. de*
4 *damn.inf.* nec aliud obligatio insolidum operari po-

test, nisi obligationem faciendi die & conditione euenien.

5 Vnde sequitur necessario Fräcischinum per mortem Iacobi principalis debitoris fuisse liberatum à fideiussione eum repræsentandi ob impotentiam conditionis, & ita ad nihil tenebatur, *l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. & ibi Bart.* & alij scribentes, *l. si mandatum 50. §. penult. ff. mandat. Rol. cons. 58. n. 5. lib. 1. cum alleg.*

Neque obstat quod ante obitum Iacobi Francischinus dicatur constitutus in mora; quia illa non

6 contrahitur nisi præcedente requisitione, aut sal-

7 tem die, quæ pro homine interpellat ex iuribus vulgaribus de requisitione Iudicis non apparet, nec dies certa obligationi fuit adiecta, & ita frustra

8 mora obijcitur, nec videtur ipsum Francischinum tacitè determinasse diem per susceptionem voluntariam termini, nec parte, nec iudice instan. per quem consensit in mandatum sine alia citatione relaxandum, vt respondit Rota corä Reuerendissimo Damasceno in vna Romana Vineæ 28. Nouembris 1611. & 17. Februarij 1612. quia pura non fuit obligatio Francischini de repræsentando sub pœna debiti, sed fuit adiecta clausula ad omne mandatü

9 Domini, & ita susceptio termini debet regulari à natura d. obligationis, vt scilicet suscipiens confiteatur se obligatum ad repræsentandum, & velle repræsentare statim elapso mense, quatenus tamen Iudex id mandet, & eo casu consensit relaxationi

10 mandati, quo non eueniente susceptio termini fortiori vinculo cum non adstringit vt post Rom But. Abb. & alios quamplurimos dixit *Farinac. in prac. crim. qu. 34. numer. 34.* Vbi testatur de communi.

Quin imò si aliter iste consensus mandati exequutiui intelligeretur esse in facultate fideiussoris carcerati facere principalem contra formam eius obligationis, cui accessit fideiussor, cum mandatü

11 coactiuum de redeundo ad carceres prouenire debeat à Iudice non ab ipso fideiussore, vt per Castr.

12 & Gabr. locis præcitatis; vnde infertur cessante mora ante obitum ipsius amplius pœnæ locum nö

13 esse, & obligationem factam sub pœna debiti morte principalis expirasse, *l. 2. ff. si quis caut. Gabr. d. cons. 173. num. 16.*

14 Nec obstat quod idem Francischinus fuerit in mora in faciendo quod Mater, & Auia Iacobi carcerati accederent obligationi ipsius Iacobi, quia hoc admisso pro vero in hoc casu intrat obligatio ad damna, & interesse vt patet ex forma obligationis ibi (alias teneri voluit ad damna, & interesse) non videtur autem quod in hoc casu Baldassar ex dicta non accessione patiatur aliquod damnum, vel interesse, quia etiam si illæ mulieres accessissent, cum nunquam fuerint constitutæ in mora viuente

15 principali debitore modo expirasset illarum obligatio per mortem dicti Iacobi iuxt. d. l. si decesserit propterea non posset Baldassar contra illas reualere.

Nec obstat denique quod hic adsit res Iudicata, quæ traxit secum executionem, cum sit lata super non ex carceratione Philippi, quia Rota sequitur

16 opinionem quod sententia quæ non iustificatur ex actis dicatur notoriè iniusta, & inde non transeat in iudicatum *Gas. de Gras. decis. 2. & dec. 16. num. 15. de solut.* & tenuit Rota in Burgen. quindemiorum Lunæ 16. Martij 1615. coram D. Andrea relata in recentioribus. *decis. 659 à nu. 16 par. 2. tom. 2.*

His sic stantibus Domini iudicarunt non opus esse ingredi quæstionem si obligatio minoris ex dispositione statuti Viterbien. esset irritanda, cum seu

17 valida, seu inualida per mortem principalis debitoris propter impossibilitatem actus euanuerit ex supradictis.

Et ita decisum vtraque parte informante.

CAP. X.

R. P. D. MELLINO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. Iunij 1604.

ARGVMENTVM.

Causa ciuilis an, & quando dicatur præiudicialis criminali, & quando faciat supersedere criminale Iudicium:

SVMMARIVM.

1 *Causa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, quando sententia in ciuili Iudicio lata parit exceptionem rei iudicatæ in criminali.*

Vsurarum causa criminaliter intentata, supersederi debet in ea, donec in Iudicio Ciuili, vbi quod fuit productum instrumentum cognoscatur, an illud sit exequendum nec ne numer. 1. 2. vbi ampliatur etiam quod causa criminalis fuerit primo intentata.

2 *Causa criminalis facit supersederi cognitionem in causa ciuili, declara non procedere quando causa criminalis pendet a resolutione causæ ciuilis, & quando sententia lata in ciuili parit exceptionem rei iudicatæ in causa criminali.*

1 FVIT per Dominos resolutum causam ciuilem esse præiudicialem criminali, propterea iuxta formam commissionis esse inhibendum Iudici causæ criminalis, resoluebätur, quia in causa ciuili petitur exequutio instrumenti, & cum exequutio persuadeat ab eius validitate, & exclusione vsuræ, necessario prius discutiendum erit in hoc iudicio an Instrumentum sit validum, & vsurarium, & propterea exequutio ciuilis est præiudicialis criminali, quia si Rota declarabit instrumentü esse exequendum, erit sublata omnis prætensio vsuræ criminalitatis, & sententia pariet exceptionem rei iudicatæ in causa criminali *Bart. in l. 1. §. hoc d. nu. 3. ff. de vi bon. rap. Curt. Iun. cons. 35 1. lib. 3.* & fuit resolutum in causa *Cæsaraugustana Iuris eligendi 27. Maij 1566. coram Sarmient. vt referunt Modern. decalent. 2. par. cap. 4. limit. 23. num. 23. & in causa Romana de Stoch. 19. Martij 1593. coram bon. mem. Giptio in causa Interamnen. pecuniaria 23. Iunij 1601. coram R. P. D. Coccino.*

2 Non obstat, quod cognitio causæ criminalis præcedit cognitionem causæ ciuilis propter eius maioritatem, & præeminentiam, & exclusionem positionis ciuilis, & præsertim, quando est cœptü agi in causa

causa criminali, quia ista non procedunt, quando causa criminalis pendet a resolutione causæ ciuilis, & sententia lata in causa ciuili parit exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, vt in specie fuit resolutum in dicta causa Cæsaraugustana, in qua iam erat lata sententia in causa criminali, & nihilominus fuit habita pro attentata, quia causa ciuilis in Rota erat præiudicialis criminali propter exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, quam pareret sententia in causa ciuili; *Et decis. Verall. 274. par. 2.* quæ alleg. in contrarium, loquitur in iudicio ciuili moto, coram Iudice causæ ciuilis super falsitate instrumenti, vt benè deducunt informantes. Et cessat in hac causa omnis difficultas, quia ista deducenda erant in Signatura, non in Rota, quæ habet ex commissionem legem scriptam; quod constito; quod causa ciuilis sit præiudicialis criminali, inhibeat Iudici causæ criminalis, & propterea sufficit ad istum effectum, quod iuxta formam commissionis causa ciuilis sit præiudicialis criminali &c.

CAP. XI.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Repetitionis indebiti.

Veneris 25. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Contractus factus a carcerato, An, & quando metu factus dicatur, & quando valeat, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Debitor soluendo suo creditori principali liberatur etiam quod creditor debitum alteri cesserit, si de d. cessione scientiam non habuit.*

2 *Carcerati confessio, & contractus factus in carceribus, metu factus præsumitur; & non probat.*

3 *Carcerati contractus non censetur ratificatus, si fuit approbatus post excarcerationem durante eadem causa metus.*

4 *Carcerati contractus valet, quando quis fuit carceratus pro debito iusto secus si pro iniusto.*

5 *Carcerati confessio sustinetur, quando carcer non fuit directus ad hanc confessionem extorquendam, declara, vt ibid.*

Carcerati contractus valet ad fauorem tertij.

6 *Protestatio non est modus inducendi probationem metus, nisi aliunde constet de metu.*

1 DOmini recesserunt a decisis in fauorem Bartholomei Aycardi sub die 30. Aprilis eiusdem anni 1610. quia non probatur, quod Iacobus, & Bartholomeus debitores census Arthemisiæ cessi habuerint scientiam huiusmodi cessionis, & propterea soluendo Io. Paulo Manfredo Domino census liberationem consequuti fuerunt. *l. filius C. de pact. vbi Bart. Bald. Alex. & Ias. cum alijs in hac causa allegatis.*

2 Scientia autem non est releuans siue illa deducatur ex primo actu dationis in solutum, siue etiam ex illius ratificatione ex interuallo sequuta. nam cum illa aliunde non probetur, quam per instrumentalem confessionem partis adhuc in carceribus degentis, vel sub reseruatione contra eũ mandati personalis relaxati; non videtur constituere gradum probationis, quia ipsa vincula satis superque arguunt per metum fuisse gesta omnia, quæ in vinculis gesta fuerunt, & ob id nullius momenti sunt. *l. qui in carcerem ff. de eo quod met. caus. Neuiz. cons. 52. nu. 47. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 136. nu. 4. Marsil sing. 306.*

3 Ratificatio autem post excarcerationem sequuta, & illa remanet sine effectu, quia metus vbi ab initio probatur illatus, perseuerare præsumitur, & omnia censentur metu confirmata vigore mandati exequntiui, quod fuit causa carcerationis. *l. si per impressionem C. quod met. caus. Cyn. in l. 2. C. eodem tit. quod met. caus. Bal. in l. nouissimè in fine ff. de eo quod fals. tut. Ias. cons. 165. num. 5. vol. 2. Corn. cons. 41. num. 14. vol. 2. Abb. cons. 77. num. 14. & cons. 78. num. 11.*

4 Nec obstat, quæ deducebantur, scilicet cum fuerit Aycardus pro debito carceratus, ex eo metus non infertur, quia iuris executio nec metum, nec iniuriam inducit *l. iniuriarum §. 1. de iniur. l. quemadmodum §. Magistratus ff. ad l. aquil.* nec creditor dicitur metum incutere, si debitorem carceri mancipandum curat, *Grat. cons. 87. num. 13.* Respondetur bene hoc procedere, vt in alia decisione fuit dictum, quando appareret pro debito subsistente, & vero fuisse carceratum, secus prout in casu præsenti, in quo processit carceratio pro debito iniusto, & erroneo.

5 Non etiam vim facere videbatur allegata distinctio confessionem esse sustinendam, cum carcer nõ esset directus ad hanc confessionem extorquendam *Ruyn. cons. 113. nu. 7. ante fin. lib. 5.* Nam tollitur obiectum, cum actus confessionis non possit considerari tanquam quid separatum a datione in solutum, quia scientia cessionis factæ Arthemisiæ, per Manfredum deseruiebat pro causa obligationis Aycardi, & ea cessante cessabat pariter obligatio. *l. 3. C. de nouat.* propterea carcer non potuit dirigi ad obtinendam dationem in solutum, quia esset directus ad extorquendam confessionem scientiæ cessionis, in qua cadebat ius Alicorne, nec ab hac ratione dissentit *Ruyn. allegatus*, dum voluit metum carceris non posse considerari contra eum, qui non fuit causa carceris, tanquam persona á creditore separata, ad cuius instantiam carcer directus non fuit.

6 Postremò, quæ de omissa protestatione metus in actu dationis in solutum dicta sunt, nõ videntur obstare, quia protestatio nõ est modus inducendi probationem metus, sed requiritur ipsa probatio metus, vt patet ex deductis per *Dec. in l. in omnibus causis nu. 12. de reg. iur. & in cons. 219. nu. 4. col. 3. Alban. cons. 77. numer. 15. Io. Andr. in c. vltimo vbi etiam Dec. de appellat. Bero. quæst. 84. nu 6.* propterea cum carceratus non egeat alia probatione ad demonstrandum eum omnia per metum gessisse; quia præsumptione *l. qui carcerem ff. de eo quod met. caus.* sublevatur merito protestatio tanquam otiosa in illo actu donationis in solutum necessaria non erat.

7 Exactitatis autem in Curia Capitolina contra Aycar-

Aycardum certa scientia deduci non potest, verum fuit consideratum in alia decisione in hac causa facta, & vnus ex Dominis dicebat illud iudiciū non carere præsumptione fraudis, & malitiæ excitationibus datis in Summario numero quinto dum Tarquinia citauit Aycardum coram Auditore Cameræ, & coram secundo Collaterali ad constituendum Procuratorem, fueritque coram A.C. Procurator constitutus, ipsa verò in Curia Capitolina processit per affixionem ad hoc, vt contra indefensum posset mandatum executiuum extorquere.

Atque ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

CAP. XII.

R. P. D. ARGVELLIO.

Romana Saluiani.

Veneris 12. Ian. 1646.

ARGVMENTVM.

Saluianum intrat probatis extremis, & quando obligatio carcerati valeat.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum intrat probatis extremis, & præcipue possessionem de tempore obligationis.*
2 *Creditum dicitur liquidum ex mandato relaxato.*
3 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
4 *Confessio facta in inhibitione obtenta probat non solum contra ipsum confitentem, sed etiam contra ab eo causam habentem.*
5 *Locationis instrumentum probat contra locatorem maxime si in dicto instrumento dicatur res esse locantis.*
6 *Obligatio carcerati facta in Cancellaria Carcerum valet.*
7 *Obligatio facta ab iniuste carcerato non valet secus si iuste.*
8 *Metus illatus per vim iustitiæ non dicitur iniustus ad effectum vt obligatio eius causa facta reputetur inualida.*
9 *Carceratio quando est iusta, obligatio a carcerato facta etiam est valida.*
10 *Carceratio dicitur iniusta, & nulla quando carceratus puniendus erat ciuiliter non criminaliter.*
11 *Actio expilatæ hæreditatis non datur contra hæredem sed contra eos qui hæreditatem sibi debitam expilauerint.*
12 *Pro carcerationis iustitia est præsumendum.*
13 *Carceratus quando acquiescit sententiæ, & instrumento obligationis per ipsum facto in carceribus non debet contra ipsum audiri.*
14 *Qui sibi metum infert, indignus est cui patrocinetur dicta exceptio metus.*
15 *Contractus factus a Carcerato rescinditur si ob dictum contractum faciendum iniuste in carcerem detrusus fuerit.*
16 *Decretum cum cautione de repræsentando non habet vim absolutionis sed habilitationis nec probat innocentiam carcerati.*
17 *Clausula perinde ac si dicta sententia non emanasset circumducit sententiam, & reducit rem ad statum primæuum.*
18 *Pendente conditione obligationis in casu impedimenti non intrat Saluianum.*
19 *Limita quando nõ curatur remouere impedimenta tunc committitur stipulatio, & obligatio est ac si pure fuerit stipulata.*
20 *Executorum relationi fides plena habenda est.*
21 *Hypotheca anteriori non præiudicatur per destructionem rei.*
22 *Contra possidentem rem titulo lucratiuo potest agi etiam si actor personalem tantum habeat actionem contra debitorem.*

Domini Taurini Creditores Dominorum de Zeccadoris, intentarunt remedium Saluiani Interdicti super Domo posita in Regione Arenulæ, possessa per R.P.D. Ioannem Baptistam filium, & successorem q. Michaelis Angeli hæredis q. Francisci sui fratris de Zeccadoris, Causa per Sanctissimum mihi commissa, Dubitaui, An prædictis Taurinis sit danda immissio, & dandam Domini resoluerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia docent de Credito, hypotheca, & possessione anteriori Michaelis Angeli, ac posteriori D. Ioannis Baptistæ, quibus extremis probatis passim intrat Saluianum *Doct.* 1 *in l.1.ff de Salu interd. & in l.1.C. de Prec. Put. decis.201.num.2.lib.1.in nou. Sanct.mem. Greg. XV. dec 491.num.6. & fuit dictum in Romana Saluiani 14. Iuny 1641. coram Eminentiss. D.meo Card. Panzirolo, & in Viterbien. Dotis 28. Iuny anni præteriti coram R. P. D. meo Rojas Paz. in prax. tom.2.cap.2.§.4. num. 20.* qui alios refert *gloss. in §. Item Seruiana 7. verb. Quasi. Instit. de action.* communiter recepta *ex Ias. ibidem numer. 92* Vbi quod sufficit probare possessionē de tempore obligationis, *& faciunt tradita per Ricard. in d. §. 7. num.30.31. & 32. Cuiac. lib.5 sent. Paul. tit.6. vers. in eadem lib.49. Digestorum Saluij Iuliani ad l. prima de saluian. Donell. de pignor. pag. mihi 203.*

2 Creditū liquet ex pluribus mandatis Rotalibus, pro diuersis summis seruatis seruandis contra Zeccadoros relaxatis *Rota dec.425.nu.19 par.5. recen. cum similibus.*

3 Hypotheca verificatur ex publico Instrumento, quod facit probationem probatam *Bart. in l.1. num.8.ff de nou. oper. nunc.* cum alijs congestis *per Ratam decis.59.num.3. & decis.318. nu.sod. par.6. recent.*

4 Possessio, quoad Michaelem Angelum, probatur ex inhibitione per eum obtenta de anno 1628. in qua fatetur hanc eandem domum possidere, quæ confessio superat omne genus probationum, nedū contra ipsum confitentem *l. cum precum 9. C. de lib. caus. l. cum te. 5. C. de transact. Buratt. dec. 602. num. 4.* Verum etiam contra Dominum Ioannem Baptistam ab eo causam habentem *Ruin. cons. 50. numer.13. vers. licet titulus lib.1. Aretin. cons. 112. num.2. vers. vtiq. ista Rota in Romana Saluiani 20. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Verospio.*

Concurrentibus etiam pluribus instrumentis locatio-

locationum factis, tam per dictum Michaelem Angelum, quam per D. Ioannem Baptistam eius filium, & Procuratorem, quæ sufficiunt contra locatores *vt alijs congestis dictum fuit in Theatina, seu nullius Abbatia 10 Maij 1641 §. cum enim coram R. P. D. meo Bichio, & in Auximana fideicommissi 28. Ianuarij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. Ex hac igitur;* Præsertim stante expressione quod Domus locata erat propria locantis, quæ assertio superabundat contra possessorem, nedum quia à Michele Angelo locante causam habet *Caual. decis. 105. nu. 4. Greg. decis. 172. nu. 1. Buratt. decis. 243. nu. 7.* Verum etiam quia ab ipsomet Domino Ioanne Baptista possessore, in aliquibus Instrumentis, talis assertio emanauit, *idem Caual. decis. 22. nu. 3. Greg. decis. 143. in fin. Buratt. decis. 60. num. 4.* Iuncta maxime substentatione litis, *Verall. dec. 369. num. 1. par. 2. cum alijs in illa Auximana fideicommissi 13. Ianuarij 16. o. §. Dicta autem bona coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana Saluiani 3. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Verospio.*

Nec Dominis visa fuerunt obstare ea quæ Zeccadori adducebant, de nullitate Instrumenti obligationis, tanquam factę per Michaelem Angelum in carceribus, ad fauorem Taurini detinentis. Nam obiectum non subsistit neque in facto, neque in iure.

6 Non in facto quia ex lectura ipsius Instrumenti patet legenti, quod stipulatum fuit, non in carceribus, sed in Cancellaria Carcerum; vnde in multis partibus Hispaniæ practicatur, quod facturi Instrumentum obligationis, educuntur ad porticum carceris, licet hoc non sit hic necessarium vt videbitur in §. sequenti.

Minus in iure, quia non omnis obligatio facta à carcerato est inualida, sed illæ dumtaxat factæ ab iniuste carcerato, quæ reputantur extortæ metu carceris, & ideo sunt nullæ, *vt sancitur in l. Qui in Carcerem 22 ff. de eo quod met. caus. vbi Bart. nu. 2.* 7 *& Bald. in 1 lect. vers. Item etiam Rota in Romana repetitionis indebiti 30. Aprilis, & 20 Iunij 1610. coram bon. mem. Pirouano*, quæ sunt penes *Farinacc. in vol. crim. in ord. 286. nu. 4. & 295. num. 2.* vbi concordantes *Farinacc. tom. 1. crim. tract. de carcer. quæst. 35. num 29. 43. & 44. faciunt tradita per Bobadill. in politic. tom. 2. lib. 5. cap. 3. numer. 95.*

Secus autem illę obligationes quę aliunde probantur iustæ, prout probatur ista, ex præcedenti Iudicis decreto, metus enim illatus per vim iustitiæ non dicitur iniustus ad effectum, vt obligatio eius 8 causa facta reputetur inualida, *textus est expressus in l. si mulier 21. in princ ff. de eo quod met. caus. & ibi Bart. in princ. & infra vers. promissio facta idem Bart in d. l. qui in carcerem 22. vers. si iustè feci carcerari &c glos. final. in l. qui in aliena 6. in verb. non fieri in fin. ff. de acqu. hered. cum alijs in Romana Pecuniaria de Ruspolis 10. & 20. Maij 1589. corã Platto penes Marchis. de Commiss tom. 1. fol. 1217. num. 4. vers. non etiam placuit Dominis &c. & in præalligata Romana repetitionis indebiti*; Ideoque 9 quando, prout hic, carceratio est iusta, tunc etiam obligatio facta a carcerato est valida *Mascard. de probat. conclus. 105. num. 31. vers. Hanc tamen limitationem Farinacc. quæst. 35. nu. 29. vers. si vero carceratio est iusta, & infragment. in verb. metus nu. 21. Gratian. discept. 479. num. 30. vers. vnde valet contractus Rota decis. 36. num. 1.* Vbi quod hæc est conclusio receptissima, & passim per Rotam amplexa, *& decis. 122. num. 6. & 12 part 6. recent. cum alijs ibidem plenè cumulatis.*

Nec releuat quod carceratio fuerit nulla, & iniusta ex defectu actionis resultante ex eo quod Mi-10 chael Angelus fuit inquisitus de non integra confectione Inuentarij hæreditatis fraternæ, qui error non criminaliter erat puniendus, sed solum ciuiliter in pœnis sancitis *in l. fin. § licentia C. de iur. delib. & in l. fin. C. de probat. latè Honded. cons. 34 numer. 1. 2. & seq. & cons. 35. nu. 1 lib. 1 Rota dec 181. num. 1. & seq. part. 4. recent.* Et de expilatione eiusdem hæreditatis, Actio autem expilatæ hæreditatis certum est quod non datur contra hæredem, qui 11 cum sit Dominus bonorum hæreditatis quantumuis accipiat, vel surripiat tanquam in re propria, non committit crimen, vt disponitur *in l. 1. & ibi glos. in verb. Auferendo ff. de furt. Farinac. cons. 84. num. 13. vers. ideò in hæreditate lib 1.* sed competit soli ipsi hæredi contra eos, qui hæreditatem sibi debitam expilauerint *l. 1. & 2. ff. de crim. expil. hæred. & ibi scriben.*

Quoniam non impugnatur istarum conclusionũ veritas, sed applicatio, iustitiam enim huiusmodi carcerationis ex alijs etiã causis sequutæ alias gustauit *Rota in Bagubina refectionis Damnorum 4. Iulij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Præside Vallisoletano*, quæ decisio iuxta stylum habetur pro præsupposita. Si verò Zeccadori prætendunt contrarium, debuissent concludenter probare *l. metum 9. C. de his quæ vi melior text. in l. non est verisimile 23. ibi; sed huiusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes violentiæ opponere ff. de eo quod met. caus. l. Interpositas 13. C. de transit. ibi, Vnde si nil tale probari potest consensu quæstiones terminatas instaurare non oportet*; Vbi de metu loquebantur Imperatores *Barbos. cum multis per eum citatis in cap 1. num. 7* De his quæ vi, & quidem per exhibitionem in actis illius processus criminalis *Seraph. dec. 290. nu. 20. & dec. 1307. num. 3.*

12 Interim verò pro iustitia carcerationis est præsumendum *l. si quidem 11. C. de præd. minor. faciunt elegantissima verba Vulpiani in d. l. non est verisimile ibi, non est verisimile compulsum in Vrbe iniquè indebitum soluisse.* & paulò inferius *cũ potuerit Ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, qui vtiq. vim eum pati prohibuisset &c.*

13 Cum ergo ipse sententiæ acquieuerit, & Instrumentum obligationis fecerit, non debet super hoc amplius audiri *ex optima doctrina text. in l. 2. C. de re iudic.* Præsertim cum appareat de culpa carcerati, *vt bene ex text. in l. mulier. 21. in fin. princip. ff de eo quod met caus. ibi, Quia hunc sibi metum ipse infert, indignus est enim cui hæc exceptio patro-*14 *cinetur &c.* vt ratiocinatur *Vulpianus in l. 2. §. si quis vers. quod tamen ff si quis cautian.* cum enim ipse carcerationis causam præstiterit non ei proderit exceptio, sed ipsius quidem dolus ei oberit, *vt iisdem verbis in d. l. §. fin. Paris. cons. 5. nu. 168. lib. 4. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 7. nu. 23. & seq. vers quia vt sæpius Rota distinxit Seraph. d. decis. 290. nu. 10. vers.*

verf. ex quibus sequitur Rota dec. 26. nu. 9. part. 6. & dec. 79 nu. 4. & 5. part. 7. recent.

Præterea Iurisconsultus *Paulus in d. l. qui in carcerem 22.* ita demum contractum factum in carcere rescindit, si ab eo qui in carcerem intrusus est carcerator extorqueat, & ob hanc causam in carcerem detruserit, vt ibi aduertunt *Accurs. & Ant. Fab. ex l. metum 9. §. sed licet ff. de eo quod met.*

15 *cauf.* Et hoc si iniustè detruserit *a l. 23. §. si fenerator ibi, Cautre compulerit vltra quantitatem debita pecunia facit text. in l. accusationis 10. C. de his quae vi l. siquidem 9 C. de contrab & committ. stipul.* Præsertim cum nulla fraus, nullúsq. dolus possit imputari creditori, qui vsus fuit iure suo *l. nullus videtur dolo facere § 1. nihil dolo 129.* ibi *Cum Iuris remedio vsus sit ff. de reg. iur. l. iniuriarum 13. §. 1. ff. de iniur. l. inter. 51. §. penult. ff. de fideius. l. fin. C. de integr. restit. l. nihil 116. § 1 de reg. iur. cum vulg. congestis à Goffred d. l. §. littera C.* & optimè considerat *Fab. in d. l. qui in carcerem.*

Minus suffragatur replicatio, quod remaneat probata iniustitia carcerationis Michaelis Angeli, ex decreto illius relaxationis, ac etiam ex sententia absolutoria subsequuta.

Quoniam decretum non loquitur de relaxatione simpliciter, sed cum cautione de se repræsentando

16 toties quoties etiam nouis non superuenientibus inditijs, ex quo propterea non dicitur probata innocentia, nec resultat iniustitia carcerationis, quia huiusmodi decreta non habent vim absolutoriæ, sed potius habilitationis à Carceribus, *vt probat Bald. in l. nemo 3. sub num. 1. vers. 2. nota C. de Episc. audien.*

Sententia vero absolutoria non fuit habita in consideratione attento quod Sanctissimus causam commiserit cum clausula *Perinde ac si dicta sententia non emanasset,* quæ circumducit sententiam,

17 adeout res dicatur redacta ad statum primæuum, in quo erat ante sententiæ prolationem, *vt in terminis decisum fuit dec. 333. nu. 4. vers. respondebant etiam aliqui part. 1. diuer. & in Ianuen. pecuniaria, seu Attentatorum 24. Ianuarij 1642. §. Alterum quod secunda coram Reuerendissimo D. Decano.*

Nec releuat quod obligatio Michaelis Angeli sit conditionalis in casu impedimenti executionis,

18 aut insufficientiæ bonorum Francisci, qua conditione non purificata, non potest intrare saluianum, *ex adductis per Informantes, & Parlador lib. 2. rer. quotidian. cap. final. par. 3. §. 12. lim. 5. num. 39. cum alijs vt ibi.* Quia eo ipso quod Michael Angelus non curauit remouere impedimenta præstita executioni, fuit commissa stipulatio contra ipsum in bonis proprijs, perinde ac si purè, & simpliciter se

19 obligasset, *l. qui Balneum 9. & l. potior. 11. ff. qui pot. in pign. hab. Surd. cons. 179. num. 11. lib. 2. Paris. cons. 48. num. 12. lib. 1. Menoch. cons. 63. numer. 27. lib. 1. & decisum fuit in Bononien. de Pannolinis 27. Ianuarij 1617. coram Manzanedo.*

Impedimenta verò non solum probantur adesse,

20 sed quod magis est, prouenire ex facto proprio eiusdem Michaelis Angeli, qui bona Francisci alienauit in tertios possessores, vt constat ex relatione executorum, quibus plena fides est præstanda *Antonell cons. 1. nu. 2. Buratt. dec. 191. num. 5. dec. 196. nu. 1. dec. 655. nu. 3. & dec. 675. nu. eod.* Quæ impedimenta propterea sunt manifesta *Paul. de Castr. cons. 219. prope fin. vers. sed his alienatis vol. 1. Peregr. de fideic. art. 42. nu. 18. vers. contra verò Rota Ianuen. dec. 156. nu. 7. & seq.* Cum super illis bonis penes tertios existentibus mandata executioni demandari non possint, *vt fuit decisum in Beneuentana Salium 15. Decembris 1634. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Ideò huiusmodi distractio visa fuit longe maius, & grauius impedimentum præstare quam hypotheca *Molin. de primog. lib. 4. cap. 5. num. 15. in fin. cum alijs penes Buratt. decis. 482. num. 6.*

Denique nihil obstat quod per eumdē Michaelem Angelum de anno 1639. fuerit hæc domus donata moderno possessori. Quoniam ista donatio

21 non potuit aliquod præiudicium afferre Taurinis habentibus vsque de anno 1630. hypothecam anteriorem *l. debitorem 15. C. de pignor. & hypoth.* Quinimo neq. si personalem tantum habuissent actionem contra Franciscum si in Illius hæreditate hæc domus remansisset, nam eius vigore Taurini

22 agere possent contra eam possidentem titulo lucratiuo, vt probant *Gutier. de iuram. confirm. part. 3. cap. 15. nu. 19 & seq. per text. in l. inter cos. 19. vers. Is quoque ff. de re iudic. Rouit. dec. 48. nu. 24. & seq.* saltem in subsidium *iuxta theoricā Imol. in l. plane. 94. §. qui rogatus sub nu. 1. vers. nota quod in subsidium ff. de legat. 1.* quem sequitur *Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 11. nu. 20. vers. & actio personalis, & Modern. de credit. cap. 4. num. 2070. vers. quam conclusionem.*

Et ita &c. vtraq. &c. fuit decisum &c.

CAP. XIII.

R. P. D. VBALDO.

Romana, seu Comen. Societatis.

Lunæ 5. Iulij 1627.

ARGVMENTVM.

Debitor, qui promisit creditori aliquid soluere in pecunia, an possit ei bona insolutum dare, & quando creditor teneatur illa accipere.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum est probatio probata, & veritas apparens.*
2 *Pacta inter contrahentes sunt seruanda.*
3 *Creditore inuito, aliud pro alio solui non potest.*
4 *Constitutio alicuius loci emanata postquam lis est introducta in Curia, non attenditur.*
5 *Constitutio loquens in simplici contractu, non habet locum in contractu iurato.*
6 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
7 *Constitutiones debent recipere interpretationem a iure communi.*
8 *Creditor tenetur bona debitoris recipere insolutum, quando debitor soluere non potest debitum.*
9 *Et hoc procedit in subsidium, & ad effectum effugiendi carcerationem.*
10 *Constitutio alicuius loci non comprehendit bona existentia in statu alterius loci.*

11 *Solu-*

11 *Solutio in illa Ciuitate est facienda, vbi contractus habuit suum complementum, & perfectionem, & numero 12.*

DOminus Philippus Peregrinus super officio scriptoriæ min gratiæ, quod habet hic Romæ in Cancellaria Apostolica, accepit ad Societatem officij à D. Gabriele de Curte scut. 700. in vna, & ducatonos 1500. Mediolani in alia manu pacto adiecto, quod post sexennium Peregrinus posset cogi ad restitutionem capitalis, vel partis non restitutæ, & in casu renitentiæ posset cogi ad resignandum, vel vendendum officium, vt in instrumento, quod datur in *Summ. num.* 1 sexennio elapso, & recusante Peregrino facere supradictam restitutionẽ introducta causa in Rota, fuit hodie dubitatum, an possit cogi ad resignandum officium, & Domini affirmatiue resoluerunt, quia constat de supradicta conuentione inter partes, ita ex publico instrumẽ-1 to, quod est probatio probata, & veritas apparens *Bald in l. quoties in fin. C. de Iudic. Rota in dec.* 180. *num.* 1. *apud fel. rec. Greg XV. dec.* 195. *num.* 1. *apud eumdem & in rec. dec.* 149 *sub nu.* 1. *par.* 1. Et pacta 2 sunt inter contrahentes obseruanda *l. iurisgentium §. prætor ait ff de pactis Surd. dec.* 182. *numer.* 2. & *dec.* 248. *nu.* 1. & *dec.* 260. *nu.* 82.

Non obstat, quod dictus Peregrinus debeat excusari, cum obtulerit se paratum soluere in bonis, quia cum obligatio præcisè loquatur de pecunia, 3 tenetur in pecunia soluere; cum aliud pro alio inuito creditore solui non possit *l.* 2. *§. mutui datio ff si cert. pet. fel. rec. Greg. XV. dec.* 352. *Reuerendiss. D. meus Decanus dec.* 22. *nu.* 1.

Non obstat nouæ constitutiones Mediolani, quod debitor etiam obligatus ad pecuniam possit soluere in bonis, & Senatus Mediolanensis declarauerit in casu, de quo agitur esse seruandas dictas constitutiones; quia quoad declarationem fuit res-4 ponsum, illam non esse attendendam tanquã emanatam post litem introductam in Curia *c.* 1. *vbi omnes nstant, vt lit. penden. nihil innou. in* 6. & ad constitutiones fuit in primis responsum, quod lo-5 quuntur in simplici debitore, & propterea non habent locum in contractu iurato, vt est contractus de quo agitur *Seraphin. de priuil iuram. priuil.* 22. *numer.* 53. Secundo quod stante supradicto pacto de vendendo, & resignando officio in casu non solutio-6 nis, prouisio hominis facit cessare prouisionem legis *l. fin. C. de pact. conuent. Caphal. cons.* 156. *nu.* 45. *Surd. cons* 476. *num.* 6. *Moder. Roman. discept foren.* 376. *num.* 1.

Deinde fuit per Dominos consideratum, constitutiones emanasse ad effectum ne debitor, qui in pecunia non esset soluendo, carceraretur, nam ad effectum vitandi carcerationem Constitutiones volunt, vt possit debitor soluere in bonis, vt patet ex verbis constitutionum, quæ dantur in *Summ. nu* 2. vnde iste non est casus noster, quia D. Gabriel non agit, vt Peregrinus carceretur, sed solum, vt resignet, & vendat officium iuxta conuentionem initam inter ipsos.

Et quidem supradicta interpretatio non solum ex verbis claris constitutionum ducitur, sed etiam quando esset deueniendum ad interpetrationem, ita deberent intelligi, quia constitutiones debent reci-7 pere interpretationem a dispositione iuris communis *l. vt gradatim §. & si lege ff de muner. & honor. l.* 2. *ff de noxal. Paris. cons.* 84. *numer.* 11. *vol.* 2. *Surd.* 8 *cons.* 4. *nu.* 59. De iure autem communi licet creditor teneatur bona debitoris recipere insolutum quando debitor debitum soluere non potest *Bal. in l.* 3. *sub nu.* 9 *vers. quod si creditor C. de exequen. rei* 9 *iudic.* hoc tamen pariter procedit in subsidium, & ad effectum effugiendi carcerationem *Dec. in l.* 2. *§. mutui datio* 3 *lect. num.* 24. *ff. si certum petat*, & *dixit Rota in Mediolan. Pensionis* 7. *Nouembris* 1612. *coram bon. mem. Vbaldo*. Vnde bene procedunt supradicta, quod constitutiones non faciunt ad casum nostrum, cum non tractetur de effugienda carceratione, vt dixi.

10 Præterea fuit etiam consideratum, quod supradictę constitutiones in omnem casum non videntur posse comprehendere bona existentis in statu alterius Principis, vt est officiũ de quo agitur, existens hic in Vrbe *l. cum vnus §. bis qui vbi Bartol. & alij ff. de bon. author. Iud. possid. Surd. decisione* 160. *numer.* 7

Nec obstare videtur quod solutio sit destinata Comi, vbi fuit initus contractus; quia hoc haberet locum in casu, quo Peregrinus voluisset soluere in pecunia, sed cum pluries interpellatus solutionem recuset, & super hoc sustineat litem, & ideo sit factus locus pacto de illum cogendo ad venditionem, & resignationem officij existentis in curia, sequitur vt isto casu debeat solutio considerari vti fuisset expresse destinata hic in Vrbe, vbi contractus debet 11 suum implementum, & perfectionem habere mediante supradicta venditione seu officij resignatione *gloss. in l. contraxisse ff. de action. & oblig. Rota Ianuen. decis.* 161. *nu.* 5. & *seqq.* Pro quo bene fuit 12 actum hic in curia vbi vtraque pars reperitur, & Peregrinus est officialis *Rot. dec.* 19. *nu.* 3. *de appellat. in antiquior.*

Et ita decisum &c.

CAP. XIV.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Vineæ.

Ven. 27. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla, & iniusta non priuat possessione. Possessio emphyteutæ probatur ex confessione Domini, ex acceptatione deuolutionis intentatæ contra possessorem, & ex petita immissione vocando ipsum detentorem, & occupatorem. Mandatum relaxatum cum intimatione, si intimatio non reproducitur in actis ante expeditionem mandati est nullum. Pauper non soluens canones non incurret in moram. Carceratus de tempore solutionis canonis excusatur a mora, & dicitur legitime impeditus, & non potest ab emphyteusi ob non solutum canonem expelli.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla, & iniusta non priuat possessione.*

2 Possess-

2 *Possessio emphyteuta probatur ex confessione Domini.*
3 *Item ex acceptatione deuolutionis contra possessorem intentata.*
4 *Item ex petita immissione vocando illum detentorem, & occupatorem.*
5 *Index nulliter, & iniustè procedens non priuat possessione, & tunc datur manutentio.*
6 *Mandatum de manutenen. datur non habenti se pro spoliato.*
7 *Mandatum relaxatum, nisi ad p.d. cū intimatione si intimatio non legitur facta, nec in actis reproducta antequam fuerit mandatum expeditum, est euidenter nullum.*
8 *Intimatio decreti non est necessaria quando habetur notitia de eo, & num. 11.*
9 *Notitia decreti desumitur ex appellatione interposita ab eodem decreto.*
10 *Item ex supersessoria Signaturæ Iustitiæ contra dictum decretum obtenta.*
12 *Intimatio requiritur pro adimplemento conditionis.*
13 *Verba nisi &c. cum intimatione faciunt conditionem suspensiuam.*
14 *Intimatio requiritur pro forma.*
15 *Scientia non mutat naturam, & formam decreti conditionalis, nec supplet formam.*
16 *Pactum resolutiuum in casu non adimplementi promissorum operatur, vt non sit locus purgationi moræ.*
17 *Pauper non soluens canones propter eius paupertatem dicitur legitimè impeditus, & non incurrit in moram.*
18 *Carceratus de tempore solutionis canonis excusatur à mora, & dicitur legitimè impeditus.*
19 *Emphyteuta propter impedimentum carceris excusatur, & non potest ab emphyteusi ob non solutum canonem expelli.*
20 *Liber Custodis carceris probat carcerationem & (tempus.*
21 *Credens se habere instam causam differendæ solutionis excusatur à caducitate ob non solutionem, etiam si errasset.*
22 *Rota in dubio semper respondet contra deuolutionem seu caducitatem.*
23 *Qualibet causa etiam irrationalis, & erronea excusat à caducitate.*

CVm in gradu appellationis interpositæ à mandato de associando relaxato ab A. C. dubitatetur quis esset manutenendus An Andreas Vulpius modernus emphyteuta vigore concessionis in emphyteusim sibi factæ à clar.mem. Petro Maria Card. Burghesio tunc temporis Abbate, & perpetuo Commendatario Abbatiæ S. Sebastiani; vel Carolus Adrianus Serlorius, contra quem obtinuit d. Eminentiss. Cardinalis ob cessationem in solutione canonis, causa per DD. discussa, Carolo manutentionem esse dandam fuit resolutum.

1 Quia etiamsi Andreas reperiatur in actuali possessione Vineæ controuersæ authore Prætore, attamen stante nullitate, & iniustitia sententiæ Caro-
2 lus Adrianus non fuit priuatus sua anteriori possessione, de qua constat ex confessione Abbatis, de
3 qua in instrumento renouationis ex acceptatione deuolutionis intentata contra possessorem, & ex
4 petita immissione vocando ipsum Carolum deten-
5 torem, & occupatorem Vineæ, quo casu pariter Rota aduersus huiusmodi factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentia dat manutentionem, *Rota decis. 110. num. 4. & decis. 284. num. 14. par. 5. re-*
6 *cent.* Satis enim est, quod Carolus non habuerit se pro spoliato ad hoc, vt illi sit dandum mandatum de manutenendo, *Rota decis. 674. num. 1. par. 1. & 630. num. 1. in fine par. 2. recent. Seraph. decis. 1040. num. 3. san. me. Greg. XV. decis. 458. num. 1.*

Quod autem A.C. non ritè processerit patet quia
7 cum mandatum fuerit decretum nisi infra quindecim cum intimatione, & intimatio non legatur facta, nec in actis reproducta antequam fuerit expeditum mandatum, prout requiritur ad hoc, vt Iudex esset certus de illa, nullitas relaxationis mandati est euidens. *Bart. & Bald. in l. multum interest in fine. ff. de cond. & demonstr. cum allegatis per Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 146. Rota coram Seraph. decis. 1100. num. 9. coram bon. mem. Buratto decis. 124. num. 2. & 23. & coram Card. Caualerio decis. 486. num. 1. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 37. num. 10.*

8 Non obstat, quod intimatio non fuerit necessaria propter notitiam decreti, quam habuit Carolus
9 ante expeditionem mandati, quæ desumitur, nedum ex appellatione interposita ab eodem decre-
10 to infra decem dies, verum etiam ex supersessorijs Signaturæ iustitiæ contra dictū decretum obtentis,
11 quare stante illius notitia debito tempore non est attendendus defectu reproductionis intimationis
12 *Clemen. causam ad finem de elect.* quia dicta intimatio pro adimplemento conditionis erat exequenda, & in actis reproducenda, nec aliter pote-
13 rat expediri mandatum, quia verba nisi &c. cum intimatione important, nisi infra tempus expressum præuia intimatione fuerit aliquid releuans deductum, & sic faciunt conditionem suspensiuam in decreto, seu præcepto Iudicis, vt ex latè trad. per *Mandos. in tract. de monit. q. 31. num. 11.* Vnde di-
14 cta intimatio censetur pro forma requisita, vt posset intimatus iura sua deducere, & Iudex melius de-
15 liberare, scientia enim non mutat naturam, & formam decreti conditionalis, & dum pro forma requiritur intimatio, scientia non supplet, *vt per Bart. in l. denunciasse. § quid ergo. num. 2. ff. de adult. Felyn. in cap. cum contingat. num. 6. vers. quarta conclusio de rescript. ita tenuit Rota in Romana seu Lateranen. pensionis 29. Aprilis 1619. coram bo. mem. Vbaldo, & in Romana cambij 4. Decemb. eiusdem anni coram bo. mem. Card. Sacrato.* Et in omnem casum Carolus sciuit quidem decretum, sed sciuit etiam ius suum esse saluum, & nihil poni posse in esse antequam conditio adimpleretur.

Aliæ etiam nullitates, in facto deducuntur pro Carolo, fuerunt consideratæ, sed hæc visa fuit sufficere ad irritandum processum associationis.

16 Iniustitia mandati etiam deducitur, quia licet in instrumento emphyteotico adsit pactum resolutiuum in casu non adimplementi promissorum ideo quod operatur, vt non sit locus purgationi moræ ex alleg. *per Afflict. decis. 174. num. 3. & 4.* Attamen cum Carolus ob paupertatem fuerit legitimè im-
17 peditus soluere canones, vt probatur ex ære alieno, quo premebatur ante acceptationem caducitatis,

tis, pro quo fuerat carceratus, & numerosa familia grauatus repetiatur, non dicitur incurrisse in moram. *Bald. in cap. querelã in fine de iur. iur. Specul. in §. nunc aliqua quaest. 28. de locat. cum alijs per Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 29. num. 1. Rota coram Card. Caual. decis. 94. num. 5.*

18 & quod carceratus de tempore solutionis canonis excusetur, à mora, & dicatur legitimè impeditus notat *Corbul. vbi supra limit. 10. num. 1.* vbi quod

19 emphyteuta propter impedimentum carceris excusatur, & non potest ab emphyteusi ob non solutum canonem expelli, *Butr. in cap. significante in 4. notab. de pignor. Dec in auth. qui rem sub num. 9. vers. septimo fallit. C. de sacros. Eccles. & ibi Ca-*

20 *gnol. num 31.* Quodq. dictus Carolus esset ære alieno, & familia grauatus, & in carceribus detẽtus de tempore solutionis canonis, & vendemmiarum apparet ex partita extracta ex libro Custodis carceris, & ex depositionibus testium deponẽtium de existentia filiorum, & familiæ inutilis, amissio-

21 ne officij Dohanæ, & de illius carceratione, cumque saltem ex his potuerit Carolus credere habere iustam causam differendæ solutionis cessat caducitas ob nõ solutionem etiam quod erraret quia sufficit defectum non prouenisse à malitia, sed ab errore. *Becc. cons. 104 num. 8. Caput aq. decis. 180. num. 4. par. 1. in Bononien. de Camalejs 27. Iunij 1605. coram Card. Marcomontio.*

Latè deducta ad probãdam illegitimitatem eiusdem Caroli, & sic incapacitatem emphyteusis ecclesiasticæ, tàm de iure, quàm ex Constitut. sanct. mem. *Pij V.* non probantur, nec pro parte Abbatis fuit actum ex hoc capite, & Carolus non venit ex successione, sed ex inuestitura, & sic exceptio illegitimitatis nequit admitti in iudicio manutentionis, sed omnino venit reijcienda ad petitorium.

22 Quare ex capite nullitatis, & iniustitiæ fuit dictum Carolo esse dandam manutentionem, inhærendo Rotæ opinioni, quæ est semper in dubio in hac materia respondere contra deuolutionem, seu caducitatem, cum ab ista de æquitate excuset quæ-

23 libet causa etiam irrationalis, & erronea, vt sunt frequentissimæ decisiones in hoc sacro Tribunali.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

CAP. XV.

R. P. D. ROYAS.

Senogallien Societatis.

Merc. 22. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxatum pro maiori summa debita, est nullum, vna cum executione, nec annotatio summæ facta à tergo mandati pro qua debeat exequi, si executio fuerit facta pro maiori summa, tollit nullitatem, nisi probetur tempore factæ executionis fuisse scriptam; & liquidatio debet præcedere relaxationem mandati.

Socius debet participare de omnibus in societate contentis, & ex societate in primis est demendum æs alienum, & socius tenetur reddere rationem pro rata tantum ab ipso administrata.

Cessio facta sine causa, vel titulo præsumitur facta animo vexandi, & est nulla.

SVMMARIVM.

1. *Mandatum relaxatum pro maiori summa, debita, est nullum in totum vna cum executione.*
2. *Ex transactione, in qua socius remittit alteri lucrum societatis resultat solutio.*
3. *Solutio est vna ex tribus exceptionibus, quæ retardant obligationem Cameralem.*
4. *Socius debet participare de omnibus in societate contentis.*
5. *Aequalitas inter socios est seruanda.*
6. *Ex societate est in primis demendum æs alienum.*
7. *Aes alienum societatis spectat æqualiter ad omnes socios.*
8. *Liquidatio debet præcedere relaxationem mandati, & num. 22.*
9. *De illiquido non est habenda ratio.*
10. *Cessio simulata redditur inefficax.*
11. *Cessio facta animo vexandi debitorem est nulla.*
12. *Cessio facta sine causa, vel titulo præsumitur facta animo vexandi.*
13. *Titulus infectus reducitur ad non titulum, & non est considerabilis.*
14. *Compromissum factum ad tempus, eo elapso expirat.*
15. *Contractus ab iniustè carcerato initus, est ipso iure nullus.*
16. *Excessus vt censeatur remissus, debet probari scientia in contrahente.*
17. *Transactio non cadit super contractu nullo.*
18. *Annotatio summæ facta à tergo mandati pro qua facienda sit executio; si pro maiori summa fuerit facta executio, non tollit nullitatem executionis, nisi probetur de tempore factæ executionis fuisse scriptam.*
19. *Relationi executorum est credendum.*
20. *Obligatio reddendi rationem, intelligitur de administratis.*
21. *Socius tenetur tantum pro rata ab ipso administrata rationem reddere.*

INita societate mercaturæ Communium inter Ioannem Baptistam, Hieronymum, ac Philippum de Riuis de anno 1608. subsequuta fuit de anno 1617. obligatio d. Ioannis Baptistæ tàm nomine proprio, quàm nomine Hieronymi reddendi computum per bilancium singulis annis Philippo consocio in cuius executionem de anno 1624. d. Ioannes Baptista exhibuit bilãcium ab anno 1608. vsque ad dictum tempus, quod cantabat hoc modo, Debitum, & Capitale est scutorum 16. mil. 38. & 1023. 21. pro lucro anni 1623. Postmodum de anno 1630. Philippus præfatus donauit omnia sua iura Laurentio Bartolo, quæ sibi competebant cõtra d. Ioannem Baptistam occasione d. societatis, tam nomine proprio, quam vti hæredi d. Hieronymi, & incontinenti eadem die subsecuta fuit declaratio per d. Laurentium donatarium, quod omne quod esset recuperaturus à præfato Ioanne Baptista vigore acceptæ donationis omnia esse deberent eiusdem Philippi demptis expensis litis.

De anno 1636. conuentus fuit Ioannes Bapti-

ſta

sta prædictus coram A.C. per eundem Laurentium Bartolum vigore acceptæ donationis, & in contumaciam Io. Baptistæ fuit contra eum relaxatum mandatum pro sc. 17. mil. 46. in totum ad effectum deponendi donec, & quousque fuerit per eum reddita ratio administrationis iuxta tenorem obligationis, ac bilanciũ exhibitum, quod fuit executioni demandatum mediante carceratione eiusdem Io. Baptistæ.

Sequuta fuit deinde transactio in carceribus, siue compromissum inter Ioannem Baptistam, & Bartolum, in qua fuit inter alia conuentum quod Ioannes Baptista consignaret bilancium, & omnes scripturas concernẽtes dictam societatem ad effectum, vt intra duos menses cum dimidio à die sequutæ transactionis (quæ stipulata fuit sub die 27. Septembris 1636.) & controuersia terminaretur per duos peritos mercatores Anconæ.

Deinde liberatus à Carceribus exhibuit coram eodem A. C. d. Io. Baptista quietantiam reportatam à Philippo consocio vsque ab anno 1634. sub die 28. Februarij mediante alia transactione, in qua fit mentio de donatione facta per eum Laurentio Bartolo de iuribus sibi competentibus aduersus Io. Baptistam propter dictam societatem coraminum, & in ea declaratur, quod Bartolus non habet nisi nudum nomen, sed omnia ad se spectare, & demum adduxit claram iniustitiam mandati resultan. ex eo, quod A.C. relaxauit mandatum pro tota integra summa cum ad omne peius, ei non spectaret rationem reddere, nisi pro tertia parte, quibus stãtibus de mense Ianuarij 1638. & sic elapso bimestre cum dimidio contento in compromisso inter Ioannem Baptistam, & Bartolum A.C. reuocauit primum mandatum.

Causaq. commissa in gradu appellationis bon. mem. Buccabellæ in cuius locum fui subrogatus proposui hodie dubium, An constaret de nullitate mandati executiui, & inde reuocati in casu &c. fuit resolutum mandatum esse nullum.

1 Ratio resolutionis fuit, quia mandatum relaxatum continet maiorem summam vltra debitum, ideoq. ratione excessus est nullum in totum vna cum executione, *iux. doctrinam* Bart. *in l. si non sortem. §. si centum in princ. & num. 6. ff. de cõd. indeb. Paris. cons. 81. num. 56. lib. 2. Put. decis. 315. num. 1. & 2. lib. 1. in correct. Rot. decis. 359. num. 8. par. 1. & 630. num. 3. par. 2. & 411. num 4. par. 5. recent. Greg. decis. 198. num. 1. & ibi Addent.*

2 Quod autem mandatum sit excessiuum constat ex pluribus, & primo quia stante solidatione computorum inter Io. Baptistam, & Philippum accedente trãsactione inter eos sequuta de anno 1634. in qua vnus alteri remittit omne lucrum societatis prædictæ vsque ad d. tempus non poterat deueniri ad relaxationem mandati non habita ratione solidationis, & transactionis sequutæ, cum prius esset deueniend. ad electionem peritorum, & calculandum, vt posset inspici quis esset creditor, & quis debitor, *iux. decis. 612. per tot. par 1. recent.* ex qua

3 etiam resultat quod per eam dicatur solutionem fuisse sequutam, quæ est vna ex tribus exceptionibus, quæ retardat obligationem Cameralem, *ex Galles. de oblig. Cam. quæst. 17. num. 2. & ibi Zacch. num. 2. & 4. Rot. decis. 92. num. 1. par. 1. diuers. Seraphin. decis. 814. num. 1.*

Secundus excessus mandati fuit, quia A.C. relaxauit mandatum contra Io. Baptistam pro tota integra summa scut. 17. mil. & 46. non dempta tertia parte sibi spectante quatenus etiam constaret d. scuta 17. mil. extare penes eum, de quo non con-

4 stat, cum esset alter ex tribus socijs, qui ratione societatis, de omnibus in societate contentis participare debebat, tam ex inueterata consuetudine, quam etiam iuxta naturam societatis secundum

5 quam æqualitas inter socios est seruanda, *iux. tex. in l. si non fuerit in princ. ff. pro soc. instit. de societ. §. de illa ad l. 2. C. de negot. gest. Roman. cons. 426. num. 1. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 4. num. 4. Greg. XV. decis. 308. num. 1. & 426. nu. 1. & 475. nu. 1. par. 3. recent.*

6 Tertius excessus oritur, ex quo ante relaxationem mandati, erat demendum æs alienum socie-

7 tatis, quod non tantum spectat Ioanni Baptistæ, quam Philippo, siue de capitali siue de lucro societatis, quod ex quo factum non fuit. ideo excessus est clarus, *l. omne æs alienum, & l. si socij sumus in princ. ff. pro soc. Castrens. cons. 358. nu. 1. vers. nam video lib. 2. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 9. numer. 2. Mantic. de tacit. lib. 6. tit 22. num. 1. & 2.* & dicit *Rota in Romana donationis de Stellis 10. Maij 1606. coram Eminentiss. D. Card. Pamphilio.* Bilancium autem, in quo fundatum est mandatum relaxatum in scutis 17. mill ita cantat, debitum, & cre-

8 ditum, nec dicit penes quem sit pecunia; Ideoque priusquam deueniretur ad relaxationem prædicti mandati erat faciẽda liquidatio, quodnam esset debitum, & quodnam creditum, & penes quem pe-

9 cuniæ extarent latius apparere; ideoque vt illiquidum bilancium de eo non erat habenda ratio, nec isto tempore vnus erat condemnandus. *Angel. cons. 286. col. 2. vers. & si inter dd Rim. sen. cons. 300 num. 53. & 54. vol. 2. Rota Ianuen. decis 39 num. 3.*

Nullitas etiam mandati relaxati, & executi deducta fuit, ex quo mandatum fuit relaxatum ad instantiam Bartoli ex iure sibi cesso per Philippum,

10 quæ cessio detecta fuit nulla & simulata, stante, quod eadem die dictus Philippus declarauit, quod omne quod ex d. donatione recuperaretur a Ioan. Baptista esset nõ Bartoli cessionarij, sed ipsius Phi-

11 lippi; ideo præsumitur fuisse secutam animo vexãdi Ioannem Baptistam, ex quo oritur simulatio, & redditur inefficax *iux. tex. in l. per diuersas, & l. ab*

12 *Anastasio. C. mandati,* quæ præsumptio est irrefragabilis, quando cessio est facta sine causa, vel titulo. *Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 129. nu. 29. Rot. decis. 303. num. 10. par. 1. recent.* nec facere

13 videtur quod ibi adsit titulus donationis; quia titulus ille vt infectus reducitur ad non titulũ stante promissione incontinenti sequuta de restituendo ipsi Philippo omne quod recuperaretur: propterea titulus non fuit habitus in consideratione, prout requiritur ad effectum vt cesset dispositio *d. l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandati, & notatur per gloss. in d. l. per diuersas in fin. in verb. per donationem.*

Nec obstare dixerunt DD. transactionem sequutam inter Ioannem Baptistam, & Bartolum in carceribus, qua pendente non potuit deueniri ad reuocationem mandati, & ea non adimpleta, scilicet

reddito

reddito computo, & exhibitis libris penes Mercatorum Anconæ, & omnibus scripturis spectantibus ad negocium, quia fuit responsum illam non esse 14 transactionem, sed compromissum duraturum per duos menses, quibus elapsis non est habendum in consideratione, *ex Canal. decis.327.num.2.* & propterea bene potuit agi coram A.C. pro reuocatio- 15 ne mandati, & in omnem casum, cum compromissum factum fuerit in Carceribus, in quibus iniustè detinebatur ex prædicto mandato obligatio, & quilibet contractus ibi initus intuitu dictæ causæ est ipso iure nullus, *iux. text. in l.qui in carcerem, ff. quod met.caus.ubi Bart.& alij Paul.de Castr.in l.qui à latronibus, ff.de testam. Ruin. cons.113.volum.1. Neuizzan.cons.52. nu.43. Marsil. in prax. §.attingam num.42. Farinac. de carc. & carcer. quæst.35.nu.29. Guidop. decis.253. Rot.decis.490. num.1.& 2 par.1.recen.& post secundum vol.cons. Farin. decis.205. num.4.*

Tum etiam quia per illud non censetur remissus excessus, & nullitas inde resultans mandati & exe- 16 cutionis, cum nō probetur scientia in Ioanne Baptista de eo tempore nedum excessus, sed etiā quod mandatum, & exequutio nulla redderetur. *Surd. cons.49.num.23.Gabr.cons.69. num.26. lib.2. Rot. decis 51. num.5. & decis.95. num.4. & decis.280. num.10. par.1. & 262. par.2. recen.* eoque magis 17 quia nullitas est clara, qua stante non poterat cadere transactio. *l.Lucius, §. fin. ff.de admin. tutor. l.1. ff.de transact.Greg.XV decis.311.num.1.*

18 Nec aliquid facit, quod à tergo mandati relaxati contra Riuam adsit adnotatum, quod exequatur solum pro vno tertio, quia vel dicendum est hoc non probari, de tempore factæ executionis fuisse scriptum, prout requiritur, vel habere suspicionem 19 antidatæ, vel in omnem casum stante relatione executorum cantante executionem factam fuisse pro rota integra summa scutor.17. mill. contenta in mandato, cui ideo est credendum ad tradita per *Tiraquell. de retract. lignag. § 8.glos 8.num.22. Greg dec.402.num.2.*

20 Minus facit obligatio reddendi rationem contra Ioannem Baptistam, cuius vigore fuit relaxatum mandatum, quia est intelligenda de rebus per ipsum Io.Baptistam administratis, nec probatur totum capitale negotij scutor.16.mil peruenisse ad 21 illius manus, prout requiritur, ideoque de rebus, quæ ad eius manus non peruenerunt rationem reddere non tenetur, cum tantum teneatur pro rais administrata, *iux. d.l.2. C. de negot. gest. ex Rota* 22 *dec 475.num.1.par.3. rec.* Et in omnem euentum semper erat faciendum calculum, & inspici prius partitas, & prius verificari pones quem extabat capitale negotij, & lucrum liquidari, & verificari summa, & deinde erat deuenien. ad relaxationem mandati *ex d. decis.612. par.1.recent.* & vt supra latius deductum fuit, quod propterea non potest excusari ab excessu, & ideo ratione illius redditur nullum ex prædictis.

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

CAP. XVI.

R. P. D. PENIA.

Veneta Pecuniaria.

Veneris 11. Iunij 1605.

ARGVMENTVM.

Actor de consuetudine non tenetur cauere de stando iuri, & iudicatum soluendo in causa reconuentionis, nec debitor suspectus allegari potest, non constito de credito, & non probata illius deteriorata conditione; & si fuerit forensis, suspectus allegari non potest, si in loco originis possidet immobilia, vel mobilia magni valoris, aut nomina debitorum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor de fuga suspectus capi non potest, nisi docto de credito, & de fuga suspicione.*
2 *Et quod fuga suspicionis causa superuenerit post contractum.*
3 *Cauere de stando iuri, lite præsertim pendente, nemo cogi potest, nisi constito de credito, & de deterioratione conditionis, & 4. vbi quòd de consuetudine actor non tenetur cauere de stando iuri in causa reconuentionis.*
4 *Debitor forensis non potest allegari suspectus, neo cogi ad præstandam cautionem, quando possidet immobilia in loco sua originis, vel mobilia magni valoris, aut nomina debitorum.*
5 *Cautio de stando iuri de consuetudine non est præstanda ab Actore in causa reconuentionis.*

CVm per plures Decisiones Rotales fuisset decisum ad fauorem DD. de Domo mandatum relaxatum ab A.C. contra D. Rodulphum Pium pro summa scut. 1386. fuisse exequendum, & prædicti DD. de Domo aliquas pecuniarum summas de fructibus locorum montium, & censuum exegissent, & agentes pro D.Rodulpho instārent petijsēt se prætendere à prædictis de Domo via ordinaria repetere solutum, & instarent sibi præstari cautionem de stando iuri, & iudicatum soluendo. Dubitaui, an Dominicus, & Antonius de Domo talem cautionem præstare tenerentur. Et Rota vtraque parte informante, non teneri præstare talem cautionem censuit.

1 Primò quia cum D. Rodulphus longo tempore litigasset, ad effectum vt illi de Domo sibi cautionem præstare tenerentur, probare debuit suum creditum, & fugæ suspicionem. *Bal.Ang.& Salyc. in l.aptissimi. C.de iudic Cacciatup. de debit. suspect.quæst.6.num.8.9.17.& 20.* Item illos de Do- 2 mo à die contractus deterioris conditionis fuisse effectos, & sic superuenisse causam suspicionis, quę tunc non adesset. *Ias in l.si ab arbitrio. num.5. ff. qui satisdar.cogantur. Cacciatup quæst.6. num 3. Paris.cons.101. num.4. & 5. lib.3.* quæ in hoc caso non fuerant à Rodulpho probata, immo ex decisionibus factis constabat de bono iure DD.de Domo, & de nullo credito D.Rodulphi. Et licet qui- 3 dam ex prædictis loquantur in casu capturæ locū,

etiam habent in casu petitæ fideiussionis, siue cautionis, cum non alia de causa petatur, nec detur captura, nisi vt actor fideiussionis obligationem consequatur. *Ias. in d. l. si ab arbitrio. Caccial. sup. d. tract. de debit. suspect. q. 9 princ. in principio. Paris. d. cons. 101. lib. 3.*

4 Secundo, quia forensis non potest allegari suspectua, nec consequenter cogi ad præstandam cautionem, quãdo possidet immobilia in loco suæ originis, nec post contractum deteriorauit notabiliter conditionem suam. *Dec. cons. 75. col. fin. vers. 8. & vltimo. Natt. cons. 330 num. 15.* & tradunt communiter scribentes *in l. sciendum. §. 1. ff. qui satisd. cogantur*, quod habet locum etiam in possidẽte mobilia magni valoris, & nomina debitorum, vt dicũt communiter *Doct. in d. l. sciendum, & ibi Bart. num. 5. & Ias. num. 3. in 1. & 2. limitat. ff. qui satisd. cogantur.* Vnde cum Domini de Domo Veneti tamquam forenses litigarent in Vrbe, & bona immobilia probarentur, non tenebantur ad aliquam cautionem.

5 Tertio quicquid sit de stricta iuris ratione circa illum articulum, an actor teneatur cauere de stando iuri, & iudicatum soluendo in causa reconuentionis, quod teneatur, adstringit *tex. in §. sed hodie, vbi gloss. & Doct. in tit. de satisd.* eam tamen *gloss. in verbo, nullam satisdationem in fine*, asserentem de consuetudine hoc non seruari, nec esse in vsu, *Bart. in authen. generaliter. num. 1. C. de Episc. & Cleric.* asseruit verum dicere, & in practica obseruatum vidisse, idem ait *Abb. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. num. 2. vers. ista tamen. vt lit. non contest.*

Postremò hanc opinionem sæpè amplexa fuit Rota, & signanter *in Romana Palatij die 28. Maij 1588. coram Blanchetto, & coram me, in causa Toletana pensionis 15. Martij 1599.*

CAP. XVII.

R. P. D. PIROVANO.

Viseñ Recreationis.

Luna 3. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Beneficiato carcerato non computantur distributiones quotidianæ post sententiam latam super crimine, sed adhuc pendente appellatione ab instantijs, vel quando non sequitur condemnatio in totum, rectè computantur. Consuetudo, quod Beneficiati possint deserere Chorum in diebus festiuis, tamquam corruptela non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati, si reperiantur Beneficiati, an illis computentur distributiones in generali calculatione.*
2 *Consuetudo continens abusum, est nulla, & inualida, & ideo non attendenda.*
3 *Carcerati, si sint aliqui beneficiati, vt eis debeantur ex consuetudine distributiones qualiter testes benè probent istam consuetudinem.*
4 *Consuetudinis substantiæ maximè conueniunt frequentia actuum, & temporis diuturnitas.*
5 *De præscriptione, quando potius agatur quam de consuetudine.*
6 *Carcerato iniustè, tamquam iustè impedito debentur distributiones quotidianæ.*
7 *Iudicium, si adhuc per sententiam non fuerit terminatum, & quæ in iudicatum transigerit, non potest dici constare de re inexcusabili.*
8 *Sententiarum effectus suspenditur per appellationem.*
9 *Carcerati indebitè, si in fine anni admittantur ad distributiones quotidianas, ex hoc sequitur quædam voluntaria remissio aliorum beneficiatorũ, quæ in consuetudinem potest deduci.*
10 *Consuetudo non interessendi in Choro tendit ad derogationem iuris communis.*
11 *Dispositiones, quando sola consuetudine, non possint abrogari.*
12 *Consuetudo probata per 40. annos suffragatur etiam ad derogationem iuris communis.*
13 *Differentia inter consuetudinem, & præscriptionem.*
14 *Consuetudo contra ius commune si non sit rationabilis, non sufficit lapsus 40. annorum.*
15 *Consuetudo aliqua si sit irrationabilis non tollitur eius irrationabilitas ex eis, quæ possunt esse, & non esse.*
Inspiciendum est, quid accidere possit.

CVm Capitulares Ecclesiæ Viseñ prætenderent iuuari duplici consuetudine imponenda inter ipsos generali calculatione in fine anni pro habendis quotidianis distributionibus quarum altera tẽdebat contra statutum à Sede Apostolica confirmatum in quo dantur centum dies cuilibet Capitulari in singulis annis pro recreatione habenda exceptis Dominicis, & alijs Festiuis diebus in quibus non licebat desumere diem ad recreandũ.

1 Secunda vero prætenditur quando Beneficiati reperiuntur carcerati, vt illis computentur distributiones in eadem generali calculatione; In visitatione vero facta per Ordinarium prima consuetudo

2 declarata fuerit nulla, & inualida tanquam abusus, & corruptela; secundam vero non esse attẽdendam in certis casibus quando scilicet sequitur condemnatio in totum, & si in parte computentur dies iuxta taxam per eundem Ordinarium faciendam. Causa ad Rotam deuoluta, & transportatis processibus vigore remissorialium litterarum factis dubitatum fuit an constet de consuetudine, quæ Capitulo suffragetur.

Quoad Carceratos responsum fuit constare, quo vero ad alia contra Capitulum fuit resolutum.

Fundamentum resolutionis pro carceratis fuit, quia illa ex testibus datis probatur dum asserunt

3 se pluries vidisse obseruari, & per tempus 40. annorum, & vltra, quod si contingat Capitulares carcerari, vel in domibus proprijs detineri pro debitis suis lucrentur nihilominus distributiones quotidianas vsquequo pronuncientur prima sententia; In secunda vero, & tertia instantia si in totum non fuerint condemnati adhuc easdem lucrentur distributiones,

4 butiones, quæ duo nempè frequentia actuum & temporis diuturnitas maximè conueniunt substantiæ consuetudinis. *cap. fin. de consuetud. Rebuff. eod. tit. num. 16. & 17. Dec. consf. 483. num. 25. Rota decis. 497. par. 2. recent.*

Neque dubitandum est quod hoc casu requira-
5 tur titulus, itaut potius sit agendum de præscriptione, quam de consuetudine, & eo casu probationes non sufficiant dum titulus in spe non deducitur, neque per probatam immemorabilem in genere comprehenditur.

Quia in præsenti hæc consuetudo non tendit cōtra ius, nam certum est quod iniustè carcerato tā-
6 quam iustè impedito debetur distributiones. *Nauar. de Cler. non resident. conf. 10. & 11. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 8. vers. 11. ex his Moneta de distrib. par. 2. quæst. 5. num. 8.* Cæterum quod istæ distributiones non computentur Beneficiato
7 post sententiam passam super crimine, sed adhuc pendente appellatione in secunda vel tertia instātia, vel quando in totum non sequitur condemnatio in iure prohibitum non reperitur, quinimmo iudicio adhuc per rem iudicatam non terminato non potest dici detecta culpa inexcusabilis dum per ap-
8 pellationes effectus priorum sententiarum semper suspenditur etiam quoad præsumptionem institiæ prioris sententiæ. *glos. in cap. dilecti filij. de appellationibus. Innoc. in cap. in præsentia, de renunciat. in cap. Bonæ memoriæ. num. 8. de elect. Ant. Gabr. de sent. conclus. 6. num. 23. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. num. 36.* quamuis referat aliam opinionem quoad certos effectus quæ tanto magis videbatur admittenda ex quo hæc consuetudo originem habere visum fuit ex tacita Capitularium renunciatione dum in fine anni soleat fieri excom-
9 putatio in qua si admittantur distributiones taliter carceratis inde sequitur quædam voluntaria remissio, quæ in consuetudinem deduci potest. *glos. in verb. suas, in cap. 1. de Clericis non resid. in 6.* & similem Rota non improbauit in causa *Hispal. distributionum 2. Maij 1603. coram Reuer. dd. Decano.*

Negatiua vero resolutio quoad alia per Capitulares prætensa deducitur ex eo, quia consuetudo
10 nō interessendi tendit ad derogationem iuris communis, nempè *cap. primi de Clericis non residentibus in 6. & Tridentini sess. 24. cap. 12.* quatenus autem per statutum Ecclesiæ à Sede Apostolica confirmatum in tempore feriato quies, & recreatio interpellata, aut diuisa per horas & dies conceditur, de hoc non est controuersia quatenus verò prætēdatur extensio ex vi probatæ consuetudinis in diebus Dominicis, & alijs festiuis quæ à statuto prohibentur in hac parte remanent intactæ dispositiones
11 prædictæ, quæ sola consuetudine non possunt abrogari. *Put. decis. 2. de consuetud.*

Neque obstat, quod consuetudines probatæ per 40. annos, vt in præsenti suffragantur etiam ad de-
12 rogationem iuris communis ex eodem *Put. d. decis. 2.* & in alijs causis idem tenuerit *Rota dec. 524. num. 3. par. 1. & 611. num. 3. par. 2. recent.* nec referat quod interpolate, aut diuisim per dies & horas desumatur. *Gonzal. super reg. 8. glos. 43. num. 146. & Garz. de beneficijs par. 3. cap. 2. num. 306.*

Quia quidquid sit an versemur in mera consuetudine, non autem in præscriptione quo casu requi-
13 reretur probatio tituli, vel expresse, vel implicitè probando immemorabilem secūdum distinctionem, quam seruauit Rota articulo discusso in causa *Cordubem. redecimarū 14. Martij 1608. coram Reuer. Decano.* Ex quo immemorabilis cum suis requisitis hic non probatur, attamen etiam vbi agendum esset de cōsuetudine visum fuit nō esse locū consuetudini
14 præscriptæ per 40. annos cum non sit rationabilis, vt in die festo, & Dominicis diebus Chorus destituatur ex libera seruientium voluntate, prout contingere potest si recederent recreandi causa vtendo consuetudine prædicta, neque responsio data vide-
15 tur tollere irrationabilitatem consuetudinis, quia scilicet cultus diuinus sentire non possit detrimentum propter multitudinem ministrorum quæ resident in hac Ecclesia, quia non propter hoc euitatur possibilitas desertionis in totum cultus diuini in Dominicis, & Festis diebus si hæc consuetudo admitteretur.

Et ita &c.

CAP. XVIII.

R. P. D. PIROVANO.

Recanaten. Separationis Thori.

Mercurij 26 Februarij 1625.

ARGVMENTVM.

Maritus pro restitutione Dotis non tenetur vltra quam facere potest, & carcerari non potest, nec huic priuilegio renunciare potest. Obligatio Cameralis continet clausulas amplissimas renunciationum & an tollat priuilegium ne quis teneatur vltra quam facere potest. Separatio Thori non soluit vinculum coniugale, nec tollit ius reuerentialem sæuitia in quo differat ab ingratitudine.

SVMMARIVM.

1. *Excarceratus cum cautione de redeundo ad carceres si habet beneficium quod non possit conueniri vltra quam facere possit, non tenetur redire.*
2. *Maritus pro restitutione dotis non tenetur vltra, quam facere potest.*
3. *Maritus pro restitutione dotis carcerari non potest.*
4. *Obligatio Cameralis continet clausulas amplissimas renunciationum, & signanter omni legum, & iuris auxilio.*
5. *Obligatio Cameralis an tollat priuilegium, ne quis teneatur vltra quam facere potest, & nu. 6.*
7. *Pactum quod maritus conueniatur vltra quam facere potest non tenet, quia est contra bonos mores, & num. 13.*
8. *Marito exhibenda est reuerentia.*
9. *Renunciatio continens turpitudinem non tenet.*
10. *Iuramentum non mutat naturam contractus, nec auget obligationem, sed addit vinculum religionis.*
11. *Priuilegio inducto ratione reuerentiæ renunciari non potest.*

12 *Ingratus est indignus legis auxilio.*

14 *Tacitè, delinquens in legem, non amittit beneficium, deducto ne egeat.*

15 *Defectus potestatis in renunciante reddit renunciationem inualidam.*

16 *In renunciatione expressa, sicut etiam in tacita semper requiritur potestas renunciantis.*

17 *Separatio Thori non soluit vinculum coniugale.*

18 *Separatio Thori non tollit ius reuerentiale.*

19 *Differentia inter sæuitiam, & ingratitudinem.*

20 *Ingratitudo perficitur ex ipso actu, & ex consummatione sequitur effectus pœnæ à lege indictæ, & non datur locus pœnitentiæ ad pœnam euitandam.*

21 *Sæuitia non subiacet pœnitentiæ.*

ANtonius post passā super omnibus bonis executionem pro restitutione dotis, & quarti eiusdem fuit vlterius carceratus pro executione [1] mandatorum Rotalium, postea relaxatus in honorem feriatum Natiuitatis D.N. cum cautione de redeundo ad carceres in termino præfixo, interim autem cœpit prætendere se non teneri redire, ex eo quod conueniri non potest vltra quam facere possit, vnde cum particulariter dubitatum esset An teneretur solum in quantum facere posset, itaut non possit carcerari, dictum fuit non teneri.

Fundamentum resolutionis deductum fuit *ex l.* [2] *maritus. ff. sol. matr.* in qua cauetur Maritum pro restitutione dotis non teneri vltra quam facere [3] potest, cuius priuilegij effectus est ne carcerari possit pro eadem dotis restitutione. *Bald in l. liber captus in fin. C. de postlim. reuers. Franc. Aret. in l. alia. § eleganter num. 1. ff. sol. matr. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 4 vers. fit tandem. Thesaur. decis. 119. num. 2. Franch. decis. 164. num. 2. Brun. de cess. bon. quæst. 33. quart. quæst. princ.*

Neque obstat, quod Antonius pro restitutione dotis, & quarti dotalis cum iuramento, & secundum formam obligationis Cameralis se obligauerit [4] in qua continentur clausulæ amplissimæ renunciationum, & signanter omni legum, & iuris auxilio, [5] quam sufficere ad tollendum priuilegium ne quis conueniatur vltra quam facere potest, renuit Rota ex multorum sententia *in Brundusina pecuniaria, quæ est decis. 485. num. 1. par. 2. recent.*

[6] Quia cum distinctione fuit responsum, quod aut priuilegium prædictum competit renuncianti ratione contractus, vel societatis, & in his terminis procedunt allegata in supradicta decisione, aut priuilegium competit ratione reuerētiæ personæ prout in præsenti, & tunc renunciatio defectu potestatis renunciantis non tenet *l. alia. § eleganter. ff sol.* [7] *matrim.* vbi expressè cauetur, pactum non tenere quod Maritus conueniatur vltra quam facere potest, quia est contra bonos mores, quippe [8] cum contra receptam reuerentiam, quæ Maritis exhibenda est id esse appareat, & hanc partem sequuntur latissimè *Alex. in d. §. eleganter Roman.* [9] *Aretin. Corn.* dicentes non tenere renunciationem ex eo quod inest turpitudo, & alij allegati per *Ladereh. cons. 36. num. 9. Franch. decis. 164. num. 14.* affirmans veriorem esse opinionem. *Couar. in cap. quamuis pactum de pact. num. 6. Barbos. in l. maritum. num. 27. vers. prima limitatio. ff. sol. matr. Mastrill. decis. 93. num. 3. Gomez. de potest. in se ipsum. lib. 2. cap. 24. num. 2. Pascal. de virib. patr. potestatis. par. 2. cap. 9 num. 26. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. glos. 3. claus. 7. par. 11. num. 54. & seq.* omnes affirmantes non teneri etiam si sdhibitum [10] fuerit iuramentum, nam hoc non mutare naturam contractus, nec augere obligationem sed addere vinculum religionis, quæ dum non est in esse deducta propter resistentiam iuris non esse potest ex religione vinculari. *ex alleg. decis. 485. num. 2. in fine* [11] conuenit in hac distinctione, ibi renunciari potest si non sit inductum ratione reuerentiæ.

Quod si dicatur nihilominus de priuilegio *l. Ma-* [12] *ritus. ff. sol. matr.* Antonium iuuari non posse, ex quo per sæuitiam, & ingratitudinem iam ex sententijs Rotalibus declaratur *in l. matrimonij factus sit indignus legis auxilio. l. si ab hostibus. §. si vir uxorem. ff. sol. matr. Bald. in l. vbi adhuc. nu. 21. C. de iur. dot. Anchar. cons. 408. in princ. Lopez. in rubr. de donat. inter virum & uxor. §. 64. nu. 12. Surd. de aliment. num. 1. q. 36. numer. 13. & tit. 7. quæst. 25. nu. 1. & 2. Bertaz. in cons. crim. cons. 551. per tot.* qui in his terminis respondet.

Adhuc visum fuit obiectum posse euitari sequēdo rationes contrariæ opinionis, quam defendunt *glos. in cap. 1. in verb. totam de donat. inter virum. & uxorem. Barbos. post multos in d. l. maritus* [13] *num. 43. & seq. sol. matr.* directè enim, & expressè non tenet huiusmodi renunciatio tamquam cō- [14] tra bonos mores, ergo nec tacitè delinquendo in legem, id videtur licere, prout arguunt *Barbos. ubi* [15] *supra. & Franc. d. decis. 164. num. 3.* quia semper [16] deficit potestas in renunciante, quæ ad effectum renunciationis siue expressè, siue tacitè semper requiritur, nec cessat suppositum reuerentiæ maritalis *in § eleganter pro ratione consideratum,* [17] quia per separationem Thori non soluitur vinculum coniugale. *cap. 1. de diuort. vbi Hostien. sub num. 1.* idem aduertit, vt propterea semper remaneat spes ad eumdem Thorum reuertendi, quate- [18] nus morum reformatio conçurrat, atque ita durat illud ius reuerentiale per quod tale priuilegium à lege iure legitur induitum, nec vrgent rationes, *Bertaz. d. cons. 551.* quia rationibus, & auctoritate *glosa in d. cap. 1. de donat. inter virum & uxorem*, magis inhærendum est, maximè quia adducta per *Bertaz.* non tangunt punctum impotentiæ renunciantis, & quatenus ille arguit ab ingratitudine, vt per eam priuilegia amittantur, in hoc etiam [19] erit aduertendum multum differre ingratitudinem ab ista sæuitia saltem ratione iuris, & effectus, quia [20] ingratitudo perficitur ex ipso actu, & ex consumatione sequitur effectus pęnæ indictæ, itaut non sit locus pœnitentiæ ad illam euitandi, sæuitia autem subiacet pœnitentiæ, & reuersioni ad eumdem [21] Thorum in qua priuilegium potest conseruari.

Et ita &c.

CAP.

CAP. XIX.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Collectæ.

Lunæ 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

Vniuersitatis debitum si illa bona non habeat, non est satisfaciendum a Procuratoribus, qui pro ea contraxerunt; sed de pecunijs particularium mediante impositione collectæ, quæ in casu necessitatis potest imponi ab ipsa Vniuersitate absque auctoritate superioris.

SVMMARIVM.

1 *Executio reseruata intelligitur Iudici appellatione remota deputato.*
2 *Executionem realem non extare probatur per relationem executoris, & per citationem debitoris ad ostendendum bona, super quibus fieri possit executio.*
3 *Vniuersitatis debitum, si illa non habeat, tenentur soluere illius particulares homines.*
4 *Vniuersitatis debitum illam tangit principaliter, secundario particulares.*
5 *Vniuersitatis debitum ad illam, & eius particulares pertinet non ad eos, qui tamquam Procuratores contraxerunt remissiuè.*
6 *Collecta imponenda per Consules, illis recusantibus imponenda est per Iudicem.*
7 *Collecta in casu necessitatis potest imponi ab Vniuersitate absque auctoritate superioris.*
8 *Sententia ferenda ad formam voti censetur continere tacitè, quod in voto continetur.*
9 *Rationem reddere non tenetur qui non administrauit.*

CVm hæc causa penderet coram R. P. D. Raymundo, petitum fuit primò votum huius Tribunalis, iuxta formam rescripti Signaturæ, & deinde ad formam eiusdem Voti pronunciatum, vt scilicet per Vniuersitatem Calceolariorum conseruari deberent indemnes Roggerius Fatius, Stephanus Ventura, & alij qui se pro dicta Vniuersitate obligauerant in aliquibus contractibus Censuum, & societatum Officiorum, & quod ad eamdem Vniuersitatem spectare deberet onus, tàm solutionis fructuum, qui soluti fuerant, vel solui debebant imposterum, quàm sortis, quandocumque casus illius restitutionis venisse; Cum ex decisionibus Rotalibus coram Reuerendissimo D. meo Decano, quæ pro voto datæ fuerunt, duo firmata fuissent, nempe mandatũ ab eadem Vniuersitate datũ dd. hominibus tã expresse pro contrahendo hoc ęre alieno, vt emi possent nonnullæ domus, quæ erant iuxta Ecclesiam ipsius Vniuersitatis, quàm tacitè, sed cum ratificatione expressa eiusdem Vniuersitatis pro reparandis dd. Domibus, Et conuersio pecuniarum, quæ in vim vtriusque huius mandati acceptæ fuerunt in dictos vsus, ita vt, sicut dicitur in eisdem Decisionibus non potuissent hi Mandatarij maiori cum fide eadem mandata exequi.

Super executione huius sententiæ actum fuit coram diuersis Iudicibus, & ante omnes coram eodem R. P. D. Raymundo (cum propter clausulam, 1 *appellatione remota*, reseruata eidem fuisset propriè sententiæ executio, iuxta notata in *cap. Pastoralis. §. præterea. de off deleg. & per Franch in cap. Pastoralis. nu. 5.* vbi etiam *Abb. nu. 9. Bellam. nu. 6 de appellat.* & extraordinario remedio restitutionis in integrum fuisset per ipsam Vniuersitatem renunciatum.) Quibus cum ego successissem, dedi Dubium, quomodo procedendum esset ad vlteriora in executione eiusdem sententiæ, quia iam illa in parte effectum suum habuerat per executionem factam super bonis eiusdem Vniuersitatis coram eodem D. Raymundo, & solum hodie quærebatur de complemento eiusdem executionis, & plena atque integra releuatione Mandatariorum, qui vexabantur ab alijs creditoribus, quibus ex prima executione satisfieri non potuit, Hoc autem dubiũ cum hodie proposuerim, Responderunt Domini esse locum impositioni Collectæ, reseruando tamen vt videretur, pro qua summa esset imponenda.

Et duplex fuit ratio huius resolutionis, vt hoc modo suam vltimam executionem habere deberet hæc sententia: Prima, quia cum non impugnaretur eiusdem sententiæ validitas, hic erat vnus ex modis à iure approbatis, vt postquam probatum fuerat hoc debitum verè fuisse ipsius Vniuersitatis, 2 & nihil amplius ex illius bonis supererat, (id quod hodie iustificatum fuit tam per relationem Executoris, quàm per citationem executam contra ipsam Vniuersitatem ad ostendenda bona, super quibus eadem executio fieri posset iuxta praxim, quam ponit *Angel in authentica vt si debitor. nu. 5. C. de pignor. Alex in l. Prætor §. hoc Interdictum. nu. 4. ff. de oper. nou. nunciat.* quamque in his terminis probauit *Rot. in Causa Anconitana Florum 10. Maij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano*) Particu-3 lares illius homines, ex quibus ipsa constituebatur, hoc eiusdem Vniuersitatis debitum soluere tenerentur, vt fuit prima opinio *glos in l. 1. §. quod si nemo. in verb. Proconsul. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine.* quam secuti fuerunt ibi *Bart numer. 3. & in l. 4. §. actor num. 1. Castr. num 3. Alex. nu. 13. ff de re iudic. Bald. in l. Ciuitas. in lect. antiq. num. 10. ff. si cert. pet. & in l. etiam. num. 3 in fin. C. si in executionem rei iudic. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de Censib. & exact. § nunc dicen. num. 8. vers. Quibus autem eorum Felin. post glos. in cap. ex dilecta. num. 20. rescr. & in cap. cum omnes. num. 16. de constit. Guid. pap. decis. 7.* & alij relati in *d. Anconitana Florum*, & nouissime in *Romana Officij 21. Iunij 1632 coram eod. R. P. D. meo Pirouano.* hic enim est huius impositionis effectus, sicut dixit idẽ *Bart. in d §. quod si nemo. num. 4.* vt pecunia priuatorum redigatur in bursam ipsius Vniuersitatis, vt dum illa bonis communibus caret, quibus satisfacere possit suis Creditoribus particulares eiusdem Vniuersitatis homines efficiant, quod ipsa eadem 4 bona habeat, cum & illud quoque verum sit, vt idem debitum, quod principaliter tangit ipsa Vniuersitatem, secundario etiam respiciat Ius singulorum, qui sunt sub eadem Vniuersitate, vt fuit ratio *Bald. in l. 2. num. 6. C. quæ sit long. consuet.* quam secutus fuit *Ferret. in cap. cum omnes. num. 29. de constit.*

Gratian. decis. Marcb. 217. num. 2.

Quibus positis & de iure firmatis, non poterat in eo vis fieri, quod in Decisionibus Rotalibus, ad quarum formam fieri debuit sententia, dictum fuerit, vt hoc debitum solum spectaret ad ipsam Vniuersitatem, non autem ad illius particulares homines, cum non aliter ijdem particulares ad hoc cogi possent, quàm si hoc debitum primò, & principaliter esset ipsius Vniuersitatis, vt dixit *Bald. in l. 2. eod. nu. 6. C. quæ sit long. consuet.* ipsi vero particulares homines licet singuli per se non considerentur hoc casu, nisi tamquam de corpore ipsius Vniuersitatis secundum *gloss. in cap. cum dilecta. in verb. restitutis de rescr.* vbi etiam *Felin. num. 20. Albric. de Rosat. in l. 1. num. 7. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Aegid. Thom. in tract. de Collect. in §. exposuimus. num. 2.* Quamuis neque ex eisdem decisionibus id colligi, aut deduci poterat, vt quia hoc debitum ad d. Vniuersitatem dictum fuit pertinere non etiam pro eo teneri deberent ij, ex quibus ipsa constituebatur, cùm imò totum contrarium fuerit

5 suppositum in vltima decisione, quæ fuit sub die 9. Decembris 1624., dum dictum in ea fuit, vt onus eiusdem debiti pertinere deberet in posterum ad Vniuersitatem, & illius homines, non autem ad eos, qui tamquam Procuratores, & solum nomine ipsius Vniuersitatis contraxerunt.

Altera fuit ratio, quòd hic modus, *quo ipsa sententia* posset suam executionem *habere per* impositionem alicuius Collectæ expresse datus fuerat, & præscriptus in prima Commissione huius Causæ, in qua delegatus fuit R. P. D. Raymundus, vt propterea non solum non posset alius modus seruari in perficienda eadem executione, sed cessaret inde omnis dubietas super Iure, & facultate imponendi huiusmodi Collectam, eò quod id Ius prohiberetur, & nominatim adempta esset hæc facultas Consulibus, & Camerarijs artium ex dispositione *Stat. Vrbis lib. 3. cap. 43.* quia postquam eadem facultas, vt posset hæc Collecta indici, non tam concessa fuit à Principe, quam expræssè imperatum, vt imponi deberet, quando ita Iudici videretur, non poterat

6 eadem Collecta, quæ per Consules imponenda erit, siue illis recusantibus per ipsummet Iudicem secũdum Theoricam *Bart. in d. l. 4. §. actor. num. 6. ff. de re iudic. Guidop. quæst. 87. num. 2.* dici posita, nisi eiusdem Principis auctoritate: Quamquam ea distinctio communis est etiam in hac materia, vt so-

7 lum extra casum necessitatis opus sit hac superioris auctoritate, in causa vero necessaria eadem Vniuersitas possit ipsa sibi hanc Collectam imponere, vt tenuit *Bal. in l. 2. C. de superindicto. lib. 10.* & in *l. vn. num. 4. C. de mulierib. in quo loc. muner. vel honor. agnoscant. eod. lib. 10.* cuius auctoritatem secuti fuerunt *Alex. in l. 4. num. 13. Rip. nu. 28. ff. de re iudic. Felin. in d. cap. cum dilecta. num. 20. de rescr. Gulielm. Mayner. in l. alia. §. refert. num. 83. ff. de reg. iur.*

His ita constitutis non visæ fuerunt esse alicuius considerationis duæ difficultates, quæ in memoriali dato per ipsam Vniuersitatem excitatæ fuerunt, vt retardari deberet hæc indictio Collectę, & executio sententiæ, Quòd scilicet in eadem sententia R. P. D. Raymundi non reseruata fuerint Iura Vniuersitati contra eos, qui pecunias dederunt, (sicut eadem Iura reseruabantur in Voto, & Decisionibus) & quod non posset huic Collectæ locus esset, antequã per ipsos Mandatarios redderetur ratio bonorum ipsius Vniuersitatis, super quibus facta fuerat prima Executio. Quia quantum ad priorem difficul-

8 tatem non ideo, quòd facta non legatur in sententia ea reseruatio, dici potest vt illam denegare voluerit, cum satis ad hoc sit, vt in voto ad cuius formã fieri debebat sententiam, nihil additum aut diminutum fuerit, vt ipsi voto conformis in hoc quoque dici deberet, etsi non expresse, saltem tacitè continere censeretur id, quod continebatur in eodem voto, vt in his terminis voluit *Cast. in cons. 30. sub nu. 1. vol. 2. argumento l. asse toto. ff. de hered. instit. & l. si ita scripsero ff. de condit. & demonstr.* sed hęc præterea nullitas, quæ obijciebatur dictæ sententię, expresse sublata fuerat ex altera Commissione directa R. P. D. Ferro, in qua inter alias facultates, hoc etiam illi concessum fuit, vt posset ad vlteriora procedere, non attenta hac nullitate, quæ in specie fuit narrata.

Quò vero ad alteram exceptionem non poterat hæc ratio bonorum ipsius Vniuersitatis, quæ capta fuerunt in executionẽ Iudicati, peti ab ipsis Man-

9 datarijs, dum nunquam illi administrarunt eadem bona, vt hanc administrationem videbatur supponere *ea rationis redditio, secundum l. 3. §. hac actio. ff. de negot. gest.* sed Iure Creditoris fuerunt primò eadem bona subhastata, & postea publica auctoritate assignata Creditoribus ipsius Vniuersitatis, cũ bona, quæ occasione primæ executionis capta fuerunt in causam Iudicati, in vim Breuis Sanctissimi D. N. fuerunt per Eminentissimũ Cardinalem Camerarium vendita Monasterio Monalium *Discalceatarum*, & pretium eorumdem bonorum consignatum ab eodem Card. Camerario Creditoribus eiusdem Vniuersitatis, semper citatis illius Consulibus, & cum obligatione eorumdem Creditorum restituendi alijs prioribus, aut potioribus pretium, quod tunc recipiebant: Et ita sola hæc ratio poterat haberi eorumdem bonorũ, quanta scilicet pars debiti eiusdem Vniuersitatis extincta ex illis fuerit, & quæ summa hodie supersit; quod pertinet ad alteram partem huius Dubij, quam in hac disputatione Domini reseruare voluerunt.

Et ita, &c.

CAP. XX.

R. P. D. MANZANEDO.

Narnien. Terrarum.

Luna 6. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Constituta sorori dote à fratre in scutis 5. mil. solutisque per eum scutis mille in pecunia numerata, & pro reliquis scutis bis mille assignatis tot bonis stabilibus, pacto expresso, quod quando frater reperiret commoditatem pecuniarum posset cogi ad exigen. dicta stabilia pro eodem prætio, & e contra quid idem frater possit cogere ad sibi restituendum dicta bona quætitur quando dicatur frater habere commoditatem pecuniarum &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quando importat conditionem.*
2 *Qui se fundat in conditione debet probare illius aduentum.*
3 *Obligationi conditionali non dicitur factus locus, nisi probetur illius aduentus.*
4 *Non dicitur habere commoditatem pecuniarum qui illas non habet in pecunia numerata.*
Pro redemptione bonorum non tenetur qui res suas proprias vendere, & distrahere.
5 *Non videtur quis posse redimere si non potest commode redimere.*
6 *Quando dicatur quis commode soluere posse, & num. 9.*
7 *Verba fauore dotis non debent rigorose accipi, sed benigne interpretari.*
8 *Promissio dotis si facta fuerit in pecunia, & obligatio soluendi in bonis, non promissio, sed obligatio est attendenda.*
10 *Ex verbis instrumenti colligitur qualis fuerit mens contrahentium.*
11 *Mens contrahentium, illorumque intentio debet principaliter, & ante omnia attendi.*

Contracto matrimonio de anno 1613. inter D. Io Paganum de Ciuitate Ducali, & D Elisabettam Arcam de Narnia cum dote scutorum 3000. quam D. Fabius Arca eius germanus frater soluere promiserat Constantino Pagano, & dicto Ioanni eius filio fuerunt primo loco per eundem Fabium exbursata scuta mille in pecunia numerata, & reliqua scuta bis mille assignata in tot terris existentibus in territorio Narniæ cum hoc tamen expresso pacto, videlicet, & quando idem D. Fabius reperiret commoditatem pecuniarum possint, & valeant prædicti DD. Constantinus, & Ioannes cogere ad recipiendum easdem terras, vel eosdem ce: sus pro eodem met prætio, & valore, quo eisdem fuerint appretiatę, & consignatæ, & sic e contra, idem D. Fabius posset cogere illos ad restituendũ easdẽ terras, vt sunt verba formalia instrumenti dotalis obligatione Camerali vallatis *Sum. Ioannis num.* 1.

Dissoluto matrimonio per mortem D. Elisabettæ superstitibus filijs, D. Ioannes de anno 1623. egit vigore dicti pacti in instrumento dotali appositi coram R.P.D. Bolognetto Iudice ab A.C. deputato, & præuia oblatione dd. terrarum vt supra sibi consignatarum obtinuit relaxari mandatum pro dictis scutis 2000. a quo decreto relaxationis mandati cum D. Fabius appellasset, & obtinuisset causam in Rota mihi committi cum clausula si quid exequeñ dedi dubium an dictum mandatum esset exequeñ quo semel proposito sub die 20. Iunij præteriti, & nõ resoluto, illud hodiè repropofui, & DD. dixerunt mandatum non esse exequen. moti ex eo quod dictum pactum cuius vigore fuit actũ, nempe quando Fabius reperiret commoditatem pecu- 1 niarum, erat conditionale propter dictionem illam quando vt notat. *in tex. l. cum vir. ff. de cond. & demon. & per Dec. conf.* 421. *num.* 5. *Crauett. conf.* 15. 2 *num.* 3. *Surd. conf.* 298. *nu.* 35. & ideò Ioannes qui se fundabat in illo tenebatur probare aduentum 3 conditionis, & sic quod Fabius haberet commoditatem pecuniarum ita vt possit soluere dicta scuta 2000. alias non dicebatur factus locus obligationi, & exequtioni illius, *iux. tex. in l. bouem §. si sub conditione. ff. de edilit. edicto. l. cedere diem. ff. de verb. sign. Dec. conf.* 107. *prope fin. vers. & ideo ista conditio, & dicto conf.* 421. *nu.* 6. *Caputaq. dec.* 338. 2 *num.* 2. *&* 3. *par.* 1.

Neque visum fuit ad hoc probandum posse suffragari, quod deducebatur pro parte Ioannis, videlicet quod Fabius habuisset hæreditatem Ludouici Arcæ eius patrui opulentam prout dicitur apparere ex inuentario quod datur *Sum. num.* 3. in quo reperiuntur descripta, & inuentariata inter alia bona loca montium, societates officiorũ, & pecuniæ numeratæ, quia aduertebant DD. vltra fideicommissum strictissimũ, quo est vinculata dicta hæreditas ad æs alienum, onera hæreditaria, quotannis implenda ex præcepto eiusdem Ludouici testatoris, necnon etiam ad numerum filiarum Fabij in ætate nubili existentium, ex quibus non videbatur posse dici probatam prætensam comoditatem Fabij de soluẽdo dicta scuta 2000 maximè quia ad hunc 4 effectum deberet etiam probari quod illa esset pænes Fabium in pecunia numerata, ad hoc vt posset redimere dicta bona, cum alias non teneatur pro dicta redemptione facienda, res suas proprias ven- 5 dere, & distrahere per *tex. in l. si seruus.* 22. *§. is qui pignori ff. de noxal actio. vbi glos. in l seruum qua dicit*, quod non videtur quis posse redimere, si non potest commode redimere, & alia *glos in l. nepos proculo.* 125. *verb. alieno potero. ff de verb. signif.* dicit quod esse potest, quod etiam ęre alieno soluto, non possit quis commodè soluere habito respectu 6 ad substentationem suæ familiæ, & dignitatis, nec propterea protinus cogendus est ad distractionem rerum suarum, & hoc idem tradit ibidem *Alciat. sub nu.* 10. *& nu. seq. & notat.* Bald. *conf.* 301. *nu.* 3. *lib* 2.

7 Non obstat quod verba dicti pacti non debeant ita rigorose accipi, sed potius benignè interpretari fauore dictæ dotis, quæ fuit promissa in pecunia, licet Ioannes fuerit contentus eam accipere in bonis cum dicto tamen pacto, quia fuit consideratum, quod licet promissio dotis esset facta in pe- 8 cunia, tamen obligatio soluendi, quæ debet attendi legitur facta in bonis pro rata scutorum 2000. & quamvis pactum prædictum videatur respicere fauorem Ioannis tamen fuit potius appositum fauore Fabij, vt scilicet ipse quando reperiret commo- 9 ditatem pecuniarum posset cogi ad redimendum dicta bona intelligendo dictam commoditatem vt supra fuit dictum quod clarius videtur apparere ex instrumento assignationis dd. bonorum in quo Ioannes se obligauit retinere dicta bona, eaque custodire ad effectũ restituendi Fabio iuxta formam instrumenti dotalis, & sic ex dicto instrumento colli- 10 gitur qualis fuerit mens partium ab initio pręseruandi scilicet facultatem Fabio redimendi dicta bona, quæ mens, & intentio contrahentiũ debet principaliter, & ante omnia attendi. *l. in conuentio-* 11 *nalibus* 52. *ff. de verb. oblig. l. in conuentionibus* 219. *ff. de verb. signif. Aym. conf.* 15. *nu.* 7. *& conf.* 33. *nu.* 21. *Natt. conf.* 176. *nu.* 6.

Et ita decisum &c.

CAP. XXI.

CAP. XXI.

R. P. D. ORTEMBERGO.

Iacen. Portionis.

Luna 1. Februarij 1610.

ARGVMENTVM.

Carceratus facto, & culpa sua, non facit distributiones quotidianas suas vbi de excommunicato, an etiam amittat fructus beneficij, & an incidens in excommunicationem maiorem ob percussionem in Clericum tl. stam ab Episcopo absolui possit, ita vt faciat saltim fructos suos.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus facto, & culpa sua non lucratur fructus, qui consistunt in distributionibus quotidianis.*

Excommunicatus non lucratur fructus beneficij.

Injeciens manus violentas in clericum licet incidat in excommunicationem maiorem, tamen ab Episcopo absolui potest.

Absolutus dicitur esse in bona fide, & facit fructus suos.

2 *Sententia condemnans aliquem ad restitutionem fructuum, intelligenda est de fructibus ab ipso perceptis, non autem ab alio.*

3 *Iudex admittens articulos, mandando illos intimari parti ad effectum dandi interrogatoria, & videndum iurare Testes, si intimatio subsequatur, non est necessaria alia citatio.*

CVM D. Hieronymo tantum informante fuissent liquidati fructus à die 24. Decembris 1602. quo fuit spoliatus vsque ad 10 Octobris 1607. quo fuit reintegratus: iterum proposito dubio vtraque parte informante Domini resoluerunt subducendū esse tempus carcerationis propter excessum cōmissum, in percutiendo Sacristam maiorē, quod durauit vsque ad 21. Octobris 1603. 1 nam Carceratus facto, & culpa sua, non potuit lucrari huiusmodi fructus, qui dicuntur consistere in distributionibus quotidianis quos cum nō lucrentur ij, qui non interfunt diuinis, *Couar. var. resol. lib. 3. c. 13. num. 8. vers. fi idque etiam alia ratione*, quia per idem licè tempus ob dictam causam fuit excommunicatus, *cap. pastoralis in fine, vbi glos. final. vers. distingue vtrum de appellat. Couar. in d. c. 13. num. 8. vers. 22. Put. decis. 280. lib. 1. Than. decis. 26.* postquam verò ab ipso Episcopo fuit absolutus, & liberatus ex carceribus, distributiones ei debentur, nam & si iniiciens manus violentas in clericum incidit in excommunicationem maiorem *can. si quis suadente diabolo 17 quaest. 3.* nec absolui potest, nisi conspectui Apostolico se praesentauerit, tamen etiam Episcopus certis casibus potest absoluere ab huiusmodi excommunicatione, *vt not. in c. peruenit vbi Abb. num. 2. de sent. excomm. Soccin. in cap. officij num. 58. vbi in vers. sed dicit Hostien.* concludit totum commisti arbitrio Episcopi, quae fit leuis percussio, *Turrecremat. dist. 1. si quis suadente num. 11. in fine vers. septimus Chrysostomus, Nauar. in manual. cap. 27. num. 9.* & in omnem euentum absolutio causat bonam fidem, qua stante potuit facere fructus suos, vt post *Innoc. in c. consultationibus, tradit ibidem Abb. num. 5. vers. sed dubitatur de iure pat.*

2 Non obstat quod sententia condemnans Capitulum de restitutionem fructuum, intelligenda est de fructibus ab ipso Capitulo, non autem ab alio perceptis, *Rota decis. 1. in fine de renunc. in nou. Put. decis. 4. de fructibus, & decis. 198. lib. 3. Achill. decis. 21. de restit. spoliat.* quia non constat aliunde percepisse hos fructus, & si fortè Capitulum dedit portionario e se vti ad nutum amouibili in locum d. Hieronymi substituto, cum ille causam habebat à Capitulo, idem esset, ac si Capitulum percepisset, *Acchill decis. 20. in fine de restit. spoliat.*

3 Non obstat defectus citationis ad videndum iurare testes; nam quando iudex admisit articulos, mandauit illos intimari Capitulo ad effectum dandi interrogatoria, & videndum iurare testes, quae intimatio fuit subsequuta, ideoque, non fuit necessario repetenda alia citatio, vt fuit tentum *in Calagurritana Iuris votandi 19. Ianuarij 1590. coram bon. mem. Orano in Toletana Decimarum de Sabedon. 6. Februarij coram R. P. D. Decano, & in Calagurritana oblatorum 26. Martij eodem anno coram Reuerendissimo Perusino, & alias saepius.*

CAP. XXII.

R. P. D. DECANO.

Romana fideiussionis de repraesentando.

Veneris 16. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Fideiussori de repraesentando dari debet terminus vnius mensis ad ipsum debitorem repraesentandum, non obstante iuramento, & Camerali obligatione, & amplius post susceptum terminum, & post mandati relaxationem potest moram purgare, si ius partis non est factum deterius, & hinc sumpta occasione magistraliter explicantur multa notanda super purgatione morae, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio est initium morae, sed non est ipsa mora.*

2 *Mora non incurritur statim post interpellationem, sed postea, & infra quod tempus.*

3 *Fideiussori de repraesentando non potest denegari terminus vnius mensis ad repraesentandum.*

4 *Mora de aequitate Canonica potest purgari, vbi ius partis non fuit factum deterius.*

5 *Mora potest purgari de aequitate Canonica, sed intra breue tempus, & quale dicatur istud tempus breue.*

6 *Mora potest purgari de aequitate Canonica, non obstante statuto Vrbis, volente quod in causis seruetur ius ciuile, & non Canonicum.*

Ius Canonicum, & non ciuile seruandum est, vbi agitur

agitur de materia iuramenti, etiam inter laicos, ibid.

7 *Mora in contractibus inexpurgabilis est, quando hoc verum sit.*

Diem venisse quando dicatur, ibid.

8 *Fideiussor de repræsentando aliquem, faciendo sui posse censetur liberatus, nisi fuerit adiecta clausula, alias de suo teneri voluit.*

9 *Clausula omni meliori modo, censetur apposita in contractibus ad effectum sustinendi contractum, non autem ad effectum contrarium.*

10 *Mora nunquid purgari possit post rem iudicatam, & aduersus Cameralem obligationem.*

11 *Instrumenta habentia exequutionem paratam, aquiparantur rei iudicatæ.*

12 *Possessio capta vigore primi decreti habetur pro nuda detentione, & per eam nec etiam acquiritur dominium.*

Mora vt non possit purgari post factam exequutionem, requiritur, vt exequutio sit perfecta, alias secus, ibid.

BOninus promisit repræsentare debitorem ad beneplacitum Poggioli creditoris, alias voluit teneri de proprio ad solutionem sent. 200. ad quæ prætensus debitor tenebatur, post aliquot dies, cũ d. Boninus fuisset interpellatus ad repræsentandum debitorem, & contra illum relaxatum mandatum, & vigore primi decreti capta pignora suscepit terminum 30. dierum ad repræsentandum, qui iuxta stylum Curię concedi solet & elapsis dictis 30. diebus statim post quindecim alios dies repræsentauit debitorem: vnde dubitatum fuit die 3. Iulij superioris anni, an d. Boninus fideiussor potuerit purgare moram? & affirmatiue fuit resolutum, quæ sententia etiam hodie placuit Dominis.

Et pro resolutione difficultatis duo prænotarunt alterum quod statim post interpellationem in hoc 1 casu fideiussor non incurrit moram. Nam cum certa dies obligationi non fuisset apposita interpellatio est initium moræ, non autem ipsa mora, vt probatur ex *l. mora, ff. de vsur.* vbi Iurisconsultus, mora inquit, fieri intelligitur non ex re &c. quod apud iudicem examinabitur, & infrà, An mora facta intelligatur, neque constitutione vlla, neque iuris authorum quæstione decidi posse, cum sit magis facti, quam iuris interpellatio igitur est initium moræ, quæ paulatim nascitur, & momenta haber, interpellationi enim coniunctus est temporis lapsus, & eius rei probatio coram iudice facta, vt habetur in *d. l. mora ff. de vsur. & in l. si per te. C. eodem tit.* & hæc omnia moram conficiunt, quam non immerito Iurisconsultus in *l. hominem certum in fin. ff. mand. frustrationem appellat, & sensit in l. 2. in fine ff. de vsur.* quæ frustratio non est in efflagitatione, sed in negligentia post efflagitationem; ex quibus postmodum mora conficitur, vt bene aduertit *Aemil. Ferret. de mora num. 26. & 29.* & optimè facit *gloss. in l. Aemilius in verb. restitui, ff. de minor.* vbi quod omnis interpellatio siue legis, siue hominis spatium quoddam continet saltem ta- 2 citum, ne statim post interpellationem morã quis incurrisse dicatur, quam glossam sequitur, & singularem appellat. *Bald. in c. 1. num 5. vers. hoc intellige, de nou. form. fidelit. Rom. cons. 27. in fine. Pur. in l. vinum, col. 2. ff. si cert. pet. Gabriel de solut. conclus. 9. limit. 13. num. 30.*

3 Alterum est, quod post relaxatum mandatum fideiussor non incidit in moram, quia cum ipse obligatus esset ad repræsentandum non adiecta certa die, non potuit illi denegari tempus vnius mensis petitum ad repræsentandum, cũ semper in his terminis tempus debeat concedi ad qualitatem impedimenti commensuratum, *auth. de fideiuss. §. si verò intercessor*, ibi, & causæ præsidens iudex dat tempus, & infrà, oportet enim tempus à iudice definiri, *vbi gloss. in verb. dat tempus. Ioann. Andr. ad Specul. in tit. de accusat. §. si quitur, num. 16. vers. in secundo autem, in additione incip. Odofr. in verb. exceptione litt. I.* & propterea cum de stylo Curiæ detur mensis, mora considerari non potest, nisi post lapsum illius.

4 His præmissis cum ius partis non fuerit factum deterius, vt fuit ostensum in illa decisione, Domini dixerunt de æquitate Canonica moram in casu, de quo agitur potuisse purgari, etiam quod adesset iuramentum, vt expresse colligitur ex textu *in cap. apud misericordiam 32. q. 1. & in cap. beatus 22. q. 2. & in cap. ex litteris, de consi. per quæ iura idem affirmat Bald. in l. qui crimen. num. 20 q. 11. C. de his qui accus. non poss. Alex. in l. si quis maior, nu. 7. ante fin. vers. fallit tamen C. de transact. Imola in c. dilecti, nu. 13. vers. ex hoc habet vnum intellectum Butr. num. 20. vers. quædam est conuentionalis, de arbitr. Host. in summ. eod. tit. §. quid constituat, numer. 8. Dec. in cons. 138. num. 7. post med. Ias. in § si quis postulante nu. 16. instit. de act. Marsil. sing. 463. Gramm. decis. 95. ad finem. Gozad. cons. 66. nu. 13. vers. quarto, lib. 1. Bolognett. in l. si quis maior, post num. 92. ad finem C. de transact.* vbi quod ita seruatur per totam Italiam. *Seraph. de priuileg. iur. priuileg. 48. num. 8. & seqq. Ferret. de mora, nu. 57. post medium, vers. dissimilis. Cumia. super ritib. Mag. Curia Sicilia cap. 65. num. 13.*

5 Et quamuis conclusio procedat, dummodo mora purgetur intra breue tempus, vt deducitur ex *text. in l. Sancimus. C. de fideiuss. & in l. & si post tres, ff. si quis cautio,* & in hoc casu prætensũ tempus 15. dierum visum fuit Dominis breue; *ex d. l. sancimus,* vbi quod mora potest purgari intra tempus commensuratũ tempori principaliter concesso, secundum lecturam *Bald. & Ang. qui text. licet loquatur in fideiussore iudicij, vt not. ibidem Bald. num. 1. vers. in tud. Bart. in l. si insulam, nu. 4. & 9. ff. de verb. obligat.* qui potest moram purgare etiam quod sit adiecta dies, & pœna, vt habetur in dicto textu. attamen idem dicendum est in fideiussore, de quo agimus, quia cum illi legitimè fuerit concessus mensis ad repræsentandum, intra alium mensem potuit purgare moram, ergo multo fortius intra 15. dies eoque magis cum Domini vsi fuerint authoritate dicti textus ad informandum animum suum, quod mora intra dictos 15. dies purgari potuerit, cùm quod sit breue tempus, in quo mora possit purgari, iudicantis Religioni relinquatur. *Alex. cons. 14. num. 4. vers. præterea, lib. 2. & cons. 9. in fin. lib. 7. gloss. in d. l. si post tres, in verb. plusue, ff. si quis caut. vbi etiam Ias. num. 6. qui de communi. Dec. cons. 138. num. 7. vbi pariter de communi.*

6 Non obstat, quod propter statutum Vrbis disponens,

nens, quod seruetur ius ciuile inter ciues, & incolas mora purgari non potest, stante iuramento per *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 48. num. 23.* quia fuit responsum, verissimam conclusionem supra firmatam, quod scilicet de æquitate canonica, etiã quod adsit iuramentum, mora potest purgari, si ius patris non est effectum deterius, & propterea non obstare statutum, quod seruetur ius ciuile, quia cum tractetur de iuramento, etiam vbi ius ciuile viget, ius canonicum seruandum est etiam per iudices laicos *cap. 1. de nou. oper. nunciat.* & ita ponderat ipsemet *Seraph. loco proxime allegato*, ac etiã si essemus in terris imperij, vt aduertit *D. Prosper Farinac. de carceribus, & carcer. q. 34. num. 137. & seqq. & præsertim nu. 141.*

7 Neque est verum quod mora in contractibus videatur impurgabilis ex *l. magnam C. de contrah. & committ. stipul. & in l. Celsus ff. de arbitr. & in l. qui Romæ §. Callimachus ff. de verb. oblig.* quia hæc iura procedunt, quando est apposita dies, & pœna, vt declarat *Ferret. de mora num. 57.* in casu autem nostro certum est neque diem, neque pœnam fuisse appositam; non diem, vt patet ex serie facti supra narrata, neque dies tacita, hoc est dies vltima termini 30. dierum habenda est in consideratione ad effectum, de quo agitur, quia tunc propriè non dicitur venisse dies, cum neque certa dies, neque commensurata tempori certo in contractu fuisset apposita, quo casu solũ dicitur diem venisse, & esse certã *l. ex his. C. quando dies legat. ced. l. primo Heliodoro ff. eod. Iacob. de Aren. C. eod. tit.* sed post illos 30. dies fuit purificata conditio obligationis, quia cum dies incerta ab initio fuisset apposita, illa non facit diem, sed conditionem, *l. huiusmodi in fin. quand. dies legat. ced. l. hæres meus, in 2. dicto, ff. de cond. & demonst. & in l. quibus diebus, §. quidam Titio ff. eod. tit.* & propterea post mensem fuit tantum purificata conditio, non autem venit dies certa, quasi fuisset apposita ab initio, ideoque est locus purgationi moræ, vt in terminis dicit *Bart. in l. si insulam nu. 5. ff. de verb. oblig.*

8 Neque etiam pœna in hac facti specie fuit apposita. Nam verba illa, alias voluit teneri de suo &c. fuerunt apposita ad effectum, quod fideiussor, quantum in se est repræsentando debitorem non censetur liberatus, cum alias faciendo suum posse fuisset liberatus *Bal. in § si quis alium, num. 1. instit. de inutil. stipul. Curt. Iun. in cons. 142. num. 19. Alciat. in l. 4. §. Cato, num. 13. ff. de verb. oblig. Couarr. in cap. quamuis pactum par. 2. § 5. n. 5. col. 7. de pact. in 6. Bertaz. de clausul. claus. 4. gloss. 6. n. 2. gloss. 10. nu. 1.* & quatenus ista esset pœna, non referret, cum vtrumque requiratur ad effectum, vt mora non possit purgari, videlicet dies certa, & pœna, vt per *Ferr. de mora nu. 57.*

Neque prædictis resistit *Put. in dec. 66. parte 3.* quia loquitur, quando post certam diem est apposita resolutio contractus, quæ hic non adest, vt patet ex superius deductis, & in istis terminis loquuntur etiam *Dec. in cons. 452. numer. 17. Grat. cons. 93. nu. 77. lib. 1. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 48 num. 20.* Prout nec etiam resistit, quod fi-

9 deiussor se obligauerit cum clausula, & omni meliori modo &c. quia hæc clausula censetur apposita ad effectum sustinendi conclusionem. *Fel. in c. cum super nu. 11. de offic. deleg. Soccin. cons. 73. n. 4. lib. 3.* & propterea non debet operari contrarium effectum, quod accideret si propter eam esset adempta facultas purgandi moram, quia moræ purgatio respicit subsistentiam, & obseruantiam contractus, vt in simili clausula, & in puncto de purgatione moræ dicit *Cephal. in cons. 25. nu. 43. & seqq. lib. 1.*

10 Denique non obstat, quod fideiussor erat obligatus in forma Cameræ, quæ obligatio habet executionem paratam, & ideo post petitionem executionis fideiussor nõ erat admittendus ad purgationem moræ, sicuti quis post rem iudicatam non admittitur. *Ang. in l. si insulam, num. 2. in puncto. Imola num. 3. Rip. nu. 14. & 15. ff. de verb. oblig.* quia huic motiuo fuit responsum, hanc conclusionem non applicari ad nostrum casum, procedit enim quando certa dies ab initio fuit apposita. Nam illa adueniente, incurritur mora, & secunda mora contrahitur post rem iudicatam, & in casu duplicis moræ non admittitur purgatio, & propterea quamuis idẽ videatur dicendum quando obligatio habet executionem paratam, quia si adest dies, illa adueniente,

11 incurritur mora, & post petitam executionem secunda mora, quia obligatio habens executionem paratam æquiparatur rei iudicatæ, vt declarat *Rip. in l. si insulam num. 14. ff. de verb. oblig.* attamen in hoc casu vnica tantum adest mora, cum obligatio non habeat diem, & ideo petitio executionis nõ operatur secundam moram, vt amplius purgari non possit, & propterea meritò in istis terminis, quod fideiussor possit purgare moram post condemnationem, & ante solutionem, dicit *Ioseph. Cumia in ritib. Magn. Curia Siciliæ cap. 65. num. 13. & seqq.* & ratio est, quia cum non obstet duplex mora, condemnatus ad quantitatem respectu certæ speciei, dando ipsam speciem ante quantitatis solutionem liberatur. *l. si verò negotium §. fin. ff. solut. matr. gloss. in l. duobus, §. si ei in verb. exhibuerit ff. de iure iur.* in casu autem, de quo agitur, non potest dici

12 quantitatem fuisse solutam, quia fuerunt tantum capta pignora vigore primi decreti, ex quo creditor neque acquisiuit dominium, neque possessionem, sed nudam detentionem *l. si fiusta §. Iulianus, & ibi Alex. in princ. nu. 99. ff. de damn. infect. & in l. à diuo pio §. si super rebus, num. 18. & seqq. & præsertim num. 21. vers. Imola hic reprehendit ff. de re iudic. Boer. decis. 277. num. 11.* & quamuis postea fuerit processum ad subhastationem, nunquam tamẽ fuit perfecta, & ad hunc effectum requiritur perfecta dominij translatio. *Bart. in l. si is cui num. 2. in fin. ff. de leg. 2. & fuit deductum in decis. facta sub die 3. Iulij præteriti, in qua fuit etiam responsum ad accessiones Platt. & recol. mem. Card. Pamphilij.*

Ex quibus Domini consulerunt, fuisse locum purgationi moræ, & sic esse standum in resolutis &c.

CAP.

CAP. XXIII.

R. P. D. ALBERGATO.

Interamnen. seu Romana nullitatis mandati.

Mercurij 11. Nouembris 1652.

ARGVMENTVM.

Creditum non dicitur liquidum ad effectum obtinendi mandatum suspicionis fugæ quando fuerit productum mandatum ser. ser. relaxatum, sed per supersessoriam iudicis suspensum. Nec probatur iuramentum ad effectum quo supra per simplicem enunciationem factam a Notario in mandato suspicionis fugæ.

SVMMARIVM.

1 *Suspicionis fugæ mandatum lite pendente non potest concedi ab alio Iudice præsertim quando periculum non est in mora.*
2 *Suspicionis fugæ mandatum est nullum si deficiat iustificatio crediti, & iuramentum creditoris super suspicione.*
3 *Suspicionis fugæ mandatum datur docto de credito per mandatum ser. ser. relaxatum.*
4 *Creditum illiquidum dicitur, si contra mandatum relaxatum pro summa certa, obtenta fuerit a debitore supersessoria.*
5 *Mandatum suspicionis fugæ non potest concedi in vim crediti, contra quod concessa fuerat supersessoria, quia dicitur illiquidum.*
6 *Mandati suspicionis fugæ iustificatio attenditur de tempore relaxationis non capturæ.*
7 *Iniustitia mandati suspicionis fugæ influit in eius executionem, & eam inficit.*
8 *Mandata suspicionis fugæ non concedantur nisi constito de credito, sunt verba Constitut. 71 Paul. V. quæ important conditionem.*
9 *Conditio non potest iustificari post mandati relaxationem.*
10 *Mandatum suspicionis fugæ corruit, si sit excessus in summa.*
11 *Mandatum suspicionis fugæ relaxatum absque clausula insolidum non potest exequi nisi pro virili etiam si obligatio esset insolidum.*
12 *Iuramentum super suspicione fugæ non probatur assertione in mandato apposita nisi de illo constet in actis.*
13 *Negatiua probatur ex reuolutione actorum, si relatio habeatur alicuius actus ad acta.*
14 *Iuramentum super suspicione fugæ non sufficit, nisi probetur causam superuenisse post contractũ.*
15 *Mandatum suspicionis fugæ requiritur concludentem probationem deteriorationis conditionis.*
16 *Mandatum suspicionis fugæ non datur si debitor post contractum acquisiuit bona in statu Ecclesiæ.*
17 *Suspectus de fuga cautionem præstando sine præiudicio nullitatis potest mandatum impugnare.*

Resolutum fuit mandatum suspicionis fugæ ad instantiam Andreangeli, & fratrum de Valentibus per D. Vrbis Gubernatorem, seu eius in Ciuili Locumtenentem relaxatum, & executum contra personam Francisci de Leoncinis non sustineri, Quidquid enim sit de Iurisdictionis defectu deducto ex pendentia litis coram A.C. quæ regulariter impedit, ne huiusmodi mandata ab altero Iudice queant concedi, *Bald. cons. 285. num. 1. lib. 1. Rot dec. 478. num. 4 par. 1. & dec. 712 num 3. par. 4. tom. 3. rec.* præsertim quando periculum non est in mora, *Rolan. cons. 65. sub numer. 6. lib. 3. Gratian. discept. 875. nu. 1. & seqq. Caccialup. de debit. susp. quæst. 4. num. 4. in fine. Thomat. decis. 85. numer. 42. & 25. dec. 110 num. 13.* Certum est quod cum in præsenti deficeret iustificatio crediti, & iuramentum Creditoris mandatum suspicionis fugæ relaxari non poterat, & relaxatum est omnino nullum, vt disponit Reformatio Trib. Vrb. fa. mem. Pauli V. in Rubr. de Iudicibus in Causis Ciuilibus §. 16.

Quoad iustificationem crediti licet productum fuerit mandatum executiuum pro scut. 5000. ab A.C. ser. ser. relaxatum, & hoc ad effectum de quo agitur satis esse soleat, *Rot. apud Zacch. de oblig. Camer dec. 118. nu. 9.* in proposito tamen casu suffragari non potest, quia ab eodem A.C. suspensum fuerat per supersessoriam Leoncinis citatis Valentibus concessam, quæ creditum interim illiquidum reddit ex *trad. per Rebuf. in l. Creditores 10. vers. sine vlla exceptione ff. de verb signif. Marches. de commiss. par. 1. fol. 9 sub num. 59 Buratt. decis. 902. in princ.* At proinde inefficax vt mandatum suspicionis fugæ concedi possit, *Thomat dec 76 dec. 85. vtrebique num 6. Buratt. dec. 531. num. 1. dec. 653. num. 5. cum alijs in Spoletana Redditionis rationis 31. Ianuarij 1650. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*

Non obstat quod tempore executionis mandati supersessoria fuisset reuocata quia ad illius iustificationem tempus, quo fuit relaxatum, non quo fuit executum attenditur, *Rot. dec. 142. nu. 3. par. 1. rec. coram Buratt. dec. 325. num. 7. & penes Moderu. Perus. de subhast. dec. 69. num. 15.* iniustitia enim mandati influit in eius executionem, & ipsam inficit, etiam si illud ex post iustificetur *Thesaur. dec. 220. num. 25. Seraph. dec. 279. num. 5. Cocc. dec. 73. num. 2.* & fuit dictum in *Tiburtina* Castri S. *Angeli 18. Iunij 1646 §. quia locus coram R.P.D. meo Meltio in Auenionen hæreditatis 10. Iunij 1648. §. alia vero coram R.P.D. meo Royas,* eoque magis in nostro Casu attentis verbis Reformationis Paulinæ procedentis per ablatiuum absolutum, Ibi, *mandata non concedantur nisi constito de credito,* cumque illud conditionem importet *l. à testatore 108 ff. de condit. & demon. Becc. cons. 39. nu. 18. lib. 1. Rot. dec. 696. numer. 2. coram Buratt. in Ariminen. Manutentionis 5. Iunij 1648. §. finali coram Reuerendiss: Terracinen.* induerit formam specificè implendam, *Bart. in l. 1. num. 34. in fin ff. de cond. & demon. Dec. cons. 63. nu. 2. Galganett. de condit. par. 2. cap 1. quæst 20. num. 6.* cum alijs adductis in *Bononien. Pecuniaria de Lambertinis 13. Februarij 1645. §. & licet coram R. P. D. meo Verospio,* & fortius operatur ne iustificatio superueniens sufficiat *cap. si eo tempore de rescript. in 6 Roderic. Suarez. alleg. 12. nu. 23. Caldas qq forens lib. 1. quæst. 6. nu. 46. Rot. in Gerunden beneficij 26. Iuny 1647. coram R.P.D. meo Bichio.*

Præte-

10 Preterea animaduertendum fuit quod mandatum apparet concessum pro tota summa scut. 5000 & tamen A C. in reuocatione superseſſoriæ reliquerat in suspenso scut. 1500. & sic ratione etiam excessus illud corruit *Caccialup. de debit. suspect. quaest. 6. num.29 Faber.in Cod.lib.2.tit.36.de satisdat. defin.*
11 14.*Caual dec. 84. nu.* 1. neque enim nisi pro virili mandatum suspicionis fugæ extorqueri poterat, quia cum esset fundatũ in præcedenti mandato ab A.C.relaxato absque clausula insolidum hoc intelligebatur pro rata licet adfuisset obligatio insolidũ *Afflict.iuxt tex. in l. 1. C. si plures vna fine Afflict. dec.215.per tot. Zuccard.dec. Lucan.64.num.* 13. & probat *Consta de ratio rata q.33.*

12 Vltra iustificationem crediti deficit etiam iuramentum à creditore præstandum, quia simplex illa Notarij enunciatiua in corpore mandati emissa ibi iuratis Aduersarijs de fuga suspectis hoc non probat *gloss.in cap.vt circa de elect. Rot. coram Verall. dec 123.& 246 par.2. coram san me. Gregor. XV. dec.39 num.3.368 num.5.coram Caualer.dec.322. coram bo me.Merlino,dec.486.sub nu.3.& in rec. dec.18.num.15.& seq. par.7.* eoque magis quia est
13 relatiua ad acta, ex quorum reuolutione negatiua non præstiti iuramenti probatur *Caualer. dec. 35. num.2.cum alijs per Adden.ad Buratt.dec.120. littera B.& in Ianuen.Separationis 28. Iunij 1649. § negatiua coram R.P.D meo Meltio.*

14 Et cessat in præsenti difficultas, quia ad effectũ, de quo agitur non sufficit simplex iuramentum de suspicione nisi exprimatur quod causa superuenerit post contractum *Alex.cons.241.per tot.lib.6. Natt. cons.430.num.15. Dec.cons.75.num 1.Thesaur. dec. 220.num.4 Ioseph.Ludou.de Perus.41.nu. 1. Thomat.dec.85.num.3.& 4.Caualcan.dec.1.nu.9. Rot. dec 490.num.5.par.1.rec.coram Buratt.decis. 908. nu 8 post Zacch.de oblig.Camer.dec.118.numer.4.* & effectuata captura plenè, & concludenter pro-
15 batur deterioratio debitoris iuxta præcitatam Reformationẽ Paulinam,ac Statut. Vrb. lib.1.cap.98. vt dixit *Rota coram Buratt.dec.531. num.5.&6.* ea autem hic non iustificatur, quinimo prorsus ex-
16 cluditur, ex quo Franciscus, & alij fratres aucto Patrimonio ex bonis ab ipsis acquisitis Interamne, & sic in loco Sedi Apostolicæ subiecto plura possident stabilia. *Bald cons.285.num 4.lib.1. Gratian. discept.875. Pantadec.1164. num.3. vers. 2.* quia cum infinitis alijs congestis per *Farin. cons.165. num.21.in fin.nu.24.& seqq.vol 2.*

17 Nec vrget quod idem Franciscus præstando cautionem de se repræsentando in capturam consensisse dicatur, quia cum protestatus fuerit id agere sine præiudicio nullitatis eiusdem capturæ exinde assertus excluditur consensus, *Cyriac.controu.464. sub num.21.Rota Bonon.inter Stat. decis.140. numer.2.*

Et ita decisum altera tamen parte informante altera tamen sæpius citata &c.

COronam Operi imponit, quod ego ſelegi, ſertum Deciſionum Sacræ Rotæ Romanæ pro Vinctis: Quod ſane Tribunal toti Terrarum Orbi Iuri dicundo à Summis Pontificibus erectum Romæ, Sanctior, iuſtiorque videtur Areopagus Eccleſiæ Chriſtianæ; Nam ſi Areopagitæ remoti penitus à Reorum conſpectu Athenis iudicabant, ne ſcilicet exorbitarent ab æquitate, ſi aut mirabundum Potentis vultum, aut mollis, & effæminati blanditias aſpexiſſent, Romana certè Rota ad quemcunque proſpectum pari tenore conuertitur; palam enim, & coram Reis omnibus pronunciat, quod æquum eſt nullo Magnatum reſpectu, nullo deſpectu miſerorum, nullaque blandientium fraude circumuenta: Hæc igitur Sapientiſsimorum Eccleſiæ Doctorum Decreta, ſcitaque pro reis ſubieci, tanquam tutiſsimum portum, in quem confugere poſſint accuſati, ſi quandò innocentiæ ſuæ tempeſtatem cieret Iudicum (quod abſit) aut corrupta Iuſtitia, aut ſeueritas nimis præceps. Quis enim Iudicum audeat obices perrumpere, quos Romana Rota tuendis vinctis præfixit? Quæ profectò in ſuo iudiciorum quaſi rotatu nunquam firmior, conſtantiorque videri poteſt, quam hoc ipſo tempore, quo opus hoc in lucem damus, cum ſcilicet duodenis ampliſsimi Senatus ſubſellijs ij inſiderent, quos exſcripſiſse ſatis eſt ad argumentum interrupti iudicij, & ſapientiæ, quam nemo ſuperet, æquent verò perrari, videlicet,

Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi DD. mei Patres.

Amatus Dunozzettus Gallus Rotæ Decanus.
Chriſtophorus Peutingerus Germanus.
Cœlius Bichius Senenſis.
Carolus Cerrus Romanus.
Hieronymus Meltius Mediolanenſis.
Leo Veroſpius Romanus.
Angelus Celſus Romanus.
Antonius Albergatus Bononienſis.
Franciſcus Zarate Hiſpanus.
Aloyſius Beuilaqua Ferrarienſis.
Hieronymus Priolus Venetus.
Vacat locus Auditoris Regni Catalani ob aſsumptionem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Franciſci Rojas ad Archiepiſcopatum Tarraconenſem.

Fides hæc ponenda erat supra sub §. 3. cap. 19.

FEDE DI CAPITANO.

IO Capitano infrascritto Confratello della Venerabile Archiconfraternità della Pietà de' Carcerati specialmente deputato dalla Congregatione della medesima Archiconfraternità prometto, e dò parola che carcerato nelle Carceri di non offenderà, nè farà offendere suo auuersario, ò adherenti al Fisco, nè meno li Testimonij esaminati nella causa, attesa la parola datamene da esso Carcerato, & seguendo il contrario ne farò contra di lui quel risentimento, che si deue di raggione. Et in fede la presente sarà da me sottoscritta, e segnata col mio solito Sigillo. Di Casa

Questo Bando doueua porsi nell' Appendice §. 2. Cap. 1.

Bando in seruitio di quelli che conducono la Grascia, & Animali à Roma.

Antonio di S. Maria in Via lata Diacono Card. Antonio Barberino della S. R. C. Carmelengo.

DEsiderãdo la Santità di N. S. che quei, che conducono la Grascia à Roma, siano per il viaggio, & qui nella Città, ben trattati, nè siano trattenuti, ò impediti come gl'interuien ben spesso, con molto lor danno, & pregiuditio, & anco della Grascia, & volendo con il rimuouere gl'impedimenti, & con il fauore, & aiuto che N. S. intende che riceuino, per tãto più inuitarli al cõdurre la Grascia à Roma, d'ordine espresso di Sua Beatitudine datoci à bocca, & per l'auttorità del nostro offitio di Camerlengato, non recedendo da priuilegij, che il Statuto di Roma, concede a questi tali, come nel cap. 54. & 55. lib. 3, anzi a quelli adherendo, & ampliando. Ordiniamo, & comãdiamo, che quelli che portano la grascia à Roma, tãto nel venire, come nel stare qui per tre giorni, dal dì ch'haueranno cõdotto la Grascia à Roma, e nel ritorno fino al luogo di donde portarãno fede di cõdurre detta Grascia non siano in quanto alla persona, molestati, per debito ciuile, ancorche con obligo in forma Cameræ, & con giuramento, & prohibiamo perciò a tutti li Bargelli, Essecutori, & altri, a chi spetta, che contro la forma del presente Bando nõ ardischino grauarli, o molestarli, sotto pena, oltre alla nullità della cattura, & essecutione, & di risare alle parti li danni, spese, & interessi, anco di 500. scudi, & di tre tratti di corda, & altre pene ad arbitrio nostro, o di Monsig Presidente della Grascia, d'applicarsi per la metà alla R. Cam. Apost. vn quarto all'accusatore, & il resto all'essecutore.

Item sotto le pene anco ordiniamo, che nè sotto pretesto di danno, che dessero con gli animali, che conducessero à Roma, ò di qui ricõducessero fuori cõ fede però della Dogana di qui, che li sarà data gratis per non gli hauer venduti, non possino esser ritenuti, nè loro, nè gli animali, nè siano obligati a pena alcuna statutaria, ò altra pena contra quelli, che dessero danno, ma solo all'emenda del danno, per il quale offerendo il danaro, o pegno, o sigurtà non siano punto ritenuti, ma speditì subito sommariamente dalli Offitiali de' luoghi a chi tocca; per quanto hanno cara la gratia di Nostro Signore &c.

Volendo che il presente Bando affisso, & publicato nelli luoghi soliti di Roma, astringa ogn'vno, che vi hà, o può hauere interesse, come se personalmente li fosse stato personalmente intimato. Dat. in Cam. Apost. il 1. Settembre 1645.

Visa Lazarus Pallauicinus C. A. Cl. Grasciæ, & Dohan. Præf.

Lazarus Bottus Comm. Gen.

Aurelius Pulottus.

Die, mense, & anno supradictis supradictum Bandimentum affixum, & publicatum fuit ad valuas Curiæ, & in acie Campi Floræ, & alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Iosephus Marchetatus S. D. N. Papæ Curs.

A. Castruccius S. D. N. Papæ Curs. & Cursor. Magister.

INDEX
RERVM QVAE IN APPENDICE Continentur:
Ordine Alphabetico digestarum.

A

pro

Cu-

E

F

Iudæo

Mens

P

&

R

S

T

in

V

Finis Indicis Appendicis.

Errata in allegationibus ſunt vt infra corrigenda, cætera, benignus Lector per ſe ipſum corrigat.

	Errata.	Corrige.
Pag. 23.num.13.	in Append.§.4.	in Append. §.3.
48.num.36.	in Append. §.5.dec.5.	in Append.§.4.cap.4.
59.num.25.	in Append. §.5. dec.20.	in Append.§.4.cap.17.
62.num.26.	§.4.dec.17.	§.4.cap.14.
62.num.4.	§.5.dec.9.	§.4.cap.7.
111.num.47.	§.1.cap.12.	§.1.cap.6.
115.num.27.	§.3.cap.1.	§.3.cap.11.
117.num.13.	§.1. cap.	§.1.cap.9.
121.num.25.	MD.XL.	MCXL.
127.num.39.	§.1.cap.8.	§.3.cap.8.
127.num.4.	lib.12.§.21.	lib.2.§.21.
144.in princ.	lib.3.cap.7.in Proem.	lib.3.§.1. cap.7.per totum:
150.num.10.	§.4.cap.18.	§.3.cap.19.ſed omiſſum, & impreſſu in fine Append.
221.num.13.	par.12.	Pare.15.
225.num.17.	num.25.	num.24.
234.num.7.	lib.3.§.5.cap.7.	lib.3.§.4.cap.5.
234.num.9.	lib.3.§.5.cap.6.	lib.3.§.4.cap.3.
255.num.18.	§.1.cap 6.	§.2.cap.1.
265.num.16.	conſ.22.num.21.	Giurb.conſ.22.num.21.
279.num.8.	§.3.cap.15.	§.2.cap.15.
333.num.1.	§.3.cap.1.	§ 2.cap.1.
384.num.4.	§.3.cap.26.	§.3.cap.25.
459.num.2.	§.2.cap.13.	§.2.cap.14.
517.in Rubrica.	cap.4.	cap.5.
529.num.39.	§.3.cap.42.	§.3.cap 43.
550.num.38.	§.1.cap.24.	§.1.cap 14.
558.num.12.	§.2.cap.1.	impreſſ.in fine Appēdicis.
582.num.13.	§.3.cap.9.	§.3.cap.45.

ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apoſtolicæ. 1655.
Superiorum permiſſu.

SEDE VACANTE.